

I S G



1597




John Carter Brown
Library
Brown University



C
VI

Diese gegenwärtige Aufschrift ist die Nachschreibung
 von dem Originalen Manuskript des Johannes
 Schickel: die erste Aufschrift ist 1858 geschrieben
 und enthält über alle 2000 Epistologe des Johannes
 in der Ausgabe von Johann Schickel
 7ten Band - p. 169.



BIBLIOTHECA

INSTITVTA ET COL-

LECTA PRIMVM A CONRADO GESNERO.

Deinde in Epitomen redacta & nouorum Li-

brorū accessione locupletata, iam vero po-

stremo recognita, & in duplum post pri-

ores editiones aucta, per Iosiam

& Simlerum Tigurinum.

Bibliotheca M. Abr. Lindneri.

*HABES hic, optime Lector, catalogum locupletissimum omnium
ferè scriptorum, à mundi initio ad hunc vsq; diem, extantium & non
extantium, publicorum & passim in Bibliothecis latitantium. Opus
non Bibliothecis tantum publicis priuatissue instituendis necessarium,
sed studiosis omnibus, cuiuscunq; artis aut scientiæ, ad studia melius
formanda vtilissimum.*




J. Schmit
1789

TIGVRI

APVD CHRISTOPHORVM FROSCHO

VERVM. MENSE MARTIO, ANNO

M. D. LXXIIII.



ILLVSTRISSIMO PRIN CIPACI AC DOMINO D. LVDOVICO PA

LATINO RHENI, DVCI BAVARIAE, ILLVSTRISSIMI
Principis ac Domini D. FRIDERICI Palatini ad Rhenum Electo-
ris, &c. filio, Domino suo clementissimo IOSIAS SIMLE-
RVS Sacrarum literarum in schola Tigurina professor,
Gratiam & pacem à Deo patre, & Domino no-
stro Iesu Christo precatur.

SI MORE institutóque scriptorum nostri temporis, labores
studiorum meorum Celsitudini uestra Illustrissime Prin-
ceps consecraro, neminem fore arbitror qui id mihi vitio
vertat. Nam si illo tempore, nunc certè maximè omnium
bonæ literæ Principum virorum tutela & patrocínio egent,
quorum auctoritate à contemptu, & qui hunc proxime se-
quitur interitu vindicari possint. Deinde opus ipsum quod Celsitudini uestra
offero, patrocínio tanti principis, non est ut opinor prorsus indignū: offero nanq;
Bibliothecam, hoc est, tabulam aut catalogum omnium ferè scriptorum qui
libris editis quacunq; in lingua à mundi exordio ad hanc usque diem, nomen
aliquod consecuti sunt: opus ad instituendam Bibliothecam locupletem, & ad
usum bibliothecarum omnium maximè necessarium. Porrò ad Principum
curam & officium pertinere ut publicæ Bibliothecæ instituantur, conseruentur,
& locupletentur, neminem dubitare arbitror, nisi qui religionis & litera-
rum curam à principe alienam esse existimauerit. Nam cum neque religio
absq; literis tradi commodè queat, neque literæ florere absque libris, neutra au-
tem conseruari & ad posteros transmitti possint si nulla bibliothecarum cura
habeatur, certè qui has adornant, eruditionem & pietatem res aqua & igne
magis necessarias conseruant. Ideòq; ab antiquis temporibus potentissimorum
Regum & Principū opus fuit bibliothecas condere, tanquā castella quadam et
armamentaria sapientiæ. Nam apud Persas quorum maximū fuit imperiū,
Susiana biblioth. celebris fuit, cuius Metasthenes meminit, & verisimile est
hanc consilio sapientissimi prophetæ Danielis, cuius summa fuit auctoritas as-
pud reges Persicos, primum institutā esse. In Græcia Pisistratus primus omniū
Athenis libros disciplinarū liberalium publice legendos exhibuit. Deinde ipsi
Athenienses numerū librorum studiosius accuratiusq; auxerūt. Verum omnē
illam librorū copiam Xerxes Athenarum potitus, urbe ipsa præter arcem in-
cēsa, abstulit asportauitq; in Persas: sed multis post seculis Seleucus rex, qui Ni-
canor appellatus est, eos libros omnes Athenas referri curauit. Omniū uerò lo-
cupletissimā et celeberrimam bibliothecā instituit Ptolemæus Philadelphus, in
qua septingenta millia uolumina librorū recondita fuisse traduntur. Hic ma-
ximis sumptibus sacros Hebræorum libros in Græcam linguam transferri cur-
rauit, atq; hos in sua bibliotheca reposuit. Huius studium imitatus est Antio-

chus Magnus, qui & ipse bibliothecam instituit, cui praesuit Euphorion Chal-
 cidensis poeta. Praeterea in Graecorum historijs celebrantur bibliotheca Pers-
 gamena Eumenis Regis, in qua supra ducenta millia librorum in haedinis pelli-
 bus scripta seruabatur: Polycratis Samij: Nicocreontis Cyprij: Cnidia, medico-
 rum veterum scriptis referta: Aristotelea, quam Sylla captis Athenis Romam
 transtulit: Macedonicorum Regum, ab Aemilio Paulo capto Perseo rege &
 ipsa Romam translata. Iam vero Romanas veteres bibliothecas Luculli
 primum a Cicerone & Plutarcho laudatam, Palatinam a Iulio Cesare &
 Octauio Augusto institutam: Octauiam item, quam Augusti soror et Marcelli
 coniunx Octauia instituit: Vlpianam a Traiano nominatam: Asinij Pollionis:
 Sereni Sammonici, quam Gordiano iuniori reliquit, unde illi primum nomi-
 nis celebritas parta, quid attinet in exemplum subijcere, cum unius Antonini
 optimi & laudatissimi principis dictum, satis ostendat non tantum quis ipsius
 animus fuerit, sed quod nam principum circa bibliothecas & libros studium
 esse debeat? Ἄλλοι μὲν (inquit) ἴππων, ἄλλοι δὲ ὄρνέων, ἄλλοι δὲ πρῶτων ἐπέων: ἐμοὶ δὲ βί-
 βλιων ἐν τῷ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ εὐδοῦ ἐστὶν ἡ πῶτος. Atque ne tantum vetera admiremur,
 potentissimi reges Matthias Coruinus Hungariae, Alphonsus Neapolitanus,
 & Franciscus Valesius Francorum, bello omnes clari, propter bibliothecas no-
 bilissimas magnis sumptibus et impensis institutas clariores adhuc euaserunt.
 Mediceorum nomen nulla res celebrius fecit, quam quod exulantes a Graecia
 Musas hospitio exceperunt, & libris maximo sumptu tota Graecia & Asia
 conquisitis, non tantum bibliothecas ornarunt, sed bonarum artium studia in
 Italiam ex Graecia aduexerunt. Quod si forte dicat aliquis artis typographicae
 beneficio, optimos quosque auctores exiguo precio comparari posse, ideoque non ne-
 cesse esse ut principes immensis sumptibus publicas bibliothecas instituant, fa-
 cile enim quemuis pro sua facultate priuatam bibliothecam idoneam & stu-
 dijs suis sufficientem posse instruere: ab hoc qui ita sentit ego me plurimum dis-
 sentire profiteor. Primum enim videmus veterum auctorum & praesertim
 Graecorum & Hebraeorum editionem a plerisque typographis negligi: nam quia
 multi studia prorsus negligunt, alij fontibus neglectis riuulos et compendia qua-
 dam sequuntur, plerumque sit ut tarde veteres & optimi libri distrahantur,
 ideoque a typographis, qui tantum praesens lucrum quaerunt, negligantur, quare
 nisi principes viri studiorum tutelam suscipiant, metuendum est ne rursus o-
 ptimi libri raro publice & non nisi magno ueneant. Atque ut sit magna libro-
 rum impressorum copia, nihilominus utile imò necessarium est extare publi-
 cas bibliothecas veterum librorum manuscriptorum, & antiquissimarum
 etiam impressionum. Saepe numero enim libri impressi mendis scatent, partim
 typographorum negligentia, partim etiam nimia quorundam diligentia, qui qua-
 non intelligunt mendosa putant, et temere mutant. Deinde ut maxime mendis
 careant libri impressi, tamen eorum auctoritas nonnunquam in dubium uoc-
 catur, praesertim in theologicis scriptis, de quorum deprauatione & antiquitus et
 nunc quoque multi conqueruntur, vere an falso ipsi uiderint: interim in his dubi-
 tationibus

bitationibus quis non agnoscit vtilem ecclesie operam nauare qui antiqua e-
 xemplaria in publicis bibliothecis conseruant et inspicienda praebeant, quando ad
 hac quasi oracula quaedam in huiusmodi cōtrouersijs confugere oportet? Porro
 hac laus conseruatorum bonarum literarum et librorū Clementissime Prin-
 cept Ludouice inter uestra Illustriss. familiae ornamenta amplissima non in-
 firmū locum tenet. Nam ut nunc omittam Carolum Magnū Illustrissimi ve-
 stri generis auctore, qui et bibliothecam singularem in suo Palatio instituit,
 et Parisinā academiam studiorum matrem fundauit, neq; hic commemorē
 amplissima sacerdotum et monachorū collegia, religionis et literarū causa à
 maioribus Celsitudinis uestrae instituta et locupletata, ampliss. Academia
 Heidelbergensis quam supra 200. abhinc annos Illustrissimus princeps Ruper-
 tus senior instituit, et opibus ac priuilegijs amplissimis donauit, posteri conser-
 uarunt et auxerunt, vel sola abundē testatur amorē et studium Illustrissi-
 mae familiae Palatinae erga bonas literas. Nostra etiam memoria Illustrissi-
 mus princeps Elector D. Otto Henricus, bibliothecam pulcherrimam Hebraeis
 Graecis et Latinis libris lectissimis refertam instituit, quam postea Illustris-
 simus et omni laude dignissimus D. Fridericus Elector C. V. parens conser-
 uauit et auxit. Quare cum ob has causas viginti ferē abhinc annis bibliotheca
 cam omnium scriptorum, Illustrissimo clarissimae memoriae principi D. Otho-
 ni Henrico Electori obtulissim, eandem verò nunc innumeris locis recognitā,
 atq; duplo quā ante auctiorem denuò in publicum edere constituiissem, Celsi-
 tudini uestrae Illustrissimi principis Electoris primogenito et heredi, ad quam
 maiorum exemplo bonarum literarum et studiorum patrocinium successio-
 nis quodam iure pertinet, eandem denuò inscribere volui. Huc illud quoq; ac-
 cedit quod vix alia Domui principum Germanorum plus debet gens Helueti-
 ca, atq; Illustrissima familiae Bauaricae, cuius amplissima in nos beneficia pu-
 blice extant. Primum enim omnium libertatem nostram, et cui hac innititur,
 fœdera gentis nostrae Ludouico Imperatori quarto huius nominis accepta refe-
 rimus: hic enim primum et antiquissimum fœdus Heluetiorum, qui eius aus-
 spicia tum sequuti et propterea excommunicati fuerant, probauit, atque am-
 plissima priuilegia maioribus nostris largitus est, et hanc ipsam Reipub. for-
 mam qua nunc ciuitas Tigurina utitur, tum primum institutam, Imperiali
 auctoritate sanciuit et comprobauit. Postea verò cum multi hostes Helues-
 tiorum libertatem oppugnarent, Palatini principes saepe pacem ex commo-
 Heluetiorum composuerunt: Etenim cum Abbatiscellani Heluetijs fœderati
 multis annis graue bellum aduersus abbatē S. Galli gererent, cui Austrij prin-
 cipes, vicina nobilitas, et non paucae vrbes auxiliū ferebant, ac frustra Hel-
 uetij pacem componere conati essent, tandem Rupertus Imperator equis condit-
 tionibus dictis, pacem sanxit. Non multò post Ludouicus Bauarus princeps,
 Basilienses cum Austrij principibus quibus cum bellū gerebant reconciliauit.
 Postea cum bello ciuili graui et diuturno vniuersa Heluetia arderet, et Ti-
 gurina vrbs obsessa ab alijs confœderatis ciuitatibus, premeretur, Illustrissis

EPISTOLA

mus princeps Ludouicus Palatinus Rheni Elector, &c. omni ratione bellum hoc extinguere conatus est: Et quoniam per legatos se id vix effecturum arbitrabatur, ipse anno 1446. Constantiam vsq; ascendit, nec sumptibus neq; ulli labori pepercit, ac non ante conquieuit quam futura pacis firma fundamenta iecisset. Postea etiam bellum quod cum Sigismundo Austrii principe Heluetij gesserunt, vnius Ludouici Bauari principis studio & labore compositum est. Postremò cum Maximilianus fortissimus & prudentissimus Imperator à quibusdam nostræ genti infestis hominibus ad bellum impulsus expeditionem contra Heluetios suscepisset, Illustrissimus princeps Elector Philippus alijs sociis arma cum Imperatore iungentibus, pacem nobis auctoritate sua conficere conatus est. Etsi autem eo tempore à Cesare id quod optabat impetrare non potuit, tamen & tum voluntas eius grata maioribus nostris fuit, et hæc aliq; Palatinæ domus beneficia posteri memori mente seruant. Recentiora etiam Illustrissimorum principum Palatinorum in omnes Heluetios beneficia, & priuatim in ciues Tigurinos plurima quidem extant, illud autem longè maximum est, ac vere publicum, & ad omnes gentes quæ purioris religionis studio tenentur pertinens, quod Illustrissimus princeps Elector, Celsitudinis vestræ parens, omnem suam ditionem quasi portum quædam patefecit, in quem homines pij religionis vera causa domo eiecti tuto confugere possint, & in hac tempestate seuisissima totius penè orbis fluctuantis, ad bene sperandum de Christiana ecclesia signum quoddam sustulit. Cum autem paternæ virtutes clementia, pietas, iustitia, mansuetudo, sapientia, iam dudum in C. V. elucere cœperint, & pietatis atq; bonarum literarum patrocinium illi cum Illustrissimo principe Electore parente commune sit, volui perpetuam meam erga vniuersam illustrissimam domum Palatinam, obseruantiam & pietatem hac C. V. testimonio testificari. Erit igitur Illustrissime princeps Ludouice, benignitatis vestræ singularis, quam omnes vbiq; prædicant, munusculum hoc Palatinæ familiæ consecratum, quantulumcunq; id est, C. V. nunc à me oblatum, bona cum venia suscipere, & simul bonarum literarum studia quæ quidem cum pietate coniuncta sint, fauore & beneuolentia perpetua complecti. Deus Opt. max. Celsitudinem vestram cum Illustrissimo Electore patre, ac fratribus vestris Illustr. quam diutissimè incolorem conseruet. Tiguri 9. Calendas Februarij, M. D. LXXIIII.

CANDIDO LECTORI

I O S I A S S I M L E R V S S. D.

DENVO edituris Gesnerianam Bibliothecam, tanta accessione iam quodammodo nostram factam, de quibusdam rebus te ab initio operis admonendum putavi, amice Lector. Primum autem, quoniam ea quæ summorum virorum exemplo sunt, legibus etiam iure fieri videntur, ostendam quàm plurimos excellentes viros, Græcos & Latinos, veteres & recentiores, huiusmodi catalogos conscripsisse, quibus vel omnium qui ad ipsorum notitiam pervenerunt, vel in vna tantum professione authorum scripta & vitas complexi sunt. Atque ut in hac enumeratione à Græcis incipiamus, celeberrimus est inter hos Diogenes Laertius, cuius scripta dudum publicata sunt; hic decem libris vitas philosophorum complexus est, in quibus etiam singulos eorum libros enumerat. Laertio adiungi debent Eunapij vitæ sophistarum, & Hesychij Milesij Illustrijq; liber de his qui in literis clari fuerunt: vtriusq; Græcū exemplar C. L. V. Ioanni Sambuco acceptum referimus: Latinum fecit doctissimus vir Adrianus Iunius. Suidas quoq; non prætereundus est qui in suo Lexico doctorum virorum vitas describit, & libros enumerat. Philostrati sophistæ & Plutarchi x. rhetores etiam huc referri possunt, qui in omnium manibus versantur. In Italiæ autem bibliothecis extant Dionis Chrysostomi libri de poetis, & Photij Patriarchæ Constantinopolitani duo magna volumina, in quibus authorum quotquot ipse legerat nomina recenset, & librorum argumenta ac summa capita breuiter perstringit. Præter hos multi alij (quorum scripta temporum iniquitate, aut hominum negligentia, magna studiorum iactura interciderunt) in hoc argumento versati sunt. Ex horum numero est Callimachus, qui Suida teste, scripsit tabulas, in quibus nominat omnes qui in vilo eruditionis genere præcelluerunt, & scripta eorum recenset libris 120. Item Amphicrates, Philon, Megacles, Thefeus: hi enim cum generatim de viris illustribus scripserint, haud dubie doctrina ac varia eruditione excellentes viros non omiserunt. Citantur etiam à Diogene Laertio, & à Græcis Grammaticis plurimi, qui de philosophorum vita, successione, sectis scripserunt: nempe, Damo Cyrenæus, Antigonus Carystius, Aristoxenus musicus, Hermippus, Satyrus, qui omnes vitas scripserunt. Alexander, Antisthenes, Nicias Nicenus, Sotion & eius abbreviator Heraclitus, qui successiones. Apollodorus, Clitomachus, Hippobotus, Panætius, Theodorus, qui de sectis scripserunt. Item Idomeneus & Neanthes Cyzicenus, quorum hic de Pythagoricis scripsit, ille verò de Socraticis. Porrò de poetis scripserunt, Aristoteles, Zeno, Antiphon Rhamnusus, Nicander Colophonius, Lobo Argæus, Demetrius Magnesus, Dionysius Phaselytes, Damastes Sigæus, Phantias Peripateticus, Heraclides Ponticus. Atque hi omnes Græci quemadmodum reliquas artes, sic etiam hanc doctorum virorum historiam scriptis suis excoluerunt. Ex Latinis autem authoribus, Cicero de claris oratoribus, Varrò de poetis, Suetonius de claris grammaticis & rhetoribus scripserunt. His annumerantur à D. Hieronymo Santra, Nepos, Hyginus. Ipse autem D. Hieronymus (ut ad nostræ religionis homines veniamus) edidit catalogum scriptorum ecclesiasticorum, qui sic ipsis etiam Græcis (fastidiosus alioqui ad Latinorum scripta) placuit, ut statim à Sophronio eloquente viro in eam linguam translatus sit. Hieronymum sequuti sunt in hoc studio, si non successu pari, voluntate tamen non mala, Genadius, Beda, Isidorus, Honorius, Sigebertus & quidam alij. Nostro autem tem

Qui nam in simili opere versati sint.

P R A E F A T I O.

pore in Germania Ioannes Tritemius edidit catalogum scriptorum ecclesiasticorum, & alium illustrium scriptorum Germaniæ. Eodem tempore in Italia Petrus Crinitus edidit libros de Poetis Latinis, à Liuiò Andronico ad Sidonium Apollinarem: & post ipsum paucis abhinc annis Lilius Gregorius Gyraldus historiam Græcorum & Latinorum poetarum decem libris, & duobus alijs recentiorum poetarum historiam complexus est. Parem diligentiam in authoribus iuris ciuilibus colligendis præstiterunt Bernardinus Rutilius, Ioannes Fichardus, Ioannes Neuizanus Astensis, Ludouicus Gomessius Hispanus: & in medicinæ scriptoribus Otho Brunfelsius, Symphorianus Campegius, Remaclus Fusch. Multi etiam monasticæ professionis homines, illustres ac doctos viros sui ordinis & familiæ compluribus libris descripserunt, quos hic commemorare non necesse est. Horum omnium exemplo incitatus, & eorum scriptis quorum libri tum extabant atq; editi erant, adiutus clarissimus vir Conradus Gesnerus, conscripsit ingens ac eruditum opus, in quo veterum ac recentiorum authorum nomina, libros, & plerunq; etiam librorum argumenta ac summa capita recenset. Verum cum hac eius vtili diligentia præter opinionem opus excreuisset, multorum animos vel prolixitas, vel operis precium offendit: his vt consuleret Conradus Lycosthenes inexhausti laboris homo, totum opus in compendium redegit, & cum de suo plurima adiecit, tum etiam doctissimi diligentissimiq; viri Ioannis Balæi libros de scriptoribus Angliæ operi suo inseruit. Hoc eius compendium nos ante annos nouendecim hortante et adiuuante Conrado Gesnero primo huius bibliothecæ architecto, magna accessione plus quam bis mille nominum locupletauimus, & eandem nunc denuo edimus ita auctam vt hæc editio ad priorem dupla sit. Nam ab eo tempore in lucem editi sunt non tantum libri penè innumeri, sed etiam catalogi aliquot scriptorum nostro instituto accommodi. Primum quidem nouus Iureconsultorum index à Baptista Zilletto confectus: Deinde eorum qui de plantis, de animalibus, de chirurgia scripserunt: item qui Galenum interpretati sunt catalogi, à Gesnero nostro publicati. Præterea ab annis aliquot Georgij Vuilleri bibliopolæ studio & opera Francofurti publicati sunt singulis nundinis catalogi nouorum librorum qui eo tempore in publicum prodierunt, & illic venum propositi fuerunt. Collegimus etiam nos interea non pauca veterum nomina, ex Suida, Clemente Alexandrino, Laertio, Stephano, plurimisq; alijs scriptoribus: multa etiam in prioribus editionibus nimis concise, quædam falsò & mendosè scripta, auximus & emendauimus, quod facile lector depræhendet qui priores editiones cum hac nostra contulerit. Postremo complures viri docti alij quidem Gesnero nostro, alij etiã mihi ipsi, partim ad prioris, partim ad huius secundæ editionis auctarium, transmiserunt catalogos scriptorum variorum quorum in Bibliotheca nulla mentio facta fuerat, inter quos honoris causa merito à me neminandi sunt clarissimi & doctissimi viri, Georgius Fabricius Kemnicensis, Gilbertus Cognatus Nozerus, Conradus Lycosthenes, Guilielmus Postellus: deinde Ioannes Sambucus, Ioannes Baleus Anglus, Matthæus Dresserus, Gasparus Vuolfius, à quibus non parum in hac postrema editione adiuti sumus. Etenim CL.V. Ioannes Sambucus cum propriarum lucubrationum catalogum Gesnero nostro transmisit, tum etiam indicem veterum auctorum, quos plurimos atq; optimos in bibliotheca sua possidet, atq; complures iam in publicum edidit. Baleus verò nō tantum Centurijs scriptorum Anglicorum Bibliothecā nostram locupletauit, sed simul ad me misit catalogum non paucorum mediæ ætatis scriptorum, qui à Bostio Triffa, & quibusdam alijs citantur. A Dressero autem viro doctissimo & humanissimo accepimus catalogum librorum manuscriptorum, qui partim apud ipsum, partim in publicis quibusdam bibliothecis Misniæ & Turingiæ seruantur:

Gesneri Bibliotheca.

Lycosthenis Epitome.

Epitome Bibliothecæ quomodo & quorum opera & auxilio aucta.

P R A E F A T I O.

feruantur: singulis autem ferè suo loco Dresseri nomen apposuimus, quo typographi si qui vellent exemplaria huiusmodi vel nondum excusa publicare, vel ante excusa cum manuscriptis conferre, sciant vnde ea petere debeant. Denique Vuolfius clarissimus medicus, et summus amicus meus, catalogum medicorum dudum à se conscriptum, pro sua benignitate libenter mecum communicauit, è quo si qua deerant medicorum nomina & scripta suppleui. Transmiserunt etiã mihi amici quidam Indices veterum librorum qui in Italiae bibliothecis seruantur, alij verò propriarum lucubrationum catalogos, quæ omnia diligenter suo loco & ordine à me posita sunt. Quibus omnibus pro suo studio & labore quo nostrum opus tam liberaliter locupletare & ornare dignati sunt, plurimum me debere profiteor, sed & studiosi bonarum literarum quibus hic liber vsui erit, non parũ se illis hoc nomine obstrictos esse vt agnoscant æquum est. Quod si alij quoq; viri docti, & præsertim veterum bibliothecarũ perscrutatores, simili fauore nostrum institutum prosecuti fuerint, & quod obnixè ab eis petimus, de suis ac alienis qui vel nos subterfugerunt, vel fortè nondum editi sunt libris, ad nos perscripserint, breui Appendicè nõ poenitentiam huic editioni subiiciemus.

Quoniam verò longè alia esse videtur Gesneriana Bibliotheca à Lycosthe-
nea Epitome, dicam quid inter vtranq; intersit. Gesnerus in sua Bibliotheca plerumque librorum, præsertim veterum argumenta recenset, & nõ raro censuras tum suas, tum sæpius aliorum adscribit: ac simul plerumq; aliquod stili auctorum specimen exhibet, & alia quædam interdum addit, non inutilia nec iniucunda scitu. At in Epitome sola ferè auctorum nomina cum suis scriptis breuissime enumerantur: quamuis nos in nostris additionibus illam nimis fortè concisam breuitatem non semper seruauerimus, præsertim in veteribus scriptoribus commemorandis. A laudandum quidem est Gesneri nostri institutum, qui talem Bibliothecam instituit, in qua non tantum quid quisque scripserit, sed quo modo, quatenus, quoq; stilo exponeretur, vt delectus librorum inde fieri possit. Verum cum hic omnis generis scripta comemorentur, theologica, iuridica, medica, philosophica, historica, poetica, artiũ mechanicarum, Latina, Græca, Hebræa, vulgaria, quis non videt opus hoc multorũ hominum etiam doctissimorum operam requirere, qui & ante singulos libros euoluerint, & summa doctrina atque acri iudicio præditi sint, vt de singulis prudenter & aptè iudicare possint. Atque vt tale opus extaret, quod vtilissimum fore nemo negare potest, tamen non vno volumine comprehendi posset, & nihilominus Epitome aliqua foret necessaria, tum propter homines occupatos quibus proluxa volumina euoluere non vacat, tum etiam propter tenuioris fortunæ homines, quibus non est commodum magno pretio ingentia volumina comparare. Habet autè huiusmodi seu Bibliotheca, siue Bibliothecæ Epitome, qualem nũc in publicũ damus non contemnendum vsum. Etenim primũ omnium Bibliothecis publicis & priuatis hic liber accommodatus atq; utilis est, in quo enumerantur omnis generis authores quibus illæ augeri & instrui possunt. In ipsædem etiam indicis seu elenchii vsum commode catalogus hic exhibebit, adscriptis vbique numeris ordinis librorum quo dispositi sunt. Nam si qui noui accesserint hic nõ commemorati, facile nomina eorum ac numeri marginibus inscribi poterunt. Deinde typographorum vtilitati inseruit & vice præconis est: cum enim publica quasi voce prædicet, qui libri, vbi, quando, & à quibus impressi sint, bonarum literarum studio ad eos coemendos præconio suo inuitat. Adhæc aliam non mediocrem ex hoc indice commoditatem percipere possunt, quod clarorum virorum opera integra si fortè prælo submittere voluerint, ferè omnia hic consignata inuenient: quin etiam sæpe bibliothecæ indicantur, vnde manuscripta exemplaria acquirere possint. Postremo priuatis vnus cuiusq; studijs scriptum hoc fructum ali-

Differentia Bibliothecæ & eius Epitomes.

vsus huius libri.

P R A E F A T I O .

quem iucunditatemq; allaturum arbitror. Proponuntur enim hic, & quasi in tabula quadam oculis subiiciuntur innumeri scriptores, in omni artium scientiarumq; genere, quorū aliqui scriptis suis immortalē gloriam consequuti sunt, multi etiā pro laude ignominiam reportarunt. Hęc autem consideratio & per se iucunda ac ingenuo homine digna est, & cum ad delectum authorum, tum ad excitandos animos studiosorum plurimum facit. Quemadmodum enim Miltiades trophæa Themistoclem dormientem excitabant: sic doctorum hominum volumina, quę hic commemorantur, ad laborem & laudem studiosorum animos inflāmare debent. Idē non ita solum vt novos indies libros exquisitis titulis ornatos in vulgus edant, hoc enim multi semper fecerunt, & mali etiā authores facere possunt, sed vt publico conspectu & approbatione digna scribant. Præterea est hoc Chronicon quoddam omnis generis scriptorum, et onomasticon ad quod recurramus si authores aliqui nobis incogniti nominentur, aut ab alijs al-


*Quod non omnes auctores re-
censeantur excu-
satio.*


Non fertur iudicium de cuiusquam scriptis.

Nomenclator nouus.

legentur. Qui tamen si non omnes reperiuntur, veniam à studiosis peto: exoritur enim noui quotidie authores, veterum quoq; scripta plurima ante incognita subinde in lucem proferuntur. Ea etiā quę remotis in locis edita sunt, non omnia cognoscere potuimus, quę omnia efficiunt vt semper aliquid huic operi addi possit. Nos hoc tēpore præstitimus quod potuimus, neq; quenquā scriptorum quorū nobis nomina nota sunt, odio aut inuidia aut alio affectu ducti omisimus, si quid omissum est, id obliuionis aut ignorantia culpa accidit. Nolui- mus etiā nobis iudiciū de cuiusquā scriptis sumere, præsertim theologicis, quę tamen meę professionis sunt: non quod me fidei meę pudeat, quū ex alijs scriptis à me in publicum editis satis constet quę mea sit de religione sententia, sed quod hoc ab instituto meo alienum sit. Itaq; si alicubi Catholicorū aut hæreticorum nomina occurrunt, vbi nostrę ætatis scriptorum mentio fit, ea nō à me addita sunt, sed ipsę inscriptiones librorum apponuntur, in quibus huiusmodi nomina frequenter occurrunt: vel aliorum iudicia sunt ex quibus hæc descripsi, quorum tamen nomina vbique ferē addidi.

Quoniam verò multi, vt à doctis viris admonitus sum, alium ordinem ab alphabetico in nostra Bibliotheca desiderant, volui etiā his consulere, itaque partim ipse, partim opera Ioannis Iacobi Frisij amici & collegæ mei, qui artem disferendi in schola nostra profitetur, nouum Nomenclatorem confeci, in quo nomina auctorum quorum scripta publice extant secundum artes ac facultates earumq; titulos apto ordine disposita sunt. Statueram autem Bibliothecę nostrę Nomenclatorem hunc adiungere, quo harum rerum studiosi lectores in ipsa Bibliotheca auctorum nomina quę in Nomenclatore nude & simpliciter suis titulis subiiciuntur, inuestigare possint, & illic videre quo tempore vixerint, vbi & quando eorum scripta edita sint, sed tempore exclusus id nunc præstare non potui, verum Deo volente ad proximas autumnales, aut saltem sequentes proximi anni vernas nundinas, pro vt typographicę rationes tulerint, id quod nūc omissum est præstabo. Interea lector hæc nostra Bibliotheca, dum altera quoq; pars, quę iam ferē absoluta est, accedat, fruerē & Vale.





SCRIPTORVM OMNIS GENERIS, QVORVM ET MEMORIA

EXTAT, ET LVCVRATIONES IN LITERAS
relate sunt, ad nostra vsq; tempora, Catalogus.

ARONIS filij Aser de Tiberia,
Grammatica Hebræa de accentibus,
impressa Venetijs apud Dan.
Bombergum 1515, in Biblijs Hebraicis,
cum diuersis cōmentarijs.

Aaronis Batalæi Triusliensis plausus poemation excusum Basileæ, anno D. 1544. in 8. cum alijs illustrium poetarum poematijs. Eiusdem recta interpretatio & dispositio versuum aliquot in Heroidas Ouidij, impressa est Venetijs, anno D. 1543. cum alijs scriptoribus in eisdem.

Abacuc, vide Habacuc.

Abammonis Aegyptij ad Porphyrium philosophum epistola extat, quam tamen Proclus existimat Iamblichum potius esse quam Abammonis.

* *Abbatis* Assaldi I. C. Singularia & cautela.

Abbas Vrspergensis, vide Con. à Licchtenavv.

* *Abaris* Scythæ, Scythæ filius, Oracula scripsit, quæ Scythica dicuntur: *Nuptias Hebræi Fluuij*: *Lustrationes*, & *Deorum originem*, soluta oratione: *Apollinis aduentum ad Hyperboreos versu*. Vixit iuxta Pindarum tempore Cræsi regis: quidam tertia, alij vigesima prima Olympiade, eum in Græciam venisse dicunt. Plura de eo vide apud Suidam.

* *Abas* Sophista Commentarios historicos, & Artem dicendi reliquit. Suidas.

Abbiani cuiusdam epigrammata sex, in Florilegio à Planude congesto habentur.

Abbo Floriacensis cœnobij abbas, Gallus Aurelianensis, scripsit *Vitam Eadmundi martyris* lib. 2. *Apologeticum ad Francorum reges* lib. 1. *Super calculo Victorij* lib. 1. *Additiones in eundem* lib. 1. *De motibus stellarum* lib. 1. *De Planetarum cursu* lib. 1. *Demonstrationes Astronomiæ* lib. 1. *Contra episcopum Aurelianensem* lib. 1. *Rudimenta puerilia* lib. 1. *Categoriarum spiritualium* lib. 1. *De computo* lib. 1. *Homilias in Euangelia* lib. 1. *De cœna Domini* lib. 1. *Epistolas ad Gregorium V. Robertum regem, Imperatorem Othonem, Bernhardum Bellilocum, Odilionem Cluniacensem, De S. Stephano protomartyre, Sequentiam vnâ & Responsoria quædam edidit. Circulos annorum incarnationis Dominicæ, ad sua vsq; tempora correxit. Obijt anno 1004. à suis monachis interfectus. Eius vitam scripsit Haimo Floriacensis. Bales.*

Abdie Babylonij episcopi, Apostolorum discipuli, *De historia certaminis apostolici* lib. 10. ab Eutropio primum ex Hebraica lingua in Græcam translatus, deinde à Iulio Africano ex Græca in Latinam. Oporinus excudit Basileæ in folio, anno D. 1551. & Maternus Cholinus Coloniae duodecimo 1569. Parisijs 1571. octauo.

R. *Abdie* Lumen populorum, sunt autem questiones quindecim *De Deo & anima*, excusa Ve-

netijs Hebraicæ.

* *Abdie* Prætorij *Analyfes*, paulo generaliores locorum theologicorum D. Philippi Melanctonis, propositionum formis accommodatæ: impressa Vitebergæ in octauo. Armeniorum de trinitate & filio Dei Iesu Christo confessio, ab eodem in Latinam linguam translata, additis explanationibus quibusdam. Vitebergæ, 1570. De poetis Græcorum: item de generalissimis poetarum considerationibus. Vitebergæ 1571. octauo.

20 *Abdilazus* idem qui Alchabitius.

Abenaman Sarracen. Aristot. theologiam è Grego olim in Arabicum transtulit. Vide in Aristot.

Abenbitar de simplicibus medicamentis opus Arabicè conditum, insignè & magnum, duplicique exemplari scriptum ad dimidium vsq; extat apud Gulielmum Postellum. In quo volumine ordine alphabetico expressa sunt simplicia medicamenta quamplurima, & remedia innumera & rarissima. Alterum volumen (inquit Postellus) fuit vsui Iacobitæ cuidam qui Græca nomina sua lingua adscripsit. Deprehendimus autem per collationem nullam esse lacunam in Dioscoridis, Galeni, aut Oribasij eiusdem argumenti libris, quæ ex hoc codice suppleri non possit. Citatur sæpe ab Andrea Bellunense Ebenbitar nomine.

Abensinae medici compendium Arabicè scriptum, extat apud Gulielmum Postellum.

Abenuerga Hebræus tabulas quasdam Astronomicas scripsit, quarum mentionem facit R. Abraham Zacutus, in præfatione in Almanach suum perpetuum.

Aberrois, Vide Auerroes.

Abgari vel *Augarei* Edessenorum toparchæ epistola ad Iesum Christum saluatorem, extat in historijs ecclesiasticis Eusebij & Nicephori.

Abhenguesit vel *Albenguesit* quædam de balneis scripsit, quæ impressa sunt Venetijs cum aliorum de iisdem scriptis, apud hæredes Antonij Iunta, anno D. 1553.

50 *Abhomeron* Abynzoar scripsit opus in re medica libris 3, impressum Venetijs Latine, 1496.

* *Abimeron* Auenzaar, citatur à Campegio de clisteribus. 62.

* *Abidæ* astronomi meminuit Epiphanius, contra quem de fato scripsit Bardesanes.

Abilsedæas Cosmographus insignis & Ptolemæo par aut superior in describendo orbe Ismaelitico subiecto, cum nominibus ad nostra tempora aptatis, à Gulielmo Postello ex Oriente aduentus est: cuius libri compendium ex sua translatione Venetijs Postellus D. Rhamnusio cui reliquit, quod is alterum volumen De nouo orbe edere institisset. Fuit autem Abilsedæas iste princeps Syriæ, Assyriæ & Persidis, qui ante 300. annos scripsit circa Cœlen Syriam.

Ablabius genere Gothus, scripsit de Gothis historiam. Volaterr. Iornandes.

Aboali Abinfceni, vide Auicenna.

Aboolit Benroist, idem qui Auerroes.

Abrachis citatur à Ioanne Stöffero, puto autem Hipparchum ab Arabibus sic nominari.

Abrahami patriarchæ liber Zezirach siue reformationis, ex Hebraico sermone Latine redditus est & scholijs illustratus per Guilelmum Postelum, ad Babylonis ruinam, et corrupti mundi finem, anno D. 1552.

Abrahami cuiusdam Iudæi libellus de natiuitatibus, à Io. Dryandro emendatus, 12. cæli figurarum significationes tractat, ad iudiciariam Astrologiam utilis. Colonia excusus, 1537. Idem scripsit librum introductionis in iudicia astrorum, quem vocant Principium sapientiæ: eius opera quedam in Latinum sermonem traduxit Petrus Apponensis.

Abrahamus Iudæus (nescio an idem cum prior) & Simon Ianuensis, Ioannis Serapionis commentaria de facultatibus simplicium medicamentorum Latine reddiderunt, excusa Venetijs, anno D. 1550. in fol. apud Iuntas.

Abba Abraam, & *Abba* Patritius, sancti patres, Isaci monachi Syri sermones asceticos Græca lingua interpretati sunt. Quod opus Romæ extat in Bibliotheca Vaticana.

Abrahamus de Balmis, artium & medicine doctor, scripsit Græmaticam Hebraicam. * Præterea in Latinum sermonem transtulit Auerrois expositionem in octo libros topicorum Aristotelis, & in duos libros Elenchorum. Epitomè Auerrois in libros logicæ Aristotelis. Quæstra varia logica. Epistolam Auerrois, Arabum non nullorum quæstra & epistolas. Paraphrasim Auerrois in 3. lib. Rhetoricorum Aristotelis. Eiusdem sermonem de substantia orbis: Quæ omnia recognita & emendata, impressa sunt Venetijs à Iuntis, cum Aristotelis & Auerrois operibus, anno 1552. Edidit quoq; librum De demonstratione, impressum Venetijs.

* *Abrahami* filij Isaac liber medicus Hebraice scriptus extat.

R. *Abraham* Cai Arithmetica & liber de sphaera, excusi sunt Basileæ apud Heinricum Petri, anno D. 1546. in quarto, Hebraice & Latine, Osualdo Schreckenfuchsis interprete.

R. *Abraham* Aben Ezdra Hispanus, scripsit commentaria Hebraica in Legem, in Iesaiam & duos decem prophetas minores, Psalterium, Prouerbia Solomonis, Cantica Canticorum, Ruth, Threnos Ieremiæ, Ecclesiasten, Hesther, Danielelem, Ezdram, Nehemiam, quæ omnia hodie typis excusa habentur Venetijs apud Danielelem Bomburgum. * Expositionem eius in Mosem Conradus Pellicanus transtulit. Eiusdem commentariolus in decalogum præceptorum diuinorum, impressus est Basileæ cum Latina versione Sebastiani Munsteri, anno D. 1527. in 8. Eiusdem liber De luminaribus et diebus criticis à Michaeli Angelo Blondo recognitus, excusus est Romæ 1544. & postea Lugduni 1550. Claruit anno Domini 1217.

Abrahamus Læfcherus, Pausaniæ de tota Græ

cia libros decem in sermonem Latinum conuertit: quos excudit Oporinus Basileæ, Anno 1550. Reddidit præterea libros Regum veteris Testamenti carmine, item lamentationes Ieremig, quæ Oporini typis ednæ sunt. Composituit etiam Epigrammaton libros in quibus sunt 3. Epicedia, & totidem Epithalamia, excusos ab eodem, hie Dauidis et Golig monomachia, ab eodem excusam. Item carmè De obitu clarissimi viri Matthei Zelij, quod Cephalæus excudit Argentorati. Exstantur & aliæ plures eius lucubrationes.

R. *Abraham* Leuitæ filij Dauid chronicon Iudaicum, seu traditiones memorabilium de regibus secundæ domus, impressum est Venetijs.

Rabbi Abraham, filius Leui, scripsit Kabala Hebraicè. Liber excusus est.

Rabbi Abraham interpretatio in legem, quam Fasciculum myrrhæ inscripsit. Liber impressus Venetijs apud Bomburgum.

* *Abrahamus* Musculus Vuolfgangi filius, ministri ecclesiæ Bernensis in Heluetia, Concionem Ioannis Parsimonij de Vbiuitate corporis Christi doctissimè confutauit. Edidit concionem Germanicam de natiuitate Christi in 9. Esaiæ.

* *Abrahamus* Ortelius Antuerpianus, edidit Theatrum orbis terrarum, hoc est Geographicas tabulas præcipuarum regionum totius orbis, elegantissimè sculpras & in vnum volumen coniunctas, in folio magno seu regali, addita cuiusque regionis breui descriptione, & commemoratione auctorum qui illam descripsere. Antuerpiæ anno 1570. Idem opus Germanice quoque editum est.

Rabbi Abraham Prizol commentaria extant in lob.

R. *Abraha* Zacuti, Emanuelis regis Astronomi Almanach perpetuum omnium cæli motuum, excusum est Venetijs, in quarto, anno Domini 1502. chartis 58. apud Petrum Liechtenstein cum additionibus.

Abrazath Astrologus insignis, libros aliquot De Astrologia edidisse fertur. G. Pastregicus.

* *Abrom* Calliæ interpres, natus ex Bate vico tribus Aegeidis, scripsit, de festis & sacrificijs, auctore Stephano de vrbibus. Ab eodem citatur *Abrom* in τῶν τριῶν παραμυθῶν.

Abrusak Azarchelis summi Astronomi extat Saphæa recentioris doctrinæ.

Abfolonis Abbatis Sprinkirbatensis sermones festiuales Gymnicus Colonia excudit, anno D. 1534. in folio.

Abfyrus Prusaensis vel Nicomediensis, miles, sub Constantino Imperatore in Scythia iuxta Istrum militauit, scripsit Græce Hippiatricam, de cura equorum, siue veterinariam medicinam ad Asclepiadem. Aliquot eius capita cum alijs mulomedicis impressa sunt Basileæ, 1537. * *Abfyr* libri in bibliotheca principis Mantuani, asseruari, Georgius Agricola in libro secundo De mensuris Græcis, ait.

Abubether, vide Rafis.

* *Abumaron* Babylonij meminuit Ioannes Picus in nongentis conclusionibus, vbi quatuor conclusiones secundum hunc proponit.

* *Abydenti* Afsyriaca historia, inter eos libros quæ

qui manu scripti in Italia seruantur, à Scipione Testo numeratur.

Aburnius Valens scripsit fidei commissorum lib. 7. quorum fragmenta extant inter Pandectas iuris ciuilibus. Alij *Alburnium* & *Eburnium* scribunt. Sed *Aburnius* à *Aburno* apud Galenum quoque Græcè legitur.

* *Acacius* Cæsariensis Sophista, de eloquentiæ laude cum *Libanio* certauit. Obijt iuuenis. *Eunapius*.

Acacij epistola ad *Cyrrillum*, extat inter epistolas *Cyrrilli* numero decimaquinta.

Acacij Cæsariensis Palæstinæ episcopi *Ioan. Tritememius* verbis ex *D. Hieronymo* desumptis mentionem facit, & scripta quædam commemorat, vt sepe solet, ita vt dubites an adhuc aëlibi extant, aut non. Scripsit autem inter alia *omnes* *Epistolarum* libros.

* *Acas* poeta Tragicus. *Suidas*: ab *Athengo* verò citatur *Acati Argiui* *tragicus*.

Accas Hagustaldensis episcopus, scripsit *De passionibus sanctorum* lib. 1. *Officiarium ecclesiæ* lib. 1. Ad *Bedam* pro illustrandis scripturis epistolam vnam. Claruit anno Christi 714.

Accij poetæ tragici ex *Atræo*, *Bacchis*, *Ione*, *Philocteta*, *in nauai* *phæni*, versus adducit *Charisius*. Vide *L. Accius*.

Accij grammatici *διδασκαλικῶν* libri nouem, citantur à *Charisio*. Item à *Nonio*, à quo etiam citantur libri *Parergon* & *Pragmaticon* libri. Item *Annales* à *Festo* citantur. In his autem autoribus nusquam quod scio aperte distinguitur ab *L. Aetio* vel *Accio* poeta.

* *Accij* Index fabularum *Plauti* citatur à *Gellio* lib. 3. cap. 13. Hunc arbitror à *Grammatico* scriptum.

Accursius *Mainerius* scripsit pro rege *Francorum* ad *Venetos* contra *Lodouicum* *Stortiam*.

Accursij *Mariangeli* *Itali* in *Aulone* poetam copiosi & eruditi comment. impressi *Romæ*.

Acerati Grammatici epigramma quoddam legitur in *Florilegio* planudis.

* *Acessias* quidam inter script. *διδασκαλικῶν* commemoratur ab *Athenæo* lib. 12.

* *Acesodorus* *Megalopolites*, scripsit de vrbibus, teste *Stephano*.

* *Acessius* alter ab *Acessia* inter eos qui scripsere *διδασκαλικῶν* ab *Athenæo* numeratur.

* *Acheus* *Pythodori* siue *Pythodoridis* *F. Eretrien* tragicus, natus 14. *Olympiade*, fabulas edidit 43. alij 30. dicunt, alij 24. vicit vnam: paulo iunior *Sophocle*. Communiter autem artem ostentabat cum *Euripide*, *Suidas*. Huic inter *Satyros* 2. partes tribuebat *Menedemus* philosophus, 1. *Aeschilo*. Fabulæ eius *Satyricæ*, *Aethon*, *Alcmæon*, *Vulcanus*, *Iris*, & præterea aliæ non addito *Satyrae* nomine, *Linus*, *Omphale*, *Circulus*, *μοῖρα*, *ἄδρα*, citantur ab *Athenæo*. Eius etiam *Philocteten* citat *Suidas* in *Eleleu*.

* *Acheus* *Syracusanus*, tragicus iunior, scripsit tragædias decem. *Suidas*.

* *Achaicus* in moralibus citatur à *Clemente* libro 4. *Stromaton*, & à *Laertio* lib. 6.

* *Achaius* 1. huius nominis *Scotorum* rex, qui primus *Scotos* *Gallis* iunxit, fœdere facto cum *Carolo Magno*, hic per *historicos* colligi fecit a

sta suorum prædecessorum regum, *Leges* etiam condidit plures. *Baleus*. Obijt anno Christi octingentesimo decimonono.

* *Achampsichi* liber Græcus ad *Ptolemæum*, *Romæ* in *Vaticana* bibliotheca extat.

* *Achardus* *Canonicus* regularis, *Anglus*, scripsit *De Christi tentatione*, *De sancta Trinitate* *Homilias* eruditas. *Baleus*.

Achatus *Constantinopolit.* patriarcha, orator insignis, & à *D. Hieronymo* ad fidem conuersus, scripsit *De fide orthodoxa* librum, *Suidas* & *Volaterranus* lib. 3. vrb. com.

Achelnotus *Cantuariensis* episcopus, scripsit in laudem *D. Mariæ* lib. 1. Item lib. epistol. ad diuersos. Floruit circa annum verbi incarnati millesimum trigessimum octauum.

Acherius *Rhetor* sub *Diuo Augusto* florens, scripsit declamationes, & quædam ex Græco in *Latinam* linguam transtulit, vt testis est *Seneca*.

Achilles author Græcus scripsit librum de *Vniuerso*, vnde decerpta *Isagoge* in *Arati phænomena*. *Romæ* seruat in *bibliotheca* *Vaticana*. Est *Oculus* *Lucanus*, vt arbitror.

Achillis *Bochij* *Bononien.* symbolicarum quæstionum de vniuerso genere, quas serio ludebat lib. 5. *Bononiæ* in ædibus nouæ *Academiæ* *Bochianæ* 1555. Eiusdem *Dialogus* de recta sui cuiusque rectione, & *Historia* de *Caroli* *V I I I.* *Francorum* regis ingressu in *Italiam*, commemorantur à *C. Lycosthene*. Præterea *Bononiensium* *historia*, & *epigrammatum* libri, à quibusdam commemorantur, quæ an edita sint ignoramus. *Vita* *Ciceronis* ex *Plutarcho* in *Latinum* conuersa, impressa est à *Craandro*, cum operibus *Ciceronis*: nominatur autem illic *Achilles* *Philerotes* *Bochius*.

Achilles *P. Gassarus* *Lindauiensis* medicus & mathematicus præstantissimus *Reipub. Augustanæ*: scripsit *historiarum* et *Chronicorum* mundi epitomen, veluti indicem, ordine annorum à condito mundo, item ante & post *Christum*. *Hen. Petrus* impressit *Basileæ*, 1532. Idem publicauit tabulam quandam mathematicam, *Sciætion* *pedarium* inscriptam, impressam *Tiguri*. Item catalogum *Regum* omnium quorum sub *Christiana* professione adhuc regna florent: impressum *Augustæ* *Vindelicorum* 1554. Item catalogum *Regum* *Hierosolymitanorum*. Item *De peste*, *Germanica* lingua. Extant eius quoque *Lindouensis* & *Augustanæ* vrbium descriptiones & *historiæ*. *Sebastiani* *Munsteri* cosmographico operi insertæ.

Achilles *Stadius* *Alexandrinus*, de *Leucippe*, & *Clitophonte* scripsit, & alia amatoria lib. 8. tandem factus est *Christianus* & episcopus. Scripsit & de *Sphæra*, & *Etymologia*, et *historiam* *Miscellanæam*, in qua multorum magnorum & admirabilium virorum meminit, *Suidas*. Eius libri *De amoribus* seu de *Leucippe* & *Clitophonte* Græce habentur *Romæ* in *Vaticana*, & *Latine* editi sunt *Annibale* *Cruceio* *Mediolanensi* interprete. Audio autem inscribi *De amoribus* *Cresiphontis* & *Pasiphaes*.

* *Achilles* *Stadius* *Lusitanus* scripsit in *Sucto-*

nium De Grammaticis & Rhetoribus, & Plin.

De viris illustribus. Lutet. excudit Morel. in 8.

* *Achillius* Eretrienſis citatur ab Athenæo lib. 10, ubi quædam eius carmina leguntur.

* *Achiratus* quidam Chymiſta citatur ab Hortulano.

Achitius in philoſophiam Platonis, Græcè in Vaticana bibliotheca, & apud Dieg. Hurtadum.

Achmetus ſcripſit opus De proportionibus ſingularibus. *Achmet* medici, filij *Habramij*, peregrinantium viatica libri ſeptem Græco ſermone deſcripta, habet D. Diegus Hurtadus.

Acilius Severus Hiſpanus, de genere Severi illius ad quem *Lactantius* 2. libros epiſtolarum ſcripſit, edidit librum quo vitæ ſuæ totius ſtatum adumbravit. Vixit autem Valentiniani Cæſaris temporibus. Fortè *Sulpitius* Severus.

* *Acmon* quidam vetuſtiſſimus ſcriptor, unâ cum *Mercurio* citatur à *Iuſtino* martyre contragentes.

Acolius Traiani atq; Aureliani imperatorum Romanorum vitas deſcripſit. Sæpe citatur à *Lampridio*.

Acron, vide *Helenius* *Acron*.

Acron *Agrigentinus* medicus F. *Xenonis*, ſtudit Athenis unâ cum *Empedocle*: antiquior itaque eſt *Hippocrate*. Scripſit De arte medica lingua Dorica. De ſalubri victus ratione lib. 1. Eſt & hic ex ijs qui quædam de ventis notavit. Extat in hunc apud *Suidam* epigramma *Empedoclis*.

Acropolites quidam Græcè ſcripſit librum hiſtoricum, cuius initium à capta *Conſtantinopoli*. Servatur Romæ.

Actius quidam *Praxidica* memoratur, ex quo *Plinius* libro octavo, decimo quarto & decimo octavo *Naturalis hiſtoriæ* multa tranſcripſit.

Actij *Synceri* *Sannazarij* poetæ doctiſſimi liber De partu Virginis, extat paſſim: item *Eclogæ* aliquot eiſdem, & *Lamentatio* de morte *Chriſti*: & epigrammata.

* *Actonus* *Dominicanus*, *Anglus*, in gravi ſchiſmate ſcripſit librum pro pace eccleſiæ, *Conciones* item & *lecturas*, & alia quædam. Vixit anno 1410. *Baleus*.

* *Aſtorienus* Chymiæ ſcriptor, citatur ab *Hortulano* philoſopho.

* *Aſtor* quidam Chymicus ſcriptor, citatur in libro ſenioris.

Actuarij *Ioannis* *Zachariæ* filij ſcripta in re medica Græcè omnia in bibliothecis, præſertim *Italiæ*, inſtructoribus habentur. *Auicennæ* de vrinis librum ex Arabico ſermone in Græcum conuertit. Extat eiſdem & aliud De vrinis volumen, in ſeptem libros diuſum, quod *Ambroſius* *Leo* *Nolanus* Latinum fecit. item liber De compositione medicamentorum, tranſlatus à *Ioanne* *Ruellio*. Eiſdem methodi medendi libri 6. quibus omnia quæ ad medicinam factitant pertinent ferè complectitur, impreſſi ſunt *Venetijs*, *Cornelio* *Henrico* *Mathiſio* *Brugenti* interprete, anno D. 1554. in quarto cum indice. Eiſdem De actionibus & affectibus ſpiritus animalis lib. 2. *Iulio* *Alexandrino* interprete, ibidem cum prioribus impreſſi ſunt. *Actuarij* opera, de actionibus & affectibus ſpiritus animalis libri

duo. De vrinis libri ſeptem. Methodi medendi libri ſex, editi ſunt *Parifijs* à *Morelio* in octavo. De compositione medicamentorum liber à quibusdam ſeorſim editus, eſt liber quintus methodi medendi, *Commentarij* eiſdem in *Hipocrat.* aphoriſmos extant apud *Felicem* *Paciorum* *Vrbinatem*. Audio etiam *Dominicum* *Montefaurum* medicum celeberrimum, habere duo exenplaria manuſcripta Græca de vrinis, quorum vnum copioſus ſit vulgatis exemplaribus. Aſſeruntur etiam in bibliothera *Regis Gallorum* *Epitomes* medicinæ libri ſex, De efficacia animalis ſpiritus: quæ duo opera etiam impreſſa extant. De dixera liber. Citatur præterea eiſdem liber ſecundus regalium ſermonum, à *Giberto* *Longolio* in *Dialogo* de auibus. Medendi rationem ſcripſit omnium corporis affectuum, à capite ad calcem, & alia nonnulla quæ nondum lucem viderunt.

20 * *Acuerdus* *Oliua*, fabuloſam hiſtoriam *Amadiſi*, primum *Belgica* lingua conſcriptam, in *Hiſpanicam* conuertit, ſic vt non tantum interpretis officio functus ſit, ſed innumera adiecerit, & opus egregie exornarit, quod poſtea in *Gallicam* linguam tranſlatum, apud *Gallos* omnium penè manibus teritur.

Acuſilaus *Cabæ* filius, *Argiuus*, è *Cercade* vrbe propè *Aulidem*, hiſtoricus antiquiſſimus, deſcripſit *Genealogias* ex æneis tabulis, quas pater quendam ædium ſuarum locum fodiens reperit. *Suidas*. *Iosephus* hunc *Perſarum* & *Græcorum* hiſtorias ſcripſiſſe teſtatur. Vixit autem ante bellum *Peloponneſiacum*, *Halicarnæo* auctore.

* *Adæus* *Mitylænæus* de ſtatuarijs, & *repi* *diablorum* citatur ab *Athenæo*. Idem citatur in *Florilegio* *Planudis*.

* *Adamannus* *Coludius*, *Scotus*, monachus ordinis *Apoſtolici*, & cœnobij *Hueniſis* moderator ſcripſit, De locis terræ ſanctæ librum vnum. De ſitu *Hieruſalem* librum vnum. De *Pachate* legitimo librum vnum. *Epiſtolas* quoque edidit. Ab hoc *Bedam* multa ſumpſiſſe & ſuis libris inſeruiſſe tradunt. Claruit anno 699. *Baleus*.

Adamantius cognomen *Origenis*, de quo infra.

Adamantius ſophiſta *phynognomonicorum* libros duos Græcè ſcripſit ad *Conſtantium*, partim ex *Polemone* alijsque authoribus ſententijs deſumptis, partim experientia propria comprobatis. Eum latinitate donauit *Ianus* *Cornarius*, impreſſit *Robertus* *Vuinther*, *Baſilæ*. Eiſdem fragmenta quædam citantur apud *Actium*. *Adamantionis* philoſophia compendiaria Græcè extat *Venetijs* apud *S. Antonium*.

* *Adamantij* *Dioniſij* *Iuriſconſulti*, *Iaſonis* diſcipuli, *Commentarij* de diuiſionibus *Actio-* num, impreſſus *Baſilæ* à *Petro* *Perna* in 8.

* *Adamantij* *Martyrij*, De B muta & V vocali liber vnus, habetur in bibliotheca *P. Pithoëi* cum reliquis orthographiæ authoribus.

Adam *Abbas* de *Perſema*, *Diui* *Benedicti* ordinis, ſcripſit *Sermonum* ad fratres, lib. 1. De ſanctis & diuerſis materijs, lib. 1. Fertur etiam quorſdam ſacræ ſcripturæ explicuiſſe tractatus.

* *Adamus* *Barkingeniſis* *Anglus*, monachus *Claroſontanus*, ſcripſit ad *Io. Sarisburienſem* *Com-*

mentarios super quatuor Evangelia. De vtraq; Christi natura librum. De serie sex ætatum lib. 1. Rythmos & carmina, Sermones quoq; plures. Claruit anno 1216. Baleus.

* *Adamus* à Bodenstain filius D. *Andræ Carolstadij* theologi, medicus Basiliensis, scripsit epistolam ad amplissimos & generosos dominos Fuggeros, in qua argumenta Alchymiam infirmitia & confirmantia adducuntur, quibus & eam artem esse certissimam demonstratur, lapidq; verè inuentus ostenditur. Idem plurimos libros Theophrasti Paracelsi Germanice ac Latine in publicum edidit, & in illos præfatus est. Scripsit etiam præseruatiuum podagræ. De herbis duodecim Zodiaci signis dicatis. Isagogen in excellentissimi philosphi Arnoldi de Villa noua Rosarium Chymicū, paraphrastice traditam.

* *Adamus* Buckfelde Anglus, scripsit Commentariorum in Metaphysicam Aristotelis libros 12, vt ex Lelando Baleus refert.

* *Adami* Byssandri Oratio de scholarum dignitate. Henricopoli 1571.

* *Adamus* Carthusianus Anglus, theologiæ doctor, scripsit, De patientia tribulationū lib. 1. Scalam cæli attingendi lib. 1. De sumptione Eucharistiæ lib. 1. Vitam Hugonis Lincolnensis lib. 1. Dialogum inter rationem & animam, seu soliloquium de institutione animæ lib. 1. qui tamè *Adamo* Cisterciensi à quibusdam attribuitur. Vixit anno D. 1346. Baleus.

* *Adamus* Cisterciensis ordinis monachus, theologiæ doctor, Anglus, scripsit ad Gualth. priorem & fratres in ecclesia D. *Andræ* in Scotia, Dialogum inter rationem & animam, siue soliloquium pro anime institutione: Item pro monastici ordinis conseruatione ad Simonem Cantuariensem lib. 1. Defensorium exemptorum lib. 1. Epistolas ad diuersos. Vixit anno 1368. Baleus.

* *Adamus* Dorensis cænobij propè Herefordiæ abbas, scripsit librum carmine contra Speculum Syluestri Gyraldi, item rudimenta Musices. Vixit anno Christi 1200. Baleus.

* *Adamus* Dratzher, scripsit de excellentia iurium orationem, excusam Lipsiæ apud Valentinum Papam.

* *Adamus* Eston Benedictinæ familiæ monachus Nordouici, & Oxoniensis doctor, Romane ecclesiæ Cardinalis, scripsit De communicatione idiomatum lib. 1. De sua calamitate lib. 1. De potestate ecclesiæ lib. 1. De electione pontificis lib. 1. Defensorium ecclesiæ lib. 1. Perfectionem vitæ spiritualis lib. 1. Modum conferendi beneficia, lib. 1. Formam procedendi contra heret. lib. 1. Opus vitæ contra hæreticos, lib. 1. Dialogū regis & episcopi. De veritate catholica Græce lib. 1. Meteoræ Aristot. ex Græco transtulit. Hebraice etiā scripsit Alphabetum Iudæorum. Postillam Hebraicam, Expositionem Leuitici, & quædam aelia. Claruit anno 1390. Baleus.

* *Adamus* de Euesham, Cisterciensis ordinis monachus, Anglus, scripsit Exhortationem ad monachas de Glastouue. De miraculo Eucharistiæ lib. 1. Epistolas ad diuersos, lib. 1. Sermones aliquot, lib. 1. Vixit anno 1160. Baleus.

Adamus Fumanus Veronensis Basilij Magni A

scetica magna et parua conuertit, Gryphius Lugduni excudit.

Adamus Godham Anglus, Franciscanus, scripsit in textum Sententiarum lib. 4. Determinationū lib. 1. Claruit anno redèptionis humane 1320.

* *Adamus* Hemlingtonus, Carmelita, Anglus, scripsit sacrarum concionum lib. 1. Quæstionum ordinarium lib. 1. De actu Parisiensi lib. 1. Vixit anno 1420. Baleus.

* *Adamus* Kuchenmeister à Gamberg, scripsit Elenchum quæstionum sacrorum ordinum candidatis apud Moguntiam proponendarum, impressum Moguntię à Franc. Behem, 1544.

* *Adami* Kezel Bredani poemata quædam impressa sunt Basileæ à Parco 1556.

Adami Loniceri Ioan. Loniceri F. naturalis historiæ opus, in quo tractat de natura & viribus omne genus stirpium & animantium: item gemmarum, metallorū, succorum, adeoq; de vera cognitione delectu & vsu omnium simplicium medicamentorum, quorum & medicis & officinis vsus esse debet, vna cum eorundem ad viuum effigatis imaginibus. Accesserunt quædam de stillicidiorū liquorum ratione, eiusq; artis & instrumentorum vsu, atq; de peculiaribus medicamentorum simplicium facultatibus. Christian. Egenolphus excudit Francoforti anno D. 1551. (quo etiam ab authore præfatio conscripta est) cum indice quintuplici in fol. Onomasticon continens varias plantarū nomenclaturas. Eiusdem præcepta Arithmetices ibidem impressa sunt.

Adamus de Marisco, Anglus, ex Somersetenſi comitatu oriundus, scripsit Elucidarium scripturæ, lib. 1. Lecturas in Theologia, lib. 1. Claruit à redemptionis nostræ initio 1260.

* *Adamus* Muremuthensis, Canonicus Paulinæ ecclesiæ Londini in Anglia, scripsit Chronicon annorū 40. & aliud 60. annorū cum accessione rerum in Romana curia, & in Gallijs continentium, idq; maiori fide quàm elegantia, vt Baleus ait. Vixit anno 1380.

* *Adamus* Nidzarde, Oxoniensis, scripsit carmine, Neutrale quoddam, lib. 1. De speciebus lapidum lib. 1. Verborum significata lib. 1. Vixit circa annum 1340. Baleus.

* *Adamus* Pountnaji, quem & Paruum quidam cognominant, Londinensis, scripsit tractatū Logices lib. 1. Super dictionibus Bibliorum lib. 1. Bal.

* *Adamus* Puttouue Anglus, scripsit Compensiosum tractatum Logices, qui extat in Bibliotheca Londinensi.

* *Adami* Reifneri Psalmorum liber: hoc est Psalmi Dauidici 150. ex Hebræo ad verbum in Germanicā linguam translatis, addita breui explanatione ex sacris literis petita. Francofurti 1568. Germanice. Eiusdem Hierosolymę descriptio Latina & Germanica: Francofurti in fol. Audio multa alia Germanice ab eo edita esse: vt de miraculis Christi, &c.

* *Adami* Sasbou: opera omnia Latina, in folio excusa, Colonie apud Birkmannum 1568.

* *Adamus* Saxlingham, Nordouolgiæ regionis Carmelita, Latine concinnauit Concionum à se editarum lib. 1. Disputationum quoque librorum. Vixit anno salutis 1350.

* *Adami Schmid* seu fabri, 12. conciones funebres, Francofurti 1570. Germanice.

* *Adamus Scholasticus*, magister in Theologia Parisiensis, Anglicus natione, scripsit Commentarios in libros sententiarum. Ordinarias quaestiones, & quaedam alia. Baleus.

Adami Schröteri Silesij, carmen elegiacum de nuptiis Sigismundi Augusti regis Poloniae, & Catharinae Cæsaris Ferdinandi filiae, cum elegijs aliquot ad quosdam principes, excusum est Cracouiae à Lazaro Andrea quaternionibus tribus. Eiusdem carmen de Memela flumio Lithuaniae, ibidem impressum est quaternionibus 2. Eiusdem Salinarium Vielicensium descriptio carmine elegiaco, ibidem edita est anno D. 1553.

* *Adami Schuberti* liber Germanicus de his qui subitanea morte pereunt: item de his qui sibi ipsis manus inferunt, Gôrlicij impressus 1569.

Adami Siberi Poematum libri 5, videlicet Proseuchon pro ecclesia libri 2. Epiniciò liber vnus, Aeolostichon lib. 2. excusi Basileae, anno 1551. Eiusdem pietas puerilis ex diuersis doctorum monumentis Lipsiae à Valentino Papa edita est octernionibus 7. cum epistola Ioachimi Cæsararij carmine scripta ad Siberum. Eiusdem leges scholasticæ impressæ sunt Argentorati à Rihelio, & Lipsiae à Papa. Eiusdem ludus Chemnicensis impressus Argentorati, anno D. 1549. In manibus nunc habet preces Biblicas, quas omnes carmine redditurus est, diuisas in libros 8. Literas primo loco docet in ludo illustri Grimnési. Eiusdem libellus scholasticus educationi puerili confectus, quo continentur, Institutio hominis Christiani, Nomenclator, Rudimenta Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ & alia: Lipsiae editus est 1572. octauo. In Dauidis penitentiam commentariolus, ibidem 1572. Sionion, seu historiae sacrae libri octo. Ibidem 1573.

Adamus de Sancto Victore Parisiensis, scripsit sequentias rythmicas de tempore & sanctis, de quibus Iodocus Clichtoueus in elucidario Ecclesiastico.

* *Adamus de Vodromo*, Germanus, Carmelita scripsit Lecturam sententiarum libris quatuor. Determinationum librum vnum. Atque alia quaedam, Vixit anno D. 1350. Arnoldus Bostius.

* *Adami Vrsini* descriptio signorum quæ anno 1568. & duobus sequentibus in celo apparuerunt, cum breui admonitione de causis & significatione horum. Erdurdia 1570. Germanice.

* *Adami Vualasser*, Clypeus catholice fidei, aduersus Confessiones, sectas & hæreses nostræ ætatis, liber editus est Dillingæ in octauo. Eiusdem Consolatorius libellus pro ægris & moribundis ibidem impressus in decimosexto. Gregorij Magni Dialogi in Germanicam linguam translati, eiusdem opera, Dillingæ 1571. Galea salutis, quæ nam sit vera & saluifica fides. Ingolstadij 1571. Germanice. De fraternitate Psalmorum & Rosarii beatæ Virginis, Dillingæ 1572. Vita Christi & beatæ Virginis ibidem. Speculum spiritalis & ciuilis modestiæ, Ingolstadij 1572. Germanice. Libellus de Coniugio cælestis Regis emendatus. De missæ forma, verbis & ceremonijs. Aureum Psalterium Bonauenturae Germa-

nice redditum & emendatum. Item alia quaedam ab eo Germanice edita sunt Ingolstadij.

Adam Vuernerus Theniarensis, Germanus natione, scripsit de diuersis rebus, Carminum librum 1. Epistolas quoque multas, & alia insuper complura. Claruit anno D. 1534.

* *Adamus Vuodeham* Minorita, Guilielmi Occami discipulus, scripsit Sententias Oxoniensis Concilij libr. 1. De foro penitentiario fratrum lib. 1. Commentarium super Cantica lib. 1. Postillam in Ecclesiasticum lib. 1. Contra Ricardum Vuetherfete lib. 1. Super textum sententiarum lib. 4. Determinationes vndecim, lib. 1. Obijs anno salutis 1358. Baleus.

* *Adami Vuodeg* Comment. super 1. & 2. sententiarum, extant apud M. Dresserum. Item

* *Adami Anglici* super 2. & 4. sententiarum. Ibidem, Videndum an Vuodehami an alterius.

Addeus Macedo citatur semel in Florilegio Planudis.

Addeus Mitylengus, semel in Florilegio Planudis citatur. Alicubi etiam Addeus scribitur in eodem: Athengus citat huius libros de statuarijs & alijs diatribis.

Adde Propheta, vnus ex eorum numero est quorum scripta iniuria temporum interierunt. Huius meminit Athanasius in fine synopsis suæ, quæ cum veteris tum noui testameti volumina complectitur.

Adeldardus Anglus, scripsit Quaestionum naturalium librum vnum, & in re Medica quoque plurimos. Claruit anno virginæ parus 1130.

Adelboldus episcopus Traiectensis, scripsit vitam sancti Henrici Imperatoris, lib. 1. De laude Sanctæ Crucis. De laude beatæ Mariæ, & aliam metro quam prosa. Claruit anno D. 1027.

* *Adelboldus* episcopus Vuirziburgensis, Syluestri 11. Pape discipulus, scripsit ad eundem, De questione diametri super Macrobius, lib. 1. Claruit anno D. 1000. Antoninus in Chronicis.

Adelmannus grammaticus, episcopus Brixienensis, scripsit ad Berengarium Thuronens. De corpore & sanguine Domini lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno Christi 1040. Eius liber de sacramento corporis & sanguinis Christi, excusus est Louanii cum alijs eiusdem argumenti libellis, anno D. 1551. apud Petrum Phalesium; & 1561. ex recognitione Ioan. Vlimmerij.

Adelmus episcopus occidentalium Saxonum, ordinis S. Benedicti, scripsit aduersus errorem Buitonum insigne & vile opus De celebratione Paschæ, lib. 1. De virginitate Sanctorum metricè librum 1. De eadem re Prosaice, lib. 1. Epistolas plures ad diuersos, lib. 1. Claruit anno Christi 680.

Adelphius Antonij (cui amicissimus erat) expeditionem in Parthos descripsit, cui non tantum ipse interfuit, sed præfuit etiam. Eius historiae citantur à Pio Pontifice, in descriptione Asiae.

Adelphius Episcopus auctor est cum aliquot coepiscopis 4. epistolæ apud Cyprianum.

Adelphonfi cuiusdam adhortatio ad veram sapientiam, impressa est olim cum fabulis Aesopi in paruo folio.

Adelphus abbas ordinis S. Benedicti scripsit sermones ad fratres, lib. 1. Contra Sarracenos lib. 1.

Adilre

Adilredus abbas, ordinis Cisterciensis, scripsit *Speculum charitatis*, lib. 1. In *Lucam*, hom. 1. & alia. Claruit circa annum Domini 1200.

Adimantus quidam citatur apud *Plinium* lib. 1. ex quo multa in *librum 13 Naturalis historiae* transcripsit.

* *Adolphi* Meckerchi Brugensis, De veteri & recta pronuntiatione linguæ Græcæ commentarius, cum appendice de accentibus Græcorum. Impressus in officina *Golziana* Brugis Flandricis in 8.

Adolphi Occonis nomen habuere tres Augustanæ urbis apud *Vindelicos* medici clarissimi, pater, filius & nepos. *Adolphus* Occo secundus huius nominis primus in *Germania* edidit *Nicolaum Alexandrinum*, *Ingolstadij* 1541.

Adolphus Occo medicus *Augustanus* tertius huius nominis transtulit *Georgij Gemisti Plethonis* explicationem de virtutibus, & locum de moribus philosophorum ex *Platonis Theaeteto*. *Oporinus* excudit anno D. 1552. in 8. *Castigauit* etiam *Senecę* scripta. *Conclusiones* 31. scripsit ad quæstionem *Numulues* quæ pestis dicitur, necessario habeat adiunctam febrim pestilentem, vel putridam, vel hecticam, ita ut vel cõrenta cordis vel ipsius substantia putreat necessario. Item *Cõsiliu* contra pestem cum alijs *Augustanæ* reipub. medicis iuratis. *Carmen* in obitum *Gesneri*. *Pharmacopoeiam*, seu medicamentarium pro republica *Augustana*: cui accessere simplicia omnia officinis nostris vsitata, & annotationes in eadem, & composita *Augustę* 1573. in fol.

Adonis *Vienensis* Archiepiscopi, *Breuiarium* chronicorum ab origine mundi ad sua vsq; tempora, id est ad regnum *Ludouici Francorum* regis cognomento *Simplicis*, anno D. 1353. editum bis *Lutetiæ* à *Badio* & *Guilielmo Morello*, & post *Basilææ* à *Petro Perna* in 8. simul cum *Gregorio Turonensi*, anno 1568.

Adrastus *Peripateticus* *Aristotelis* discipulus, natus *Philippis* vrbe *Macedoniæ*: *Stephanus* de vrbe *Stephanis*: Hic forte est *Adrastus*, quem in decem *Categorias* *Aristotelis* scripsisse refert *Galenus*, in libello de libris proprijs.

Adrasti *Peripatetici* *Harmonicorum* libri tres extant *Romæ* in *Vaticana* bibliotheca et *Cardinalis* à *S. Angelo*.

Adreualdus, qui & *Albertus*, monachus *Floriacensis*, ordinis *S. Benedicti*, scripsit *miracula* *S. Benedicti* lib. 1. & alia. Floruit anno D. 890.

Adrianus quidam scripsit super *sententias*, & quodlibetum, libri excusi sunt in *Italia*, in folio.

Adrianus *Papa* primus, natione *Romanus*, libros *tredecim* epistolarum *S. Gregorij* *pape* vtioribus decerptis breuiter in duos redegit. Ad *Leonem* iuniorem & *Constantinum* filium eius, imperatores *Cõstantinopolitanos*, scripsit de *ueneratione imaginum*, lib. 1. Ad *Carolum Imperatorem*, lib. 1. *Epistolarum* ad diuersos, lib. 1. item *Quodlibeta*, impressa typis.

Adriani *Pontificis* *Romani* ad *Achridenum* *Thessalonicae* episcopu responsu extat in magno volumine *Canonum* *Ioannis Zonare*.

Adrianus *Pontifex*, eius nominis 4. ante suum *papatu* scripsit de *conceptione Mariæ* lib. 2. ad

Petrum Põtinicum lib. 1. De sua *legatione* lib. 1. *Decretales epistolas*. Obijt anno Domini 1159.

Adriani *Pape* *V* 1. ad *Germaniæ* principes *epistola*, qua eos ad *concordiam obseruandam* hortatur, impressa est *Coloniæ* anno 1535. cum *cõncilio Basiliensi* *Aeneæ Syluij*. Eiusdem *institutio* ad *D. Franciscum Cheregatum*, in qua continentur omnia quæ cunctis *Romani imperij* principibus proponenda videbantur, ibidem impressa. Eiusdem *epistolæ* ad *Fridericum* *ducentem Saxoniam*, ad *Germaniæ* principes, ad *Senatum* *ciuitatis Bambergensis*, impressæ sunt *Vuittembergæ*, cum 2. tomo operum *Lutheri*.

* *Adrianus* *Augustus* *Romanorum* *Imperator*, scripsit de suis rebus gestis libros, quos *Phlegon* *libertus*, illius iussu, suo nomine publicauit, alios etiam libros soluta oratione & quosdam versibus conscriptos reliquit, vt *Dion* in eius vita refert. *Colloquium* eius & *Epieteti* philosophi, in quo hic ad singula *Augusti* quæstia responderet, tanquam definiens singula, *Frobenius* excudit, anno Domini 1551. cum libro de *Notitia imperij* vtriusq;. Præterea duo eius *epigrammata* *Græca* extant in florilegio *Planudis*: Et alia duo *Latina* ex *uetero* libro, adiuncta sunt *poematibus* *Vergilij*, in eo exemplari quod ex emendatione *Georgij Fabritij* *Valentinus* *Papa* excudit *Lipsiæ*, anno Domini 1551. *Adrianus* *Imp.* à *Gellio* citatur in *Oratione* de *Italicensibus*. Idem de *militari* scripsit, ex cuius libris *Fla. Vegetius* alia qua ex parte suos *Commentarios* collectos fecerunt. *Epistola* eius pro *Christianis*, *Græce* manuscripta habetur in *bibliotheca* *Regis Gallorum*.

Adrianus *Rhetor*, *Herodis* discipulus, sub *Mæco Antonino* floruit, & æmulam *Aristidi* *rhetorici* *scholam* *Athenis* habuit. Docuit etiam *Romæ* & à *Cõmodo* id muneris est cõsecutus, vt exempla *literarum* in *codicem* referret. Scripsit *Declamationum* & *transformationum* lib. 7. De *formis orationum* lib. 5. De *Statuum proprietatibus* lib. 3. *Epistolas*, & *Demonstratiui generis orationes*, *Phalari* *dem* et *Consolationem* in obitum *Celeris*. *Suidas*.

Adriani *Alexandriados* *primus* & *septimus* *liber* citantur à *Stephano* de vrbe *Stephanis*. Videndum an *Imperatoris*, an *Sophistæ*, cuius vitam descripsit *Philostratus*.

Adrianus *vetus* *I. C.* de *interdictis* libros 10. (aliàs duos) scripsit, ex quibus nihil est reliquum nisi fortè *citationes* quædam in iure *D. Iustini*ani.

Adriani *Amerotij* *Suesionensis*, *liber* de *dialectis* *Græcorum*, impressus *Parisijs* apud *Vuechelum*. Eiusdem de *Græcorum* *notis* *arithmeticis* opusculum, cum *Lexico* *Græcolatino* habetur.

Adriani *Barlandi* *dialogos*, vnà cum eiusdem opusculo de *insignibus oppidis* *Germaniæ inferioris*, *Vuechelus* *Lutetiæ* excudit. Eiusdem *iorum* *veterum* ac *recentium* lib. 3. *primæ* *editioni* nunc *adiectis* lib. 2. cum *scholijs*, *Eucharius Ceruicornus* excudit *Coloniæ*, 1529. Idem *Christiani* *hominis* *institutionem* *aphorismis* descripsit. *Liber* exiuit *Lugduni* apud *Frellæos*, 1539. Extant eiusdem *Compendiosæ* *institutiones* *artis oratoriæ* *Louanij* impressæ: & *Prouerbiales* *versus* ex *Virgilio* collecti, *Basilææ*. * Eiusdem

breuia, dilucida doctissimaq; argumenta, cum artificio rhetorico, in singulos actus & scenas fabularum Terentij, Francoforti excudit Egenolphus anno D. 1537. cum ipso Terentio. Eiusdem epitome chiliadum Erasmi locupletata, impressa est Coloniae anno Domini 1524. De rebus gestis ducum Brabantiae liber, impressus.

Adriani T. S. Chryfogoni presbyteri Cardinalis, de sermone Latino et modis Latine loquendi liber. Eiusdem venatio ad Ascanium Cardinalem versibus phalecijs. Iter Iulij I. Pont. Romani versibus heroicis. Opus excusum Coloniae apud Alopecium, 1522. deinde apud Gymnicum ibidem, 1528. tertio Basileae apud Thomam Vuolfium 1533. Venatio & iter Iulij à Gryphio etiam Lugduni excusa sunt, cū Ouidij Halieuticis, &c. 1537. De vera philosophia libri 4. ex quatuor ecclesie doctoribus (Augustino, Hieronymo, Ambrosio & Gregorio) conscripti, varia eruditione, multa pietate referti, excusi Coloniae apud Melchiorum Nouefianum, 1548.

Adriani Fini liber contra Iudaeos, Flagellum in scriptus, & impressus Venetijs in 4.

* *Adriani* Hoquetij Enarratio in omnia quadragesimae totius Euangelia, Parisijs in 8.

Adrianus Iunius Hornanus, medicus, Cassij Iatrophietae medicas quaestiones ex Graecis Latinas fecit, Parisijs anno 1541. vbi & impressae sunt eodem anno, apud Christianum Vuchelum, cū Graeci exemplaris castigationibus in fine adiectis. * Idem Lexico Graecolatino adiecit vocabula supra 6500. in editione Basileae edita, anno 1548. in fol. et eodem anno in 4. cum praefatione ad Edoardum V I. Angliae regem. Minor editio eadem habet quae maior, nisi quod quaedam copiosius in maiore explicata, & testimonijs authorum confirmata omittit. Praeterea scripsit de anno & mensibus commentarium, cui adiungitur Fastrorum liber, quo quicquid peculiariter apud Graecos, Hebraeos, Romanos, aliasque exoticas nationes memorabile quolibet die actum fuerit, & obseruatum, compendio demonstratur. Item Calendarium in quo totius anni dies articulatim ad calculum vocati, atque id ipsum Latinis haud barbaris sententijs, cuilibet anni tempori congruis. Henricus Petri excudit anno Domini 1553. octern. 9. Edita sunt haec quoque eiusdem scripta, Animaduersionum lib. 6. in quibus infiniti penè authorum loci corriguntur, & declarantur. Item De coma commentarius. Basileae apud Iungrium 1556. Nomenclator omnium rerum propria nomina varijs linguis explicata indicas. Antuerpiae 1567. Emblemata ad D. Arnoldum Cobelium. Aenigmatum libellus ad D. Arnoldum Rosenbergium. Anastauosis sive Passio seruatoris nostri Iesu Christi lambis conscripta. Nonium Marcellum de proprietate sermonum ope veterum codicum innumeris in locis restituit, multis locupletauit. Item Fulgentij Placidiae libellum De prisco sermone repurgauit. Recognouit quoque Rauisij Textoris Epithetorum epitomen. Eunapium de vitis sophistarum in Latinam linguam conuertit. Ex magnis illis Eustachij commentarijs in Homerum, vtilissima quaeque in vnum volumen collegit, quod Cor-

nucopiae inscripsit, Basileae in folio Graece. Hesichij librum de his qui eruditionis fama claruerunt in linguam latinam transtulit. Antuerpiae 1572.

* *Adrianus* Lametius in 17. Psalmos. Sorbona.

* *Adrianus* Marius, Ioanni Secundo Hagienfi fratri suo epicedium scripsit, & quaedam alia quae cum fratris sui operibus impressa sunt.

* *Adrianus* Petit musicus praecellens, scripsit compendium Musices, De modo ornate canendi, De regula contrapuncti, De compositione: liber excusus est Norinbergae apud Montanum & Neuberum, anno Domini 1552.

* *Adrianus* Puluæus I C. scripsit, super prima Codicis, De transactionibus. I. interpositas. De aduocatorum priuilegijs fori. De alienatione iudicij mutandi causa facta, deque litigiosis & actionum cessione. De cessione iurium & actionum. De priuilegijs scholarium. De prohib. rei. fur. vsucap.

* *Adriani* Scorelij Baraui poemata. Antuerpiae apud Plantinum.

Adriani de Traiecto, expositio in sententias P. Lombardi, impressa.

Adrianus Turnebus vir longe doctissimus, & Regius professor in celeberrima Parisiorum schola, in Latinam linguam conuertit Theophrasti libellum de Igne, & alium de odoribus. Plutarchum De primo frigido. De procreatione animae in Timeo Platonis. De defectu oraculorum. Philonem Iudaeum de vita Mosis. Praeterea scripsit Commentaria in Ciceronis tres libros de legibus, & Apologiam ad libros de legibus, in librum de Fato, in Academicam primam: in Orationem pro Rabirio perduellione: in locos lib. 2. de Oratore: Item in C. Plinij praefationem. Scripsit etiam Apologias plures. In Varronem de lingua Latina notas, post mortem ipsius editas 1567. apud Vuchelum. Aduersariorum lib. 24. opus omnigena eruditione refertum, impressum Parisijs duobus tomis in quarto, anno 1564. & 1565. Panegyricum de Caletis receptis versibus heroicis. Epithalamium Francisci Franciae Delphini, & Mariae Scotiae reginae. Edidit atque emendauit Hephæstionis Grammatici quaedam, Demetrii Triclinij commentaria in Sophoclem, Aeschili tragoedias, Philonis Iudaei opera, Siculum Flaccum, Hygenum, & alios limitum scriptores, ac multos alios vtriusque linguae optimos auctores. Plurisque etiam libris à se ex Graeco translatis annotationes aliquas adiecit. Omnia haec Parisijs partim ab ipso Turnebo partim à Morelio typis regijs, partim etiam ab alijs edita sunt. Quaedam etiam denuo in Germania publicata. Obijt anno domini 1566. Porro post obitum illius hoc anno 1573. Aduersariorum adhuc sex libri editi sunt Parisijs.

Adriani Veneti monachi Dominicani, & Metaphysices professoris Patauij, tractatus de arte inquirendi haereticos, impressus est in Italia, ni fallor.

Adriani Vuilaert musici, sex vocum motetiae (vt vulgo nuncupantur) impressae sunt Venetijs apud Antonium Gardanum, anno Domini 1542. Eiusdem

Eiusdem & lachet Psalmi vespertini omniū dierum festorum per annum, quatuor vocum, impressi Venetijs 1557.

* *Aedesius* Cappadox Iamblichi discipulus & successor, cōmemoratur ab Eunapio: qui etiam meminit alterius Aedesij sophistæ, filij Chrysanthij.

Aedosthenis scripta citantur apud Plinium, libro 4. Naturalis historię, si recte scribitur.

Aegestas vide Hegestas.

Aegias quidam citatur à Clemente lib. 1. Stromaton.

* *Aegidius* quidam Anglus, scripsit De uegetabilibus & plantis lib. 1. Lelandus.

Aegidij cuiusdam liber impressus, De regimine principum & modo bellandi, & armis aptioribus. Dicitur esse Aegidij de Roma.

Aegidius quidam Cardinalis transtulit Psalteriū.

Aegidij cuiusdam epigramma in Florilegio Plauudis extat.

Aegidius monachus Benedictinus, natione Græcus, scripsit carminibus, De pulsibus lib. 1. De vrinis lib. 1. qui ambo cum expositione Gētīlis De Fulgineo, impressi sunt primum Lugduni 1505, in 8. deinde Basileæ apud Thomam Vuolfium 1529. Vixit circa annum Domini 700.

Aegidius Bellamere scripsit Consilia in iure, quæ Romæ in bibliotheca Palatina habentur numero 148. Idem scripsit super De foro competentis, c. Romana, Super parag. contrahentes, in fine suorum consiliorum. De pluralitate beneficiorum. De Rota Romana.

Aegidius Bethsbrugius I. C. scripsit de usura centesima, triente, semisse.

* *Aegidius* Bosisius I. C. De maleficijs.

* *Aegidij* Bourdini paraphrasis in constitutiones Regias anno 1539. editas. Parisijs octavo.

* *Aegidius* Bulionius Belga, Galliam Belgicam descripsit, quam edidit Antuerpiæ Ioa. Liefrink: & Sabaudiam cum Burgundiæ comitatu, quam ibidem edidit Cock.

* *Aegidij* Corrozet memorabilia impressa Italice in 16.

* *Aegidius* Delphus vir Transalpinus multa eruditione præditus, & mira in pangendis carminibus facilitate, sed non multa cum re. Lilius. libro secundo de poetis nostri temporis. Vide Aegidius Delphus.

* *Aegidius* Faber, Bruxellensis, Carmelita, doctor Louanienſis, scripsit Lecturam sententiarum libris quatuor. Contra proprietarios librum vnum. Chronicon sui ordinis. Historiam Brabantię. Quæstiones ordinarias. De terminationes theologiæ. De testamento Christi in cruce. De ortu religionum. Commentarios in Ruth, in Iob, in epistolam Pauli ad Romanos. Sermones ad populum. Præcepta vitæ religiosæ. Orationes ad Clerum. Collationes feriarum, atque alia. Obijt Bruxellæ anno 1506. Tritthemius.

* *Aegidius* de Foeno, Angelus, scripsit librum contra Flagellatores, qui Oxonij habetur in collegio Regina. Præterea, De uegetabilibus & plantis librum. Baleus.

Aegidius de Fuscarijs, Bononienſis, vir in iure

canonico doctissimus, scripsit De ordine iudiciorum libros 5. De officio tabellionis lib. 1. Quæstiones iuris varias. De officio testamenti seu alterius publicæ scripturæ lib. 1. forte idem cum libro De officio tabellionis.

* *Aegidij* de Hertoghe medici, Epistola de gestatione foetus mortui per tredecim annos, ad Matthiam Cornacem.

* *Aegidij* de Kempis regulæ pulcherrimæ De prædicationibus diuinis, ex diuersis auctoribus laboriose collectæ. M. Dresserus.

Aegidij de Mandelbertis disputationes 312, in vol. Rep.

Aegidius Maserius Parisiensis scripsit commentarios in C. Valerij Flacci Setini Balbi argonauticōn libros octo, excusos Lutetiæ apud Ascensium.

Aegidius Nettelet, decanus ecclesiæ Catteracensis, edidit opus celeberrimum, collectum ex epistolis Sancti Hieronymi presbyteri, libros quatuor.

* *Aegidius* Periander Bruxellensis, Brabantinus, Noctus speculum, omnes res memorabiles, variasq; & admirabiles Tyli Saxonici machinationes complectēs, nouo more ex idiomate Germanico Latinitate donauit, liber impressus Francofurti, additis elegantissimis iconibus singulorum historiarum, anno Domini 1567. in 8.

* *Aegidius* Perrinus Arremanensis, scripsit vitam Iustiniiani imperatoris.

Aegidius de Roma, ordinis fratrum Eremitarum S. August. Bituricensis archiepiscopi, scripsit multa, e quorū numero recensentur in Hexamerō lib. 2. In Cantica canticorū lib. 1. In epist. Pauli lib. 14. Super sententias lib. 4. Expositio primæ decretalis, li. 1. De regimine principum excusus, lib. 1. Quodlibeta multa, lib. 1. In officium missæ, lib. 1. Laudes sapientiæ diuinæ, lib. 1. De subiecto theologiæ, lib. 1. De corpore Christi, lib. 1. De mensura angelorum, lib. 1. De cognitione angelorum lib. 1. De mortuis lib. 1. De gradibus formarum lib. 1. De prædestinatione lib. 1. Theorica de esse et essentia lib. 1. De generatione & corruptione lib. 1. De peccato originali lib. 1. De formatione humani corporis, li. 1. De potestate ecclesiastica lib. 3. Compendiū theologiæ lib. 6. De renunciatione papæ, lib. 1. De intellectu possibili lib. 1. De sapientia diuina in beatis lib. 1. De bona fortuna lib. 1. Distinctio articulorū fidei lib. 1. De carcere lib. 1. Aduersus corruptorem librorum Thomæ Aquin. lib. 1. Sermones varij, lib. 2. In omnes lib. Aristotelis, Epistolę notabiles, & alia nō pauca, quorum quædam excusa sunt Venetijs, apud hæredes Octauiani Scoti: quædam Argentorati etiam, Extant eius cōmentaria impressa, in Aristotelis lib. Prædicamentorum, Peri hermenias, Priorum, Posteriorum, Elenchorum. Item in lib. Physicorum, De anima, Metaphysicorum. Eiusdem Aegidij scripta typis excusa habentur? In artem veterem, Quæstio defensiua opinionis De medio demonstrationis, De materia cœli cōtra Auerroim, Elucubrationes in Pet. Lombard. Claruit anno Domini 1280. Commentarij eius in Rhetoricam Aristotelis impressi sunt Venetijs. anno D. 1515. cum Alpharabio in eandem,

Hexaameron eius ibidem ut puto impressum est in quarto. In primum sententiarum, Venetijs 1571. in folio. Theoremata De sacramento altaris. De regimine principum. De paradiso, inferno, purgatorio. De resurrectione mortuorum. De predestinatione & praescientia. De hostia consecrata. De cognitione angelorum: manuscripta exstant apud M. Dresserum.

* *Aegidius Thomatis* I. C. De muneribus patrimonialibus, seu collectis.

* *Aegidij Topiarij* Conciones in Evangelia & Epistolas quae per Quadragesimam proponi solent. Antuerpiae Plantinus. Eiusdem Conciones in Evangelia & Epistolas totius anni, quae diebus dominicis & in festis sanctorum populo in ecclesia proponi solent: e tabulis Laurentij à Villa, uincencio elaboratae: plurimis in locis supra primam editionem auctae & locupletatae. Antuerpiae Plantinus in octavo.

Aegidius Tschudus Glaronensis, scripsit librum Germanice De prisca ac vera Alpina Rhætia, cum caetero Alpinarum gentium tractu, mira antiquitatis obseruatione, locis illis peragratis, & optimis quibusque in hoc genere authoribus, & uetustis ubique literarum ac instrumentorum, ut uocant, monumentis perlectis compositum: una cum tabula, ubi scitissime regionum illarum, Rhætig, Heluetiae, Sedunorum, ac maioris partis alpium situs depingitur, cum Germanicis & Latinis locorum nominibus. Hunc Sebastianus Munsterus Latinum fecit. Impressus est Basileae apud Isingrinium, 1538. Accessit eiusdem epistola ad Beatum Rhenanum, De nomine Germaniae. Edditus autem est hic liber incerto auctore, & nondum emendatus, ideoque nouam Rhætiae descriptionem parauit, & Helueticarum rerum locupletissimos commentarios uernacula lingua scribere cepit, sed morte praeventus non absoluit.

* *Aegidij Tullij Carnuci*, Commentarij in leges Carnutum municipales. Parisijs 1560. in quarto.

* *Aegidij Vuitij* I. C. Brugensis Consilium De continendis & alendis domi pauperibus, & in ordinem redigendis validis mendicantibus. Antuerpiae excudit Siluius 1561. in octavo.

* *Aegimij* De palpitationibus siue de Pulsibus liber, citatur à Galeno libro quarto De differentijs pulsuum.

Aelianus sophista Rom. scripsit de varia historia lib. 14. Graece, quos à Iusto Vulteio Vuererano nuper latinitate donatos, impressit Oporinus, una cum Politij, siue rerum publicarum descriptionibus ex Heraclide, eodem interprete. Anno 1548. Extant eiusdem De animalium historia lib. 16. Lugduni Latine impressi, Petro Gyllo interprete. Praeterea epistolia rustica XII. excusa ab Aldo cum reliquis variorum authorum epistolis. Item De re militari, siue De instruendis aciebus, Lutetiae apud Vuchelium, & Colingum, 1532. Eiusdem varia historia Graece excusa est Roma in 4. anno D. 1545. Item libri De militaribus ordinibus instituendis more Gregorum, à Francisco Roberello Vrinensi editi sunt Graece, multis imaginibus & picturis ab eodem illustrati,

Venetijs anno Domini 1552. quaternionibus decem. Iidem libri Latine seorsum editi sunt eodem Roberello interprete. Vixit Aelianus sub Adriano Romanorum Imperatore. Aeliani libri, Animalium historia Conrado Gesnero interprete, Varia historia, & De instruendis aciebus, Epistolae, Graece & Latine editi sunt Tiguri apud Gesneros fratres in folio. Eiusdem Institutio De re nauali in Regis Gallorum bibliotheca, extare fertur, atque etiam Palacini principis.

Aelij Antonij Nebriffensis lucubrations haec traduntur. Cosmographia, Lexicon iuris ciuillis contra quosdam insignes Accursij errores: Lugduni, 1537. Commentarij in Auli Persij Satyras, Lutetiae apud Rober. Stephanum. In aliquot sacrae scripturae locos quinquagenae quinq. In singulis autem exponit quinquaginta uoces ex sacris literis, & quicquid ad rerum declarationem ex diuersis authoribus afferre poterat producit. Tercia Parisijs excusa est, aliae quatuor olim in Hispania, Dictionarium propriorum nominum, & Latinohispanicum. Enarrationes in Caelij Sedulij paschale opus. Ars noua Grammatices. Dictionarium trilingue quod hactenus non est repertum. Introductorium in Cosmographiae libros impressum Parisijs, uenit 4. denariolis Gallicis. Dictionarium eius Latinohispanicum impressum est Compluti, Granatae & Antuerpiae, apud Stellsij haeredes 1570.

Aelij Cinnae poetae Heroici Propempticon ad Pollionem. Eiusdem Smyrna, quam decem annis elimaui. Catullus poeta illud opus quodam epigrammate extulit praecclare. In Smyrna commentati sunt L. Crassitius Pansa, & C. Iulius Higinus. Meminerunt Smyrnae Sueronius, Seruius, Charisius, Porphyrio, Priscianus.

Aelius Cordus Seueri ac Maximini principum Romanorum, item Clodij Albini & Pescennij Nigri tyrannorum gesta descripsit.

Aelij Dionysij opusculum De indeclinabilibus, uerbis Graece. Aelius Dionysius in scriptis suis ad Scymnum citatur ab Eustathio.

Aelius Donatus Grammaticus, praceptor diui Hieronymi, scripsit artem, quae in manibus extat puerorum, quanquam in epitomen redacta. Item commentaria Grammatica, artem uidelicet primam, secundam, de Barbarismo, pedibus, tonis, quae cum Sergij in utramque artem commentarijs excusa sunt Lutetiae per Rob. Stephanum, Libellum De 8. orationis partibus à Glareano restitutum, & scholijs illustratum, falsum excussum reperies. Scripsit etiam libellum de literis & syllabis, earumque accidentibus. Argumeta in Publij Ouidij fabulas, una cum Nasone impressas Coloniae per Gymnicum. Annotationes in Terent quas Robertus Stephanus Lutetiae, Frobenius Basileae excudit, Anno 1538. Scripsit praeterea commentaria in Vergilij Aeneida, quae cum alijs excusa sunt Venetijs, Anno 1520. Item uita Terentij, & Vergilij Maronis.

Aelius Gallus scripsit de significatione uerborum, quae ad ius pertinent. Huius libri fragmenta seruantur in Pandectis. Quin etiam Aelij Galli medicamenta quaedam composita referuntur à Galeno, libro secundo De Antidosis,

Aelius

Aelius Iulius Croctus edidit iambica, hendeca syllabos & eglogas, aliaque diuersi generis carmina.

Aelius Lampridius ad Diocletianum Augustum scripsit historias principum Didij Iuliani, & Commodi Antonini. Frobenius Basileæ impressit, cum C. Suetonio & alijs.

Aelius Martianus 1. C. scripsit Institutionum lib. 16. Regularum lib. 5. De appellationibus lib. 2. De publicis iudicijs, lib. 2. Lib. singulares 3. De delatoribus. Ad senatusconsultum Turpilianum. Ad hypothecariam formulam. Horum fragmenta producuntur aliquoties in Pandectis.

Aelius Maurus Seueri Imperatoris vitam descripsit.

Aelius Promotus, Alexandrinus, Græcus medicinae scriptor, extat in Italia, & apud Diegum Hurradum.

Aelius Saturninus scripsit carmina quædam in Tiberium Cæsarem, cuius rei gratia ab eo interfectus est, vt refert Dion.

Aelius Spartianus Hadriani imperatoris & Aelij Veri Cæsaris ad Diocletianum Augustum historiam scripsit. Frobenius Basileæ excudit, 1533, cum C. Suetonio & alijs.

Aelius Stilo citatur à Plinio, qui in librum nonum Naturalis historiae multa ex eo transcripsit. * Meminerunt etiã Cicero & Charisius Aelij Stilonis Grammatici, qui Varronis præceptor fuerit. Vide C. Aelius Stilo.

Aemilianus quidam Epigrammatum scriptor Græcus, in Florilegio Planudis citatur duobus in locis simpliciter, in tertio *Nixæis* gentile adijciunt.

Aemilianus Cymbricus poëta elegiographus, scripsit epigrammata, & epicedium in Fridericum Imperatorem, & alia quædam, quæ ab inuidis supprimit dicuntur.

Aemilius historicus citatur apud Plutarchum in vita Hannibalis.

Aemilius de Aemilijs, Erasmi Roterodami Enchiridion Christiani militis in Italicam linguam transtulit, libellus impressus Venetijs.

Aemilius Ferretus seu Perrotus iurisconsultus, scripsit annotationes in Cornel. Tacitum, quas Gryphius impressit Lugduni, 1541. Item commentaria siue Notas in Iustiniani institutiones, Paganus excudit Lugduni. Item in reliquos libros iuris excepto primo Codicis. In legem Gallus Super 2. Cod. Quæ sit longa consuetudo. De doctore perfecto. De mora. Consiliorum volumen 1. Variarum opinionum in iure librum.

Aemilij Hispani mulomedici scripta quædam Græca, cum Abiyrto et alijs impressa Basileæ. 1537.

Aemilius Macer 1. C. à Papiniano instructus, Alexandro imperante, scripsit de re militari lib. 2. De publicis iudicijs lib. 2. De officio præsidis lib. 2. De appellationibus lib. 2. *Εἰκοσὶν*, siue ad legem vicissimam de hæreditatibus lib. 2. Ex his libris multa citantur in Pandectis.

Aemilius Macer quidam scripsit de herbarum virtutibus carmine hexametro, cuius opusculum extat cum Ioan. Atrociani annotationibus. Basileæ impressum, & postea etiã Francfordiæ, alijs Iani Cornarij scholijs illustratum, Sed alius vide

tur ab Aemilio Macro Veronense poëta, de quo scribit Ouidius, & Volaterranus lib. 17. Vrb. com. Alterius quoq; Macri mentionem facit Plinius epist. lib. 3. in Epist. Pergratum est mihi. etc. Aemilius Macer citatur etiam apud Plinium in autorum Catalogo, qui in librum nonum & decimum Naturalis historiae multa ex eo transtulit. Aemilij Macri poëtae librorum, De herbis meminit Ouidius, De apibus Seruius. 4. Georg. & 1. Aeneidos. Theriacum Charisius. Ornithogonij Nonius.

Aemilius Maria Manoleffus, Repertorium Ioannis Bertachini post Ioannem Thyerij adeo rumulate auxit, vt studiosus nihil amplius desiderare queat. Venetijs apud Beuilaquam 1570. in quarto.

Aemilius Papinianus (vel, Aemilius Paulus Papinianus) vetus I. C. Scauolæ discipulus, scripsit Quaestionum lib. 37. Responsorum lib. 19. Definitionum lib. 2. Libros singulares. De adulterijs, lib. 1. *Αστυνομὴ*. Horum fragmenta citantur in Pandectis. Scripsit insuper ad edictum curulium, librum primum. Digestorum lib. 19. Quorum nihil extare puto.

Aemilius Paternianus historicus, scripsit vitam Auidij Cæsij, qui sub M. Antonino tyrannidem inuaserat.

Aemilius Probus scripsit De vitis imperatorum, siue De externis imperatoribus. Liber excusus Venetijs apud Aldum, & Coloniae anno Domini 1543. scholijs illustratus à Gisberto Longolio, qui etiam locos apposuit quos Probus à Thucydide vertit, & transtulit. Aemilij Probi librum quidam Corn. Nepoti attribuunt, emendauit autem hunc & commentarijs explicauit Dionysius Lambinus. Parisijs in quarto, 1569.

Aemilij Scauri oratio, quam de rebus à se gestis apud populum habuit, citatur à Valerio.

Aeneas cuiusdam ad capitis dolorem pharmaca Galenus lib. 1. cap. 2. De compositione pharmacorum secundum locos, recenset.

Aeneas Sophistæ meminit Suidas cuius libri sint *ἀνεκδότοι*. In Italiae vero bibliothecis atq; etiã Augustæ Vindelicorum, extat Aeneas Sophistæ Elenchus *τῆς ἐναντιοπομπῆς*. Eiusdem Epistolas Aldus impressit Venetijs, cum alijs diuersorum authorum Græcis epistolis. Huius putatur esse dialogus Theophrastus, De immortalitate animæ, deq; corporum resurrectione: qui inscribitur Aeneæ Platónico Christiano: hunc primum Latinum fecit Ambrosius Camaldulensis, dein de Ioannes Vuolphius Tigurinus. Basileæ excudit Episcopus cum Philonis Iudæi operibus, & Tiguri Gesneri fratres Græce & Latine, cum quibusdam aliorum theologorum scriptis.

* **Aeneas** scripsit De instruendis aciebus, de tota quoque re militari satis operum edidit, quæ Cyneam Thessalum redégisse in breuitatem constat. Aelianus. Aeneas scripsit de Pyris idest ignibus qui in speculis accenduntur, & de Strategematibus commentarium. Suidas. Aeneas liber De re militari extat Romæ in Vaticana bibliotheca.

* **Aeneas** Hierapolita scripsit compendium elementorum geometricorum, Proclo teste.

* *Aeneas* de Falconibus De reservationibus beneficiorum.

Aeneas Syluius, dictus postea Pius papa secundus, natione Tuscus, patria Senensis, cuius scripta extant haec: De educatione liberorum, lib. 1. Solutio quaestionum, lib. 1. De duobus amantibus, lib. 1. Contra Thaboritas, lib. 1. Ad Nicolaum de Cusa, lib. 1. De fide ad Turcum, lib. 1. De profectio in Turcas, lib. 1. Ad episcopum Cracouiensem, lib. 1. De studio venandi, lib. 1. Praecepta 10 rhetoricæ, lib. 1. De praescientia Dei, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1. De clade Constantinopol. oratio, lib. 1. De clade vniuersalis ecclesiae, lib. 1. In conuentu Mantuano oratio, lib. 1. Ad Calixtum papam oratio, lib. 1. Coram cœtu Cardinalium oratio, lib. 1. De rebus à se gestis, lib. 1. De Fato, lib. 1. Dialogus contra Turcas, lib. 1. Historiarum opus imperfectum, lib. 1. Epigrammata plura, luuenis Niraphilenticum scripsit versu facili & expedito, Poëmata quoque in epistolarum modum 20 complura. Scripsit ad Ladislaum regem Boemorum adhuc adolescentem libellum de arte Grammatica, mox alterum de regia institutione. Ad Federicum de Noricis integros commentarios. Rerum sui temporis in Italia gestarum lib. 12. quod opus nondum absolutum cum vita finiuit, vetuitq; publicari, nisi emendaretur. De Euryalo, De ortu Nili, De hæresi Hussitarum, De dignitate Cæsaris, De potestate concilij, De sanguine Christi, De veritate Christiana ad Mahometem Turcam, De gloria belli suscipiendi ad Franciscum Sfortiam, De erratis Basiliensium, De fortuna, De defensione poetices, De miseria curialium singulos libellos, quorum magna pars dialogis constat. Præter Scotiam, Noruegiam, & Lituaniam, Rhodon quoque & Mitylenen, & Lesbion, & Cyprum expressit accurata breuitate. Orationes quatuor & viginti: Decadum Blondi epitomen, qua omnis ab inclinatio Romano- 30 rum imperio historia, quæ cepit ferè anno Christi 407. per centum & amplius annos miro compendio citra obscuritatem complectitur. Bebel. Basileæ 1533. Familiarium epistolarum opus, excusum Norimbergæ 1481. Historiam Bohemicam à principio gentis vsque ad Georgium Ladislai successorem, ad Alfonso regem Aragonum. Hoc opus postea repurgatum, & integris periodis locupletatum ad exemplar manuscriptum, Basileæ excusum est anno 1532. deinde Salingiaci apud Ioan. Soterem, 1538 Inscribitur etiam Vitichindus hæc historia. Descripsit quoq; 40 Asiam minorem, et Europam, veterum simul ac recentium res memoratu dignas complectens, maximè quæ sub Friderico 111. apud Europæos Christiani cum Turcis, Prutenis, Soldano, & cæteris hostibus fidei, tum etiam inter sese vario bellorum euentu commiserunt. Liber impressus in 8. Coloniae vt videtur. Item commentarium in quatuor libros Antonij Panormitæ, De dictis & factis Alphonsi regis Aragonum, quo capitatum cum Alphonsinis contedit. Basileæ 1538. Epistolam de literarum studijs. Extat eiusdem Germania, qua continentur grauamina Germanicæ nationis: item confutatio eorundem cum replicis. De concilio Constantiensi & Basiliensi; De colla-

tionem beneficiorum, cum replicis, in bulla Leonis X. De ecclesia reformanda fundatis. De concordatis principum. De officio papæ, & eius officialibus. De veritate Christianæ religionis. Scripsit præterea profectioem Iacobi Marchionis Badensis Romam, eiusq; oratiunculam ad Papam, & responsonem Friderici 111. & Maximiliani, cæterorumq; Germaniæ principum. De duobus falsarijs Romæ sub Innocentio V 111. combustis. Renatus Beck excudit Argentinæ 1515. Eius opera Basileæ ab Henrico Petri excusa sunt. anno Domini 1551.

* *Aeneas* Vicus Parmensis scripsit Commentariorum libros 21. in Vet. Rom. Imp. numismata è quibus primus de C. Iulio Cæsare dictatore excusus est Venetijs 1560. Item Numismata duodecim Imp. quorum vitas describit Sueronius, æreis formis expressa. Augustarum imagines æreis formis itidem expressas: vitas earum & rationem signorum quæ in posteriori parte numismatum efficta sunt. Venetijs 1558. in quarto.

* *Aenesias* Peripateticus Theophrasti discipulus, Megalopolitanus, citatur à Stephano de vrbibus.

* *Aenesidemus* Gnosius conscripsit Pyrrhonia rum rationum lib. 8. Laertius.

* *Aenicus* Atheniensis, comicus antiquæ Comœdiæ, cuius fabula est Antia, Suidas. Hunc Pollux *Eunicum* nominat, à quo eadem fabula citatur.

* *Aeraros* Aristophanis comici F. & ipse comicus, qui primum fabulas edidit Olympiade 101. quarum sunt, Cæneus, Campylion, Panos partus, Hymenæus, Adonis, Virguncula, Suidas.

Aeschines Atheniensis, Socratis auditor, scripsit Dialogos Socraticos septem, qui à Laertio commemorantur, Milciades, Callias, Axiochus, Aspasia, Alcibiades, Telauges & Rhinon. Tri- 40 buuntur etiam illi, Cyrus paruus, Hercules minor, Ion, & quædam alia quæ Laertius ab ipso scripta esse negat. Huius videtur esse Axiochus editus cum operibus Platonis, & separatim quoque Xenocrati à quibusdam inscriptus. A Suida uero præter commemoratos dialogos, alij qui Acephali, absque capite dicuntur, Aeschini Socratico inscribuntur: Phædon: Polyænus: Draccon: Eryxias, de virtute: Erasistratus: Scythici.

Aeschines Atheniensis rhetor scripsit Epistolas optima disciplina refertas, quas Aldus Venetijs impressit Græce, cum plurimis aliorum epistolis, in 4. item orationes, quas idem excudit cū alijs. 12. Rhetorum orationibus. * Eiusdem & Demosthenis duas orationes contrarias, & in eisdem Ioannis Sturmij commentariolum hecatomeres, Rihelius impressit Argentorati, anno Domini 1550. octernionibus 19. Aeschini orationes & epistolas in Latinam linguam conuertit Hieronimus Vuolphius, vna cum Demosthenis orationibus.

60 * *Aeschines* alius à Philosopho & oratore, scripsit artem oratoriam, teste Laertio.

Aeschines medicus citatur à Plinio lib. 28. naturalis historię.

* *Aeschines* Milesius orator à Pompeio Magno in exilium missus. Strabo 14.

Aeschylus

* *Aeschryon* Mitylenæus, versificator heroicus, comes itineris Alexandri, filius Philippi, Aristotelis discipulus & amicus, ut Nicander Alexandrinus tradit in libro De discipulis Aristotelis.

Aeschryon Samius poeta, laborum scriptor; citatur ab Athenæo. Porro à Plinio & Columella citatur *Aeschryon* de Agricultura. Athenæus quoque *Aeschrylidis* Georgica citat, an autem idem scriptor sit incertum est.

Aeschryli Poetæ tetraëstichon elegiacum in Florilegio Planudis legitur.

Aeschrylus Atheniensis, primus in lucem protulit tragœdias, teste Quintiliano: cuius tragœdias sex, *Prometheum* vinctum, Septem ad Thebas, *Perlas*, *Agamemnonem*, *Eumenides*, *Supplices*, *Aldus* impressit Venetijs, 1518. Eius fabulam *Agamemnonem*, mancam antea, integritati suæ restituerunt Bartholomæus Barbadorus & Hieronymus Mæus. Omnes autem *Aeschryli* tragœdiæ ab Adriano Turnebo emendatæ, impressæ sunt Parisijs, & venæunt quatuor solidis & sex denariolis Gallicis. Præterea à Francisco Robortello Vtinenſi ex manu scriptis libris ab infinitis e raris expurgatæ, ac suis metris restituta, excusæ sunt Venetijs, à Gualtero Scotto, anno Domini 1552. octernionibus 18. In eadem commentarij à Francisco Robortello ex antiquis exemplaribus collecti, ab eodem excusi sunt. Eiusdem tragœdias septem multo quam antea castigatior: Scholia item in eadem plurimis in locis locupletata, & in penè infinitis emendata Petri Victorij cura & diligentia: Henricus Stephanus excudit, anno 1557. & observationes addidit in *Aeschryli* locos qui variè scribuntur. Porro præter septem has fabulas ab Athenæo citatur *Aeschrylus* in *Amphytrione*, *Glauco Pontio*, *Danaidibus*, *Hedonis*, *Heliadibus*, *Theoris*, *Cabeiris*, *Cretensibus*, *Lycurgo*, *Myrmidonibus*, *Adolescentibus*, *Ostologis*, *Perrhæbis*, *Perrhæbidibus*, *Protheo*, *Phineo*, *Phorcine*, *Phrygibus*. A Polluce etiam citatur in *Cercione*, *Lutris*, *Psychagogis*, *Thalamo* poetis, Præconibus, Suidas eum Tragœdias nonaginta scripsisse refert, vicisse octies & vicies, secundum alios decies ter; addit, scripsisse etiam *Elegias*. Porro omnes quæ extant *Aeschryli* tragœdias, in Latinam linguam tranſtulit Ioan. Saueromanus. *Prometheum* verò Mathias Garbitius tranſtulit & Scholia adiecit. Basileæ apud Oporinum 1559.

Aesculapius philosophus Trallianus, Scholia Græca scripsit in primum & secundum librum *Arithmeticæ* introductionis Nicomachi.

Aesculapij De morborum, infirmitatum, corporisque accidentium origine, causis, descriptionibus & cura, liber impressus est Argentorati à Schotto, anno Domini 1544. cum *Trotula* & *Hildegardi*, chartis 20.

* *Aescius* quidam citatur à Pausania.

Aesopus Samius aut Sardonius, Engiton Mesebrianum fuisse dicit, alij Cotientem Phrygem, fuit logopæus, hoc est inuentor sermonum & responſionum. Veratus est & in pretio habitus apud Cræsum quadragesima Olympiade, antiquior Pythagora. Scripsit ea quæ sibi

Delphis acciderunt libris duobus. Ac potius quidam aiunt, *Aesopum* responſa scripsisse solum, nam apud Delphos iniuste perijſſe, præcipitatum ab incolis de Phædriadibus rupibus, quinquagesima Olympiade, & famulum fuisse Xanthi Lydi. Alij Samij viri ladmonis cuius & Rhodopis ancilla fuerit, quam Thressam genere; Charaxus Sapphonis frater uxorem duxerit, ex eaq; liberos suscepit. Suidas.

Aesopi Phrygis vitam & fabulas, Maximus Planudes conscripsit, ut suo loco dicemus.

Aesopus anagnostes Michridatis, scripsit De laudibus Michridatis, & de Helena, teste Volaterrano & Suida.

* *Aetherius*, heroicus poeta, varia scripsit, & epithalamium hexametro versu in Simplicium fratrem suum. Suidas.

* *Aethlij* ἠθλια σαμια & ἠροι σαμιοι citantur ab Athenæo

* *Aethici* Cosmographia, cui subiungitur Itinerarium quod Antonino tribuitur. Manuscripta extat. Vixisse videtur circa tempora Theodosij.

Aethonis Ioannis à Freudenberg, Deabusu & impostura medicantium libellus, perquam vitilis iucundusque omnibus quibus cum medicis erit negotium, impressus est Marpurgi à Ceruicornio, anno Domini 1538. octernionibus 3.

Aetius Amidenus medicus, scripsit sermones seu libros septendecim, in quibus cuncta quæ ad curandi artem pertinent, congesta sunt, ex omnibus qui vsque ad eius tempora scripserant, diligentissimè excerpta, quorum 8. tantum Græce ex Aldi officina, Latine verò omnes Basileæ à Frobenio impressi sunt, 1535. partim à Ioanne Baptista Montano, partim à Iano Cornario tranſlati. Deinde iterum 1542. omnes à Iano Cornario de integro versi, & denuò æditi anno 1549. Aetij libri De oculorum affectibus, De intemperie & infirmitate hepatis, & de his qui sanguinem ex ventre reuomunt, Græce extant in bibliotheca Regis Gallorum.

Afranij poetæ comici autoritates citantur, in *Aequalibus*, *Brundusinis*, *Cinerario*, *Consobriis*, *Deditione*, *Emancipato*, *Materteris*, *Pantaleo*, *Pompa*, *Repudiato*, *Sororibus*. *Talione*, *Temerario*, *Vopisco*. Itè in *Abducta*, *Epistula*, *Ida*, *Priuinio*, *Prodito*, *Promo* vel *Primo*, *Simulante*, *Suspecta*, *Virgine*, *Auctione*, *Auguribus*, *Buccone* adoptato, *Compitalibus*, *Crimine*, *Deposito*, *Diuortio*, *Excepto*, *Fratruijs*, *Homine* (videtur hæc fabula alibi *Crimen* & alibi *Omen* nominari) *Incendio*, *Inimicis*, *Liberto*, *Megalenibus*, *Prodigio* (eadem fortè quæ à Festo *Proditus* citatur) *Prosa*, *Thaide*. De his vide *Festum* & *Nonium*, nominatur autem à quibusdam M. Afranius, ab alijs L. Afranius.

Africanus episcopus, quære Iulius Africanus. *Africanus* vetus Iure cons. scripsit *Quæstionum* libros nouem, quorum fragmenta in *Pandectis* habentur.

Africani cuiusdam scripta citantur apud Fulgentium in *Mythol.*

* *Africanus* cognomento Sextus dictus, philosophus Afer, qui Cætos descripsit lib. 24. Sunt autem *Phyfica* quædam, è sermonibus & incantationibus

Pet. Vich. l. 1. sp. p. 14. ubi eum etru- rdijs simum gratijs simumq; vocat Poet. sam. Conf. p. 15.

tamentis, & scriptis quibusdam characteribus constantia, remedia & alios affectus pollicentia Contra hunc scripsit Origenes de libello Susannæ qui extat in Daniele, Suidas. Videtur autem hunc confundere cum Iulio Africano historico; ad illum enim Origenes scripsit.

* *Africani* narratio De ijs quæ in Persia sub Christi incarnationem contigerunt, habetur in bibliotheca Fuggeri ut audio. Fortè autem erit Iulij Africani.

* *Africanus* quidam Paradoxa scripsit, unde excerpta quædam in Geoponicis Græcis Constantino inscriptis leguntur. Arbitror autem eundem esse Africanum mulomedicum, cuius quædam cum Absyrtio edita sunt. Africani de re militari liber Romæ extat in Vaticana bibliotheca.

* *Agallis* Corcyrea, Grammatica, citatur ab Athenæo lib. 1. Dipnosophistarum.

Agapetus Diaconus magnæ & sacrosanctæ Dei ecclesiæ, scripsit sententias paræneticas numero 72. ad Iustinianum Cæsarem, Græco sermone, quam Græci schædam regiam appellant: differit enim de regis officio. Excusæ Basileæ apud Frobenium, cum fabulis Aesopi Græcis.

* *Agapetti* papæ decreta citantur in tomis Conciliorum.

Agapius Alexandrinus, medicus insignis, qui Byzantiæ eius facultatis ludum aperuit, scripsit Commentarios in medicinam, Suidas.

* *Agasthenes* citatur ab Athenæo lib. 1. Dipnos. 30 Videtur autem nescio quid historicum scripsisse.

Agatharchides scripsit lib. 5. De mari rubro, siue de populis ad meridiem sitis: Eclogas 1. & 5 libri H. Stephanus cum Ctesæ eclogis impressit Græce, & (ut opinor) nuper Latine quoque. In fine quinti libri testatur, multa à se de Europa et Asia conscripta esse. Athenæus citat Agatharchidis Gnidij Europiaca & de Asia libros. Plutarchus in Parallelis minoribus Agatharchidis Samij libros rerum Persicarum citat, quem tamen non puto alium esse à Gnidio.

Agathias Scholasticus Smyrnæus, scripsit historiam illam de rebus Iustini, principis post Procopium Cæsariensem, ea videlicet quæ sub Belisario acciderunt, & in Italia atque Lybia gesta sunt, hoc est, & ea quæ Narses in Italia gessit, & Lazica atque Bizantina. Composuit alios quoque libros & metricos, & oratione soluta: tum illa quæ vocantur Daphnica, & orbem nouorum epigrammatum, quæ ipse coegit ex poetis iuxta tempus. Hæc deinde Maximus Planudes, lasciuioribus resectis, castrauit. Floruit cum Paulo Silentiario, atque Macedonio consule, ac Tribuniano, Iustiniani temporibus. Extant hodieque eius historiarum tomus Græci Romæ: Latini autem facti sunt à Christophoro Porfena, Priore S. Basilinæ, quos Heruagius Basileæ excudit 1531. cum Procopio de rebus Gothorum, & alijs quibusdam historicis. Sunt autem historiarum lib. 5.

Agathemeri Hypotyposes Geographica, Romæ extant in Vaticana bibliotheca, & in bibliotheca Regis Gallorum, Gr. m. Item apud Dicum Hurradum.

* *Agathynus* citatur à Galeno lib. 4. De differentijs Pulsuum, cap. 11.

Agathij Guidacerij, sacrae theologiæ regij professoris Lutetiæ Parisiorum, peculium, excusum Lut. apud Vuch. anno 1537. Idem scripsit De laudibus Psalmorum, item In 1. Psalmum, In orationem Dominicæ & verba Domini in monte.

* *Agathocles* Attracius, scripsit De piscibus soluta oratione. Suidas.

Agathocles Babylonius aut Cyzicenus, scripsit de Cyzico, eius scripta citant Athenæus, Stephanus, Festus Pompeius.

10 *Agathocles* Chius, scripsit De agricultura Varro & Columella testibus. Citatur à Plinio 4. 8. 10. 14. 15. 17. & 18. libro.

* *Agathocles* grammaticus inter Homerum interpres à Ioach. Camerario numeratur.

Agathon poeta, scripsit Tragædias, quibus crebrius quàm par erat, antitheta intertexebat. De quo Aelian. lib. 14. de varia historia. Ex Agathonis Telepho & Thyeste quædam adducit Athen.

* *Agathona* alium à superiore, Comicum, memorat Suidas, qui Socrate magistro vsus ob molliciem malè audierit. Sed idem Tragicum Agathona ob molliciem infamè fuisse scribit: quem tamen post scribit bonis moribus fuisse præditum. Est autem hic Agathon quem in Symposio sub Plato celebrat.

Agathon Samius scripsit historias, ex quibus quædam de Busiri ab Hercule cæso, recitat Plutarchus in Parallelis minoribus, cap. 72.

Agathosthenes citatur à Commentatore Arati.

* *Agathus* Dæmon Alexandrinus mechanicus, ex Claudij Ptolemæi libris geographicis totum orbem delineauit.

* *Agellius* in uerbo Prisciano legitur, pro Aulo Gellio: eius historiarum libri citantur à Nonio.

Agelæus scripsit aliquot de rebus Italicis libros, ex quorum tertio, Fuluij Stellæ & Eponæ eius filia historia recitat Plutarchus in Parallelis minoribus, cap. 55.

40 *Aggenus* vel Agennius Urbicus scripsit commentaria in Iulij Frontini librum de limitum iure & agrorum qualitate. excusa sunt cum Theodosij codice, Basileæ apud Henricum Petrum, 1528. Et Parisijs cum alijs limitum scriptoribus à Turnebo emendatis 1554. in quarto.

Aggregator Vide Iacobus Dondus: Ponitur etiã pro Serapione, & pro Albèguefit Arnoldo.

* *Agias* comicus citatur à Polluce: & ab Athenæo Agias in Argolicis citatur, lib. 1.

50 *Agidius* Delphus epistolam D. Pauli ad Romanos Heroico carmine conuertit.

* *Agis* inter eos qui *ἄστυλινὰ* scripserunt ab Athenæo numeratur.

Agidis Amphiprotelemi versus extat apud Pausaniam lib. 2.

Aglaosthenes, citatur apud Higinum, & à commentatore Arati. Scripsit autem Naxica.

* *Agnon* Academicus, citatur ab Athenæo.

60 *Agnellus* episcopus scripsit epistolam ad Arminium De ratione fidei, in qua præcipue Arminam hæresim refutat. Henricus Petrus excudit Basileæ 1528. cum varijs diuersorum theologorum opusculis: inscripsit totum volumen, Antidotum contra hæreses: & altera editione Hæreses theologiam.

* *Agretij* veteris grammatici libellum De proprietate & differentijs sermonis Latini, Georg. Fabricius edidit, cum alijs eiusdem generis scriptis.

* *Agresphon* ἡ τῆς ἀρετῆς ἀμοιβή citatur à Suida, in Apollonio.

* *Agricola* Syncerioris Conciones tres, 1. Salutem non nisi in Catholica ecclesia quærendam. 2. De communicatione sacramenti altaris vtiliter percipienda. 3. De vera pœnitentia. Monaci 1571. Germanice.

Agriopas Olympionicus citatur apud Pliniũ, qui ex eo in librum octauum Naturalis historię quædam transcripsit.

Agrippa scripta citantur apud eundem, qui libro tertio ab eo multa mutuatus est.

Agrippa, vide Marcus Agrippa.

Agrippa rex, scripsit inter alia 62. epistolas, quibus fidei atque veritatis historię Iosephi Iudæi perhibet testimonium, quarum meminit Iosephus in fine antiquitatum suarum, & Nicephorus in ecclesiastica historia. *Agrippæ* regis & Sororis Berenices ad Iudæos nouis rebus studentes oratio, Græce manu scripta extat in bibliotheca regis Gallorum.

Agrippa cognomento Castor aduersum viginti quatuor Basilidis hæretici volumina differuit atque scripsit. Floruit Adriani Imp. temporibus.

Agrippinæ Claudij vxoris scripta citantur apud Plinium, qui quædam ex eius lucubracionibus in librum 7. retulit.

* *Agroste* liber decimus tertius rerum Scythicarum, citatur à Scholiaste Apollonij.

Rabbi Aha scripsit opus de accentibus, excusum Hebraicè.

R. Aheron scripsit librum Hahenoch.

* *Aidanus* Auinijs, Scotus, vt quidam volunt, vel vt alij Britannus, Lindisfarnensis episcopus, Anglis Septentrionalibus Euangeliũ prædicauit: Scripsit autem in scripturâ Commentarios, Homilias & conciones, & alia quædam. Obijt anno Domini 651. Baleus.

Aimo vide Aymo.

Aitonus Armenus, Aitoni regis Armeniæ nepos, qui fuit anno 1290. historiam de Tartaris conscripsit, quæ impressa est Basileæ ab Heruagio, cum noui orbis descriptione, anno D. 1532. in fol. Itemq; Passagium terræ sanctæ. Hagan. in 4.

* *Alani* Aurige epistola suasoria pacis, impressa Parisijs, anno 1509.

* *Alani* Copi Angli, Dialogi sex contra summi Pontificatus, monasticæ vitæ, sanctorum imaginum oppugnatores & pseudomartyres, Antuerpiæ Plantinus in 4. Eiusdem Syntaxis historię euangelicæ, in qua res D. nostri Iesu Christi ordine quo gestæ fuerunt narrantur. Louanij 1572.

Alanus poeta Siculus & clarus orator, scripsit in Rhetoricam secundam. Item librum De planctu naturæ partim carmine, partim soluta oratione compositum.

Alanus de insulis, natione Germanus, scripsit super Sententias lib. 4. Oculum sacre scripturæ lib. 1. De doctrina quoque lib. 1. In quinque libros Mosi lib. 5. In Cantica canticorum librum 1. Quodlibeta quoque lib. 1. De parabolis carmine elegiaco lib. 1. qui Doctrinale altum inscribitur:

sunt autem sententiæ morales. Anticlaudianum libris 9. Basileæ apud Heinricum Petrum, anno Domini 1536. quamuis Alani nomen non sit præfixum. Claruit anno D. 1300.

Alanus de Liria Anglus, ordinis Carmelitani, scripsit De vario scripturæ sensu lib. 1. Moralium Bibliorum lib. 1. Sermones notabiles lib. 1. Elucidarium scripturæ lib. 1. Scriptorum Britannicæ indices multos, enumeratos à Ioan. Baileo in eius vita. Claruit anno Domini 1420.

Alani Magni pœnitentiarius plenus horrenis blasphemijs.

Alani Porretani regula iuris cœlestis, vel maximæ, id est, axiomata theologiæ cum interpretatione, 134. numero.

* *Alanum* de maximis Theologiæ, De fide catholica, De planctu naturæ: item Speculum ecclesię, Paruum doctrinale. M. Dresserus habet.

Alani Restaldi institutiones grammaticæ Hebraicæ, excusæ Parisijs apud Vuchelum.

Alanus de Rupe, natione Germanus, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit Compendium psalterij Mariani, lib. 1. De miraculis rosarij lib. 1. Sermones quoq; varios lib. 1. & alia.

Alanus Tenkesberiensis, scripsit De exilio & vita Beketi Cantuariensis librum. Et problematum librum 1. Claruit anno D. 1196.

Alani Varenij Motalbani Tholosatis Dialogi de amore, de luce, de harmonia, de harmoniæ elementis, de rerum præcipue diuinarum vnitatè, de diuina magnitudine, de pulchritudine, de septem virtutibus, de oppositis monstris, de amicitia præcipue diuina, de rerum trinitate, excusæ Paris. à Rob. Stephano, vengunt 3. solid. Gallicis. Eiusdem dialogus de luce intelligibili, excusus est Bononię, à Io. Antonio Platone, anno 1503.

Alardus Amstelredamus omnia Rod. Agricole opera emendauit, & additis scholijs illustrauit. Coloniae 1539. Idem scripsit epitomen in librum Rod. Agricolæ de inuentione dialectica, impressam Coloniae apud Gymnicum, & Lutetie apud Vuchelum. Descripsit etiam Ecclesiasten iuxta omnes Ro. Agricole locos. Similia sacra congesta sunt, excusæ Colon. apud Gym. & Parisijs ac Lugduni apud Frello. Hippocratis Cœi epistolam ad Damagetum paraphrastice conuertit in Latinum sermonem, adiuncto etiam textu Græco. Opusculum excusum Salingiaci apud Soterem, 1530. Matthæi Philadelphienensis apud Ephesum metropolitani, præcations compendiatiam imprimis viam ad resipiscentiã præstruentes, & ad summionem domitici corporis non parum conducentes, in Latinum sermonem conuertit, Soter excudit Salingiaci, anno D. 1539. Scholia eius in Marbodæi librum de gemmis, vnà cum Georgij Pictorij scholijs, excudit Hero Alopec. Colonie.

Albanus grammaticus à Charisio, Albinus citatur à Prisciano & Macrobio.

Albanus Hillus Britannus, medicus nobilis, atque optimus, & in omni disciplinarum genere maxime versatus, multa in Galenum quæ ad anatomè pertinent cõscripsit, vt refert Bals. Landus.

Albani I. C. Pisani consilia, & disputatio quædam de immunitate ecclesiarum, Romę impressa sunt anno D. 1554. Vide Io. Hieron. Albanus.

* *Albani* Spinati Aquitani I. C. Politicorum li. 2. De Politismo aduersus hereses. De arte iuris, Paris. excusi apud M. Vascosanum anno 1557.

* *Albanus* cognomento Somnator, Benedictinæ familiæ monachus, Anglus, Visiones & prophetias quasdam suas carmine conscripsit libris duobus. Baleus.

Albanus Torinus, medicus Vitodurensis, Pauli Aeginetæ Enchiridion medicinæ è Græco Latinum reddidit primus, cum annotationibus, per quas translationis suæ rationem reddit: idque in epistola apologetica ad Ioan. Guinterium Andernacum, multis argumentis probat. Idem interpretatus est etiam Philareti librum de pulsibus, & Theophili de vrinis: impressit Hein. Petrus Basileæ, 1533. item Polybi antiquissimi medici, de seminis humani natura lib. 1. excusum Basileæ, 1544. apud Ioan. Oporinum. Epiphanius episcopi Cypri de prophetarum vita & interitu commentarium, qui vnâ cum Græco textu è regione impressus est Basileæ, apud Cratandrum 1529. Item Dioclis Caristij de tuenda sanitate ad Antigonum regem libellum aureum. Item Agapeti diaconi de officio regis ad Iustinianum Cæsarem libellum è Græco conuertit. Eum excudit Robert. Vuinter Basileæ Ioan. Damasceni medici de exquisita febrium curatione compendiosum diegema, & Aphorismos eiusdem ex barbara translatione, elegantiore paraphrasi illustrauit, excusa Basileæ, 1542. apud Rob. Vuinter. Emanuelis Chrysolorgi epitomè Grammatices, Latinam fecit, & marginibus adnotationes inscripsit. Bebelius Basileæ, 1528. Cælij Apitij de re culinaria lib. 10 partim suo Marte, partim ad vetustum exemplar castigatos edidit, anno 1541. Basileæ, vnâ cum Platinae libris de honesta voluptate & obsonijs. Alexandri Tralliani libros interpretatus est, de quo infra copiosius. Præterea paulo ante mortem latinitate donauit Philothei medici commentarios Græcos in aphorismos Hippocratis. Obijt Basileæ anno D. 1550.

Albategni, vel *Albategnius*, vide *Machometes Aracensis*.

Albatenius medicus, Galeni libros in Arabum sermonem vertit, teste Io. Serapione, qui eodem ferè tempore vixit, anno videlicet M. LXX. Scripsit quoque de simplicibus, Volaterranus libro 21. Urb. comment. Idem videtur *Albategni*.

Albengnesit philosophi liber De facultatibus medicinarum & ciborum, à Gerardo Cremonense ex Arabico sermone in Latinum transfusus. Impressus Argent. 1531. cum Tacuinis sanitatis.

* *Albericus* monachus trium fontium, inter cætera scripsit Chronicon. Arnoldus Bostius.

* *Albericus* de Maletis Papiensis, De testibus.

Albericus de Oliua decretorum doctor, scripsit Commentaria in ritus Ecclesie Neapolitanæ, impressa Venetijs, anno 1542. Practicam etiam scripsisse dicitur.

Albericus Roxiatus Bergomensis, I. C. professor insignis, edidit commentaria super Codice libros 12. Super ff. veteri lib. 24. Super ff. nouo lib. 12. Super ff. infortiati lib. 14. Super institutis li. 4. Super v. l. Decretalium lib. 1. In Comædias Danstis lib. 1. Claruit anno Domini 1340. Aliàs scribi-

tur *Albericus* de Rosate: inuenio omnia eius scripta in iure typis excusa haberi, & quod in totum ius scripserit. Commentarij eius super statutis, vnâ cum Baldi super iisdem, exiuerunt Lugduni, & rursus aliàs cum Angelo de Perus. super iisdem. Impressi sunt & Venetijs, 1491. Dictionarium eiusdem iuris tam civilis quàm canonici, plus 1800. additionibus auctum à Ioan. Franc. Deciano, Venetijs editum est, 1573.

10 * *Albericus* Salentinus Græce & Latine in philosophia & medicina doctus, inter poetas nostri temporis à Gyraldo commemoratur.

* *Albericus* Veerus ex illustrissima Oxoniensium comitum familia ortus, Canonicus regularis, scripsit Vitam virginis Osthæ lib. 1. Antiquitates sui cœnobij lib. 1. Item de Eucharistia lib. 1. Vixit anno salutis 1250. Baleus.

Albericus Vespucius, scripsit Epitomen navigationum suarum, siue de nouo orbe, lingua Hispanica, è qua in Italicum & deinde in Latinum sermonem translata est. Heruagius impressit Basileæ cum reliquis noui orbis descriptoribus.

Albertani caufidici Brixienfis, ad institutionem filiorum suorum, liber de doctrina dicendi & tacendi, impressus Lipsiæ 1491. Ibidem dicit se composuisse librum de amore & dilectione Dei aliarumque rerum, deq; forma vitæ.

* *Albertini* legum distinctiones manu scriptæ extant apud Matthæum Dresserum.

30 *Albertinus* Florentinus, scripsit opusculum de mirabilibus nouæ & veteris vrbs Romæ, excusum Basileæ apud Thomam Vuolphium, anno Domini 1519.

* *Albertinus* de Mantua, Augustinian. scripsit De corpore Christi li. 1. Lectiones scripturarum lib. 1. Claruit anno 1400. Iacobus Bergomensis.

Albertinus dictus Muzatus Parauinus, scripsit multa, ex quibus extant, Priapea, Ecelinus, liber de Fato, Henrici VII. Imperatoris gesta.

40 *Albertucij* quæstiones in libros De cælo, Octavianus Scorius Venetijs impressit, ex castigatione Hieronymi Suriani. Eiusdem proportionales editæ sunt.

* *Albertus* Innocentij III. PP. Legatus à latere, & Lincolnensis episcopus, Germanus, Latine descripsit Eadmundi Cantuariensis vitam. Vixit anno 1260. Baleus.

* *Alberti* de Albertis, Veronensis, iuris consulti, Singularia & cautela.

50 * *Albertus* Argentinensis, scripsit historiam, exorsus paulo ante tempora Rodolphi Habsburgij, vsque ad sua tempora, vixit autem sub Ludouico Bauaro circa annum salutis 1250. Edita est primum cum consulibus Cuspiniani, & postea iterum cum Frisingensis episcopi Chronicis, Basileæ apud Pernam, 1569.

* *Albertus* quidam monachus qui vitas Pontificum scripsit, citatur à Cuspiniano.

Albertus Belfortis Rhæticus, medicus excellens, scripsit Rhætiæ Epiphasin de gestis, antiquitate, nobilitate, & potentia Rhetorū, vbi omnis eius gêtis et regionis historia ad vnguë ita demonstratur, vt nihil apud Græcos aut Latinos extet, quod in medium nõ afferatur. Pollicetur etiam librum De abolèda morbi Gallici nomelatura, affectusque

affectusque (iuxta Galeni censuram) explicatio-
ne & curatione, addita quoque recentiorum ad
hoc propositum Empirice. Ad hæc epistolarum
volumen, Limacis encomium, Empiriam suam.

* *Albertus* Boiemus Decurio atque archidiaconus
Laureacensis, à consilijs Ottonis V. Execu-
tor sententiarum sedis Apostolicæ generalis, per
totam Alemanniam, iudex delegatus contra Im-
peratorem Fridericum II. reliquit commentaria
autographa in membranis scripta, quæ citantur
ab Auentino lib. 7. Annalium Boiorum.

* *Alberti* Bolognetti, Disputationes de lege, iu-
re & æquitate: cum eiusdem comment. ad Rubr. ff.
De verbor. obligationibus: in quibus principio-
rum & quæstionum ferè omnium, quæ ad hanc
materiam pertinent, paradoxicæ explanationes
continètur. Romæ apud heredes Ant. Bladi, fol.
1570. Eiusdem opera ibidem impressa 1571. in fol.

Alberti de Bonacursio practica in iure extat.
* *Alberti* à Bonretten descripsit vitam Nico-
lai Eremitæ, qui in Heluetijs apud Subsiluanos
plures annos absq; cibo transegisse fertur.

Albertus Marchio Brandeburgensis, dux Prus-
siæ, scripsit librum De causâ Andreæ Osiandri,
De ratione iustificationis nostræ.

* *Albertus* Marchio Brandeburgicus, & Onspa-
chi, &c. librum Germanicum edidit, quo contro-
uersiarum & bellorum cum Norinbergensibus,
& episcopis Vuirzburgensi & Babenbergensi,
causas & rationes exponit, suumq; ius tuetur.

Albertus Brixianus monachus ordinis Prædi-
catorum, scripsit Summam de casibus lib. 1. Ser-
mones varios lib. 1. Et quædam alia.

Albertus Brunus Astensis Iureconsultus, scrip-
sit De augmento, rebusque abditis. De augmen-
to & diminutione monetæ. De constitutio-
nibus. De statutis excludentibus fœminas. De
formationibus. Lecturam seorsim impressam.
Consilia super feudis. Consilium, de qua mone-
ta debet solui census principi. Consilium de filia
exclusa per statum, à legitima. Repertorium in
materia statutorum. Cuius opera simul excusa
sunt Venetijs.

Alberti Cistarelli poema heroicum in Diuam
Annam Goricianam, Romæ in Goricana ex-
cuscum est.

* *Albertus* quidam Constantinopolitanus vete-
rinaria scripsit.

* *Albertus* Cænais episcopus Arbori. De diuor-
tio matrimonij Mosæico. Ita legitur in Indice li-
brorum vtriusq; iuris Venetijs impresso: est au-
tem legendum Robertus Cænais.

Albertus Crantz Suetiam & Daniam descri-
psit, item Saxoniam, quod opus exiuit Coloniae,
1520. & historiam Ecclesiasticam, quam Metro-
polim vocat, excusam Basileæ apud Opor. anno
1548. vnâ cum confutatione legende fabulose de
Benedicto PP. IIII. martyrio apud Hamburgem
ses coronato. Chronica Daniæ Germanice im-
pressa est Argentorati à Schotto, Henrico ab Ep-
pendorf interprete, anno D. 1545. in fol. Claruit
anno D. 1520. Eiusdem Saxonie historia in Ger-
manicam linguam translata & Lipsiæ impressa
est 1563. Scripsit etiam præter ea quæ ante com-
memorata sunt, Noruegiam & Vuandaliam, &

præterea Vitam Ansgarei.

Albertus Draco transfudit ex sacris & profanis
autoribus De vsufructu, & sanctitate matrimo-
nij, multa in linguam Germanicam, liber impres-
sus Marpurgi anno 1546.

* *Albertus* de Drepano, Carmelitarum apud Si-
culos prouincialis, Iudeos ad Christi religionem
plures conuertit. Hic de timore Dei, de fraterna
charitate, de patientia, de pijs moribus, de mundi
contemptu & de fallacijs diaboli, orationes fecit,
ac homilias ad populum edidit. Obijt Messanæ
anno 1292. In diuos relatus. Io. Maria Politianus.

Albertus Durerus Nurenbergensis, pictor cele-
berrimus, scripsit institutionum Geometricarum
libros 4. lingua Germanica, quos deinde do-
ctus quidam Latinitate donauit, pictoribus, fa-
bris ærarijs ac lignarijs, lapidicidis, statuarijs, &
vniuersis qui circino, gnomone, libella, aut alio-
qui certa mensura opera sua examinant, vtilissim-
os. Libellum de vrbibus, arcibus, castellisque
condendis & muniendis: impressum Lutetiæ a-
pud Vuchelum, 1535. Item De symmetria par-
tium in rectis formis humanorum corporum,
libros, quos in Latinum conuertit Ioachimus
Camerarius, Norimbergæ impressos anno Do-
mini 1532. chartis 41. in folio, cum figuris, & Pa-
risijs 1557. Præterea de varietate figurarum & fle-
xuris partium, ac gestibus imaginum, ibidem
impressos anno D. 1534. chartis 29. cum figuris
plurimis.

Albertus de Eybe, natione Germanus, scripsit
De re vxoria lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1.
item Margaritam poeticam, impressam Basileæ
1495. apud Ioannem de Amerbach.

Albertus de Ferrarijs Placentinus, scripsit De
horis canonicis, item De celebratione missarum,
in primum c. 3. Decretal. qui incipit, Presbyter.

Albertus Florentinus sub Nicolao V. egregios
de architectura libros conscripsit. Aliàs, vt conij-
cio, Leo Baptista de Albertis Florentinus nomi-
natur. Vide infra, item Albertus Leo.

Albertus Galioi Parmensis, canonum & legum
professor insignis, scripsit Margaritam quæ-
stionum lib. 1. Et declarationes iudiciorum lib.
1. & alia.

* *Albertini* Gandini I. C. Practica criminalis, De
indicijs & tortura. De maleficijs. Disputatio,
An in loco domicilij seu originis possit contra a-
liquem inquiri de maleficio.

Alberti Halberstatensis episcopi libros in logi-
ca, suis temporibus in scholis fuisse testatur Alb.
Cranzius lib. 9. suæ Daniæ. Hic à Gerardo Hil-
deshemensis victus dedit locum prouerbio, Logi-
cam succubuisse Rhetoricæ. Alter enim studijs
Rhetoricæ operam dabat, alter Logicæ.

* *Albertus* Ioannis, Harlemensis, patria Holan-
dis, Carmelita, & doctor Louanij, scripsit Quæ-
stiones sententiarum lib. 4. Lecturam in eccle-
siasticum lib. 1. In canonicam Ioannis primam
lib. 1. Sermones & lecturas lib. 2. Et alia plura.
Obijt Mechliniæ, anno D. 1496.

* *Alberti* Laski Palatini Sigadiensis, &c. Baro-
nis Polonici, Epistola ad nouos in Polonia mi-
nistros responsua, De nouis rebus Polonicis, ad
religionem pertinentibus. Accessit altera epistos

la & censura cuiusdam docti ad eundem Palatinum. Dillingæ 1571.

Alberti Leonis nauis, in Italia impressa, vide Albertus Florentinus.

Albertus monachus Lobienfis, et postea Gēblacensis cœnobij abbas, scripsit vitas plurium sanctorum lib. 1. Et quedam alia. Claruit anno D. 880.

Albertus Lolius scripsit orationem de laudibus agriculturæ.

* Albertus Loniceri, Explicatio orationis Ciceronis pro Archia Poeta. Vitebergæ 1570. Item Orationis ad equites Romanos, antequam iret in exilium, explicatio tradita in schola Luneburgensi, & ibidem impressa 1572.

* Albertus Lubecensis episcopi, copia indulgentiarum de institutione, &c.

Albertus monachus Metensis, ordinis D. Benedicti, Gallus, scripsit Historiam rerum gestarum sui temporis, ad episcopum Metensem lib. 1. Et quedam alia. Vixit anno 1030.

* Albertus Musæus Parauinus quedam carmine scripsit, Gyraldo teste.

Albertus Nouocampianus edidit annotat. in fabricationem hominis à Cicerone lib. 2. De natura Deorum descriptam, & dissertatione vtrum cor an iecur in formatione fetus consistat prius, item orationem De laude physices. Lazarus Andreæ impressit Cracouiæ anno D. 1551. octern 10. Idem scripsit scopum Biblicum veteris & noui Testamenti, cum annotationibus summam doctrinæ Christianæ complectentibus Cracouiæ excudit Lazarus Andreas, anno D. 1553. octern 28.

Albertus Papiensis legum doctor, scripsit quaestiones iuris civilis.

Albertus patriarcha Hierosolymitanus, descripsit statum terræ sanctæ lib. 1. Regulam Carmelitarum lib. 1. Floruit anno D. 1190.

Albertus Parauinus, ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, Aegidij Romani quondam auditor, scripsit in Genesim lib. 1. in Exod. lib. 1. in Leuit. lib. 1. in Num. lib. 1. in Deuteron. lib. 1. In Euangelium lib. 4. In Epist. Pauli lib. 14. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Sermones per quadages lib. 1. Et quedam alia.

Albertus Pius, comes & princeps Carporum, Italus, scripsit Epistolam paræneticam ad Erasmus. Examinationem Moria. De ciborum delectu. De monachis. De ceremonijs ecclesiæ. De templorum ornatu. De imaginum cultu. De veneratione diuorum. De nouitijs theologis. De scripturarum autoritate. De mysterio Trinitatis. De episcoporum functionibus. De primatu Petri. De traditionibus humanis. De voto continentia. De virginitate & cœlibatu. De matrimonio. De confessione Sacramentali. De bello & eius iure. De iureiurando & mendacio. Atque alia. Responsio eius ad Eras. Roterodami expositionem, cum Responsione Eras. ad eundem, impressa est Parisijs 1529. Claruit anno 1530.

Albertus episcopus Ratisponensis, ordinis fratrum Prædicatorum, patria Sueuus, propter doctrinam et eruditionem Magnus cognominatus, scripsit innumera opuscula, e quibus recensentur, Summa theologiae lib. 4. Super sententias lib. 4. De 4. coæuis lib. 1. De homine lib. 1. De bono

lib. 1. De vita spiritali lib. 1. In officium missæ lib. 1. De corpore Christi lib. 1. De eodem, 32. sermones lib. 1. De muliere forti lib. 1. Super libris Dionysij lib. 5. De multiplici timore lib. 1. De laudibus sanctæ Mariæ lib. 3. Defensorium mendicantium lib. 1. De partu hominis lib. 1. De formatione hominis lib. 1. De origine animæ lib. 1. Super oratione dominica lib. 1. De arte prædicandi lib. 1. De reparatione lapsi lib. 1. De adhærendo Deo lib. 1. In 5. libros Mosi lib. 5. In Iosue lib. 1. In Iudicum lib. 1. In Ruth lib. 1. In lib. Reg. lib. 4. In Paralip. lib. 2. In Esdras & Nehemiam lib. 3. In Tobiam lib. 1. In Iudith lib. 1. In Hester lib. 1. In Prouerbia lib. 1. In Ecclesiasten lib. 1. In Cantica cant. lib. 1. In librum Sap. lib. 1. In Ecclesiast. i. um lib. 1. In Machab. lib. 2. In Iob lib. 1. In Isaiam lib. 1. In Hierem. lib. 1. In Ezechiel. lib. 1. In Dan. lib. 1. In 12. prophetas minores lib. 12. In Euang. Matthæi lib. 1. In Euang. Marci lib. 1. In Euang. Lucæ lib. 1. In Euang. Iohannis lib. 1. In Epistolas Pauli lib. 14. In Apocal. lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. De animalibus lib. 20. Paradisus animæ lib. 1. Orationum super sententias lib. 1. Orationum super Euangelia lib. 7. De differentia spiritus & animæ lib. 1. De diuinatione & prophetia lib. 1. Diuersarum quaestionum lib. 1. De natura locorum lib. 1. De causis elementorum lib. 1. De motibus animalium lib. 1. De intellectu & intelligibili lib. 1. De iuuentute & senectute lib. 1. De vita & morte lib. 1. De plantis & vegetabilibus lib. 1. Summa philosophiæ lib. 1. De vnitare intellectus lib. 3. Quaestiones contra Auerroistas lib. 1. De vnitare formæ lib. 1. Philosophiæ moralis lib. 16. De monastica lib. 5. De Oeconomica lib. 4. De politica lib. 8. De arithmetica lib. 1. De geometria lib. 1. De musica lib. 1. De astronomia lib. 1. De sphaera lib. 1. De astris lib. 1. Speculum astronomiæ lib. 1. De mineribus lib. 5. De natura Deorum lib. 1. De secretis naturæ lib. 1. De 12. alphabetis lib. 1. De magis astris eligendis lib. 1. De somnijs lib. 1. De vniuersalibus lib. 1. De prædicamentis lib. 1. De sex principijs lib. 1. De diffinitionibus lib. 1. De causis lib. 1. De grammatica lib. 1. De rhetorica lib. 2. De medicina lib. 1. De lanificio lib. 1. De agricultura lib. 1. De aratura lib. 1. De nauigatione lib. 1. De metaphysica lib. 13. In physicam Aristot. lib. 8. De cælo & mundo lib. 4. De generatione & corruptione lib. 2. De scientia meteororum lib. 4. De anima lib. 1. De nutrimento & nutribili lib. 1. De somno & vigilia lib. 1. Quaestiones 15. lib. 1. De perspectiua lib. 1. In libros Aristot. cõmentatus est, ac alia multa composuit. Eius commentarios in 12. prophetas minores Quentel typographus excudit Colonia. Comment. in 4. Euangelia Haganoæ impressi sunt, anno 1504. Libellus de secretis mulierum Venetijs exiit cum comment. 1508. Extrat & libellus de causis, alius ab illo qui de causis element. inscribitur, quasi epitome totius philosophiæ. Super sententias P. Lombardi lib. 2. tantum 2. tomis seorsim impressi sunt: reliqui 2. inueniri non potuerunt. Omnia eius opera simul coniuncta tũ theologica tum philosophica, Lugd. excusa sunt tomis 5. & veduntur vt au dio 10. francis, francus verò 10. denarios cõtinet.

Seorsim vero edita sunt, Opusculum De natura locorum, commentarij in parua naturalia, De rebus metallicis libri quinque editi Argentorati, 1541. apud Balthasarum Beck, cum Raymundi Lullij libris De quinta essentia, Magiam quoque huius authoris extare ferunt, & librum aggregationis, librum De periculo missæ, De sacramentis, De immortalitate animæ, De apprehensione, super loco Missus est. De animalibus libri 26. seorsim impressi Venetijs, apud hæredes Octavianiani Scoti, 1519. * Eius libri De mineralibus impressi Augustæ 1519. Philosophia naturalis Brixiæ, 1493. De laude D. Virginis Colonix 1502. Liber De natura locorum, Viennæ 1514. Paradisus animæ, De virtutibus liber 1. De adherendo ad veterum exemplaria recogniti & restituti. Antuerpiæ Plantinus decimosexto. Præterea hæc opuscula philosophiæ naturalis nunquam impressa habentur Viennæ in bibliotheca Prædicatorum. De sensu & sensato. De memoria & reminiscencia. De somno & vigilia. De iuuentute & senectute. De respiratione & inspiratione, De causa longitudinis & breuitatis vitæ. De morte & vita. De moribus animalium. De principijs motus processivi. Claruit. anno D. 1280.

Albertus Pighius Campensis, Germanus, de equinoctiorum solstitiorumque inuentione scripsit. Item de ratione Paschalis celebrationis, deque restitutione Ecclesiastici Calendarij ad Leonem X. Pont. Max. opus impressum Parisijs. Epistola ad Leonem X. anno 1520. Astrologiæ defensionem quæ Parisijs excusa est. Item librum in Prognosticatos. Item apologiam aduersus nouam M. Beneuentani astrologiam, quæ positionem Alphonsinam ac recentiorum omnium de motu octauæ orbis, multis modis deprauauit, & secum pugnantem fecit, & breuem ac luculentam enarrationem Alphonsinæ positionis, quæ Parisijs à Roberto Stephano edita sunt. Præterea assersionem ecclesiasticæ hierarchiæ, quæ Colonix in folio edita est. De missa contra Lutheranos. De libero arbitrio contra Caluinum. De controuersijs in comitijs Ratisponensibus, De componendis dissidijs Colonix, 1542. & 1572.

Albertus de Prusa, natione Polonus, scripsit in Georgij Purbachij theoricis commentariorum lib. 1. ad ephemeridas Konisberg. lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 1494.

* Albertus Regiensis Herrusco epigrammate nomen apud Italos adeptus est.

Alberti Sarmatæ epithalamion in nuptijs Philippi comitis Nassauensis, & Annæ comitis Mansfeldensis. anno D. 1537. Vuitenbergæ chartis 2. editum est.

Albertus Sigebergensis monachus, glossarius veteris & noui testamenti.

Albertus de Trotis Ferrariensis, De vero et per fecto clerico.

Albeten Arabs Ptolomæi almagestum cõmodissimè restringit, vt Rodolphus Brugensis testatur, in præfatione latinæ versionis suæ in planis phærium Ptolomæi.

Albicus Boemiæ regis physicus, post archiepiscopus Pragensis, scripsit practicam medendi & regimen pestilentix: Itē Regimen sanitatis, Ly-

psix impressum 1484. per Marcum Brand.

* Albini Isagogicus dogmatum Platonis, extat Romæ in vaticana bibl. De ordine librorum Platonis, Græce extat Venetijs ad S. Antonium. Videndum an forte sit Alcinoi.

Albinus, vide Flaccus Albinus.

Albionis demõstrationes instrumenti nobilissimi in astronomia extant. Floruit anno à condito mundo 2262. & ante Christi incarnationem 1701. Huius vitam eleganter descripsit Ioannes Baleus, in scriptoribus suis Anglicis. Est autem Albion instrumenti nomen, cuius author fertur Ricardus Vualingfordus.

Albius Tibullus eques Romanus, scripsit libros 4. Elegiarum siue amorum, qui passim extant impressi & seorsim, & cum commentarijs.

Albo Floriacensis vide supra Abbo.

Albohazen Hali, vide in Hali.

Albricius Londinensis, Anglus natione, scripsit de Origine deorum, De ratione veneni, De virtutibus antiquorum, Canones speculatiuos. Ac in re medica & philosophia plura. Vixit anno Domini 1090.

Albricus philosophus librum scripsit de imaginibus deorum, quem Henricus Petrus excudit Basileæ 1543. cum Phurnuto.

Alubater astrologus scripsit librum genethliacum, siue De natiuitatibus, qui typis excusus est Ioan. Petreij, Norimbergæ 1540.

* Aluoli astrologus librum in astrologia composuit, qui incipit, Iste est liber.

Alubetri F. Zachariæ F. Arasi opera parua impressa Lugduni in 16. 1510. Est autem cognomen Rasis medici, vt audio.

Alucasa medici lib. 3. præcipuè ad chirurgiæ pertinentes, cum varijs instrumentis chirurgicis graphicè depictis ad varios morbos, Hen. Petrus Basileæ excudit. Fortassis hic idè fuerit, qui Bulcasis etiam vocatur, cuius liber De præparationibus medicamentorum extat cum operibus Mesuæ excusus. Eundem alij Seruitorem nominant. Alucasi Antidotarius, manuscriptus extat apud Matthæum Dresserum. Meminit etiam Bulcasis seu Seruitor, libri quem fecerit De compositione oleorum.

Alucinus Silo Nouariensis, rhetor insignis, Augusti Cæsaris temporibus plurimas declamationes edidit.

Aluini Caroli Magni præceptoris, commentaria in Genesim, & De ministerio sacrificij Misæ, aliorumque ecclesiæ rituum explicatione ad Carolum Magnum, extant Viennæ Austriae apud Vuolf. Lazium. Vide Flaccum Albinum.

Albumasar astrologus, alio nomine Iaphar. lib. 8. scripsit De magnis coniunctionibus, annorum reuolutionibus, ac eorum profectioibus, excusum sunt Augustæ Vindelicozum, 1489.

Albumasaris flores astrol. excusi Augustæ Vindel. 1488. cum figuris Zodiaci, & planetarum.

Albumasaris Alpharabij Capitula vniuersalia. Alburnius Valens. Vide Aburnius.

Alcadinus poeta Siculus, scripsit tres libros carmine, primum de triumphis Henrici Imperatoris, secundum de his quæ à filio eius Friderico præclare ac fortiter gesta sunt, tertium de balneis Pa-

a. Sabl. l. ii. p. 6.
p. 116. 563. 567.
1590. 665. 660.

teolanis, qui etiam editus est Venetijs à Iuntis, in eo opere quo diuersorum scripta de balneis ediderunt. Describuntur singulæ thermæ duodecim versibus, nec oratione nec carmine eleganti.

* *Alceus* Atheniensis tragicus, quem nonnulli primum tragicum fuisse perhibent. Suidas.

Alceus Cælo tragædia citatur à Macrobio lib. 5. Saturn.

* *Alceus* Mitylenæus, deinde Atheniensis, comicus antiquæ comædiæ quintus, Micci filius scripsit tragædias decem. Suidas. Athenæus citat Alcæi, Sorores adulteras, Ganymedem, Sacras nuptias, Calisto, Palæstram.

Alceus Mitylenæus nobilis poëta Lyricus, æqualis Pittaci qui vntus est è numero septem sapientum, scripsit cum alia tum quædam opera quæ Stasiorica, hoc est sediciosa vocantur, in quibus Pittacum, Myrsilum, Megalagyrum & Cleanthidem, aliosque nonnullos in patria sua tyrannidem exercentes insectatur. Vitam eius Gyraldus describit, carmina verò illius quotquot extant, ab Henrico Stephano, cum cæterorum Lyricorum carminibus impressa sunt. Alcæi duo versus apud Stobæum in vituperio paupertatis, sæpe citatur etiam apud Athenæum. Eius versus in Philippi vituperium scriptos, recitat Plutar. in Q. Flaminijs vita.

* *Alcander* citatur à Clemente Alexandrino in Protreptico.

* *Alcæa* liber de donarijs Delphici templi, citatur ab Athenæo.

* *Alcanamosali* philosophi de Baldach Armenici, liber de passionibus oculorum, compilatus ex diuersis voluminibus philosophorum de Baldach à Dauid Armenico, & translatus ex Arabico in Latinum ab Alcanamosali, quando se transtulit ad partes Lombardiæ, continet experientia & variâ remedia.

* *Alcasiadagius* Hebræus fertur scripsisse libros sortium, qui subtili sententiarum dispositione & breuitate, de numero annorum vitæ, ipsiq; die obitus certos facere pollicentur: hos Abraham Abenezra ignea fornace dignos existimauit.

Alcabitij, vel *Alcabitij* Isagogen ad magistratum iudiciorum astrorum, vel ad scrutanda stellarum magisteria, & De Planetarum coniunctionibus librum Ioannes Hispalensis interpretatus est. Impress. Venetijs 1491. & 1521. cum expositione Ioan. de Saxonia, & ex emendatione Antonij De Fantis medici Taruisini. Eiusdem librû in perspectius, è monasterio quodam Alemanniæ sibi delatum, scribit author Luminis animæ in præfatione.

* *Alchindus* astrologus in Astrologia librum edidit, qui incipit, Rogatus sui, G. Pastregicus.

* *Alchuni* Arabis liber de simplicibus citatur à Bellunensi in explicatione vocabuli Astergar.

Alcidamentis orationes Aldus excudit Græce, cum Aeschinis & aliorum orationibus Græcis. Item orationem contra dicendi magistros, cum Isocratis orationibus. Alcidamas Dioclis filius, eius qui de Musica scripsit, natus ex Elea Asia, philosophus, & Gorgiæ Leontini discipulus. Suidas.

* *Alcidamas* in Physico, citatur à Diogene Laertio in vita Pythagoræ.

Alcimi Auiti Viennensis Archiepiscopi, Galili, poëte Christiani, libri sex carmine heroico cõscripti, Primus De creatione hominis, Secundus De lapsu, Tertius De eiectione è Paradiso, Quartus De diluuiio, Quintus De transitu maris rubri, Sextus De virginitate. Quinque priores Basileæ excusi sunt anno Domini 1546. cum commentarijs Menradi Moltheri, osternionibus 23. quorum quarta pars authoris est, reliquæ commentariorum. Eiusdem homilia de festo rogationum & epistolæ Lugduni excusæ sunt à Vincentio Portonario, anno Domini 1536. chartis 12. Diuersus est hic author ab Octauiio Auito, de quo Seruius & Macrobius: item ab Alphio Auito, de quo Priscanus & Victorinus. Idem Auitus scripsit aduersus Arianam factionem Dialogos aliquot: Et aduersum Nestorianos, Eutychianos, Sabellianos, libellos duos conscripsit. Aduersus Faustum episcopum Rheginum Pelagianum, librum edidit. Epittolarum libros nouem scripsit ad Imperatores, Reges, populos, & diuersas personas. Libellum quoque de subitanea penitentia. Homiliarum libros plures. Poemata eius Basileæ ab Oporino edita sunt, cum reliquis poetarum veterum ecclesiasticorum operibus à Georgio Fabricio emendatis, à quo etiam vita eius descripta in eodem opere continetur.

Alcimi Siculi, Italica, citat Athenæus. Porro Laertius in vita Platonis refert Alcimum libros quatuor ad Amyntam conscripsisse, quibus ostendit quid Plato De Epicharmi libris assumpserit.

* *Alcimenus* Atheniensis, comicus. Suidas

* *Alcimenus* Megarensis, tragicus. Suidas.

Alcinoi philosophi Platonici de doctrina Platonis liber, excusus est Romæ Græce, deinde Græce & Latine apud Vasosanum Lutetiæ 1532. Marsilius Ficinus interpres partitur cum in 34. capita, ex quibus in Græco impresso desunt 26. 27. & 28. quæ in translatione dimidiam ferè chartam continent.

Alciphron Magnes philosophus, ex Magnesia iuxta Mæandrum, scripsit epistolas piscatorias rusticas & amatorias, quas impressit Aldus Manutius cum reliquis variorum authorum epistolis Græcis. Inuenio eiusdem authoris Parasiticæ quoque epistolas extare in Italia, quæ nondum euulgatæ sint. Rusticæ enim, quamuis titulus in editione Aldina eas non promittat, inter supradictas tamen habentur.

Alcman poeta Lyricus, Laconicus siue Messenius, vixit circa Olimpiadem 27 amatorij carminis inuentor, scripsit lingua Dorica. Carme eius de Castore & Polluce citat Pausanias libro. 1. Eundem in Anni choro, Stephanus citat. Fragmenta autem Alcmanis quæ sparsim apud Athenæum & alios leguntur, edidit H. Stephanus cum reliquorum Lyricorum scriptis. Suidas duos facit Alcmanes, vnum Lydum, alterum Messeniû, vtrunque Lyricum poetam.

Alcmaeon Perithoi F. Crotoniata, Pythagoræ auditor, primus de naturæ ratione scripsit, Faustinus & Volat. lib. 13. Clemens 1. Strom. Alcmaeon

nis quædam aut verba, aut placita in medicina, apud Stobæum in sermonibus De morbo & de sanitate citantur.

Alcuinus, siue Albinus monachus & diaconus, abbas monasterij S. Martini Thuronensis, natione Anglus, vide Flaccus Albinus.

Aldelmus Bladuinus Anglus, scripsit de celebratione paschæ lib. 1. De virginum laude contra Brit. lib. 2. De virginitate ad Eichelburgam lib. 1. De charitate mutua lib. 1. De admonitione fraterna lib. 1. De pugna victorū, lib. 1. De philosophorū disciplinis lib. 1. De sensibiliū natura lib. 1. Flores vtriusq; testamenti lib. 2. Homilias ad populū lib. 1. Dialogum metricum De mētorū generibus. De Metaplasmo. Hymnos & odas. Epistolas ad diuersos. Diuersi generis carmina. Aldelmi Aenigmata carmine. Basileæ apud Parcum 1557. De laudibus virginitatis, apud Henricum Petri inter Orthodoxographa. Scripsit etiam, De vita monachorum, De laude sanctorum, De octo vitijs principalibus, De septenarij dignitate, De Arithmetica, De Astrologia. Claruit vero anno Domini 709.

Aldilazith Archilogus librum conscripsit qui inscribitur Attribia, & incipit, Postulata &c. G. Pastregicus.

* *Aldremannus* Londinensis, versificator elegans, qui magis sensum quam verba curabat, scripsit, Carminum lib. 1. Claruit anno Domini 1190. Gyrāldus Cambriensis.

* *Aldricus* Anglus I. C. quædam in iure civili scripsit, nam Accursius scriptorū hulus atque opinionum in glosis suis multa commemorat. Balus ex Pastregico.

* *Aldruidus* in philosophia & magia exercitissimus scripsit librum De quintis essentijs, qui in Bibliotheca Dominicanorum Londini extitit. Balus.

Aldus Manucius Romanus scripsit Grammaticæ Græcæ institutiones, merò sermone Græco, de varijs declinationibus omne genus nominū & verborum, à Marco Musuro expolitas, & post eius mortem editas cum præfatione Musuri, Venetijs 1515. Item institutionum Grammaticæ Latinæ libros quatuor, excusos typis in officina ipsius. Item De dierum generibus, simulque De vmbrijs & horis quæ apud Palladium memorantur. Extant ea cum authoribus rei rusticæ impressa. Dedit & annotationes in Q. Horatium, & Homeri poema de Ranarum & murium pugna Latinis verbis expressit, quemadmodum & Naziāzeni carmina, oratione prosa, sic vt versus versui respondeat. Multæ eius præfationes extant, plerisque libris apud ipsum excusis præpositæ. Item epistola vna ad Angelum Politianum, libro septimo Epistolarum ipsius habetur.

* *Aldus* Manucius Pauli F. Aldi. N. orthographiæ rationem diligentissime collegit, ex libris antiquis, Grammaticis, Etymologia, Græca consuetudine, Nummis veteribus, Tabulis æreis, Lapidibus, amplius M. D. addidit etiam duos libellos vnum De Interpungendi ratione: alterū Notarum veterum explanationem, Venetijs 1566. octavo. Idem Salustij historiæ addidit veterū testimonia de Salustio, Fragmenta historiarum

scriptoribus antiquis collecta, & Scholia. Ibidē 1563. C. Vellei Paterculi historiam emendauit, & scholia adiecit. 1571.

Aleardus de Pindemontib. Veronensis, Physicus, scripsit libellum ad Hermolaum Barbarum, De fontibus seu balneo Calderij Veronensis districtus. Item alium libellum De virtute balnearum Calderianorum, De modo bibendi aquam, De diæta sumentium balnea, De somno meridiano, De modo succurrendi accidentibus superuenientibus. Impressi sunt ambo lib. Venetijs à Iunatis, cum variorum authorum scriptis De balneis.

Alemanus Rinuccinus (aliàs Rhinuccinus, & Ranucinus) Florentinus, Philostrati libros. 8. De vita Apollonij ex Græco in Latinum transtulit, quos Aldus Venetijs Græce Latineque impressit. Deinde Gymnicus Colonia Latinam solum conuersionem excudit, à Gyberto Longolio ad Græcum exemplar castigatam, & scholijs in margine illustratam, cum indice. Idem transtulit Plutarchi opusculum De mulierum virtutibus.

* *Alemanus* De flatibus in Hippocratem.

* *Alexamenus* Styreus siue Teitis primus dialogos scripsit, sicut Laërtius docet ex Aristotelis & Phauorini autoritate.

Alexander qui volumen de Illirico tractu composuit citatur à Valerio Maximo.

Alexander vnus ex vetustissimis Vergilij interpretibus fuit, nam ante Seruium fuisse ex Pomponio Sabino, recente interprete, colligimus.

Alexandri episcopi epistolæ De sacerdotibus non vexandis, De passione Domini in consecratione corporis eius miscenda, De aqua cum sale populis benedicenda, De fide S. Trinitatis, Ad omnes episcopos per diuersas regiones constitutos. Ad omnes diuino sacerdotio fungentes, Basileæ apud Bebelium sunt impressæ, & Colonia, in volumine Conciliorum, anno Domini 1530.

Alexander papa tertius, Senensis, scripsit elegantes epistolas ad diuersos, lib. 1. De potestate ecclesiastica librum 1. Et quædam alia. Vixit anno Domini 1141.

Alexander quintus. Vide Petrus de Candia.

* *Alexander* Achillinus Bononiensis, philosophus eminentissimus, & accuratus Auerrois interpretes, Patavij primum, post Bononiæ philosophiam publice docuit, edidit multos libros, è quibus Iouius in eius elogio commemorat, singulos libros, De Elementis, de Intelligentijs, De Orbibus, Obijt Bononiæ anno Domini 1512. ætatis autem suæ quadragesimo nono. Opera eius in vnum collecta, De intelligentijs, De orbibus, De vniuersalibus, De physico auditum, De elementis, De subiecto Physionomiæ & Chiromantiæ. De subiecto Medicinæ, De prima potestate Syllogismi, De distinctionibus, De proportionemotuum, edita sunt Venetijs apud Hiero. Scotum 1568. Cum annotationibus Pamphili Montij. Annotationes anatomicæ, impressæ Bononiæ à Hieronymo de Benedictis. 1524.

Alexander de Ales, natione Anglus, minoritæ, scripsit summam Theologiæ in libros 4. Sententiarum: liber excusus est Lugduni anno 1515. tomis 4. In Pentateuchum Mosis lib. 5. Commentarios in Iosue. In Iudicum, In Regum lib. 4. In

Psalterium. In Minores prophetas, libros 12. Vitam Thomæ Cantuariensis. Vitam Regis Ricardi. Annotationes Bibliorum lib. 1. In epistolas Pauli lib. 14. De factis Machometis lib. 1. Repetitiones lectionum, & alia Commentaria Alexandri de Ales in 12. Aristotelis Metaphysicæ libros, impressa sunt Venetijs 1572. in folio. Vixit anno à virginis partu 128.

Alexander Aleius, natione Scotus, scripsit contra decretum episcoporum Scoræ lib. 1. Scripturas lingua materna legendas, li. 1. In Psalmos aliquot, Librum de verbi auctoritate impressum Argentinæ apud Cratonem Mylium, anno Domini 1542. Orationem de gratitudine, & aliam de restituendis scholis, quæ impressæ sunt cum Philippi Mel. Declamationibus, apud eundem. * Orationem de auctore & utilitate psalmorum, excusam Francofordiæ ad Oderam, apud Ioannem Hauar, anno Domini 1541. Cohortationem ad pietatis concordiam incundam, excusam Lipsiæ apud Valentinum Papam anno Domini 1544. Responsum ad 32. articulos theologorum Louaniensium. Lipsiæ apud Michael Blum excusam anno Domini 1545. Catechismum Francofordiæ ad Oderam impressum anno Domini 1550. Ordinationem ecclesiæ seu ministerij ecclesiastici in regno Angliæ, cõscriptam sermone patrio, & in linguam Latinam conuersam, Lipsiæ anno Domini 1551. quaternionibus 17. Commentarios in euangeliu[m] Ioannis, impressos ab Oporino anno Domini 1553. in 8. Commentarios in utranque epistolam ad Timotheum. De iustificatione contra Osiandrum. Disputationes ex epistola ad Romanos à Papa impressas, in quam epistolam & iustos commentarios meditatur. Assertio doctrinæ ecclesiæ catholicæ De sancta Trinitate, cum confutatione erroris Valentini Gentilis. Genuæ cum alijs in 4.

Alexander de Alexandria, ordinis fratrum minorum, composuit super Sententias lib. 4. Quæstionum variarum lib. 1. In metaphysica Aristotelis lib. 12. In libros tres De anima In alios etiam Aristotelis libros commentarios edidit, aliaque varia. Claruit anno. 1310.

Alexandri ab Alexandro Iurisperiti Neapolitani, Genialium dierum libri sex, excusi Lutetiæ accuratius quam ante hac, apud Ioan. Petrum, 1532. cum duplici indice. Vixit hic autor tempore Francisci Philelphi, Nicolai Perotti, Hermolai Barbari, &c.

Alexandri Aetoli tragædias allegat Athenæus. Distichon eius habetur in Florilegio Planudis lib. 4. Alexandri autem simpliciter distichon extat in tertio libro, & hexastichon in sexto.

Alexander Aetolus inter Homeri interpretes numeratur, Strabo lib. 14. refert hunc *κινυδορογῆρος ψινῶ νότος*.

* Alexander Aegæus philosophus Peripateticus, præceptor Neronis Cæsaris.

* Alexander cognomento Clæudius, rhetor.

* Alexander Casilonis F. frater Eusebij rhetoris, Iuliani discipulus, rhetor.

* Alexander Alexandri causidici F. Cilix Seleucienis rhetor, qui *πλοῦταίτης*, idest luteus Plato cognominabatur.

* Alexander Numenij F. rhetor. Quinque hos Alexandros commemorat Suidas, sed nullus scripta recenset.

Alexander de Antillo scripsit repetitionem rubricæ, De rescriptis in 6. Decretal. c. ubi qui.

Alexander Aphrodisæus sub Seucero & Antonino, primus omnium Aristotelem commentarijs enarrauit, & præsertim Topica. Scripsit De Anima lib. 2. Problematum libros duos, impress. Græce formâ enchiridij, Lutetiæ apud Neobarium: sed circa finem desiderantur aliquot problema Græca, quæ tamen in Theodori Gazæ translatione Latina leguntur, impressa vna cum Aristotelis problemaibus Basileæ apud Cratandrum, 1557. librum eius primum etiam Angelus Politianus Latitum reddidit. Primi libri problema sunt apud Gazam 147. apud Politianum vero 151. Secundi 130 apud Gazam. Scripsit etiam quæstiones naturales, De anima, morales, & lib. De fato, quæ Græce exiuerunt Venetijs, 1536. apud Victorem Trincauellum: Latine versas à Gentiano Herueto, excudit Oporinus Basileæ. Opusculum De febribus ad Apollonium à Georgio Valla Placentino translatum, exciuit Basileæ 1542. Librum etiam *περί μίξεως* id est De mixione, qui adiectus est commentarijs in Meteora, Venetijs excusum in officina Aldina, 1527. Inuenio etiam extare lucubrationem eius Romæ in Vaticana, *περί κρῶσεως ὑψηλῶν* à superiore. vt opinor, diuersam, necdum editam. Item commentaria in posteriora Analytica, ibidem Cæterum habentur ab Aldo excusa Græce. De figuris sensus & dictionis. Item commentaria in Aristotelis li. primum Analyticorum priorum, in Sophisticos elenchos, in octo libros Topicorum, in Meteorologica, vna cum opusculo de mixtione: in librum De sensu, siue sensorijs instrumentis, & rebus sensibilibus. Item in libros De prima philosophia omnes qui extant, commentaria à Ioan. Gesenio Sepulueda Latine versa, Lutetiæ impressa extant. Sed & commentarios eiusdem in libros De Naturali auscultatione alicubi extare Venetijs, quidam assertunt. * Problematum eius sectiones quinque Georgio Merula interprete, interiectis sparsim scholijs vel testimonijs aliorum authorum, excusæ sunt Parisijs, anno Domini 1520. in folio (cum commentarijs Petri Apõnensis in Aristotelis problema) longe alio ordine quam vulgati codices vel Græci vel à Gaza & Politiano translati habeant. Sunt autem problemata numero 350. cum alij codices iam memorati non ultra 277. contineant libris duobus, sic enim alij diuidunt non in sectiones, quarum quædam in Merulæ translatione inscriptiones habent, nam secunda inscribitur Medicinalium & naturalium ambiguitatum, tertia De quadrupedibus (vt & Casij problema) cæteræ carent inscriptione. Aphrodisi Commentaria in Aristotelem, & de Temperamento & incremento, de Mistura, Solutiones dubitationum: Græce manuscripta habentur in bibliotheca regis Gallorum. Comment. in metaphysica extant in bibliotheca cardinalis Carpenfis.

Alexandri de Aristois, Minoricæ, enchiridion de animabus regendis. Eiusdem Minoricæ elucta datiuæ

Uatua, rationabilis separationis fratrum Minorum, ab alijs fratribus eiusdem ordinis.

Alexander Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

* Alexandri Baldi Troiani I. C. Pomilagium.

* Alexander Barkeleij quem quidam Scotum alij Anglū fuisse perhibent, sequentes libros vel ipse scripsit, vel in Anglicum sermonem conuertit. De miseris Alicorum. Contra Sceltonum. Vitam Georgij, ex Mantuano. Quintæ que eclogas eiusdem. Vitam D. Catharinæ. Vitam D. Margarethæ. De pronuntiatione Gallica. Salutium de bello Ingurthino. Nauim stultiferam. Vitam D. Eshelredæ. Bucolica Cordi. Eglogam quartam. Castellum laboris. Mancinum de virtutibus. Obijt Londini anno 1552. Baleus.

Alexander Benedictus Veronensis scripsit De morbis medicandis à capite ad calcem libros 30. Aphorismorum lib. 1. De peste, eius causis, & materia auxiliorum lib. 1. Anatomies li. 5. quos Henricus Petrus excudit Basileæ. Item diaria de Bello Carolino. Alexandri Benedicti De re medica scripta Basileæ in folio impressa sunt 1572.

Alexandri Bondini medici epistola Græca extat in organum Aristotelis, quod Aldus excudit.

* Alexander Cantuariensis, Benedictinæ familiaris monachus, & Anselmi Cantuariensis episcopi assiduus auditor, scripsit ad Anselmum iuniorum abbatem Buriensis monasterij librum De dictis eiusdem archiepiscopi, habentem capita 19. Vixit anno 1120. Baleus.

Alexander Caraffa Archiepiscopus Neapolitanus, edidit & confirmavit constitutiones synodales Ioannis Archiepiscopi Neapolitani, quæ impressæ sunt Venerijs anno Domini 1542. cum titibus ecclesiæ Neapolitanæ.

Alexander Cestriensis episcopus, Anglus, scripsit postillas in Psalterium, & sermones multos ad clerum. Floruit anno 1238.

Alexander Chamillardus Aristotelis libellum De Virtutibus Latinitate donauit, & habetur in postrema editione Aristotelis operum Basiliensi.

Alexander Cittolinus natus Saraualli oppido Fori Iulij, locos scripsit Latine loquendi eleganter & ex tempore, magno volumine de omnibus rebus secundum Iulij Camilli modum. Item orationem pro defensione Hetruscæ linguæ. Præterea ingentes commentarios parare fertur in Hieroglyphica Ori, in quibus variam & multiplicem historiam cuiusque animalium generis pertractet, & regionum multarum proprietates, populorumque diuersos mores explicet. Inuenio etiam citari eius Typocosmiam, quod opus an ab hoc diuersum sit ignoro. Viuit nostra ætate; religionis veræ ergo patria exulans.

Alexander de Clipido scripsit De auctoritate ecclesiæ. Forte de S. Elpidio.

Alexander Connibertus L. doctor, è vulgari lingua Gallica Latine vertit comædiam quæ in scribitur, Babelinus alias Veterator. Simon Colinaeus impressit Parisijs anno Domini 1343.

Alexandri Cortesij Vngarica impressa sunt cū chronici Vngariæ Antonij Bonfinis. Eiusdem oratio in epiphania domini.

* Alexander Cofyreus cognomento *απομαθε* inter Homeri interpretes numeratur. Erit autē forte Polyhistor, & Cofyreus legendum fuerit, cum Stephanus tradat eum ex Coryæo Phrygiæ ortum.

Alexander episcopus Cappodociæ, scripsit epistolas, De pace ecclesiæ ad Antinoitas vnam, ad Antiochenes vnam, per Clementem presbyterum. Pro Origene contra Demetrium vnam. Ad Origenem, & alias plures. Claruit anno D. 253.

10 * Alexander de S. Elpidio, Italus, magister generalis Eremitarum D. Augustini, scripsit, De ecclesiastica potestate, lib. 1. De ecclesiastica paupertate lib. 1. De vnitae ecclesiastica, lib. 1. In Topica Aristotelis, lib. 4. Super priora eiusdem, lib. 2. Et alia Claruit anno 1330. Ambrosius Coriolanus.

* Alexander Ephesius orator qui Lichnus est cognominatus, historiam conscripsit, & carmina reliquit, in quibus & de cœlestibus pertractat, & terras continentes describit, de vnaquaque edens poemata. Strabo lib. 14. Alexander Ephesius versu heroico quædam scripsit, Stephanus de vrbibus.

Alexander Essebiensis monachus, Anglus, scripsit de sacris diebus lib. 1. Epitomen Britannicæ historiæ. Vitam Bertellini Eremitæ. Vitam Cuthgeri Eremitæ. Festiuale quoddam lib. 1. Compendium historiarum biblicæ lib. 1. Confessionem de peccatis, lib. 1. Meditationes quasdam, lib. 1. De sancta Agnete, lib. 1. Carmina & epistol. claruisse fertur anno D. 1360.

30 * Alexander Fabricius seu Carpentarius, Anglus, multos suorum temporum errores & vitia cleri reprehendit, ac scripsit opus elegans & piū, quod appellauit, *Destructorium vitiorum*. lib. 8. Homilias quoque eruditæ. Vixit anno 1429. Baleus.

* Alexandri Guarini, Ferrariensis, Lectiones Catullianæ, contra quas scripsit Hieronymus Auantius, impresse Venerijs.

40 Alexandri Hegij Dauentriensis Germani, carmina aliquot citantur in Adagijs Erasmi. Item ab alijs de laude Græcarum literarum.

* Alexandri Hepburnij prima rudimenta artis Grammaticæ, breuiter & dilucide explicata, Antuerpiæ apud Plantinum anno 1568. in 8.

Alexander Hermanostius, vide in Hermanostio.

Alexander Hefsus scripsit De sacrosancta incarnatione lib. 4.

50 * Alexander Hierapolis episcopus, & martyr, nouem capitibus conscripsit, quid noui Christus in mundum intulerit, quæ oratio reconditis sententijs referta est. Suidas.

Alexandri Hierosolymorum episcopi epistola ad Antiochenes super ordinatione Asclepiadis confessoris, citatur à Hieronymo in mentione Clementis Alexandrini.

60 Alexander Imolenis, siue de Imola, I. C. Ioannis De Imola (qui claruit circa annum 1420.) discipulus scripsit super ius ciuile, siue ff. & i. infortiati lecturam, Consilia, & Disputationem quæ incipit, Sigismundus. Quæ omnia typis excusa sunt, Disputatione excepta. Consilia eius Venerijs impressa sunt 1571, in folio.

Alexander de Lentria, scripsit De pluralitate beneficiorum ecclesiasticorum. De pignoribus & hypothecis.

Alexander Losæus Auilianus in tertium Codicis librum commentaria scripsit: & in paragra- pho terea inutilis. Instit. De inutili stipul. enarration- culam perbreuem. Gryphius Lugduni 1537. excudit.

Alexandri Magni epistolæ fragmentum habes apud Plutarchum in eius vita. Eius Epistola ad Aristotelem præceptorem, in qua eum repræ- hedit, quod Acroamaticos libros euulgasset, refer- tur à Themistio in præfatione super lib. Physico- rum.

Alexander Myndius, De animalibus, volucris- bus & iumentis scripsit, qui eius libri apud A- thenæum citantur. Item apud Plutarchum in vi- ta Marij, eius De vulturum natura historia.

Alexander Neckam Anglus, scripsit Diuine sa- pientie laudes, lib. 1. In Cantica canticorum lib. 6. In Ecclesiastem lib. 2. In prouerbia Salomonis lib. 1. In Ezechielem, Corrogationes Promethei. De puritate Mariæ. De figuris & tropis. De fabu- lis poetarum Carminum lib. 1. Scintillariū quod- dam. In Metamorphosin Ouidij. Lestiones scri- pturarum. Claruisse fertur anno Christi 1210.

Alexander Nequam, citatur in summa Alber- ti Magni.

Alexander de Neuo, Vicentinus, I. C. De ge- stis Romanorum scripsit. Item consilium con- tra Iudæos scenerantes, Venetijs Leonardus Vuuld de Ratispona impressit, anno Domini 1499. Consiliorum volumen.

Alexander Numenius scripsit De figuris ora- tionis, vnde sua decerpit Romanus Aquila quæ habemus, testis est Iulius Ruffinianus in præfa- tione libelli sui De figuris.

Alexander Paccius, patricius Florentinus, Ari- stotelis De Poetica lib. latinitate donauit. Im- pressus Basileæ 1537. apud Robertum Vuinter. Scripsit etiam quasdam tragædias.

* Alexander Philalethes citatur à Galeno libro 4. De differentijs pulsuum. Hic post Zeuxidem in Caria maximam medicorum scholam con- struxit Strabonis a tate. Strabo 13. in fine.

Alexandri medici Græci Practica, impressa est (vt putō) in Italia: cum expositione interlineari Iacobi de partibus.

* Alexander medicus ἀπὸ τῶν Γρ. m. in Gallia.

* Alexandri Sophistæ libellus τὰς τῶν ἰσθμῶν βοτάνης ἀπὸ τῆς ἀρχῆς in bibliotheca Ioannis Sambuci.

Alexander Piccolomineus in Aristotelis Me- teorologicorum lib. 4. Alexandri Aphrodisiæi commentaria transtulit, & tractatum de Iride ad- iecit: in quo plurimum Aristotelis, tum etiam Alexandri & Olympiodori dicta dilucidantur. Hæc excudit Hierony. Scotus Venetijs 1540.

* Idem super mechanica Aristotelis librum con- didit in Italia impressum. Præterea Italice con- scripsit librum, De institutione vitæ hominis nobilis, & in ciuitate libera nati, ethice, œcono- mice, politice. Dialecticæ, Rhetoricam, Phy- sicam, Ethicam, De Sphæra, De cognoscen- dis stellis fixis, De magnitudine terræ & aquæ, In Theoricis Planetarum commentarios, Para-

phrasim in secundum librum Rhetoricorū Ari- stotelis ad Theodectem. Omnia hæc Venetijs impressa sunt. Eiusdem de Sphæra lib. qua- tuor, ex Italico in Latinum sermonem conuersi sunt. Item compendium De cognoscendis stellis fixis: & De magnitudine terræ & aquæ liber v- nus, Nicolao Stupano interprete, Basileæ Perna impressit in 4. 1568.

* Alexandri Picenardi Iureconsulti Cremonen- sis, Interpretationes in nonnullos institutionū titulos, scilicet de Testamentis, Rubrica. Principi- pium, de exhæredatione liberorum, Rubrica. Principium de obligationibus, Rubrica, Qui- bus modis re contrahitur obligatio. Cremonæ 1571. Quarto.

* Alexander Pleuronius citatur à Pausania.

* Alexander Polilaus Corcyrensis Varini di- scipulus, multa exscripsit & collegit ad Vari- ni Lexicon, vt ipse de se testatur in dictione τῶν ἀντίων.

Alexander Polyhistor & πολυμάθητος, qui & Cornelius cognominatur, propterea quod cap- tus Cornelio Lentulo fuit venditus, eiusque præ- dagogus factus est, & postea manumissus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus, Laurenti per- riji, ædibus in quibus erat flamma consumptis, quo eius vxor audito, laqueo sibi conscium necem. Suidas & plerique eum Milesum fuisse vo- lunt, Stephanus de urbibus eum ex Coryæo mi- noris Phrygiæ oppido ortum esse perhibet. A- sclepiadæ filius fuit & Cratetis Grammatici di- scipulus. Scripsit libros pene innumerabiles, è quibus hi citantur à Stephano, Aegyptiacorum liber decimus tertius. Lyciacorum 2. De Phrygia 3. De Caria. 2. De Paphlagonia. De Ponto Euxi- no. De Cilicia. De Lycorea. Europa. Lybicorum tertius. ἢ τὸ παρ' Ἀλλεμῶν τῶν τῶν ἑρμῶν. De varijs re- bus libri quadraginta duo, an autem inter hos aliqui ex modo nominatis connumerandi sint mihi incertum est. A Plutarcho citantur libri de rebus Italicis in Parallelis minoribus: & liber in quem collegit Phrygios Musicos, in libro de Mu- sica. Suidas inquit eum De Roma scripsisse li- bros quinque. in quibus dicat Moso mulierem authorem fuisse legum Hebrææ gentis. Clemens meminit operis de Iudæis, & libri de symbolis Pythagoræ. Numeratur etiam inter Homerii interpretes, & Plinius eius scriptis se vsum fate- tur in pluribus libris. Alexander ἢ τῶν τῶν citatur ab Atheneo.

* Alexandri Pomelij Bononiensis, Methodus syllogistica, vna cum tractatu De ratione proban- di consequentias, siue redigendi eas in formam syllogisticam. Venetijs 1572. quarto.

* Alexander Pyrrhi Epirotæ filius, scripsit quem admodum copiam instrui deberent. Aelianus.

Alexander Rodophilus scripsit sylvam in illu- strissimi Sigismundi Gonzagæ obitum, impres- sam Bononiæ per Hieronymum de Benedictis, anno D. 1525.

* Alexandri Sardi Ferrariensis De moribus ac ritibus gentium libri 3. Impr. Venetijs apud Iordanum Zilletum anno 1557. in 8. In præfatione promittit alios libros quorum titulos tamè non adscribit.

Alexander

* *Alexander* de Saxo ferrato, Italus, Augustinia-
norum generalis & Cardinalis, scripsit oratio-
nes elegantes lib. 1. Ambrosius Coriolanus.

Alexander Seitz scripsit De thermis Baden-
sis in Heluetia, citatur à Conrado Gesnero in li-
bris suis De thermis.

Alexander Seton, natione Scotus, Theologus
in signis, scripsit in vtramque epistolam Petri. In
canonicam Iacobi. In Actorum cap. 18. Procef-
sum suæ examinationis. Sermones ad vtrumque
statum. Vixit anno Domini 1541.

Alexander Sozinus Senensis, Mariani iunioris
filius 1. C. scripsit aliquas repetitiones super 1. &
2. ff. nou. Consilia etiam nonnulla conscripsit. A-
gens adhuc annum ætatis suæ 31. immatura mor-
te sublatus, omnibus qui ipsum nouerant inges-
sui desiderium reliquit.

* *Alexandri* Suetzeni medici, De mysterijs me-
dicis Antimonij, libellus Germanicus. Argentia-
næ anno Domini 1570.

* *Alexander* Theologus, abbas Benedictino-
rum Cantuariæ ad fanum Augustini, multa con-
tra Pontificiam potestatem & temporale domi-
nium episcoporum disputauit ac scripsit, De ces-
satione Papali lib. 1. De ecclesiæ potestate lib. 1.
De potestate vicarij lib. 1. Victoriæ à Portheo
lib. 1. Super alijs articulis lib. 1. Claruit anno Do-
mini 1207. Baleus.

Alexander Traianus Petronius Citracastella-
nus, philosophus & medicus, scripsit Proposita 30
seu Aphorismos quosdam in philosophia, logica
228. naturali 322. metaphysica 186. & in medicina
149. ad Paulum Cæsum Cardinalem. Libellus
Venerijs impressus apud Bernardinum Vene-
tum, 1535.

Alexandri Tralliani iatrosophistæ libri medi-
cinales 12. Græce impressi sunt Parisijs à Rober-
to Stephano, anno D. 1548. in fol. chartis 76 cum
Rhazæ libro Græco de pestilentia, & Iacobi Gau-
pylii in vtrumque castigationibus. Iidem Latine
uersi, Basileæ apud Heinricum Petrum, Albano
Torino interprete. Eisdem è Græco vertit mul-
tisque in locis restituit & emendauit, Ioan. Guin-
terius Andernacus, excudit Remigius Guido
Argentina, anno D. 1549. *Alexandri* Tralliani
de rebus Turcarum libri quinque.

* *Alexandri* medici De cognitione pulsuum in
febricitantibus, liber Græcus manuscriptus in
bibliotheca Regis Gallorum.

Alexander cognomine de Villa Dei, Dolensis, 50
ordinis fratrum minorum, scripsit volumen me-
tro leonino de grammatica, cui titulus est Do-
ctrinale puerorum lib. 3. De Computo ecclesiasti-
co lib. 1. De sphaera lib. 1. De arte numerandi lib.
1. Vixit anno Domini 1240. Eius quantitates e-
mendauit Hubertus Susannæus versificator Gal-
lus, multis expunctis & que omissa erant ab au-
tore additis. Venditur is libellus octodecim de-
nariolis Gallicis.

* *Alexander* Vtendolus septem Psalmos pœ- 60
nitentiales, & eiusdem argumenti orationes 5.
ex scriptis Prophetarum, ad dodecachorchi mo-
dos duodecim composuit, liber impressus No-
rinberge in officina Theodorici Gerlazi in 4.
Composuit etiam alias sacras cantiones quin-

que vocum ibidem impressas, anno Domini mil-
lesimo quingentesimo septuagesimo primo.

* *Alexander* Vuendock, vel Venedotius, episco-
pus Cestriensis, scripsit Postillas in Psalterium
lib. 1. Sermones & lecturas lib. 2. Vixit anno Do-
mini 1238. Baleus.

Alexander Zerbinatus Ferrariensis, scripsit Ita-
lice De libero arbitrio, De præscientia Dei, & E-
pistolam de moribus paræneticam, ad filium co-
mitis Bonifacij Beuilaquæ.

Alexandria poetæ fabulas citat Athenæus, Me-
lilotum, Hoplomachum, Pharmacomantin seu
per pharmaca vaticinantem.

Alexarchus scripsit, De rebus in Italia gestis li-
bros aliquot, ex quorum tertio Plutarchus cap.
14. Minorum parallelorum refert Tullij Hostilij
& Metij Suffetij historias.

* *Alexinus* Eliæsis Ebulididis discipulus, scripsit
ad Zenonem, ad Ephorum historicum, & alios
complures libros. Laertius.

* *Alexis* Samius, scripsit Samiorum 20
20
tatur ab Athenæo.

Alexis Thurius (Thurij Sybaris olim dicti)
Comicus, Menandri comici F. edidit comædias
245. Filium habuit Stephanum qui & ipse Co-
micus fuit. Suidas. Allegatur aliquoties apud
Stobæum: & in Florilegio Planudis lib. 6. scet.
5. eius carmina decem leguntur. Porrò ex fabu-
lis eius hæc ab Athen. citantur. Certamen seu Hip-
piscos. Fratres. Aesopus. Anteia. Apeglauc-
menos. Desultor. Amputatus apocoptomenos.
Archilochus. Aselepiocleides. Afotodidasca-
los, hoc est, Heliuonum & luxuriosorum nepo-
tum magister. Atthis. Brutia. Galatea. Gra-
phe, hoc est, scriptura aut pictura. Gynæcostra-
teia, mulierum exercitus. Derylios epulator. De-
metrius seu Phileræus. Gemini. Dorcis seu Pop-
pizusa applaudens adularis. Bis lugens. Dropia
fortè Mendicus. Eisoikizomenos, Inuasor exa-
40
tor, fortè *ἰσχυροῦς*. Helena. Græca. Epidau-
ros. Epiclesus. Epitropus, tutor. Septem apud
Thebas. Eretrictis. Eritho. Ad puteum. Hea-
pacus. Hesion. Theophoretus, hoc est numi-
ne afflatus. Thesproti. Thebani. Thrason. E-
ques. Equus. Icostasion Aequilibris. Deceptus.
Cleobulina. Cnidia. Parietes calce illinens. No-
uacula. Cratias aut pharmacopola. Guberna-
tor. Aleator. Cygnus. Peluis. Lampas. Le-
bes. Leucadia seu serui fugitiui. Populus alba.
Linus. Locri. Lyciscus. Sopita. Vates. Mida
Milesij. Milesia. Milcon. Minos. Proci. Vlyf-
ses subrexens. Habitatus. Olynthius. Homyt-
tia. Opora seu autumnus. Orestes. Saltatrix.
Pamphila. Pancratiastes. Excubiæ siue Lanæ-
ria. Parasitus. Vinolentus. Poetæ. Poera. Po-
lycleia. Agricola. Ponticus. Protochorus. Py-
thagorâ imitans. Pylea. Pyraunus. Rhodius vel
demulcens. Miles. Commorientes. Concurrer-
tes. Collactanei. Ficuum vascula. Tarantini.
Thetys. Matertera. Fœnerator. Trophonius.
Somnus. Subditius. Suspicio. Phædrus. Pho-
liscus. Elegans siue Nymphæ. Amans. Phry-
gius apparatus. Phryx. Exul. Mentiens. Pseu-
dohypobolimeus seu falso subditus. Chori prin-
ceps. *Ἰσχυροῦς*. Cyprius.

Alexinus Eliensis, Ebulidis discipulus, dialecticus, scripsit Ad Zenonem, Ad Ephorum historicum, & alios complures libros: Laertio autore.

Alexius Comnenus, scripsit Nouellas, de quibus Haloander in præfat. Nouell. Iusti.

Alexius patriarcha De nuptijs, Græce extat cum canonibus Conciliorum quos Zonaras exposuit.

* *Alexius* Pedemontanus, Italice scripsit libros De remedijs secretis, quos postea Ioannes Iacobus Vuckerus in Latinam & Germanicam linguam transtulit.

* *Alexius* Salamanca Zamorensis, ordinis minorum, scripsit de Republica Christi dialogos tres. Quibus primò suum quisque legislatorem obseruet, deinde leges pro virili seruet: postremò quam absolutissimus ciuis (erroribus quorundam interim ac hæresibus explosis) euadat. His passim inperfa sunt prophanæ literaturæ quædam haud indigna lectu. Sebast. Barpt. Honoratus impressit Lugduni 1556.

Alexij Vgonij Brixiani, monachi Casinensis, Dialogus de sollicitudine, excusus est Venetijs anno Domini 1545. apud Cominum de Tridino, octernionibus quatuordecim.

* *Alexo* Mindius in nono fabulosoform citatur à Laertio.

Alfenus Varus vetus I. C. scripsit Digestorum libros 40. quos deinde Paulus in Epitomen redigit. Citantur autem in Pandectarum libris, tum ipsius Alfeni Digestorum libri, tum Epitomarum, siue Digestorum à Paulo Epitomatorum libri octo: & aliquoties etiam Alfenus citatur nullo notato nomine librorum.

* *Alfius* libro primo belli Carthaginensis, citatur à Festo. Hic fortè est Alfius Flavius, cuius meminit Plinius in catalogo auctorum lib. 9.

* *Alfonfus* Bertutius Fanensis, scripsit Methodum generalem & compendiarium, ex Hippocratis, Galeni, & Auicennæ placitis depromptam ac in ordinem redactam, ad omnes morbos recta ratione curandos summè vtilem & necessariam. Lugduni excudit Gabriel Coterus 1558.

Alfonsi Ferrij Neapolitani medici, Pauli I I. Pontificis Maximi chirurgi primarij, De ligni sancti multiplici medicina, & vini exhibitione, libri quatuor impressi Parisijs, forma Enchiridij, 1539. Eiusdem de sclopetorum siue archibus forû vulneribus lib. 3. Corollarium de sclopeti ac similibus tormentorû puluere. De caruncula siue callo que ceruici vestigij nascuntur, opusculum chirurgis vtile. Matthias Bonhomme excudit Lugduni, anno Domini 1553. quaternionibus quindecim & dimidio.

Alfonso reliquos quære in Alphonso.

Alfragani astronomorum peritissimi Introductio astronomica, continens omnia rudimenta astronomiæ, impressa Ferrariæ, 1539. & Norimbergæ à Petreio anno Domini 1537. cum Albategnij libro De scientia stellarum. Refert etiã Pastregicus alium librû ab Alfragano scriptum titulo De aggregationibus stellarum.

* *Alfricus* Grammaticus, abbas Abindonenfis & postremò Cantuariensis archiepiscopus, scripsit Grammaticam Latinosaxonicam lib. 1. Di-

tionarium Latinum. Super Gregorij dialogis lib. 4. Donatum vertit, & Genesim. Obijt anno Christi 1006. Baleus.

* *Alfricus* præbyter, scripsit conciones doctas lingua Anglosaxonica, quæ in Fontana bibliotheca extabant. Baleus.

Algazel, autor Arabs, scripsit Destructiones contra Auerroim, & rursum Augustinus Nisephus, destructiones Destructionum huius *Algazel*. Eius philosophia & logica cum alijs edita est in folio. Eius scriptorû de transcendentibus meminit autor Luminis animæ in præfatione.

Algerus Corbeiensis Germanus, monachus S. Benedicti, scripsit De sacramento altaris librum, impressum Coloniae à Quentelo, & Louanij anno D. 1561. Item de Gratia & libero arbitrio.

* *Alguazir* Abuleizor filius Abumelech Filuzer, De curatione lapidis, ad Imperatorem Saracenorum Anli filium Ioseph filij Resaphim. Hoc titulo liber inter spurios Galeni habetur.

Alhari Arabici scriptoris verba aliquando citat Simon Genuensis.

* *Alhazeni* Arabis Opticæ libri septem: eiusdem De crepusculis & nubium ascensionibus: Item Vitellionis libri decem: omnes instaurati et figuris illustrati, à Federico Reiserero Basileæ editi sunt 1572. in folio.

* *Alhomianes* Chymista citatur in libro senioris filij Hamuel.

* *Alkides* sapiens ibidem citatur.

Aliander de Cosco, Epistolam Cristophori Colom. De insulis, in mari Indico nuper inuentis, ex Hispanica lingua in Latinam non inrudite vertit, anno 1439. libellus impressus.

Alkindi libri De mutationibus temporum, item De proportionibus, editi sunt. Vide in Iacobico Alkindo.

Alkirandi librum citat Bartholomæus Cocles primo capite suæ physiionomiæ, & multa inde verba describit.

Almadal inter naturalis magiæ scriptores numeratur, à quo forsân Almadel ars denominata est, ad theurgiam magiæ partem pertinens.

* *Almain* opuscula, In sententias, Moralia, De potestate ecclesiastica, Emblemata physica: in Sorbona extant.

Almannus monachus Altuillaren. cœnobij, ordinis Sancti Benedicti, exemplo Hieremiæ prophetæ desolationem Franciæ, quæ suo tempore à Normannis vastabatur, & sui monasterij desolauit, Alphabeto componens lib. 1. Vitam Vinardi episcopi lib. 1. Vitam Sancti Syndulphæ lib. 1. Vitam S. Helenæ Augustæ lib. 1. Translationem eiusdem lib. 1. Vixit anno D. 890.

Almansori principi libros suos in re medica Romanis nuncupauit.

Almanfor astrologus scripsit iudicia, seu propositiones, siue capitula stellarum, 150. oblata regi magno Saracenorum. Ea transtulit Plato Tyburtinus ex Arabico sermone in Latinum. Venetijs anno Domini 1493. impressa cum quadripartito Ptolemæi. Et Basileæ cum Iulio Firmico.

Almaricus quidam scripsit pro mulieribus contra Tiraquellum.

Almericus

* *Almericus* Carnotensis, scripsit *Pariphysicon* librum, qui Parisijs ponebatur inter libros damnatos: nam ab Innocentio III. Pp. damnatus est, anno 1198. Treuetus.

* *Aloisius* Alamannus Florentinus ex Sophocle in Hetruscum idioma conuertit *Antigonem*, & plura Italice scripsit.

Aloisius Cadamustus Venetus, descripsit navigationem suam ad terras ignotas lingua Italica, quam Archangelus Madrignanus transtulit in Latinam. Heruagius impressit Basileæ in folio, anno Domini 1532. cum alijs noui orbis scriptoribus. Hunc P. Martyr ea quæ scribit de Castellanis navigationibus, è suis Decadibus suffuratum esse ait.

Aloisius Lippomanus Methonensis episcopus scripsit *Catenam* in Exodum ex autoribus ecclesiasticis plus minus 60. ijsq; partim Latinis, partim Grecis connexam, & excusam Parisijs apud Carolam Guillardam anno D. 1550. in fol. Idem De Sanctorum historijs tomos aliquot congestit & edidit in Italia: ex quibus postea L. Surius historias aliquot edidit, additis nonnullis nunquam ante hac in lucem editis. Idem Scholia adiecit Damasceni historiæ de Barlaamo Eremita & Iosaphato rege Indorum.

Aloisij Luifini Vtinentis quæstiones de balneis, insertæ sunt Ludouici Pasini libro de thermis Patavinis à Iunctis impresso. Eiusdem libri De compescendis animi affectibus per philosophiam & medicinam, Basileæ 8. Aphorismi Hippocratis Latino carmine hexametro redditi, Venetijs apud Iuntas 1552.

Aloisij Marliani Mediolanensis epistola, qua calamitosa Philippi Hispaniæ regis, in Hispaniam nauigatio describitur, impressa est Argentinæ, anno D. 1554. Eiusdem oratio typis excusa est, quam habuit in comitijs ordinis aurei velleris Caroli Romanorū regis. Scripsit etiam quædam contra Lutherū & de fortuna. Obijt Vuormatiæ in conuentu imperij sub Carolo.

Aloisius Mundella, medicus, scripsit epistolas medicinales 23. variarum quæstionum, & locorum insuper Galeni difficultium expositionem continentes. Annotationes in Examen simplicium ab Antonio Musa Brasauola cōscriptum. Michael Isingrinus excudit Basileæ, 1543. * Item Theatrum Galeni, hoc est vniuersæ medicinæ à Galeno diffusæ sparsimque traditæ promptuariū: quo vel indicis loco in omnes Galeni libros vel locorum communium instar in te medica lector vtetur. Editum Basileæ per Eusebium Episcopium in folio, anno 1568. Præterea edidit dialogos medicinales 10. in quibus multa tum artis theoremata, tum historiæ curationum præcipue explicantur, Tiguri 1551.

Aloisius Trifsinus Vincentinus medicus, scripsit problematū medicinalium ex sententia Galeni libros sex, euulgatos Basileæ ab Isingrinio 1546. in octauo. Docuit Ferrariæ, & iuuenis adhuc obijt, annos circiter 52. natus.

Aloisius Vopiscus poeta & philosophus, vertit inter alia Plutarchi opusculū De non irascendo.

Alpatragius Astrol. edidit librum in astrologia, qui incipit *Detegam tibi secretum*. Forte is est

qui *Alpetragius* ab Alberto nominatur.

Alpetragius quidam autor citatur in summa Alberti Magni.

Alphanus archiepiscopus Salernitanus, scripsit De vnione verbi Dei & hominis lib. 1. De vnione corporis & animæ lib. 1. De quatuor humoribus corporis lib. 1.

Alpharabij cuiusdam liber De compositione astrolabij extare fertur.

10 *Alpharabij* declaratio in Rhetoricam Aristotelis, impressa est Venetijs apud Scotum, anno D. 1515. cum Aegidij de Roma interpretatione in eandem. Eiusdem libri De potentijs animæ, De permixtionibus elementorum, citantur ab autore Luminis animæ. Item de differentijs regionum librum eiusdem, suo tempore idem autor vulgatum scribit. Eiusdem logica citatur à Ioanne Francisco Burana.

20 *Alpharus* ordinis fratrum minorum, natione Hispanus, Io. Scoti auditor, edidit quædam præclara, ex quibus extat opus magnum & insignè Lugduni impressum anno 1517. De planctu ecclesiæ lib. 2. Speculū quoq; regum lib. 1. super Sententias lib. 4. Apologiam lib. 1. & quædam alia.

Alphi Mitylenæi poetæ epigram. 9. in Floril. Plan. supersunt, 6. in 1. libro; in 3. 4. & 6. singula.

Alphenus, Vide *Alfenus*.

R. *Alphes* ludæus, scripsit opus ingens Hebraice, excusum à Bombergo, De festis, ritibus & consuetudinibus ludæorum.

30 *Alphij* Auiti poetæ fragmenta quædam extat ex libro, quem inscripsit *Excellentium*, carmine Iambico Dimetro, eius exemplis Victorinus & Priscianus libro 8. 12. & 18. vtiur, diuersus autor ab Alcimo Auito poeta Christiano: eiusdem tam men familiæ.

* *Alphidius* quidam philosophus, scripsit De creatione metallorum, lib. 1. Ioan. Lelandus.

Alphonsius Abulensis, scripsit in tota Biblia.

40 *Alphonsi* cuiusdam liber De matrimonio reginæ Anglicæ excusus est in Italia.

Alphonsus Aemilius Sebastes, scripsit Pasquilolum proscriptum in Germania exulantem, impressum octernionibus 2.

* *Alphonsi* Alvarez Guerero, Thesaurus Christianæ religionis, & Speculum sacrorum ac summomorum pontificum, imperatorum & regum.

50 *Alphonsus* Bonihominis ordinis prædicatorū, Hispanus, ex Arabica lingua in Latinam transtulit epistolā Rabbi Samuelis Iudæi missam ad Rabbi Isaac, qua prophetarum dictis Christum Iesum verū Mesiam venisse, passum, mortuum esse ac resurrexisse, cælos ascendisse, secundusq; eius aduentus pulcherrime cōmonstratur. Heiricus Petri impressit cum alijs patrum antiquorum scriptis, in Micropresbytico. Vixit hic autor anno D. 1239. vel vt alij volunt 1339.

60 * *Alphonsi* à Castro, Zamorensis, libri 3. De hereticis siue de iusta hæreticorum punitione, ab autore recogniti & multis in locis aucti, Antwerp. in ædibus viduæ & heredū Steelfij in 8. 1568. Eiusdē de potestate legis pœnalis libri 2. Paris. (nā fallor) impressi. Aduersus omnes hæreses lib. 14. impressi Lugd. apud Frelonios fratres, anno 1546. Omnia hæc ab autore recognita & illustrata

ta, impressa sunt Parisijs apud Michaellem Son-
nium 1571. in folio.

* *Alphonsi* Conradi Mantuani, Commentarius
in Apocal. D. Ioannis Euangelistæ & Apostoli:
impressus Basileæ à Perna in 8.

* *Alphonsi* Gometij in Parag. si. re. expectati-
uarum D. Cle. Papæ 7.

Alphonsus de Herrera ord. præd. Cæsaris con-
cionator, scripsit discepcionem aduersus Lu-
theranos De valore bonorum operum. Liber im-
pressus venditur 18. denariolis Gallicis.

Alphonsus Hispalensis episcopus, ordinis fra-
trum Eremitarum S. Augustini, edidit super
Sen. libros quatuor. Claruit anno 1340.

Alphonsus Hispalensis de Corduba, artium &
medicinæ doctor, tabulas astronomicas ac in eas-
dem demonstrationum theoremata, Elizabethæ
reginæ dicauit. Impressæ sunt Venetijs cum ta-
bulis Alphonsi regis. Claruit anno D. 1484.

Alphonsi More oratio de Trinitate impressa est. 20

Alphonsus Romanorū & Hispaniarū rex, philo-
sophus & astronomus, inter omnes sui tempo-
ris excellentissimus, scripsit vtilissimas in Astro-
nomia tabulas, lib. 1. Epist. ad diuersos lib. 1. His
accesserunt tabulæ Elizabethæ reginæ, nuper ca-
stigate, & in ordinem redactæ per L. Gauricum,
cum additionibus & nouis problematibus eius-
dem Gaurici. Omnia simul impressa Venet. an-
no 1524. In Parisijs opera Paschalis Hamelij Ma-
themat. & regij professoris emendatæ, et accessio
ne plurimarum tabularū auctæ, à Christ. Vueche-
lo impressæ sunt, anno 1545. in 4. mai. fol. char. 36.

Alphonsus archiepiscopus Toletanus in Aristo-
telis libros de Anima quæstiones conscripsit.
Excusæ sunt Florentiæ 1477.

* *Alphonsus* Tostatus episcopus Abulensis, Hi-
spanus, Theologus acutissimus, scripsit Cōmen-
tarios in Genes. Leuit. Num. Deuteron. Iosue, Iu-
dicum lib. & Ruth. Item in 4. Regum libros, &
duos Paralip. Item in Euangeliū Matthei. Idem
scripsit De optima politica. De statu animæ post
hanc vitam. Contra concubinarios sacerdotes.
Super Ecce virgo concipiet, cum repetitione de
Trinitate. Paradoxa. Omnia hæc 13. magnis vo-
luminibus in folio excusæ sunt Venetijs per Gre-
goriū de Gregorijs, sumptibus domini Ioannis
de Angelis ciuis Veneti, anno D. 1507. die 14.
mensis Octobris.

Alphonsi Viruesij. Canariensis episcopi, Philip-
picæ disputationes 20. aduersus Lutherana dog-
mata per Philip. Melanchronem defensa, impres-
sæ sunt Colonia in 4. anno D. 1542.

* *Alphonsus* Pisanus Iesuita, ex varijs Gregorum
Latinorum atq; Arabum monumentis collegit
Canones & acta primi Oecumenici concilij Ni-
ceni, additis sanctorum patrum testimonijs. Dil-
lingæ 1572. octauo.

* *Alphredus* Anglicus, cognomento philoso-
phus, scripsit De motu cordis lib. 1. De musica
lib. 1. In Boetium de consolatione lib. 5. In Aristo-
telem de vegetabilibus lib. 1. In meteora eiusdem
lib. 4. De educatione accipitrū lib. 1. De rerum
naturis lib. 1. Claruit anno salutis 1270. Baleus.

Alphredus Beuerlacensis Anglus, scripsit Hi-
storiarum lib. 1. & De rerum naturis lib. 1. Cla-

ruit circa annum Christi 1087.

Alphredus Magnus Anglorum rex, scripsit Viti-
saxonum leges, Regum fortunas varias, Dicta sa-
pientum, Facetias & sales. Collectiones Chroni-
corum. Acta suorum magistratum. Manuale
meditationum. Transtulit verò in linguam An-
glicam Hermestam Pauli Orosij lib. 7. Gregorij
dialogos li. 4. Molmutinas leges lib. 1. Gesta An-
glorum Bedæ lib. 5. Boetium de consolatione lib.
5. Psalterium Dauidicū lib. 1. Vixit anno D. 901.

* *Alphredus* Malmesburiensis cœnobij abbas,
scripsit De naturis rerum lib. 1. De rebus cœno-
bij sui lib. 1. Vixit anno 990. Baleus.

Alphredus Osuij regis ex cōcubina filius, Nor-
thumbrorum Rex, scripsit Epistolarū libros ad
Colmannū & suos, ad Hildā abbatissam, ad Ada-
mannū Coludium. Obijt anno salutis 705. Bal.

Alfredus Rhieuallii Anglus, monachus Cister-
tensis, scripsit Vitam Eduardi regis Anglorum,
Vitam Davidis Gothorū regis, & Margaritæ re-
gine. Homil. 33. Super onus Babylonis Esaiæ lib.
1. De spiritali amicitia lib. 1. De natura animæ
lib. 1. De dotibus eiusdem lib. 1. Epistolarum lib.
1. Floruit anno Domini 1164.

* *Alraheb* religiosus monachus, qui fuit exi-
mius physicus, à quo Rasis multa notabilia sus-
cepit. Bellunensis.

Alsabaranus Arabs, scripsit De theoricâ & pra-
ctica medædi, eius verba citat Christoph. Orosc.
castigator Aetij interpretum, in castigationibus
lib. 4. ca. 27. ita vt appareat istum autorem extare.

* *Aluardus* de Cadurco, Dominicanus, Tolosæ,
scripsit Postillam in Apocal. lib. 1. In 7. psalmos
penitentiales lib. 1. Super officio mortuorū lib.
1. & Sermones pro clericis lib. 1. Nic. Bertrandus.

Aluarius Gomes Hispanus prouerbia Salomo-
nis reddidit carminibus, quæ typis excusæ sunt
Basileæ apud Robertum Vuinter, anno 1538.

* *Aluares* Numius, scripsit De nouo orbelin-
gua Hispanica.

* *Aluari* Pelagi De planctu Ecclesiæ.

* *Aluisius* Marsilius, Italus, Augustinianus, scri-
psit Sermones notabiles lib. 1. Commentariorū
lib. 1. Claruit Florentiæ anno 1380. Antoninus in
Chronicis.

* *Aluisius* Sadoch, de Panormo, Siculus, Carme-
lita, scripsit Disputationes quasdam lib. 1. Sermo-
nes quoque plurimos & alia. Claruit anno 1390.
Martinus Persona.

Alulidi Rosadis compendium priorum analy-
ticorum Aristot. impressum est ab Octau. Scoto
anno D. 1524. in fol. cum cōmemarijs Ioan. Fran-
cisci Buranæ in analytica Aristot. Eiusdem com-
mentaria in posteriora analytica Aristot. & que-
dam ex eius Alpha minori post naturalia, citan-
tur à Ioanne Francisco Burana.

Alulphus monachus Benedictinus, ex operi-
bus beati Gregorij collegit opus excerptionum
in nouum testamentum, quod inscribunt Gre-
gorianā, impressum Argent. anno D. 1516. in 4.

* *Alvpius* Alexandrinus Sophista Iamblichū
ætate vixit, in dialecticis exercitissimus, huius
vitam scripsit Iamblichus, teste Eunapio. Huius
forte est Græca Ilagoge in Musicam quæ serua-
tur Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

Alvpij

Alypji & *Augustini* epistola ad *Paulinum* numero sexta & centesima, inter *D. Augustini* epistolae. Eorundem epistola ad *Iulianam* *Demetriadis* virginis matrem, CXLIII. Eorundem & *Fortunati* epistola ad *Generosum* CLXV.

* *Amadius* Iustinus à *Castello* in nomenclatura Iurisperitorum nominatur, scripta tamé eius non commemorantur.

* *Amalarij* Treurenensis episcopi libri *De missis* ritibus & sanctis mysterijs, impressi sunt cum alijs quibusdam *Coloniae*. Hunc quidam vocant *Hamularium*, Vide *H* literam.

Amandi *Chabasilij* *Montilienensis*, institutionum *Dialecticæ* liber, quo *Aristotelis*, *Ciceronis*, & recentiorum philosophorum præceptiones stylo explicantur dilucido, excusus est *Parisi*, apud *Matthæum* *Davidem*, anno *D. 1549*, quatern. 10.

* *Amandus* ordinis *Prædicatorum*, lector *Constantiensis*, scripsit librum quem nominavit *Horologium* æternæ sapientiæ. Horas bonas æternæ sapientiæ, quæ alio nomine dicuntur *Cursum* æternæ sapientiæ, *Tractatum* centum meditationum passionis *Christi*; *M. Dresserus* m.

* *Amandus* *Zierixiensis*, patria *Zelandus*, ordinis minorum de observantia, ex probatis authoribus erudita breuitate congescit *Chronicon*, à mundi exordio ad annum 1534. quod *Scrutinium* vel *Venerationem* veritatis *historicæ* vocabatur lib. 6. De hebdomadibus *Danielis* lib. 7. *Commentarios* in *Genesim* lib. 1. *Spiritualis* militiæ duodecim horas lib. 1. *Dominicæ* passionis historiam lib. 1. De *Christi* resurrectione & ascensione lib. 1. In *Eclesiasten* *Solomonis* lib. 1. *Expositiones* in *Iobum*. De quadraginta mansionibus li. 1. De *S. Anne* coniugio lib. 1. *Conciones* publicatas lib. 1. Obijt anno 1534. quo anno *Chronicon* eius *Antuerpiæ* est impressum per *Simonem* *Cocum*. *Franc. Titelmanus*.

Amanelli de *Claris* aquis Iurisperiti *Singularia* & cautela.

* *Amantius* de *Valle*, *Minorita*, *Tolosanus*, scripsit *Elucidationes* *Scoti* lib. 1. & alia. *Nicolaus* *Bertrandus*.

Amaranthi *Alexandrini* *epistolarius* liber, citatur bis in *Athenæi* *Symposiacis*.

Amasidis *Aegyptiorum* regis epistolium extat apud *Herodotum* libro 3. ad *Polycratem* *Sami* principem in omnibus fortunatum.

Amati *Lusitani* medici præstantissimi, *Curationum* medicinalium *Centuriam* primâ, multiplici variaque rerum cognitione refertam, (cui præfixa est eiusdem authoris commentatio, in qua docetur, quomodo se medicus habere debeat in introitu ad ægotantem, simulq; de crisi & diebus decretorijs, ijs qui artem medicam exercent, & quotidie pro salute ægrotorum in collegium descendunt, longè utilissima,) *Florentiæ* impressit *Torrentinus*, anno *D. 1551*, octern. 26. Eiusdem *curationum* medicinalium *centuria* secunda, in qua *methodus* & *canon* propinandi decoctum *radicis* *Cynarum*, *Iulio* *III. Pontifici* compositus, vberius describitur quàm in prima habetur *centuria*, *Venet.* impressa est à *Vincent. Valgrisio* anno *D. 1552*, octern. 16. Idem *Amatus* *Lusitanus* nomineloan, *Roderici* *Castelli* *Albi*,

Lusitani, edidit *exegetata* in 2. libros *priores* *Dioscoridis*, excusa *Antuerpiæ* anno 1536. Deinde sub suo nomine euulgavit eruditissimas *enarrationes* in *Dioscoridem* totum, in quibus passim *simplicia* *Græce*, *Latine*, *Italice*, *Hispanice*, *Germanice* & *Gallice* proponuntur, *Venet.* excudit *Valgrisius* anno 1553. quò tempore autor *Rhascusij* *medicinam* factitabat. Præterea edidit *curationum* medicinalium præter duas commemoratas, adhuc alias quinque *Centurias* quæ *Venetijs* & *Lugduni* sunt excusæ. Sunt etiam eius *Commentaria* in *Dioscoridem* *Argentiniæ* à *Rihelio* excusa.

* *Ambertus* de *Attramonia*, *De quæstionibus* & *tortura*.

Ambrosius *Origenis* auditor, primo *Marcionites*, ac deinde ab ipso *Origene* correctus, scripsit *De sua conversione* gratias agens, ad *Origenem*, *Epistolarum* lib. 1. & quædam alia. Floruit anno *Domini* 239.

Ambrosius presbyter, natione *Alexandrinus*, *Didymi* cæci quondam auditor, scripsit *Commentariorum* in *Iob* li. 2. *Contra* *Appollinarem* *Laodicenum* lib. 1. Vixit anno *D. 400*.

Ambrosius *Ansbertus* monachus & presbyter ordinis *S. Benedicti*, scripsit in *Cantica* *cantic.* lib. 1. In *Psalterium* quoq; lib. 1. In *Apocalypsin* *Ioannis* lib. 10. De cupiditate lib. 1. *Epistolarum* ad *diuerfos* lib. 1. Floruit anno *Domini* 890.

* *Ambrosius* *Blarerus* *Constantiæ* ad *lacum* *Acrônium* nobili familia natus, & ibidem ecclesiæ minister, scripsit *Epistolam* elegantem *exhortatoriam* ad eandem ecclesiam impressam in 8. anno 1536. *Theaurum* *spiritualem*, libellum *consolatorium*, qua ratione *Christianus* homo se parat ad mortem & quasvis ærumnas ferendas, liber impressus *Germanice* à *Froschouero*, anno 1561, in 8. Eiusdem *Concio* *Bernæ* habita, impressa est cum actis *disputationis* *Bernensis*.

* *Ambrosius* *lung*, scripsit *Regimen* *pestilentie* *Germanico* sermone.

Ambrosius *Calepinus* *Eremitanus* *Bergomâs*, scripsit *Latinæ* linguæ *Dictionary*, quod à multis deinde *viris* doctis, *diuersis* temporibus, adeo & locupletatum & immutatum est, ut si iam ipse *Calepinus* rediret, suum opus nequaquam agnosceret. Varijs in locis hoc *lexicon* impressum est, *Basileæ* in officina *Curionis*, sæpius & *diuersis* formis. *Parisijs* apud *Ambrosium* *Girault*, anno *D. 1539*, cum *Iacobi* *Montani* castigationibus & *vocabulis* *Græcis*. *Venet.* apud *Franciscanum* *Bindonum* & *Mapheum* *Pasinum* *Græce*, *Latine* & *vulgari* lingua (*Italica*) illustratum, anno *D. 1545*. Ibidem *Latinoitalice* apud *P. Manutium*. *Lugduni* multis partibus auctum: adiecta sunt etiam *Latinis* *ditionibus* *Hebræa*, *Græca*, *Gallica*, *Italica*, *Germanica*, 1570. in fol. Item *Antuerpiæ* 1572. & alijs etiam in locis.

Ambrosius *Camaldulensis* ordinis generalis abbas, *Chrysoloræ* *Byzantini* philosophi *Græcas* literas apud *Venetias* docentis quondam auditor: scripsit *insigne* volumen *Epistolarum* ad *diuerfos* lib. 1. *Orationes* *varias*. In *Latinum* etiam ex *Græco* transtulit 4. libros *beati* *Dionysij* *Areopagitæ*, *elegantiore* & *faciliori* stylo. *Vitam*

quoque originale B. Ioan. Chrysofomi ad Sigismundum Imp. Item Basilium de virginitate, ad Gabrielem Cardinalem, postea papam Eugenium 4. Item Laertium de vita philosophorum, ad Cosmam de Medicis. Sed & 3. libros D. Ioannis Chrysofomi ad Stagirium monachum arripit, luculento & ornato conuertit eloquio. Aeneæ dialogum Theophrastum transtulit. D. Athanas. librum contra gentes. Ephren Syri sermones 19. è Syro sermone in Græcum prius conuersos, Argent. excusos apud Mat. Schurerium anno D. 1509 quatern. 24. Transtulit etiã Ioan. Scholastici Climacæ, quod opus Venet. exiuit anno 1531. Scripsit et ipse De sacramentis, De sancto spiritu, Epistolasq; cõplures. Claruit anno 1430.

Ambrosij Catharini Polii Dominicanõ, contra Lutherũ lib. 5. editi sunt Florentiã anno D. 1521. Eiusdem excusationis libri 4. eodem anno editi sunt. Ex his libris, eius iudicium excerptum de persona & doctrina M. Lutheri, Franc. Behem impressit Moguntia anno D. 1548. Contra dogmata quẽdam excerpta ex comment. Cardinalis Caietani, liber impressus Paris, apud Colingum, venditur 4. solidis Gallicis. Præterea libri De resistentia episcoporum, & de correctione anni, Venetijs excusati sunt apud Gabrielem Iolium anno D. 1547. Eodem anno 4. considerationum libri ab eodem editi sunt, nescio an iisdem cum prioribus.

** De præscientia & prouidentia Dei lib. 1. De prædestinatione Dei lib. 1. De eximia prædestinatione Iesu Christi lib. 2. De Angelorum bonorum gloria & lapsu malorum lib. 1. De lapsu hominis & peccato originali lib. 1. De immaculata diuæ virginis conceptione lib. 3. De consummata gloria solius Christi & D. virginis lib. 1. De certa gloria ac ueneratione & inuocatione sanctorũ lib. 2. De vniuersali omnium morte, & resurrectione, & de iudicio æterno lib. 1. De veritate purgatorij lib. 1. De bonorum præmio & supplicio æterno lib. 1. De statu puerorũ absq; sacramento decedentium lib. 1. Speculum hæreticorum lib. 1. Clauis scripturæ. De consideratione præsentium temporum à superatis zizanij in agro Domini: contra Lutheranos. Summa doctrinæ de Prædestinatione, De peccato originali, De veritate enunciationum, vnã cum Dialogo de iustificatione. Interpretatio 9. capituli decreti concilij Tridentini de certitudine gratiæ. Expurgatio aduersus apologiam F. Dominici Soto, De certitudine gratiæ. Disceptationes 5. de certitudine gratiæ. De prædestinatione, De natura peccati originalis, De potentia liberi arbitrij in natura lapsa, deniq; De induratione Dei. Commentarij in omnes epistolas Pauli, & in epistolas Canonicas. Commentaria super 5. prima capita Genesis. Assertationes 14. de certitudine gratiæ. De gratia & libero arbitrio. De iustificatione tractatus. De statu perfectionis iustitiæ, siue de vita monastica, De lectu Christiano, delectu ciborũ & ieiunijs. De sacrificio noui testamenti, siue altaris. De scripturis canonicis, De necessitate fidei & sacramentorum & operum. De trinitate. De beata vita. Contra Hieronymum Sauonarolam & eius prophetias, Italice. De dignitate & statu episcopali, Italice. Omnia hæc Venetijs aut iam*

edita sunt, aut breui publicabuntur.

Ambrosius Contarenus, legatus Venetorum ad Vsum Cassanum Persarum regem, iter suum in Persiam descripsit, liber impressus est Venetijs.

Ambrosius Coranus, scripsit orationem de conceptione Mariæ virginis, habitam coram Sixto Pontifice Max. Claruit anno Domini 1472.

Ambrosius Choriolanus, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, scripsit diuersa, ex quibus extat in regulam S. Augustini lib. 1. eiusdem regulæ cõmendatio lib. 1. in secundam regulam lib. 1. De vita S. Augustini lib. 1. De eiusdem laudibus lib. 1. Orationes variæ lib. 1. Scripsit & alia plura. Vixit anno Domini 1470.

Ambrosius Ferrarius Mediolanensis, monachus Benedictinus, Origenis commentarios in Ioannem, nuper in Græcia cum alijs operibus eiusdem repertos, in Latinã linguam transtulit. Andreas Spinellus Ven. impressit in 4. anno D. 1552.

Ambrosij Interbocensis oratio De concordia & communicatione studiorum atq; operarum inserta est Philippi Melan. declarationibus, impressis Argentinae apud Crat. Mylium. Oratio De ingratitude cuculi, ibidem.

Ambrosius Lacher quædam de Astronomia scripsit, quæ impressa sunt.

Ambrosius Leo Nolanus, scripsit opus questionum, tum alijs plerisque in rebus cognoscendis, tum maximè in philosophia & medicinae scientia, impressum Venetijs 1523. Idem edidit castigationes in Auerroem, qui liber magnus est, ac totius philosophiæ thesaurus. Sũt enim quasi commentarij quidam ordine in singulos Aristotelis libros. Excusæ Venetijs, 1517. Actuarius Ioan. Zachariæ filij De vrinis libros 7. ex Græcis Latinos fecit. Impressi Basileæ apud Cratand. 1528. Idem De nobilitate rerum scripsisse commemoratur in indice librorum iuris.

Ambrosij Lobasseri Snebergenensis sermo versibus comprehensus, De dignitate literarum, Lipsiæ excusos est anno D. 1549.

Ambrosius Macrobius. scripsit quædam De symphonij Musicæ. Hic est Macrobius, In V. L. Aurel. Ambros. Macrobi.

Ambrosius episcopus Mediolanensis, patria Romanus, scripsit multa præclara opuscula. Cuius opera omnia, cum per D. Eras. Roterodam. tum per alios eruditos viros, accurata diuersorũ codicum collatione nunc denuõ emendata, & excusa Basileæ in officina Frobeniana, anno 1538. Claruit anno D. 380. Cæterum opera eius tomis aliquot distincta sunt, Primo quidem continentur, Ethica, hoc est quæ ad mores Christianorum instituendos faciunt, vt Officiorum lib. 3. De virginibus lib. 3. Ad virgines exhortatio lib. 1. Institutio virginis lib. 1. Ad virginẽ deuotam lib. 1. Ad virginem lapsam lib. 1. De viduis lib. 1. De pœnitentia li. 2. Exhortatio ad pœnitentiam. De fuga sæculi lib. 1. De bono mortis lib. 1. Secundo, ea quæ pertinent ad confutationem hæreticorum & gentium: vt sunt De vocatione omnium gentium lib. 2. De fide ad Gratianum lib. 5. De spiritu sancto ad eundem lib. 3. De fide contra Arrianos lib. 1. De incarnationis Dominicæ sacra. li. 1. De mysterio Paschæ lib. 1. Tertius con-

Sudol. l. 3. Epist. 5. p. 102.

tinea

*Sudol. l. 14. Ep. 12.
p. 601.*

*Sudol. l. 14. Ep. 12.
p. 602.*

*Sudol. l. 14. Ep. 12.
p. 603.*

linet orationem funebrem de obitu Valentinia
ni Imp. de excessu fratris sui Saryri, de fide resur-
rectionis, de eodem, funebrem de morte Theo-
dosij Imp. Epistolas ad diuersos, varijs argumen-
tis, conciones ad populū breues. Quartus com-
plectitur explanationes veteris Testamenti: vt
sunt, Hexaameron lib. 6. de paradyso lib. 1. de
Cain & Abel lib. 2. de Noe & arca lib. 1. de Abra-
ham lib. 2. de Isaac & anima lib. 1. de Iacob & bea-
ta vita lib. 1. de Ioseph patriarcha lib. 1. de benedi-
ctionibus patriarcharum lib. 1. de Nabu the Iesra-
helita lib. 1. de Helia & ieiunio lib. 1. de Tobia li.
1. de interpellatione lib. 4. apologia David lib. 1.
de Salomone li. 1. de his qui initiatur mysterijs
lib. 1. de sacramentis ecclesie lib. 6. de dignitate
sacerdotali lib. 1. de interpellatione David lib. 1.
Precationes præparantes ad missam lib. 2. Com-
mentarios in Psalmū 118. Quintus complectitur
scholiorum seu commentariorū in Euangelium
Lucę lib. 10. In omnes Pauli epist. excepta ad He-
bros. Basil. excusi sunt tomis 5. anno 1538. & 15-
39. Paris. & cum enarrationibus in epistolam ad
Hebr. Creditur Hegesippum de excidio vrbis
Hierosol. vertisse è Græco. Porro præter illos ty-
pis excusos, Tritenhemius refert illius in Psal-
mos lib. 11. librum de iudicijs, de 42. mansio-
nibus, librum hymnorum & præfationum: qui an ex-
tent ignoratur. Sed & Comment. in Isaiam, & li-
ber contra Iulianum Pelagianę hæres. instaura-
torē, & liber de sacramento regenerationis, quos
in suis scriptis Augustinus allegat, interciderūt.
D. Ambrosij homiliae 10. cum ceteris doctorum
sacris homilijs habentur, quas Albinus, siue Al-
cuinus congesit. Librum de fide resurrectionis
acephalum, impresit H. Petrus Basileę, 1528. Im-
pressa sunt etiā eiusdem opera omnia Pari. 1549.
in qua editione tomo 4. habentur commentarij
in 12. Psalmos Dauidicos, nempe in 1. & 25. & 4.
proxime sequētes, item 40. 43. 45. 47. 48. & 61.
antea nusquam impressi. Apologia item David.
Quarto item tomo accessit liber De fide resurre-
ctionis, acephalus Meditationes et Hymni, Eadē
omnia Basil. quoq; impressa sunt, annō 1554. Li-
ber de fide contra Arianos Nazianz. tribuitur in
Latina eius operū editione Rufino interprete.

Ambrosius Merlinus Britannus, Magorum an-
tesignanus, scripsit Diuinationum seu obscura-
rum prædictionum libros quos Galfridus Mone-
muthensis transtulit ex Anglico in Latinum
Claruit anno Domini 480.

Ambrosius Moibanus p̄ochus Vratislaviensis,
scripsit librū An communitio infantū quæ apud
quosdam seruat, proberet ecclesie, impressum
in Germania cum libello Phil. Melanch. De offi-
cio principū, chartis 10. Idem edidit Catechismi
cap. 10. primum quibusdam thematis, deinde e-
tiam colloquijs puerilibus illustrata, ad Ioan. F.
vnā cum oratiuncula puellę cuiusdam in natiui-
tate Iesu Christi publice dicta. Vitebergæ 1538.
in octauo.

Ambrosij Neapolitani liber de animorum im-
mortalitate excusus est alicubi in Italia.

Ambrosij Nouidij Fracci Ferentinatis, sacrorū
factorū lib. 12. cum Romanis consuetudinibus
per totū annum, suisq; causis & stellis, & numia

num nostrorum introductionib. excusi sunt Ro-
mæ, apud M. Antonium Bladum Afulanum, an-
no D. 1547. quaternionibus 46.

* Ambrosius Pare chirurgus ordinarius Regis,
scripsit methodum curandi vulnera & fractu-
ras capitis humani, cum descriptionibus instru-
mentorū ad hanc curam necessarijs.

Ambrosius Pelargus Niddanus, ord. prædicat.
S. Chrysoft. liturgiam conuertit. Adiecta est Do-
xologia Græce simul et Latine, quę et in missa, et
in precibus matut. vsui fuit veteribus. Nicenum
itē symb. per eundem cōuersum, cum breuibus
eiusdē annotat. Liber impressus, Vuormat. 1541.
Scripsit etiam lib. de missa cōtra Io. Oecolamp.

Ambrosius Opizonus, scripsit super I. filius fa-
parag. diui. in 2. inforciati. Item super I. si quis ar-
bitratu in 11. FF noui.

Ambrosius Spiera Taruīnus; ordinis frat. S.
Mariæ, scripsit Quadragesimale de floribus sa-
pientiæ, impressum Venetijs, 1485.

Ambrosius de Vignate, scripsit de vsuris: et in c.
2. tertij decretaliū. rubric. de parochijs. Eiusdem
oratio quā habuit nomine Sabaudi ad Paulū 2.
Pp. impressa est cū epist. Philelphi. Paris. 1509.

* Ambrosius Vulfingfeder in vsum puerorū
Germanice edidit præcepta Musices: impressa
Norimbergæ 1569. in 8.

Ambryon scripsit Theocriti Chij vitam, citatur
à Laertio in vita Aristotelis.

Amedeus episc. Lausannę, scripsit de Maria vir-
ginea matre homin. 8. quas Adam Petri excudit
Basileæ 1517.

* Amelesagoras Atheniensis qui Atticę descri-
ptionem condidit, citatur ab Antigono in mira-
bilium narrationum congerie.

* Amelius Plotini auditor, condiscipulus Por-
phyrij complura volumina scripsisse fertur, quo-
rum tamen nullam esse existimationem Euna-
pius ait, quod nullæ adsint dicendi vneres.

Americus Vespucius, vide Albericus Vespuc.
Americus Macedo glossarum scriptor ab Athe-
næo citatur.

* Ameristus Stesichori poetæ frater, vt celebris
in Geometriæ studio ab Hippia Eleo laudatur
apud Proclum in Euclidem.

Amipsie poetę testimonia ex diuersis 6. fab. a
pud Athen. adducuntur. Hunc Suidas Athenien-
sem comicum fuisse scribit. Irrisit hic in suis fab.
Socratē, vt Diog. Laert. testatur, qui etiam quæ-
dam huiusmodi ex eo adducit in vita Socratis.

Ammiani Marcellini rerum à Constantio, Iulia-
no & Valentiniano gestarū lib. 17. extant, à 14.
vsq; ad 30. quorum postremi 4. recens per Hie-
ronymum Froben. cæteris adiecti sunt Basileæ
1533. Idem libri castigatores editi sunt, addito e-
tiam vltra Frobenianam editionē 31. libro, Paris.
à Rob. Stephano año 1545. & Geneuę ab Hein.
Stephano. Extat præterea Marcellini fragmentū
de vita Thucydidis, eiusq; scribendi caractere.

Ammiani epigrammata Græca 26. extant in 2.
libro Florilegij Planudis.

Amodeus Iustinus de Castello I. C. scripsit De
syndicatu officialium.

Ammonidæ epigr. Gr. extat in 2. lib. Flor. Plan.

* Ammonianus interpres Homeri.

* *Ammonius* medicus chirurgus, laudatur à Celso. *Ammonius* Alexandrinus, scripsit de Aris & sacrificijs. De meretriculis Athenarum. De consonantia Iesu & Moysi lib. 1. Canonum euangelicorum lib. 1. Vnius ex quatuor lib. 1. in passionibus Apostolorum, impressa Coloniae, Claruit anno D. 230.

Ammonius Hermeas scripsit commentarios in Aristotelis Categorias, & in librum de interpretatione, quos Aldus Græcè excudit. Extrât etiam in Porphyrij librum de quinque vocibus, excerpta ex ore *Αμμωνίου μισθῶ τῆς Ἐρμίας*, impressa Græcè Romæ 1500. Et Venetijs apud fratres de Sabio cum commentarijs eiusdem in prædicamenta & librum de interpretatione. Edita sunt etiam commentaria Ammonij in libros physicorum. Ioannes Philoponus in præfatione fatetur se commentarios suos in posteriora analytica Aristotelis, ex colloquijs Ammonij confecisse, adiectis etiam proprijs quibusdam meditationibus. Ammonij omnia Latine etiam edita sunt. Commentarij in prædicamenta Aristotelis per Bartholomæum Syluanium Salonensem nuper Latine conuersi, & à Gastono Sala recogniti venduntur Parisijs 4. solidis Gallicis. Eiusdem commentarij in *ἠθικὰ καὶ ἡθικὰ* & *ἠθικὰ* cum Magentino, vaneunt 3. Francis. Ammonij lib. Græcus de similibus & differentibus dictionibus, solet appendicis vice coniungi Græcolatinis Lexicis. Commentaria eius in Porphyrij institutionem, Aristotelis Categorias, & librum de interpretatione, ex manuscriptis exemplaribus restituta, Ioan. Baptista Rasario interprete, excusa sunt Venetijs apud Valgrisiuum 1569. in folio.

Ammonius vel Annonius vel Aimoinus vt in v. libris legitur, monachus Floriacensis cænobij, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, scripsit ad Renaldum monachum volumen vnum. De miraculis sancti Benedicti lib. 1. Item librum de rebus Francorum, siue de origine & gestis Francorum, excusum Parisijs & Lugduni. Postremo emendatior editus est à Vuchelo 1567. in octauo. Floruit anno Domini 990.

Ammonius poeta scripsit luculêto carmine bellum contra Gainam Gothorum ducem gestum, Nicephorus 13. libro historiæ ecclesiasticæ.

Amœnus quidam videtur author fuisse enchiridij vtriusque testamenti, quod Prudentio ascribitur, huius enim nomen in vetusto codice Argenteratensi fuit præfixum, vt Ioannes Sichardus refert in fine scholiorum in Prudentium. Impressum etiam est Enchiridion hoc cum reliquis veterum poetarum Christianorum operibus, à G. Fabricio collectis & emendatis; Basileæ apud Oporinum 1564. in quarto.

Amometi scripta citatur apud Plin. qui in librũ 6. Naturalis historiæ quædam ex eo transtulit.

Amorus, citatur in summa Alberti Magni.

Amos propheta è Thecæ de terra Zabulon oriundus, parens fuit Esaiæ propheta: eius liber diuiditur in 9. cåpita.

Amphianus scripsit Tragædias, quas citat Arati commentator.

Amphibalus Deuanus, Britannus, theologus in signis, scripsit aduersus gentilium errores lib. 1.

Homilias in Euangelia lib. 1. Claruit an. D. 200. * *Amphibalus* Iscælegius in celeberrima apud Britannos Legionũ vi beatus natus scripsit Christianæ vitæ instituta lib. 1. Contra Druidum errores lib. 1. Hic anno 291. martyrij coronam cum decem socijs accepit. Baleus.

Amphibalus Simeus, Britannus, Vintoniæ ad Amphibali martyris fanum abbas, scripsit ad Gildam Badonicum de immani facinore Constantini Cadori regis, qui iuuenes regio sex alyo martyris abreptos iugulauit. Vixit anno 560. Balæus.

Amphicrates, author Græcus, librum conscripsit de viris illustribus, vt Athenæus testatur.

Amphilochius episcopus Iconij, scripsit De spiritu sancto lib. 1. De vita & miraculis Basilij Magni. In peccatricem, quæ Dominum inunxit, & in Pharisæum, &c. Quod desperandum non sit. Item orationes & hymnos, omnia Græcè. Eiusdè orationes in locos: Pater meus maior me est: Nihil potest Filius facere ex se: Amen dico vobis qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, &c. Si possibile est transeat à me calix iste. Item oratio aduersus Arianos 1. & alia de Filio citantur à Theodoro in Eraniste. Audio autem qualdam eius orationes integras in bibliothecis Italiæ extare.

Amphilochus Atheniensis inter eos qui de Agricultura Græcè scripserunt numeratur à Varro, Columella, & Plinio qui in multis libris eum citat, & refert eum quoque volumen confusum de medica & cythiso scripsisse.

Amphinomi philosophi & geometræ meminit Proclus in Commentarijs in primum Euclidis.

Amphionis Thespensis liber de Museo in Helicone, apud Athenæum citatur.

Amphitis de dictis antiquorum, libri tres, medicinalium libri quatuor, in Lumine animæ ad ducuntur.

Amphis Amphicratis filius Atheniensis, veteris comædiæ poeta, vixit Platonis ætate, quem etiam carminibus suis perstrinxit. Citantur eius fabulæ & apud Stobæum, Athenæum, Pollucè & alios: nempe Athamas, Ampelurgus, siue vinitor. Balineum. Mulierum imperium. Mulierum insania. Dithyrambus, Septem ad Thebas. Mercenarij seu messorum. Ialemus. Iapis. Leucas. Planus. Philadelphi. Philæterus.

Amyntas quidam, vt refert Athenæus, scripsit *Ἀμύντας καὶ ἄλλας σαβύρας*.

* *Amyclas* Heraclæotes vnus ex Platonis familiaribus, de Geometria libros scripsit, quorũ meminit Proclus in commentarijs in Euclidem.

* *Amytianos* in lib. de Elephantis citatur ab in terptete Pindari.

Anacharsis Gnuri F. Græca matre natus, Scythæ, philologus. Caduæ Scytharum regis frater, versibus scripsit Scytharum leges, de Frugalitate humanæ vitæ versus 800. Hic & anchoram, & rotam figulinam inuenit. Vixit temporibus Cræsi. Suidas. Eiusdem vitam descripsit Laertius li. 1. in qua & Apophtegmatata eius, & epistola ad Cræsum regem leguntur. Eiusdem epistolæ nouem impressæ sunt ab Aldo cum alijs diuersorũ Græcorum epistolis.

Anacleti

Anacleti papæ decreta, excusa Colonia cum aliorum Pontificum decretis in magno volumine. Item Anacleti epistola 1. cum Clementis recognitionibus excusa.

* *Anacreon* Teius ex vrbe Teo quæ in media Ionia fuisse dicitur, vnus ex nouem Lyricis, scripsit Hymnos, Elegias, & Iambos, lingua Ionica. Eius carmina Lyrica nostra ætate Hein. Stephanus primus in lucem protulit, & Græce atque Latine edidit, à se & ab Elia Andrea expressa, & primum separatim in 8. postea vna cum alijs Lyricis in 16. excudit. Poesis huius tota amatoria est. Vixit tempore Cyri senioris & Cambyfis. Extant etiam in Florilegio Planudis septem epigrammata Anacreontis Teij.

* *Anacreontis* Rhizotomica in commentarijs Nicandri citantur, qui alius à superiore videtur.

* *Anacreon* amicus Lysandri, ideoque multo recentior Teio, Satyram scripsit, auctore Acrono. Anacreontis scripta citantur à Plinio lib. 7. naturalis historię: cuius autem ex his tribus incertum est.

Anaxij cuiusdam Iambos Athenæus citat.

Anaximenes scriptor citatur apud Fulgentium in Mythol. Forte Anaximenes.

Anastasia discipula Chryzogoni martyris, P. Romani vxor, scripsit librum epistolarum ad Chryzogonum. Volater.

S. *Anastasi* Antiochiæ epi. sermones 5. Græci seruantur in Italia, de rectis apud nos veritatis dogmatibus. *Ἐπιτομή τῆς ἀληθείας*, id est, De incircumscriptione, de diuina œconomia, vel dispensatione, de passione & impassibilitate Christi, de resurrectione. * Eiusdem Definitionum liber Græce manuscriptus extat apud Ioann. Vuolphium Tigurinum. Item de duabus in Christo voluntatibus breue scriptum, quod inde sumptum I. Simlerus inseruit Narrationi historię controuersiarum de naturis in Christo. Eiusdem & Cyrilli Alexandrini Compendiaria orthodoxæ fidei explicatio Græce extat cum Canonibus conciliorum quos Zonaras exposuit, apud B. Amerbachium: & nuper Græce & Latine edita est Geneuæ Theodoro Beza interprete. Heinr. Stephanus 1570. in 8.

* *Anastasi* Sinaitæ naturales dubitationes de vita & morte, Græce extant in bibliotheca Regis Gallorum, m. Eiusdem *Ἐπιτομή τῆς ἀληθείας* 2 4. habentur in Bibliotheca Augustana. S. *Anastasi* *Ἐπιτομή τῆς ἀληθείας* 2 4. *Ἐπιτομή τῆς ἀληθείας* 2 4. Liber manuscriptus, arbitror autem esse Definitiones Anastasi Antiocheni. Inuenio etiam in alio catalogo librorum m. Anastasi monachi librum De Fide orthodoxa, è S. scripturis & doctoribus collectum.

*Anastasi*us, Apostolicæ Bibliothecæ custos & instaurator, transtulit è Græco vitam Ioannis elemosynarij lib. 1. Dionysij hierarchiam lib. 1. Synodum septimam vniuersalem, Vitæ multorum patrum lib. 1. Historiam ecclesiasticam. Historiam pontificum & alia. Floruit anno Domini 660.

*Anastasi*us papa secundus, Romanus, scripsit ad Anastasium imperatorem, de pace ecclesiæ epist. 1. Extant eius decreta, cum cæteris pontificum decretis excusa Colonia. Epist. de Ruffino

habetur in 2. tomo operum D. Hieronymi. Claruit anno 498.

* *Anastasi* Plati Disputatio, in materia Sodomitica, habetur in fine 1. voluminis consiliorum Andreæ Barbatia.

* *Anatolius* cognomento Azutrio, Beryto oriundus, vir eloquens, & iuris ciuilibus scientia exacta clarissimus, fuit præfectus prætorio Illyrici. Eunapius.

Anatolius Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ episcopus, scripsit in signe volumen de paschate, & de arithmetica institutione lib. 10. Floruit anno Domini 285.

Anatolius. Vide Tribonianum l. C.

Ex Anatolio quodam scriptore Græco fragmenta leguntur passim apud Constantinum Cæsarem de re rustica, & in mulomedicina, cum Apysyto & alijs Basileæ impressa Græce.

* *Anatoli* Frontini tabulæ Rhetorices impressæ sunt Basileæ ab Hein. Petri.

Anaxagoras Clazomenius, qui Athenis claruit tempore Xerxis Persarum regis, scripsit librum de regno. Huius meminit Aelianus lib. 4. De Varia historia. Scripsit etiam de motu cæli, cursu siderum, de natura rerum, & alia.

* *Anaxandrides* Anaxandri filius, Camiræus ex Rhodo insula, vel vt alij scribunt Colophonius, natus Philippi Macedonis temporibus, Olympiade 101. Fabulas sexaginta quinque scripsisse, deciesque vicisse traditur: tantæ autem fuit iracundiæ, vt victus versus quos edidisset scindere ac lacerare solitus fuerit. Hic cum quædam contra Athenienses scripsisset, ab eis fame & inedia mori coactus est, vt Eustratus in Ethicis Aristotelis perhibet. Citatur ab Aristotele, Laertio, Macrobio, Stobæo, Athenæo: ex quibus hæc eius fabularum nomina colliguntur. Agroicus. Turpis. Anron. Anchises. Gerontomania seu senum infania. Hercules. Thesaurus. Cercius. Venatores. Lycurgus. Melilotum. Nereides. Nereus. Vlysses. Pandarus. Vrbes. Proteus. Samia. Satyrus. Tereus. Phialam gestans. Anaxandrides primus amores & supra virginum in scenam produxit.

* *Anaxarchus* Abderites vixit circa Olympiadem 110. cum Alexandro Magno: huius librum de Regno citat Clemens Stromaton lib. 1. Vitam eius scribit Diogenes Laertius libro nono.

* *Anaxenor* citharædus, Magnesijs, celebratur à Strabone libro 14.

* *Anaxilas* fabulas plures scripsit, è quarum numero ab Athenæo citantur, Auletes seu tibicen, *Ἀνὰ πόντον*, *Ἐνθάδ' ἔργα*, Calypso, *Καυδὰ*, Circe, *Ὀπίφελ' ἑλκῆ*, *Μοῦσος* siue simplex, *Νοῦθι*, Diuites, Hyacinthus leno, Gratia, Aurifex.

Anaxilai Ornithocomos allegat Athenæus, & Stobæus Myropium, fabulas.

* *Anaxilaus* historicus reprehenditur à Dionysio Halicarnassæo, quod in sue historię præmij alijs scriptores calumniatus sit. Anaxilaum citat sæpius & modo inter externos numerat lib. 19. Plin. 21. 23. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 31. Sed lib. 29. inter externos simpliciter, & eodem inter medicos numeratur, si modo non sunt mendosi codices: forte enim historicum citat, plerisque in locis,

Anaxillides in secundo de philosophis, citatur à Laertio in vita Platonis.

Anaximander Milesius philosophus gnomonem inuenit, horoscopia fabricatus est, ac primus terræ marisque ambitum descripsit, & sphaeram insuper construxit. Obijt circa 58. Olympiadem.

Anaximander Anaximandri F. Milesius iunior, historicus, vixit temporibus Artaxerxis cognomento Memoris. Scripsit Symbolorum Pythagoricorum enarrationem. Suidas. Huius crediderim esse Heroologiam, quæ ab Atheno citatur. Fertur historiam Ionica lingua conscripsisse.

Anaximandri Lampfaceni scripta citantur apud Fulgentium in Mythol. & ab Arati etiam in terprete.

Anaximenes Lampfacensis scripsit historias quasdam & regum *μνησται*, Athenæo teste. Item res prisca Græcorum, quasque Philippus Amyntæ filius, & postea Alexander gesserunt. Scripsit præterea librum de Atheniensibus, & historiam ignominiosam de Lacedæmonijs simul ac Thebanis. Libro autem Theopompi nomen inscripsit, cuius inimicus erat, & in ciuitates misit, ut odiosum Græcis hominem faceret. Pausanias libro sexto.

* *Anaximenes* Lampfacenus orator, scripsit historias, poetica quædam, & de arte dicendi, orationes ut Dion. Halicar. in vita Iseï scribit. Huius creditur esse liber Rhetoricorum ad Alexandrum vulgo Aristoteli inscriptus.

Anaximenes oratorem citat Plutarchus in vita Publicolæ. Fuit hic etiam Lampfacenus, alius ab historico qui huius nepos fuit.

* *Anaximenes* Milesius discipulus & successor Anaximandri, quidam & Parmenidæ tradiderunt, vixit Olympiade 55. cum Cyrus Persa Sardinibus captis Cræsum regno euerit. Suidas. Huius duo epistolia ad Pythagoram leguntur apud Laertium. Citantur à Plinio Anaximenes scripta 12. & 13. libro, sed absque prænomine, quare incertum an Milesij an Lampfaceni intelligat.

Anaxipolis Thasius citatur apud Plinium, ex cuius lucubrationibus multa in libros 8. 10. 14. 15. 17. & 18. Naturalis historię transtulit.

Anaxippi nouæ comœdiæ poetæ fabulas quatuor Athenæus recenset. Floruit tempore Antigoni.

Andalonis Genuensis excellentissimi mathematici, opus astrolabij Ferrariæ excusum est, anno domini 1475.

Andocidis rhetoris Atheniensis orationes Græcas Aldus excudit, cum alijs duodecim rhetorum orationibus. Eiusdem authoris liber de mysterijs Græcè extat etiamnum in Italia.

Andoenus, qui & Dado, episcopus Rothomagensis, natione Gallicus, scripsit ad Rubertum episcopum Parisiensem, vitam S. Eligij episcopi Nouiomensis li. 3. & quædam alia. Quidam Andoenum vocant. Claruit anno D. 660.

Andrantus, ex Aristotelis & Theophrasti libris quædam interpretatus est, ut Athenæus scribit.

Andræ cuiusdã historia peregrinationis, quomodo ex Epheso soluens Hierosolymam & ter-

ram sanctam, iam à Turcis occupatam, inuiserit & rursus redierit, liber extat manuscriptus chartis septem.

Andreas medicus scripsit de serpentibus, de quibusdam falsò creditis, ut author est Athenæus.

Andreas Albius medicus Bononiensis, edidit quiddam in re medica, & sex dialogos de aquis.

Andreas Alciatus Mediolanensis I. C. nostra ætate clarissimus, scripsit librum Emblematum, qui varias picturas circiter centum tanquam hieroglyphica continet, quorum significationem, quæ singulas sequuntur elegiaca epigrammata argutè explicant, eadem etiam Gallicè versa Parisijs apud Vuchelum impressa habentur. Edidit quoque libellum de ponderibus & mensuris, Historiæ encomium: in P. Cornelium Tacitum castigationes, ac difficultum aliquot locorum expositiones. Orationem ab eo Ticini habitam, Vuchelus Parisijs excudit, quæ eadem (ni fallor) est cum ea, quæ in laudem iuris ciuilis, impressa est Haganæ, 1530. Item De verborum significatione lib. 4. Et in tractatum eiusdem argumenti veterum iuriconsultorum, commentaria.

Paradoxorum ad Pratum lib. 6. Dispunctionum lib. 4. Correctionum in tres libros Codicis lib. 3. De eo quod interest lib. 1. Prætermisforum li. 2. Declamationum 1. De stipul. diuisionibus commentariolum. Commentaria ad rescripta Principum, de summa trinitate, de sacrosanctis ecclesijs. de edendo. de in ius vocando. de pactis. de transactionibus. de v. pedum præscriptione. de magistratibus, ciuilibusque & militaribus officijs lib. 1. Parergon iuris libros tres tantum primò ediderat, quibus postea adiecit alios, Processum iuris, apologiam contra Ludouicum. De presumptionibus, de rebus creditis. Ad tit. Si certum petatur, commentaria. De singulari certamine lib. 1. consilium in materiam duelli, exceptum ex libro quinto responsorum. In lib. 1. secundum lib. Codicis, De sententijs quæ. In c. 1. secundum decretalium de iudicijs. Obijt anno 1550. Eius opera partim singulâ seorsim à diuersis, partim simul in tomos digesta, à Gryphio & Isingrino excusa sunt, & à Thoma Guarino. Consilia eius separatim edita sunt Venetijs anno 1566. in folio.

Liber eius de Plautinorum carminum ratione, item de Plautinis vocabulis lexicon: impressa sunt Basileæ 1569. cum aliorum in Plautum annotationibus. Emblemata illius Lugduni & Antuerpiæ aliquoties edita sunt. Parergon iuris lib. 10. Lugduni à Gryphio in folio & in 8. editi sunt.

Andreas Alpagus Bellunensis medicus & philosophus, multis annis in Cypro, Syria, Aegypto & alijs ad orientem regionibus peregrinatus, Ioannis Serapionis practicam medicinam, ex Arabica in Latinam linguam transtulit, Impressus est liber Venetijs apud Iuntas anno Do. 1550. in folio, cum commentarijs Serapionis de simplicibus medicamentis. Idem transtulit historiam Arabicam, de vitis philosophorum & medicorum Arabum & Græcorum, ut ipse de se scribit in præfatione in glossas Auicennæ. Idem partim transtulit, partim emendauit ex Arabico, Auicennæ & aliorum libros aliquot, nempe De venenis,

40

50

60

70

80

90

100

menis, De correctione eorum quæ accidunt in tegimine sanitatis, De medicinis principum non horribilibus, De lapidibus pretiosis, & alia quæ nepos eius ex fratre Paulus Alpagus editurum se nuper promisit. Vide in Auicenna.

Andreas Althamerus Brentius, scholia scripsit in Cornelium Tacitum Rom. historicum, De situ, moribus, populisq; Germaniæ, excusa Norimbergæ, 1529. Item syluam Biblicorum nominum, qua propria vocabula, quorû in sacris Biblijs fit mentio, explicantur: excusam Basileæ apud Tho. Vuolfium, 1535. Item conciliationes locorum scripturæ, qui specietenus inter se pugnare videntur, centurias duas. Norimbergæ apud Petreium, anno 1535. Item annotationes in D. Iacobi epistolam. De peccato originis, De sacramento altaris Germanice. Claruit anno Domini 1534.

* *Andreas Ammonius* Italus, Lucensis, regis Anglorum secretarius, scripsit, Scotici conflictus historiam lib. 1. Bucolica vel Eglegas lib. 1. De rebus nihili, lib. 1. Panegyricum quendam, lib. 1. Epigrammatum lib. 1. Poemata quoque diuersa, lib. 1. Epistolas ad Erasmum Roterodamum. Obijt Londini anno 1518. Baleus.

Andreas de angelinis scripsit super 2. inforciati, & super secundum ff. Noui.

* *Andreas* Angulij carmina quædam leguntur in Elogijs Pauli Iouij.

Ex *Andreas* archiepiscopi Cæsariæ Deogratiss in Apocalypsim commentarijs, Aretas Cæsariæ Cappadociæ episcopus compendiarium explanationem concinnauit: quæ Maximo Florentino Monacho interprete, Latine excusa est Basileæ ab Iſingrinio, in 8. Anno Domini 1553.

* *Andreas* archiepiscopi Cæsariæ interpretatio in Apocalypsim Græce seruat in bibliotheca Regis Gallorum. Querendum an sit Aretæ compendium ex *Andreas* archiepiscopi commentarijs desumptum: quod Græce editum est Veronæ, & postea in Latinam linguam translatum à Maximo Florentino.

Andreas archiepiscopi Rhodi apologia demonstratiua ex scriptis beati Thomæ, ad Bessarionem Niceæ, De diuina essentia & operatione, extat in Italia.

Andreas Assaracus Sarrachus, scripsit dialogo elegiaco historias nouas ac veteres, à nouissimis Francisci Sfortiæ temporibus, ad Franciscum regem Francorum, ducemq; Mediolani. Liber impressus est Mediolani apud Gothardum Ponticum, anno Domini 1516. Eiusdem Triuultias, libri carmine Elegiaco cum epigrammatis præliminaribus Alexandri comitis, et Hyacinthi Arpini. Mediolani impress. à Gothardo Pontico 1516. in folio ternionibus 14. Fortè idem opus.

Andreas Auignonus Hispanus I. C. scripsit in tit. De actionibus. Liber Bononiæ anno Domini 1546. in 8. impressus est.

Andreas Aurifabri Vratislauenſis Silesij, medicinæ doctoris, annotationes in Phæmonem philosophum, De cura canum, Vuittenbergæ anno Domini 1545. excudit Ioannes Lufft. Idem nuper libellum scripsit, De succino, non ineruditum, Germanice, Floret in Prussia anno D. 1553.

* *Andreas* Baccij Elpidiani, De thermis libri 7. In quo opere de vniuersa aquarum natura agitur, deque differentijs omnibus, ac mistionibus, cum terris, cum ignibus, cum metallis: De lacubus, fontibus, fluminibus, de balneis totius orbis, & de methodo medendi per balnea, deque lauatio num simul atque exercitationum institutis, in admirandis Romanorum thermis. Venetijs apud Valgrisium 1571. in folio.

10 * *Andreas* Balthazar Senonensis, scripsit Quæstiones rhetoricas, breues admodum & expeditas, in gratiam eorum qui disputationibus Rhetoricis oblectantur, quæ tertio editæ & recognitæ ab authore sunt, cum argumentis in singula capita per Dominicum Brofferum. Chartæ sex impressæ Parisijs in 4. anno Domini 1554. apud viduam Mauricij à Porta.

Andreas Barbatias Siculus, inreconsultus clariss. scripsit consiliorum volumina 4. Super 2. ff. noui, in primum infortiati, super Clementinis De Cardinalibus, super 2. decretalium Rub. De testibus. c. testimonium, super 2. decretaliu Rub. De fide instr. c. dilectorum. super 2. C. Rub. c. que admit. super 2. C. De fideicom. l. cum acutissimi.

* *Andreas* Bauria, monachus, scripsit De potestate papæ.

* *Andreas* de Beletis, super primam Codicis, De sacrosanctis ecclesijs.

* *Andreas* Bilius, Mediolanensis, Augustinianus professione, transfudit è Græco Aristotelem de Anima, & eiusdè Ethicorum libros. Scripsit quoque expositiones Euangeliorum lib. 4. Quæstiones de anima. lib. 1. Longobardorum historiam, lib. 1. Mediolanensium historiam lib. 1. Claruit anno Domini 1420. Amb. Coriolanus.

* *Andreas* de Bononia, De interditijs ciuitatis.

* *Andreas* Boorde Anglus, ex Carthusiano monacho medicus, scripsit, Prognostica quædam. Prompruarium Physices. De iudicijs vrinarum, Obijt Vuintoniæ 1548. Baleus.

Andreas Brentius scripsit præfationem in Biblia Latina, quæ cum figuris impressa sunt Lipsiæ, anno Domini 1544.

Andreas Brentius Patauinus, Hippocratis librum De natura hominis Latinum fecit: & eiusdem De insomnijs librum, cum præfatione ad Sixtum Pont. Max. in qua multa De somnijs disserit: huic libello subnectitur eiusdem authoris epistola ad Nic. Gu. palatinum, impressa Venetijs, 1497.

* *Andreas* Brixienſis scripsit tractatû De Cabijs.

* *Andreas* de Broda D. Theologi, Boemi, Lamentatio pulchra super calamitate Pragensium, cum quadam insultatione: m. M. Dresserus.

* *Andreas* Cæsalpini Aretini, Peripateticarum quæstionum libri quinque. Venetijs apud luntas 1571. quarto.

Andreas Cambinus, De rebus Turcicis scripsit.

Andreas Camutius medicus in Gallia cisalpinna, edidit propositiones quasdam in philosophia & medicina, & opusculum quoddam in quo philosophiâ & theologiam conciliare conatur.

Andreas Canonicus Ratisponensis, scripsit Chronica Boariæ vetustiorum principum, quæ extant Viennæ Austriæ apud Vuolfgan. Laziû,

*Erasmi. l. 2. Ep. 10
p. 79.*

Andree Capellani Regij extant duo libri De amore manuscripti.

* *Andreas* de Capua, super constitutionibus regni Siciliae.

Andree Carolo stadij conclusiones extant: itē De coelibatu, monachatu, & viduitate liber, impressus anno 1521. Scripsit etiam nonnulla Germanice. Obijt Basileae anno 1541.

* *Andreas* de Castro, scripsit super Sententias, vixit circa annum 1350.

* *Andreas* Ciaffus I. C. de gerundijs.

* *Andreas* de Confluentia, Germanus, Carmelita, doctor Colonienfis, scripsit Lecturam sententiarum lib. 4. Sermones per annum, lib. 3. Trithemius de lumi. Germ.

Andree Corui libellus De Chiromantia cum figuris, impressus Venetijs.

Andreas Crappus scripsit aliquot ad Deū præcationes carmine.

Andree Critij encomia de Luthero, cum alijs 20 quibusdam impressa sunt Vuittenbergæ.

Andree Contareni Veneti epistola ad Cardinales edita est.

Andreas à Cruce quædam Chirurgica scripsit.

Andree Dastij Florentini Aeluromyomachiae libri tres, sylvarum octo, epicedia, & alia diuersorum generum poemata, cum oratione De laudibus Græcarum literarum, impressa sunt Florentiae apud Torrentinum, anno Domini 1549. oſternionibus. 20.

Andree Danduli mentionem facit Bernardus Iustinianus, in sua Venetorum historia.

Andree Dietheri Augustani, ludi literarij Augustae ad D. Annam moderatoris, thesaurus conrexendarum epistolarum, formandæque linguæ ad imitationem Ciceronianæ dictionis, locupletissimus: ex epistolis familiaribus, epistolis ad Atticum, orationibusque Cic. congestus ad vsum iuuentutis. Insertæ sunt autem vbique insigniores illustrium philosophorum sententiae. Item in calcem coniectæ sunt formulæ seu copiae poeticae, per eundem authorem. Liber impressus est Augustae Vuindellicorum per Henricum Stainer anno Domini 1544. oſternionibus 36. Eiusdem comœdiæ Iosephus, Conuersio Pauli, Vincula Petri, impressæ sunt Basileae, ab Opori.

Andreas Diuus Iustinopolitanus, Homeri verū que poema, Theocritum, & Aristophanem, Latine ad verbum transtulit. impressum Venetijs, & alibi.

Andreas Dominicus Floccus, Florentinus, scripsit librum De Romanis magistratibus, qui sub Feneſtellæ nomine sæpe haftenus editus est: postremo tamen à Plantino suo auctori restitutus.

* *Andreas* Duditius Sbardellatus, Hungarus, Halicarnassæi ad Q. Aelium Tuberonem de Thucididis historia iudicium in linguam latinā conuertit. liber impressus Venetijs, ab Aldo. Eiusdem orationes duæ nomine episcoporum Hungariae in concilio Tridentino habitæ, ibidē impressæ sunt. Præterea quædam eius epistolæ inter Manutij (ni fallor) epistolas leguntur. Idem vt audio, quædam scripsit De sacrosancta Trinitate, quæ nondum in publicum edidit. Floret apud Sarmatas Cracouiae, & inter eos qui Latinæ

linguæ puritate & eloquentiâ celebres sunt, honestissimum locum tenet.

* *Andree* Eborensis, Lusitani, sententiæ & exempla, ex probatissimis quibusque scriptoribus collecta, & per locos communes digesta, Lugduni excudit Paganus anno 1557. duobus tomis, quorum alter sententias, alter exempla refert. Item Venetijs 1572. duodecimo.

Andreas Eggerdem scripsit præcepta arithmetices, quæ in 8. forma impressa & edita sunt.

Andree Ellingeri hymnos à pueris in scholis cantandos, Lipsiæ Nicolaus Vuolrab excudit, chartis 4.

Andree episcopi Cretæ sermo in Lazarū quadruanum, in diuinam Domini resurrectionem, à 72. hâta. Et deinceps alia homiliae festorum: omnia seruauerunt Græce in Italia, & Augustae Vuindellicorum.

Andreas Esernitanus vide *Andreas* de Ifernina.

Andreas ab Exea, iuris vtriusque doctor, scripsit libellum De arario ac fisco, & vtriusque ratiociniorum præfectura. Factorum quoque lib. 1. Vtrosque Gryphius excudit Lugduni, anno 1542. Item Super primo Decretalium, in tit. De constit. & in tit. De pactis. Hieronymi Gra

ti Bononiensis Responsorum libros 2. recognouit, & Summatijs atque indice illustrauit. Venetijs. 1571.

Andree Fabricij Chemnicensis epicedion in mortem Petri Plateani Ascaniensis ecclesiae pastoris. Eiusdem Christus lachrymans Vuittenbergæ impressus est anno Domini 1551. * De Lege Dei, & eius vsu atque abusu, præsertim quoad iustificatos, cõtra blasphemias propositiones quædam quæ nunc passim sparguntur. Islebij Germanice impressus liber anno 1569. Eiusdem Epistola ad ecclesiam Northusanam, qua testatur consensum doctrinae, Germanice impressa Islebij. Eiusdem de extrema hora libellus, in quo verba Pauli 1. Cor. 15. Quotidie morior, & verba Psal. 118. Non moriar, sed viuam & opera Domini meditabor &c. explicantur. Islebij 1571. Germanice. Ecclesia domestica, qua ratione præter publicas conciones quiuus paterfamilias suos ad verbum Dei aduſefaciat. Ibidem Germ.

* *Andreas* Fabricius, ducis Bavariae consiliarius, collegit Harmoniam Confessionis Augustanae, adiectis Caroli V. Caesaris potentissimorum que principum, & doctissimorum hominum de eadem iudicijs. Coloniae 1573.

* *Andree* Fabricij Leodij, Samson: Tragoedia noua ex sacra ludicum historia desumpta. Coloniae apud Maternum Cholinum in 8. anno Domini 1569. Eiusdem Quaestiones & annotationum in Catechismum Romanum ex decreto Concilij Tridentini editum. Apud Plantinū anno Domini 1572.

Andree Fricij Modreuij, sereniss. regis Poloniae secretarij, commentariorum De republica emendanda, lib. 5. Primus De moribus, Secundus De legibus, Tertius De bello, Quartus De ecclesia, Quintus De schola: impressi sunt Cracouiae anno Domini 1551. oſternionibus 25. & Basileae ab Oporino in 8. & in folio anno Domini 1554.

* Eiusdem libri 3. primus De Peccato originis, secundus

secundus, De Libero hominis arbitrio : Tertius De prouidentia & prædestinatione Dei æterna. Item De Mediatore libri tres : quibus accessit Narratio simplex rei nouæ, & eiusdem pessimi exempli : simul & querela de iniurijs, & expositio latio cum Stanislao Orichouio Roxolano Basileæ apud Oporinum 1562. in quarto. Eiusdem Syluæ tres, prima De tribus personis & vna essentia Dei : Secunda, De Necessitate conuentus habendi ad sedandas religionis cõtrouersias : Ter-
tia De Baptismo infantiũ; nondum, quod sciam, in publicum editæ. Dialogi duo De vtraq; specie Eucharistiæ à Laicis sumenda : item explicatio verborum septimi capituli 1. epist. ad Corinthios, & quædam alia impressa sunt cum libris De repub. emendanda.

Andreas Fuluius, Sabinus, scripsit De Antiquitatibus vrbs Romæ lib. 5. De vrbs eiusdem laudibus orationem. In populi Romani laudem elegiam. De Romuli & Remi expositione Eclogæ, 20 quæ simul impressa sunt Romæ, per M. Valerium Doricum, anno 1545.

Andreas Fuluij Prænestini vrbs Romæ descriptio, prosa & carmine. Eiusdem illustrium virorum & mulierum imagines, Romæ apud Iacobum Mazochium impressæ sunt, anno D. 1517. octernionibus 30. Forte idem cum superiore.

* Andreas Furnerius medicus Parisiensis, librum Gallicum scripsit de decoratione corporis humani, in quo multa ad chirurgiam pertinentia habentur. Excusus est Lugduni in. 16.

* Andreas Gallus, Tridentinus, scripsit Falces, de peste, peripneumonia pestilentiali cum sputo sanguinis, ac de quibusdam symptomatibus : in fasciculos quinque distributos. Brixia.

Andreas Gammarus I. C. scripsit De rerum permutatione super 6. decretaliũ. c. Romana. para. contrahentes, & in cap. 1. eiusdem lib. Idem est qui aliàs Petrus Andr. Gammarus, De quo infra.

* Andreas Gartnerus Prouerbialia dicteria morale doctrinam complectentia, versibus veteribus rhythmicis, vna cum Germanica interpretatione conscripsit, & in locos communes redegit. Francofurti excudere hæredes Egenolphii anno 1570. in 8.

Andreas Gratiolus Tusculanus ex Benaco, Latina fecit Eustratii episcopi Niceni cõmentaria in secundum librum posteriorum resolutiuorum Aristotelis. Item incerti authoris expositiones compendiaras in eundem. Hieronymus Scotus excudit Venetijs, anno 1542.

Andreas de Gotliz professor Lipsensis, in Esaiam scripsit commentaria.

Andreas Guarna Salernitanus scripsit bellum Grammaticale, siue De bello inter Grammaticæ reges De principatu orationis lib. 1. Impressus Basileæ apud Robertum Vinter, & apud Iacobum Parcum.

Andreas Helmontanus scripsit commentaria in inuectiuas orationes Ciceronis & Salustij. Oporinus impressit cum aliorum commentarijs in orationes Ciceronis.

Andreas Hierosoly. in S. Mariæ Dei paræ salutationem sermo, Marco Hoppero interpretæ, excusus est Basileæ cum alijs quibusdam veterũ theo-

logorum opusculis, apud Henr. Petri, 1551. in fol. Idem scripsit plures sermones de beata virgine, lib. 1. Alios sermones lib. 1. Pias preces, lib. Petrus Vicentinus. Andree archiepiscopi, In partum Deiparæ : & Andree Hierosol. sermo in Euangelium, Græce seruantur in bibliotheca Regis Gallorum.

Andree Hispani Romanæ ecclesiæ pœnitentiarij, modum confitendi, Norimbergæ excudia Hieronymus Holzzel, anno D. 1508. Andree Hispani (eiusdem vt arbitror) liber de decimis.

* Andree Hoppenrodi Genealogie principũ & nobilium familiarum, quæ intra annos mille in Saxonia vixere, quorum posteritas superest. Germanice. Argentina 1570. in folio.

* Andree Horne, Glocestriensis, è varijs annalibus congecit opus, quod inscripsit Claudio cæstriæ Chronicon. Baleus.

* Andree Horndorf. Speculum parentum & liberorum, in quo vtrique cernere queunt quid sui officij sit, & quæ nam sit vera liberorum educatio, historijs & exemplis ornatum : liber Germanice impressus Lipsiæ anno 1568. Eiusdem promptuariũ exemplorum sacrorum & prophetarum, iuxta decem præcepta distributum. Ibid. 1570. & Francofurti 1571. folio. Idem Declamationem Liliij Vicentini de miseria humanæ vitæ ex Italica in Germanicam linguam transtulit, impressam Francofurti anno Domini 1571.

Andreas Gerardus Hyperius, sacrarum literarũ in celeberrima Marpurgenſi Academia professor scripsit commentariũ De honorandis magistratibus, in quo Psalmus 20. Exaudiat te Dominus, &c. enarratur. Item in Psalmum 12. Saluũ me fac Domine. &c. in quo oratur, vt Dominus extirpatis omnibus erroribus, synceram doctrinã vbiq; promoueat, paraphrasin, excusam Marpurgi anno 1542. De formandis concionibus sacris, seu De interpretatione scripturarum populari, lib. 2. impressos Marpurgi apud Andream Colbium, anno D. 1553. octernionibus 17. In epistolã ad Romanos exegetata, in quibus partium dispositio clarissime ostenditur, ab eodem impressa anno D. 1548. in 8. * De recte formãdo theologiæ studio lib. 4. Basileæ apud Oporinum, 1556. De sacræ scripturæ lectione ac meditatione quotidiana lib. 2. Ibidem 1561. Methodi theologiæ lib. 3. Ibidem. Topica theologica Tiguri apud Froschouerum. Catechesis Marpurgi apud Colibium. Postremo vno volumine edita sunt sequẽtia opuscula. De Sacrarum literarũ studijs non differendis. De institutione nouorũ collegiorum, in quib. iuuentus eruditur ad suscipiendã eccles. gubernationẽ. De publico studio forũ in schola theologica examine. De Catechesi. De fide hominis iustificandi, ac de fide operibusq; hominis iustificati, quæstiones. Christũ non instrumentale modo esse salutis nostræ causam, verum etiam efficientẽ & principem. Non esse aliam iustificationis viam, quã qua Abrahã iustificatus est, per fidẽ scilicet absq; operib. De spiritu & litera. Conciliatio horũ locorum: Qui legẽ factis exprimunt, iusti habebũtur, ad Rom. 2. Et: Ex operibus legis nemo iustificabitur, ad Rom. 3. & similia, qui pari modo videntur in

ter se disidere. De hominis merito apud Deum. Historiam quæ legitur 2. Machab. 12. de donarijs misis Ierofolymam ad sacrificium pro expian- dis peccatis mortuorum, parum esse efficacem ad comprobandum, mortuis ad salutem prodesse se Missarum celebrationē. Verba Pauli. 1. Cor. 15. De his qui baptizantur pro mortuis, paulo aliter quam à nonnullis hætenus factum est, distin- cta & exposita. De synodis annuis. De publica in pãuperes beneficentia. De ferijs Bacchanali- bus, quodq; apud Christianos locum habere nul- lo modo debeant. Omnia hæc simul impressa sunt Basileæ in 8. in officina Oporiniana anno 1570. Eiusdem Opusculorum theologicorum pars secunda, Basileæ ex officina Oporiniana anno 1571. octavo. Continet autem hos libros. De piorum auditorum in dijudicandis doctrinis officio. De prouidentia Dei, & consolationib. contra omnis generis pericula ab ea petendis: cum enarratione Psalmi 167. De probatione sui ipsius. Consultatio de coniugio ministro- rum ecclesiæ. Vtrum eorum sententia qui Ba- bylonem in Apocalypsi interpretantur significa- re urbem Romam, recipi vlla ratione queat. De his qui Deo patri ita summam tribuunt di- gnitatem, vt Filium constituent inferiorem, & patri inæqualem. Præcepta Decalogi aliter o- lim digeri solita, atque nunc vulgo cernuntur digesta, superque ea re veterum tam Hebræo- rum quam Græcorum & Latinorum sententia. Adverba illa Apostoli 1. Corinthior. 3. Epistola mea vos estis, & Deus idoneos nos fecit mini- stros noui testamenti: De veris Apostolatus, Doctoratus & similium graduum insignibus, Proposita quædam. De sacramentis in genere vbi nonnulla de circumcissione & Baptismo. Su- per verbo Apostoli ad Rom. 3. Iustificantur au- tem gratis, per gratiam. tum de locutione illa, qua dicuntur iustificari homines sola fide. Quo- modo intelligendū quod Apostolus ait ad Ro- manos 1. homines à Deo in reprobam mentē tra- di: tum quomodo peccata peccatis puniantur. Scripsit etiam De ratione studij, Dialectica, Rhetorica, Arithmetica, Geometrica, Cos- mographica, Optica, & Astronomica quædam, item Physica, Scholia ad decem libros Ethico- rum Aristotelis. Item Theologica. Obserua- tiones locorum in eas Euangeliorum particulas quæ singulis dominicis recitari in ecclesijs cõsue- uerunt. De studiosorum vita & moribus. Exe- gemata in omnes D. Pauli epist. Feriarū scho- lasticarū lib. 12. De ordinanda eccle. lib. 6. Verum ex his quedã morte præuentus non absoluit. O- bijt Marpurgi 1564. Vitã eius descripsit D. Vui- gandus Orthius.

Andreas Knopken scripsit annotationes in epi- stolam Pauli ad Romanos.

Andreas Ianus Lascaris Rhyndacenus, ex Poly- bij historijs quædam excerptit De militia Roma- norum, atque in primis De castrorum metatio- ne, & eadem Latino sermone reddidit: ea cū eiuf- dem Epigrammatis Græcis & Latinis impressa sunt Basileæ apud Robertum Vuinter, 1537.

Andreas de Ifernina I. C. scripsit super feudis. De iure protomisicos & iure congrui, cum cõmen-

super autent. habita, in fi. feudorum. Ne fil. p. 62 pat. in primo Codicis.

Andreas à Lacuna Hispanus Secobiensis phi- liatros, scripsit De ratione noscendæ, præca- uendæ, atque propulsiendæ febris pestilentialis, opusculum excusum Argentorati apud Rihæ- lium, anno Domini 1542. Item anatomicam methodum, siue De sectione humani corporis contemplationem, Parisijs anno 1535. Exant eiusdem opuscula, Coloniz impressa, hæc: Ari- stotelis libellus De virtutibus, è Græco transla- tus, scholijsque & exemplis illustratus: item, ex commentarijs Græcis De re rustica Constan- tino Cæsari adscriptis, octo vltimi libri in qui- bus animalium plurimorum natura describitur, Latini ab eo facti, vna cum castigationibus trans- lationis eorundem per Ianum Cornarium edi- tæ: Galeni De philosophica historia lib. 1. Latine versus: De victus & exercitiorum ratione, mæ-

xime in senectute obseruanda, tabula: Europa se- ipsam deplorans: Aristotelis De natura stirpium liber, Latine ab eodem donatus. Eiusdem libri De mundo quoque, aut translulisse, aut scholijs ortasse existimatur, idque ex præfatione ad Ca- rolum Cæsarem libris De re rustica à se conter- sis præmissa. Galeni opera omnia (exceptis ijs quæ in Hippocratem scripra sunt à Galeno) do- ctissime diligentissimeque in Epitomen redegit, Venetijs primum, deinde Basileæ per Isingrinio- um excusam, anno Domini 1551. in folio. Adie- ctis eodem authore Galeni vira, & De ponderi- bus ac mensuris libello. Præterea edidit etiam Epitomen omnium rerum & sententiarum, quæ annotatu dignæ in commentarijs Galeni in Hip- poc. extant, in elenchum alphabeticum diges- tam. Cui accessere nonnulla Galeni enantio- mata per eundem collecta. Guilicelmus Rouillius excudit Lugduni anno 1554. in 8. Item anno- tationes doctas & elegantes in Dioscoridē, à Ro- uillio eodē anno excusas, in 16. Dioscoridem com- uertit in Hispanam linguam, & scholijs addidit.

* *Andreas* Lemnij medici, Epistola in qua vring- studium, & ex ea morborum præuidentiam, vt quæ sit aptior seruandæ sanitati, commendat.

* *Andreas* Langi Responso ad quæstiones 4. Qui salutē adipiscantur, Cur papistę Euangelilū nō recipiant, An Papistę salui fiant, Et quid illis faciendum sit vt saluentur. Lib. Germanicus cū præfatione Cyr. Spangenberg. Conciones 6. De iuramento Dei quod Ezech. 33. scriptū est, 1571.

* *Andreas* Leucander, alias Vuyiteman, An- glus, abbas Ramesiensis, scripsit luonis episcopū vitam, Peregrinationem suam in terram sanctā. Vixit anno Domini 1020. Baleus.

* *Andreas* Limos, Dubia: liber philosophicus commemoratur in catalogo Sorbonæ.

Andreas Lubelius theologus, Armenorum ritus sacros seu ceremonias descripsit, vt refert *Andreas* Fricius.

* *Andreas* Marcolinus Fanestris, medicus, edidit præceptoris sui Gabrielis Falopij Mutinens- sis, medici ac philosophi præstantissimi, tracta- tum pulcherrimum De medicatis aquis, atque de fossilibus, cui duas epistolas addidit, in qua- rum altera ad lectorem, & huius libri inter reli- qua

qua utilitas, & docendi modus, ac totius rei quæ in hoc ipso opere continetur, summa breuiter explicatur. Liber impressus Venetijs apud Ludouicum Auantium anno Domini 1564. in 4. chartis, 52.

* *Andreas* Maro Brixianus cum summa eruditorum admiratione ex tempore ad quam iuvenes quæstionem versus fundere consueuerat. Meminit huius Iouius in Elogijs.

* *Andreas* Marsianensis, monachus, scripsit ad Petrum Atrebatensem episcopum, Chronica Francorum lib. 1. Arnoldus Bostius

* *Andreas* Masius ex Syriaca lingua transtulit Commentarium de Paradiso, scriptum ante omnes prope septingentos, à Mose bar Cepha Syro: Item Basilij *νεστοριου*. Antuerpiæ anno Domini 1569. in 8.

Andreas Matthæus Aquauuius Hadrianorū Regulus, scripsit nobilem pariter ac eruditum librum, qui Encyclopædia inscribitur. Iouius in eius elogio. Eundem de re equestri librum composuisse Belisarius frater ipsius in suo de venatione libro testatur.

Andreas medicus quidam, qui de Plantis scripsit, citatur à Dioscoride & Galeno. A Plinio persæpe citatur *Andreas* medicus, & in scholijs Nicandri eius liber *καρπια*. Idem videtur esse cuius libri, De serpentibus, De quibusdam falso creditis citantur ab Athenæo. Hic ab Eratosthene cognominatus est *Βιβλιαριος*, quod quosdam suos libros clam transcripsisset. Etymologus. Citatur in quæstionibus Calsij & Carystius nominatur.

Andreas Mocenici Patritij Veneti, belli Cameracensis libri sex, quod Veneti cum quatuor regionibus, & cum Heluetijs & cum tota Italia gesserunt: dictum Cameracense, quod Cameraci contra Venetos fœdus istum sit. Impressi Venetijs per Bernardinum Venetum De Vitalibus, anno Domini 1525. octernionibus 24.

* *Andreas* Monceni. Repertorium, & per alios positum ad lecturas Felini. Index lib. iuris Venetijs impressus.

* *Andreas* Musculi Theologiæ professoris Francofurti ad Oderam, Locorum Communium ex Patribus, libri duo, in folio impressi. Idem Germanice edidit Biblia domestica, hoc est sententias veteris & noui testamenti in vsum adolescentum in vnum congestas. De iustificatione hominis per fidem, ex Lutheri libris. De statu & conditione mortuorum ab exitu huius vitæ vsque ad communem resurrectionem. De prædicati Euangelij falso & pestifero intellectu. Interpretatio Cantici Simeonis. De filijs Dei & huius mundi, tempore postremo nunc prædicati Euangelij. Aurei ornamenta seu *καυκρια* partes quatuor. Precum libellus. Præcatio vt Deus à Germania auertat commertam pœnam, & iam imminentem obtantum vtriusque Antichristi apparatus. De cruce & tentationibus ferendis. Sepultura Ioa-chimi Marchionis Brandeburgici, Electoris. De meditatione finis. 1572. De hominis actionibus & substantia, à prima eius creatione vsq; ad futuram vitam. Francofurti ad Oderam 1572. Eiusdem tum alia, tum contra Franciscum Stancarum scripta extant.

Andreas Nauagerij Veneti orationes duæ & carmina varia excusa sunt Venetijs apud Ioannem Tacuinum antio Domini 1530. Item cum operibus Fracastorij. Eiusdem eglogæ excusa sunt à Ioanne Oporino, cum diuersis aliorum authorum eglogis. Eiusdem annotatiunculæ De diuersitate lectionum, in omnia Ouidij opera: excusa sunt cum Ouidij operibus Venetijs, anno Domini 1516. octernionibus quatuor. In legatione Gallica Obijt.

Andreas Nontalij Stirij, dialogi pueriles impressi Annebergi.

Andreas de Nouo castro Anglus, Dominicanorum ordinis doctor, scripsit super sententias lib. 4. In Boetium De consolatione philosophiæ lib. 5. Vixit anno 1300. Balus.

Andreas Ornithoparchi, De arte cantandi libri quatuor recogniti, Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, 1535.

20 *Andreas* Osiander scripsit Harmoniã euangelicam Græce & Latine, cum annotationibus & exlencho harmoniæ. Lib. excusus Basileæ per Frobenium, 1537. Item epistolam ad Huldricum Zuinglium apologeticam, qua docet, quam ob causam, quidq; posthac ab eo in Eucharistiæ negotio expectandum sit. Ioannes Petreius excudit Norimbergæ, 1527. Præterea scripsit Librum De vltimis temporibus, ac fine mundi ex sacris literis, Norimbergæ apud Petreium anno D. 1544. quaternionibus nouem. Disputationes duas, vnam De lege & euangelio, habitam 9. Aprilis anno D. 1549. & alteram De iustificatione habitam tertio Calendas Nouembris anno D. 1550. Regio monte Prusiæ excusas anno D. 1550. quaternionibus 3. Librum De imagine Dei quid sit, Item an filius Dei fuerit incarnandus si peccatum nõ introiisset in mundum, Ibidem excusum, quaternionibus 10. Epistolam qua confutantur noua quædam & fanatica deliramenta, ab æmulis suis contra ipsum iactata, ibidem anno D. 1549. Scripsit etiam contra Interim librum, qui tamen non est editus, & alia plura Germanice & Latine * Veluti, De illuforib. libellu Germanicu. De cælis cælorum. De mediatore vnico Iesu Christo, & De iustificatione fidei Latine & Germanice. Aduersus Philippu refutationem eius respõsi aduersus suã confessionem. Demonstratione eiusdẽ & solide sue doctrinæ per 30. annos. Aduersus Lucifugam Nycticoraca. De prohibitis nuptijs. Prima pocula ex suorum aduersarioru libris. Sermonem de oratione dominica. Sermonẽ de verbis Pauli Rom. 6. Qui mortuus est de peccato iustificatus est. Illustrissimus princeps Prusiæ Albertus librum integrum, seu acta controuersiæ Osiandri in publicum edidit. Verum contra ipsius Osiandri dogma De iustificatione hominis, scripserunt Michael Rotingus, Philippus Melanchthon, Matthias Illyricus, Nicolaus Amsdorfus, Ioannes Pollicarius, Alexander Alesius, Ioannes Knipshouius. Obijt anno D. 1553. in Prusiæ Regiomonte.

Andreas Panormitanus scripsit *Σικελια εν τα νησι*, teste Athenæo.

Andreas de Pifa I. C. scripsit super Institutionibus Iustiniani, & Pandectis.

Andreas Perlachij Stiri, doctoris medici & ordinarij quondam Mathematici in Academia Viennensi, cōmentaria Ephemeridū, ita conscripta ut quisq; absq; præceptore ex sola lectione integrā inde artē consequi possit. Aegidius Aquila excudit Viennæ Austrig, anno D. 1551. quatern. 28.

Andreas Placus scripsit difficiliorum & Græcarum & Hebraicarum, omniumque peregrinarum dictionum in Geneseos libro interpretatiōnem. Henticus Petrus Basileæ.

Andreas Planci institutiones grammatices Hebrææ, excusa Viennæ Austrig, vna cum Iona propheta & versione eius Latina, apud Aegidium Aquilam, anno Domini 1552. in 8. chartis 12. & dimidia. Idem separatim scripsit De vocalibus, & his quæ ad rationem legendi Hebrææ pertinent, ut ipse De se testatur.

* *Andreas* Planeri doctoris medici in Academia Argentoratensi, Analysis libri primi Physicorū Aristotelis. Argentorati 1571. quarto.

* *Andreas* Pangratij Methodus concionandi, cū præfatione Georgij Maioris, Vitebergæ 1571.

* *Andreas* Poach concio funēbris ex 4. cap. Osee. Erfurti. Cōfessio De cœna D. Mulhusij. Lutheri Explicatio 8. Psalmi nunc primum edita.

* *Andreas* Prasmouius Polonus, ecclesiæ Pofnaniensis minister, quædam Polonice scripsit contra sacrosanctæ Trinitatis hostes.

* *Andreas* Proliis sermones.

* *Andreas* Rapitius Tergestinus scripsit facilioris musæ carminum lib. 2. Venetijs 1552.

* *Andreas* Rumel præfatus est in Codicē qui primus Norimberge impressus est, anno. 1475.

* *Andreas* Sadelerus, Anglus, & Vuesaliæ in Belgico Gymnasarcha, cum alia multa soluta oratione & versu conscripsit, tum ad Baleum epigrammata complura, e quibus vnum in 2. tomo scriptorum Angliæ legitur. Vixit anno. 1556.

* *Andreas* Seruetus Auignonus, scripsit super Institutiones à tit. de obligat. vsque ad titulum quibus modis tollitur obligatio.

* *Andreas* Schonerus Ioannis F. edidit Ioannis Regiomontani, Fundamenta seu demonstrationes operationum tabulæ primi mobilis. Neuburgi anno Domini 1557. Item Gnomonicen ibidem impressam.

* *Andreas* Schoppij Responsio ad quæstionem de iudicio doctrinæ, an ecclesia & singuli Christiani, possint & debeant vnamquamque doctrinam diiudicare. Islebij anno 1570. Germanice.

Andreas Stiborius Boius, Viennæ Austrigæ Canonice, & mathematicum professor, scripsit Opus vmbraꝝ quinq; lib. partialibus diuisum, in quo diuersarum projectionum speculationes, instrumenta, & horologia noua cum varijs circulis sphaeræ ad diuersas elevationes & superficies comprehenduntur. Item librum instrumentorum astronomicorum primi & secundi mobilis, cū canonibus proprijs et veterib. Clypeū Austriacum cū canonibus, in quo astrolabij facies omni momento relucet. Libellū De varijs horologijs sphericis, cōcauis, columnarib. pyramidalibus, annularib. Lib. De varijs compasis. Libellū De varijs quadrantibus. Introductorium insensibilem astronomiam, cum varijs astronomicis picturis,

& calendatio astronomico. Arma pietatis lib. 4. Contemplationem speculi pietatis, Contemplationem De diuersis matrimonijs. Contemplationem faciei saluatoris. Libellū De auctoribus mathematicis. Præfationes in lib. diuersos in mathematica à se publice prælectos. Determinationes quarundam quæstionum De quolibet. Libellum 1. mobilis quadripartitum, geometricæ, arithmetice, exēplariter, et instrumentaliter. &c.

10 * *Andreas* Theueti Singularitates, seu observationes & descriptiones earū rerum quæ singulares obseruatuq; dignæ ab eo visæ sunt in Gallia Antartica, lib. impressus Gallicè in 4. Eiusdem descriptio Galliæ nondū edita laudatur ab Ortelio. Audio præterea vniuersum terrarum orbem alijs quot voluminibus ab ipso quam diligentissime descriptum esse.

Andreas Thurinns Pisciensis, medicus Apostolicus, scripsit epist. contra Matthæum Curtium

20 Ticinensem medicū, De vena in curatione pleuritis incidenda, vbi impugnat hanc Curtij conclusionem: In omni pleuritide in principio, corpore existente pleno, fieri debet phlebotomia ex

basilicâ lateris dolēris, Paris. apud Ascensum. Et

rursus ad Paulū III. De curatione pleuritis per

sectionem, quod opus Lugduni impressum est

anno D. 1537. Item Responsiones contra Matthæum Curtium De loco incidendæ venæ in morbo

costali, libellus Bononiæ publicatus, anno 1543.

Idem scripsit De bonitate aquarum fontanæ & cisterninæ, quæ pluuialis est: præfert autem fontanam in hominum potu, excusum Bononiæ anno 1543. Extat eiusdem De embrocha noua, siue

Duccia artificiali, qua ad varios morbos curandos vtuntur recentiores medici Florentini, dissertatio. Eiusdem opera edita sunt Romæ anno D.

1545. in folio chartis 80. Sunt autem hæc. Diuersorum doctorum virorū epistolæ hos Thurini

lib. approbantium: & operis dedicatio ad Paulum I I. P. M. in qua singulorum ratio redditur

per authorem. Epistola ad Matthæum Curtium

De loco incidendæ venæ in pleuritide. Liber De eodem contra aduersarium & Brissot, & Manardum. Responsiones ad libellum Matthæi Curtij

de eodem. De noua Embrocha contra medicos Florentinos, credentes se irrigationibus quibusdam

artificialibus, naturales & sponte natas aquas imitari. De causis dierum. Criticorum contra Hieronymum Fracastorinum, qui non in naturam, sed humorem melancholicum dierum is-

storum causam libro edito retulit. De bonitate aquarum, fontium & cisternæ: præfert autē fontanam, ut & Simon Portius in epistola his libris

præfixa. An in fluxu muliebri & sanguinis aquosi tenuis superflui menstrualis, competat vere prouocantia vrinam. An in omni febre pu-

trida competat phlebotomia, contra vulgus medicorum in omni febre siue frigida siue calida venam incidentes. Epistola ad Clementē VII. De

cœna & prandio, Dino Florentino authore.

* *Andreas* Tiraquelli I. C. celeberrimi, & Regij in Curia Parisiensi Senatoris, Super 11. Codicis, in

tit. Res inter alios acta. Super 2. digesti noui De verb. signifi. l. boues. parag. hoc sermo. Super

prima Codicis, Familiæ eriscundæ. l. filium quē

habentem,

habentem. Super 2. Codicis De reuocand. Doe-
natio. l. si vnquam. Cessante causa cessat effe-
ctus. De iure constituti possessorij. De iudic-
cio in rebus exiguis ferendo. De legibus conu-
bialibus & iure maritali. De nobilitate; & iu-
re primigeniorum. De pœnis legum & statuto-
rũ moderandis. De præscriptionibus. De pri-
uilegijs piæ causæ. De statuto continuante pos-
sersionem defuncti in hæredem, cui titulus Le-
mort fãsit leuif. De utroque retractu, municipi-
pali, & conuentionali. Regulæ iuris. Omnia
hæc Parisijs & Lugduni excusa sunt. Obijt Pari-
sij 1556. die 23. Decembris.

* *Andreas* Tiraquellus superioris filius eiusdẽ
Curia Senator, quædam parentis sui opera post
illius obitum edidit, & in ea præfatus est, veluti
in Tractatum de præscriptionibus, item De pri-
uilegijs piæ causæ.

Andreas de Traiecto, Germanus, ordinis S. Be-
nedicti, scripsit Soliloquiorum hominis ad Deũ,
lib. 1. De profectu virtutum, lib. 1. De abstinentia
carnium lib. 1. De vsu floccorũ li. 1. Epistolarum
ad diuersos li. 1. Collationes varias librum 1. Car-
mina & rhythmos, & quædam alia breuia. Cla-
ruit anno Domini 1445.

Andreas Trapezuntius Georgij filius, scripsit,
prefationem ad Sixtum Pont. Max. in paternam
Almagesti Ptolemæi traductionem, quæ præfixa
est traductioni: Item defensionem patris con-
tra Theodorum Gazam.

Andreas Vegæ De iustificatione liber impres-
sus est in 4. Venetijs, anno Domini 1546.

* *Andreas* Vega Hispani, De iustificatione do-
ctrina vniuersa scribis 15. absolute tradita, & con-
tra omnes omninm errores, præclare defensa. Co-
loniæ apud Quentelios 1572. folio.

Andreas Vesalius Bruxellensis scripsit paraphra-
sim in 9. lib. Rasis ad regẽ Almanforem, De affe-
ctũ singularum corporis partium curatione: ex-
cusam Basileæ in officina Roberti Vuinter, anno
1537. Item Epistolã, qua docet venam axillarem
dextri cubiti in dolore laterali secandam: Rober.
Vuinter excudit Basileæ, 1539. Scripsit præterea,
De Humani corporis fabrica lib. 7. cum elegan-
tissimis omniũ figuris: Opus impressum Basile-
g, in officina Ioan. Oporini 1543. & anno 1554.
ab authore recognitum & auctum. Epitomen
suorum De humani corporis fabrica librorũ ab
eodem excusam Latine & Germanice, in folio cũ
figuris. Epistolam, qua rationem docet propi-
nandi radicis Chynæ decocti, Basileæ ab eodem
impressam in folio, & Lugduni anno Domini
1547. in 16. Tractantur in ea epistola anatomica
multa, & si titulus non promittat. Emendauit
etiam translationem anatomicorum aliquot Ga-
leni librorum, qui cum cæteris Galeni operibus
excusi sunt Venetijs apud Iuntas. * Eiusdẽ libri
De humani corporis fabrica impressi sunt Vene-
tijs apud Franciscum Franciscum in folio anno
1568. Eiusdẽ Chirurgia magna à Prospero
Bergarutio recognita emendata ac in lucem edi-
ta est: 1569.

* *Andreas* Victorius, Anglus, Canonicus Pari-
sienfis, Hugonis De S. Victore discipulus, scri-
psit Cõmentarios in 5. lib. Moïsi, Iosue. Iudicum,

Regum quatuor lib. Paralipomenon duos, Ec-
clesiasten. Parabolas Solomonis, Esaiã, Ieremiã
am, Danielelem, Ioelem. Fertur & super quosdam
alios veteris testamenti libros scripsisse. Vixit
anno 1150. Baleus.

* *Andreas* Volani Epistola ad Nicolaum Pacciũ
episcopũ Kijouiensem, explicans controuersiam
his temporibus, de S. Trinitate motã, ostendens-
que Patrem Filium & Spiritum sanctum vt vnus
eiusdemq; nature siue essentie, sic recte vnum
Deũ dici, ad euitandam pluralitatẽ Deorum. Im-
pressa Regiomonti 1565. cũ N. Pacij confessione.

* *Andrisci* Naxiacorum lib. 1. & secundus citan-
tur à Parthenio in Eroticis: & Athenæo lib. 1. Vi-
detur autem historicum quid scripsisse.

* *Androcydis* meminicit Theophrastus in Plan-
tarum historia. Plinius lib. 14. cap. 5. & lib. 17.
cap. 24.

Androgeus Londinensium & Cantiorum cõ-
mes, scripsit aduersus Romanorum tyrandem
lib. 1. & ad Iulium Cæsarem epistolam multas.
Claruit anno conditi mundi 3915. ante Christi ve-
ro aduentum 48.

Andromachi medici Neronis scripta Galenus
in libris De compositione medicaminum, & a-
lijs locis citat. Et aliquando paginas integras ex
eius libris describit. Inter cæteros autem nomi-
nat librum De medicamentis compositis ad affe-
ctus extrinsecos. Apud Aetium cyphoides medi-
camen quoque ad hunc autorem refertur.

* *Andronis* Chronica, aut historię citantur ab
Atheno qui Alexandrinum nominat, à Plutar-
cho qui Halicarnassæum, à Laertio qui Ephesũ
appellat. Quærendum an tres sint eiusdem no-
minis. Andron libro quarto Sacrificiorum ad
Philippum, citatur ab Apollonio in historijs
mirabilibus. Idem in Tripode citatur à Clem.
Strom. 1.

Androclidam citat Plutarchus in vita Lyfandri.

Andronicus dictus Alipius, Græcas scripsit hi-
storias, & Syriæ regum, atque aliarum gentium
gesta tractauit, teste Hieronymo.

Andronici scholia Græca in Homerum Vene-
tijs reseruatur, in bibliotheca S. S. Ioannis & Pau-
li. Fuit & alius Andronicus Rhodijs, philoso-
phus Peripateticus, cuius meminicit Strabo: & a-
lius historicus, qui res Alexandri scripsit.

* *Andronici* *απειράκτων νοσίων* libellus in bibliothe-
ca Sambuci.

* *Andronici* Callisti De physica scientia, & for-
tuna liber, extat in Vaticana bibliotheca Ro-
mã: & in Strozæ bibliotheca.

* *Andronici* Callisti Monodia in expugnationẽ
Constantinopolitanam, extat Græce manuscri-
pta in bibliotheca Regis Gallorum.

* *Androsthenes* citatur à Theophrasto de cau-
sis Plantarum lib. 2. cap. 7.

Androtion citatur ab Aeliano lib. 8. De Varia
historia & eius historia De Attica, à Pausania
lib. 6. & 10.

Androtionis cuiusdam De Agricultura libri ci-
tantur apud Plinium, qui in octauum, 10. 14. 15.
17. & 18. Naturalis historię libros multa ex ijs
transcripsit.

* *Anellus* Archamonus scripsit super Consti-

tutiones regni Siciliae.

* *Angela* virgo, Raimundi Bohemorum regis filia, in Tyro Palestinæ post mortem genitoris, sub doctore Brocardo Hierosolymitano, Carmeli velamen accepit, & anachoreticam vitam ducens, scripsit Contemplationes de Christo lib. 1. De Eucharistia, li. 1. Item reuelationum librum. Claruit anno 1190. Corpus eius Pragæ in Carmelitarum monasterio conditum est.

Angelinus quidam scripsit in medicina volumen aureum, vt refert Champegius.

Angelomus monachus Lexouienfis, ordinis S. Benedicti, scripsit excellentissimum opus in libros Regum, lib. 4. ad Lotharium in Cantica li. 1. De diuinis officijs lib. 1. & quædam alia. Eius lucubrationes in lib. Regum & in Cantica cantorum excusæ sunt Coloniae, 1530. Floruit anno Domini 830.

* *Angeli* Anachoritæ vallis vmbrosæ, pro Concilio Lateranensi contra conuenticulum Pisanum, Oratio habita ad Iulium I. PP. anno 1512.

Angeli Andreae Resendij Lusitani carmen eruditum & elegans, aduersus stolidos politioris literaturæ oblatratores, Frobenius excudit Basileæ 1531. Eiusdem Genethliacon principis Lusitanæ excusum est in Gallia.

Angelus Aretinus I. C. (quem aliàs Angelum Gambilionum, vel de Gambylonibus de Aretio vocant) scripsit duo volumina commentariorum super Iuris ciuilibus institutiones ad Leonellum Estensem Marchionem Ferrariæ. Opus typis excusum Lugduni & Venetijs 1568. Item Lugduni 1570, in folio regali, Item De testamentis, & clausulis testamentorum. De maleficijs in iure, & clausulis processus inquisitionalis: super 3. librum Codicis, de inuentario. Consiliorum volumina duo. Quædam singularia. Repertorium iuris. Super tertio C. De bon. vac. lib. x. l. si vacantia.

Angelus Barbatius Plutarchi De exilio librum transtulit.

Angelus Bologninus chirurgiam ex Auicenna publice docuit Bononiæ, & libros 2. scripsit De cura vlcera exteriorum, & De vnguentis communibus in solutione continui. Impressa Basileæ, 1536. & Tiguri apud Gesneros fratres in opere chirurgico. Idem scripsit De morbo Gallico.

* *Angelus* de Camerino, Italus, professione Augustinianus, scripsit præclaras expositiones in Euangelia lib. 4. In epistolas Pauli, lib. 14. In dialecticis quoq; et vtraq; philosoph. plura edidit. Vixit anno Domini 1340. Ambrosius Choriolanus.

Angelus Caninius Anglariensis, transtulit in Latinam linguam, Simplicij commentarium in Enchiridion Epicteti philosophi Stoici. Hieronymus Scotus Venetijs excudit in fol. anno Domini 1546. Præterea scripsit institutiones lingue Syriacæ, Assyriacæ atq; Thalmudicæ, vnâ cum Aethiopicæ atq; Arabicæ collatione, quibus addita est ad calcem noui testamenti multorum locorum historica enarratio, Carolus Stephanus impressit Parisijs. Eiusdem Grammatica Græca, in qua quicquid vetustissimi scriptores de Græcæ linguæ ratione præcipiunt, atq; adeo omnia quæ ad dialectos intelligendas, & poetas penitus cognoscendos pertinet, facili methodo exponit.

tur. Eo accedit plurimorum verborum omnis generis linguarum originis explicatio. Parisijs in officina Morellij, in 4.

* *Angeli* de Castro Paduani professoris, De causis matrimonialibus tractatus copiosus, manuscriptus. M. Dresserus.

* *Angeli* Capreoli monachi, Stella, liber ad ius spectans.

Angelus de Clauasio, natione Italus, ordinis fratrum minorum S. Francisci, conscripsit Summam angelicam, quod opus Venetijs impressum est, anno 1490. & Lugduni apud Theob. Paganum. Additiones in eandem, lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 1494.

Angelus Cospus Bononiensis, homo in literis tum Græcis tum Latinis apprime eruditus, vertit Diodori Siculi libros decimumseximum & 17.

Angeli Decembrij Mediolanensis oratoris ad Pium II. Pont. Max. Politicæ literariæ lib. 7. multijuga eruditione referti, in lucem editi Augustæ Vindelicorum, anno Domini 1540.

* *Angelus* de Duccis, Italus, Carmelita & doctor Bononiensis, rhetor, theologus, & poëta, scripsit in Gallijs ad Symphorianum Champerium, Apologeticum pro Italici scriptoribus. li. 1. Impress. Lugduni. Orationes & epistolas, li. 1. Et alia plura. Vixit antio 1508. Champerius.

* *Angeli* Fagij Sangtini carmina sacra de pietate in Deum, ab auctore recognita & castigata, impressa sunt Venetijs, 1569.

Angelus Florentinus geographiam Ptolemæi vertit.

* *Angelus* Fortius medicus Venetijs edidit. li. cuius titulus, De mirabilibus humanæ vitæ naturalia fundamenta. Excusus in 8. anno 1555. Itē libellum cui titulus est, Veritatis redituus militia, Venetijs 1541. Audio eum esse insignem Astrologum, atq; ab omnibus medicis dissentire, adeoq; inuito collegio medicorum Venetijs praxim exercere.

Angeli Fundij Itali orationem ad Iulium I. P. M. Senatus Senensis nomine habitam, Iacobus Thanner Lipsiæ excudit, anno Domini 1054.

Angelus de Gyra scripsit De gradibus medicinis. * *Angelus* Hierosolymæ natus, genere Hebraeus de tribu Iuda, Eremita motus Carmeli, sub doctore Cyrillo, Hebraice, Græcæ, & Latine peritus, plures Iudeorum ad Euangelij fidem conuertit. Hic doctrina & vita sanctissimus, futura prædixit multa, de regno Turcarum ampliando, de republica Christianorum affligenda, ac prophetiam super eisdem edidit, lib. 1. (qui in Italia impressus est.) Martyrio tandem in Sicilia coronatur sub duce Berengario, quod eius incestum redarguerit, anno Domini 1220. Enochus & Mantuanus.

Angeli Odoni epistolæ à Ioanne Oporino impressæ sunt in octauo.

* *Angeli* Panareti & Matthæi nonis contra Latinos in quibus ab iisdem dissident, liber manuscriptus in bibliotheca Ioan. Sambuci.

Angelus de Periglis, de Perusio I. C. scripsit super statutis, super primo & secundo ff. noui, De verborum obligatione in secundo ff. noui l. 4. par. Cato. super secundo Inforciati, De Syndicatu. par. proficisci, De Suitate & extraneitate. De lib. & posthu, in secundo Inforciati l. in suis.

Angelus

Angelus de Vbaldis, Perusinus, Baldi frater, & studiorum eius socius, composuit commentaria super Codi. lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. noui lib. 12. super Infortiati lib. 14. super Instituti lib. 4. super tribus libris Codicis, super Authenticis. Consilia de sequestro. In 2. Codicis, vnde liberi, in 3. l. qui se patris. Super totum ius civile: sed deficit in primum Codicis, vt per Opizo. In rep. parag. diui. Floruit anno D. 1344.

Angelus de Vbaldis senior, scripsit super 3. libris Codicis. De inquisitionibus: in repet. l. si vacantia. C. de bon. vacanti, lib. 10

Angelus Politianus, scripsit Epistolarum lib. 12. miscellaneorum centuriam 1. transtulit in Latinam linguam Herodianum historicum, Enchiridion Epicteti, cum defensione ad Barthol. Scalam. Alexandri Aphrodisiensi super nonnullis phisicis dubitationibus solutionum lib. 1. Plutarchi Cheroni amatorias narrationes. Scripsit in priora Aristotelis Analytica praeflectionem, cui titulus Lamia: & aliam, cui titulus Panepistemont. Epistolam ad Laurentium Medicem de Ira. Praefactionem in Homerum. Extant & alia multa ab eo scripta, nempe Oratio super Statij syluis, & Fabio Quintiliano. In C. Suetonij expositionem praefatio. Oratio pro oratoribus Senensium, ad Alexandrum VI. Pont. Max. Pro oratoribus Florentinorum, ad Alphonsum Siciliae regem oratiuncula. Alia ad eundem gratulatoria. Pro praetore Florentino, ad dominos inucentes summum magistratum. Magni Athanasij in Psalmos opusculum Latinitate donatum. Dialectica, in qua summa rerum capita, quinq; vocum Porphyrij, & totius organi Aristotelici, delibantur. Praefectio de Dialectica, vbi eam a prima philosophia discernit, & quibus praefectoribus in ea profecerit, declarat. Praefectio in A. Persium. Sylua, cui titulus Nutricia: argumentum de poetica & poetis, carmine heroico. Sylua, cui titulus Rusticus, ab argumento inditus, in poetarum Hesiodi Virgiliq; Georgic. enarratione pronuntiata, versu heroico. Sylua, cui titulus Manto, in Bucol. Virgilij enarratione pronuntiata, versu heroico, in laudem Virgilij, vbi & eius operum argumenta proponuntur. Sylua, cui titulus Ambra, in poetae Homeri enarratione pronuntiata, eodem genere versuum: est autem poematum Homeri perioche. Elegia, siue Epicedion in Albicrae immaturum exitum. Epigrammata varia Latina & Graeca: & alia. Huius lucubrationes Aldus primum Venetijs excudit, post Ascensius Parisijs, anno 1519. vna cum commentarijs suis in epistolas, & miscellanea: & Fr. Syluij quoq; in epistolas, cum indice, & Graecorum omnium per Iacobum Tuscanum, interpretatione. Praeter haec scripsit, libellum De coniuratione Pacciana contra Laurentium & Iulianum Medices, qui separatim Florentiae editus est ternionibus 3. Item orationem Valsis ad Achillem. Claruit anno D. 1494.

* *Angelus* Sabinus vixit Peroti & Calderini aetate, & cum hoc inimicitias exercuit, scripsit Belgicum carmen, & comment. in Iuuenalem Satyricum. Gyraldus de poetis recentioribus.

Angelus Saxo de Brunsvico, scripsit in Canonem missae lib. 1. Sermones varios lib. 1. Quaestio

nes diuersas lib. 1. & quaedam alia. Floruit anno Domini 1481.

Anianus quidam e Graeca lingua in Latinam transtulit, octo primas homilias Chrysofomi in Mattheum, impressas cum operibus Chrysof.

* *Anianus* de Schonau vel Schonhouia, ordinis Dominicanorum, episcopus Asaphensis, scripsit super fabulis poetarum lib. 1. Balus.

Anisius Abbas, scripsit Tragœdiam quandam, & alia multa carmine.

Anitij papae Decreta extant cum reliquis impressa Coloniae.

Anitius Boetius Manlius Seuerinus, consul Romanus, scripsit ad Symmachum socerum suum, Romanae urbis patritium, De sancta Trinitate lib. 1. De vnitae Trinitatis lib. 1. De duabus naturis in Christo lib. 1. De fide ad Ioannem diaconum lib. 1. De vnitae & vno lib. 1. De Isagogis Porphyrij lib. 2. In secundam eiusdem editionem lib. 1. In categorias Aristotelis lib. 2. In Perihemenias eiusdem lib. 1. In editionem eiusdem secundam lib. 6. De diuisionibus lib. 1. De definitionibus lib. 1. Ad categoricos syllogismos introductionum lib. 1. In topica Ciceronis lib. 6. De differentijs topicis lib. 4. De syllogismo categorico lib. 2. De syllogismo hypothetico lib. 2. De hebdomadibus lib. 1. De Arithmetica lib. 2. De Musica lib. 5. De philosophica consolatione lib. 5. In Geometriam Euclidis lib. 3. De disciplina scholarium, vt aliqui volunt lib. 1. De locis Rhetoricis lib. 1. De predicatione potestatis lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. De fide lib. 1. Venetijs excusi sunt anno 1491. & Basileae per Henricum Petrum. Complures libri separatim excusi, cum in Gallia tum in Germania, vt Dialectici, Comment. in Topica Ciceronis, De consolatione theologiae. Item liber De duabus naturis in Christo, cum alijs scriptis Patrum de eadem re Tiguri editus est a Iohsa Simlero, additis 40 scholijs.

Anna Askeue, preclari generis iuuenula, natione Angla, quae ob fidei sincerioris confessionem combusta est, propria manu scripsit Examinationum priorum lib. 1. De vltimo suo consistit lib. 1. a Ioan. Baleo postea scholijs illustratos. Vitae finem accepit anno 1546. 16. Iulij.

Anna vxor Nicephori Melisseni, filia Irenes & Alexij Imperatoris. Comnena, scripsit historiam circa annum Domini 1100. quam Alexiadem vocauit lib. 15. quae extat in quibusdam bibliothecis Italiae: & Auguste Vindelicorum. Dicitur nuper publicata Venetijs.

Anneus Cornutus grammaticus, ad Italicum de Virgilio libro decimo, citatur a Charisio. Idem de figuris sententiarum libro secundo, citatur a Gellio lib. 9. cap. 10.

Anneus Florus ad D. Hadrianum, adducitur a Charisio.

* *Anniceris* Cyrenaeus ex schola Aristippi, Cyrenaicam sectam emendauit, & Anniceriam ab ea deriuauit, vt Strabo testatur, lib. 17.

Annio Faecialis citatur apud Plinium, qui in naturalis historię librum 36. multa ex eius libris transcripsit.

Annius Cornicula Galieni Imperatoris mortis

atq; vitam descripsit, vt testis est Trebell. Pollio.

Annonius, Vide Aimoinus.

Annibal Cruceius, Mediolanensis, Achillis Statiij libros ex Græca lingua in Latinam conuertit. Basileæ impressit Heruagius.

* *Annibalis* Montercentij, Scholia in statuta inclitæ ciuitatis Bononiæ, impressa sunt Bononiæ anno 1561. folio.

* *Annibalis* Patavini Musici liber primus Motetorum quinque & sex vocum, Venetijs apud Gardanum 1568. Eiusdem Missæ ibidem impressæ 1566. cum Cypriani Rose & Orlandi Missis.

* *Annibalis* Troyisij Cauensis, Commentarij super ritus magnæ curiæ vicariæ regni Neapolis.

Ansbertus in Apocalypsin, Coloniae, 1536.

Ansegisus abbas Lobiensis (œnobij), ordinis S. Benedicti, & postea Senonensis archiepiscopus, distinxit & comportauit Imperatorum Caroli Magni & Ludouici leges. Statuta ecclesiastica Caroli lib. 2. Leges mundanas eiusdem lib. 2. Statuta ecclesiastica Ludouici lib. 2. Leges mundanas eiusdem lib. 2. Omnia hæc impressa sunt ab

Heinrico Petri cum alijs legibus. Vixit anno Domini 840.

Anselmus Auelburgensis episcopus in Marchia, multa scripsit contra sectas monachorum, è quibus nonnulla citantur ab Illyrico in Catalogo restium veritatis. Vixit anno 1150.

Anselmus archiepiscopus Cantuariensis in Anglia, ordinis S. Benedicti, scripsit contra gentes, 30
Cur Deus homo li. 2. De incarnatione verbi contra Iudæos lib. 1. De conceptu virginali lib. 1. Prologion lib. 1. Monologion lib. 1. De spiritu sancto contra Græcos lib. 1. De casu diaboli lib. 1. De diuinitate sacramentorum lib. 1. De fermento & azymo lib. 1. De voluntate Dei lib. 1. De sancta Trinitate lib. 1. De pace & concordia lib. 1. De libero arbitrio lib. 1. De gratia & libero arbitrio lib. 1. Dialogum de veritate lib. 1. De similitudinibus lib. 1. De mensuratione crucis lib. 1. Meditationes de passione Domini lib. 1. De beata vita lib. 1. De beata sufficientia lib. 1. De bona occupatione lib. 1. De laudibus S. Mariæ lib. 1. Stimulum amoris lib. 1. Pro insipiente lib. 1. Contra insipientem lib. 1. De miseria hominis lib. 1. De Antichristo lib. 1. Dialogum Christiani & gentilis lib. 1. De octo beatitudinibus lib. 1. Dialogum de passione Domini, De membris Deo attributis lib. 1. De sacramentis & officijs diuinis lib. 2. Proverbia, id est, De domo conscientia lib. 1. In Hexameron lib. 1. Ad Lanfrancum archiepiscopum lib. 1. De Grammatico lib. 1. De S. Ioanne Baptista lib. 1. In assumptione S. Mariæ hom. 1. Ad Guilhel. Hirsaugien. epist. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. De peccato originali lib. 1. In omnes D. Pauli Apostoli epistolas enarrationes, impressas Coloniae anno 1533. Scripsit præterea (vt Ioan. Baleus in eius vita refert) De predestinatione lib. 1. De anime origine li. 1. De imagine mundi lib. 2. Dialogum de passione, Sed libros de imagine mundi alij Honorio incluto adscribunt. Claruit anno Domini 1061.

D. *Anselmi* commentaria in Mathæum, excusa sunt Antuerpiæ apud Ioannem Grauium, anno Domini 1551.

* D. *Anselmi* omnia quæ reperiri potuerunt opera, tribus distincta tomis, edita sunt Coloniae apud Maternum Cholinum 1573.

Anselmus episcopus Lucensis, reliquit monumenta in Hieremiam prophetam lib. 1. In psalterium quoq; li. 1. Contra Guibertum antipapam lib. 1. Et plures epistolas ad diuersos lib. 1. Claruit anno Domini 1080.

Anselmus Laudiniensis scholasticus, nouo expositionis genere vtriusq; Testamenti scripturas glossa interliniali & marginali ex patrum scriptis explanauit. Scripsit etiã in psalterium commentariorum lib. 1. & quasdam epistolas. Vixit anno Domini 1110.

* *Anselmi* episcopi Marficani, Vaticinia super statu summorum Pontificum Romane ecclesiæ, explanata à Paulo Scalichio. Coloniae 1570.

Anselmus Parmensis, scripsit magica quædam, teste Heinrico Corn. Agrippa.

20 *Anselmus* monachus Remensis, ordinis sancti Benedicti, natione Gallicus, scripsit Itinerarium Leonis Papæ lib. 1.

Anser poeta, scripsit Encomium M. Antonij, De hoc Anser Cicero in Philippicis, & Propertius in fine secundi, & Ouidius 11. Tristium, Cinnaq; procacior Anser.

Antagoræ poetæ carmina citantur à Diogene Laertio.

Anteus quidam citatur apud Plinium, qui in librum 12. & 13. Naturalis historiae quædam ex cutore mutatus est.

Anthemij cuiusdam liber περί παραδύσου μηχανήτων, Romæ extat. Anthemium Romæ consulem fuisse lego, sub Theodorico rege.

* *Anthemij* viri illustris, Comitis, Epistola ad gloriosum Theodoricum regem Francorum De obseruationibus ciborum, manu scripta extat apud Occonem medicum.

Antheri Papæ Decreta cum reliquis impressa Coloniae.

40 * *Anthes* Anthedonius ex Anthedone Bæotiaë hymnos condidit, vt ex Heraclide Plutarchus refert in libro de Musica.

Anthippi ἱστορικὸν & πολιτικόν citatur ab Athenæo.

Antias citatur à Plinio, vide Valerius Antias.

* *Antibius* philosophus Stoicus, Acalone natus, citatur à Stephano.

Anti-claudianus nomen est libri ab Alano conscripti, de quo supra.

50 *Anticlydes* scripsit περί νόμων De reuerfionibus, item Exegeticum, citatur ab Athenæo, Plinio lib. 4. 12. 13. & Clemete Alexandrino.

Antidami Heracleopolitæ historia Alexandri Macedonis item Antidamus in Moralibus, citatur à Fulgentio De priscais vocibus.

Antidori ἀντιδωρικὸν & πολιτικόν, citatur ab Athenæo.

* *Antigenides* Satyri F. Thebanus Musicus, auoedus Philoxeni. Hic calceis Mylefij primus vsus est, & in Comestatore Crocotum pallium induit. Scripsit carmina. Suidas.

Antigenis Iſtri historias citat Plutarchus in vita Alexandri Magni, & Plinius lib. 5.

Antigoni scripta, idem Plutarchus adducit in Romulo.

Antigoni regis epistolium ad Zenonem, apud Laertium lib. 7.

* *Antigoni* Macedonicam *ἁγίον*, Stephanus de vrbibus citat.

* *Antigonus* Italicus historię scrip. citatur à Festo.

* *Antigoni* mirabilium narrationum congeries Græce & Latine Guilhelmo Xilandro interprete, Basileæ apud Guarinum 1568. Citatur etiam *Antigonus* in Alterationibus ab Anton. Liberali.

* *Antigonus* Carystius in Antipatro, Zenone, Menedemo, Vitis, De phrasi *ἁγίον*. Citatur ab Athenæo, & in Pyrrhone à Laertio. Videtur autem Laertij ætate vixisse, is enim, *Antigonus* Carystius (inquit) in libro quem nuper de Zenone edidit.

Antigonus Cymæus, scripsit de Agricultura, vt Varro & Columella tradunt: huius scriptis vsus est Plinius lib. 8. 10. 14. 15. 17. & 18. libris Naturalis historię.

Antigonus fictor qui de sua arte composuit volumina, citatur à Plinio lib. 34. cap. 8. Idem lib. 35. cap. 10. eum de picturis scripsisse refert. Cæterum in Elencho 33. & 34. libri inter eos numerat qui de Toreurice scripserint: Videtur ex Plinio hunc vixisse Attali temporibus.

* *Antileo* in secundo de Temporibus, citatur à Laertio in vita Platonis.

* *Antilochus* scripsit de omnibus viris doctis à Pythagoræ ætate vsq; ad mortē Epicuri, quę fuit 10. mensis Octob. complectitur autem annos 312.

* *Antilochus* alter à superiore, cū mediocria quædam de Lyfandro carmina edidisset, delectatus ille, muneris gratia pileum impleuit argento. Plutarchus.

* *Antimachus* Colophonius, Hipparchi F. grammaticus & poeta. Quidam Panyasidis poetæ famulum fuisse, falso tradunt, eius enim & Stesimbroti auditor fuit. Vixit ante Platonem, Suidas. Hic cum Nicerato Heracleote certatim egit Lyfandria poemata: sed cum Nicerato coronam donasset Lyfander, Antimachus dolore percitus, scriptum à se carmen aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato, eius poeticum admiratus ingenium, qui superatam sese moleste ferebat, reuocatū mitigabat, ignaris ignorantiam malum esse præfatus, quemadmodum cæcitatē non videntibus. Plutarchus in vita Lyfandri. Scripsit præterea Thebaida siue expeditionem Argi uorum contra Thebanos, quod opus citatur à Pausania in Arcadicis, & Plutarcho in vita Homeri, & Athenæo, à quo etiam *ἁγίον* eiusdem citantur. Porro Stephanus de vrbibus citat Antimachum *ἁγίον*.

* *Antimachus* Psecas, poeta Melicus, id est, qui cantilentas seu carmina scripsit. Cognomentum sortitus à minuta pluuia, quod familiares disserendo paulatim quasi irrigaret, atq; doctrina sua aspergeret. Suidas.

* *Antimachus* historiographus alius à superioribus. Suidas.

* *Antimachus* alius Heliopolitanus, Aegyptius, Cosmopoeiam ortum siue conditionem mundi scripsit versibus heroicis 5780. Suidas.

Antiochus cuiusdā vrbis episcopus, scripsit contra auariciam lib. 2. De illuminatione cæci nati

lib. 1. Homilias ad populum plures lib. 1. & alia nobis incognita. Antiochi theologi veteris conaciones Græce extant Florentiæ.

Antiochus præfectus & consul sub Theodosio, contulit operam suam ad codicē Theodosianū.

Antiochus philosophus, Ciceronis & Varronis præceptor, scripsit librū ad Q. Lucium Balbum, De concordantia Peripateticorū & Stoicorum, teste Cicerone. *Antiochus* philosophus, scripsit De dijs immortalibus librum, ex quo historias quafdam recitat Plutarchus in vita Luculli.

Antiochi cuiusdam Græci Epigrammata tria, in secundo libro Florilegij.

Antiochi monachi liber Pandectes Græcus, Romæ seruatur. * Eiusdem ad Eustachium præfectum ciuitatis Ancyra Galatiæ, capita quædam Ethica, Græce extant in bibliotheca Regis Gallorum, m.

* *Antiochi* (nescio an eiusdem) De diuersis argumentis ecclesiæ admonitiones, Græce habentur in bibliotheca Regis Gallorum.

* *Antiochi* thesauri Apotelesmatum capita 107. Romæ extant in Vaticana bibliotheca.

* *Antiochus* Alexandrinus, De poetis mediæ comædiæ scriptoribus, citatur ab Athenæo.

* *Antiochus* Laodicensis Scepticus philosophus, citatur à Laertio in Pyrrhone.

* *Antiochus* Syracusanus, Xenophanis F. exorsus à Cocalo Sicanorum rege De rebus gestis Siculorum nouem volumina conscripsit, vsque ad Olympiadem 89. Diodorus Siculus 12. libro. Meminit eius & Pausanias lib. 10. *Antiochi* Xenophanis liber de Italia, citatur ab Hesychio.

Antiochus Tiberius De Cheiromantia scripsit lib. 3. ad Octavianum Vbaldinum Merchatellæ Comitem, impressos Moguntia, 1541. Claruit anno 1494.

Antipatri scriptoris Græci fragmentum De nuptijs, sermone soluto extat in Ioannis Stobæi collectaneis.

Antipatri poetæ epigrammata Græca circiter 90. extant passim in Florilegio Planudis, citra adiectionem cuius fuerit.

Antipatri Bostrensis episcopi sermo in natiuitate, habetur Græce in Italia.

* *Antipatri* cuiusdam theologi Sermones diuersi Græce extant in bibliotheca Augustana.

Antipater Macedo, Alexandri successor, scripsit Epistolarum lib. 2. in quibus vna est, qua de Aristotelis obitu scribit, cuius meminit Plutarchus in vita M. Coriolani circa finem, scripsit præterea historiam de Perdicæ gestis Illyricis, Et epigrammata, quæ in Florilegio extant.

Antipatri Sidonij epigrammata Græca 19. in Florilegio leguntur. Item non inuauē in Homerum epigramma, in Homeri vita, quæ Plutarchi vitis adiecta est in fine. Idem nobili epigrammate in Sappho, decimam inter Musas eam coaptat. Extempore innumerabiles penē versus faciebat, vt testantur Cicero & Quintilianus.

Antipatri Theffalonicensis epigrammata se decim leguntur in Florilegio.

Antipater Tarsensis, philosophus Stoicus, cuius Strabo meminit, citatur ab Athenæo in libris de superstitione & de ira.

* *Antipater* Tyrius, Stoicus philosophus, Diogenis Babylonij discipulus, vixit Ciceronis ætate, qui eius meminit 2. de Officijs, his verbis: Antipater Tyrius Stoicus, qui Athenis nuper est mortuus. Meminit huius quoq; Strabo. Scripsit De officijs, ac à Cicerone laudatur 2. & 3. Offic. Citantur etiam à Laertio eius libri, De mundo, De definitionibus, De anima. *περί κόσμου καὶ τῶν ἀποικισμῶν*. Præterea refert Cicero, primo De diuinatione Antipatrum Panætij doctorē Stoicum philosophum, scripsisse lib. 2. De diuinatione vel potius De Somnijs. Verum hic forte fuerit Tarsensis: nam Tyrius qui Ciceronis ætate vixit, non potuit Panætium discipulum habere, cum hic Africani præceptor fuerit. Citatur etiam à Plutarcho Antipatri liber De animalibus, non addito cognomine.

* *Antipater* historicus laudatur à Cicerone: est autem Cælius Antipater, De quo in C. litera.

Antipatri cuiusdam scripta citantur apud Plinium, qui in libro octauo Naturalis historię quædam ex his transcripsit.

* *Antiphanes* Bergæus Comicus, scripsit vt aiunt incredibilia, vnde prouerbiū ortū est *ἀντιφάνης*, id est, Nihil verū dicere. Stephanus de vrbibus.

* *Antiphanes* Demophanis F. aut Stephani et matris Oenox, Cianus: vel vt alij Smyrneus: secundum Dionysiu Rhodius, medię comædię Comicus, quibusdam autoribus seruii natus genere. Vixit Olympiade 93. scripsit comædias 365. vel vt alij 280: vixit 13. Filium habuit Stephanum Comicum & ipsum. Obijt in Chio annos natus 74. casu pyro ictus. Suidas. Ceterum Nicolaus Grebelius in Græcia sua, scribit Antiphaniem Larissæ in Thesalia natum medię comædię poetam, sed sub Demosthene in Atheniensium ciuitatem receptum, frequētius Atheniensem quàm Thesalum nominari. Ab Athenæo citantur Antiphanis fabulæ 105. Citatur & à Stobæo, & Plutarcho. Antiphanis poetæ de Baraulo testimonium, adducit Plutarchus in vita Demosthenis. Fabularum Antiphanis nomina quæ adhuc extant sunt hæc. Agroicus seu Butalion. Acolus. Acestria. Acontizomene laculo percussa. Aliuomene Piscatione capta. Alcestis. Antæus. Anteia. Arcadia: Arcas Harpazomene rapta. Archestrata. Archon seu princeps. Tibicen. Tibicina. Aphrodisus, Veneris *ἡρώς*. Bacchæ. Bæotia. Bæotius. Bombylion. Butalion. *Γαμοί* nuptiæ. *Γαμοί*. Ganymedes. Gyrtades. Gorgythus. Deucalion. Didymi. Duplex. Drapetagogus Fugiuorum dux. Dyserotes In amore infelices. Dyspratus. Dodona. Seipsum amans. Euthydicus. Zazynthus. Thamyras. Thombycion. Thoryci. Medicus. Equites. Cæneus. Karne. Hortulanus. Cytharædus. Cleophanes. *Κνοβίδης* seu *ἰάσπυρος* ventricosus. Corinthia. *Κόρη*. Cretenses. Cyclops. *Κουισθιδία*. *Κάρνη* & *κίρη*. Lampas. Lampon. Leonides. Lepniscus. *Λέπνισκος*. Lemniæ. Lydus. Lycon. Milanion. Metragyrtes. Malorum osor. Monumenta. Mæchi. Mystica seu initiata. Adolescentes. Pullus *πύλλος*. Similes. Germani. Cognomines. Omphale. Puerorum amator. Parasitus. De scortis quæ sunt Athenis. Diuites. Poesis. Ponticus.

πρόβλητος. Problema. Progenitores. Exhortatorius. Samus. Sappho. *σκηρίσις*. Scytha. Miles vel *τιμωρ*. Timon. Vulneratus. Tritagonistes. Tythenus. Hydra. Hydria. Somnus. Philæærus. Thebanorum studiosus. Philometer. Philopator. Philotis. Physiognomicus. Chrysis.

* *Antiphanes* de ijs quæ inuenta sunt, citatur à Clemente Strom. 1.

Antiphani Byzantij poetæ epigrammata leguntur in Florilegio Planudis, quæ cum sint septem, in vno tantum nomen gentile Byzantij additur.

Antiphili epigrammata 27. in Florilegio.

Antiphili Byzantij epigrammata 8. ibi dem.

Antiphon Philocrus citatur apud Fulgentium in Mytholog.

Antipho Atheniensis haruspex, & versificator & rhetor, dictus Logomagirus, quasi verborum coquū dicas. Suidas: & paulo post, Antipho Atheniensis coniector De interpretatione somniorum scripsit.

* *Antipho* Rhamnusus, orator antiquissimus, præcepta dicendi tradidit, teste Fabio. Huius orationes feruntur 60. ex quibus 25. falso illi attribui scribit Cecilius. Hic cum sub Platone esset, pecunię studio vnà cum Pisandro scripsit comædias. Artem quoq; medendo dolori composuit carmine, vt quemadmodum ægris à medicis curatio petitur: sic ille liber his qui dolore prementur medicina esset. Illi etiam attribuitur liber De poetis à Glauco Rhegino scriptus. Imprimis autem laudatur liber quem de Herodoto, & contra Erasistratum de simulachris, & is quem de acufatione pro seipso scripsit, & is quo Demosthenem ducem accusat. Scripta quoque ab eo contra Hippocratem medicū oratio. Vitam eius scripsit Plutarch. & Philostrat. Orationes eius quæ hodie extant, impressæ sunt ab Aldo cum aliorum orationibus Græcis. Antipho de Concordia alicubi apud Suidam citatur. Stobæus quoq; & Plutarchus citat Antiphonem. Laertius etiã in Pythagora citat Antiphonis librū de his qui in virtute principes fuere. Athenæus citat Antiphonis Politicum contra Alcibiadem, Georgica & de Pauonibus. Omnia autē hæc ad Rhamnusium Antiphonem videntur referri posse, nisi forte Georgicorum & de Pauonibus libri alius autor fuerit, quod facile crediderim.

Antisthenes Atheniensis, Socratis discipulus ac Cynicæ & Stoicæ philosophiæ autor quodammodo, 10. tomos conscripsit, qui hoc ordine recensentur à Laertio. Primus in quo de dictionibus siue figuris. Aiakis oratio de Vlysse. Isographus aduersus Isocratis *ἀμαρτυροῦν*. Secundus De animalium natura. De procreatione filiorum, De sophistis. Exhortatorius primus, secundus, tertius, de Theognide quinto. Tertius, De bono, De iustitia, De fortitudine, De lege siue republica, De lege siue de honesto & iusto, De libertate & seruitute, De fide & curatore, De interrogatione, De victoria. Oeconomicus. Quartus, in quo Cyrus, Hercules maior siue de fortitudine. Quintus, Cyrus siue de regno, Aspasia. Sextus, in quo veritas, De differendo, Sathon de contradictione tres, De locutione, Septimus, De disciplina

Plina siue de nominibus quinq; De moriendo, De vita & morte, De his quę sunt apud inferos, De vsu nominum siue contentiosus, De interrogatione & responsione, De opinione & scientia quatuor, De natura duo, Interrogatio de natura duo, Opiniones siue contentiosus, De addiscendo problemata. Octauus De musica, De expositoribus, De Homero, De iniustitia, De Chalcante, De exploratore, De voluptate. Nonus, De Odyssea, De virga Mineruę, siue de Telemacho, Helena & Penelope, De Protheo, Cyclops siue de Vlisse, De vini vsu, siue de ebrietate, siue de Cyclope, De Circe, De Amphiarao, De Vlisse & Penelope, De cane. Decimus, Hercules siue Midas, Hercules, siue de prudentia, siue de fortitudine, Dominus siue amans, siue exploratores, Menexenus siue de imperio, Alcibiades, Archelaus siue de regno. Eius Cyri allegantur ab Athenæo, & liber Victoriarum, Suidas inter Antisthenis tomos primum fuisse tradit Magicum, in quo narratio sit de Zoroastre, illius doctrinę audire, quod opus alij Rhodoni, alij Aristotelis ascribant. At Ajax & Vlisses Antisthenis Gręce extant ad S. Antonium.

Antisthenes citatur subinde ab Arati commentatore, & à Plinio lib. 36.

Antisthenes Rhodius, alius ab hoc, historias cōscripsit. * Hic fortē est qui de successione philosophorum scripsit, quem sæpe citat Laertius: Citat etiam Phlegō Antisthenem philosophum Peripareticum, quem eundem arbitror.

* Antisthenes Thasius qui cum Nearchō nauigauit, citatur à Strabone lib. 16.

Antistij epigramma quoddam in Florilegio.

Antistius Labeo I. C. scripsit probabiliū lib. 8. Posteriorum lib. 10. His libris etiam Tribonianus ad suos legum centones vsus existimatur. Citantur eius scripta sæpe apud Plin. lib. 10. Labeonis (nescio an eiusdem) scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog. * Antistij Lab. Commentarij iuris pontificij, lib. 9. 10. 11. & 15. citantur à Festo. Huic Quinti prenomen additur. Citat etiam Gel. Labeonis Commentarios ad XII. tabulas, nullo addito prænominis, & Antistij Labeonis libros post mortem eius editos, qui posteriores inscribuntur. Item libros ad prætoris edictum.

Antistius Pollio Iulij Cæsaris vitam & res gestas descripsit.

Antoclidis Exegetica citat Plutarchus in vita Nicę.

Antoninus archiepiscopus Florentinus, ordinis Prædicatorum, scripsit historiarum siue chronicorum opus, excusum Lugduni, & Norimbergę per Antonium Koberger, anno D. 1484. Item opus de eruditione Confessorum, impressum Memmingę anno 1483. Capita sunt 49. Eiusdem tractatus De censuris ecclesiasticis, De sponsalibus & matrimonijs, impressi sunt olim Lugduni in folio, chartis 28. Eiusdem summa casuum conscientię lib. 4. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. * Eiusdem summa confessionis, quę tres libros complectitur, quorum primus subdiuiditur in 3. partes: secundus dicitur Interrogatorium; tertius est De restitutione

bus. M. Dresserus. m. Eadem Vettetij est impressa 1572. in decimosexto.

Antonini Augusti Itinerarium ex Aldi officina prodijt: postea Lugd. editum est & ab Henrico Stephano Parisijs cum fragmento eiusdem & indice, vānit 5. solidis Gallicis. Præterea Antuerpię anno D. 1545. excusum est cum Berosō & alijs autoribus, ac Ioannis Annij Viterbiensis explicationibus. * Eiusdem exemplaria 2. manu scripta, vnā cum Aethici Cosmographia apud Iosiam Simlerum extant.

* Antonini liber in τῆν νασὶ ἀνδρῶν. Vide M. Anton.

Antonini episcopi Constantiniensis ad Arcadium, actū in exilium à Genserico rege Vandalorum, consolatoria, Henricus Petrus Basileę 1528. in Antidoto hæreseon.

* Antonij opusculum ἀπὸ τῶν νοσούντων ἀδίας: Græce manu scriptū habetur in bibliotheca regis Gall.

Antonij epigrammata 2. Græca extant in Flor. Antonius de Alexandro, scripsit in primum librum codicis Iustiniani. Item Consilium in materia feudali.

Antonij Amicernini Epitaphium in M. Musurum legitur in imaginibus Pauli Iouij.

Antonius Andreas, scripsit super 12 libros Metaphysicorum quæstiones, excusas, vt videtur, anno 1495. Parisijs. Item quæstiones sex principiorum super arte veteri.

Antonij Angli sententię ex sanctis patribus collectę, impressę sunt Vuittenbergę in 8.

Antonius Arena Prouincialis de Bragardissima villa, de Soleris, ad suos cōpagnones studiantes, qui sunt de persona friantes bassas danias in galanti stilo bisognatas, cum guerra Romana totum ad longum sine require, & cum guerra Neapolitana, & cū reuoluta Genuensi, & guerra Auentionensi, & epistola ad fatotissimam garfam pro passando lo tempus. Liber scriptus ab autore studioso iuris Auinione, anno 1519. versibus elegiacis, dictionibus Latinis & Gallicis ridicule permixtis. Eiusdem opus de bello Malsiliensi.

Antonius Antimachus, quære M. Antonius Antimachus.

* Antonius Auerarius, Mediolanensis, Carmelita, Baptistę Mantuani discipulus, scripsit Sermones de virtutibus, impressos anno 1509. Mediolani. Artium epitomen. Epistolas & carmina.

Antonius Augustinus I. C. Hispanus, scripsit Emendationum & opinionum in iure lib. 4. Ad Modestinum, siue de excusationibus librum singularem. Venetijs apud Iuntas, & Basil. per Ozporinum impressum. His libris maxima pars iuris ciuilis ex Florentinis Pandectis emendatur & declaratur. * Idem Constitutiones quę desunt in Codice Iustiniani plerasque Græce & Latine edidit, additis Paratitlis: liber impressus est in Hispania Ilerdę in 8. Præterea ex eius bibliotheca optimi authores quamplurimi emendatiore in lucem prodierunt: vt Leges Rhodiorum nauales, militares, Georgicę Iustiniani. Sexti Pompei Festi libri.

Antonius Baueria, scripsit Consilia medicinalia, ex quibus quędam de thermis Iuntę impresserunt Venetijs, anno Domini 1553. cum diuersarum autorum scriptis de balneis.

P. Man. l. 1. Ep. p. 20.

Antonius Bauerus super institutiones. Lugduni anno D. 1523.

Antonius Becharia Veronensis, Dionysij Afri poema de situ orbis Latine reddidit oratione prosa. Hein. Petrus excudit Basil. 1534. Idem (ut puto) transfudit vitam Pelopidae apud Plutarch.

Antonius Bellinus sacerdos, Nominum & Verborum inflexus explicauit, & grammaticos canones emendauit. Idem librum conscripsit De ratione studij.

Antonius Bendinellus Lucensis, conscripsit Vitam Scipionis Africani minoris. Florentie excudit Torrentinus, anno D. 1549. octobr. 9.

Antonius Beniuenius, De abditis nonnullis ac mirandis morborum & sanationum causis scripsit librum, impressum Basil. apud Cratandrum anno D. 1529. vna cum Scribonij Largi compositionibus medicis.

* *Antonij* Bergae Taurinensis, Paraphrasis, & disputationes selectae, in libros Aristotelis De ortu & interitu. Augustae Taurinorum ex officina Francisci Dulcij 1568, in 4.

Antonius Bernhardus Mirandulanus, scripsit Institutionem in vniuersam Logicam, nempe in libros Perihermenias, priora & posteriora Analytica. Item Commentarium in eandem, in quo rationem reddit, cur non ab ipsis decem generibus ut hactenus factum est, sed a libro De interpretatione, logicae docendae initium sumperit. Affert autem in hoc commentario argumenta, quibus ostendat, doctrinam quae in libro praedicatorum habetur, ex Aristotelis sententia, non esse partem logices, verum librum praedicatorum esse metaphysicum, ac de metaphysica modo quodam extractum esse, ac post logicam repositum, quandoquidem eorum quae in illo libro continentur, notitia praexigatur ijs, quae in naturalibus traduntur. Praeterea Apologiae libros octo, quibus hanc suam sententiam defendit, & primo ac secundo libro *Antonij* Genuae, tertio *Vincenij* Madij, quarto *Ludouici* Buccaferrei, quinto sexto & septimo *Iacobi* Iacomelli, postremo complurium argumentis simul respondet. Impressi sunt hi eius libri, Basileae a Ioanne Heruagio, anno D. 1545. in folio chartis 111.

* *Antonij* Bernar. Euersio singularis certaminis.

Antonij de Bitonton fratris Minoris sermones Dominicales. Ioan. Gruningger excudit Argentinae anno Domini 1495.

Antonius Boidus, scripsit super Rub. velt. nou. 50 impo. in primo Codicis.

Antonius Bonfinis, ciuis Asculanus & Recin. Hermogenis de arte rhetorica libros cum Aphthonij Sophistae Praeexercitamentis Latinitate donauit, ad Matthiam Vngariae regem. Gryphius excudit Lugduni 1538. Scripsit etiam rerum Vngaricarum Decades 3. id est, libros 30. ad Vladislaum regem, demum industria Martini Brenneri Bistriciensis Transyluani in lucem editas, vna cum coronide Historiae Vngaricae Michaelis Riccij, P. Callimachi Experientis, & T. Alexandri Cortesij. Basileae apud Rob. Vuinte, anno 1543. Transfuisse etiam dicitur libros Philostrati De vitis Sophistarum, & quaedam in Horatium conscripsisse. * Eiusdem De pudicitia coniugali &

virginitate dialogi tres, nunc primum ex bibliotheca Sambuci prolata, & Basileae excusi sunt, anno 1572. octauo. Item rerum Hungaricarum Decades quatuor cum dimidia, (quarta & dimidia nunc demum Ioannis Sambuci studio in lucem prolata) excusae sunt ab Oporino. 1568.

Antonius Bononia Beccatellus, vide *Antonius* Panormita.

Antonij de Brixia sermones, impressi in Italia.

10 *Antonij* Broickuuy a Konnickstein, Observationum regularis Nouimagensis Gardiani, enarrationes in 4. Euangelia, Eucharius Coloniae anno Domini 1539. excudit.

Antonius Bruciolus vtrumque testamentum ex veritate Hebraica in Italicum sermonem vulgarem transfudit. Opus impressum apud Lucanonium Giunti, Venetijs, anno D. 1532.

Antonius Brun cantilenas quasdam composuit, quas Ioannes Petreus cum alijs quibusdam impressit Norimbergae.

Antonius de Burges Hispanus, scripsit super 3. Decretal. De emptione & venditione, librum impressum Papiæ 1411.

* *Antonius* Busennius Bredanus, Commentarios scripsit in Galenum de inaequali temperie: impressos Antuerpiae anno 1553.

Antonius de Butrio, natione Italus, patria Bononiensis, 1. C. edidit in iure super Decretalibus lib. 5. super Clementinis lib. 1. Repertorium iuris canonici lib. 1. Repertorium iuris ciuilibus lib. 1. Consilia elegantissima lib. 1. De emptionibus & venditionibus, De notario lib. 1. Huius opera impressa sunt Venetijs, anno Domini 1532. Claruit autem anno 1408.

* *Antonij* Caceris Patieci, Hispani, in haeresarchas orationes quatuor. Ad reginam Galliae & regni proceres duae: ad principes Germaniae vna: ad populum Germanum vna. Romae 1570.

* *Antonij* Caij tractatus substitutionum, impressus Venetijs 1568. cum Commentarijs Angeli super Institutionibus.

Antonius Campanus episc. Aprutinus, scripsit De vita & rebus gestis Andree Brachij Perusini, Italicæ olim militiae imperatoris strenuissimi libros 6. excusos Basileae apud Nicolaum Brilingerum, anno D. 1545.

* *Antonij* de Caputis, Commentarius super constitutionem de iure protomiseos, seu iure congrui.

* *Antonij* Capytij, Decisiones regij consilij Neapolitani. Idem ni fallor. Alibi nominatur, Ferd. *Antonius* Capytius.

Antonius de Canario I. C. scripsit de insinuationibus, De excusatore, De executione instrumentorum, De executione sine mandato.

Antonij Carchesij in aliquot illustres Imperatores Disticha, Graecos, barbaros, Romanos, Germanos, Ioannes Scotus cum alijs distichis excudit Argentorati, anno D. 1546.

60 *Antonius* Castor medicus, citatur apud Plin. qui in 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27. Naturalis historiae lib. multa ex eo descripsit.

* *Antonij* Caucij Grammatica Gallica, suis partibus absolutior, quam vllus ante hanc diem ediderit. Parisijs anno 1570. in 8.

Antonius Cermifonus, medicus, præceptor Sa-
nonarole, scripsit consiliorum lib. 1. & De vrinis.
* Antonij Chalmetei Vergefacis Chirurgicum
Enchiridion, externorum morborum remedia
cum vniuersalia tū particularia breuissimè com-
plectens. Eiusdem morbi venerei curandi metho-
dus probatissima.

Antonij Codri Vrcei opera, quæ exant, omnia
impressa Basileæ apud Heuricum Petrum, anno
D. 1540. Sunt autem hæc: Sermones, seu oratio-
nes quindecim multiplici eruditione refertæ, vi-
delicet. 1. De metamorphosi humana, in beluas.
2. In enarratione Rhetorices ad Herennium &
Lucani. 3. In laudem Homeri. 4. Vtrum ducens
da sit vxor. 5. In laudem Aristotelis. 6. De men-
daci mortaliū vita. 7. Rursus in laudem Home-
ri. 8. In eundem. 9. In laudem vitæ pastoriciæ.
10. In laudem literarum Græcarum. 11. In Hæso-
dum. 12. De medio, siue de mediocritate virtu-
tum parente. 13. In laudem liberalium artium.
14. In laudem virtutis. 15. Pro iuvene quodam
ad magistratus Bononienses. Epistolæ vndecim
partim familiares, partim Grammatici argumē-
ti. Sylvarum libri duo cum præfatione Philippi
Beroaldi iunioris, mirè hoc opus collaudante. Sa-
tyræ duæ. Egloga vna. Epigrammatum lib. 1.
Præter hæc, Aululariam Plauti, multis carmini-
bus additis expleuit.

* Antonij Columbani Practica criminalis.

* Antonij Columbetti, Cōsiliatores super C. Eius
dein Singularia & cauelæ. Fortè hic idè est cum
Ant. Columbano.

Antonius Comes, quære M. Antonius Maio-
ragius.

* Antonius Cookus Anglus, eques auratus, &
quondam Edoardi VI. Anglorū regis vnā cum
Ioanne Checo institutor, fertur complura scri-
psisse, quorum nihil adhuc sub illius nomine in
in publicum prodijt.

Antonius Constantius Fanensis, scripsit Com-
mentaria in Ouidij libros Faſtorū, impressa cum
alijs in eundem autorem commentarijs, Basileæ
per Heruagium, anno 1550.

* Antonius Contius I. C. scripsit librum Subſeci-
uarum lectionum, editum Lugduni apud Anto-
nium Vincentium. De ſucceſſione ab inteſtato.
Variarum queſtionum lib. 1. In Inſtitutiones no-
tas. De pactis futuræ ſucceſſionis, ac præſertim
de pactis ſomnariæ, inter patrem & filios ad L,
pactum quod dotali. C de pactis, Biturigibus an-
no D. 1571. octauo. & alia quædam. Corpus iu-
ris Canonici, collatione veterum & authentico-
rum codicum, illustrauit & emendauit, Antuer-
piæ imprimebat Plantinus 1570. in 8.

Antonius Cope, vir equeſtris, Britannice ſcri-
psit ad Angliæ reginam Catharinam, Elucidatio-
nes in 20. Pſalmos Dauidicos. Claruit anno Chri-
ſti 1548.

Antonius Cornazanus Ferrariensis, orator &
poeta, inter cetera vitam & obitum Deiparæ vir-
ginis copioſè & luculenter cecinit: Elegias quæ-
dam, atq; poemata varia emiſit, ſcripsit & oratio-
ne ſoluta vitam Bartholomæi Colonei imperato-
ris Venerorum maximi, orationes quoque plu-
rimas, atque alia quædam.

Antonij Cornelij Lynnichani oratio, qua oſtē-
dit cuiuſmodi eccleſiæ principes, pontifices, ſa-
cerdotes, & paſtores eſſe debeant, habita Colo-
niæ anno D. 1521, & ibidem impreſſa anno 1535,
in Faſciculo Ortuini Gratij.

Antonij Coronel expoſitio ſuper libro poſte-
riorum Ariſtorelis, inſertis queſtionibus, impreſ-
ſa eſt Pariſi, in domo Oliuerij ad ſignum D. Bar-
baræ, chartis 4. in folio. Sunt autem in iſto opere
(vt autor in epilogo libri ait) tantum duodecim
capita primi poſteriorum expoſita, & circa ſecū-
dum librum, motum eſt tantum vnum dubium,
in primo eius capitulo. Floruit anno D. 1510.

Antonius Corsetus I. C. ſcripsit De materia
Treblianica, De priuilegijs paciſ, Fallentias ad
regulam, quod ſpoliatus ante omnia debet reſti-
tui. Item tractatum De poteſtate regia, De bra-
uiuo, De deciſionibus gem. Repertorium in Pa-
norm, & quædam alia.

Antonij Coruini Zytogalli, opera Latina, quæ
nos vidimus (nam & Germanica quædā edidit)
hæc ſunt: Argutiſſima quæq; apophtegmatā ex
Eraſmi Roterodami opere ſelecta, inq; commu-
nes locos redacta, in commodum iuuentutis, præ-
ſertim Goſtarianæ. Impreſſa Magdeburgi 1537.
Augustini & Chryſoſtomi Theologia ex libris
eorundem deprompta, inq; communes locos di-
geſta circiter 67. Halæ Sueuorum 1539. Poſtilla
in epistoſas & Euangelia, cum de tempore, tum
de Sanctis totius anni, Cephalæus excudit Ar-
genſorati anno 1540. & 1548. Expoſitio Decalo-
gi, Symboli apoſtolicī, & Dominicæ precatio-
nis ad captum puerorum in dialogos redacta, a-
pud Ceruicornum Marpurgi 1537. Colloquiorū
Theologicorum libri tres, in commodum theo-
logiæ candidatorum ſcripti. Cephalæus Argen-
ſorati 1539. Antitheſes veræ & falſæ eccleſiæ, a Lu-
thero Germanice ſcriptas, Latine reddidit, libel-
lus impreſſus in 8. anno D. 1541. Eiuſdem episto-
la de anabaptiſtis Monafterienſibus, inſerta eſt
libro Gaſtij de anabaptiſmo.

* Antonij Cunchij Inſtitutionum iuris cationi-
ci lib. 4. Venetijs 1564. in octauo. Ita habet bi-
bliothecæ Oporini catalogus. Fortè tamen An-
tonij Concij legendum eſt.

Antonij Democharis Reſſonei in 8. libros To-
picorum Ariſtorelis Hypomnema, impreſſum
Pariſijs 1534. apud Colinæum. * De veritate
Chriſti nec nō corporis & ſanguinis eius in Miſ-
ſæ ſacrificio, aduerſus hæreticos aſſertio Pariſijs
1570. in 8. Chriſtianæ religionis inſtitutionisq;
D. N. Ieſu Chriſti & apoſtolicę tradiſionis, aduer-
ſus Miſoliturgorum blaſphemias, ac nouorum
huius temporis ſectariorum impoſturas, præcia-
pue Ioan. Caluini & ſuorum contra ſacram Miſ-
ſam, Catholica & hiſtorica propugnatio. Pariſi.
1562 in fol. Idē Demochares Decretis canonicis
Paratiſta præfixit, ſingulis diſtinctionibus & cau-
ſarū queſtionibus: & numeros adiecit lib. & cap.
ex quibus Decretorum opus concinnatum eſt.

* Antonij Dionyſij Durbuti ſcholia in vniuer-
ſam Cornelij Valerij Syntaxin conſcripta: item
braue poema in gratiam iuuentutis ſtudioſæ, an-
no D. 1571. Louanij.

Antonius Eparchus Cercyræus aliquot Poly-

bij historiarum libros nondum aut Græce aut Latine euulgatos, in Latinum sermonē transtulit.

* *Antonius* Epicureus scripsit librum *πρὸς τὸν Ἰδρίαν μάκαριν*. Galenus in libro De dignotione & cura propriorum affectuum.

Antonius Faber Ferrariensis scripsit in præfationem Plinij.

Antonius Fauentinus medicus, Aphorismos Hippocratis carmine reddidit. Idē scripsit in posteriora Analytica Aristotelis commentarios: Et de vno & ente epistolas 4. contra Ioan. Picum. Eius etiam epistola ad Ioan. Franciscum Picum, cum eiusdem scriptis impressa est.

* *Antonius* Fidei, Florentinus, Carmelita, scripsit *Quæstiones theologiæ* lib. 1. De fide catholica lib. 1. Ad plebem conciones li. 1. Claruit anno D. 1370. Martinus Persona.

* *Antonius* Fizherbert, legum peritissimus, & iudex primarius in Anglia, pro patriarum legum studiosis, scripsit *Epitomen legum Anglicarum*. Præterea De agricultura lib. 1. & alia nonnulla. Claruit anno 1330. Baleus.

Antonius Florellus Mutinensis, descripsit vitam Iacobi Sadoleti, quæ edita est Lugduni cum epistolis Sadoleti, apud Gryphium. Eiusdem liber De autoritate ecclesiæ editus est in Italia. Cui eleganter respondit Cælius Secundus Curio. Scripsit præterea quædam Italice.

Antonij Florentini De ornatu mulierum.

* *Antonius* Foquelinus Veromanduus, Aristotelicæ philosophiæ Parisijs in Prellæo collegio professor, scripsit in Auli Persij Flacci Satyras commentarium absolutissimum ad Petrum Rammum, qui impressus est Parisijs apud Vuchelū, anno D. 1555. in quarto. Scripsit etiam in Tit. de vulgari & pupillari substitutione. Vuchelus excudit in octauo.

Antonius Fortolus Ioseriensis, Galeni commentarios transtulit De dissectione venarum, arteriarum, & neruorum, stylo satis eleganti. Libellus excusus Basileæ 1529.

* *Antonij* Francanciani Bononię in loco eminentis scientiæ feliciter legentis, Tractatus de morbo Gallico impressus Venetijs cum Gabrielis Fallopij libro de eodem morbo.

Antonius Francinus Varchiensis, Italus, multos vtriusque linguæ autores castigauit, & additis præfationibus, Florentiæ in officina Iuntæ imprimendos curauit.

* *Antonij* Francisci De doctoribus, Additiones super lecturas abbatis Panormitani super decretalibus. Eiusdem Additiones super Alexandrum Tartagnum Imolensem.

Antonius Fumanelus Veronensis, medicus, scripsit omnium februm & dignoscendarum & curandarum absolutā methodum. Item consilium Chirurgicum, de caluariæ fractura, pectoris atq; pulmonis vulnere, ac inflammatione, historiam & curandi rationem pro vrinæ reddendæ difficultate & angustia. Item, An mineralis aqua vrinæ conueniat difficultati, in quibus omnibus totius artis medicæ vniuersalia ad particularium exercitationem, summo eiusdem candidatorum vsu deducuntur. Præterea de balnei ferrati facultatibus, ferri quæ natura, De balneis aquæ simpli-

cis, omnia tū præfatione Hieronymi Gemusæ: impressa Basileæ in officina Ioan. Oporini 1543. Eiusdem liber De balneorum aquæ ferratæ facultatibus, & præsertim Calderianæ, ab autore emendatus quibusdam etiam adiectis, impressus est Venetijs apud Iuntas, anno Domini 1553, cum aliorum scriptis de balneis. Eiusdem de compositione medicamentorum generis cuiusque ad morbos diuersos liber. Item de pestis curatione liber. Excusi sunt Venetijs apud Hieronymum Scotum anno D. 1548. * Eiusdem varia opera ad profligandos morbos conducentia, edita sunt Tiguri anno 1557. in folio. Præterea etiam eius Opera medica impressa sunt Parisijs à Morelio in folio, sunt autem hæc De vita & moribus Galeni. De senum regimine siue salubri victu. De balneis. De vino. De rosarum facultatibus. De compositione medicamentorum. De febris curandis. De pestis curatione. De lepra & elephante. De rheumate. De capitis vitione. De caluariæ fractura, vicijque pectoris & pulmonis. De ventriculi affectibus. De recrementis, De sanguinis reiectione, pulsus intermissione, sonitu & grauedine in imo pectoris. De vitij in pene & vesica. De remouenda sterilitate. De totius corporis virium imbecillitate. De calculo & varijs eius generis morbis.

Antonius Fumeus iurisconsultus, scripsit de eo quod interest, liber impressus apud Gryphium Lugduni, item De coniunctionibus, De substitutionibus.

* *Antonij* Gabrielij Romani, sacre aulæ consistorialis Decani, ac fisci Apostolici aduocati, Cōmunes conclusiones in septem libros dispositæ, Venetijs apud Amadorum anno 1570. in folio & Lugduni 1571.

Antonius Gaizo scripsit De somno & eius necessitate, libellum chartarum ferè 4. impressum cum libro Constantini Africani.

* *Antonius* Galatheus, medicus Italus, docte quædam & eleganter scripsisse fertur, quæ an publica sint nescio. Meminit eorū Bellisarius Aquiuus Neritiorum dux in fine libellorum suorum, vbi etiam ipsius Antonij Epistola habetur. Eiusdem liber De situ antiquæ lapygiæ, impressus Basileæ à Perna in 8. Item liber De situ elementorum ibidem impressus cum Sebastiani Foxij libro eiusdem argumenti.

Antonij Galli de ligno sancto non permiscendo, item in imperitos fucatosq; medicos, libri simul excusi Parisijs apud Cholinæum anno Domini 1540. vaneunt quatuor solidis Gallicis. Idē promisit libros De anima, Dialogos de risu, ac plerisq; alijs, De re seplasiaria, De ordine resolutiuo, quæ an edita sint ignoramus.

Antonius Gardane musicus quasdam modulationes composuit, quæ sub titulo fructus, cum aliorum quorundam modulationibus impressæ sunt Venetijs, apud Hieron. Scotum anno 1549.

* *Antonij* Garronis iurisconsulti in titulum Pomponij De origine iuris erudita commentaria, vna cum Gilberti Cognati Nozereni de legalis studij ratione epistola, & Iustiniani legibus de re rustica, &c. Oporinus excudit Basileæ anno Domini 1543.

Antonius Gazius Patavinus, medicus, scripsit librum De sanitate tuenda, quem Coronam floridam appellavit. Liber constat capitibus trecentis, excusus Lugduni 1514. Item libellus, Quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant: Henricus Petri Basileæ in folio cum alijs quibusdam anno D. 1541. Floruit anno 1504.

Antonius Gaynerus, natione Papiensis, medicus doctor, scripsit De egritudine stomachi lib. 1. De febre lib. 1. De ægritudinibus in generali lib. 10
1. De pleuresi lib. 1. De fluxibus lib. 1. De arthritica in iuncturis lib. 1. De passionibus calculi lib. 1. In tertium Auicennæ lib. 1. De ægritudinibus capitis, De peste, De venenis, De ægritudinibus matricis, De balneis, De ægritudinibus iuncturarum, antidotarium, Impressa Lugduni cum additionibus Io. Falconis. Eiusdem De balneis Aquæ civitatis antiquissimæ liber, excusus est Venetijs apud Iuntas, cum aliorum scriptis De balneis. Claruit anno Domini 1440.

* *Antonius Genfræus Gallica lingua descripsit* Aulam Turcicam Othomanicamque imperium, quem librum nuper Vuilhelmus Codexenus in latinam linguam conuertit. Basileæ anno Domini 1573.

Antonius de S. Georgio iurisconsultus, scripsit De appellationibus.

Antonius Geraldinus Protonotarius Apostolicus & poeta laureatus, scripsit Bucolica sacra 12. eglogis, in quarum nouem prioribus vitam Christi, in reliquis missionem spiritus sancti, vltimum iudicium, & vitam beatam describit, impressæ sunt à Thoma Anselmo Phorcæ anno Domini 1507. & Basileæ à Roberto Vuinter, anno Domini 1544. & Lipsiæ à Valentino Schumanno quaternionibus quatuor. Scripsit præterea De regum Hispaniæ rebus gestis vario carminum genere, Fastos quoque elegiaci carminæ, Heroum hymnos lyricis versibus, Martyrum gesta & sacra mystica versibus heroicis, vt de seipso autor testatur. Eius oratio habita Romæ 1486. in obsequio canonice exhibito per illustrem comitem Tendillæ, & protonotarium Metimnensem, & ipsum Geraldinum, nomine Ferdinandi regis & Elizabeth reginæ Hispaniæ, Innocentio VIII. P. M. Impressa est Romæ (opinor) sesquicharta.

* *Antonius de Giscandis, Lombardus, professio* ne Dominicanus, & inquisitor Taurinensis, scripsit Resolutiones dubiorum Euangelicorum lib. 2. qui impressi extant. Vixit anno 1490.

* *Antonij Gomezij olim in Academia Salmantina iuris ciuilibus professoris, Commentariorum* variarum resolutionum iuris ciuilibus communis & Regij tomus tres: Primus vltimarum voluntatum materiam continet: Secundus contractuum: Tertius delictorum, cum annotationibus Emanuelis Soarez. Venetijs anno 1572. in 4. & Francofurti 1572. in folio.

Antonius Goueanus Lusitanus epigrammata quedam scripsit, & epistolas quatuor: Gryphus impressit Lugduni, anno 1539. Virgilij opera castigauit, & Terentij comædijs suis versibus restituit, quæ idem Gryphus excudit anno D. 1541. Porphyrij quinque vocum introductionem transtulit eleganter admodum, eodem anno apud Gry

phium. Lutetie in lucem dedit Enarrationem in Ciceronis orationem contra Vatinius testem: & criticam logices partem, certans cum Marci Tullij topica. Scripsit etiam commentarios in Ciceronis Topica, impressos Parisijs. Item in duos priores libros epistolarum ad Atticum, ibidem impressos, anno Domini 1543. Item in libros de legibus, ibidem impressos apud Thomam Richardum. Respondit etiam ad Petri Rami calumnias pro Aristotele, anno D. 1543. Pollicetur præterea commentaria in Terentium, & integræ Aristotelis organi conuersionem. * Idem scripsit plurima in iure, vt Libros variarum lectionum, De substitutionibus ad legem Falcidiam, ad L. Gallus, & alia quædam vno volumine impressa Lugduni in folio, apud Antonium Vincentium. In Iff. veteris in titulo De iurisdictione omni iudicium.

Antonius de Gradis vel Garaldis: scripsit tracta tum De febribus. Item in nonum Almanforis, Consilia medica, De balneis Patavinis libellum, impressum Venetijs à Iuntis, cum aliorum scriptis de balneis.

Antonius Guaynerius, Vide Ant. Gaynerus.

* *Antonij Guæimei aut Cynari* (vtrumque enim nomen scribitur in Oporiniana bibliotheca) Epistola ad Francisc. Balduinum apostatam in 8.

Antonius de Gueuara, episcopus de Mondegnetto, Hispanus, prædicator, Chronista, & consiliarius Cæsaris, scripsit vernaculo sermone epistolas, quibus multa ex sacris profanisque literis, aliaque varia lectu digna continentur. Prima pars continens epistolas 61. Impressa est Venetijs anno D. 1545. in 8. à Dominico Gazulo nobili Hispano, in Italicum sermonem eodem anno conuersa. Extant huius authoris etiam alia quædam scripta, nempe de M. Aurelio, De principe Christiano, & quædam alia.

* *Antonius Guibertus Costalius, Tholosæ, scripsit* super 2. ff. veteris in tit. De iure dotium.

* *Antonius Gylbi Lincolnienfis, scripsit contra* Stephanum Gardynerum Vintoniensem episcopum: Librum Anglica lingua inscriptum, Aduersus diaboli sophisticen: Commentarios in Micheam, & in Malachiam. De electione & reprobatione lib. 1. De libero arbitrio lib. 1. Quosdam etiam libros in Anglicam linguam transtulit. Claruit anno 1557.

Antonij Halici epistola, Quibus præiudicijs in Baden Helueriorum sit disputatum. Item septem conclusiones Ioannis Eccij, cum responsionibus Hulderici Zuinglij. Libellus impressus est octerionibus duobus.

* *Antonij Hemertij Paracelsi afflictæ mentis, sue De patientia* lib. 3. Antuerpiæ in 16.

* *Antonius Hermannus Gogaua, Grauiensis, è* Græco hos autores in Latinum sermonem vertit, Ptolemæi Astronomica (ni fallor.) Eiusdem Harmonicorum lib. 3. Theonis Smirnei de mathematicis rebus à Platone vsurpatis lib. 2. Aristoxeni de Musica lib. 3. Sereni Cilindrica lib. 2. Nicomachi Geraseni Musicam. Proclum in Alcibiadem Platonis primum, & in Parmenidem. Io. Curopalate hist. de vitis 20. Imp. Rom. à morte Niceph. Ex his quædam Venetijs impressa sunt.

* *Antonij Houei De temporis nostri statu dia-*
logus in octauo.

* *Antonius Hulstius De stadio cursoris Christia-*
ni æternæ vitæ metam sub leui Christi onere
præhendentis. Antuerpiæ Ioannes Bellerus an-
no Domini 1556.

Antonius Ianuensis, ordinis fratrum Eremitarum
S. August. scripsit figurarum moralium lib. 1. Flo-
ruit anno Domini 1418.

* *Antonij Iekinsoni tabula Rusiæ edita Lon-*
dini 1562.

Antonius Klumpius physicus Vberlingensis,
scripsit De peste Britanica libellum, vt refert Ioa-
chimus Schillerus eius discipulus.

* *Antonij a Konigstein Concordantiæ breuior-*
res omnium ferè materiaram ex sacris Bibliorū
libris. Colonia 1550. octauo. Eiusdem Enarratio
nū mentio fit in catalogo bibliothecæ Oporini.
Item Postillæ impressæ Colonia 1549.

Antonius Lenas annotationes quasdam in Va-
lerium Maximum reliquit.

* *Antonij Liberalis Transformationum con-*
geries Græce & Latine, Guil. Xilandro interpre-
te. Basileæ 1568. in octauo.

Antonij Ludouici medici Vlisiponensis quæ-
dam opera in medicina extant, impressa Vlysi-
ponæ 1540. Item eiusdem libri quinque De occultis
proprietatibus, Problematum libri quinque,
opus absolutum, iucundum, & varium. * Idem
scripsit librū De pudore, in quo multa pulchra
& recondita ex varia & frequentissima Græco-
rum historia deprompta referuntur. Præterea
vertit in Latinum Michaelis Pelli philosophi al-
legorias tres, in Tantalum, Sphingem, & Cir-
cem. Item Teletem de comparatione diuitia-
rum & paupertatis. Item Soradé, Quod vita plu-
rimis plena malis, & alia quædam plurima. An-
tuerpiæ impressit Michael Hillenius 1537.

Antonij Lollij (aliàs Lullij) Gemmianensis, ora-
tio habita in funere D. Philippi Cardinalis Mati-
conensis, impressa est in Italia cum Ant. Mancinelli
Rhetorica.

Antonius Lollius (nescio an idem cum priore)
edidit Orationem de circuncisione Domini.

Antonij Lulli progymnasmata rhetorica ad
Franciscum Baumensem; excusi sunt Basileæ per
Ioannem Oporinum, anno Domini 1550. Item
anno 1551. auctiora, & Lugduni 1572. Eiusdem
præparatio Græca in Basilij Magni libellum De
exercitatione grammatica, ab eodem excusa est
anno Domini 1553. De oratione liber Basileæ a-
pud Henricum Petri.

Antonij Luschi Vincentini Enarrationes in o-
rationes Ciceronis, pro P. Quintio, lege Mani-
lia, A. Cluentio, L. Valerio Flacco, P. Sylla, A. Li-
cinio Archia, Cn. Plancio, P. An. Milon, M. Mar-
cello, Q. Ligario, rege Deiotaro: impressæ sunt o-
lim cum Alconio Pædiano Parisijs, & Basileæ ab
Oporino, cum aliorum in omnes orationes Ci-
ceronis commentarijs, anno D. 1553.

Antonij Maij, funebris quædam oratio excusa
est in Italia.

Antonius Mancinellus, insignis Grammaticus,
scripsit Venetijs circa annum Domini 1490. vbi
& opera eius impressa reperiuntur, Scribendi o-

randiq; modus: Vocum proprietates ex Donato,
Aulo Gellio, Alconio Pædiano, Macrobio, Rhetorici
Ciceronis, Tusculanis quæstionibus, Vegetio de re militari,
Capro, Pompeio Festo, Nonio Marcello, Tullio, de Natura deorum,
Tullio de Diuinatione, Lactantio Firmiano. Epitoma
seu regulæ cōstructionis, hoc ordine: Personalia
verba, Impersonalia, Aduerbia localia, Infinita,
Gerūdia, Supina, Distributiuā, Partitiuā, Relati-
ua, Interrogatiuā, Comparatiuā, Superlatiuā, Partici-
pia, Figuræ. Summa declinationum quinque,
De patronymicis varijs, Vnus, totus, solus, &c.
De numeralibus, De compositis è duobus rectis,
recto & obliquo, è duobus genitiuis. A qui &
quis deducta. Composita pronomina. Thesaurus
de varia constructione verborum & nominū
iuxta ordinē alphabeti, Spica voluminum qua-
tuor, de declinatione, iisdem ferè capitibus & or-
dine, vt supra in summa declinationum, iisdem
quoque versibus repetitis: sed hic nulla est prosa
oratio, & meris constat hexametris. Carmen de
generibus nominum. Carmen de præteritis. Car-
men de supinis. Versilogus hexametro versu. Car-
men de floribus, id est, electis vocabulis. Carmen
de figuris: vnamquaque figuram versibus expli-
catam, scholia sermone soluto sequuntur. De poe-
tica virtute. Carmen de vita sua, patria, parentia-
bus, & studijs: Laurentij Vallensis epitome, por-
tusque elegantia: Lima eiusdem. Rhetoricen ad
Herennium esse Ciceronis, assertio. Commen-
tariolus in rhetoricæ ad Herennium primum li-
brum. Speculam de quatuor virtutibus carmine
heroico, Gymnicus excudit Colonia. Commen-
tarij in Vergilij Bucolica & Georgica, cum Ser-
uij, Christophori Landini & aliorum commen-
tarijs, impressi Venet. 1520. Præter enumerata ha-
ctenus opera, extant eiusdem autoris epigram-
mata quædam, Libellus de arte, Donatus melior,
Commentarius in Odas Horatij, Commenta-
rius in carmen Epodon, & Seculare carmē, Com-
mentariolus in Somnium Scipionis, Lexicon de
verborum significatu, centiloquium, Ioan. Tor-
tellij lima quædam, annotationes in Suetonium,
excusa, & in Iuuenalis Saryras. Antonij Mancinelli
Latini sermonis emporium, in quo pleraque
è Terentio alijsque probatissimis autoribus col-
lecta exponuntur, excusum est Venetijs apud Fr.
Bindonum anno D. 1550.

* *Antonij Margaritæ ludæi, professoris Lipsen-*
sis, Enarratio ceremoniarum Iudaicarum, im-
pressa Germ. in 4.

* *Antonij Mariæ Betti, Practicæ vespertinæ. Bo-*
noniæ 1562.

Antonij Mariæ egloga impressa ab Opor. in 8.

Antonius Maria Comes Maioragij, vide Mar-
cus Antonius Maioragius.

* *Antonij Mariæ Coratij tractatus de commu-*
ni V. I. Doctorum opinione, constituenda, atten-
denda, & penis recedentium ab ea. Venetijs an-
no D. 15572. octauo.

* *Antonij Mariæ Venusti Tergestinatorum medi-*
ci, Consilia medica: in quibus vera quædā consul-
tandi methodus proponitur, multi morbi cū suis
causis & signis considerantur, multæ & arduæ
quæstiones medicæ pertractantur. Venetijs 1571.

Antonij Mariæ Vifdomini liber De ocio & Sybyllis. Adiecti sunt etiam varij elegi. Liber impressus Bononiæ, anno 1500. Idem scripsit Commentaria in Tragœdias Senecæ.

Antonij Marinarij professionis Carmelitanæ theologi, De consonantia Iesu Christi & prophetarum libri tres: Parisijs impressi anno redemptionis nostræ 1541.

Antonij Massæ Gallefij ciuis Romani, tractatus De bonæ fidei iudicijs. De exceptionibus. De vsu iudiciorum palatij pontificij. Excursus Venetijs apud Tramezinum anno 1549. * De duello. De exercitatione iuris. Ad formulam cameracæ. Ibidem impressi. De exercitatione iuris, seu iuris peritorum lib. 3. impressi quoque sunt Argentinæ, & Colonia 1554. Tractatus ad formulam cameracæ obligationis, in quo omnia quæ ad hoc genus pertinent doctè & eleganter explicantur impressus est Lugduni 1556. Scripsit prætereâ, Practicam. Præfationem seu præparationem in iuris ciuilibus institutionibus. De amore. De transugis. De furis. Allegationes pro abbatibus ex congregatione Casinensi, editas Venetijs 1562.

* Antonij de Martheis Tractatus prorogationis fori, & competentie præuentionis & iuris reuocandi domum, reconuentionis, ac rerum transmissionis.

* Antonius Meierius conscripsit Epitomen rerum Flandricarum, siue comites Flandriæ, Heroico carmine, ex Annalibus Iacobi Meieri patris sui. Item Cameracum, Encomium vrbs ac populi Cameracensis. Antwerp. Steelsius anno D. 1556.

* Antonij Melij monachi De potestate absoluedi & dispensandi.

* Antonij Médozæ liber Hispan. De nouo orbe. * Antonij de Meti Perioche septem Galeni libr. methodi. In 16.

Antonij Militiani carmina in mortem Platine, impressa sunt in fine operum ipsius Platine.

Antonius Mizaldus, scripsit Phænomena siue tempestatum signa, quatuor Aphorismorum sectiunculis methodice concinnata. Lutetiæ excudebat Reginaldus Calderius, anno D. 1546. Meteorologiam siue rerum aeriarum commentarium, Lutetiæ apud eundem excusum, anno Domini 1547. Cometographiam, De crinitarum stellarum natura & portentis lib. 2. cū catalogo amplissimo hactenus visorum cometarum, & quid portenderint. Lutetiæ excudebat Christianus Vuechelus anno Domini 1549. Aesculapij & Vranie medicum simul & astronomicum ex colloquio coniugium. Lugduni impressit Ioannes Tornæsius, anno Domini 1550. Planetologiam rebus astronomicis medicis & philosophicis refertam, Lugduni excudit Matthias Bonhomme, anno 1552. Sphæræ seu Cosmogr. lib. 3. figuris & demonstrationibus illustratos. Lut. excudit Guil. Cauellat, anno D. 1552. Zodiacum siue 12. signorum cæli hortulum lib. 3. concinnatum. Lutetiæ impressus liber apud Carolam Guillardam anno D. 1554. Planetarum collegium, ibidem & eodem anno editum. Catalogos septem sympathiarum rerum aliquot mundi. Lutetiæ excudit Iacobus kerner anno Domini 1554. Memorabilem na-

turæ arcanorum sylvulam, idem impressit. Hortum auxiliarem Lutetiæ anno 1565. in octauo. De arcanis nature libros quatuor. Ibidem 1558. in 16. Annotationes in 3. Galeni librum De diebus decretorijs. Aphorismorum Hippocratis sectiones septem in totidem classes iuxta communes medicinæ locos digessit, & annotatiunculis breuibus illustrauit. Scholia in Galeni librū De infirmorum decubitu ex astrologica sententia: cui Hippocratis liber eiusdem planè methodi socius alter additur: & tertius insuper Mercurij Trismegisti. Seleniacum seu medicum de Lunæ opusculum, centum morborum ac remediorum Aphorismis concinnatum. Conciliatio medicorum & Astrologorum in controuersia dierum decretoriorum. Rerum agri secreta pauperibus eque ac diuitibus iucunda & vtilia, Lutetiæ 1560. in 8.

* Antonij Moekeri Hylthesheimij, Hylthesia Saxonie vere & proprie à prima origine, vnà cum alijs rebus memorabilibus, ad præsentia vsq; tempora deductis. Francofurti 1573.

* Antonij Mollinij liber De diuersa hominum natura cognoscenda, prout à veteribus philosophis ex corporum speciebus reperta est, Lugduni in 8. anno 1549. Idem Mollinius Q. Serenū veteris & optimi exemplaris ope adiutus emendauit.

Antonius monachus & abbas, natione Aegyptius, distauit Aegyptiaco sermone ad diuersa cœnobica Apostolici sensus atq; sermonis varias epistolas, e quibus extat insignis illa, ad Arseniōtas, epist. 1. ad alia cœnobica epist. 6. quæ impressæ sunt Basileæ ab Henrico Petri anno 1551. cum alijs quibusdam veteris ecclesiæ theologorum opusculis. Eius vitam Beatus Athanasius episcopus Alexandrinus insigni volumine Græco sermone descripsit. Claruit anno D. 330.

Antonius Monachus, scripsit opus, quod Melissam, id est apiculam inscripsit, quod Froschouerus Tiguri vnà cum translatione Gesneri, & seorsim etiam Græce impressit.

Antonij de Montulmo, artium ac medicinæ doctoris, liber De iudicijs natiuitatū, illustratus additionibus Ioannis de Monteregio, impressus est Norimbergæ, anno D. 1540. à Ioan. Petreio, quaternionibus tridecim, cum tractatu Lucæ Gaurici De natiuitatibus.

* Antonius Moralius episcopus, Meschuacanenensis, scripsit annotationes in Benedicti Ariæ rhetoricorum libros. 1572. Antuerpiæ.

Antonij Musæ De herbe Betonicæ remedijs 4.7. ad M. Agrippam libellum, restitutum per Gabrieleum Humelbergium, & commentarijs illustratum, Froschouerus Tiguri impressit, cum L. Apuleij libro De medicaminibus herbarū. Eiusdè De bona valetudine conseruanda instructio ad Meccœnatem suum, libellus excusus est Norimbergæ anno 1538. cum alijs quibusdam. remediū ad anginam à Musa scriptum Galenus lib. 6. cap. 2. De compositione secundum locos recenset.

Antonius Musa Brasauolus medicus Ferrariensis, scripsit Examen omnium simplicium medicamentorum: Liber impressus Romæ, anno 1536. deinde Lugduni. Item in octo libros aphorismorum Hippocratis & Galeni expositionem, Commentaria & annotationes, Opus excusum Basile-

leæ in officina Frobeniana, anno 1542. De syrups
 pis librum, excusum Lugduni 1540. per dialogũ
 inter ipsum Antonium & Pharmacopolam te-
 nem. Scripsit præterea multa alia utilissimè, quo-
 rum bona pars in lucem prodijt, reliqua expectan-
 tur. Sunt autem hæc: Vita Iesu Christi seruatoris
 Italica lingua, in qua paraphrastice quatuor E-
 uangelistas interpretatur, Dialogus quod mori
 nemini placeat. Muricis encomium, De cœna
 & prandio. De temperie Ferrariensis aeris. De
 laudibus dialecticæ. De ordine librorum logi-
 cæ. De utilitate & necessitate Logicæ. De sup-
 positionibus secundum antiquos. Commentaria
 in Paulum Venetum. Phœnix in Porphy-
 rium. Porphyrij Panoplia, in qua defenditur
 autor ab his qui ex professo illum reprehens-
 dunt. Commentarij in prædicamenta Aristote-
 lis. In librum de interpretatione. In posteriora
 analytica. In libellũ Boetij de diuisionibus. Com-
 mentaria in librum Auerois de substantia or-
 bis. In libros physicorum Aristotelis. In libros
 de anima. Commentaria in aphorismos Hippo-
 cratis, quæ post primam editionem ad incudem
 reuocauit. Commentaria in prognostica. In li-
 bros de ratione victus in morbis acutis. In libros
 epidemiorum. De simplicibus medicamentis.
 De syrups. De pilulis. De medicamentis cathar-
 ticis. De electuarijs non soluentibus. De sief, id
 est collyrijs. De suffiph, id est pulueribus. De o-
 leis. De ceratis. De vnguentis. De emplastris,
 De trochiscis. De loch, id est linctibus, vel ecleg-
 maribus. De aquis. De infusionibus. De deco-
 ctionibus. De proprijs medicamentis humores
 educentibus, tam simplicibus, quàm compositis,
 & de eorundem præbendorum modis ac dosi. In
 dex copiosissimus in Galeni opera ex secunda
 luntarum editione Venetijs, anno D. 1551. Exa-
 men eius omnium electuariorum, puluerum &
 confectioinum catharticozum, Vincent. Valgri-
 sius excudit Venetijs, anno D. 1548. octern. 9.
 Quorum 3. primi historiam continent capti &
 supplicio afficiendi Pauli Manfroni propter in-
 sidias aduersus ducem, et quomodo dux ei vitam
 donauerit, sed in carcere retinuerit. Examen om-
 nium trochiscorũ, vnguentorũ, ceratorũ, empla-
 strorum, cataplasmatũ, collyriorũ & sief, quorũ
 Ferrariæ vsus est, impressum est Venet. apud Lun-
 tas, 1551. Examen omnium Loch, id est linctuũ:
 Suffuff, id est puluerum, aquarũ, decoctionum,
 oleorum, quorum apud Ferrarienses pharmaca-
 polas vsus est: vbi de morbo Gallico etiam dili-
 gentissimè copiosèq; tractatur, Venetijs excude-
 runt Luntæ, anno D. 1553, octern. 37. & dimidio.
 Antonius Musa (alius à Brasauolo) orationem
 recitauit in solenni cõuentu Lipsig, quæ edita est,
 De immẽsis Dei erga genus humanũ beneficijs.
 Antonij Negulanti de Fano, De pignoribus &
 hypothecis, liber impressus Lugd. anno 1535.
 Antonius Nicellus I. C. scripsit, Quo casu cita-
 tio non valeat, De glosis contrarijs & earũ accor-
 dantijs. Item cõcordantias contrarietatu Bartoli.
 Antonius dictus de Padua, natione Hispanus,
 Vlyssiponensis ordinis minorum, scripsit Sermo-
 nes de tempore lib. 2. Sermones quoq; de sanctis
 lib. 1. Claruit anno Domini 1230.

* Antonij Pagani, Veneti, Tractatus de ordine,
 iurisdictione & residentia Episcoporum: in quo
 agitur de Episcopatus, & aliorum Ecclesiastico-
 rum graduum distinctione, varietate, iure, insti-
 tutione, dignitate, potestate & iurisdictione. Præ-
 terea De necessaria Prælatorum præsentia ac pa-
 storali cura. Atque tandem omnium eorum quæ
 circa hæc materiam in Concilio Tridentino iam
 decreta sunt, plena discussio continetur. Vene-
 tijs apud Bologninum Zalterium anno Domini
 1570. in quarto.

Antonij Panormite De dictis & factis Alphon-
 si regis Aragonum libri quatuor, excusi Basileæ
 apud Heruagium 1538. cum Acneæ Syluij Com-
 mentarijs, quæ capitatum cum Alphonfinis con-
 tendunt, & Iacobi Spiegelij scholijs. Eiusdem E-
 pistolarum libri quinque, orationes duæ, carmi-
 na præterea quædam quæ ex multis ab eo scriptis
 colligi potuerunt, impressa sunt Venetijs, anno,
 Domini 1553. in quarto. Nominatur hic in inscri-
 ptione Antonius Bononia Beccarellus cognom-
 merito Panormita. *Bozz. Florent. n. m. p. 62. b.*

Antonius de Parma, ordinis Camaldulen. prior
 generalis, scripsit Sermones de tempore lib. 1. Ser-
 mones de sanctis lib. 1. Sermones per quadrage-
 simam lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Do-
 mini 1420.

Antonius Parthenius scripsit (ni fallor) Com-
 mentaria in Catullum.

Antonius de Petruccia scripsit De iureiurando
 lib. 1. secundo Digesti vet.

* Antonij Philothoi de Homodeis Compilatio
 decretorum & canonum Concilii Tridentini, in
 sex libros iuxta materiarum affinitatem distin-
 cta. Venetijs 1566. in octauo.

* Antonius Pinetus Gallica lingua descripsit &
 iconibus exhibuit quamplurimas (vt titulus hæ-
 bet) iam Europæ quàm Africa, Asia & noui or-
 bis regionum, vrbium, oppidorumq; tabulas.

* Antonius Pius de Placentia, martyr, scripsit Iti-
 nerarium. Arnoldus Bostius. Videndum an hoc
 sit Itinerarium Antonini: an liber aliquis alius, et
 forte theologicus.

Antonij Pij loca septuaginta correctæ in iure, im-
 pressa sunt Bononiæ in 4.

Antonij Pocquij Libertinorum Anabaptista-
 rum sectæ, asseclæ, concio legitur in libello Calui-
 ni contra Libertinos.

* Antonius Polus Venetus ædidi aliquot axio-
 mata atq; disputauit Patauij 1558.

Antonius de Prato Tridentinus, scripsit librum
 De Republica, De feudis, De secundis nuptijs,
 Repertorium in Bar. *Sals. lib. 6. p. 8.*

* Antonij de Prætis, Clypeus pastoralis. De iurisdictione
 episcopi: Hic in lureconsultorum in-
 dice seorsim ponitur ab Antonio de Prato.

Antonij Raberij tabule in Grammaticam, Rhe-
 toricam & Dialecticam. Item in Galeni libros
 De sanitate tuenda excusæ sunt à Ioan. Oporino.

Antonius Rampigollis Neapolitanus heremita,
 Repertorium Bibliorum scripsit, secundum
 ordinem alphabeti, impressum in Germania o-
 lim in quarto. 1710

Antonius Raudensis quædam edidit, contra
 quæ scripsit Laurentius Valla.

* Antoa

* *Antonius Reuchlinus* edidit *Lexicon Hebraeae linguae*, in quo singula capita Hebraicarum concordantiarum, in linguam Latinam conuertit. *Henricus Petri* impressit *Basileae*. Idem ex libris *Eliæ Leuitæ* viginti tabulas Hebraicarum institutionum collegit, quibus addidit exegesis in 6. *Psalmos Davidis*, lib. ibidè impressus in folio.

* *Antonij Riccoboni Rhodigini*, *Commentarius*, in quo per locorum collationem explicatur doctrina librorum de inuentione, Partitionum oratoriarum, Topicorum, Oratoris ad Brutum, Librorum de oratore. *Venetijs* apud *Ioan. Barileum* in 8. anno 1568. Eiusdem *Oratio de legum laudibus* eodem anno ibidem impressa. Eiusdem *Commentarius de historia*, cum fragmentis *M. Portij Catonis*, *Q. Claudij Quadrigarij*, *L. Sisenæ*, *C. Cæspii Salustij*, *M. Terentij Varronis*, ab eodem *Riccobono* collectis, vna cum scholijs eiusdem. *Venetijs* anno 1568.

* *Antonius Rondineilus*, *De Syndicatu official.* 20

Antonius Rosellus, natione *Tuscus*, vtriusq; iuris professor eximius, scripsit *De monarchia mundi* lib. 3. in legibus tractatus varios, & alia cõplura, tractatum *De potestate imperatoris ac papæ*, & *Concilij*: & an apud papam sit potestas vtriusque gladij, & *De materia Conciliorum*, impressa *Venetijs* 1487. scripsit item *De successione*, *De legitimatione spuriorum*. *Vixit* anno. D. 1467.

Antonij Rubei commentaria in iure, impressa. *Super ff. Nou. De acqu. rer. do. l. Ea quæ civiliter*, parag. post mortem. 30

* *Antonij Sacromori*, *Additiones ad Formularium terminorum*, seu *Registrorum*, secundum *Stilum Romanæ curiæ*. *Venetijs* 1570.

Antonius Salamanca Hispanus, picturas statuarum, columnarum, colossorum, templorum, theatrorum, arcuum, portarum, sepulchrorum, quæ *Romæ* ex antiquitate adhuc visuntur expressit, *Georgio Fabricio* referente in *Roma sua*.

* *Antonius à Sancto Angelo Patavinus*, scripsit *super ff. de verb. oblig. super l. stipulationes non di.* 40

* *Antonius Saporta*, *Decanus vniuersitatis Mõpelienfis*, vir doctiss. multa scripsit quæ nondum sunt ædita, *De cura tumorum præter naturam*, *De cura vlcerum & vulnerum & quædam alia*.

Antonius Saxanus scripsit funebrem orationem, habitam in exequijs illustrissimæ *Margaritæ Austriæ principis*, *Broaci sepultæ*. Quæ est excusa cum *Guilielmi Paradini* *De antiquo Burgundiæ statu* libello, *Basileæ* apud *Ioan. Oporinum*, anno 1549. Eiusdem *Oratio ad Clementem VII. PP. super ipsius in Galliam aduentu*. *Lugduni à Gryphio* excusa 1534.

* *Antonij Scandelli*, *Cantiones Germanicæ* quatuor & quinque vocum, impressæ *Norimbergæ*. Eiusdem alius liber quatuor vocum, ibidem: item 4. & 5. & 6. vocum. *Drestdæ* 1570.

* *Antonius Schnebergerus Tigurinus*, medicus, scripsit *Catalogum plantarum Latino Germano Polonicum*. *De remedijs particularibus contra pestem*. *De tuenda militum valetudine*. *De multiplici salis vsu* libellum *Cracouiæ* impressum anno Domini 1562. Promittit etiam *de aeris vsu* librum. *Bacchanalia* quæ inscribuntur, 60

Gemma amethystus, siue *carbūculus Aethiops*, & alia quædam. *Claruit Cracouiæ* in *Polonia* circa annum 1570.

Antonius Sconhouius, *Eutropij V. C. historię Romanæ* libros x. integritati suæ post tot corruptissimas editiones restituit, impressos *Basileæ*, apud *Oporinum*, anno Domini 1546. Idem, *Dignitatum omnium administrationumq; tam ciuiliū, quam militarium librum* edidit in octauo. Expectamus ab eodem commentaria in *Cæsarem*, & multa alia.

Antonius Schorus scripsit *De ratione discendæ docendæque Latinæ & Græcæ linguae* libros 2. in quibus epistolas quasdam *Ciceronis & Isocratis Parænesim ad Demonicum* exempli loco interpretatur, *Rihelius* excudit *Argentorati*, anno D. 1549. octernionibus 21. & dimid. Eiusdem phrasas *Latinæ linguae*, ratioq; obseruandorum eorum in authoribus legendis, quæ præcipuam vim ac singularem vsū habent, *Heruagius Basileæ* impressit, anno Domini 1550. octernionibus 43. Promiserat librum *De arte iungendæ orationis*, *De differentijs*, *De particulis*, *De lingua Latina*, & alia quædam: sed morte præuentus anno 1552. obiit *Lausannæ*. Eiusdem *Thesaurus verborum linguae Latinæ Ciceronianus* in vsū & gratiam *studiosæ iuuentutis* collectus, editus est *Argentinae* 1570. in quarto.

* *Antonij Sebastiani Minturni*, *Orationes Tridentinæ de officijs ecclesiæ præstandis*. *Venetijs* 1564. in 8. Eiusdem poemata ibid. impressa.

* *Antonius Senensis Lusitanus primus* in lucem edidit *Expositionem S. Thomæ Aquinatis in Genesim*. *Antuerpiæ* 1573. octauo.

* *Antonij Stellæ* *elogia Venetorum nauali pugna illustrium*, liber primus. *Venetijs* anno 1558. in 8. Eiusdem, *vita Bernardi Iustiniani Patricij Veneti*. *Ibidem* anno 1551.

Antonius Stupanus Reticus auxit *dispensatorium medicamentorum compositorum Nicolai*. *Impressum Lugduni* 1543. Item *Albohazen Hali filij Abenragel* libros octo *De iudicijs astrorum ad Latiniorem elocutionem* redegit, quos *Henricus Petri* excudit *Basileæ* anno Domini 1551. in folio. *Obijt peste Basileæ* anno D. 1551.

Antonius Syluiolus Parisien. poeta & orator in signis, scripsit *comœdias plures: elegiarum lib. 1. epigrammatum li. 1. dialogos plures & graues*. *De Venetis triumphum*.

* *Antonius Tassara* *De notariorum excessibus erroribus atque peccatis*.

Antonius Thomas Sauius medicus, *Phalaridis epistolas à Francisco Aretino* translatas, ad *Græcū exemplar* contulit & emendauit. *Lugduni* impressit *Ioan. Tornæsius*, anno. 1550. in 8.

Antonius Thylesius Cõsentinus scripsit *De coronarū generibus* apud antiquos *commentarium*, excusum *Coloniæ* anno 1531. *Libellum De colorib.* *Basileæ* in fine *Actuarij De vrinis*, apud *Cratandrum*. *Cyclopem hexametro carmine*, & *Galateã elegiaco*: *Tiguri* apud *Froscho*. 1531. Item *Idyllia siue poemata sex*, videlicet *Aeneam*, *Lucernam*, *Thetin*, *Charites vel Fraga*, *Arundinem*, & *Prometheum*. Eius item *imber aureus* *Tragœdia*, *Idyllia siue poemata 7. Cyclops*, *Gala*

tea, Lucerna, Arundo, Aeneas, Araneola, Cicin-
dela, excusa sunt cum eius commentarijs De Co-
loribus & Coronarum generibus, Basileæ apud
Ioan. Oporinum, 1545. Eiusdem poemata Ro-
mæ anno Domini 1524. excusa apud F. Minia-
tium Caluum, quaternionibus octo, hæc sunt,
Cyclops, Reticulum, Hortulus, Galatea, Lucer-
na, Tibia, Nautarum labor, Parma, Turris de
cælo percussa, Aeneas, Nænia de obitu patris.
Scripsit etiam carmine De ortu Archintorum.

* Antonius Tibaldeus Ferrariensis patricius,
poeta clarissimus in Latina & Italica lingua, pro
vno epigrammate hendecasyllabo in laudè Leo-
nis X P P, dono habuit quingentos aureos. Oz-
bijt Romæ 1537. Carmina eius Italica ipso viuen-
te spreta postmodum sunt, vt Louius in eius elo-
gio refert: at epigrammata Latina approbata.
Ex eius epigrammatis quædam in Louij imagini-
bus leguntur.

Antonius Torquatus scripsit prognosticò, De 20
maximis mutationibus regnorum.

Antonium Tudertinũ Des. Erasmus in Cice-
roniano suo nominat, vt qui scripserit aliquid.
Transtulit autem ex Plutarcho, vitas, Pompei,
Timoleonis, Agidis & Cleomenis.

Antonius Tunicius quædam scripsit carmine.

Antonius Vacca scripsit in Auicennam teste
M. Gatinaris.

* Antonij Vaccæ à Capitefiliis Imolensis I. C.
Expositiones locorum obscuriorũ in Pandectis. 30

* Antonius Valerius medicus, Iacobi Hollerij
De morbis internis libros duos, De febribus, De
Peste, De remedijs *narà rónus* in Galeni libros &c.
edidit, cum suis in eisdem libros exercitationi-
bus. Parisijs 1571.

Antonius Venutus Notensis opusculum De
agricultura Italice scripsit, impressum Venetijs
anno Domini 1537.

Antonij de Vercellis sermones, excusi.

* Antonij Vessodi Grammaticarum institutio= 40
num lib. 5. Græcolatine. Impresi.

Antonius Volscus Priuernas, scripsit commen-
taria in Ouidij Nalonis heroides, impressa Me-
diolani, anno Domini 1495. in folio cum Domi-
tij Calderini commentarijs in Ibin. Scripsit etiã
commentaria in Propertiuũ, vt refert Franciscus
Floridus Sabinus, cum reprehendens in suis li-
bris succisuarum lectio-num.

* Antonius Vfillus I. C. scripsit Regiæ constitu-
tionis ad curiarum præsidialium auctoritatem 50
pertinentis, breuem & dilucidam expositionẽ,
impressam Lugduni à Rouillio, anno Domini
1556. Item commentarios ad Titulum De actio-
nibus quarti libri Institutionum ciuiliũ in 4.
anno Domini 1568.

Antonius Vuied scripsit tabulam Lithuanix et
Moscouix Antuerpiæ impressam.

Antonius Zanctanus scripsit libellum illustrium
Romanorum, ex nummis antiquis depictum,
quo nihil fieri potest in eo genere elegantius aut 60
perfectius, vt in Roma scribit Georgius Fab.

Antonius Zeno Policola, Venetus, scripsit librũ
De natura humana, & De embryo ad Senatũ po-
pulumq; Venetum, impressum Venetijs anno
1491. Item 7. lib. planetarum nominibus inscri-

ptos, De reliquis humanæ vitæ ætatibus.

Antonij Zimarræ, quere M. Antonius Zimarra.

Antylli multa fragmenta passim in libris Aec-
tij proferuntur, videlicet, De insolatione, operi-
mento arenæ, alijsq; fomentis, Quomodo vena
incidenda, De incisionis magnitudine, De figura
diuisiois. De cucurbitulis, De purgatione, chirur-
gia euerfionũ genarum, De dysenteria. Eius frag-
menta aliquot leguntur apud Io. Stobgũ sermo-
ne 99. De Sanitate inscripto: videlicet, De discrimi-
mine aeris secundum diei partes, De differentijs
in ipso aere, De differentijs quæ habentur in sin-
gulis anni partibus, De locis & differentia aeris
secundum ipsos, De quatuor auxiliorum gene-
ribus, De aeris differentijs, & rursus de iisdem
iuxta partes mensium.

* Anutius Foefius Mediomaticus, medicus, fea-
cit Pharmaco poëiam medicamentorum omniũ
quæ hodie officinis in vsu sunt, impressam in 8.

Anyte Tegeatis poetria, canem Locridem epi-
taphio celebrauit. Pollux. Epigrammata eius 17.
Græca extant in Florilegio.

Aonius Palearius Verulanus, scripsit De ania-

morum immortalitate libros tres versibus heroi-

cis excusos apud Gryph Lugduni anno D. 1536.

Et Basileæ apud Io. Oporinum, cum pijs aliquot

poetis anno 1551. Scripsit præterea epistolarũ

libros quatuor, orationes duodecim, Primam in

L. Murenam ad iudices, qua Ciceronianæ respõ-

det, & studiũ iuris defendit, Secundam pro Ana-

tonio Bellante, ad iudices reipublicæ Senensis. 3.

Pro seipso, ad P. C. reipublicæ Senensis. 4. De lau-

dibus eloquentiæ, ad Lucenses. 5. De reipublica,

ad S P Q Lucensem. 6. De concordia ciuium ad

eosdem. 7. De prudentia ad P. C. reipublicæ Lu-

centis. 8. De optimis studijs defensio, ad S P Q Lu-

centem. 9. De iustitia, ad P. C. reipublicæ Lucen-

sis. 10. De fortitudine, ad eosdem. 11. De temperã-

tia ad eosdem. 12. ad eosdem De felicitate. Seba-

stianus Gryphius impressit in, 8. cum libris De

immortalitate animæ, anno Domini 1552. Senex

propter confesionem Christianæ religionis,

Romæ anno 1570. capite multatus dicitur.

Apameus Sicyonius vel Thebanus, Comicus

historicus, scripsit epitomen in plures authores,

Suidas.

Appelles Martionista, scripsit librum erroris

plenum, cui Philumenæ prophetia nomen indi-

dit, in quo, Christo corpus tribuit non humanũ,

sed ex eius qui apud eos est mundi substantia.

Multa etiam aduersus Mosaicam legem compo-

suit. Cõtra ipsam autẽ scripsit Rhodon Asianus.

Apelles pictor volumina artis suæ ad Perseum

discipulum scripsit. Plinius 35. cap. 10. Idem citat

Appelle m 31. & 32. & 35 libris. Cõs à plerisque

appellatur, at apud Pliniũ in elencho 32. libri

Thasus.

* Apelles Scepticus philosophus, in Agrippa,

citatur à Laertio.

Aphanis librum, Aristonis nomine inscriptũ,

citatur Athenæus.

Aphricanus Vide Africanus.

Aphrodiam medicum Galenus citat, in libro se-

cundo De amudis.

* Aphrodisius siue Euphemius in libro De Pa-

F. Commendat eum Sudol. l. 5. ep. 14. tria

p. 195. 196. Carmen eius id. ib. ep. 15. p. 197.

198. et ep. 16. p. 200.

tria citatur à Stephano de urbibus.

Aphthonius sophista, progymnasmata, id est praeludia, vel praxexercitamenta in artem rhetoricam scripsit, impressa Lutetiae apud Vuchelium, anno 1531. Solent autem præponi rhetoriæ Hermogenis: proinde Suidas non simpliciter Aphthonium progymnasmata scripsisse inquit, sed in Hermogenis artem progymnasmata. Hinc lib. Reinhardus Lorichius Hadamarius scholijs & compluribus exemplis illustravit. Eundem etiam Ioach. Camerarius in sermonem Latinum conuertit, Græco scripto & exemplis compluribus additis 1571.

Apicius Vide Cælius Apicius.

Apollas scripsit De ciuitatibus in Peloponneso, vt refert Athenæus.

Apollinaris Cremonensis sub Eugenio 4. & Francisco Sfortia, commentarios & practicas, vt vocant, reliquit.

Apollinaris Hierapolitanus, in Asia episcopus, scripsit apologeticum pro Christianis lib. 1. aduersus genes lib. 5. De veritate lib. 3. aduersus Cathaphrygas lib. 2. ex Diuo Hieronymo, Claruit anno 165.

Apollinaris opus in primum posteriorum. Octavianus Scotus Venetijs impressit ex castigatione Hieron. Suriani.

Apollinaris Offredi in librum De anima commentarius impressus est.

Apollinares Syri duo fuerunt Laodicenses, pater & filius. Pater grāmaticus præclarus pro Homeri poemate Mose libros, & veteres Hebræorum res, vsque ad Sauli regnum composuit: atque id opus in 24. libros diuisit, libro quolibet Græcorum elementorum appellatione, iuxta illorum ordinem & numerum, ad Homerice poësis imitationem inscripto. Edidit quoque, Euripidem æmulatus, Tragicos actus. Pindari etiam lyram attingit, & comica argumenta ad Menandri exemplū tractauit, sumpta ex diuinis literis materia. Psalmi versibus redditi ab Apollinario Græce impressi sunt Parisijs 1562. in 8. Audio etiam Apollinaris commentarios in Euangelium Ioannis Græce extare Venetijs ad S. Antonium. Libri eius, Compendiarius, siue summa, De fide, De incarnatione citantur à Theodoro in Eraniste. Fertur & scripsisse libros 30. contra Porphyrium.

Apollinaris alter huius filius, rhetor clarissimus, sacra euangelia & epistolas Pauli in dialogis exposuit, Platonem imitatus. Scripsit etiam De veritate librum ad Iulianum imperatorem, siue ad philosophos Græcos. Damnati sunt hi nomine hæreseos, nam & De resurrectione mortuorum inepta quædam traderunt, cum reuersuros ad legem & circūcisionem, sabbata, ritus adorationum, cibos, templum docerent, & De carne Christi splendidis nugis multos seduxerunt. Cum enim filium Dei humanam carnem animasse primum docuissent, postea velut corrigentes, pro mentetantum & intelligentia fuisse diuinitatem in Christo docuerunt. Quidam filio solū hos errores ascribunt. Hos sequuti Apollinariste nominati sunt.

Apollinarius scripsit epigrammata, quæ legun-

tur in Florilegio Planudis.

Apollodori nomine cōplures scriptores à Græcis celebrantur, adeo vt Scipio Tettus vir doctus nostra ætate integrum de Apollodori commentarium confecerit, ad quem remittimus eos qui exactius Apollodoros cognoscere voluerint, nos hic præcipuos commemorabimus.

Apollodori Adramitteni scripta citantur apud Aeneam Syluium in descriptione Asiæ.

Apollodorus Arithmeticus citatur à Laertio in Pythagora & Thalæte. Extat etiam Apollodori Arithmetici distichon libro nono Athenæi.

* *Apollodorus* Artemites (ita hunc Stephanus cognominat) Parthicarum rerum scriptor, citatur à Strabone libro 15.

* *Apollodorus* Atheniensis, hic scripsit Bibliothecas siue De Deorum origine libros tres, impressos Romæ Græce & Latine Benedicto Aegio Spoletino interprete 1555. in octauo. Citatur etiam varij huius Apollodori libri. Chronica

quæ laudantur à Cicerone, Plutarcho, Diodoro Siculo, Laertio, Clemente Alexandrino, Stephano. Ex his Eusebius multa in sua Chronica transtulisse fertur. Catalogus vel περιεχόμενα libri duodecim, citantur à Strabone, Athenæo, Eustathio, Apollonij & Nicandri interpretibus. De Dijs libri ab Athenæo, Stephano, à Macrobio περιεχόμενα ἱερῶν. Ab Athenæo laudantur hi quoque libri eiusdem περιεχόμενα ἱερῶν, Περιεχόμενα ἱερῶν ἀνακτοῦ, Περιεχόμενα ἱερῶν ἀνακτοῦ, Περιεχόμενα ἱερῶν ἀνακτοῦ. Nominatur quandoque historicus, quandoque grammaticus: arbitror autem hunc illum quem Varro laudat & cui Amphycyones Græciæ honorem habuerit, vt refert Plinius. Fuit hic Panætij philosophi & Aristarchi grammatici discipulus, filius Asclepiadis, primus vsus versusum genere quos Tragicambos appellant.

* *Apollodorus* Atheniensis, Epicureus philosophus celebris, ἀπολλόδορος dictus, scripsit vt Laertius perhibet, supra quadringentos libros, de quibus libri de vita Epicuri ab eodem citantur. Idem in Chrysippo Apollodorum inquit Atheniensem in collectione dogmatum asserere Epicurum suis viribus fretum, absque vllius auxilio incomparabiliter plura quam Chrysippum scripsisse. Vbi omnino eum de Apollodoro Epicureo loqui arbitror.

* *Apollodorus* Atheniensis poeta Comicus, composuit fabulas XLVI. e quibus citantur grammatici Euxenidem & Ephebos.

* *Apollodorus* Carystius & ipse poeta, huius fabulæ, Grammatidopæus, Hiereia, Proicizomenæ, Himatopolis, Sphattomenæ, citantur ab Athenæo. Inuenio tamen easdem fabulas à quibusdam Geloo Apollodoro tribui.

* *Apollodorus* Citienis Medicus, à Plinio, Galeno, Dioscoride & alijs citatur.

* *Apollodorus* Corcyreus citatur à Clemente Alexandrino lib. 3. Stromaton.

* *Apollodorus* Cumæus grammaticus, qui primus Criticus cognominatus & grammaticus, Clemens 1. Strom.

* *Apollodorus* Cyreneus citatur à Suida.

* *Apollodorus* Cyzicenus laudatur à Laertio in Democrito.

mis philosophiam docentibus perpetua stipendia instituit, quæ & magnifice dotauit, scripsit etiam in sua professione nonnulla teste Iacobo Vuimpfelingo.

Apollonij cuiusdam dicti philosophi, Flores autem rei siue commentarij in artem notoriam Salomonis, extant manuscripti. Liber vanissimus & superstitiosus.

Apollonius Herophili sectator in primo paraboliarum pharmacorum, citatur à Galeno, in lib. De Comp. secundum locos. Volaterranus ait hunc de vnguentis scripsisse.

Apollonij lunci verba apud Stobæum, in comparatione vitæ & mortis: extat etiam lunci satis prolixum fragmentum è libro De Senectute, apud eundem Stobæum in eiusdem argumenti loco.

* Apollonius Malacus Alabandensis, orator, Rhodi docuit ante Molonem, Strabo.

* Apollonius Memphites citatur ab Aetio. Idem Apollonij collyrium ad carbunculos recenset nõ addito Memphitis nomine. Videndum an sit Apollonius Herophili. Ex scholijs in Nicandri theriaca apparet hunc aliquid de plantis scripsisse.

* Apollonius qui & Mirsin, recensetur in Elencho 28 libri apud Plinium.

Apollonius Molo calumnias quasdam contra ludæos scripsit, vt meminit Iosephus li. 2. aduersus Appionem. Ciceronis & Cæsaris præceptor fuit.

Apollonius Mys allegatur apud Galenum in secundo libro de antidotis.

* Apollonius Myndius grammaticus citatur à Stephano de verbis.

Apollonij Pergæi Conicorum libri 4. Græce habentur in Italia, & Latine iam à quodam facti sunt. * Eiusdem liber de cochlea, item de Perturbatis rationibus scripta, citantur à Proclo in Euclidem. Porro in eius Conica commentarios scripsit Eutocius Ascalonita, qui habentur Romæ in Vaticana.

Apollonius Pergamenus nominatur apud M. Varronem lib. 1. cap. 1. inter plantarum & agriculturæ scriptores. Ex eius lucubrationibus multa Plinius in 8, 10, 14, 17, & 18. Naturalis historiæ libros transcripsit, vt ipse in autorum catalogo fatetur.

Apollonius Pitaneus medicus, citatur à Plinio 29, & 30. Naturalis historiæ.

Apollonius Rhodius, Alexandrinus, fuit Sillæi filius, poeta Epicus, Rhodi autem commoratus est, ideoque Rhodius nominatur Strabone autem Store, Callimachi discipulus, æqualis Eratosthenis, & Euphorionis, & Timarchi, sub Ptolemaeo cognomento Euergeta: successor Eratosthenis in Alexandrinæ bibliothecæ curatione. Hic libris à Callimacho dictus est in Diris. Scripsit Argonautica. Præterea citatur Athenæo *ἡ δὲ τῆς ἱστορίας ἀπολλωνίου ῥωδίου*.

Stephanus quoque Apollonium Rhodium citat in *ἡ δὲ τῆς ἱστορίας ἀπολλωνίου ῥωδίου* Præterea Apollonij *ἡ δὲ τῆς ἱστορίας ἀπολλωνίου ῥωδίου* citatur à Parthenio in Eroticis. Citatur etiam Apollonius Rhodius in Epigrammatis ab Antonio Liberali. Eius Argonautica impressa Venetijs apud Aldum, anno 1521. cum scholijs Græcis, quæ ex Lucilli Tarrhæi, Sophoclei, & Theonis annotationibus collecta sunt. Latinitate donata sunt à

Ioanne Hartungo, & impressa apud Oporinum Basileæ, 1549. Item in officina Henric. Petrini Græce & Latine Heroico carmine translata per Valentinum Rogmarum.

Apollonij Smyrnæi epigramma Græcum, in quarto libro Florilegij Planudis.

Apollonius Tyaneus scripsit, Initia, siue de sacrificijs: Testamentum, Oracula, Epistolas, Pythagoræ vitam, De Dijs. De moribus, De legibus: scripsit regibus, sophistis, philosophis, Eleis, Delphis, Indis, Aegyptijs. Hymnum quæ Mnemosynæ cecinit, Suidas. Eius vitam copiose descripsit Philostratus. Epistolæ eius cum alijs diuersorum Græcis epistolis impressæ ab Aldo. Apollonij verba ad Idomenem, ad familiares suos, apud Stobæum De continentia, & de garrulitate: ad Delium, in sermone de Veritate: ad Saryrum, in sermone de Amore sui: ad fratres, in sermone de Inuidia: ad Numenium, in Consolatorijs: ad Dionem, in sermone de Afsiditate: ad Danaum, ibidem: ad Euphratem, in sermone de iniustitia: ad Macedonem, in sermone de Ira: ad Lycum, in laude paupertatis. Eius sententia de imitatione, per Ioachimium Camera rium expressa, excusa est Basileæ.

* Apollonius alius Tyaneus, philosophus iunior sub Adriano Imperatore, vt tradit Agresphon in Synonymis. Suidas.

* Apollonius Tyrius paulum Strabone ætate superior, librorum & philosophorum à Zenone profectorum tabulam edidit, Strabone teste lib. 16. Citatur à Laertio in libro de Zenone.

* Apollonius Stoicus philosophus, natus in Asibe vel Antiochia Mesopotamiæ vrbe, teste Stephano. Huius Physica citantur à Laertio.

Apollonius Atheniensis, comicus antiquus cuius fabulæ sunt, Aulis, Iphigeron, Cretenses, Danaï, Centauri, Suidas. Ab Athenæo citantur *ἡ δὲ τῆς ἱστορίας ἀπολλωνίου ῥωδίου* & Cretenses.

Apollonius historia, in qua etiam de morte Lycurgi scribit, citatur apud Plurarchum in vita Numæ Pompiliij.

* Apomasaris apotelesmata & aliorum, Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca: item Augustæ Vindellicorum, *ἡ δὲ τῆς ἱστορίας ἀπολλωνίου ῥωδίου* libri tres, Arbitror Albumasarem esse.

Aponij theologi commentaria in Cantica Cantorum, excusa sunt Basileæ ab Henrico Petri. 701

* Apollonius Byzantius scripsit Paræmias Græcas, liber impressus Basileæ apud Heruagium. Eundem vertit Robertus Constantinus, m.

Appiani Alexandrini sophistæ De ciuilibus Romanorum bellis historiæ libri quinque. Item libri, Illirius, Celticus, Libycus, Syrius, Parthicus, Mithridaticus. Omnes conuersi à P. Candido, qui minister Nicolai Pont. V. ab epistolis fuit, impressi Moguntia 1529. Reperiuntur ijdē libri Græce Romæ, & alibi in Italia. Item Augustæ Vuindellicorum. Raphael Volaterranus in

Anthropologia, Appianum 22. libros historiæ Romanæ composuisse scribit, quorum 9. tantum ad nos peruenerint. Eius historiæ libri decem excusi sunt Græce, à Roberto Stephano Parisijs in folio. Item Latine excusi sunt hi eius lib.

De bellis Punicis liber, De bellis Syriacis liber,

*Commendat eum
Sabel. l. 1. 6. ep. 7. pag.
601.*

De bellis Parthicis liber, De bellis Mithridaticis liber, De bellis civilibus libri quinque. De bellis Gallicis liber, seu potius epitome, Omnia per Sigismundum Gelenium Latine reddita. De bellis Illyricis liber P. Candido interprete, De bellis Hispanicis liber, Cælio Secundo Curione translato. Basileæ in officina Frobeniana, anno Domini 1554. * Appiani Iberica seu Hispanica, & De gestis Annibalis, H. Stephanus Græce excudit in 8. anno 1557. cum Cresia & Agatharchide. Eadem Latine, interprete Francisco Beraldo, linguæ Græcæ professore doctissimo.

Appion Grammaticus Polyhistor appellatus apud Gellium, & Cymbalum mundi apud Plinium, ^{meis oculis} apud Clementem: scripsit Aegyptiaca. Præterea librum edidit De luxu Apitij, Athenæo teste. Contra Appionem Grammaticum Alexandrinum Flavius Iosephus libros. 2. scripsit de Antiquitat. Iudæorum: & in libro secundo aliquot eius verba ex tertio rerum Aegyptiacarum recenset, & multa contra Iudæos mendacia refellit. Eius scripta citantur apud Plinium, qui ex his multa in 30. 32. 36. & 37. Naturalis historiae libros transcripsit. Idem scripsit De Metallica medicina, ex cuius lucubrationibus multa etiam idem Plinius in librum 35. mutuatus est.

* Appion cognomēto *μῆδης* interpretes Homeri.

Appion alius, sub Seuero principe in Hexameron tractatus fecit.

Appij Claudij Cæci vitam Bernardinus Rutilius descripsit: ubi & orationem eius iam ætate confecti in Senatu habitam contra Pyrrhum recenset. Appinius Claudius Cæcus in sententijs citatur à Festo.

* Appius Claudius Pulcher citatur à Festo, libro primo auguralis disciplinae.

Aprigius ecclesiae Pacensis Hispaniarum episcopus, scripsit in Apocalypsin Ioannis lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. Vixit anno 530.

* Apprifius in Bacche citatur à M. Varrone de lingua Latina.

Apronianus Grammaticus scripsit in Vergilium commentaria, quæ manuscripta extare Scipio Tertius refert.

* Apfines celeberrimus Sophista Atheniensis, Onasimi sophiste pater, cuius filius alter Apfines fuit.

Apfines Gadareus sophista, à Pane, ut tradunt, fatus Smyrnæ, discipulus fuit Heraclidis Lycij, deinde Basilici, consularem dignitatem adeptus. Suidas. Huius præcepta de arte Rhetorica Aludus Græce impressit cum alijs duodecim Rhetorum scriptis.

Apfirtus, vide Absfirtus.

Aptacius Cyrillus nescio quæ Græca in Latinum sermonem transtulisse fertur.

* Apulei Minutiani de orthographia libri duo extant in bibliothecis Vaticana, Achillis Statiij. P. Pithoei. Hunc arbitror esse Apuleium grammaticum qui à Pierio in annotationibus Vergilianis citatur.

Apuleius De elementis & mundo citatur ab Augustino.

Apulei philosophi Platonici liber secundus De Prouerbijs, citatur à Charisto. Eiusdem De arboribus à Seruio in 2. Georgicorum. Vide Lucium Apuleium.

Ex Apuleio Constantinus in libris De re rustica Græce scriptis quædam mutuatus est. Platonium vero Apuleium in Lucio commemoramus.

Aquila Targum vide in Onkelo.

Aquila, Theodotionis, & 70. interpretum translatio in Ecclesiasten, extat cum Olympiodori scholijs, quæ Latine impressa sunt Basileæ apud Bebelium. Claruit Aquila anno Domini 128.

* Aquila Septonius, Anglorum vates, edidit Prophetiarum suarum librum, & quædam alia, quæ olim Angli non minori in precio habuerunt, quam Romani suos Sybillinos libros: quædam fragmenta harum prophetiarum se legisse Baleus asserit. Vixit nongentis annis ante Christum natum, Baleus.

* Aquila philosophus, Commentarios logicos scripsit de syllogismis, Suidas.

* Aquila Grammaticus, Musicus, Idem.

Aquilani sermones impressi.

* Aquilinus auditor Plotini, condiscipulus Porphyri, quædam in philosophia scripsit, quæ non magnæ existimationis esse Eunapius inquit, quod dicendi veneres desint.

Aquilius Seuerus, in Hispania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantij duo epistolarum scribuntur libri, composuit volumen, quasi hodieporicum, totius suæ vitæ statum continens, tam prosa quam versibus, quod vocauit *κασσροφίη*, siue *κασσροφίη*, & sub Valentiniano principe obiit.

* Aquilius in Bæotia, citatur à Varrone de Lingua Latina.

Aquinius Iuger Octauiani Augusti vitam & gesta descripsit.

Aquinius ordinis fratrum prædicatorum ex Suecia imitatus Boerium, scripsit commendatissimum opus De numerorum & sonorum proportionibus lib. 1. Epistolas quædam, & quædam alia. Claruit anno 1494.

Arabeti Cyri aliquid Græce extat in Italia.

Arabianus scripsit quædam De religione Christiana, imperante Seuero Imperatore.

Arabij scholastici epigrammata 7. in Florilegio Planudis, libro 4.

Arago Cardinalis citatur in Chronicis Cuspiniani.

Arari cuiusdem fabulæ 4. Athenæo citantur. Hic à Suida Aeraros nominatur, filius Aristophanis comici, eius fabulæ nominantur, Cæneus, Campilion, Panos partus, Hymenæus, Adonis, Virguncula. Edidit fabulas Olimp. 101.

Arator sacrosanctæ Romanæ ecclesiae subdiaconus, scripsit metro, in Actus apostolorum lib. 2. ad Florianum abbatem epist. 1. ad Vigilium papam epist. 1. Floruit anno 560. Eius & Iuenci, Cælijque Sedulij carmina, & Venantij Honorij hymnos, restituta per G. Cassandrum, Oporinus impressit Basileæ in 8. Et in 4. cum reliquis poetarum veterum ecclesiasticorum operibus à G. Fabricio emendatis. Item Lugduni Aratoris & aliorum sacra poesis, excusa est à Tornæsio, in 16. anno Domini 1553.

Aratus Solensis è Cilicia, floruit Olympiade 124. scripsit Phænomena, Hymnos in Pana, Spodophoros, Ludos, siue iocos, Astrologiam & Astrothesiam,

Strochesiam, in medicina quoque quæ ad compositionem Theriacorum pertinent, Anthropogoniam, Epichyticum in Theopropium, id est carminā re diuina peracta, de Antigono, Echopœias, Epistolas, Epigramma in Antigoni uxorem, Anatomem ad Pausaniam Macedonem, Epicedium Cleombroti, Castigationem Odysseæ, soluta item oratione epistolas. Suidas. Phænomena impressa Græcè cū Dionysii geographia, & Procli sphaera, adiectis ad verbum conuersionibus Latinis, & scholijs Ceporini, Basileæ, 1543. Et cum commentarijs Græcis apud Ioan. Valderū Basileæ. Phænomena eius Græcè, cum Cicero nis in eadē interpretatione, item Vergilij, Germanici Cæsaris, Rūfi Avieni carminibus ijs quæ à Cicerone conuersa interciderunt respondentibus, per Ioachimū Perionium, Oporinus impressit in 8. Itē Colonia cum commentarijs, ex Morellij recognitione 1569, in folio.

* *Aratus* Sycionius historiam sui temporis scripsit, quam citat Plutarchus in Agide. Vitam huius scripsit Plutarchus.

* *Arbogastus*, secundus Argentinenſis vrbis episcopus, Hybernus, scripsit Homiliarum librum. Obijt anno 658, à Christo nato.

Arbogasti Strub Glaronesi orationes quædam, & versus, impressi Viennæ Austriae, anno Domini 1518, in 4. cum epitaphijs aliquot, diuersorum in eundem Arbogastum.

Arcadij Cæsaris frequens allegatio in Codice Theodosij.

Arcadius Antiochenus Grammaticus, scripsit De orthographia, De consecutione partium orationis. Onomasticum admirabile. Suidas.

* *Arcadij* grammatica Græca, in bibliotheca Henrici Memmij.

Arcandam, vel Arcandum, seu Aleandrini, non vulgaris astrologi liber, De veritatibus & prædictionibus Astrologiæ, & præcipue natiuitatum, excusit Parisijs 1542. octernionibus 2. & dimid.

Arcesilauus Pritanæus ex Aeolide mediæ Academicæ author, nullum librum scripsisse fertur, quædam tamen eius carmina à Laertio citantur: & nonnulla eius dicta in collectaneis Stobæi leguntur.

* *Archangelus* Burgonouensis, Cabalistarum dogmata à Ioan. Pico ex eorum commentationibus excerpta, luculentissimis interpretationibus illustrauit. Venetijs 1569, in octauo.

Archangelus Madrignanus ex Italica lingua in Latinam transtulit nauigationū ad ignotas terras descriptiones, Aloisij Cadamusti, Christophori Columbi, Petri Alonsi, Vincentiani Pinzoni, Ludouici Vartomanni. Omnia simul excusa sunt Basileæ à Ioanne Heruagio cum alijs quibusdam, anno Domini 1532, in folio.

* *Archæus* quidam Chymicæ auctor, citatur ab Hortulano philosopho.

* *Archedemus* Stoicus in libro De voce, item in libro De elementis, citatur à Laertio in vitâ Zenonis.

Archedemi fragmenta quædam de curandis eiquis, cum Absyrto & alijs, Græcè impressa sunt apud Valderum Basileæ, anno 1537.

Archedicus poeta comicus contra Democharē

scripsit, Demosthenis propinquum, fabulæ eius Theſaurus & Diamartanon citantur ab Athenæo.

* *Archelaus* Apollodori aut Midonis filius, Milesius philosophus, à secta physicus appellatus, ex Ionia primus philosophiam duxit, Anaxagoræ Clazomenij discipulus: Huius Archelai discipulum fuisse tradunt Socratem, nonnulli etiam Euripidem. Composuit Physiologiam: statuit iustum & turpe non esse natura sed lege. Composuit & alia quædam. Suidas. Citatur à Plutarcho in vitâ Cimonis.

* *Archelaus* orator scripsit artem oratoriam. Laertius.

* *Archelaus* Chorographus omnem ab Alexandro peragrata terram descripsit. Laertius. Huius forte fuerit liber De fluuijs, è quo Stobæus quædam in sermone de moribus allegat.

* *Archelaus* quidam Aegyptius Epigrammatistis miraculosa Ptolemæo enarrauit; eius versus de Scorpijs & vespis, leguntur in Antigoni congerie mirabilium narrationum.

Archelai Asclepiadæ tetraſtichon libro 4. Florilegij Planudis.

Archelai Cherronesitæ iambos & Idiophyas nominat Athenæus.

Archelaus episcopus Mesopotamiæ Syriæ, scripsit Syro sermone disputationem contra Manichæum. Claruit anno Domini 280.

Archelai regis scripta citantur apud Plinium in 8. & 18. 28. & 37. Naturalis historiæ.

Archemachus scripsit Euboica, Athenæo teste. Citatur à Plinio libro 7. Archimachus, vbi Archemachum legendum puto.

Archeſtratum citat Plutarchus in vitâ Alcibiadis.

Archeſtratum Gastronomiam, & de tibicinibus scripsisse, ab Athenæo refertur. Hunc Ennius imitatus est in Phagetis.

* *Archeſel* dictus Albategni astrologus, gentē Hispanus, librum composuit in astrologiis, qui incipit, Inter vniuersa. Item librum qui incipit, Scito quod annus. G. Pastregicus. Est autem hic (vt videtur) alius ab Albategnio, cuius liber de scientiâ stellarum impressus extat.

* *Archetimus* Syracusanus scripsit Congressum septem sapientum cum Cypselo, cui se quoque interfuisse ait. Laertius.

* *Archeus* citatur in scholijs in Theriaca Nicandri. Forte Achæus.

Archæ epigrammata circiter 28. extant in Florilegio Planudis.

Archæ poetæ libri cuiusdam mentionem facit Cicero, in quo prodigium descripsit quod Roscio Comædo accidit.

Archibius Apollonij filius, Alexandrinus, Grammaticus, scripsit commentarios in epigrammata Callimachi, Suidas & Volaterranus libro decimo tertio. Eius scripta subinde citantur ab Arati commentatore, & à Plinio, qui in decimum octauū Naturalis historiæ librum quædam inde tranſcripsit.

Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit. Plinius lib. 18. cap. 29.

* *Archibius* Ptolemæi F. Leucadius siue Alexan

drinus grammaticus, ex ijs qui Romæ usque ad Traianum Cæsarem docuerunt. Hunc quasi aliū à superiore separatim enumerat. Suidas.

Archidami scripta De infinitis bellorum sumptibus, citantur apud Plutarchum in Crasso.

Archidemi medici scripta citantur apud Plinium in lib. 12. 13. 29. & 35. Naturalis historiae.

Archigenes Philippi, Apameus, Syriae medicus, qui Romæ sub Traiano vixit, scripsit multa tum medica, tum physica, cuius scripta hinc inde apud Galenum, Aetium, & alios citantur.

* *Archigenis* & *Philagrij* de renum calculo fragmentum extat in bibliotheca Regis Gallorum.

Archilochus Lacedæmonius poeta, libros scripsit teste Varrone, quos Lacedæmonij vrbe sua exportari iusserunt. Claruit Tullo Hostilio Romæ regnante. Scripsit autem Iambos in Lycambem socerum suum. Eius Elegiæ & *Telephus* ab Athenæo citantur, extant eius versus apud Stobæum, & citatur etiam à Plutarcho.

Archilochus Mesopotamiæ episcopus, sub Probo Imperatore florens, scripsit Syriaco sermone disputationem contra Manichæum, quæ deinde in Græcam linguam translata est.

Archilochi libellus De temporibus, Basileg impressus apud Bebelium, cum Myrsili, Berosi, & aliorum commentariolis, De antiquitatibus quibusdam, anno 1530. Idem libri cum commentarijs Ioannis Anni Viterbiensis, impressi sunt Antuerpiæ, anno Domini 1545.

Archimedis opera Græce & Latine impressa Basileæ apud Ioan. Opori. 1544. cum cōmentarijs Græcis Eutocij Ascalonitæ in tria prima opera, De sphaera & cylindro lib. 2. circuli dimensio, lib. 1. De conoidibus, & sphaeroidibus li. 1. De lineis spiralibus li. 1. Planorum equeponderantium inuenta, vel centra grauitatis planorum lib. 2. De harenæ numero li. 1. Quadratura parabolæ li. 1. conuersi sunt in Latinum à Iacobo Cremonense. Extant etiã eiusdem, liber De Speculis comburentibus, Ochumena, De insidentibus aquis, quorum mentio fit in catalogo Tetti.

Archimedes Trallianus philosophus, commentarios in Homerum reliquit, & mechanica.

Archimedis scripta citantur apud Plinium, qui in 1. 2. 30. 33. 34. Naturalis historiae libros multa ex eis transcripsit.

* *Archimeli* epigramma citat Athenæus.

Archippus Atheniensis, comicus antiquus, semel vicit Olympiade 91. Eius fabulæ *Amphitryon* 1. *Amphitryon* 2. *Hercules* vxorem ducens, *Equites*, *Pisces*, citantur ab Athenæo. Plutarchus quoque in vita Alcibiadis quædam illius citat, quibus Alcibiadis filium sugillare videbatur. Quidam propter inscriptionem fabulæ huius idest *Piscis* falso credidere eum de piscium natura commentatum esse.

Architrenij opus quoddam carminibus scriptum. *Lucretiæ* à Badio impressum est in quarto, quod est Ioan. Salisberiensis.

* *Arctinus* Telei filius à Naute oriundi, poeta, discipulus Homeri, auctore Artemone Clazomenio, vixit Olympiade 9. annis 400. post bellum Troianum. Suidas.

Archytas Tarentinus Hestiaz filius, aut Mnes

farchi, aut Mnasagoræ, philosophus Pythagoricus, multa volumina conscripsit, teste Suida. Eius epistolium ad Dionysium extat apud Diogenem Laertium in vita Platonis, libro tertio & alterum libro octavo in Archytæ mentione ex professo. Platonis etiam ad ipsum epistolæ binæ habentur. Ex Archytæ Pythagoræi libro De viro bono & felice, fragmentum, legitur in fine primi sermonis apud Stobæum: & aliud ex eodem libro, in laude senectutis: & in sermone De magistratu, ex libro De lege & iustitia. Archytæ Tarentini librum De euentibus in natura, è monasterio quodam Alemanniæ sibi delatum scribit author Luminis animæ, in præfatione. Archytas *Asiaticus* citatur à Simplicio in Prædicamentis. Ferunt etiam extare Archytæ categorias.

Archytas Opsartytica descripsit, Athenæus.

Archytæ cuiusdã scripta citantur apud Plinium, qui in 8. 14. 15. 17. & 18. multa ex eis transcripsit.

Arciboldus archiepiscopus Mediolanensis, edidit catalogum hæreticorum, impressum Mediolani anno Domini 1554.

* *Arebaldus* vates, Francorum Pontifex, carmine Germanico descripsit magnifice, gesta Rathi regis, more priscorum lib. 1. Vixit anno Domini 90. Tritthenius in compendio.

* *Aregonus* Nicenus à Stephano de urbibus citatur.

30 *Arenæi* Rhaphendarij hexastichon, in Florilegio Planudis.

Aresia poetæ carmen Athenæus citat lib. 11.

Arctades Cnidius scripsit Insulanorū historias libris aliquot, ex quorum tertio Lucij Trocij & Florentiæ historias recitat Plutarch. in Parallelis minorib. cap. 20. Scripsit etiam De rebus Macedonicis aliquot libros, ex quorum tertio idem Plutarch. Darij & Ariobarzanis historias transtulit.

Arctei Cappadocis medici, De acutorū ac diuturnorum morborum causis ac signis, libri. 4. et De curatione eorundem libri totidem, excusit Parisijs Græce apud Turnebum, anno 1554. octernionibus 13. Idem libri Iunio Paulo Crasso interprete, excusit Parisijs apud Guiljelmū Morelium & Iacobum Puteanum, additis etiam ijs Arctæi capitibus quæ Crassus non vertit, in 16. cum Rufi scriptis. Eiusdem libri manu scripti extant apud D. Diegum Hurtadum, & Augustæ Vindellicorum: & emendatissimi, vt audio, in bibliotheca Regina Gallorum.

Arctæ commentaria Græca in Ioannis apocalypsin, ex diuersis sanctorum patrum monumentis collecta, exiuerunt in lucem Verona anno 1532. vnã cum Oecumenij cōmentarijs in aliquot noui Testamenti tractatus. Idem libri impressi sunt Basileæ Latine, à Michaelē Isingrinio, anno Domini 1553. in 8. Maximo Florentino Monacho Casinensi interprete, hac inscriptione, *Arctæ Cæsareæ Cappadociae episcopi in D. Ioannis Apocalypsin compendiarie explanatio, ex Andree archiepiscopi Cæsareæ Cappadociae Deo-gratis commentarijs concinnata.*

* *Arctia* vel *Arctia*, vxor Noe Patriarchæ, scripsit libros 24. Oraculorum Sibyllinorum.

Aristarchus Samius, poeta tragicus, multa scripsit

psit tragœdias, & in mathesi etiam quædam edidit, Artaxerxis primi temporibus. Aristarchi liber Græcus de magnitudinibus & interuallis Solis & Lunæ, seruatur Romæ in bibliotheca Cardinalis S. Fiori.

* *Aristarchus* natione Samothrax, Alexandrina ciuitate donatus, Aristarchi F. vixit 1560. Olympiade, sub Ptolemæo Philomero cuius etiam filium erudijt. Fertur scripsisse vltra 800. libellos commentariorum tantum. Discipulus fuit Aristophanis grammatici, & cum Cratete Pergameno grammatico plurimas contentiones habuit. Discipuli eius grammatici ad XL. fuerunt. Vixit annis LXXII. Suidas. Hic Homeri poetarum principis scripta, in numerum versuum diuiseratque distinxit, cum ab Homero indigesta librorum moles relicta esset. Plutarchus in vita Homeri. Citatur à Clemente Strom. 1. In Commentarijs Archilochijs.

Aristarchi Sicyonii scripta citantur apud Plinium, qui in librum quintum Naturalis historie multa ex eis transcripsit.

* *Aristarchus* Tegeates poeta tragicus, æqualis Euripidis: hic primum ad eam quæ nunc est prolixitatem tragœdias extendit. Tragœdias edidit septuaginta, vixit duabus. Vixit vltra centum annos. Suidas.

Aristarchi senarios aliquot recenset Stobæus, in loco de Venere & amore.

Aristeas ad Philocratem fratrem De LXXII. legis Hebraicæ interpretibus lib. scripsit, quem à Matthia Palmerio Pisano ex Græco in Latinum sermonem conuersum, Bebelius excudit Basileæ in 8. cum alijs quibusdam, & Henricus Perri in micro presbyterico, & orthodoxographis.

* *Aristeas* Democharidis aut Cattrobij F. Proconnesius, qui Arismasporum Hyperboreorum historiam lib. 3. heroico versu descripsit, qui Arismaspij dicuntur. Huius animam tradunt, cū vellet, exiisse & remeasse. Scripsit & soluta oratione Theogoniam, id est ortum deorum, versibus 1000. Vixit Cræsi & Cyri temporibus Olympiade 50. Suidas. Huius scriptis videtur vsus Plinius lib. 7. Naturalis historie.

* *Aristeas* De Citharædis citatur ab Athenæo.

Aristeus Græcus librum mirabilium orbis composuit, item fabularum librum, & sub Ptolemæo Philadelpho Aegypti rege gesta descripsit. Forte Aristæas.

* *Aristeus* in Turba, citatur ab Hortulano inter Chymicos auctores.

Aristides Philosophus Atheniensis, scripsit Apologeticum pro Christianis, ad Adrianum principem librum vnum. Et quædam alia. Claruit anno Domini 120.

Aristides poeta tragicus, Euripidi coæuus, tragœdias quasdam conscripsit, quæ tamen intercederunt.

Aristides Adrianeus Sophista, scripsit orationes, cuius 56. Græce excusæ sunt Florentiæ, anno 1517. Cæterum orationes. 2. De laudibus Athenarum & Romæ, ab Aldo etiam cum Isocratis operibus impressæ sunt: & eiusdem authoris De simplici oratione, & De ciuili, libros duos Aldus excudit in volumine duodecim rhexorum. *Aristi-*

dis orationes Romæ in Vaticana bibliotheca Græce cū scholijs Græcis extant: & fortasse Sopatri sunt ea scholia, cuius præfatio in libros De rhetorica, & De quatuor oratoribus etiam in Florentina editione extat. Aristidis rhetoris capita 57. extant Romæ. Item Aristidis & Aristophanis fabulæ quædam. Physica Aristidis, ibidem. Et cuiusdam prolegomena De vita ipsius & arte dicendi, Et sermo De Pericle Venetijs latet. Orationem eius De vrbe Roma Latinam fecit Scipio Carteromachus. * Aristidis rhetorices duo libelluli, in bibliotheca Henr. Memmij. Eiusdem scripta omnia tradunt asseruari in bibliotheca Augustana. Orationes Aristidis à Guilelmo Cantero in Latinam linguam translatae Petrus Perna impresit, in folio.

Aristida Physicus, fabulæ, Ichneutes, habentur Romæ in Vaticana bibl.

Aristidis cuiusdam scripta citantur apud Plinium, qui in librum quartum Naturalis historie quædam ex eis transcripsit.

Aristides Milesius scripsit De rebus Siculis libros aliquot, à quo materiam Dionysius Siculus accepit scribendi, teste Plutarcho cap. 2. Parrall. Scripsit præterea De rebus in Italia gestis libros per plures, ex quibus multa se transfuisse fatetur Plutarchus in parallelis minoribus. Item De rebus Persicis, vt idem autor est.

Aristida Quintiliani De Musica libri 3. Græci seruantur in bibliothecis Italiæ, & in Regis Galorum bibliotheca.

Aristippi Cyrenaici hi libri recensentur à Laertio. Historie Libycæ lib. 3. ad Dionysium missi. Dialogi viginti quinque, alij quidem Attica alij vero Dorica dialecto scripti. Sunt autem hi, Artabazus, Ad naufragos, Ad fugitiuos, Ad mendicum, Ad Laidem, Ad Porum, Ad Laidem de speculo, Hermias, Somnium, Ad eum qui præerat populo, Philomelus, Ad domesticos, Ad increpates quod vetus vinum scortaquæ possideret, Ad vituperantes quod magnifice instrueret mensam, Epistola ad Aretem filiam, Ad eum qui se ipsum exercebat in Olympia Interrogatio, Alia interrogatio, ad Dionysium, Alia de imagine, Alia de Dionysij filia, Ad eum qui arbitrabatur se contemptui et ignominie haberi, Ad eum qui consulere moliebatur. Plerique illum & Aristippi sex lib. explicuisse asserunt, alij prorsus scripsisse negant, ex quibus est Socrates Rhodius. Porro & Sotion in secundo, & Panætius, hæc illum scripsisse referunt, videlicet, De disciplina, De virtute exhortatorius, Artabazus, naufragij, Fugitiui, Diatribarum libri 6. Aristippi libri tres, Ad Laidem, Ad Potum Ad Socratem de fortuna. Hæc Laertius. Citatur item ab eodem Aristippus de antiquorum delictis, de quo tamé dubito, an alius sit à Cyrenaico philosopho.

Aristippi Cyrenensis sententiæ quædam philosophicæ habentur in Stobæi locis.

Aristippus alius à Cyrenaico historiam Arcadiæ conscripsit.

* *Aristo* Chius Stoicus philosophus, scripsit Exhortationum libros duos. de Zenonis dogmatibus dialogos. De scholis sex. De sapientia exercitationum septem. Amatorias exercitationes

Commentaria de inani gloria. Commentaria 15. Commentarios tres. De vsu vndecim. Aduersus oratores. Aduersus Alexinum rescripta. Aduersus dialecticos tres. Ad Cleanthem epistolarum libros quatuor. Panætius autem & Socrætes solas epistolas ipsius esse dicunt, cætera Peripatetici Aristonis. Laertius. Cicero Aristonis Chij librum de senectute memorat in quo Tithanum induxit loquentem.

* *Aristo* Peripateticus ex sulide vrbe in Ceo, huic tribuunt quidam plerosque libros qui Aristoni Chio inscribuntur, & nominum affinitas Cei & Chij errori occasionem præbuit. Itaque cum Plinius, Plutarchus, Stobæus, Aristonem citant, incertum est an de Stoico an verò de Peripatetico loquantur. Athenæus citat Aristonis *αἰμ* Similitudines. Strabo libro decimosextimo scribit Aristonem & Eudorum Peripateticos de Nilo scripsisse sua ætate, esse autem ordine tantum mutato libros stilo & tractatu similes, incertum tamen vter ab altero sumpsit.

* *Aristo* Atheniensis Musicus. Laertius.

* *Aristo* Alænsis artes oratorias scripsit. Laertius.

* *Aristo* Gerasæus rhetor vrbanus, à Stephano nominatur.

* *Aristo* tragicus poeta.

Ariston Pellæus historiarum scriptor, De Iudæorum postrema obsidione quæ sub Hadriano Imperatore facta est, quædam literis prodidit, ex quibus enumerantur quædam apud Nicophorum Callistum.

Aristo iureconsultus sub Hadriano Imperatore florens, libros iuris ciuilibus ad Sabinum composuit.

Aristonis epigrammata 3. in Florilegio Græco.

* *Aristobulus* comes Alexandri Magni res eius gestas conscripsit. Citatur à Strabone & alijs.

Aristobulus Iudæus, philosophus Peripateticus, ad Ptolemæum Philometorem Aegypti regem, scripsit explanationem in Mosem.

Aristobulus Iudæus, vnus ex 72. veteris Testamenti interpretibus.

Aristobulus scripsit aliquot de rebus in Italia gestis libros, ex quorum secundo Plutarchus cap. 61. Parall. de Romulo et eius nece, item Procli figmentum mutuatus est.

* *Aristocles* grammaticus citatur à Varrone libro nono de lingua Latina. Meminit etiam Strabo Aristoclis Rhodij grammatici qui sua ætate vixerit. Aristoclis libros de rebus Italicis citat Plutarchus in Parallelis minoribus.

* *Aristocles* Lampfacenus, philosophus Stoicus, scripsit libros quatuor Enarrationum in libros Chryssippi, de ratione singulâ eloquendi & cogitandi. Suidas. Huius forte sunt Paradoxorum libri, quorum secundus citatur à Stobæo in Vituperatione Veneris.

* *Aristocles* Messenius Italus, philosophus Peripateticus, composuit libros de philosophia decem, Vtrum Homerus præstantior an Plato? Recenset autem in ijs omnes philosophos eorūque opiniones. Scripsit etiam precepta rhetorica, & de Serapide, libros de moribus nouem. Suidas.

* *Aristocles* Pergamenus Sophista, sub Traianò & Adriano scripsit Artem Rhetoricam, Epistolas, De rhetorica libros 5. Declamationes ad Imperatorem ob auri distributionem. Suidas.

Aristocruus citatur à Parthenio in Eroticis, & apud Plinium, qui in librum quartum Naturalis historię multa ex eo transcripsit.

Aristocreontis scripta citantur apud eundem, qui in librum quintum quædam ex eis mutuatus est, vt etiam in sextum.

Aristodemus scripsit collectarum fabularum aliquot libros, ex quorum tertio Plutarchus in Parallelis, de pestilentia Lacedæmoniorū & Helæna liberatione fabulam refert, cap. 66.

* *Aristodemus* vel vt alij Aristas grammaticus citatur à Varrone libro nono de Latina lingua. Citat etiam Clemens Aristodemum de ijs quæ inuenta sunt.

Aristogenes Thasius, medicus, scripsit ad Antigonom Macedoniæ regem libros in medicina complures. Suidas. Huius scripta citantur apud Plinium, qui in 33. 34. & 35. Naturalis historię libros multa ex eius lucubrationib. mutuatus est.

* *Aristogiton* Cydimachi aut Lyfimachi filius orator Atheniensis, matre libertina, cognomento Canis, ob impudentiam, occisus est ab Atheniensibus. Orationes scripsit, defensiones aduersus Demosthenem ducem, aduersus Lycurgum, contra Timotheum, contra Timarchum, contra Hyperidem, contra Thrasillum, Pupillarem, Suidas. Extant adhuc Demosthenis orationes due contra hunc Aristogitonem.

Aristogiton medicus citatur apud Plinium in libro 26. vbi mentionem facit Anonymi herbæ Scythicæ, quæ ab eo celebratur.

Aristomachus scripsit De conditura vini, ex cuius lucubrationibus Plinius multa in li. 12. 13. & 15. Naturalis historię transcripsit. Scripsit et alius *Aristomachus* De Melliturgia, ex quo idem multa translulit in lib. vndecimum.

Aristomachi scripta citat Arati Græcus interpres anonymus.

Aristom nes libros De agrorum cultu conscripsit, teste Varrone.

* *Aristomenes* Atheniensis antiquæ comædiæ poeta, vixit belli Peloponnesiaci tempore, Olympiade 87. cognomento Thyropæus, id est ianuarum factor, vel vt alij legunt Tyropæus, cascorum factor. Suidas.

Aristonicus Alexandrinus grammaticus, scripsit De notis in Theogonia Hesiodi, De verbis extraordinarijs in Iliade & Odyssæa Homeri. Suidas. Aristonici scripta citantur ab Higinio.

Aristonymus poeta comicus, sub Philadelpho præfuit regiæ bibliothecæ post Apolloniū, mortem obiens reliquit opera multa, inter quæ Tragicædiam *ἄλιος ἑρῆα*. Eius Tomaria sæpius, & comædies diatribas alicubi Stobæus allegat.

Aristophanis poetæ Comici fabulæ 6. cum antiquis commentarijs Græcis impressæ ab Aldo Venetijs, anno 1502. Et rursus Florentiæ 1515. & Basileæ à Frobenio anno 1548. Sine commentarijs autem, Parisijs apud Gormontium, 1528. Porro fabularum quæ extant, hæc sunt nomina, Plutus

Plutus, Nubes, Rang, Equites, Acharnenses, Vespa, Aues, Pax, Concionantes, Cereris sacris operantes, Lysistrata. Porro apud Athenæum præter commemoratas, sequentes etiam fabulæ citantur. Agetus seu non senescens. Aeolicon prima & secunda. Amphiarus. Anagyros. Babylonij. Georgi seu rustici. Senescens, Geryades, Dædalus, Dætales seu conuiuatores, Danaides, Danaï, Delia, Bacchus, Niobe, Heroes, Concionantes, & Cereris sacris operantes duæ aliæ à superioribus, Centaurus, Cocalus, Lemnig, Nubes secunda, Holcades, Pelargi, Pelasei, De meretricibus quæ Athenis sunt, Plutus alter, Præliudium, Pythagoræ, *ἡ ἀπορία καὶ τὸ ἀποβῆναι τὸν ἀνθρώπον*, Telemessentes, *ἡ τὸ ἀποβῆναι*, Philonides, Phoenissæ, Horæ. Fertur autem scripsisse fabulas 54. quatuor tamē feruntur illius non esse sed Archippi, Poesis, Naufragus, Insulæ, Niobe.

* Aristophanes Babylonius citatur à Stephano. Aristophanis Byzantij Grammatici, qui claruit Olympiade 157. habemus adhuc argumenta, partim prosa, partim senarijs, in aliquot Aristophanis Comici fabulas conscripta.

Aristophanes Milesius citatur apud Plinium, qui ex eo multa in 8. 10. 14. 17. & 18. Naturalis historię libros transtulit.

* Aristophan comicus citatur à Plutarcho, Atheno, Stobæo, Diogene Laertio. Fabulę eius sunt, Medicus, Calonides, Perithous. Pythagoreū institutum, seu Pythagoræ sectator.

Aristoteles Stagiritæ, Nicomachi filius, Alexandri Magni præceptor, ac Platonis discipulus, scripsit infinitos libros, quorum quidam extant, quidam iniuria temporum intercederunt. Eius autē opera quæ extant, excudit Aldus Venetijs, adiectis Theophrasti libris. Prodiere deinde Basileæ ex officina Isingrinij, anno 1539. Latine etiam ex diversorum translationibus impressus est Aristoteles Basileæ, anno 1538. duobus Tomis. In quorum primo Tomo sunt, Categoriae seu prædicamenta, Perihermias, siue De Interpretatione li. 2. Analyticon hysteron, seu resolutorium posteriorum lib. 3. Physicæ acroaseos, seu De Naturali auscultatione lib. 8. De Cælo lib. 4. De animalibus lib. 3. Ioanne Argyropylo interprete. Analyticon proteron, siue resolutorium priorum lib. 2. Sæuerino Boetio interprete. Topicorum lib. 8. Antonio Demochare interprete. Elenchorum, siue De Sophisticis redargutionibus lib. 2. Simone Gryneo interprete. De Generatione & corruptione lib. 1. Metereologicorum lib. 4. De sensu & sensibili lib. 1. De memoria & reminiscencia li. 1. De somno & vigilia lib. 1. De insomnijs li. 1. De diuinatione per somnum li. 1. De longitudine & breuitate vitæ lib. 1. De iuuentute & senectute li. 1. De respiratione lib. 1. Francisco Vatablo interprete. De historia animalium lib. 9. De partibus animalium & eorum causis lib. 4. De generatione animalium lib. 5. Theodoro Gaza interprete. De animalium motione lib. 1. Quæstionum mechanicarum lib. 1. Nicolao Leonico interprete. De communi animalium gressu lib. 1. Petro Alycyonio interprete De mundo ad Alexandrum lib. 1. Guilhelmo Budæo interprete. De coloribus lib. 1. Cælio Calcagnino interprete. In 2. Tomo

sunt: Ethicorum ad Nicomachum lib. 10. Ioanne Argyropylo interprete. Magnorum moralium li. 2. Georgio Valla partim, partim Gyraldo Rufo interprete. Politicorum lib. 8. Peronio et Strebæo interpretibus. Oeconomicorum lib. 2. Leonardo Aretino interprete. Rhetoricorum ad Theodestem lib. 3. Georgio Trapezontio interprete. Rhetoricorum ad Alexandrum lib. 1. Francisco Philepho interprete. Problematum sectiones 38. Theodoro Gaza interprete. De poetica lib. 1. Alexandro Paccio interprete. Methaphysicorum lib. 14. Ethicorum ad Eudemum lib. 7. De mirabilibus auscultationibus, Anonymo interprete. Physiognomicon lib. 1. incerto interprete. Desiderantur autem De Poetis libri tres, De Rhetorica lib. 1. cui titulus Gryllus. Nerinthus lib. 1. De enthymematibus rhetoricis lib. 2. Aratis poetice tractatio lib. 2. De consilio lib. 1. De Homericis ambiguitatibus lib. 6. Liberalium disciplinarum lib. 2. Parabolarum lib. 1. In ordinatorem lib. 12. Olympionice lib. 1. Pythionice lib. 1. Pythionicarum lib. 1. Dionysiacæ victoriæ lib. 1. Lythicus, musices lib. 1. De Tragædis lib. 1. De doctrinis lib. 1. Proterbiortum lib. 1. Carmen ad Philoxenum. Scripsit & elegias. Quibus adiungi possunt, Mathematicus lib. 1. De magnitudine lib. 1. De musica lib. 1. Sophista; lib. 1. Menexenus lib. 1. De scientijs lib. 1. Solutiones contentiosorum lib. 1. diuisiones sophisticæ lib. 4. De contrarijs lib. 1. De speciebus & generibus li. 1. De proprijs lib. 1. Comentaria aggressoria, lib. 3. De instantia lib. 1. De his quæ aliquot modis dicuntur, aut iuxta additionē aut propositum li. 1. De scientia lib. 1. Diuisiones 17. diuisibilium lib. 1. De interrogando & respondendo li. 2. De propositionibus lib. 1. Propositionum contentiosarū li. 4. De syllogismo lib. 1. De quæstionibus lib. 1. Methodicorum lib. 8. De syllogismis lib. 2. Syllogisticorum & definitionum lib. 2. De Eligibili et contingenti lib. 1. De his quæ ante locos sunt lib. 1. Topicon ad definitiones, lib. 2. Diuisionum li. 1. Definitionū lib. 3. Epicherematum lib. 1. Quæstiones aggressoriæ lib. 25. Artium collectio lib. 2. Ars lib. 1. Argutia; lib. 2. Compendium artis lib. 1. De dictione li. 3. Collectionum lib. 2. Aduersus Gorgiam lib. 1. Problematum ex Democrito lib. 6. De doctrina lib. 1. Aduersus Zenonis scita li. 2. Encyclicorum lib. 2. De iustitia li. 4. De philosophia lib. 3. De repub. lib. 2. Amatorius lib. 1. Coniuuium lib. 1. De voluptate lib. 1. Alexander, seu De colonis lib. 1. De regno lib. 1. De bono lib. 3. De perturbationibus iræ lib. 1. De imperio lib. 1. De meliori lib. 1. De affectibus lib. 1. De pulchro lib. 1. Quæstionum De amicitia lib. 2. Politicorū lib. 2. De iustis lib. 2. Iustificationū lib. 2. Iura li. 1. Lex commendatitia li. 1. Legum lib. 4. Politicorum uitarum lib. 128. & scorsum De Democratia, Oligarchia, Aristocratia, & Tyrannide. Epistolę ad Philippum, Selymbriorum epistolę ad Alexandrum quatuor, ad Antipatrum nouem, ad Mentorem 1. ad Olympiadem 1. Ad Hephestionem 1. ad Themistagoram 1. ad Philoxenum 1. De elementis li. 3. De motu li. 1. De idea lib. 1. Quæstionum De animalibus lib. 1. De Natura lib. 3. Physicus lib. 1. De Archytæ philosophia lib. 3. De Speus

sippi & Xenocratis philosophia lib. 1. De Timei
 & Archytæ libris decerpta lib. 1. aduersus Melis-
 si dicta libr. 1. aduersus Pythagoricos lib. 1. ad-
 uersus Alcmaeonis placita liber vnus, aduersus
 Xenocratem liber vnus, De Pythagoricis
 lib. 1. De incisionibus libr. 8 exceptio incisionum
 lib. 1. De compositis animalibus lib. 1. De fa-
 bulosis animalibus lib. 1. De non gignendo, lib. 1. De
 plantis lib. 2. Medicinalium lib. 2. De signis tem-
 pestatum lib. 1. Astronomicus speculatiuus li. 1. 10
 De motu lib. 1. suspectorum problematum lib. 2.
 exposita generatim, li. 14. Aristotelis epistolia 6.
 Aldus impressit cum reliquis diuersorum episto-
 lis Græcis, sunt autem 3. ad Philippum, & Alex-
 andrum 2. ad Theophrastum 1. Catalogus Græ-
 cus bibliothecæ Vaticanæ quendam Aristotelis
 librum De corpore nominat. Cæterum apud La-
 tinos cū reliquis Aristotelicis extant impressi Ve-
 netijs, libelli quidā sub huius authoris nomine,
 De causa, De intelligentia, De pomo, De proprie-
 tatib. elementorū, De Nilo, De vegetabilibus. In
 Atheniensi symposiacis Aristotelici lib. citantur is-
 ti: Zicon siue de piscib. de cognatione, de ani-
 malium moribus, de animalium historia, de ebrie-
 tate, de plantis, problemata physica: respublicæ
 Aeginensium, Deliorum, Thessalorū, Colopho-
 niorum, Crotoniatarum, Mafsiliensium, Metho-
 næorum, Naxiorum, Syracusanorum. Aristote-
 lis opera Græce cum distinctione capitum & ar-
 gumētis, excuderunt Venetijs Aldi filij, anno D. 30
 1552. in 8. vnā cum Theophrasti operib. Græcis,
 tomis V 1. per Ioannem Baptistam Cammotiū,
 virum in Græcis literis eruditissimum, recogni-
 ta & illustrata, collatis in vnū codicibus impres-
 sis, lectionibusq; Græcorum expositorum in pō-
 tissima philosophiæ parte examinatis, nonnullis ca-
 tiā Aristot. lib. manuscriptis animaduēsis, con-
 sultis quoq; in quibusdam locis auribus doctorū
 hominum: vt Federicus Turrisanus in præfatio-
 ne testatur. Omnia itidem Aristotelis opera, eo-
 dem anno Venetijs Latine excusa sunt a Iunio,
 cum Auerois operibus, tomis vndecim, in fo-
 lio: de quibus vide in Aueroe. Præterea edita
 sunt opera Aristotelis Lugduni in 16, & eadem
 forma Venetijs 1572. Liber De poetica alicubi in
 Italia excusus, & multis in locis vetustorum li-
 brorum fide emendatus est, in eo appositæ sunt
 lectionis varietates, ab accurato doctoq; homi-
 ne his notis V C. F L. quibus vetustum codi-
 cem & Florentinam lectionem significari puto.
 Franciscus Robortellius in præfatione commen-
 tatorum super hunc Aristotelis librū, Pleriq; Aristotelis libri Logici Physici ac Ethici, Basileæ
 ab Oporino impressi sunt octaua forma, ex trās-
 latione Ioachimi Perionij, vt in Ioachimo Perio-
 nio dicemus. Multi etiam eiusdem lib. separatim
 editi sunt diuersis in locis, cum Græce tum Lati-
 ne, ex varijs translationibus. Aristotelis Stagiri-
 tæ de theologia siue mystica philosophia secun-
 dum Aegyptios & Pythagoram libri 14. excusi
 sunt Romæ apud Iacobum Mazochium cum in
 dice quaternionibus 33. Petro Nicolao ex Castel-
 lanij Fauentino paraphr. ad Leonē X. P. M. qui
 in præfatione sic scribit: Fran. Roscius Rauennas
 ex inelyta Damasci bibliotheca in Italiam nuper

aduexit fide vetustatis codicem, cui titulus Theo-
 logia Aristotelis, è Græca lingua olim per Aber-
 aman Sarracenum in Arabicam translatus, &
 inde à Mose Roua quodam in sermonem Lati-
 nū sed inconditū, &c. Continet hoc opus multa
 sublimia theoremata et sentētias religioni Chris-
 tianæ concordēs. Sane quidā genuinos Aristot.
 hos libros esse putant, quoniam D. Thomas etiā
 in suo aduersus vnitatem intellectus apologeti-
 co, profiteatur eos numero prorsus pari se vidisse
 exscriptos Græce necdum translatos: addit fuis-
 se necessarios tanquā Metaphysicæ appendices:
 ipsoq; ab Aristotele Physices secundo, & Sapien-
 tiæ primæ duodecimo promissos. Aristoteli in-
 scriptus tractatus de practica lapidis philosophi-
 ci, excusus est Francoforti apud Iacobum Cyria-
 cum anno Domini 1550. in 4. cum alijs Chymia-
 cis opusculis, Aristotelis liber De secretis secreto-
 rum ad Alexandrum magnum, per Ioan. quon-
 dam filium Patricij è lingua Græca in Chaldæā
 translatus, & ex Chaldæa in Arabicam, postea
 per Philippum quendam Clericum ex Arabi-
 ca in Latinam, impressus olim est in Italia, qua-
 ternionibus vndecim, diuisus per capita 24. Tra-
 ctat autem primum de moribus, officijs & virtu-
 tibus quæ regem deceant, deinde de corporis cu-
 stodia, de hora eligendi in astronomia, alchymia-
 stica quædam, & copiosius de sanitate tuenda:
 postea de quatuor temporibus anni, de quatuor
 membris principalibus, de cognitione ciborum,
 aquarū, & vinorum, de balneis, de apertione
 venarū, de iustitia, de electione baiuli, notarij,
 nunciij, præpositi, de proceribus & eorum virtua-
 tibus, de forma præliandi, de physionomia. Ari-
 stotelis lib. de dimensione terre extate scribit au-
 tor Luminis animæ. Lib. De proprietatibus ele-
 mentorum quidam etiam attribuunt Aristote-
 li, sed falso, vt Ioannes Picus docet, Liber de cau-
 sis morborum citatur ab ipso Aristotele libro 1.
 de partibus animalium. Liber Aristot. Nomina
 Barbarica in scriptis, citatur à Varrone De ling.
 Lat. item Barbaricę consuetudines citatur ab Ap-
 pollonio: & libri de ijs quę ad animalia pertinet
 qui diuersi sunt à libris De animalibus: & in Dis-
 sectionum selectis annotationibus: Aristoteles
 de ijs quę inuēta sunt citatur à Clemen. 1. Strom.
 Aristoteles de rebus Milesiorum citatur à Para-
 thenio. Alius à Stagirite, vt arbitror.

Aristoxeni historici scripta citat Plutarchus in
 vita Numæ Pompilij.

Aristoxeni harmoniacorum libri 3. extant Bo-
 noniæ in bibliotheca Saluatoris, Græce scripti,
 & alibi in Italia, citatur etiam ab Athenæo & Sto-
 bæo in sermonibus de iniustitia, de parentibus
 honorandis, de sanitate: alicubi etiam Aristot. Py-
 thagoræ apothegmata scripta allegat: proinde
 videndū ne forte confundantur. Aristoxeni De
 musica lib. 3. Ant. Hermānus Gogaua in Latinā
 linguam transtulit. Citatur etiam ab Apollo-
 nio Aristoxenus musicus in vita Teleste, A. Gel-
 lio in lib. De Pythagora: refert etiam Laertius eū
 de Pythagora eiusque familiaribus scripsisse.

* Arius Barbosa Lusitanus, Politiani auditor,
 primus Græcas literas in Hispaniam inuexit, &
 Salamanticæ 20. annos bonas literas professus
 est.

est. Hunc inter poetas numerat Gyraldus.

* *Arij Pinelli*, Lusitani, Commentarij ad Rub. & l. 2. C. de rescind. vend. in quibus sic eleganter, ornate, ac luculenter materiã illam enucleauit, vt nihil amplius desiderari possit: Venetijs 1570. in quarto. Idem de bonis maternis.

* *Aristus Salaminus*, historicus, vt arbitror, laudatur à Strabone lib. 15.

Arlotus, ordinis fratrum minorum minister generalis, Hetruscus, fertur collegisse vtiusq; Testamenti concordantias lib. 1. Sermones varios lib. 1. Et quædam alia. Claruit anno 1290.

Arlunus quidam De faciliiori alimento & balneis scripsit librum impressum Basileæ apud Lasingrinium. Extant etiam Bernardini Arluni historiarum ab origine vrbis Mediolanensis tres sectiones, vnã cum Antonij Maioragij præfatione, quas Deo volente propediem in lucem dabit Ioannes Oporinus Basileæ.

Armandus de Bello visu, ordinis predicatorum, scripsit Declarationem difficultum terminorum, tam theologiæ, quàm philosophiæ ac logicæ. Liber impressus. Item De transcendentibus lib. 1. De prædicamentis lib. 1. De intentionibus secundis lib. 1. Super Thomam de ente & essentia, & alia plura. Lelandus.

Armegandus Blasij de monte Pessulano, Auertois Commentaria in Auicennæ Cantica transtulit, quæ Andreas Bellunensis castigauit, & in partes capitaq; distinxit, Venetijs impresserunt Iunte cum reliquis Auertois operibus, anno Domini 1552.

Armenopus, vide Constantinus Armenop.

Arminius nescio quis, breui in lucem edendus promittitur à Ioanne Herold Acropolita, in epistola quam præmisit Hugonis Etereani libro de processione Sancti spiritus.

* *Arnaldi Albertini* Maioricensis, episcopi Patensis, & vtiusque censuræ doctoris clarissimi, Tractatus de agnoscendis assertionibus catholicis & hæreticis. Venetijs anno D. 1571. in quarto. Inuenio eundem scripsisse super sexum Decretalium, de hæreticis: arbitror autem eundem librum esse.

Arnaldus Contades, Narbonensis, scripsit De bonorum possessionibus, & in Pandectarum libros 33. epito.

Arnaldus de Solerio, scripsit super, De testamentis, super C. si pater, sexti Decretal.

* *Arnaueldi* Lectura, super libros Sapientiæ.

Arnobius, sub Diocletiano principe, presbyter, philosophus & rhetor insignis, scripsit aduersum gentes lib. 7. In Psalterium lib. 1. De rhetorica institutione lib. 1. Libri octo aduersus gentes Romæ impressi sunt, anno Domini 1543. & Basileæ apud Frobenianos anno D. 1546. longè castigatiores, octernionibus 22. & dimidio. Commentarij in omnes Psalmos excusi Basileæ apud Frobenium. in aliquot Euangelistarum locos annotatiunculæ, excusæ item Basileæ anno D. 1543. Floruit anno 300.

* *Arnoldus* quidam scripsit Appendicem ad historiam Helmoldi presbyteri Vuagiensis.

Arnoldus Arlenus, Peraxylus, De omnium studiorum & sapientiæ genere quàm optimè meri-

tus, transtulit in Latinum sermonem quosdam ex Plutarcho de moribus commentarios, à nemine ante conuersos. Dionis Coccei Romanæ historiæ libros 22. Olympiodori philosophi Platonicæ & Peripatetici commentarios ad Aristotelis commentaria. Ex sacris verò Chrysostomi, Theodoretæ & aliorum antea non visas pulcherrimas conciones, cum commentarios & orationes. Lycophronis Alexandram siue Cassandram & Isaacij Zezis in eandem commentaria, recognouit & edidit, Basileæ impressit Oporinus, anno Domini 1546. in folio, cum Ioannis Zezis varia historia. Iosephi historias cum præfatione sua Græce edidit, Basileæ ex officina Frobeniana.

* *Arnoldus* Auedelius de Sonis, Vasco, Carmelita, scripsit Officium D. Angeli Hierosolymitani lib. 1. Epistolas elegantes li. 1. Aduersus futurorū prælagos lib. 1. Contra quorundã diffamatione, lib. 1. Super quosdam canones lib. 1. Ex his quædam sunt impressa. Vixit anno 1510. Gilb. Grab.

Arnoldus de Austria, ordinis Carmelitani, conuentus Vuenensis, scripsit super sententias libros quatuor. Sermones etiam elegantes, & varias in scripturis quæstiones, & alia quædam mihi incognita. Claruit circa annum 1400. Tritt. de scriptoribus Germaniæ.

* *Arnoldus* de Bessalis, Teutonicus, Carmelita, episcopus Galteliensis in Sardinia, scripsit Sermones Dominicales, Sermones de sanctis, Colationes atq; alia, Vixit anno Domini 1366. Tritthemius in Lumin. Germ.

Arnoldus abbas Boneuallis, ordinis Cisterciensis, scripsit vitam sancti Bernhadi libris quatuor, & quædam epistolas. Claruit anno D. 1160.

Arnoldus Bostius, natione Teutonicus, ordinis fratrum beatæ Mariæ, scripsit De patronatu Mariæ lib. 1. De illustribus viris Carthusiensium lib. 1. De illustribus viris ordinis sui lib. 1. Contra Vincentium in nouo castro lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. De quatuor nouissimis lib. 1. Carmina diuersa. Et alia complura. Floruit anno Domini 1494.

* *Arnoldus* Brixienis sua ætate (hoc est Conrado Imp.) Papæ & ecclesiasticorum tyrannidem & luxum grauitè reprehendit, & alios quoque abusus: docuit Brixia, inde Italia pulsus Tigurum venit, & post obitum Papæ Romam redijt, & tandem propter parrisiam suam combustus est. Otto Frisingensis & Guntherus Ligerinus eius meminere.

Arnoldi Burenij Vuestphali oratio ad archiepiscopum Monasteriensem De ludis aperiendis, impressa est Vuittenberge circa annu D. 1549. Eiusdem oratio funebris in ducem Megalopolit. & alia quædam orationes impressæ sunt Lubeci.

Arnoldus de Busco, canonicus regulæ S. Augustini, scripsit volumen De viris illustribus ordinis sui & Monasterij Vuindesheimensis. Scripsit quoq; De origine modernæ deuotionis & reformationis ordinis sui lib. 1. Epistolam prolixam de modo proficiendi in religione. Claruit circa annu Domini 1470. Tritt. de script. Germ. Foræ idem cum Arnaldo Bostio.

* *Arnoldus* Conradus Narbonensis I. C. De bonorum possessionibus.

Arnoldi Ferroni Burdegaleusis, in consuetudines Burdegaleusis Commentarij impressi à Gryphio, anno 1540. Eiusdem de gestis Gallorum libri 9. ad historiam Pauli Aemilij additi, perducta historia vsq; ad tempora Heinrici 11. Francorum regis, excusi sunt Parisijs à Vascosano anno Domini 1550. in 8. Eiusdem carmina quædam excusa sunt, ni fallor. Idem in Latinam linguam conuertit Plutarchi libellos, contra Coloten, quo id suscipitur probandum, Ne viuere quidem iucunde quæquam posse, qui sectam sequatur Epicuri. Contra Coloten lib. 2. quo refellitur Colotis liber ad Ptolemæum regem scriptus, laceffens & irridens veteres philosophos. Pro nobilitate libri fragmentum. De inscriptione particule huius El, pro foribus Delphici templi. Eroticum. Omnia hæc Lugduni excusa sunt.

* *Arnoldi de Lens*, medici ac mathematici Geometrica elementa. Antuerpiæ apud Plantinum.

* *Arnoldus Londinensis*, varias historias & doctrinas ad vitanq; salutem necessarias, in vnum volumen collegit, quod Repositorium nominauit. Vixit anno 1520. Balus.

Arnoldi Madiri Pisander Bobylius, id est, Dialogus iocularis, per actus in modum comæ diæ distinctus, impressus est Antuerpiæ apud Ioannem Steellium in scuto Burgundiæ, anno Domini 1540. octern. 2.

* *Arnoldi Mermannij libri tres*, De rogationibus ac peregrinationibus, & hymnis & solennibus supplicationibus cum lucernis, & omni religionum Panoplia, impressi Louanij 1566. in 8. Eiusdem De sancta cruce, eiusq; religiosa adoratione & cultu, liber ibidem impressus. Eiusdem Dauus perduellis, siue Rerumpub. perturbator. Louanij 1564. Theatrum conuersionis gentium totius orbis, siue Chronologia; De vocatione omnium populorum, & propagatæ per vniuersum orbem fidei, Christianæ religionis descriptio, Antuerpiæ apud Plantinum 1572.

Arnoldus Nouicomensis, quare Arnoldum de villa noua.

Arnoldus Oridryus Summam linguæ Græcæ scripsit, impressam Lutetiæ in officina Vucheli. Præterea de bona mente, carmine lambico dimetro iustum librum, De cura pauperum insigne opus, Vertit carmine Hesiodi agriculturam, scripsit & lubilæum, cuius argumentum est sacrum, non iniucundum neq; indoctum, mira inuentionis dexteritate. Vertit & comparisonem regis ac monachi ex Chrysofomo.

* *Arnoldi Pontaci Burdegaleusis Chronographia*, à Christo nato ad annum M^d LXVI. impressa Parisijs 1567. in folio, & Louanij 1570. 12.

* *Arnoldus Rufus*, Tolosanus, professione Augustinianus, scripsit Annotationes in Augustinum de ciuitate Dei, & quædam super alios eiusdem tractatus. Vixit anno 1410. Nic. Bertrandus.

* *Arnoldi Sorbini*, Tolosanorum theologi, & Regij ecclesiastæ, Tractatus de monstris, quæ à temporibus D. Augustini hucusq; ortum habuerunt, ac ijs quæ circa eorum tempora miserè acciderunt. Parisijs 1570. decimosexto.

* *Arnoldus Sautius*, Tolosanus, Augustinianus, scripsit Super sententias lib. 4. De generibus va-

suræ lib. 1. De præscriptionibus lib. 1. De restitutione lib. 1. Vixit anno 1390. Nic. Bertrandus.

* *Arnoldus Vuandmeer*, Naelduicenus, L. L. licentiatus, in Latinam linguam transtulit dialogum, Desiderium de expedita ad diuinum amorem via.

Arnoldus Vesaliensis, scripsit Exegesin decalogi, impressam Colonia anno D. 1542. Varia carmina Græca.

Arnoldus de villa noua, natione Gallus, Prouincialis, vel vt alij volunt, Catalanus, scripsit Speculum medicinæ, de humido radicali, de intentionibus diuersis medicorum, de regimine sanitatis opus, quod Magninus Mediolanensis sibi vendicauit: de regimine sanitatis regis Arragoniæ, de conseruanda iuuentute, & retardanda senectute: de considerationibus operis medicing, de phlebotomia: Parabolas meditationis, quæ alio nomine à medicis appellantur Regulæ seu canones generales curationis morborum: De tabulis generalibus, quæ medicum informant specialiter, cū ignoratur ægritudo: de aphorismis, de parte operatiua, de regimine castra sequentium, de regimine sanitatis Salernita. breuiarium Practicæ, cum capitulo generali de vrinis, & tractatu de omnibus febribus, Practicam summariam seu Regimen ad instantiam papæ Clementis, de modo preparandi cibos & potus infirmorum in ægritudine acuta, compendium regiminis acutorum, regimen quartanæ, de cura febris heclicæ, regimen podagræ: de sterilitate tam ex parte viri, quam ex parte mulieris: de conceptione, de signis leproforum, de bonitate memoriæ, de amore erotico, de maleficijs, de cautelis medicorum, de venenis, de arte cognoscendi venena, de dosibus theriacalibus, de graduationibus medicinarum aphorismos, de ornatu mulierum, de simplicibus medicamentis, de decoratione, commentarium super suis parabolis, de coitu, de conferentibus & nocentibus principalibus membris nostri corporis, de vinis, de aquis laxatiuis librum, de antidotis, repetitione super canone Vita breuis, tabulam super eodem. Expositionem super aphorismo, In morbis minus periclitantur, & super commentario Galeni in eundem. Commentarium super textu Galeni de mala complexionē diuersa, quæstiones super eodem libello: de febribus regulas generales, de pronosticatione visionum quæ fiunt in somnis, de astronomia, de phisicis ligaturis; rosarium philosophorum, lumen nouum de sigillis, flos florum. Epistolam super Alchimia ad regem Neapolitanum. Præter hæc quidam ei adscripserunt tractatum de quercu & partibus eius, scilicet folio, visco, cupulis, glandibus & gallis. Vertit Hippocratis librum de lege, ex Græco in Latinum, quæ versio habetur in Articella medicorum barbarorum. Quod autem non omnia præscripta opera Arnoldi genuina sint, patet in tractatu de bonitate memoriæ. Herbarium quoq; constat non esse Arnoldi, quoniam Arnoldus alicubi in eo citatur. Hæc impressa sunt vno libro Lugd. anno 1504. Eiusdem breues & luculente enarrationes, accuratius & diligentius quàm antea, per Ioannem Curionem & Iacobum Crellium, Egenolphus impressit Francofordiæ

Wofordiae, anno Domini 1553. adiectis quibusdam alijs, octern. 20. * Scripsit etiam Arnoldus Nouicomensis non pauca theologica, e quibus hæc quæ sequuntur vno volumine comprehensa, manu scripta extant apud C. L. V. D. Gilbertum Cognatum. Introductio in librum de semine scripturarum quæ est de prophetis dormientibus, siue de dormientium prophetijs. Allocutio ad fratrem P. de Pogeto, de significatione nominis tetragrammaton tam lingua Latina quam Hebraica, & de mysterio Trinitatis. Dialogus de elementis fidei. De Antichristo, & cõsummatione huius mudi: hic liber damnatus fuit à Bonifacio VIII. De mysterio cymbalorum ecclesiæ ad priorem & monachos Scalæ Dei. De prudentia Christianorũ scientijs operã nauantium. Epistolæ quam plures ad Christianos principes & monachos. Philosphia Christiana, & arma aduersus Antichristum & eius membra, ad collegium Romanorum. Apologia & responsio ad verfutias Pseudotheologorum & monachorum. Persecutio siue confessio Herdensis. Antidotum contra venenum effusum per fratrem Martinũ de Athera prædicatorem cum supplicatione facta Burdegalis Summo pontifici Clementi V. Lectura eius super primam Fen. primi, cum multis quæstionibus, extat apud Mathæum Dresserum.

Arnoldi Vostefeldij Lindauensis De cõstruendi modo in interpretandis autorib. libellus Lipsig impressus est à Jac. Thäner anno 1505. char. 2. 30

* Arnulphus Ruzæus I. C. De iure regaliæ.

* Arnulphus concionator, Anglus, quidam Beulacensem scribunt, Rossensis episcopus, cleri corruptos mores acerbe insectatus est: scripsit autem Solutiones quasdam ad quæstiones Lamberti abatis Bertiniani. De corpore & sanguine Domini lib. 1. De sex verbis Domini in cruce lib. 1. De operibus sex dierum li. 1. Homilias & sermones. Romæ tandem cæsus est, cum eius reprehensiones ferre non possent, anno D. 1126. Baleus, 40

* Aros Chymicus scriptor citatur è seniore Hamuelis filio.

Arrianus è Nicomedia, historicus & philosophus, De Epicteti dissertationibus opus edidit tribus voluminibus, & Alexandri Magni historiam 8. libris descripsit: vtrunq; opus habetur excusum Venetijs & Basileæ. Alexandri verò historia, etiam Latine excusa est ab Oporino, ex translatione Latina Bartholomæi Facij, extat quoque Arriani Periplus Euxini Ponti, & maris rubri, 50 impressit Froben. cum Strabonis epitome. Eiusdem Indica, & de expeditione Cyri lib. 6. Romæ habentur. Eiusdem de Epicteti philosophi præceptoris sui dissertationibus lib. 4. saluberrimis, ac philosophica grauitate egregie conditis, præceptis atque sententijs referti, impressi sunt Basileæ à Ioanne Oporino, anno D. 1554. Græce & Latine Iacobo Scheggio interprete, cum Enchiridio Epicteti, & annotatiunculis Scheggij in difficiliora Arriani loca. Quatern. 77. * Discursus 60 super Arriani libro De mari rubro Italice, cum alijs Italicis libris nauigationum impressus. Indica Arriani (vt puto) nõ alius liber est, quam qui vulgo octauus numeratur historix de expeditione Alexandri, nam is Indiæ descriptionem con-

tinet: & separatus est ab historia Alexandri quæ septem libris, ad imitationem Anabascos Xenophontis, absoluitur. Eius libros de Epicteto, nõ fallor Hieronymus Vuolfius quoq; in Latinam linguam transtulit.

Arrianum insignem Iurisc. Paulus Patauinus citat, in l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. & Vlpianus Tyrius in l. 1. parag. qui autem. ff. quorũ legatorum, plures autem libros scripsit in iure ciuili, & præcipuè de re militari. Ipsius etiam extant leges in Pandectis Iustiniani.

Arrianus poeta Tyberij Imperat. temporibus vixit, cuius carminibus ipsum Tyberium delectatũ fuisse, Tranquillus scribit. Eius autem opera Suidas cõmemorat: metaphrasin Geor. Verg. Alexandri da, poema videlicet de Alex. Magni gestis lib. 24. alia quoq; in Artalũ Pergamensem poemata, Alius est Rhianus poeta, de quo infra.

Arrianus historicus (alius à Nicomediensi, & eo posterior, nãq; is sub Adriano vixit, teste Suida) Maximinorũ, Maximi ac Balbini, & 3. Gordianorũ vitas descripsit, teste Iulio Capitolino.

* Arrideus Macedo, poeta, æmulus Euripidis vnã cũ Crateua, eũ immisissis canibus occidit. Suid.

Arridi Dominici meditatio mortis Christi, orationis siue precatationis instar, impressa est Venet. in 8. apud Fuscum, cũ Bernharo de terra sancta.

Arrij presbyteri ad Eusebium epistola legitur in vita Athanasij, quam Ioan. Aretinus scripsit. Itẽ epistola ad Eusebium Cæsariensem, qualis sit sua opinio de generatione filij Dei, propter quã ab Alexandro Papa persecutionem sustineat: proposita est Marij Victorini lib. 4. de Trinitate, aduersus Arrium. Basileæ apud Heinricum Petrum, cum alijs varijs. Eius liber Thaleia inscriptus citatur ab Athanasio.

Arrius Menander, vetus I. C. scripsit de re militari li. 4. vnde quẽdã decerpta leguntur in Pand.

Arsatius Schofer scripsit enarrationes Euangeliorum Dominicalium ad dialecticam methodũ & rhetoricam dispositionẽ accommodatas. Adiecti sunt loci Theologici, subnexis etiã aliquot propositionibus. Liber exiuit Augustæ Vindelicorum, anno 1538.

Arsenius de Rainerijs, scripsit super Rubr. Solutio matri. l. si filius qui patri. in 1. Inforciati. et ibidem in Rubric. de vulg. & pup.

S. Arsenij Oratio, Græce. m. in bibliotheca Regis Gallorum.

Arsenius Archiepiscopus Monembasiæ, collegit apophiegmata Philosophorũ, Imperatorum, Rhetorum, & Poetarum, ordine alphabeti iuxta nomina autorũ Liber impressus Romæ, Græce. Idem in Eurip. tragædias 7. scripsit scholia Græca, publicata Venetijs 1534. & Basileæ apud Heruagium, locos etiam aliquot communes ex Græcis autoribus collegit, quẽ omnia, aut certe pleraq; ex Stobei collectan. ordine tantũ immutato transcripta videntur. Itẽ libellus quidam Græcus Romæ ante aliquot annos exiuit ab eodem consarcinatus, quo cõtinentur varia & arguta carmina, fabularũ aliquot poeticarũ enarrationes, & ex Strom. Clemetis quẽdã de furtis scriptorum. Epistola eiusdem ad Cardinalẽ Ridolphum G. m. extat in bibliotheca Regis Gallorum.

Arsuberes in Turba, citatur ab Hortulano inter Chymicæ scriptores.

* *Artapanus* in opere De Iudæis citatur à Clemente lib. 1. Stromaton.

Artaxerxis magni regis epistolæ tres inter Hippocratis medici epistolas extant.

Artemidori geographi Epitomes libros vnde cum citat Stephanus. Idem meminit Artemidori Ascalonæ nati, qui res Bithynicæ scripserit. Plinius in suis libris Geographicis citat Artemidorum Ephesium. Strabo quoque sæpe Artemidori testimonio vtitur. Athenæus citat Artemidori Ephesij Geographica, & Ionica hypomnemata.

* *Artemidorus* dialecticus, in libro aduersus Chrysippum, citatur à Laertio.

* *Artemidori* Cnidij filij Theopompi meminit Strabo, inter claros eius insulæ viros. Vixit Tiberio Imperatore.

* *Artemidorus* Tarfensis, Grammaticus, comme moratur à Strabone inter eos quorum scripta extant.

Artemidori Aristophanij Glossas opsartycas, & librum de Doride, citat Athenæus.

Artemidorus philosophus Ephesius, siue Daldianus, scripsit De somniorum interpretatione lib. 4. Item De augurijs & manuum inspectione. Eos Aldus Græce excudit. post à Iano Cornario Latine redditi, Basileæ ex officina Frobeniana prodierunt, anno D. 1539.

* *Artemon* Clazomenius, scriptum de Homero edidit, cuius meminit Suidas in Arstino. Idem de Clazomeniorum finibus citatur ab Aeliano.

Artemon scripsit de Dionysiaco epistematate.

Artemonis cuiusdam scripta citantur apud Fulgentium in Mythol. & Plinium, qui in librum 28. quædam ex eis transtulit.

* *Artemon* hæresiarcha, Samofatenianæ impietatis autor, meminit eius Epiphanius.

* *Artolphus* ex Bauaria, medicus, scripsit Germanice librum de re medica.

* *Artorius* citatur à Festo.

* *Artuillus* Illustris, Scotus, scripsit De rebus mathematicis lib. 1. Ad Aldhelmum episcopum lib. 1. Vixit anno salutis 710. Baleus.

* *Arturus* Kelton, Britannus, scripsit Anglicis rythmis laudes Cambrorum, item Genealogiam eorum à Bryto. Claruit anno 1548.

Arviragus Tegenus, Britannorum rex, scripsit super Genissæ connubio lib. 1. Epistolas multas ad proceres, ad regem Caratacum epistolas plures doctissimas. Claruit anno D. 74.

Arulenus Rusticus, vide Iunius Arul. Rustic. *Aruncius* citatur apud Plinium, qui in librum quintum Naturalis historię quædam ex eo tran scripsit.

Aruncius Celsus, grammaticus, Terentij & Virgilij interpres, citatur à Charisio & Rufino.

Aruncius rhetor Augusti Cæsaris temporibus, multas scripsisse declamationes fertur.

Arustianus Messus, elocutionū libellum ex Vergilio excerpfit, cuius ex recentioribus meminit Ioannes Pierius.

* *Arusinus* grammaticus citatur à Varrone libro nono de lingua Latina.

Asaphus Britannus, episcopus, scripsit ordinamentorum suæ ecclesiæ lib. 1. Et vitam Kentigerni, ac alia etiam nonnulla. Claruit anno D. 590.

Asarnbas citatur apud Plinium, qui in librum tricesimum septimum Naturalis historię multa ex eo mutuatus est.

* *Ascanij* Clementini Tractatus de patria potestate. Francofurti 1572. octavo.

Ascanij Schratenbergij de Indicationibus curatiuis lib. 10. longè vtilis omnibus, qui artem medicam profiteri volunt. Brixia apud Vincentium Sabientem in 8. anno 1569.

Aschreus de agricultura libros composuit, teste Varrone.

* *Asfalia* Chymicæ scriptor, citatur à seniore Hamuelis filio.

Asclepiades Anazarbeus, grammaticus, scripsit De fluminibus, teste Stephano.

Asclepiadæ epigrammata Græca 18. in Florileg. *Asclepiadis* Arii librum de Demetrio Phalereo citat Athenæus.

* *Asclepiades* Cyprius scripsit de Cypro & Phœnice. Porphyrius libro πρὸ ἀπορίας ἐπιπέπων.

Asclepiades Diotimi F. Myrleanus (vrbs hæc est Bithynicæ, quæ nunc Apamea dicitur) prima verò stirpe fuit Nicenus, grammaticus, discipulus Apollonij. Vixit sub Atalo & Eumene Pergamenis regibus, scripsit philosophicorum librorum correctiones. Docuit & Romæ sub Pompeio Magno, & Alexandria sub Ptolemæo adulescens versatus est. Scripsit multa. Suidas. Quæ tamen vix temporum rationi consentiunt. Atalus enim obiit anno V. C. 622. Pompeius Magni cognomen accepit 672. Itaq; supra quinquaginta annos docuisset, Strabo lib. 3. scribit Asclepiadem Myrleanum Grammatica docuisse in Turdania Hispaniæ, & illarum gentium aut regionum πρὸ ἀπορίας ἐπιπέπων edidisse. Athenæus citat eius Aegyptiaca, librum De Nestoride, & Parthenius eiusdem Bithynica citat. Numeratur etiam inter Homeri interpretes.

Asclepiades Prusiensis, medicus, hic, Plinio teste, ætate Pompei Magni Rhetoricæ magister nec satis in ea arte quæstuosus, ad medicinam se conuertit, & ad Michridatem volumina quædam scripsit, cum sollicitatus ex vrbe Roma præcepta pro se mitteret. Scripsit etiam De musto dando volumen ab eo cognominatum, de quo postea innumeri disseruere, vt idem testatur lib. 23. ca. 2.

Huius scriptis in pluribus libris Plinius vsus est.

A Galeno etiam eius scripta in lib. 2. De Antidotis, & in libris De compositione medicamentorum frequenter allegantur: & libri nominantur, De alopecia, Exteriorum quintus, Internorum secundus. Memoratur autem Galenus duos Asclepiadas qui post Antoniū Musam scripserint de pharmacia, & eos post Andromachum natos ait.

Idem Asclepiadis Pharmacionis scripta citat. Idem τὰν ἰσχυρὸν τὸ ἀσκληπιάδου commemorat, libri, vt videtur nomen, scripti De medicamentis simplicibus. Aetius quoq; adducit Asclepiadis Epithemata ad capitis dolores, Collyria, Remedia ad apthas, Cataplasmatum librum, Epulorica vlcerum vteri.

* *Asclepiades* Tragileus, ex Tragilo vrbe Thraciæ,

tiæ, Tragodumena sex libris conscripsit. Stephanus de urbibus. Athenæus lib. 10. citat Asclepiadis Tragodumena absq; villo gentili authoris nomine.

Asclepiodorus citatur apud Plinium lib. 35.

Asclepius Afer episcopus, scripsit aduersum Arianos, & Donatistas, & Homilias. Claruit anno Domini 460.

* Asclepij Barbati sylua, in qua hæc continentur, Votum pro reditu saluo Ioannis comitis Henenbergensis, Panegyris Francisci à Sickingen & Hulderici Hutteni. Carmen ad Philippum à Vuinsburg de ipsius fato & fatorum viribus. Elegia in obitum Georgij Forchemij, Erphordiae ob diuinum verbum veneno sublato.

Asclepij cuiusdam scripta citantur apud Plinium, qui in lib. 11. multa ex eius lucubrationibus transcripsit.

* Asclepij Tralliani in sex libros Metaphysicorum Aristotelis commentarij, Græce Romæ in Vaticana extat. Item in Nicomachi arithmetica.

Asconius Pedianus, Patauinus, vixit Neronis tempore, & in aliquot Ciceronis orationes commentarios exarauit: inuentos primum à Poggio Florentino in Heluetia, in monasterio S. Galli, de inde verò impressos Venetijs apud Aldum & Parisijs apud Ioan. Roigny castigatores, anno Domini 1536. Item Venetijs cum scholijs Pauli Manutij. Et Basileæ apud Oporinum, cum aliorum in orationes Ciceronis commentarijs, additis etiam Pauli Manutij scholijs, Lugduni cum Francisci Hotomani scholijs.

* Ascar liber De vita Machumetis, citatur à Belonio in libro Singularium obseruationum.

Asellius Sempronius historicus, militauit sub Scipione Aemiliano apud Numantiam tribunus militum, idq; bellum literis mandauit, citatur sæpe à Gellio.

R. Afer Iudæus scripsit glossam in Thalmud Babylonicum Venetijs impressam, & tractatus paruos aliquot cum eodem impressos parte V.

Asianus Sardiensis episcopus, Antonino Imperatori apologeticum pro Christianis tradidit, anno Domini 173. Eusebius.

* Asinij Capitonis doctissimi viri, epistolæ sunt in vno libro multæ, opinor positæ in templo Pacis. Primaq; epistola scripta est ad Pacunium Laeonem, cui titulus præscriptus est Pluria non plura dici debere. Gellius libro 5. cap. 21. Idem etiam mentionem facit literarum Asinij ad Clodium Thuscum.

Asinius Gallus Asinij Pollionis filius, orator atque declamator insignis, libros scripsit de comparatione Asinij patris & Ciceronis, in quibus patrem Ciceroni longè anteponebat. Contra quos libros instar apologetici scripsit defensionem Ciceronis Claudius Imperator. Scripsit etiam declamationes Augusti Cæsaris temporibus.

Asinius Pollio scripsit librum, in quo Salustij scripta reprehendit, vt nimia prisorum verborum affectatione oblita. Cuius meminit Suetonius de illustribus Grammaticis, cap. 9.

Asinius Pollio orator, ad Cæsarem, Contra maledicta Antonij, De provinciarum hæredibus, citatur à Charisio. Asinius Pollio Romanus, libros

decem & septem historiarum Romanarum composuit, primusq; Græcorum res gestas Latino stylo esse persecutus. Suidas.

Asinius Pollio Trallianus, sophista & philosophus, Romæ docuit sub Pompeio Magno, schola Timagenis suscepta. Scripsit Epitomen Archididis Philochori: Dicta & facta memorabilia Musonij philosophi: Epitomen Diophanis Georgiorum lib. 2. Ad Aristotelem de animalibus lib. 10. De ciuili Romanorum bello Cæsariano & Pompeiano. Suidas.

* Asinius Quadratus libro octauo & nono Parthicorum, item decimoquarto Romanæ Chiliarum siue Chihadis citatur à Stephano de urbibus, omisso tamen Asinij nomine.

Asium Samium poetam veterem, semel & iterum nominat Athenæus.

Aspasius Rauennas Demetriani filius, qui vixit Alexandri Mameæ temporibus, scripsit contra Aristonem & maledicos diuersas orationes.

* Aspasius Tyrius sophista & historicus, scripsit De Epiro & rebus Epiroticis: Historiarum miscellaneæ lib. 20. De arte dicendi & alia. Suidas.

Aspasij scholia in Ethicorum Aristotelis libris septimum & octauum & secundum, vt aliqui putant, vnâ cum Eustratij commentarijs habemus. De tribus Aspasijs vide Volaterranum & Suidam.

Aspasium in 10. Categorias Aristotelis scripsisse testatur Galenus.

Asperna rhetor insignis Augusti Cæsaris temporibus declamationes scripsit.

Asper Grammaticus antiquus in Terentium annotationes scripsit. Vide in Acl. Donato. Eius scripta quedam extant inter opuscula veterum Grammaticorum.

Asper Vergilij interpres antiquus, quæ etiam Probus & Macrobius adducunt, & Aemilium Asperum nominant. Hic fortasse non diuersus à Fl. Aspero, quem se editurum promiserunt Neapolitani.

Asperius Meneuiensis, natione Britannus, descripsit historiam Britannicam. Et de rebus gestis Alphedri lib. 1. Claruit anno D. 890.

* Aspidius quidam Chymiarum scriptor citatur ab Hortulano.

Astaphon nominatur inter naturalis magiarum scriptores ab Hein. Cornelio Agrippa.

Astensis scripsit sermones supra Euangelia dominicalia, à paschate vsq; ad aduentum.

Astensis Summa Decretalium: pars prima continet quinque libros, 1. est de decem præceptis, secundus de virtutibus & vitijs, tertius de contrariis & vltimis voluntatibus, quartus de Sacramentis in communi, & de tribus primis sacramentis, scilicet, de baptismo, confirmatione & eucharistia, de pœnitentia. Secunda pars continet vltimos tres libros, sextum de sacramentis ecclesiarum, videlicet antecedentibus ordinem, de ipso ordine, septimum de ecclesiastica censura, scilicet excommunicatione, interdicto, & suspensione, octauum de matrimonio. Extat m. apud M. Dress.

Asterius Arrianæ factionis, philosophus scripsit regnante Constantino, in epistolam ad Romanos, & in Euangelia & psalmos commentarios. Hieronymus.

Astefanus de Ast, ordinis fratrum minorum, scripsit *Summam* de casibus lib. 8. Claruit anno Domini 1330.

* *Aston* Crotoniata plura scripsisse fertur, quæ deinde Pythagoræ inscripta sunt.

* *Astrapsychi* ad Ptolemæum fors, qua interrogati aut interrogantes diuinant. Græce seruatur in bibliotheca regis Gallorum. Forte idem cum *Astyampsycho*.

* *Astulphus*, monachorum conuersus, scripsit ad sui ordinis nouitios dialogum.

* *Astyages* grammaticus, scripsit artem Grammaticam, De dialectis, De versibus, Regulas nominum, Commentarium in Callimachum poetam. Suidas.

Astyampsycheus, vel *Astrapsycheus* veterinarius, scripsit librum De cura asinorum, & alium De interpretatione somniorum, teste Suida *Astrampsychi* ad Ptolemæum liber, habetur Romæ in bibliotheca cardinalis S. Angeli.

Astyanassa mulier impudicissima, quæ fuit vna ex Helenæ ministris, De varijs concubitus generibus aliquot volumina scripsit, quæ postmodum *Philenis* & *Elephantis* peruulgatissimæ mulieres sunt insecutæ, quæ de huiusmodi rebus nõ minus accuratè quàm turpiter commentaria reliquere. *Leonicus* de varia historia lib. 3. cap. 31.

Astydamas senior, tragicus Atheniensis, docuit tragædias 242. vicit 15. primus ex auditoribus Scæris se ad poeticam conuertit.

Astydamas iunior, senioris filius, & ipse tragicus, fabulæ eius sunt, *Hercules Satyricus*, *Epigoni*, *Aiax furiosus*, *Bellerophontes*, *Tyro*, *Alcmena*, *Phœnix*, *Palamedes*. Suidas.

Astynomus citatur apud *Plin.* qui ex eo multa in lib. 4. & 15. Nat. hist. transtulit.

Atacinus *Varro*, vide *P. Varro Atacinus*.

* *Athalarici* regis Gothorum, epistolarum libri 4. scripti Latine, extant in bibliotheca *Georgij Fabritij*.

* *Athanadas* in *Ambracis* citatur ab *Antonio Liberali*.

Athanasius Alexandrinæ vrbs episcopus Magni cognomen apud Græcos adeptus, defensor acerrimus orthodoxæ fidei, & *Arrianæ* perfidiæ hostis, plurima scripsit, e quibus alia quidem varijs locis & temporibus edita sunt, postremò verò *Basilææ* *Frobeniani* omnia eius opera quæ extant, vno volumine Latine ediderunt, id in quatuor tomos distinctum est, quorum tres priores *V. C. Petrus Nannius* conuertit: sunt autem hæc nomina librorum. Tomo primo Contra idola oratio. De humanitate verbi eiusq; corporali aduentu. Ad *Epictetum* episcopum *Corinthiorum* epistola contra hæreticos. Expositio fidei. *Liberij Romani* episcopi epistola ad *Athanasium*, & eius responsio. Ad *Antiochenes* epistola. De æterna substantia *Filij* & *Spiritus sancti* cū *Deo*, contra gregales *Sabellij* oratio. Oratio qua docet vnum esse *Christum*. Ad *Adelphium* fratrem & confessorem contra *Arrianos* oratio. Contra *Arrianos* orationes quinq;. In hoc dictum, Omnia mihi tradita sunt à *Patre*. Compendium e superioribus descriptum, contra eos qui dicunt *Spiritum sanctum* creaturam esse. Tomo secundo

Ad *Imperatorem Constantium* apologia. Apologia de fuga sua. Epistola ad vbiq; orthodoxos, cum per *Arrianos* persecutio fieret. De sententia *Dionysij* episcopi *Alexandrini* aduersus *Arrianos*. Quod *Nicena Synodus* animaduersa *Eusebij* calliditate, congruis & pijs verbis decreta sua super *Arriana* hæresi exposuerit. Contra *Arrianos* apologia secunda. Ad *Serapionem* fratrem epistola. Ad omnes vbiq; solitariam vitam colentes, & in fide fundatos. Ad *Iouinianum* de fide epistola. De synodis *Arimini* & *Seleucie* celebratis epistola. Ad *Dracontium* episcopatum fugientem epistola. Ad episcopos in *Africa* epistola. Tomo tertio De incarnatione verbi. De natura humana suscepta. De incarnatione *Christi*. De salutari aduentu *Christi* contra *Apollinarium*. Contra omnes hæreses sermo. Ad *Maximum* philosophum oratio. In illud, *Profecti in pagum* qui ex aduerso est, inuenietis pullum, &c. In passionem *Saluatoris*. Ad *Marcellinum* de interpretatione *Psalmorum*. De virginitate siue de meditatione. Testimonia ex sacra scriptura, de naturali communione similis essentia inter *Patrem* & *Filium* & *Spiritum sanctum*. Ad omnes vbiq; per *Aegyptum* & *Syriam* & *Phœniciam*, & *Arabiam* fratres, epistola. Refutatio contra hypocrisim *Meletij*. De sanctissima *Deipara* *virgine Maria*. In passionem & crucem *Domini*. Ad *Serapionem* episcopum *Tmueos* epistola. In illud: *Quicumq; dixerit verbum contra filium hominis*, remitteretur ei. Disputatio in *Niceno concilio* contra *Arrium*. *Hospitalia* de semente. Declaratio *Leuitici* de diuersa eiusdem rei nomenclatura. Tomo quarto De varijs quaestionibus sacrae scripturae ad *Antiochum* libellus. Tractatus de definitionibus. Disputatio contra *Arrium* *Laodiceæ* habita. Ad monachos exhortatio. De passione imaginis *Domini* nostri *Iesu Christi* libellus. Ad *Marcum papam* epistola. *Marci* rescriptum. Ad *Serapionem* de *Sancto spiritu* epistolæ duæ. De vnitate *Deitate Trinitatis* lib. 7. Synopsis totius sacrae scripturae *Novi* ac *Veteris instrumenti*, *Vulfgango Musculo* interprete. Porro post horum editionem nuper editi sunt *Athanasij dialogi* 5. de sancta *Trinitate* Græce & Latine ex interpretatione *Theodori Bezae*. *Geneuæ* apud *Heinricum Stephanum*. *Basilææ* quoq; in *Antidoto* aduersus hæreses editi sunt vndecim libri *Athanasij* de *Trinitate*: horum septem priores inter opera *Athanasij* tomo quarto habentur: octauus inscribitur *De Arriana* & catholica confessione: nonus *De fide* sua, est autem dialogus inter *Athanasium* & hæreticum: decimus *De vnitate fidei*: vndecimus *De fide vnitate & trinitatis Patris & Filij & Spiritus sancti*. Hos libros omnes separatim enumerat *Trinhemius*: habent enim singuli peculiare inscriptiones. Refertur quoque ab eodem *Vita S. Antonij*: item ad *Luciferum* episcopum lib. 1. Epistolæ & sermones plures. *Symbolum Athanasij* vulgò notum est omnibus. Inscribentur etiam aliquando *Athanasio* commentaria in epistolas *D. Pauli*, quæ tamè constat *Theophylacti* esse. Non dubito etiam inter hos libros non omnes genuinos esse, veluti de *Passio*
ne imago

ne imaginis D. N. Iesu Christi, quem docti etiam reclamante septima Synodo suppositivum esse iudicant. Disputationem quoque inter Arrium & Athanasium Laodiceæ habitam, Georg. Casander veterum codicum testimonio Vigilio maratyri adseruit. Præterea Athanasij libri, Confessio fidei suæ, Oratio aduersus Latinos De Spiritu sancto, De Azymis, De igne purgatorio, De fruitione sanctorum. De connubio sacerdotum, De Triade, De ieiunio, Græce manu scripti seruantur in bibliotheca regis Gallorum, è quibus tamen non dubito quosdam falsò illi inscribi. Exstant etiam plurimi Athanasij libri G. m. apud Iustinum Goblerum I. C. Extat & eiusdem Synopsis scripturæ sacræ G. m. apud Ioan. Vuolphium Tigurinum. Sunt etiam opera eius excusa Parisijs anno D. 1572. in folio. Contra Arrianos Græcus manuscriptus extat in Italia, ite Sermones 32. Sermones contra Idola. Contra Arrium & alios hæcodoxos. Interpretatio adhortatoria Psalmorum. Tractatus ad Antiochum de plurimis & necessarijs quæstionibus, quæ in factis literis dubig sunt, & ab omnibus Christianis cognosci debent. Hæc omnia Romæ. Athanasij Lexicon Græcum extat Venetijs in bibliotheca S. S. Ioannis & Pauli. De fide catholica liber manuscriptus, ac nòdum editus, extat Viennæ apud Vuolfgangum Lazium. Floruit anno Domini 370.

Athanasius Constantinopolitanus, abbas Arshienis, Cræticis Cynici philosophi epistolas Latinas fecit, impressæ sunt Viennæ Austriæ. Floruit sub Carolo Arragonum principe.

Athanes scripsit Sicelica, teste Athenæo.

Athans cuiusdam historias citat Plutarchus in Timoleonte.

* Athelardus Bathoniensis monachus, Anglus, scripsit De naturis rerum seu naturalium quæstionum lib. 1. De causis rerum naturalium lib. 1. Sic & non sic lib. 1. De septem artibus liberalibus lib. 1. De Astrolabio lib. 1. Problematum librum. 40 Transulit ex Arabico Ezichiafarim, Euclidis Geometriam. Claruit anno 1130. Baleus.

Athenæus scripsit Dipnosophistarum, id est, argute sciteque in conuiuio differentium lib. 15. Hi Græce primum ab Aldo Venetijs, postea Basileg apud Valderum anno 1535. excusi sunt. Præter hoc opus, scripsit & historiã de regibus Syriæ, cuius mentio fit lib. 5. vbi Alexandri conuiuium describitur. Priores duo libri Dipnosophiston non extant: quæ enim habemus epitome tantum sunt. 50 Fuerunt & alij duo Athenæi, alter ex Seleucia Ciliciæ, Augusti tempore, Peripatericus doctissimus, de quo nò nulla ex lib. 14. Strabonis. Volat. alter verò Attaleus medicus insignis, vt eo nemo inter recentiores medicos, omnè adeò medicinæ ratione memoriæ prodidisse melius à Galeno referatur. Sæpe enim illius hic meminit, præcipuè tamen lib. 2. de causis symptomatum, et libro de elementis. Athenæi paraphrasin in Alexipharmaca Nicandri Græcã Venetijs habet nobilissimus Cæsareæ maiestatis legatus D. Dieg. Hurtad. Athenæi ingens volumen de armaturis Græce extat apud clarissimum Baronem Sigismundum à Dietrichstein Styrum. Eiusdem libri extat apud illustrissimum Dieg. Hurtadum.

* Athenæi & aliorum mechanica Græce extant Romæ in Vaticana. Eiusdem libri Dipnosophistarum Latine editi sunt Natale à comitibus interprete.

Athenæus philosophus scripsit Theogoniæ lib. 10. Item librum de rerum principio, teste Ael.

Athenagoræ philosophi Christiani (qui floruit infra ducentesimum à Christo annum) liber de resurrectione, impressus Parisijs apud Vuchelū anno 1541. Græce & Latine. Idem Basil. ab Hein. Petri impressus est in micropresbytico, Græce & Latine Petro Nannio interprete. Marfilus Ficinus etiam quædam inde decerpit & transtulit, quæ habentur in libello edito Basileæ 1516, cum Aenæ Platonicæ opere de immortalitate animæ. Eiusdè legatio pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum & Còmodum, Romanos Imp. manu scripta Græce, Bononiæ in bibliotheca S. Saluator. extat, & Romæ in bibliotheca Card. S. Fioræ. Eadem edita est ab Heinricho Stephano, vnà cū lib. de resurrectione, Græce & Latine quoq; Conrado Gesnero interprete: eosdem libros postea Gesneri fratres ediderunt.

Athenagoras libros de agricultura scripsit, teste Varrone.

Athenio scripsit Samothraces, quos citat Athenæus.

Athenoclem Cyzicenum nominat Athenæus. Athenodorus Atheniensis philosophus, præceptor Dionysij Areopagitæ, scripsit opus quod *διαγορά* inscripsit. Emicuit autem Augusti Cæsaris temporibus.

Athenodori liber de serijs & iocis allegatur Athenæo. Item in octauo *περιπελάου* seu deambulationum citatur à Laertio in Platone.

Athenodori hexasticon in 1. libro Florilegij.

Athenodorus Sandò scripsit quædam ad Octauiam Cæsaris sororem, quæ citantur apud Plutarchum in vita Publicolæ.

* Athonius Chymicæ author citatur ab Hortulano, quandoq; simpliciter, quandoq; Athonius in Turba,

Atta vetus poeta, cuius Horatius et Plinius meminere, scripsit Aquas caldas, Epigrammata, Lucubrationes, vt hæc à Nonio citantur. Item librum, qui Tyro proficiscens inscribitur, item alium quem Supplicationem inscripsit.

Attalum medicum Galenus citat in opere De compositione secundum genera. Item Plinius libro trigesimo tertio.

Attali regis scripta citantur apud Plin. qui in 8. 11. 14. 15. 17. & 18. lib. Naturalis historiæ multa ex eius lucubrationibus transtulit.

Atteus philologus Atheniensis, libertinus, scripsit multa commentaria, quanquam nò extant. Item Hylen ostingentos in libros distributam. Claruit Asinij Pollionis et Sallustij temporibus, quorū præceptor fuit. Suetō. cap. 9. de Illu. Græ. Eius scripta citantur apud Plin. lib. 4. Nat. hist. Idem librum scripsit an amauerit Didonem Aeneas. Eiusdem *πινελίου* li. 30. adducitur à Charisio. Idem in libro Glossematorum citatur à Festo.

Atteius Capito scripsit librum de Senatoris officio, cuius meminit Gell. li. 4. cap. 10. Item Coniectaneorum libros, qui ab eodè citantur li. 14. ca. 8.

& Fenestellam de Magistrat. Rom. cap. 1. Atteii Capitonis scripta citantur apud Plin. qui in lib. 4. 14. 15. & 18. multa ex eius lucubrationibus trā scripsit. C. Atteius Capito libro 6. Pontificali citatur à Festo. Citantur etiam eius Collectanea à Gellio lib. 2. ca. 24. sed puto legendum Coniectanea. Item De iure pontificio lib. 4. cap. 6. De iudicijs publicis lib. 4. cap. 14. item 10. cap. 6.

Atticus Constantinopolit. post B. Ioan. Chrysofomum episcopus, scripsit ad reginas Arcadij Imp. filias, De fide & virginitate lib. 2. Itē epistolas quasdam, & alia non pauca. Eiusdē epistolę 2. extant apud Niceph. Callistum, vna ad Calliop. Nicænum presbyterum, altera ad Cyrillum Alexandrinum, de Chrysofomo in episcoporum album inscribendo. Floruit anno D. 379.

Attici Platonici *ἑπέδω* *Ἀριστοτέλους διανεχθέντα μωσεί κρητάρων*, liber Gręcus extat apud excellentissimum virum Dieg. Hurtad. Cæsareum legatum Venetijs. Attici scripta citantur apud Plin. qui ex eis in librum 35 Nat. hist. multa transcripsit.

Attilij qui Gręce historiam conscripserit, mentionem facit Cicero in libro 3. de Officijs.

Attilij Fortunatiani fragmentum de metro Sotadeo extat in Grāmaticis institutionibus Aldi de prosodijs. Citatur sæpe à Cōmentatore Terentij, et si bene memini, ab eo cuius liber de metris ad finem Prisciani editus est. Forte idem est qui Fortunatianus simpliciter nominatur.

Attilius poeta Comicus Sophoclis *Electram* conuertit, à Cicerone poeta durissimus, & à Licinio apud eundem Ferreus nominatur.

Auancius quidam emendationes scripsit in Statij syluas, excusæ sunt Venetijs.

Audacis epistola ad D. Augustinum, extat inter epistolas Augustini numero 139.

Audberti Homilię quędam extant impressę cum Homilijs, quas Alcuinus Leuita congescit.

Audentius episcopus Hispanus, scripsit aduersus Manichęos, Sabellianos & Arrianos, præcipua tamen intentione contra Arrianos, qui post modum Bonofiaci vocati sunt.

Audomarus Talæus, scripsit Rhetoricam ad Carolum Lotharingum, Parisijs excusam à Ludouico Grandino. Pręlectiones in Porphyrium, Parisijs impressas à Matthæo Dauide octern. 5. Explicationem Academicæ fragmenti Ciceronis, excusam à Ioanne Roigny octern. 9. Commentationes in Ciceronis paradoxa à Roberto Stephano excusas. Commentaria in libros Ciceronis de oratore ad Q. Fratrem, excusa Parisijs. Pręlectiones in P. Rami dialecticam, à Matthæo Dauide excusas anno D. 1550. Explicationem in Topica Ciceronis 1550. in 4. In primum Aristotelis Ethicorum. Ibidem. Admonitionem ad Adrianum Turnebum, 1556. apud Vuechelum. Orationem cum Rami & Bartholomęi Alexandri duabus orationibus editam 1544. Orationes & quędã alia. Obijt Parisijs 1562.

Auempace Arabs in Aristotelem quędam scripsit, Volaterranus.

Auempace Hispanus, Commentarios quosdam in Aristotelem, reliquit. Auempace adscribitur liber Hebręus de causis, quem tamen alij Aristotele vel Alpharabio aut Proclo tribuunt.

Auerrois (vel vt alijs nominatur *Aboolis Benroist*) Cordubensis medicus, cognomen Cōmentator, philosophus clarissimus, floruit circa annũ D. 1149. in omnes Aristot. libros scripsit, vt Cōmentatoris cognomen meruerit: Eius autem opera ferè omnia in philosophia ex castigatione Augustini Niphi, impressa sunt Venet. 1496. Eius opus medicum Colliger dictum impressum Venetijs 1469. ex castigatione Hieron. Suriani, vna cum Abhomeron Abynzoar libro theysir, & antidotario. Commentarij in cantica Auicennę, cum textu, interprete Armegãdo Blasij de monte Pessulano, impressi Venetijs 1484. Auerrois in Aristot. opera omnes qui ad nos peruenere commentarij, alijsq; ipsius in logica, philosophia & medicina libri impressi sunt Venetijs 1552. cum ipsis Aristot. operibus, maxima diligentia recognitis & in summas nonnullis, omnibus verò in capita diuisis, in vndecim volumina digesti, sunt autem hi, & hoc ordine editi. 1. Volumine omnes libri Aristotelis qui Organi nomine appellantur Porphyrij introductio & Gilberti Porretani 6. principiorũ liber. Omnes summa diligentia castigati, & in summas ac capita diuisi: In libris verò de Interpretatione, Priorum & Posteriorum, quamplurimę figurę suis insertę locis mirabili artificio confectę sunt. Auerrois expositio in librum Porphyrij, à la. Mantino nũc primum Latine conuersa. In librum prædicamentorum & in librum de interpretatione, eodē interprete. Media expositio in libros priorum resolutionum Io. Fran. Burana interprete. Expositio in 8. lib. Topicorũ Abrahamo de Balmes interprete, & la. Mantino in 4. prioribus. In libros Elenchorum, Epitome in libros Logicę Aristot. Quęstia varia in Logica, Epistola omnia eodē Abrahamo interprete. Leui Gerfonidis in librum Porphyrij annotationes, & in Auerrois expositionem la. Mant. interprete. In lib. prædicamentorum & Auerrois expositionē idem, ac in librum de interpretatione & Auer. expositionē, eodē interprete. Arabũ nonnullorum quęstia ac epistolę Abra. De Balm. interprete. 1. Vol. Aristot. artis Rhetoricę lib. 3. Rhetorica ad Alexand. de poetica. Auerrois paraphrasēs in lib. 3. Rhet. Abra. de Balm. interprete, & in lib. poetica la. Mant. interprete. Libri omnes recogniti ac in summas nonnulli, omnes verò in capita diuisi. 111. Vol. Aristotelis moralium Nicomachiorũ, Magnorum, libri Eudemiorum. 1. 2. 3. & 7. de virtutibus libellus. Politicorũ lib. 8. Oeconomic. lib. 2. Bernardino Donato interpr. Omnes castigati & in summas collecti, ac in capita diuisi. Auer. expositio in li. 10. moralium Nicomach. & paraphrasēs in lib. Plat. de Repub. la. Mant. interprete. Leonardi Aretini in libros Oeconom. explanatio. 1111. Vol. Aristotelis de physico auditu lib. 8. Simplicij lectio lib. 7. à textu 10. vsq; ad 21. Auerrois in eos præmium & commentaria in eosdem magna, item super tres primos libros expositio media Iacobo Mantino interprete. Quamplurimę elegares ac artificiosę figurę proprijs insertę locis. V. Vol. Aristot. De cęlo li 4. De generat. & corruptione lib. 2. Meteorol. lib. 4. De plantis lib. 2. Auerrois in libros de cęlo cum eius textu commenta

mentarij, paraphrasis in eisdem Paulo Israelita interprete. In libros de generat. & corrupt. media expositio. In eisdem paraphrasis Vitale Nisso interprete. In libros meteorologicorum expositio media. Omnia ex antiquis doctissimorum virorum castigata exemplaribus. Figuræ etiã quamplures additæ maximè ad rerum intellectum conferentes. VI. Vol. Aristot. de hist. animalium li. 9. Theodoro Gaza interprete, 10. à Io. Bern. Feliciano nuper translatus. De partibus animal. lib. 4. De animalium incessu. De anima lib. 3. De sensu & sensilibus, De memoria & reminiscètia, De somno et vigilia, De somnijs, De diuinatione per somnum. De animalium motu. De generatione animalium lib. 5. De longitudine & breuitate vitæ. De iuuentute & senectute, vita & morte, & respiratione, De sanitate & morbo libri initiũ. Auerrois paraphrasis in lib. 4. de partibus animalium la. Mant. interprete. Commentarij in lib. 3. de anima. Cõmentum quintum lib. 3. de anima, vltra antiquam translationem à Mantino Latinitate donatum. 36. commentum ab eodẽ translatum. Paraphrasis in lib. de Sensu & sensilibus, de memoria & reminiscètia, de somno & vigilia, de somnijs, de diuinatione per somnum. In libros 5. de generat. animal. la. Mant. interprete. In lib. de longitudine & breuitate vitæ. V II. Vol. Aristotelis problematum sectiones duæ de quadraginta. Questiones mechanicæ. De mundo ad Alexandrum. De admirandis auditionibus à Dominico Montefauro in Latinũ conuersus. Physiognomicorum lib. De coloribus libellus à Simone Portio Latinitate donatus. De spiritu libellus. De Xenophane, Zenone, Gorgia nuper à Io. Bern. Feliciano translatus. De lineis infecabilibus, liber nunquam antea nec Græce nec Latine editus, cum Georgij Pachimerij ea de re cõpendio, hæctenus falsò Aristot. ascripto Iulio Martiano Rota interprete. Alexandri problematum lib. 2. De causis proprietatum elementorũ libellus Aristoteli ascriptus nunquam antea impressus. De causis libellus ex Hebræo in Latinum cõuersus, Aristot. seu Auempaci, vel Alpharabio aut Proclo ascriptus. VIII. Vol. Aristot. metaphys. li. 14. Auerrois in eisdem cum ipsius textu comment. Proœmium in 12. à Mantino cõuersum, Epitome in eisdem lib. eodẽ interprete. Theophrasti metaphysicorum. IX. Vol. Auerrois sermo de substantia orbis castigatus, ac 2. capitulis auctus, ab Abra. de Balmis Latinitate donatis. Destructio ne destructionũ Algazelis philosophiæ, Calo Calonymos Heb. interp. additis 2. disputationibus metaphysicis & 4. physicis. Tractatus de anime beatitudine, cui addita est epist. de intellectu, quæ idẽ est cũ dicti libelli parte, eodem Calo Calonymos interp. X. Vol. Auerrois Colliget lib. 7. Libri 5. Colliget capit 57. 58. 59. à la. Mant. translata olim & propter rei difficultatẽ cum antiqua translatione in lucem edita. Collectaneorũ sectiones 3. tribus Colliget libris, 2. 6. & 7. respondentes, à Io. Bruyerino Campegio elegantissimè Latinitate donatæ. Cõmentaria in Auicennæ Cant. cum textu Auicennæ & castigationibus And. Bellunenensis. Auerrois tractatus de Theriaca, nunquã antea apud Latinos visus, nũc primũ ex scriptis

And. à Cruce chirurgi repertus. XI. Vol. M. Antonij Zimaræ solutiones contradictionum in diæctis Auerri. & Aristot. super 8. lib. physicorũ, 4. de cælo, 2. de generat. & corruptione, 3. de anima; de sensu & sensilibus; de somno & vigilia, 14. lib. metaphysicorũ, super librũ de substantia orbis, super nonnullos lib. Colliget. Eiusdem quæstio de primo cognito. Quæ omnia cum in varijs libris cõfusa legerentur, nunc maxima diligentia in vnum collecta iuxta librorũ Aristot. & Auerrois contextus in ordinem redacta sunt. Summarũ ac capitũ indices in vnoquoq; volumine. Præter hæc Auer. opera Bernard. Naugerius plures alios extate scribit apud Iudæos & Arabas in medicos in vrbe Constantinop. quos se aliquãdo etiam edituros luntæ promiserunt, sunt autẽ hi, Paraphrasis in libros 8. physicorum. Media expositio in eisdem libros 8. quorum 3. primi nũc primum à Mantino fuerunt translati. Media expositio in libros 4. de cælo. Media expositio in libros 3. de anima. Paraphrasis in eisdem. Media expositio in lib. 9. vltimos de natura animalium. Magna commentaria in lib. 2. de plantis. Media expositio in libros 13. metaphysicorũ. Paraphrasis in eisdem. Paraphr. in Almagest. Ptolemæi.

Aufidius Bassus, historicus, Quintiliani temporibus bellum Germanicũ scripsit, teste Quintil.

Aufidij Namulæ, vel Mamulæ, veteris I. C. fragmenta in Pandectis legum habentur, Fertur autem volumina & scripta octo æqualium & condiscipulorum suorum collecta, in 140. libros distribuisse. Aufidios multos Bernardinus Rutilius in vitis iureconsultorum commemorat.

* *Aufusius* citatur à Festo.

Augæus comicus Atheniensis medicus comædiæ, autor Atheneus.

* *Augæ* Tegeatis *Methoniensis* nominatur à Stephano de urbibus.

* *Augerij* Ferrerij, Tolosatis medici, de Pudenda gra lue Hispanica lib. 2. Castigationes practicæ eiusdem De diebus decretorijs secundum Pythagoricam obseruationem.

Augustanæ confessionis ecclesiarum causæ, quare & amplexæ sint; & retinendam ducant suam doctrinam, & quare iniquis iudicibus collectis in synodo Tridentina, (vt vocant) non sit assentiendum. Vittenbergæ anno D. 1546.

Augusti Cæsaris scripta citantur apud Plinium, qui in librum quartum Naturalis historiæ multa mutuatus est ex eius lucubrationibus.

Augustinus Aueldensis, ordinis minorum, scripsit Malagma contra infirmitatem Ioannis Loniceri & Martini Lutheri. Idem scripsit de confessione sacramentali librũ excusum in Germania. Idem scripsit pro Missa cõtra Lutherum. De Apostolica sede, an sit iure diuino nec ne. De vtraque specie sacramenti. De matrimonio. Explicationem Cantici, Salue Regina.

Augustinus de Anchona, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, scripsit ad Ioannem papam XXII, opus magnum De potestate ecclesiastica lib. 1. Super sententias lib. 4. Quodlibeta quoq; lib. 1. De Spiritu sancto contra Græcos lib. 1. De decem chordis lib. 1. De introitu terræ promissionis lib. 1. De potentijs animæ lib. 1. De resurrectione

ne lib. 1. In Matt. lib. 1. In Marc. lib. 1. In Luc. lib. 6. in Ioan. lib. 1. super Missus est lib. 1. super Magnificat lib. 1. In epist. Pauli lib. 14. In epist. Canonicas lib. 7. In Actus Apost. lib. 1. In Apocal. lib. 1. De autoritate & præcedentia magni Concilij, Summam & alia corūplura. Hic volumē in signe ex scriptis diui patris Augustini incepit, quod milleloquium prænotauit, sed morte præuentus imperfectū reliquit, quod postea Bartol. Vrbinas eiusdē ordinis perfecit. Claruit anno 1330. 10

* Augustini de Arimino Additio in Angelum Arcetinum de maleficijs.

Augustinus Beatiannus descripsit carmine Veronam. Eius epigrammata ac Verona, excusa sunt Basileæ ab Oporino in octauo, in libello variorum poematum.

Augustini Beroij Bononiensis I. C. Consiliorū volumina 3. impressa Bononiæ apud Ioan. Rossum in folio, anno D. 1567. Eiusdem lecturæ super Decretalibus. Disputationes seu questiones 20 numero 136. excusa Bononiæ 1550. Arbitror autem has consiliorum voluminibus contineri.

* Augustini Canonici, Scrutinium.

Augustini Columbi liber de medicina equorum (Italicus puto) in Italia excusus est.

* Augustinus Curio, vide Cælius Aug. Curio.

Augustinus Dathus, Senensis, orator & philosophus, scripsit opera varia impressa Senis, anno 1503. Videlicet De immortalitate animarum tractatus 10. Orationum lib. 7. in quorum lib. 1. continetur Orationes 7. de laudibus philosophic, inuestiua in ciuem Vrbinatem delirum & nebulonem senem, Oratio, cum librū Ciceronis De natura publicè legere incepisset. Præfatio in Georgica Virgilij publicè enarranda, Præfatio publica in D. Hieronymi libros contra Iouinianū hæreticum, Præfatio in publicam lectionem Tusculanarum quæstionum Ciceronis, in eiusdem Orationes prælegendas publicè, Præfatio in Ciceronis officia, Val. Maximi exempla, et lectionem 40 quandam legalem. Oratiuncula in prælectione Terentij And. Item cum 4. Aeneidos Virgilij in interpretationem inchoaret. Variæ orationes circa insignia Doctoratus, cōferenda in Iure ciuili, medicina, philosophia, & artibus. Præfatio quædam in Tusculanas quæstiones, Inuocatio Dei in principio alicuius libri explanandi, præcipuè lascini. Præfatio quædam de laudibus legalis sapientiæ, de sui ipsius cognitione. Præfatio mendosa & imperfecta in librū Ciceronis de Officijs, pro disputante. De laudibus Christianorum theologic, De laudibus virtutis: De hominis dignitate atq; præstantia, De recto hominis fine: Ad discipulos quod animus est colendus vt ager: De amicitia, de pace ad discipulos: De humana felicitate, ad eosdem de medio vitæ statu, quo summa consistit tranquillitas, atq; humana in terris (si qua est) felicitas continetur, De laudibus historicorum patrum & oratorum, Ad discipulos de cōtempnere humanarum. Libri secundi orationes theologicæ, & de laudibus Sanctorum, nempe de laudibus D. Hieron. De passione Domini. De laudibus D. Bernardini Senensis, Catharinæ Senensis, Callisti martyris, Andreæ apostoli, & sacramenti altaris. Orationes in celebritate Epiphaniarum,

cū festa totius anni solennia cōuocato in templū Christiano populo significatur: De laudibus Mariæ virginis, De assumptione Mariæ virginis oratio corā Pont. habita: De saluatoris aduentu, corā eodē. Oratiuncule ad Deum in honorē Bernardini Senen. Oratio, qua optimū esse asserit, vt totius vel verbi vel operis, & a Deo nobis origo sumatur, & in Deū consummatio referatur. Inuocatio ad Deū in principio alicuius operis peragendi. Laudes diuorū, Augustini, Nicol. Margaritæ, Theodori. Libri 3. De laudibus Senensis ciuitatis & Reipub. Orationes aliquot de optimis rectoribus & conseruatoribus Reipub. De ijs rebus, quas rectores Reipub. ac magistratus habere cōuenit. De præclara Reipub. institutione. De laudibus iustitiæ, & optima regum ac ciuitatū rectorū gubernatione. De iustitiæ laudibus, cū de more Senen. patriæ victricia signa & passa vexilla nouis magistratibus publicè commendantur ab ijs qui publico sunt functi munere. Orationes aliquot circa magistratum gerendum. Item aliquot circa gymnasiarū rectores. Alia qua magistratus hortatur ad pacē & concordia in quendam militari ornamento & auro a magistratu insignitum. In viros clariss. a magistratu aut rege summis honoribus & muneribus affectos. Orationes 3. in comitijs cum Senatus sorte eligeretur, cum excellenti cuidā viro Senen. Reipub. signa conferrentur. Ad Quiriu, pro nouo Senatore vrbis. De laudibus Romanæ ciuitatis, Pro senatore vrbis in fine magistratus, Pro associato, agēte gratias comitantibus ad cōmendandū qui bene aliquid ad ministrauerit. Cōmendatio sui ipsius pro labore suscepto. Ad gratia agendam orat. 4. Canonicus in collegiū patrū ascitus gratias agit. Laudanda aliorū fides in patriam, ad populum Pientinum. De laudibus Pij Senen. summi Pont. & Pientia vrbis Senen. imperio subiectæ, quæ Corfinianum antea dicebatur. Libri quarti orat. 10. circa Pij II. Senensis recens creati Pont. max. salutes, gratulationes, &c. Sequuntur 26. orationes, quæ varia argumenta continent. Libri quinti orationes funebres 8. Sexti libri aliquot orationes nuptiales, ac de matrimonij laudibus, De frugalitate, ac gratiarum actione ad conuiuas. Septimi libri orationes Italico sermone scriptæ sunt. Scripsit autē præterea libros epist. 3. Stomatū opus in 2. tractatus diuisum, Sermonē de voluptate. Isagogicū libellum de ordine discēdi. Libellū ad chariores discipulos. libellū de de genio atq; hyeme geniali. Libellū de vita beata. Tractatus 7. de virtutibus. Libellum de sacramentis panis & aquæ. Libellum de sanctorū connubijs. Libellum Flosculorū. Platonis libellū de Halcyone aue è Græco sermone in Latinū conuertit. Elegantias. Libellum de 9. verbis contra vulgatam multorū opinionem. De gestis Senens. libros 3. Historiæ Plumbinorū lib. 1. 50

Augustini Doctoris (familia Patavinæ nomen est) threnus religionis neglectæ, ad Ladislaum Pannoniæ Boemiæq; regem, carmine scriptus.

Augustinus Dodo Frisius, congesit primus opera Augustini impressa año 1504 apud Amerp.

* Augustinus Ecgæus, clarissimus Frisianæ antiquitatis assertor, medicus excellens, scripsit Frisiorum historiam. Lelandus.

a. Sabol. l. 10. Ep. 14.
Elegans tuum scarm en
mura quædam fravitak
me desm u sic p. 100.

* *Augustinus* de Esculo, Italus, ordinis Eremitarum D. Augustini, scripsit Commentarios sententiarum lib. 4. Moralia quaedam lib. 1. In vniuersas scripturas lectiones plures. Vixit anno Domini 1330. Ambrosius Choriolanus.

* *Augustinus* Ferentillus I. V. D. edidit Compendium Catechismi Concilij Tridentini. Venetijs 1570. in 8. Idem libros Ioannis de Arnono I. C. celeberrimi restituit. Venetijs 1571. Petri Andree Gambari decem libros De officio legati de latere recognouit.

Augustini Ferrerij Tolosatis, libelli De insomnijs & diebus decretorijs, excusi sunt Lugd. anno D. 1541. in 16. cum Synesio de insomnijs.

Augustinus Gadaldinus Mutinensis, in Galeni opera Latina p̄fatus est, ac plurimos libros Galeni à diuersis interpretibus Latine factos, cum Græcis collatos recognouit, in luntarum editione, Venetijs anno D. 1551. in fol. Quosdam etiam ipse transtulit, vt sunt, Fragmentum exiguum ac mendosum quod Galeno ascribitur, cuius titulus est, Sermo aduersus empyricos medicos, Græce adhuc non impressum. De musculorum dissectione liber in Græcis & Latinis codicibus hactenus impressis desideratus. De neruorum dissectione liber integer, qui antehac mutilus habebatur. De vocalium instrumentorum dissectione fragmentum, in Græcis codicibus hactenus desideratum. Fragmentum ex quatuor commentarijs quos Galenus inscripsit, de ijs quæ medicè dicta sunt in Platonis Timæo, nuper inuentum.

De marasmo seu marcore liber. De typis. De dignotione ex insomnijs. De ponderibus & mensuris liber falsò ascriptus Galeno. Item Oribasij liber de cucurbitulis, scarificatione, hirudinibus, deriuatione & reuulsione. De vinis ex Galeno, est autè caput sextum libri quinti collectionum medicinalium Oribasij. Præterea etiã transtulit ex Oribasio quæcunq; de aquis & balneis in eius libris extrant, atq; ea luntæ impresserunt Venetijs anno D. 1553. in opere de balneis. Transtulit etiam librum primum Therapeuticorum ad Glauconem, cum Stephani Atheniensis philosophi explanationibus. Recognouit etiam in Galeni operù editione secundâ libros primæ & terciæ classis: & præter hos artem medicam Leoniceo interprete. De differentijs & causis morborum symptomatumq; libros. De simplicium medicamentorum facultatibus libros. De compositione medicamentorum secundum genera. De curandi ratione per sanguinis missionem. De medendi methodo. De arte curatiua ad Glauconem. Commentarios in libros Hippocratis de vitæ ratione in morbis acutis. Commentarios in aphorismos Hippocratis.

* *Augustini* Galefij De terræmotu liber Bononiæ 1571. quarto.

* *Augustini* Grassel Exhortatio ad pœnitentiã, è 13. cap. Lucæ: Item tres conciones spirituales, & totidem precum formulæ, accommodatæ ad præsens grassantis pestis tempus. Regenspurgi anno Domini 1571.

* *Augustinus* Hirsuogel, Regionum hactenus non uisarum (vti titulus habet) tabulam edidit. Continet verò Slauoniam, Carinthiam, Sciriam,

Goritiã, &c. vicinasq; regiones. Norimberge apud Ioannem Vucigel.

* *Augustini* Hunæi Logices fundamentum seu Prodidagmata, de Dialecticis vocum affectionibus & proprietatibus. Antuerpiæ apud Plantinum anno D. 1568. & 1572. Eiusdem Catechismus catholicus, nuper vnicò schemate comprehensus, nunc recognitus, & in libelli formam redactus, ibidem impressus. Item de sacramentis ecclesiæ axiomata, quibus beati Thomæ Aquinatis, totiusq; ecclesiæ catholice de sacramentis doctrina est comprehensa. Ibidem omnia hæc in octauo impressa.

Augustini Iustiniani Genuensis, Prædicatorij ordinis, episcopi Nebiensis Psalterium octaplû, excusum Genuæ, anno salutis 1516. in singulis folijs prima columnella habet Hebræã editione, secunda Latinam interpretationem respondentem Hebrææ ad verbum, tertia Latinam communem, quarta Græcam, quinta Arabicam, sexta paraphrasim Chaldaicam, sed literis Hebraicis conscriptam: septima Latinam respondentem Chaldaicæ: vltima continet scholia. Ad eundem modum vniuersum vetus Testamentum ac nouum parauit: vbi præter quintuplicè ordinè Hebrææ, Latinæ, Græcæ & Arabicæ linguæ, addidit etiam Chaldaicam, figuris tamen Hebraicis, vnaq; eius interpretatione cum columnella scholiorum. Testatur hoc idem Augustinus in epistola ad Beneditinum Cardinalem. Scripsit etiam annales Genuensium, quæ anno Domini 1537. impressæ sunt. Præterea Corsicæ descriptionem in tabulam redegit, vt ipsemet in sua historia testatur.

Augustinus Leo, monachus eremitanus, scripsit Sermones super orationem Dominicam & Angelicam salutationem.

Augustinus Mainardus, verbi Dei minister Clauenæ in Rhætia, scripsit volumen sacrarum concionum, Item de vnica satisfactione, & Anatomicam missæ, quam sub nomine Antonij de Adamo, Italica lingua edidit.

Augustini Marij Bubo siue Augurium, 1541.

* *Augustinus* Marloratus Euangelium docuit Rothomagi, & illic propter veræ fidei cõfessionem supplicio affectus est: hic ex doctissimis nostræ ætatis scriptoribus, commentarios concinnauit in plures libros sacre scripturæ, additis vbique autorum nominibus, & sua sententia sæpe interposita: qui excusi sunt Geneuæ ab Heinrico Stephano in folio. Primum noui Testamenti catholica expositio ecclesiastica, siue Bibliotheca expositionu noui Testamenti. Deinde Genesis cum catholica expositione ecclesiastica. Psalmi Davidis & Cantica ex diuersis Bibliorum locis cum simili expositione. Esaiæ propheta cum catholica expositione, & indice huic expositioni communi, cum expositionibus in Genes. & Psalm.

Augustinus Morauus Olmuncensis, scripsit deensorium poetices, De componendis epistolis, Contra Boemos.

* *Augustinus* Mustius scripsit epigr. Latina, præterea quædã carmine scripsit Hetrusco sermone.

* *Augustinus* Mutius Bergomas, edidit librum axiomatum quindecim chararum, ac Patavij per sex dies disputauit publice, 1558.

* *Augustini* Neferi Concio de victoria aduersus Turcas. Monaci 1572.

Augustinus Niphus Philotheus, Sueffanus (aliquando etiam Eurychi, aliàs Magni, aliàs Magni philosophi prænomena adiunguntur, post Niphi cognomen aliquando Medicen, aliàs Philotheum, aliàs Philosophū appellant) scripsit multa, ex quibus hodie extant translatio & expositio libri Aristot. de interpretatione, excusa Venetijs anno 1537. Commentaria in duos libros priorum resolutiorum, impressa Neapoli anno 1526. Reperiuntur eiusdem commentaria Venetijs excusa, in libros Aristotelis De sophisticis elenchis, De rhetoricā, De physico auditu, De cælo & mundo, Meteorologica, & quartum Meteororum, physiognomica, parua naturalia, quibus adiecit de suo duos libellos, De artificiosa interpretatione somniorum, & de prophetia. Item in duodecimū Metaphysices Aristotelis, & Auerrois volumen commentarij, in tres libros de anima, in libros de Animalibus nuper editi. Item commentationes in Auerrois lib. de substantia orbis, & de animæ beatitudine expositio in destructiones destructionū Auerrois contra Algazelum. De intellectu libri sex. De dæmonibus libri tres. Metaphysicatum quæstionum dilucidarium, De infinitate primi motoris liber, De immortalitate humanæ animæ libellus aduersus libellum Petri Pomponacij Mantuani philosophi, in quo ille tradidit Physicæ & Peripateticæ animam intellectuam esse mortalem Tractatus de sensu agente. De augurijs libri duo excusi Basileæ apud Heruagium anno 1534. cum Hieroglyphicis Ori. Liber de pulchro, excusus Romæ anno 1531. De calamitatibus nostrorum temporum, impressus Venetijs: & continentur hoc libro annotationes in secundum Ptolemæi quadripartiti. De re aulica libri 2. excusi 1534. Neapoli, De armorum literarumque comparatione, De inimicitiarum lucro. Apologia Socratis & Aristotelis. De morbo Gallico liber impressus Neapoli 1534. Rhetorica, Venetijs excusa 1521. De figuris stellarum Helionoricis libri duo, impressi Neapoli anno 1529. De diebus criticis seu decretorijs liber, impressus Venetijs 1519. De falsa dilunij prognosticatione, quæ ex conuentu omnium planetarum, qui in piscibus contingeret anno 1524. diuulgata est. Libri tres ad Carolū quintum Cæsarem, impressi Augustæ Vindelicorum, anno 1520. Eruditiones ad apotelesmata Ptolemæi, liber excusus Neapoli 1513. Dialect. ludicra, impressa Venetijs anno 1521. Librum de regnādi peritia excusum in Italia. De pulchro & de amore librum excusum Lugd. apud Beringos 1549. Aristot. de animalium historia & partibus earumque causis ex Theod. Gazæ translatione ad Græca exemplaria recognouit, scholijs illustrauit: quod opus excusum est Venet. in fol. apud Hieron. Scotū, anno D. 1546. Opera eius omnia excusa sunt in folio pluribus tomis Venetijs.

Augustinus Riccus medicus Lucensis, transfudit multos Galeni libros, omnes verò ad antiqua exemplaria Græca contulit, & annotationes adiecit, quæ excusa sunt Venetijs in octauo in officina Ioannis Farrei,

Augustini Ricij liber De motu octauæ Sphæræ, excusus Parisijs, cum epistola eiusdem de astronomiæ auctoribus. Continentur in hoc libro Platonica quædam & antiqua Magiæ dogmata.

Augustinus de Roma, ordinis S. Benedicti, scripsit librum de suo apud Anglos profectu. Floruit anno Domini 608.

Augustinus de Roma, ordinis eremitarū S. Augustini, scripsit super sententias lib. 4. In epistolas Pauli omnes lib. 14. In Apocalypsim Ioannis lib. 1. De libero arbitrio lib. 1. De peccato originali lib. 1. De Christo & ecclesia lib. 1. De charitate Christi erga electos lib. 1. De perfecta iustitia ecclesiæ lib. 1. De potestate Papæ lib. 1. Super librū Ethicorum lib. 8. Clauit anno D. 1410.

Augustini Saturnij Lazaranei Mercurij Maioris, siue Grammaticarum institutionum libri 10. excusi sunt Basileæ apud Ioan. Oporinum.

* *Augustinus* Schurf, medicus, multis annis medicinam docuit & exercuit in celeberrima Vitebergensi academia, Extrat disputatio Petri Sybilleni de peste, ipso præside habita.

Augustinus Sosthenus, Fregosus, ex operibus D. Augustini excerptis opusculorum tomos 3. & scholia, argumenta ac indices adiecit, Venet. impressit Vincentius Valgrifus anno D. 1545. in 8. Primò tomo ea omnia declarantur quæ ad fidem & opera spectant. Secundo quæ ad gratiam & liberum arbitrium. Tertio quæ ad electionem, vocationem, glorificationemque spectant.

Augustini Steuchi Eugubini annotationes in Pentateuchum, id est, quinque libros Moysi, excudit Gryphus anno 1531. Item interpretationem in Psalmos 18. & 138. & De perenni philosophia lib. 10. vnā cum libello de Eugubij vrbs suæ nomine. Eiusdem ad Lutheranos lib. 1. impressus in Italia: & Cosmopœia, vel de mundano officio expositio trium capitum Genesis, in quibus de creatione tractat Moses: item a Grypho Lugd. excusa anno 1535. Eiusdem libros 2. contra Laurentium Vallam de falsa donatione Constantini & orationem de restituenda nauigatione Tyberis, Sebastianus Gryphus impressit anno Domini 1547. quatern. 31. Oratio de aqua Virgine in vrbs reuocanda, ab eodem edita quatern. 2. & dimidio. Enarrationes in Psalmos aliquot ab eodem editæ sunt. Locutiones Hebraicæ ab eodem conscriptæ nescio an editæ sint. Enarrationes in librum Iob Venetijs apud Cominum de Tridino 1568. in quarto. Disputatio an vulgata editio sit Hieronymi. De autoritate summi Pontificis. De ultimo iudicio versibus heroicis. Scripsit præterea multa alia quæ desiderantur. Cælius Calcaagninus in epistola quadam meminit commentariorum eius, in quibus Platonice sententiæ in disquisitionem vocentur: quod fortè ad libros de Perenni philosophia pertinet. Eiusdem libros in Academia paralogistas cupidissimè se legisse profiteretur. Floruit Romæ sub Paulo III. pont.

Augustinus Vtica de portu Genuensi, adiunxit commentarijs Iulij Cæsaris tabulam locorum propriorum.

Auianus poeta scripsit elegias atque fabulas.

Auicebron Manrorum princeps citatur in summa Alberti Magni,

Auicenna Hispalensis, medicus insignis, scripsit librum in quo omnem medicinam complecti voluit. Item in Logicam lib. 1. & Metaphysicam in qua se Machometistam confitetur. Extant eiusdem, De anima, dictus sextus naturalium, lib. 1. De animalibus, lib. 1. De viribus cordis lib. 1. De Theriaca lib. 1. Canticorum li. 1. De Alchymia ad Assem Philosophum lib. 1. Auicennæ librū De vrinis Actuarius in Græcum sermonem transtulit. Huius opera in re medica, excusa sunt Venetijs & Lugduni, seorsim, & vnā cum commentarijs Gentilis, & Iacobi De partibus; & Cantica cū Auerois commentarijs, item Venetijs. Auicennæ opera medicinalia, id est Canon, liber De medicinis cordialibus & Cantica, excusa sunt Venetijs apud Iuntas, anno Domini 1544. in magno folio cum castigationibus Andreae Alpagi philosophi ac medici clarissimi, & eiusdem nominū Arabicorum interpretatione. In eadem officina noua editio nunc sub prælo est. Eiusdem libellus De remouendis nocuentis quæ accidunt in regimine sanitatis; & tractatus De syrupo acetoso, vnā cum Syrafi medici expositione in secundā & tertiam partem quartæ Fen primi Canonis Auicennæ & Ebenefi super 5. Canonem excusi sunt ibidem in magno folio, anno Domini 1547. adiecto etiam libello De ponderib. & mensuris authoris innominati. Eiusdem Auicennæ compendium de anima. Liber De Machad, id est De dispositione seu loco ad quem reuertitur homo seu anima eius post mortem, vbi inter cætera etiam de resurrectione corporis & eius materia differit. Aphorismi 48. De anima. Liber De definitionibus & quæstibus, sunt autem tantū definitiones metaphysicæ & Physicæ, nulla quæstio. Omnia cum expositionib. Arabum innominatorū per Andreae Alpago collectis. Itē liber De diuisione scientiarum. Omnia ab Andrea Alpago Latine ex Arabico sermone reddita, Venetijs primum apud Iuntas excusa sunt anno 1546. Abensina (Auicennæ) opus De re medica in quinque voluminibus (præter finem tertij) quorum primum est ante annos quingentos scriptum, extat apud Guilielmum Postellum Arabice. Tractatus Auicennæ De tinctura metallorum Francoforti impressus est apud Cyriacum Iacobum in 4. anno D. 1550. cum alijs Chymicis. Eiusdem librum mineralium, & de 4. diluuijs, citat author Luminis animæ. * Auicennæ libri tertij Fen secundæ, quæ est De ægritudinibus neruorum, ex Hebraica Latina facta, interprete Ioanne Quinquarboro. Parisijs apud Martinum Luuenem 1570. in octauo. Eiusdem libri tertij Fen primæ tractatus quartus, in quo scribitur de ægritudinibus capitis & noxa multa illarum in functionibus sensus & moderaminis, siue partis reſtrictis: ab eodem Quinquarboro conuersus, & ad fidem Hebraici codicis correctus. Parisijs 1572: octauo. Eiusdem libri Chymici vna cum Gebrilibris eiusdem argumenti, à Petro Perna impressi sunt Basileæ 1572. octauo.

Auicenus, vel (vt in alijs legitur) Abienus, scripsit De cometis, & totum Vergilium ac Liuium in iambicos retulit, teste Seruio. Vide Rufus Auicenus.

Auitus presbyter Hispanus, Luciani librum De reuelatione sepulchri & reliquiarum corporis S. Stephani, Græce scriptum, Latinum fecit.

Aulus Antonius Palmyrenus scripsit scholia in Ciceronis Brutum De oratore perfecto, impressa Basileæ.

Aulus Casselius, vel Ceselius. I. C. vetus, quedā in iure conscripsit. Eius ioci quidam leguntur apud Macrobiū.

Auli Cæcinnæ epistola ad Ciceronem, libro 6. familiarium Ciceronis epistolarum legitur. Idem librum scripsit contra Iulium Cæsarem.

Auli Furiij poetæ, qui Q. Catulo familiaris fuerit, mentionem facit Cicero in Bruto.

Auli Gellij Noctium Atticarum libri 20. excusa si primum Venetijs apud Aldum: deinde Argentinae, Coloniae, Basileæ, Lugduni, etiam cum Annotationibus Petri Mosellani.

Auli Hirtij (alias Hircij, aut Opij) De bellis Alexandrino, Africano, & Hispaniensi libri 3. impressi sunt cum Commentarijs C. Iulij Cæsaris, diuersis locis.

Auli Persij Satyræ sex, impressæ à diuersis, partim cum Satyris Iuuenalis, partim solæ, & cum commentarijs & annotationibus diuersorum. Vixit sub Nerone.

Aulus Posthumius Albinus Poema scripsit, & Historiam Græca lingua, in cuius proæmio veniam petens, si Romanus homo Græcam distionem non assequatur, à Catone irrisus est.

Aulus Sabinus poeta Onidij temporibus scripsit epistolas, quibus Vlysses Penelopæ, Hippolytus Phædræ, Aeneas Didoni, Demophoos Phylidi, Iason Hypsipylæ, Phaon Saphoni respondent, vt ipse Ouidius testatur in secundo Elegiarum libro, & de Ponto libro 3. in inuidos.

Aurelianus ecclesiæ Remensis clericus, scripsit ad Bernardum archicantorem, postea episcopū, de regulis modulationum, quas tonos vel tenores appellant: & de ipsarum vocabulis volumen insigne, cuius titulus est, Tonarius regularis lib. 1. scripsit & alia quædam. Claruit anno D. 900.

Aurelius quidam de verborum significationibus scripsit, liber excusus est.

Aurelij cuiusdam Index fabularum Plauti, citatur ab A. Gellio lib. 3. cap. 3.

* *Aurelij* Albutij, Mediolanensis, Christianarum institutionum libri tres, moralium institutionum, liber vnus: epistolarum heroidum, libri quatuor, omnia carmine conscripta, Venetijs impressa sunt anno 1554.

Aurelius Apollinaris Cari principis gesta versibus iambicis descripsit, vt testatur Vopiscus.

Aurelius Arcadius Charisius, vetus I. C. scripsit Libros singulares, De testibus, De officio præfecti prætorio, De muneribus ciuilibus: ex his decerpta quædam in Digestis legum memorantur.

Aurelij Augustini Hipponensis episcopi omnia opera, summa vigilancia repurgata à mendis innumeris per Def. Erasmmum Roterodamū, excusa sunt Basileæ in officina Frobeniana. Sunt autem tomi 10. Eadem rursus totidem tomis Lutetia Parisiorum exiuerunt anno 1541. Sunt autem in Basiliensi editione in Tomo primo; Res

tractationum li. 2. Confessionum lib. 13. De Grammatica lib. 1. principia Dialecticæ. Categoria de cem Aristotelis non versæ, sed decerptæ. Principia Rhetorices. De musica lib. 6. Contra Academicos lib. 3. De ordine libr. 2. De beata vita liber. Soliloquiorum lib. 2. De cognitione Dei & animæ. De magistro liber. De immortalitate animæ liber. De quantitate animæ lib. De libero arbitrio lib. 3. De vera religione liber. De moribus ecclesiæ catholicæ lib. 1. & alter De moribus Manichæorum. De genesi contra Manichæos lib. 2. Regulæ clericorum tres. In secundo: Epistolæ 203. Epistola inter Bonifacium & Augustinum mutuo conscripta. In Tertio: De doctrina Christiana lib. 4. Locutionum lib. 7. De fide & symbolo lib. 1. Enchiridion De fide, spe & charitate lib. 1. De definitionibus orthodoxæ fidei, siue ecclesiasticis dogmatibus lib. 1. De fide ad Petrum diaconum lib. 1. De trinitate lib. 15. Liber De genesi ad literam imperfectus. De genesi ad literam lib. 12. De mirabilibus sacræ scripturæ lib. 3. De agone Christiano liber. De opere monachorum lib. 1. De spiritu & litera lib. 1. De diuinatione demonum lib. 1. De spiritu & anima lib. 1. Speculū de præceptis dominicis. Quæstiunculæ de Trinitate. Interrogatio De benedictionibus filiorum Iacob Patriarchæ. Sententiæ & Aphorismi, 388. Tomo 4. De mendacio lib. 1. Contra mendaciū lib. 1. De fide & operibus lib. 1. Quæstionum in vetus testamentum lib. 17. Quæstionum Evangelicarum lib. 2. Liber quæstionum Evangelicarum secundum Matthæum. De consensu euangelistarum lib. 4. Octoginta trium quæstionum diuersarum li. 1. Vigintiunius sententiarum liber. De solutione quarundam quæstionum lib. 2. De octo Dulcitij quæstionibus lib. 1. Dialogus quæstionum 65. sub titulo Orosij percontantis, & Augustini respondentis. Liber quæstionum veteris & noui testamenti. De cura pro mortuis gerenda lib. 1. De catechizandis rudibus liber. De incarnatione verbi lib. 2. De Trinitate & vnitae liber. De essentia diuinitatis lib. 1. De fide rerum inuisibilium lib. 1. Liber De substantia dilectionis & amoris. Liber vnus De continentia. Liber De patientia. Liber De bono siue perfectione vidualitatis. Liber De vera & falsa pœnitentia. Exhortatio De salutaribus documentis. De amicitia lib. 1. De sermone domini in monte, secundū Matthæum. lib. 2. Expositionis epistolæ Pauli ad Romanos lib. 1. Expositionis quarundam propositionum ex epistola ad Rom lib. 1. Expositionis epistolæ Pauli ad Galatas lib. 1. Annotationum in Iob lib. 1. Tomo Quinto: De ciuitate Dei lib. 22. quos recognouit & commentarijs illustrauit Ludouicus Viues. Sexto Tomo: De heresibus ad Quoduultdeum lib. 1. De quinque heresibus oratio, contra Paganos, Iudæos, Manichæos, Sabellianos & Arrianos. Concio ad Catechumenos, contra Iudæos, Paganos & Arrianos. Oratio aduersus Iudæos. De Altercatione ecclesiæ & synagogæ dialogus. De vtilitate credendi lib. 1. Contra epistolam Manichæi, quam vocant fundamenti, lib. 1. De duabus animabus contra Manichæos lib. 1. Contra Fortunatum quendam Manichæorum presbyterum. Contra Adimantum

lib. 1. Contra Faustum lib. 33. De actis cum Felice Manichæo lib. 2. Contra Secundum Manichæū lib. 1. de natura boni, contra Manichæos lib. 1. De fide contra Manichæos lib. 1. Contra Priscilianistas & Origenistas li. 1. Contra sermonem Ariannorum liber. Contra Maximinum Arianorū episcopum lib. 3. Contra Felicianum de vnitae Trinitatis liber. De bono coniugali liber, contra Iovinianū. De sancta virginitate. De adulterinis coniugijs lib. 2. Tractatus de Epicureis & Stoicis. Opusculum de eo quod dictum est à Deo ad Moysen, Ego sum qui sum, incerti auctoris. Septimo Tomo: Psalmus contra partem Donati. Libri. 3. contra epistolam Parmeniani Donatistarū Carthaginens. episcopi. Contra literas Periliani episcopi lib. 3. Contra Cresconium Grammaticum lib. 4. Contra Gaudentij epistolæ duas lib. 2. De baptismo contra Donatistas lib. 7. De vnicō baptismo contra Perilianum lib. 1. De vnitae ecclesiæ contra Donatistas lib. 1. Opus breuiculi collationum cum Donatistis. Post collationem contra Donatistas lib. 1. Super gestis cum Emerito Donatistarum episcopo, sermo. De gestis cum eodē lib. 1. Contra Fulgentium Donatistam lib. 1. De peccatorum meritis & remissione, ac de baptismo paruulorum lib. 3. De natura & gratia lib. 1. De gratia Christi & peccato originali lib. 2. De nuptijs & concupiscentia lib. 2. Contra duas epistolæ Pelagianorum lib. 4. Contra Iulianum li. 6. De anima & eius origine lib. 4. De prædestinatione & gratia lib. 1. Prosperij epistola ad Augustinum. Hilarij epistola ad eundem de prædestinatione sanctorum lib. 1. De bono perseverantiæ lib. 1. De prædestinatione Dei lib. 1. Liber de gratia & libero arbitrio, de correptione & gratia li. 1. Ad articulos sibi falso impositos. Contra Pelagianos & Cælestinos Hypognoticon lib. 6. De perfectione iustitij li. 1. Octauo Tomo: Enarrationes in Psalmos mysticos. Nono Tomo: In Euangeliū Ioan. in epistolam Ioan. In apocalypsim Ioan. homilia 8. Meditationū li. De diligēdo deo lib. 1. Soliloquiorū animæ ad Deū li. Manuale. De triplici habitaculo liber. Scalæ paradisi liber. De 12. abusionum gradib. liber. De cōrritione cordis libellus. De cognitione veræ vitæ liber. De speculo liber. De vita Christiana liber. De assumptione Mariæ virginis liber. De disciplina Christiana liber. De decem chordis liber. De cærico nouo liber. De contemptu mundi liber. De vnitae seculi libellus. Sermo de obedientia & humilitate. De bono disciplina opusculum. De vilitate infirmorum lib. 2. De consolatione mortuorum sermones duo. De quarta feria, siue cultura agri Domini sermo. De cataclysmo sermo. De tempore Barbarico. De sobrietate & virginitate. Speculum peccatoris. De pœnitentiæ medicina lib. 1. De vtilitate pœnitentiæ tractatus. De conflictu vitiorum & virtutum lib. 1. De quatuor virtutibus charitatis. De laudibus charitatis. De honestate mulierum libellus. De pastoribus liber. De ouibus homilia. De simbolo fidei lib. 4. De conuenientia decem præceptorum & decem plagarum lib. 1. De rectitudine catholice conuersationis tractatus. De vtilitate ieiunij tractatus. De creatione primi hominis tractatus. De

De arbore scientiæ boni & mali tractatus, De pugna animæ tractatus incerti auctoris. Tractatus de Antichristo. Psalterium ad matrem. Expositio super Magnificat, Decimo Tomo: De verbis Domini saluatoris, liber diuisus in sermones 64. secundum euangelistas Matthæum, Lucam, & Ioanmem. De verbis Apostoli sermones 35, sic inscripti, quod potissimum Pauli verba interpretentur, quanquam & Lucæ nonnulla & Psalorum exponantur, & ex epistolis Iacobi & Ioannis in posterioribus aliquot sermonibus. Liber quinquaginta homiliarum. Opus sermonum 256. de tempore, secundum Dominicos, aliosq; dies, quibus apte conueniunt, ordinate distinctorum. Opus sermonum 50. De sanctis tam in specie quam in genere siue communi, quorum festiuitates præcipue sancta celebrat ecclesia, eo ordine quo occurrunt. Sermones 76. ad fratres suos in eremo commorantes, & quosdam alios. Opus sculum de vita, conuersatione ac morte sanctæ Monicæ, matris beati Augustini. Commentaria eius in utrumq; testamentum in 4. edita sunt. Epistolæ eius seorsim etiam editæ Parisijs uenturæ 8. solidis Gallicis. Epitome operum Augustini confecit Ioannes Piscatorius. Tres tomi ex eius operibus excerpti editi sunt Venetijs, ut in Augustino Sosthenico dictum est. D. Aurelij Augustini opera omnia in X. Tomos digesta Venetijs excudit Valgrisus in quarto 1571. & eodem anno Parisijs Morellius & Niuellius in folio, opera doctorum uirorum castigata, & accessione aliquot Epistolarum, Sermonum, & Fragmentorum aucta.

Aurelij Baudini epistolæ familiares excusæ in Italia.

Aurelius Bionatus in Vallam scripsit.

Aurelius Casiodorus, quære M. Aurelius Casiodorus.

Aurelij Cornelij Celsi medicinæ libri 8. excusi Venetijs ab Aldo, 1528. ex emendatione Baptistæ Egnatij, una cum opusculo Q. Sereni de medicina, & Lugduni à Gryphio, item Salingiaci per Ioan. Soterem, ex castigatione Ioan. Cæsarij. Et Basileæ apud Oporinum anno Domini 1552. in folio cum Guilielmi Pantini commentarijs, adiecto indice chartis 153. Rursus Lugduni apud G. Rouillium 1566. ex emendatione Rob. Constantini. Eiusdem Epistolæ duæ De re medica, una ad Iunium Callistum, quæ aliàs Scribonio Largo tribuitur, altera ad Pullium, in principio operis Marcellij de medicamentis leguntur, sed absque prænomine Aurelij.

* Aurelius Dauid Sauius I. C. scripsit super 2. F. F. noui De capti, & postlire.

Aurelius Faustus Augusti Cæsaris temporibus declamationes edidit.

Aurelius Festiuis Aureliani principis libertus, Firmi tyrannidem sub Aurelio exercentis vitam accuratissime descripsit.

Aurelij Olympij Nemesiani Eglogæ impressæ publice extant. Eiusdem libri de Aucupio. Bononiæ in bibliotheca quadam, ni fallor, S. Saluatoris, latitare dicuntur.

Aurelius Opilius Epicuri cuiusdam libertus, qui primum philosophiam, deinde Rhetoricam,

nouissime uero Grammaticam docuit, scripsit variæ eruditionis volumina, de quibus Suetonius cap. 5. de Illustribus Grammat.

Aurelius Philippus Alexandri Imperatoris, cuius primæ pueritiæ præceptor fuit, vitam & gesta descripsit.

Aurelius Prudentius Clemens, poeta Christianus, scripsit carmine & prosa, ex quibus reperiuntur contra Symmachum idololatram, lib. 2. De contrapugnantia lib. 1. De diuinitate lib. 1. contra patriasianos lib. 1. contra Sabellianos lib. 1. contra Iudæos lib. 1. contra Homuncionitas lib. 1. contra phantasmaticos lib. 1. De origine peccatorum lib. 1. in hexameron lib. 6. De sancta Trinitate lib. 1. De resurrectione carnis lib. 1. hymnorum diuersorum lib. 2. De martyribus lib. 1. laudes sancti Vincentij lib. 1. De statu animæ lib. 1. laudes S. Laurentij lib. 1. hamarrigenian lib. 1. laudes Romani contra gentiles lib. 1. De spe ueniæ orationem, siue lib. 1. historiarum lib. 1. contra Marcionitas lib. 1. De animæ natura lib. 1. Peri stephanon lib. 1. Eius poemata aliquot excusa Basileæ apud Cratandrum, anno 1527. cum scholijs Ioan. Sicaardi: & rursus ibidem apud Henricum Petrum, & quodam in loco cum commentarijs: in quibus editionibus habentur hæc: Psychomachia, id est animi pugna, ubi uirtutes cum uitijs pugnant, & vincunt, cuius partes sunt: fidei et idololatriæ pugna, item pudicitia & libidinis, patientia & ira, superbia & humilitatis, luxuria & sobrietatis, auaritia & largitatis, concordia & discordia, omnia uersibus hexametris, lib. Cathemerinon, id est, diurnarum rerum opus. Sunt enim Ode ex vario metrorum genere à matutino ad uespertinum crepusculum. Hymnus ad galli cantum, Marutinus. Ante cibum. Post cibum. Ad incensum cerei paschalis. Ante somnum. Ieiunantiu. Post ieiunium. Omni hora. In exequijs defunctorum. Octauo Kalend. Ianuarias. Epiphaniæ. Liber Peri stephanon, id est de coronis, siue martyrio coronatis: hymnus in honorem sanctorum martyrum Hemiterij & Chelidonij. de diuo Laurentio, de Eulalia uirgine, de 18. martiribus Cæsaraugustanis, de S. Vincentio martyre, de Fructuoso episcopo Tarraconensi, Augurio & Eulogio martyribus: de Quirino martyre, & episcopo Sicilianæ ecclesiæ: locus ubi Martyres passi sunt, quod Baptistarium appellatur: passio Casiani martyris, in foro Corneliano: Romani martyris supplicium: de passione Hippolyti martyris, ad Valerianum episcopum. Petri & Pauli apostolorum passio: de Cypriano martyre & episcopo Carthagenensi, de Agnetæ uirgine: Apotheosis, id est de diuinitate, in infidelis hymnus. Contra hæresim, quæ patrem passum affirmat. Contra Vnionitas, id est, Sabellianos hæreticos, aduersus Iudæos. De natura animæ, aduersus Fantasmaticos, qui Christum negant uerum hominis corpus habuisse: de resurrectione carnis humanæ. Hamarrigenia, id est de origine peccatorum, uersibus heroicis, aduersus Marcionem hæreticum. Symmachi V. C. oratione prosa, ad Valentinianum, Theodosium, & Arcadium, Augustos: pro ueteri Deorum cultu aduersus Christianos: contra eundem libri 2. Enchiridion Noui & Veteris testamenti, quod

& quidam Dittochaum vocant, carmine heroico. Poemata Prudentij cum alibi quoque vt Antuerpiæ ex emendatione Giselinij tum apud Oporinum cum Poetarum veterum Christianorum operibus à G. Fabricio emendatis impressa sunt. Perierunt autem ex eius operibus commentaria in Hexaameron, de mundi fabrica vsq; ad primi parentis præuaricationem. Vitam eius diligentissime descripsit G. Fabricius. Floruit anno Domini 380.

Aurelius Theophrastus vide Theophrastus Paracelsus.

Aurelius Verus Traiani Imperatoris vitam atque gesta descripsit.

* *Aureolus* professor iuris Pontificij in Academia Tolosana scripsit additiones ad commentaria Guilhelmi de Monte Lauduno in sextum decretalium.

Auruspam, quæ in Ioan. Auruspam: quanquam aliquando sine prænomine legerim, vnde dubitari potest, an idem sit author.

Ausonius Sophista scripsit epistolas, & quædam alia ad Nonnum. Suidas.

Ausonij Pæonij poetæ liber quidam impressus. Idem est, D. Ausonius de quo infra.

* *Autoclydes* in Exegeticis citatur à Plutarcho in vita Niciæ. Puto Autoclydem nominari ab Athenæo, de quo supra.

* *Autolyçi Sphærica* lib. 3. De ortu & occasu lib. 2. seruantur Romæ in bibliotheca Vaticana & Cardinalis S. Fioræ. Quædam inde desumpta G. Valla transtulit in suum magnum opus.

Automedontis Cyciceni epigrammata tria legimus in Planudis anthologio.

Auxentij epistola apologetica, cum Hilarij operibus excusa.

Axonici comici sex fabulæ citantur ab Athenæo. Tyrrenus. Tyrrenicus. Euripidistus diosus. Philina. Chalcidicus. Chalcis.

Aymarus Falconeus Thautanus scripsit de animi exhilaratione librum, excusum Viennæ, anno 1541. & Basileæ, apud Vuinterum.

Aymari Riuallij, Allobrogis, siue Delphinensis, I. C. eruditi & eloquentis, Ciuilis historię iuris, siue in 12. Tab. Leges commentariorum libri 5. Historię item Iuris Pont. libellus singularis: impressi Moguntię 1533. & ibidem, recogniti, anno Domini 1539.

* *Aymericus* de Samiliaco, patriarcha Antiochenus, cū audiret in Carmelo monte, Eremitas Latinos Græcas literas ignorare, è Græco in Latinum transtulit Ioannis Hierosolymitani episcopi volumen, de institutione primorum monachorum lib. 3. Hic primus Monasterium eis construxit, anno Domini 1121. cōstituto Latino præside Bertoldo Aquitano. Nam prius habitabant in antris & cauernis. Cyrillus Grammaticus ad Eusebium.

* *Aymo Crauetta* super 2 Infortiati. De legatis primo. De antiquitate temporis. Quæstio super statuto Ferrariæ de mulierum indemnitatibus. Consiliorum volumina 2. Consilia eius excusa sunt Venetijs 1568. in folio, cui editioni accessit Consilium pro genero eiusdem. Eius tractatus De antiquitatibus temporum: Quæstio

item in vtramque partem super statuto Ferrariensi. Repetitio Rub. de legatis primo: simul impressa sunt Francofurti 1572. folio. Item Consiliorum tomi duo à mendis purgati, ibidem impressi sunt.

Aymo Publicius, Pedemontanus, Allobrogum præses, clarissimus iuris consultus, scripsit Commentaria in consuetudines Aruerniæ, impressa Parisijs 1549.

10 *Azararij* præctica in medicina, impressa in Italia, Forte Azaraphij legendum, huius enim præctica Paulo Ritio interprete, vel correctore edita est.

* *Azyratus* chymicæ scriptor citatur ab Hortulano, & alibi Achiratus, nescio an idem auctor.

Azophi Arabs scripsit librum in astronomia, in quo inter reliqua continentur obseruationes motuum. Extat in bibliotheca Georgij Colimittij Tanstetteri.

* *Azonis* à Ramengis Repetitiones super Decreto Distinctione prima.

Azo natione Italus, Bononiensis, scripsit Summam iuris notabilem, lib. 1. Super Digesto veteri, lib. 24. Super Codice quoque lib. 9. Præterea optimos in legibus apparatus confecit, & pluribus summis additiones apposuit, ac varia scripsit quæ à doctis non ignorantur. Eius summa in iure ciuili, impressa in Italia, Venetijs 1568. emendata ab Henr. Dorso, & Lugduni 1557. cum additionibus Hieronymi Gigantis. Claruit anno Domini 1290.

B

B *Abillus* virorum optimus perfectusque in omnium literarum genere rarissimus, auctor est, cum ipse prefectus obtineret Aegyptum, crocodilos in Nilo à Delphinis victos. Seneca lib. 4. Naturalium quæstionum.

Babrius siue Babrius, fabulas Aesopi versibus Choriambicis exposuit libris 10. Suidas. Videtur autem non alius esse quam qui Gabrias nominatur, cuius aliquot fabulæ Græcæ & Latine excusæ sunt.

* *Bachasus* Chymicus scriptor, citatur ab Hortulano.

* *Bacchiarius* Maccus, D. Patricij discipulus, natione Britannus, scripsit, Ad Ianuarium de reparatione lapsi, siue de fructu pœnitentiæ, lib. 1. De fide perseverante, lib. 1. Prognostica natiuitatum, lib. 1. hunc iuuenis edidit dum incumberet Mathesi. Claruit anno salutis 460. Hunc alij Bacchiarium, alij Bacchianum vocant. Baleus. Liber de recipiendis lapsis impressus est in 1. tomo Orthodoxographorum Basileæ.

Baccarius aduersus querulos & ofores suos librum De fide scripsit, teste Gennadio.

60 *Bacchius* Milesius citatur apud Plinium, qui in 8. 10. 15. 17. & 18. Naturalis historię libros multa ex eo transtulit.

* *Bacchius* glossographus Hippocratis Erotiano teste. Bacchij Auscultationes & Compendium pulsuum citat Galenus lib. 4. de different. pulsuum cap. 10. Bacchij Harmonica Isagoge Romanæ

in extat in Vaticana bibliotheca Græce: Item Augustæ Vindelicæ: & item Cardinalis S. Fioræ Quidam hunc Vaccæum nominant.

Bacchylides Simonidis Cei cognatus ad *Argidis*, ex Iulide vrbe Cei, poeta Lyricus: huius amatoria al legat Athenæus, & Stobæus prænes. Citatur quo que à Plutarcho in vita Numæ. Epigrâma eius extat sexto libro Florilegij.

Bacchylus Corinthi episcopus scripsit De Paschate librum: Claruitq; sub Severo imperatore Romano.

Baccij Vgolini epistolium, legitur in fine septimi libri epistolarum Politiani.

Bacchomius abbas à Trithemio vocatur, quæ Gennadius Pachumium vocat. Vide infra.

Baderi de Eucharistia liber, impressus in Germania.

* *Bægrus* in Macedonicis à Stefano citatur.

Bæton quidam scripsit Alexandri *sædus*, citatur Athenæo.

Bægorotus vel *Barragorus* vtriusque iuris professor insignis, scripsit *Cauillationum* lib. 1. De ordine iudiciorum lib. 1.

Rabbi *Bahai* filij Afer expositiones in legem, lingua Hebraica, impressæ.

Balbus scripsit ad Celsum de agrimensoria, rationatoriaque, de asse, minutisque eius partibus, quæ à Caluo Hippocratis interprete citantur. Item de nominibus mensurarum lib. cuius meminit Volaterranus. Idem scripsit de Colonijs

30 Latinis lib. quem se emendaturum & in publicum editurum, Andreas Alciatus promisit. Inscribitur autem hic liber ab alijs Frontino, aut Augusto Cæsari & Heroni. Extat in bibliotheca P. Pithoei.

* *Baldricus* archiepiscopus Dolensis in Aretorica Britannia Scripsit vitam D. Sampsonis lib. 1. historiam Hierosolymitanam lib. 1.

* *Baldwinus* Deuonius ordinis Cisterciensis, episcopus Vuigorniensis, & postea Cantuariensis archiepiscopus, scripsit De corpore & sanguine domini li. 1. De sacramentis ecclesiæ lib. 1. De orthodoxis dogmatibus, lib. 1. De sectis hæreticorum, lib. 2. Commendationem fidei, lib. 1. De vnitare charitatis, lib. 1. De sacerdotio Ioannis Hircani, lib. 1. Super eruditione Gyraldi, li. 1. Sermones 33. lib. 1. De amore lib. 1. Super historijs regum lib. 4. Contra Henricum Vintoniensem, lib. 1. Commendationem Virginitatis lib. 1. Carmen deuotionis lib. 1. De cruce lib. 1. De Angelis nuncio lib. 1. Mythologiam lib. 1. Epistolarum suarum, lib. 1. Hic Ricardum Angliæ regem in Syriam secutus, anno salutis nostræ 1190. Tyri vitam finiuit, vbi & sepultus est. *Balæus*.

* *Balduini* Ronfeci Gandensis, medici reipub. Gandanæ, libellus de magnis Hippocratis lienis, Plinijque Stomacace ac Sceletyrbe, seu vulgo Scorbuto dicto. Antuerpiæ.

* *Baldus* de Bartholinis Super 2. F. F. noui De verborum obligationibus.

Baldus Nouellus scripsit de dote, & de verborum obligationibus.

* *Baldus* de Periglis, De quæstionibus & tortura, In pluribus tamen manuscriptis exemplaribus hic tractatus Dyno inscribitur.

Baldus de vbaldis Perusinus, iureconsultus omnium sui temporis celeberrimus, scripsit Super codice lib. 9. Super ff. veteri lib. 24. Super ff. nouo lib. 12. Super ff. Inforciati lib. 14. Super Institutiis lib. 4. De vsu feudorum lib. 1. Super Authent. lib. 1. Super secundo Decretalium, lib. 1. Additiones Speculi, lib. 1. Consilia multa, lib. 1. Et alia cõplura, scripsit commentarios super totum corpus Iuris Civilis. Item practicam Lugduni impressam, & Margaritam, seu repertorium. Item modum arguendi, nondum impressum. Obijt 1400. Ticini. Baldi lecturæ accuratissime editæ sunt cum annotationibus, nouis summarijs & Index, Venetijs apud Iuntas 1572.

* *Balæus* in Turba, chymista, citatur ab Hortensio.

* *Balionus* de Nobilibus super 2. Codicis, De liber. præteritis.

* *Balthasar* Bidenbachius concionatur aulicus illustris, principis Vuirtenbergenfis Germanicæ descripsit vitam & obitum Illustris, Principis Christophori ducis Vuirtenbergenfis. Tubingæ in 4. Interpretatus etiam est Germanice Psalmum 85. ibidem impressum 1571.

Balthassar Castilioni carminum liber, impressus est Venetijs à Vincentio Valgrifio, & Florentiæ à Torrentino 1552. cum alijs illustrium poetarum carminibus. Eundem audio scripsisse de laudibus picturæ & sculpturæ.

Balthassar de Lipsia, fratrum collegij S. Bernardi prouisoris, conclusiones 39. cum suis explanationibus contra Ioannem Huf. pro vna specie sacramenti, impressæ sunt Lipsiæ anno Domini 1494.

Balthassar Pacimontanus primum pastor in Vualdtzhüt, deinde Anabaptistarum patronus, scripsit quædam contra baptismum paruulorũ, Conclusiones viginti de eucharistia, Regulas aliquot de paranda mensa domini. Epistola eius ad Ioannem Oecolampadium extat libro secundo epistolarum Oecolampadij & Zuinglij.

Balthassar Praspergius Merspurgenfis scripsit de Musica choralis librum, regulis multis ac exemplis varijs referum, & excusum in quarto, Basileæ anno Domini 1500.

* *Balthassar* Ralde Concordia Papistarũ, Anabaptistarum, Vuicelianorũ et Lutheranorum.

Balthassar Rasini epistolæ extant.

Balthassar Rius scripsit orationem, de expeditione in Turcas.

Balthassar Steindel, de re culinaria Germanicè diligenter scripsit.

* *Balthassar* Trochi Ascaniensis, Germani, vocabularius Latino germanicus, quem in scriinia & nidos diuisit. Impressus Lipsiæ à Melchioræ Lothero anno 1517.

* *Balthassar* Vuechtlinus, Colmariensis, scripsit additiones aliquas insignium aliquot scriptorũ lib. 1. Clauit anno domini 1540.

60 *Bankinus* Londinensis, Anglus, scripsit contra positiones Vuiclem lib. 1. Determinationes varias lib. 1. Sermones multos ad plebem. Clauit anno Domini 1382.

Baptistam de Albertis Florentinum amatoria quædam scripsisse refert Cornelius Agrippa.

commendat ex m. d. d. l. 1. s. Ep. 18. p. 206.

Forſan idem cum Leone Baptiſta Alberto.

Baptiſta de ſancto Blaſio, de Padua, vir in vtroque iure peritiſſimus, ſcripſit de priuilegijs dotabilibus lib. 1. correlatiuorum quoque lib. 1. quaſtiones de arbi. c. lib. 1. ſuper prima rubrica decre. lib. 1. de differentia inter arbitru & arbitratorcm, de arbore actionum, ſuper tit. Inſtit. de actionibus. contradictionum vtriuſque iuris duas centurias collectas, ſuper decreto R. Decreti. De dote. Differentias inter ius commune et feudorum. Claruit anno Domini 1480.

Baptiſta Bouius Regienſis quaedam in iure ſcripſit.

Baptiſta Caccialupus I. C. quare Ioannes Baptiſta I. C.

* *Baptiſta* Caſalius inter viros eloquentes a Gyrardo numeratur, qui inter alia refert epigrammata ab eo ſcripta.

Baptiſta Cimadorius I. C. ſcripſit ſuper l. legatum. 2. Infortiati. de legatis 1.

Baptiſta Ferrarienſis, Panætius cognomento, ordinis fratrum beatae Mariae de monte Carmeli ſcripſit Opus luculentiffimum hiftoriarum a Chriſti temporibus vſque ad nos, quod praenota uit Floridam lib. 1. chronica ſui ordinis lib. 1. De ruina Romani Imperij li. 1. De monte Syna lib. 1. Vitam Mechtildis lib. 3. chronica Ferrarien. lib. 1. ſermones varios lib. 3. Epigrammata multa atque diuerſa edidit. Conuertit etiam de Graeco in Latinum, ſermones beati Ioannis Chryſoſtomi copiosos. Floruit anno Domini 1494.

Baptiſta Fiæra Mantuanus, philoſophus & medicus archiatros, alius a Carmelita (de quo prox. loco) ſcripſit commentaria in Artem medicinalem diffinitiuam Galeni, item de animae immortalitate contra Pomponatium, Quaſtionem de attractione medicinarum ſolutiuarum, Solutionem argumentorum ad quatuor conſuſiones Marliani. Extant eiufdem, Quaſtio de virtute mouente pulſum, quaſtio de phlegmatico & bilioſo aequaliter febrientibus, De peſtilentia, Tractatus de loco angeli, tractatus de primo cognito, Dialogus de iuſtitia pingenda, Dialogus de praedestinatione, tractatus de intentione & remiſſione. Impreſſa Venetijs. Eiufdem vero Euangelicae hiftoriae, ſive de Deo homine libri 4. heroico carmine conſcripti ad Adrianum 6. Pontificem Maxi. vna cum Hymnis aliquot, & Cæna, libello eleganti, & varios epularum apparatus elegiaco verſu continente, Baſileæ excuſi ſunt apud Rob. Vuinter. Eiufdem libri quatuor de Deo homine, hymni diuini, de conceptione virginis dei para, de peſtilentia, ſyluae, elegiae, & epigrammata, omnia ſimul Venetijs excuſa ſunt. Floruit ante annos plus minus triginta.

Baptiſta Fulgoſus, ſcripſit ad imitationem Valerij Maximi, dictorum & factorum memorabilium li. 9. lingua vernacula, quos Camillus Gilius Latinitate donauit. Liber impreſſus Baſileæ anno Domini 1541. Scripſit etiam alia quaedam, quae omnia ſimul excuſa ſunt in Italia in folio.

Baptiſta Guarinus Veronenſis, Guarini doctiſſimi viri filius, ſcripſit Opus dialogorum perpulchrum, De ſecta Epicurea li. 1. De ordine docendi lib. 1. De regno adminiſtrando lib. 1. in epiſto-

las Ciceronis lib. 1. in Faſtos Ouidij lib. 1. in Phariſalia Lucani lib. 1. in Catullum poetam lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. orationes complures lib. 1. & carmina varij generis. In Latinum vertit, ex Xenophonte Ageſilai laudationem, Orationes aliquot Demoiſthenis, Dionis, & Gregorij Nazanzeni ad Chriſtum & Mariam. Liber eius de modo & ordine docendi ac differendi, Heidelbergæ excuſus eſt apud Iacobum Knobloch, anno Domini 1489. chartis 2. Claruit anno Domini 1494.

Baptiſta Leo Albertus Florentinus ſcripſit opus de architectura & pictura, in Italia vulgatum, & Argentinae. Extrat eiufdem etiam Momus, & de cauſis ſenatorijs in Cic. lib. 2. Officiorum explicatio, Baſileæ impreſſa apud Rober. Vuinter.

Baptiſta Mantuanus, cognomento Spagnolus, Carmelita, theologus ac poeta inſignis, metro & proſa ſcripſit multa egregia volumina, e quibus ſubieſta feruntur. Ad patrem ſuum, de beata vita dialogus lib. 1. ſuburbanum, De Bucol. lib. 1. Parthenices vita lib. 3. De ſancta Catharina, lib. 1. De vita Ludouici Bononien. lib. 1. Vita Alberti Carmel. ſapphico lib. 1. De calamitate ſuorum temporum lib. 1. panegyricus Roberti lib. 1. ſomnium de eodem lib. 1. ad Falconem epigrammatum li. 1. conſolatio ſuper morte lib. 1. De contemptu mortis lib. 1. contra poetas turpiloquos lib. 1. De expugnatione Granatae lib. 4. De patientia, proſaice lib. 1. De ortu religionum li. 1. apologia pro fratre Petro lib. 3. Introductorium ſubtilis Scoti lib. 1. orationes elegantiffimae lib. 1. epiſtolarum multae ad diuerſos, diuerſi generis carmina. Et alia copioſa opera, excuſa ſunt Pariſijs apud Aſcenſium, cum commentarijs Murrhonis, & Brantij in pleraque opera, anno 1513. Opuscula aliquot paſſim ſeorſim exiuerunt, & apud Knoblochum Argentinae. Parthenice tertia cum tribus ſequentibus, & opus de mundi calamitatibus cum libro contra poetas impudice ſcribentes. Claruit anno Domini 1494. In Pariſienſi autem editione continentur Parthenice heroidum & virginum ſanctiſſimarum, De diua Maria lib. 3. De Catharina lib. 3. De Margarita, Agathe, Lucia, Apollonia, & Caecilia libri ſinguli: quorum vltimus antea non editus erat in lucem. Vita ſancti Dionyſij, lib. 3. carmine heroico. Vita S. Georgij, lib. 1. eodem carmine. Vita S. Ludouici Morbioli Bononiensis lib. 1. Hymnus elegiacus in natalem Ioan. Baptiſtae. Alius in diuum Albertum Carmelitam Siculum, carmine ſapphico. Votum elegiacum ad diuam Virginem, pro recipienda ſoſpitate poſt febrim. Ad eadem pro extinguenta peſtilentia oratio, hexametris. Tomo ſecundo: De calamitatibus ſuorum temporum, libri 3. Obiurgatio cum exhortatione ad capiendam arma contra infideles, ad Potentatus Chriſtianos, de praefidentia oratoris & poetae, de ſuſcepto theologico magiſterio, elegia contra amores illicitos, alia de natura amoris, ad iuuenes, Contra poetas impudice ſcribentes: Bucolica, ſeu eglogae decem, Epigrammata varia, De contemnenda morte, & patienter ferenda. Tomo tertio: Alphonſi Spanni, ſive de Alphonſo libri 6. carmen panegyricum in Robertum Severinatem Somnium Romanum, de eo

de eodem Roberto: Trophæi Francisci Gonzagæ, pro Gallorum ex Italia expulsiōe lib. 5. De fortuna Fr. Gonzagæ carmen heroicū panegyricus in Brixiam dictus, hexametris. Villa Baptistæ Refrigerij in Aemilia via, eodem genere carminis laudata. De quercu carmen heroicū. Sylvarum libri. 4. qui varijs & iucundis argumentis ad diuersos conscripti sunt. Libri 3. De patientia: & De vita beata lib. 1. Eiusdem Fastorum siue de sacris diebus libri 12. excusi sunt Argentinx apud Matthiam Hupfuffin 4. anno D. 1520. Et Mediolani apud Caluum, anno Domini 1540. octernionib. 17. Idem præterea carmine scripsit de sacris diebus seu opus fastorum lib. 12. Vitam D. Blasij lib. 2. Vitam Nicolai Tolentinili. 3. De bello Veneto, lib. 1. De ieiunio quadragesimali lib. 1. Ad Insubres, lib. 1. Ad Leonem & Iulium lib. 1. Ageliarionum lib. 6. De vita propria carmē, & alia. In prosa quoque scripsit Dialogum contra detractores lib. 1.

Baptista Panegius, vide Baptista Ferrariensis, Baptista Persij egloga Thyrsis, impressa Argentinx apud Iacobum Iucundum, anno Domini 1540. & Basilæ apud Oporinum.

Baptista, cognomento Platina, patria Cremonensis, apostolicus quondam abbreviator, scripsit De gestis Romanorum Pontificum li. 1. De naturis rerum lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. De honesta voluptate & valetudine libros 10. De falso et vero bono dialogos. 3. Contra amores dialogum 1. Dialogum De vera nobilitate, De optimo ciue dialogos 2. Panegyricum in laudem Bessarionis Cardinalis Niceni. Ad Paulum I. P. Max. de pace Italiæ componenda, atq; de bello Turcis indicendo, orationem. Doctorum aliquot virorum panegyrici, siue epigrammata, in parentalia B. Platina: quæ vnâ impressa sunt Colonia anno 1429. Claruit anno D. 1451. Exstant eiusdem de rebus vrbs Mantuæ, Gonzagæq; familiæ, historia libris 6. conscripta, quam Deo volente, Idan. Oporinus breui dabit in publicum.

Baptista Rhegiensis episcopi de stenda cruce carmen elegiacū. Eiusdem carmen de morte, de beata virgine. Elegia recommendationis animæ in extremis. Item epistola Pilati Galli, de nece domini ad Claudium imperatorem, & Lentuli epistola ad Senatū Romæ, de statura & lineamentis Iesu Christi. Omnia simul impressa sunt Viennæ Austriæ, in 4.

Baptista de Salis, ordinis fratrum minorum, prouinciæ Ianuensis, edidit Summam Baptistianam lib. 1. & quædam alia. Floruit 1494.

Baptista Sanga poemata quædam edidit, vt refert Lilius Gyraldus, in historia poetarum nostri temporis.

* Baptista Sapius consiliarius Regius, annotationes Ioan. Brodæi in Epigrammata Græca, Opiantum, & Euripidis tragoedias, edi curauit, & in annotationes in Euripidem præfatus est.

Baptista Sardus scripsit quædam in Pandectas medicinæ.

Baptista de S. Severo scripsit super Feudis. Idem forte, qui Ioan. Baptista. Vide infra.

Baptista Trouamala, ordinis minorum obseruantia, scripsit Summam ad vtilitatem simplicium

um confessorum ordine alphabeti, quæ nominatur Rosella casuum conscientia. Impressa est Argentinx anno Domini 1516. in folio chartis. 88. Floruit author Louanij anno 1483.

Baptista de Valle 1. C. scripsit de bello & duello. * Baptista à Villalobos Toletanus, scripsit Communes opiniones seu sententias iuris.

Baraleti cuiusdam sermones impressi sunt.

* Baram Persæ somniorum interpretis meminit in initio operis sui Leo Tuscus.

* Barbati liber medicinae scriptus alicubi extat. Barbios in libro De agricultura citatur à Serapione.

Bardefanes, qui in Mesopotamia clarus habitus est, scripsit infinita aduersum omnes penè hæreticos qui ætate eius pullulauerant, & multa alia super persecutione volumina, quæ sectatores eius de Syriaca lingua verterunt in Græcam. Scripsit inter alia, Contra Martionem, De fato contra Abidan astronomum. Hic in Valentinianorum errorem incidit: vt testatur Epiphanius. Vixit tempore Antonini Veri.

Barlaam Calaber, S. Basilij monachus, vtraque lingua eruditus, multa quæ pertinent ad disciplinas, vno volumine coegit: cuius opuscula quædam Græca apud Italos reperiuntur. Item epistolices lib. 5. Arithmetica demonstratio: vel, Geometrica demonstratio de numeris, Geometria. Super inuentione festi paschalis theologica speculatio: Sermones contra Latinos de spiritu Sancto Romæ extat. Barlaam, Carbasilæ, & aliorum diuersorum de processione spiritus Sancti opuscula ibidem. Barlaami scholia in Ptolemæi Musicam extant Venetijs apud Ber. Turrisanum.

Barnabas Cyprius qui & Ioseph Leuites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, vnam ad ædificationem ecclesiæ epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur. Honorius. Barnabam quidam tradunt, alij vero Clemèrem authorem esse epistolæ ad Hebræos quæ Paulo inscribitur. Philastrius.

* Barnabæ Brissonij, Selectarum ex iure ciuili antiquitatum lib. 4. Super 1. ff. noui De sol. & lib. 3. Ad leg. Iul. de adult. li. 1. Dictionarium, siue de verborum significatione. Parergon lib.

* Baron seu Varro historicus Epitomen scripsit rerum Alexandri. Suidas. Athenæus refert Bætona scripsisse saguæ Alexandri. Plinius 7. cap. septimo Beton itinerum Alexandri mensor autor illustris.

Bartholus, Vide Bartolus.

Bartholomæi nomen, multi etiam docti Bartholomæus scribunt: qui vocabuli compositio nem, & Græcorum obseruant orthographiam Bærtolomæus, nos euphoniae gratia p. consonantem omittimus.

Bartholomæi euangelia censentur inter apocryphos, in decretis Pontificum.

Bartholomæi cuiusdam practica extat, de experimentis ad omne genus morborum, in qua aliqua superstitionosa habentur, multa tamen bona quoque insunt.

* Bartholomæus Alexander Orationem scripsit de vtilitate linguæ Græce, impressam Parisijs.

*f. Ger. Conf. Ann.
l. i. gen. p. 10.*

Bartholomæus Amantius poeta, & Petrus Apianus, inscriptiones vêtustas totius ferè orbis collegerunt, ut pluribus in Petro Apiano dicitur. Idem Amantius Landtspergianus Boius, collegit flores sententiarum Græcarum & Latinarum, Dillinge impressit Sebaldus Meier 1556. in folio.

Bartholomæus Anglicus, vide *Bartholomæus* Glanville.

* *Bartholomæi* Andreadis Silesij, Panegyricus in laudem D. Alberti Baronis à Laſco, editus. Gorlicij 1571.

Bartholomæus Anulus edidit pictam poesim, sunt autem emblemata, id est, Icones diuersæ, cù epigrammatis, ut emblemata Alciati. Lugduni excudit Matthias Bonhomme. Idem opus translatum est ab eo in linguam Gallicam.

Bartholomæus Argenterius, Italus, ex Galeri libris in medicinæ studiosorum gratiâ multa collegit, quæ partim nuper excusa sunt Florentiæ, partim propediem excudenda speramus.

Bartholomæi Aristophili, qui post Platinam bibliothecæ Pont. Sixti præfectus est, extat oratio & versus heroici super funere ipsius Platinæ: quæ habentur impressa in fine operum Platinæ de vitis Pontificum, &c.

Bartholomæi Arnoldi Vſingensis summa cõpendiaria totius logicæ, vel Paruuli logicæ, tractatus 7. quasi in tabulas omnem logicam redigentes, sermone barbaro, scripti ab authore in gymnasio Erphurdensi. Item Paruulus philosophiæ Naturalis, siue interpretatio per figuras & tabulas in epitomen Physiçæ, tribus tractatibus absoluta. Opus impressum Basileæ, 1507. & 1511. Eiusdem, De Coniugio sacerdotum, De imrocatione sanctorum, De tribus necessarijs ad vitam æternam virtutibus, Gratia, fide, operibus, De falsis prophetis, Contra Anabaptistas, Responso ad Ioannis Cusameri confutationem. Scripsit etiam libellos scholasticos: Interpretationem in Donatù: Regulas & figuras cõstructionis, cum vitijs grâmaticalib. Itè Logicæ totius cõpendiũ.

Bartholomæus Barbadorus Aeschylj fabulâ Agamemnomem, quæ manca inchoataq; erat, integram inuenit, atq; obrutam vetustate eruit, comite huius laudis ac studij Hieronymo Mæo.

* *Bartholomæus* Bellenzinus, I. C. De caritatiuo subsidio.

Bartholomæus Bernhardus pastor ecclesiæ Cemburgensis, scripsit apologiam contra Papiſticas leges sacerdotibus prohibentes conubium.

Bartholomæus Blanchinus scripsit vitam Philippi Beroaldi, Parisijs impressam. Alius est Ioannes Blanchinus, de quo infra.

Bartholomæi Blareri Constantiensis I. C. Commentarius in L. Diffamari, impressus.

Bartholomæus Bologninus scripsit super Rub. C. De contrahen. l. dudum. Cod. 1. Eiusdem epitome elegaca in P. Ouidij Nafonis libros X v. Metamorphoseon, impressa est Basileæ ab Oporino. Eiusdem super authent. constitut. liber impressus Ingolſtadij in folio, anno D. 1542.

* *Bartholomæi* Bonelli, Additiones & apostillæ super constitutionibus capitulis & pragmaticis regni Siciliae.

Bartholomæus Bononienſis scripsit tractatũ su-

per illud dictũ euangeliſtæ, Ego sum lux mundi.

Bartholomæus Brixienſis reformauit textũ Decreti post Ioannem Teutonicum, suppleto defectu, vbi correctio necessaria videbatur propter subtractionem decretaliũ ac diminutione earundem, vel propter iura quæ superuenerunt de nouo. Interdũ etiã solutiones interponit, quas Io. Teut. prætermissit. Scripta eius sunt hæc, Repertorium decreti li. 3. Disputationes decretalium lib. 5. Chronicon Italiae lib. 1. Epistoliarum ad diuersos liber. 1. Additiones ad glossas Decreti: item Quæstiones Dominicales, Venetiales, numero 91. Casus Decretorum: Distinctiones legum. Floruit tempore Gregorij I. X.

Bartholomæus de Brugis natione Gallus, patria Flamingus, edidit in aphorismos Hippocratis li. 1. in lib. prognosticorum lib. 1. De regimine acutorum morborum lib. 2. Symph. Camperius.

Bartholomæi Brunacij doctoris Vitaliani, Aagon aurea, ac diuina iudicialium rerum institutio, edita est Venetijs in folio.

Bartholomæus de Burdigarijs I. C. extollitur à Ioan. Andrea in addi. in ti. de accusacione, in 7. parte.

* *Bartholomæi* Calepini, Super 1. Infortiati De rebus dubijs. li. 3. qui du. parag. cum ira &c.

* *Bartholomæus* Camerarius Beneuentanus, Super feudis, De prohib. feu. alie. Eiusdem Consilium in causa Monachorum, extat inter consilia card. Zabarella. * *Bartholomæi* Camerarij De ieiunio, oratione & elemosyna, dialogi quatuor, Lutetiæ in quarto. De prædestinatione dialogi tres, ibidem anno Domini 1556. in quarto.

Bartholomæi Capouacensis I. C. Consilium in 3. vol. cons. Baldi.

* *Bartholomæi* de Capua Glossæ super constitutionibus regni Siciliae & ritibus magnæ curie vicarie. Singularia & cautela cum additionibus Marcelli Boni. Quæstiones 35. impressæ in fine additionum Thomæ Grammatici ad Constitutiones regni Siciliae. Eius Glossa aurea super Constitutionibus regni Siciliae, & Singularia C. L. I. super ff. & Cod. impressa sunt Lugduni anno 1556. in octauo.

Bartholomæus Carranza de Miranda, Dominicanus, & regens in collegio sancti Gregorij, eiusdem ordinis, in valle Olerana, edidit controuersiam De necessaria residentia episcoporum, & aliorum inferiorum pastorum, explicatam Tridenti. Liber impressus est Metis. Idem scripsit summam omnium conciliorum & Pontificum à Petro vsque ad Paulum 111. qua succinate omnia ea complectitur quæ alibi sparsim tradita sunt. Liber excusus est Venetijs, ad signum spei, anno Domini 1546. Item Concionem habitam ad Synodum Tridentinam prima dominica quadragesime: impressam Antuerpiæ cum libro De residentia 1554. Claruit anno Domini 1547.

Bartholomæus ordinis Carthusiensis, natione Germanus, scripsit Exercitium deuotionis, lib. 1. Summam vitiorum, vel destructionem vitiorum, lib. 1. De abstinentia carniũ, li. 1. De proclamationibus fratrum in capitulo, li. 1. De iudicijs.

temerarijs lib. 1. De iuramento, lib. 1. De voto quoq; lib. 1. Et quædam alia. Floruit anno 1446.

* *Bartholomæus* Caualcantius de varia exordia endi ratione in causis demonstratiuis, non minus eleganter quam copiose tractauit, vti scribit Nascimbenius in commentarijs in Ciceronem.

* *Bartholomæus* Chai, monachus, De interrogatiõibus faciendis in confessione sacramentali.

Bartholomæi Chalfanæi I. C. Commentarius in consuetudines ducatus Burgundiæ. Eiusdẽ Catalogus Gloriæ mundi multiplici rerum varietate refertus. Venetijs in folio.

Bartholomæus Cepolla Veronensis iureconsultus, scripsit Cautelas iuris causarum ciuiliũ, li. 1. De simulatis contractibus, lib. 1. De prædijs vrbanis, lib. 1. De prædijs rusticorum, li. 1. De militari, lib. 1. in 1. Cod. & in 2. De furtis li. 1. De seruitu. vrb. prædio. rusticorum, Consilia criminalia, De contractibus. De imperatore militum de ligendo. In Autent. sed nouo. Et alia quædam. Claruit anno Domini 1477. Eius commentaria in tit ff De ædilitio edicto, cum legum & prærag. summarijs excusa sunt Venetijs anno 1550.

Bartholomæi Chalci epistola ad Angelum Politianum libro 11. Epistolarum eius legitur, quæ se scribit curaturum, vt Georgij Merulæ opera in lucem edantur.

Bartholomæi Cimbriaci comædia quædam excusa, apud Heruagium.

Bartholomæus à Cliuolo medicus Taurinensis, scripsit De balneorum naturalium viribus li. 4. quorum primus balneorum Aqueusum historiam complectitur, secundus eorundem rectũ vsum, tertius & quartus totius orbis balneorum vires complectuntur. Impressi sunt hi libri Venetijs apud Iuntas, cum variorum authorum scriptis De balneis, anno Domini 1553. & Lugduni seorsim apud Matthiam Bonhomme, anno Domini 1552. in 4. chartis 22. & dimid. Libro 3. de Balneis promittit libros demonstrationum in methodum medendi, ac eodem loco scribit se quinquennium Logicam in Taurinensi ciuitate professum esse.

Bartholomæi Coclitis Bononiensis medicinẽ diuinitatis, chirurgicæ, physionomistæ, chiromantici, geomanticiq; Anastasis chiromantiæ ac physionomix ex pluribus & penè infinitis authoribus, opus impressum Bononiæ anno 1504. Eiusdem physionomix compendium, quantum ad partes capitis, gulamq; & collum attinet, impressum Argentorati. 1533, quibus accedit Andreae Corui Chiromantia, quanquam falsa libelli prima inscriptio vtrunq; opus Coclitæ attribuat.

Bartholomæus Colonienſis, natione Germanus, scripsit opusculum De laudibus philosophiæ metro compositum, syluam carminum li. 1. De secta Diogenis lib. 1. Epistolam mythologicam. Eius dialogum mythologicum ad Paneratum, cum præfatione Philippi Melanchthonis, & expositione difficultum vocabulorũ, excudit Tubinge Thomas Anshelmus, anno Domini 1514. Floruit anno Domini 1494.

Bartholomæi Croci-Regienſis elegiæ quædam extant.

Bartholomæus Cospus Bononiensis, interpretatus

est Diodori Siculi historiam de illustrium regum Philippi & Alexandri, & aliorum aliquot nobilium Macedonia ducum præclare factis. Item, Ioan. Monachi ex libris historiarum suarũ, Alexandri vitam.

Bartholomæus de Culer vel Contrer, Anglus, scripsit disputationes De generatione & corruptione lib. 2.

Bartholomæi Dardani poemata impressa sunt Basileæ à Iacobo Parco, cum Claudij Luc. & Guilhelmi Marij poematis anno 1556.

* *Bartholomæi* Eustachij medici, de renũ structura, officio, & administratione. De auditus organo, Olsium examen, De motu capitis, De venæ azygos, & de alia quæ in brachij flexu communem profundam producit. De dentibus, & aliis Venetijs edita 1564. in quarto.

Bartholomæus Facius Genuensis Arriani Nico-

medensis lib. 7. De gestis Alexandri, & 1. De reb. Indicis Latinitate donauit. Extant eiusdẽ de vitæ

felicitate ad Alphonsum regẽ li. 1. De hominis excellentia ad Nic. v. Pont. Max. li. 1. quos Io. Oporinus aliquando, volente Deo, in lucem emittet.

Eiusdẽ oratio inuectiua in Laurentiũ Vallam, in Italia edita est, contra quam Valla 4. libr. recriminationũ scripsit. Eiusdem Cõmentariorum, lib.

10. de rebus gestis ab Alfonso 1. Neapolitanorũ rege, Io. Michaelis Bruti opera in lucẽ editi Lug-

duni apud Gryphiũ 1560. in 4. Basileæ quoq; in fol. impressi cũ historia Guicciardini. Refert etiã

Iouius, Faciũ hunc Cõmentarios scripsisse de Genuensũ reb. aduersus Venetos gestis, in quib. tamẽ fidẽ hominis desiderari ait. Cæsaris in scribẽdo puritatem & elegantiam imitari conatus est.

* *Bartholomæi* Faij, Regij in Senatu Parisiensi cõsiliarij, ac inquisitionum præsidis, Energumencus. Eiusdem, Alexicacus. Parisijs 1572.

* *Bartholomæus* Ferrinus, Alphonso & Herculi Ferrariæ duci ab epistolis, commemoratur à Gy-

rardo in historia poetarũ nostri temporis, vt qui Latino et Hetrusco carmine nõnulla scripserit.

* *Bartholomæi* Fenni, Villarenſis, ordinis prædicatorũ, Summa quæ Aurea armilla inscribitur.

* *Bartholomæus* Florarius, Anglus, scripsit De abstinentia lib. 1. in quo corruptos mōres cleri perstringit, & mendicitatem illã religiosam monachorũ damnat. Item Florarium, à quo cognomẽ ipse accepit. Vixit anno 1420. Baleus.

Bartholomæi Frexij orationes, vnam pro pace, & alteram pro humanarum artium studijs, Gryphius impressit Lugduni anno 1539.

Bartholomæi Georgieuiti Prognoma, siue præ-

sagium Mahumetanorum, de Christianorum calamitatibus, & suæ gentis interitu, ex Persica lingua in Latinam ab eo conuersum. Eiusdem epistola exhortatoria contra infideles. Item, Libellus De afflictione tam captiuorum, quam etiam sub Turcæ tributo viuentium Christianorum.

Itẽ De ritu et ceremonijs, domi militiæque ab ea gente vsurpari solitis. Impressa sunt Basileæ ab Oporino cum Alcorano Turcarum.

* *Bartholomæus* Glaunuyte ex nobilissimo comitum Sudouolgtorum genere, Franciscanus, scripsit ingens volumen cui titulum indidit De proprietatibus rerum, lib. 18. De rerum accidentibus

60

h 2

ribus, lib. 1. Chronicon de sanctis, lib. 1. De mundo ac celestibus lib. 1. Postillas scripturarum, lib. 1. Sermones varios, lib. 1. Pluraque adhuc alia congesisse narratur. Claruit anno Domini 1360. Hic vulgo Bartholomæus Anglicus nominatur.

Bartholomæus Goltscnius Chemnicensis, scripsit præfationes in Ciceronem de officijs, & de amicitia, impressas Lipsiæ.

* Bartholomæus Iscanus, Anglus, Excestriensis episcopus, scripsit ad Balduinum Cisterciensem abbatem, Dialogum contra Iudæos lib. 1. Sermones eruditos, lib. 1. In obitu Thomæ archiepiscopi Homiliam 1. De prædestinatione lib. 1. De libero arbitrio, lib. 1. De pœnitentia lib. 1. Epistolas ad diuersos, lib. 1. Atque alia plura edidit. Claruit anno Domini 1180. Ad istum Ioannes Sarisburius Carnotensis episcopus epistolas scripsit. Baleus.

Bartholomæus Iustinopolitanus ad verbum trãtulit epistolas Phalaridis, Apollonij, & Brutii, easdemque excudendas curauit Græce & Latine in 4. anno Domini 1502.

* Bartholomæi Kleindienst exhortatio Catholica & Euangelica ad Germanos, qua docet quomodo se pij gerant in controuersis religionis, ne ab vlla secta seducantur. Dillingæ 1569. Germanice.

Bartholomæi Latomi Arlunensis oratio De laudibus eloquentiæ, dicta in auditorio, cū enarrationem actionum in Verrem auspicaretur: impressa Basileæ, cum cōmentarijs in orationes Ciceronis. Declamatio funebris in obitū principis Richardi, archiepiscopi Treuerensis: impressa Colonia 1531. carmen gratulatorium in coronationem Regis Romanorū, ad Carolum Cæsare V. & Ferdinandū regem, fratres Augustos, libellus excusus. Oratio Lutetiæ in auditorio dicta, qua peregrinationem suā per Italiam describit, ibidem impressa apud Fran. Gryphium. Epitome cōmentariorū dialecticæ inuentionis Rodolphi Agricolæ, excusa primum Lutetiæ, deinde Basileæ, anno 1536. & Colonia apud Gymnicū. Cōmentarij in aliquot Ciceronis orationes, videlicet pro P. Quintio, Sexto Roscio, A. Cecinna, L. Muræna, Archia poeta: ad Quirites post reditū, pro Cn. Plancio, M. Cælio, Milone, M. Marcello. Q. Ligario, Deiotaro rege: In Verrinas actiones 7. in Vatinius, in Philippicas omnes: excusi Basileæ apud Rob. Vuinter, & denuo apud Oporinum, in volumine Cōmentariorū super omnes Ciceronis orationes. Cæterum enarratio orationis pro Sexto Roscio, & alterius pro A. Cecinna, vtraque seorsim exiuit Argentorati. Annotationes in Paradoxa Ciceronis, excusæ 1534. Colonia apud Io. Prael. Annotationes in libros Ciceronis De Officijs, De Amicitia, De Senectute, De Somnio Scipionis, omnes typis publicatæ. Enarrationes in Topica Ciceronis ad Trebatium, impressæ Argentorati apud Mylium, 1539. Enarrationes in in Partitiones oratorias Ciceronis, Parisijs ex officina Fran. Gryphij, 1539. Eiusdem & Martini Buceri theologi scripta duo aduersaria, impressa Argentina 1544. Eiusdem summa totius rationis differendi, vno eodemq;

corpore & dialecticæ & rhetoricæ partes cōpletens, impressa est Colonia apud Gymnicū 1542. osterionib. 13. Eiusdem Refutatio calumniarū Buceri, impressa est Colonia anno D. 1546. in 4. Eiusdem scripta contra Dathenum, Iacobum Andream, ibidem, vt arbitror impressa.

Bartholomæi Latomi Arnenfis epistola Elegiaco carmine Austria nomine ad Carolum V. Impressa Argentina 1527.

Bartholomæus Longuinus I. C. scripsit super Autenticis constitutionibus, opus excusum Ingolstadtij anno 1542.

Bartholomæus Lombardus Veronensis, & Vincentius Madius Brixianus scripserunt communes explanationes in librum Aristotelis de poetica, quas Madius post obitum Lombardi, cum suis in eundem librum annotationibus edidit. Apposita etiam Lombardi præfatione in Aristotelis poeticam, quam ad Inflammatos in Academia Patavina habuit. Vincentius Valgrisius excudit Venetijs anno Domini 1550. in folio.

Bartholomæi Maggij de vulnerum sclopetorum & bombardarum curatione tractatus, impressus Bononiæ, anno Domini 1552. in 4. chartis 34. & dimid. cum indice, apud Bartholomæum Bonardum: & Tiguri apud Gesneros fratres cum alijs diuersis De chirurgia authoribus, anno Domini 1555 in folio.

* Bartholomæi cuiusdam magistri in practica, in translatione et experimēta medicorum &c liber manuscriptus Latine & Germanice multa superstitiosa & Magica continens.

* Bartholomæus Maranta Venusinus Medicus, condidit methodi cognoscendorum simplicium medicamentorum lib. 3. Commentarios quoque in Dioscoridem prōmittit. Epistola de aqua Ferrata prodijt Venetijs anno 1562. Lucullianarum quaestionum lib. 5 Basileæ 1564. in folio.

* Bartholomæi Mariscotti, Oratio de Vilitate cōcilij Tridentini, Fauentia in diocesana synodo habita Florentia in 4. 1565.

Bartholomæus Marlianus edidit, Consulium, Distorum, Cenforumque Romanorum seriem, vnā cum ipsorum triumphis, quæ marmoribus sculpta in foro reperta est, atque in Capitolium translata. Libellus impressus Romæ anno Domini 1549. osterionibus 5. Plura de Marliano quære in Ioanne Bart. Marliano.

* Bartholomæi Mayrolæ medici Papiensis, cōpendiosa methodus in acutis morbis curandis.

Bartholomæus Merlinger, quondam medicus Augustanus, scripsit de infantium valetudine ruenda & curandis morbis librum, quem Egenolphus excudit Francoforti, anno Domini 1531. cum Alberto de secretis mulierum.

Bartholomæi Merulæ Mantuani, apostolici protonotarij in Ouidij libros de Ponto commentaria Venetijs impressa, anno 1507. quo etiam ab authore absoluta sunt: Et in libros eiusdem de Tristibus, de arte amandi, & remedio, commentaria impressa Basileæ apud Heruagium, cum alijs in eundem authorem Cōmentarijs, anno 1550.

Bartholomæus Moiranus presbyter, Pyladis carmen scholasticum interpretatus est, & eadem curauit.

Bartholomæi Montagnanæ, siue de monte Gnâ
ba, medici & chirurgi opera, impressa Venetijs
apud Octau. Scotum 1497. Consilia diuersa, nu-
mero 303. tractatus tres De balneis Parauinis, de
compositione & dosi medicinarum, Antidota-
rium. Eiusdem libri de balneis Parauinis, im-
pressi sunt Venetijs à Iuntis, in opere De balneis.

Bartholomæus Neapolitanus I. C. fuit contem-
poraneus Dini, secundum Io. An. in addi. spe. in
tit. De iuramento cal. & in ti. de donat.

Bartholomæus de Ossa Bergomensis, scripsit Hi-
storiarum diuersarum lib. 16. Claruit anno Do-
mini 1340.

Bartholomæus Parmensis quædam De Geomã-
tia scripsit.

Bartholomæus Parthenius Benacensis, vitam
Thucididis ex Marcellino Græco transtulit, char-
ta dimidia impressam, cum Latino Thucide.

Bartholomæus Picenus Richardi confutatione
Mahometis è Latino in Græcum cõuersam, rur-
sus Latinitate donauit. Oporinus Basileæ cum
Alchorano impressit.

Bartholomæus Picernus, de monte Arduo, Con-
stantini magni donationis priuilegiũ, in biblio-
theca Pontificia Græce repertum, vt ipse ait, ad
Iulium 11. Latinitate donauit, impressum Colo-
niæ anno Domini 1535. in Fasciculo Ortuini Gra-
tj. Idem (ni fallor) cum priore.

Bartholomæus Pisanus, ordinis fratrum Prædi-
catorum, scripsit summam magistruciam, quæ
dicitur summa Pisana, Item de vitijs & virtutib.
Item de pœnitentia. M. Dresserus. 1380

Bartholomæus Platina. Vide Baprista Platina.

* *Bartholomæi* Reusneri Christiana confuta-
tio inauditaram blasphemiarum & mendacio-
rum Theophrasti Paracelsi, quæ contra verbum
Dei, & artē medendi effudit in trib. lib. philoso-
phic ad Athenienses. Gorlitij 1570. Germanice.

Bartholomæi Riccij Lugiensis apparatus Lati-
næ locutionis, ex bonis autoribus in suum ordi-
nem descriptus: excusus primum in Italia, dein-
de Argentorati, anno 1535. Eiusdem De imita-
tione lib. 3. impressi sunt Venetijs in officina Al-
di, & (ab authore recogniti) Basileæ apud Opo-
rinum, cum aliorũ De imitatione libris. Præte-
rea scripsit apologiam contra Sardum, de Gloria
libros tres, & in Catullum quædam, vt ipse de se
refert, in Epistolis ad Aonium Palearium, quæ
cum Palearij epistolis à Gryphio impressæ sunt.

* *Bartholomæus* de Riparia, Tholosæ. Domini-
canus, episcopus Baionensis, scripsit super senten-
tias lib. 4.

* *Bartholomæi* Romulæi compendium seu tra-
ctatus de Mora in obligationib. Ingolstadij 1569.
in 4. Eiusdem tractatus De homicidio, ad sui cor-
poris tutelam ex proposito, & casu perpetrato,
in L. vt vim. De iustit. & iure, Ibidem in 4. Eius-
dem, Tractatus de materia iuris accrescendi diffi-
cillima, & in omnib. vltimis voluntatibus vtilis-
sima, & maxime quotidiana, in l. re coniuncti, de
Leg. 3. Ingolstadij in quarto. Compendium de
testatorum præceptis, bona extra familiam as-
sueti ad nobilitatem conseruandam inhibens
tibus: cum Commentarijs in L. familias &c. in
quarto.

* *Bartholomæus* Roquallus, filius comitis de Ro-
quacallus, 23. magister generalis Carmelitarum,
& episcopus Malsiliensis, scripsit lecturam sen-
tentiarum, lib. 4. Cõciones ad clerum lib. 1. Cla-
ruit anno Domini 1433.

* *Bartholomæi* & Petri Rostinorum medico-
rum, sententiæ omnes & verba, quæ in Hippo-
cratis aphorismis continentur, iam recens & ac-
curate in nouum ordinem alphabeticumque di-
gesta, vt quæuis in ipsis commemorata, nunc fa-
cilius & celerius quam antea inueniri queant.

Bartholomæus de Saliceto iurecõsultus, scripsit
super Codice lib. 9. super Institutis lib. 4. De vsu
Feudorum lib. 1. Lecturam super 1.8. & 9. Codi-
cis, manuscriptam M. Dresserus, & alia complu-
ra. Claruit anno 1390.

* *Bartholomæus* Saligniacus, Gallus, vir nobilis
doctus, & eloquens, eques auratus, scripsit Itine-
rarium Palestinæ lib. 1.

Bartholomæi Scalæ, epistolæ tres Florentiæ scri-
ptæ ad Angelum Politianum, leguntur in 5. li-
bro Epistolarum eiusdem, & 5. in duodecimo.

* *Bartholomæi* Sculteti Prognosticon nouilunij
eccliptici, anno 1567. in quo varij euentus pro-
ximorum annorum prædicuntur. Gorlicij an-
no Domini 1569. Eiusdem Misniæ & Lusatiæ
Chorographia: ibidem anno 1569. Calendarium
ecclesiasticum perpetuum Gorlicij 1571. in quar-
to Germanice. Gnomonice de Solarijs Germa-
nice descripta. Gorlicij 1572. in folio.

* *Bartholomæi* Schoenbornij Computus vel Ca-
lendarium Astronomicum, continens præcipua-
rum partium temporis descriptiones. Vuiteber-
gæ 1567. octauo. Versus sententiosi ex Græco-
rum poematis collecti, & ad literarum ordinem
digesti. Ibidem 1570.

Bartholomæi Sibyllæ Monopolitani Theolo-
giæ professoris, Speculum peregrinarum quæ-
stionum, ad Alfonso de Arragonia ducem Ca-
labriæ, per 3. Decades, ex theologis, iurisperitis,
philosophis & Astrologis concinnatum, impres-
sum est Argentiniæ apud Ioannem Gruninget
anno Domini 1499. in 4.

* *Bartholomæi* Sileber, Præseruatio à morbo
Gallico, Viennæ.

* *Bartholomæi* de Spina De potestate Papæ su-
per coniugijs in gradibus lege diuina prohibitis.
Idem De strigibus.

* *Bartholomæi* Spontoni Musici, libri duo Ma-
drigalium, excusi Venetijs apud Gardanum.

Bartholomæus Sozinus Senensis, Mariani senio-
ris filius, I. C. scripsit de regulis iuris & fallentijs:
& quædam in 2. ff. no. & Infortiati 2. Idem scri-
psit super omnibus octo partibus iuris ciuilib.
cõmentaria. Item Consiliorum volumina quatuor
varijs in locis excusa. Regulas & earum fallē-
tias falso illi attribui viri fide digni referunt. Mariani
Sozini et Bartholomæi filij Consiliorum volumi-
na 4. Francisci Pepij appendicibus ornata, im-
pressa sunt Venetijs 1572. in folio. Commentaria
ad ius ciuile, cum doctissimorum Iureconsulto-
rum annotationibus impressa Lugduni anno
Domini 1573. in folio.

* *Bartholomæi* Steni Ducum, Iudicum, Regum
Israëlitici populi compendiosa cõmentatio, im-
h 3

pressa Norimbergæ per Hieronymum Holz-
1523, edita à Thoma Venatorio.

Bartholomæus Sylvanius Salonenſis medicus,
tranſtulit Ammonij Hermæ commentarios in
prædicamenta Ariſtotelis ex Græco in Latinū.
Hieronymus Scotus impreſſit Venetijs, anno
1541. Item in libr. de interpretatione, quos cum
ſuperiori Venetijs Gryphius impreſſit 1555. li-
dem commentarij à Gaſtono Sala recogniti, im-
preſſi ſunt Pariſijs à Colinæo anno D. 1542. ven-
duntur 5. ſolidis Gallicis. Præterea tranſtulit Ga-
leni librum De conſtitutione artis medicæ. Item
Definitiones medicas, quas etiam ex codicum ve-
terum collatione plurimis locis auxit. De atra bi-
le. De ſubſtantia facultatum naturalium fragmē-
tum. Quod animi mores corporis temperaturā
ſequantur. De plenitudine librum. Recognovit
etiam quædam ab alijs translata in Galeno, in e-
ditione Iuniarum anno D. 1551. Venetijs publica-
ta. Tranſtulit etiam Aphrodiſæi commenta-
rios in octo libros logicos Ariſtotelis: vt index
bibliothecæ Oporini indicat.

Bartholomæus Laurentius ſcripſit auſtarium
in Chronica Naucleri, impreſſum Coloniae apud
Petrum Quentel, anno 1544.

Bartholomæi Syluij Cremonenſis libellus de
Euchariftia, impreſſus eſt Baſileæ ab Oporino
in octavo.

* *Bartholomæus* Traheron Anglus, Eduardo
ſexto Anglorum regi à Bibliothecis, ac decanus
Ciceſtrenſis, ſcripſit Paræneſim ad Thomam fra-
trem vt Chriſtum Ieſum illiusq; doctrinam, que
noſtro ſeculo è ſophiſtarum latebris auſpicato e-
rupit, amplectatur, lib. 1. In mortē Henrici Dud-
lei, & Viati ſenioris Carmina, Analyſin ſcoparū
Cochlæi, lib. 1. In teſtamentum G. Tracij, lib. 1.
Epiftolas & carmina, lib. 1. In primum caput Ioā-
nis contra Arrianos lib. 1. Tranſtulit in ſermonē
Anglicum Chirurgiam Ioannis de Vigo, lib. 9.
Epitomen documentorum eius, lib. 1. Interpre-
tationem verborū lib. 1. Aliaq; multa Latine &
Anglice edidit, Claruit anno 1556. Baleus.

* *Bartholomæus* Tridentinus historicus, ſcrip-
ſit vitas ſanctorum, lib. 1.

Bartholomæi Veſpucij Florentini artium & me-
dicinæ doctoris, oratio habita Patauij, anno 1506.
in laudem quadriuij, ac præſertim Aſtrologiæ,
item Annotationes nonnullæ ſparſim in ſphæ-
ram Ioan. de Sacrobuſto: impreſſa Venetijs 1508.
cum alijs opusculis & annotationib. de ſphæra.

* *Bartholomæi* ab vrbe veteri cenſura in Anti-
dotarium Meſue.

* *Bartholomæus* Vinciguera de Capua, ſcripſit
Gloſſas ſuper conſtitutionibus regni Siciliae. Nu-
meratur hic ſeparatim à Bartholomæo de Ca-
pua, in Indice Iureconſultorum Veneto.

* *Bartholomæi* Viotti, De demonſtratione libri
5. Pariſijs 1560. in 8.

* *Bartholomæus* de Urbino, ordinis fratrum Ere-
mitarum S. Auguſtini, ex opusculis ſancti Am-
broſij & Auguſtini opus ſingulari ſtudio ſecun-
dum alphabeti ordinem in vnum compoſtauit,
cui titulum impoſuit. Milleloquium Auguſtini,
lib. 1. milleloquium Ambroſij lib. 1. De bello quo
que ſpiritali lib. 1. & alia complura, Floruit an-

no Domini 1410. Vide ſupra in Auguſtino
de Ancona.

Bartholomæus Vueſthemerus, Germanus, colle-
git tropos inſigniores vtriuſq; teſtamenti, quos
Thomas Vuolſius excudit Baſileæ 1528. & dein-
ceps ipſe etiam in ſua officina, & poſtremo ma-
gna acceſſione auctos Ioā. Heruagius, hoc anno.
Idem edidit Conciliationem ac conſenſum ſacræ
ſcripturæ & patrum orthodoxorum, in qua eſt
cernere quid vtriuſque teſtamenti biblia cum ec-
cleſiæ doctorum doctrina, quid cum conciliorū
ſacrorum canonum pontificumque Romanorū
conſtitutionibus, & quid cum omnib. de re Chri-
ſtiana ſpectatoris fidei historijs, conueniens cō-
munē, quidq; varians habeant. Liber impreſ-
ſus eſt Tiguri ab Andrea Gefnero, anno D. 1552. qua-
ternionibus 79.

Bartholomæus Zambertus Venetus, Euclidis
Geometrica elemēta, & cōmentarios in eoſdem
Theonis & Hypſicliſ Alexandrinorū Latinitate
donauit. Opus impreſſus Pariſijs, vnā cum Cam-
pani Galli cōmentarijs, à Michaelē Pótano reco-
gnitū. Deinde Baſileæ 1537. etiam quibuſdam alijs
adiectis. Eiuſdē comœdiæ quædam excuſa, in-
ter libros officinæ Heruagij numeratur. Idē tran-
ſtulit etiam ex Euclide Phænomena, ex traditio-
ne Theonis, Catoptrica, Optica ex traditione
Theonis, Data ex traditione Pappi, & in eadem
protheoriā Marini philoſophi. Quæ omnia im-
preſſa ſunt Baſileæ à Io. Heruagio, cum elemen-
tis Euclidis ab eodem translatis, anno D. 1537.

* *Bartholomæi* Zanchi Bergomatiſ in Saluſtij Ca-
tilinarius Cōmentarius vtiliſſimus, 1554. Vene-
tijs impreſſus. & Baſileæ apud Henr. Petri 1564.

Bartolinus Peruſinus, capellanus Cardinalis
Gurcenſis, in literas retulit reſponſionem Prin-
cipum Germaniæ, datam legatis Leonis X. & cæ-
teris oratoribus, Auguſtæ Vindelicorum, anno
Domini 1518. Libellus impreſſus ſeſquicharta.

* *Bartoli* Lucani Vtinenſis, ad Innocentiū P. M.
VIII. oratio: impreſſa ab Euchario Argyrio.

Bartolus de Hugutio vel Hurio Gallus I. C. De
quartis, De ſubſtitutionibus.

Bartolus de Saxoferrato, I. C. clarifſimus, ſcrip-
ſit commentaria ſuper totum propē lus ciuile.
Claruit anno 1355. * Eius Commentaria in 12.
libr. Codicis, ſtudio & opera Iacobi Concenatij
I. C. ab innumeris mēdis expurgata, excuſa ſunt
Baſileæ in officina Frobeniana anno 1562 in ma-
gno folio. Commentaria item in totū ius ciuile,
cum aduocationib. Alex. Barb. Pariſij, Claudij à
Seiſſel. And. Poma. Io. Franc. Roue atq; aliorū,
edita ſunt Venetijs anno Domini 1570. apud Iun-
tas folio. Diſtinctionum tabulæ, in quarto.

* *Baſianus* optimus rhetor ex Berœa vrbe Sy-
riae. Stephanus.

Baſilis Indica citantur ab Athenæo. Plinius
quoq; 6. naturalis hiftoriæ Baſilem citat.

Baſilicus ſophiſta ſcripſit de Figuris diſtinctionis,
de rhetorico apparatu ſeu exercitatione: de Mu-
tatione, & alia quædam. Suidas.

Baſilides Gnoſticorum impuriſſimæ ſectæ au-
ctor fuit: plures Deos finxit qui ab Epiphania
enumerantur.

* *Baſilij* Achrideni archiepiſcopi Theſſalonice,
reſpon-

responsum ad epistolam Adriani pontificis, quæ & ipsa præponitur, Græce cum canonibus conciliorum quos Ioannes Zonaras exposuit.

* Basilij Fabri Sorani, Germani, ex Terentio & Cicerone excerpta, cū interpretatione locorum aliquot obscurorum in utroque autore. Excudit Valentinus Papa Lipsiæ. Idem vertit in linguam Germanicam Luteri Commentarios in Genesim. Item Saxoniam Cranzij, Lipsiæ 1563. Eiusdē Theaurus eruditionis scholasticæ, siue ratio docendi & discendi facili & cōpendiaria prorsus via: ex optimis quibusq; autoribus Græcis & Latinis. Et supellex instructissima verborum, locutionum, rerum, sententiarum, exemplorum, &c. Lipsiæ anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo, impressa omnia simul in fol.

Basilij Imperatoris Paræneses, siue capita necessaria, ad Leonem filium suum, Venetijs manu scripta extant, & Romæ in Vaticana bibliotheca, & Sirozæ.

Basilij Cæsareæ, Cappadocum episcopus, propter singularem eruditionē & eloquentiam Magni cognomen accepit, celeberrimus apud omnes Græcos & Latinos: obiit Gratiano imperante. Scripsit plurima, verum eius opera quæ publicè extant excusa sunt Basileæ Græce in officina Frobeniana, anno 1551, à Iano Cornario emendata, & eadem Latine quodq; eodem interprete ibidem sunt excusa. Sunt autem hæc. De opificio sex dierum, siue hexaæmeron, homiliæ 11. In Psalmos homiliæ 17. Variorum argumentorum homiliæ 29. De Spiritu sancto liber. Epistolæ Basilij & Gregorij theologi. Exercitiorum pietatis sermones 7. De iudicio Dei. De fide, Sententiæ aut summæ morales 80. Quæstiones ac interrogationes diffusius explicatæ 55. Quæstiones breuiter ac compendio explicatæ 313. Pœnæ variæ in delinquentes. Constitutiones Asceticæ 34. Epistola ad Chilonem. Epistola ad monachum lapsum. De baptismo libri duo. De libero arbitrio sermo. De virginitate liber. De paradiso sermo. Contra apologeticum Eunomij libri quinque. Porro quæ in operibus non habentur separatim excusa sunt. De exercitatione græmatica libellus Florentiæ primum excusus Græce: deinde Basileæ apud Oporinum cum Antonij Lulli in eundē præparatione. Basilij & Chrysostomi sacrificij seu missæ ritus, ex sacerdotali Græco in Latinum translatus, per Gentianum Heruetum. Venetijs apud Bruciolum 1548. Sermones 24. ex omnibus Basilij libris, quorum magna pars non extat, selecti. Parisijs apud Morelium Græce & Latine. Præterea ex libris memoratis quidam à pluribus translati sunt, qui singuli suo loco commemorantur, vt Musculus, Perionius & alij. Extant etiam in bibliothecis complures libri Basilij nondum (quod ego sciam) in publicum editi. Augustæ Vindelicorum Commentaria in Esaiam prophetā, in quibus desunt 16. capita. Ibidē Epistolæ *ἐπιτομή* 344. varij præterea sermones, *ἄρτοι θεολογικοὶ* 7 β: & quædam dudum edita. Romæ Epitome siue *ἐπιτομή* librorum Origenis, facta à Basilio et Gregorio theologo, quod opus Philocalia Origenis vocant: aliàs Delectus ex varijs libris Origenis, continens quæstiones

& solutiones scripturæ. Expositio *ἐκ τῶν ψαλμῶν* fortè non alia quàm homilie istæ quas in aliquot Psalmos excusas habemus. Cum canonibus Conciliorum quos Zonaras exposuit; hæc quoq; Basilij habentur. Epistolæ tres ad Amphilochium, vna de Bianore, an idoneus sit ad Clerum propter iuramentum: alia de pœna Clericorum qui deliquerunt: tertia de ciborum differentia. Epistola ad Diodorum Tarsi episcopum, de illis qui sorores duas ducunt vxores. Epistola ad Nicopolitas. Alia epistola ad Gregorium presbyterum *ὄσις χορηγηθῆναι ἀπὸ τῆς συνόδου γυναικῶν*. Alia ad Chorepiscopos *ὄσις μὴ γίνεσθαι χωρίς αὐτῶν ὑπερήτας παρὰ τοὺς κατ'ὄνας*. Alia ad episcopos sibi subiectos, ne pecuniæ causa ecclésiæ ministros ordinent. Venetijs ad S. Antonium multa quoque Basilij habentur, vt Homiliæ cum glossematis, Epistolæ. Expositio in Euægelium. In bibliotheca Ioannis Sambuci, *ἁγαστοῖς συνοδικῶν*. Refert etiam M. Dresserus Basilium quo

20 que Rhetoricam scripsisse. D. Basilij opera Latino sermone donata, præter cæteras editiones (vt titulus pollicetur) ad fidē Græcorum aliquot exemplarium synceriori lectioni restituta, multisq; libris aucta: impressa sunt Paris. 1571. in fol. Commentaria eius in Esaiam separatim edita sunt Parisijs à Niuellio 1556. chartis 70.

* Basilij Cappadocis monachi (alius hic est à Basilio Magno) *ἀναφορά πρὸς τὸν μητροπολίτην Θεσσαλονικῆς ἐκείνου κύριον Νικήταν*, habetur cum canonibus Conciliorum quos Ioannes Zonaras exposuit.

* Basilij episcopus Irenopolis Ciliciæ, sub Anastasio Imperatore, Basilio Cæsariensi & ingenio & virtute similis, scripsit contra Archelaum Coloniae presbyterum. Suidas.

* Basilij & Isaacij Angeli *σημείωμα εἰς τὸ ἀποδείξει τὰς τῶν ὑποψευστῶν ἀρχιερέων γυναικας*: habetur cum canonibus Conciliorum.

* Basilij Fabricij Zikzai, rector scholæ Pataschensis, scripsit Refutationem argumentorum Lucæ Agriensis anno 1568.

* Basilij Ioannis Herold Dialogi ad Gilbertum Cognatum. Vide in Ioanne Herold.

Basilij Zanchi Bergomatis, Canonici ordinis Lateranensis, verborum Latinorum ex varijs autoribus epitome, Bernæ excusa. Eiusdem autoris Epithetorū commentarij, longè doctissimi, Romæ excusi ordine literarum anno 1542. Et Basileæ multo emendatius ex officina Ioan. Oporini, vna cum eiusdem Eclogis & epigrammatis aliquot. Basilij Zanchi poematum libri 8. Basileæ ab Oporino impressi.

Basilius Parmensis scripsit quædam carmine, de quibus habetur penultimum epigramma libri tertij Sylvarum Baptistæ Mantuani, quo eius poemata commendat. Porro quædam illius carmina, cum Porcellij & Trebanij poetarum opusculis Colinaeus excudit Parisijs anno D. 1539. Idem res gestas Sigismundi Pandulphi Malatestæ, Ariminensis principis, inchoauit, sed moræ præuentus non absoluit. Sepultus Arimini.

Bassi cuiusdam epigrammata octo extant inter ea quæ Planudes digessit: semel duntaxat Lollij cognomen additur. Horum sex in primo libro reperies, vnum in tertio, postremum in octavo.

Basiani, Ambrosij & aliorum epistolam ad Sy

*interitum eius in di-
gnissimo lugel P.
An. l. 4. Ep. p. 213.*

ricium Papam, habes in decimo libro S. Ambrosij epistolarum.

Bastiani Landi Placentini, excellentissimi rei medicæ professoris Patavij, Iatrologia (quam ad huc iuuenis scripsit) siue Dialogi 2. ad Herculem Estensem secundum Ferrariæ ducem, quibus continetur methodus ad cognoscendos & curandos morbos: impressi Basileæ in officina Io. Oporini anno D. 1543. De humana historia libri 2. vel De singulari hominis partium cognitione impressi Basileæ in officina eiusdem 1542. Demosthenis orationes aliquot Latinas fecit, ex quibus vnam contra Androcionem Oporinus excudit Basileæ, vbi in præfatione pollicetur Bastianus reliquas etiam se daturum, quas alij nõdum verterint. Eiusdem Ecphrasis de motu, Ecphrasis de tempore, Ecphrasis de loco, Præfatio in aphorismos Hippocratis, Libellus de vacatione, impressa sunt Patavij apud Simonem Galignanum, anno D. 1552, octernionibus circiter duodecim. Præterea fertur scripsisse librum cui titulus est Epiphyllides, & annotationes in Terentium, ac paraphrasim in libros Aristot. de anima. Commentarios in artem paruam. De origine & causa pestis Patavinæ anni 1555. De incremento. De natura cœlesti.

Bassus Grecus aliquot De medicina libros scripsit, Volaterranus lib. 14.

Batalus scripsit carmina lasciuia, in cuius corpus deformosissimū Antiphanes poeta carmine lusit. Vide Plutarchum in vita Demosthenis. ferè à principio.

Battiadis scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Bathon vt Athenæus, vel *Batton* vt Suidas, comicus, fabulæ eius sunt, Vna decipiens. Homicida. Benemerentes. Aetolus. Eundem de Tyrannis Ephesiorum citat Athenæus.

Bathon Sinopenensis, De Ione poeta, De Thessalia & Aemonia citatur ab Athenæo. Historias eius adducit Plutarchus. Eundem de rebus Persicis scripsisse refert Strabo.

* *Battum* Cyrenæi aiunt composuisse eam quæ Mopsi dicitur diuinatione. Clemens Strom. li. 1.

Bauerius de Bauerijs, scripsit consilia medicina lia, ex quibus quædam de balneis luntæ impresserunt Venetijs, anno D. 1553, cum aliorum scriptis de balneis.

* *Baxon* Chymicus autor, citatur ab Hortul.

* *Beatini* Auguris scripta citantur apud Fulgentium.

Beati Rhenani Selezestadiensis, in C. Plinij naturalis historiae libros obseruationes, excusa Basileæ apud Ioannem Frobenium anno 1526. Rerum Germanicarum libri 3, excusi ibidem anno D. 1531, & 1551. Adiecta est in calce epistola eiusdè Rhenani ad Philippum Puchaimerum, de locis Plinij per St. Aquæum tactis, vbi mendæ quædam eiusdem autoris emaculantur, antehac non à quoquam animaduersæ. Annotationes in extantes Liuij libros B. Rhenani & Sigismūdi Gelenij, seorsim excusi Lugduni 1542. Præfatus est in Cornelium Tacitum, & annotationes in eundem scripsit, editione Frobeniana. Item P. Vellei Patereuli historię Romanæ volumina duo ab in-

teritu vindicauit. Itè Q. Sept. Flo. Tertul. operibus, quibus & singulorum librorum argumenta adiecit, & coniecturas suas, cum annotationibus notis, & collatione ad vetustum exemplar: addidit & præfationem. Origenis operibus epistolam præfixit, quæ pleraq; de vita obituq; Erasmi Roterodami cogniti digna continet. In omnia opera Eras. Roterod. præfatur, ad Carolum V. Cæsarem. In Senecæ ludum de morte Claudij commentaria scripsit, cum Senecæ operibus. Ioan. Geileri Keiserpergij vitam descripsit. Præfatus est in Theophrastum Aenææ, & in Xysti gnæmologiam. Epistolas duas Gregorij Nazianzeni ad Themistium, transtulit. Hæc omnia typis excusa sunt apud Frobenium. Obijt anno D. 1549.

Bebius Macer scriptor citatur apud Fulgent. in Mythol. & de vocibus antiquis citantur eius Fætalia dierum. Eius de Grammatica libri citantur à Seruio & Charisio.

* *Behtutij* Truij Collectaneorum meminit Paulus Iouius.

Beda siue *Bedas*, Giruicensis, presbyter & monachus ordinis Apostolici in Vuirmuthensi ac Giruicensi cœnobijs, Venerabilis cognomen tum ex vitæ sanctitate morumq; grauitate adeptus, plurima scripsit, ex quibus quædam varijs in locis separatim edita sunt, postea verò Parisijs anno 1545. tres tomi operum eius sunt editi: postremò Basileæ Ioannes Heruagius anno 1563. octo tomos operum Bedæ edidit, quorum hic est Elenchus. Tomo I. Cunabula Grammaticæ artis Donati. De octo partibus orationis liber. De arte metrica liber. De schematibus scripturæ liber. De tropis Sacræ scripturæ liber. De orthographia liber. De arithmetiis numeris liber. De cõputo dialogus. De diuisionibus temporū lib. De arithmetiis propositionibus, De ratione calculi. De numerorū diuisione. De loquela per gestū digitorum libellus. Bridferti Ramesiensis in eundem libellum commentariolus. Ioannis Nouiomagi scholia in eundem. De ratione vnciarum libellus. Bridferti commentariolus in eundem. De argumentis Lunæ. Ephemeris siue Cõputus vulgaris. De embolismorum ratione cõputus. Decem nouales circuli. De Cyclo paschali. De mundi cœlestis terrestriq; constitutione liber. De musica theorica. De musica quadrata seu mensurata. De circulis spheræ & polo. De planetarum & signorum cœlestium ratione. De tonitruis libellus. Prognostica temporum. De mensura horologij libellus. De astrolabio libellus. De natiuitate infantium libellus. De minutione sanguinis libellus. De septem mundi miraculis libellus. Hymni. De ratione computi libellus. Tomo II. De natura rerum liber. De temporum ratione liber. De sex ætatibus mundi, siue Chronica libellus. De temporibus liber. Sententiæ ex Aristotele. Sententiæ ex Cicero. Prouerbiorum liber. De substantijs. *Pythædæ* siue elementorum philosophiæ lib. 4. De paschæ celebratione, siue de æquinoctio vernali liber. De diuinatione mortis & vitæ epistolæ. De arca Noe. De linguis gentium. Sibyllina oracula. Tomo III. Genus Anglorum ecclesiastica historia, lib. 5. Epitome eiusdem historiae.

Vita

Erasm. l. 2. Ep. 1.
p. 167. l. 3. Ep. 52.
p. 161.

Vita D. Cuthberti. Vita D. Felicis. Vita D. Vedasti. Vita D. Columbani. Vita D. Attalæ. Vita D. Patricij, lib. 2. Vita D. Eustasij. Vita D. Bercolfi. Vita D. Arnolphi. Vita D. Burgundoforæ. Iustini martyrium carmine. Martyrologium. De situ vrbs Hierusalem. Interpretatio nominum Hebraicorum & Græcorum in sacris Biblijs. Excerptiones & Collectanea quædam. Tomo III. Hexameron. In Genesim expositio. In Exodus explanatio. In Leuit. explanatio. In lib. Numeri. In Deuteron. In Samuelem prophetam allegorica expositio, lib. 4. In libros Regum quæstiones. In Esram & Nehemiam prophetam, allegorica expositio, lib. 3. In librum Tobie expositio allegorica. In Iobum expositio lib. 3. In Parabolas Solomonis expositio, lib. 3. In Cantica Canticorum expositio lib. 7. De tabernaculo & vasis eius ac vestibus sacerdotum, lib. 2. Tomo V. In Mathæum expositio lib. 4. In Marcum expositio, lib. 4. In Lucam expositio, lib. 6. In Ioannem expositio. In Acta Apostolorum expositio. De nominibus locorum vel ciuitatum, quæ in libro Actuum Apostolorum leguntur. In D. Iacobi epistolam expositio. In primam D. Petri epist. expositio. In secundam eiusdem epist. expositio. In primam B. Ioannis epistolam expositio. In secundam eiusdem epistolam expositio. In tertiam eiusdem epistolam expositio. In Apocalypsim Ioannis Apostoli explanatio. Tomo VI. Retractationes in Actus Apost. Quæstiones in Acta Apost. 6. In epistolam Pauli ad Romanos expositio. In epistolam Pauli priorem ad Corinthios expositio. In epistolam Pauli posteriorem ad Corinth. expositio. In epistolam Pauli ad Galatas expositio. In epistolam Pauli ad Ephesios. In epistolam Pauli ad Philippenfes. In Epistolam ad Colossenses. In vtranq; ad Thesalonicensis. In vtranq; ad Timotheum. In epistolam ad Titum. In epistolam ad Philemonem. In epistolam Pauli ad Hebræos expositio. Aniani epistola ad Euangelium presbyt. Ioannis Chrysofomi epistola de laudibus B. Pauli apostoli. Tomo VII. Homiliæ æstiuales de tempore 33. Homiliæ æstiuales de sanctis 32. Homiliæ hyemales de tempore 15. Homiliæ Quadrages 22. Homiliæ hyemales de sanctis 16. Sermones ad populum varij. Scintille sue loci cõmunes. De muliere forti libellus. De officijs libellus. Fragmenta quædam in libros Sapientiales, & Psalterij versus aliquot. Tomo VIII. De templo Solomonis liber. De sex dierum creatione liber. Quæstiones super Genesim. Quæstiones super Exodum. Quæstiones super Leuiticum. Quæstiones super librum Numeri. Quæstiones super Deuteronomium. Quæstiones super librum Iesu Naue. Quæstiones super librum Iudicum. Quæstiones super librum Ruth. Quæstiones super quatuor libros Regum. Quæstionum variarum liber. In Psalmorum librum commentaria. Vocabulorum Psalterij expositio: item de Diapsalmate collectio. Sermo de eo quod in Psalmis legitur, Dominus de cælo prospexit, &c. In Boetij librum de trinitate commentarius. De septem verbis Christi oratio. Meditationes passionis Christi per septem diei horas. De remedijs peccatorum.

Vita Venerabilis Bedæ. Obitus eiusdem.

Beertamus episcopus Thelicensis, natione Germanus, scripsit ad Cunonem archiepiscopum Treuirensis in signe opus, De illusionibus dæmonum lib. 1. Ad eundem de schemate lib. 1. Sermones varios lib. 1.

Begoe Thusca scripsit de arte fulguritarum teste Seruio.

Belinum de inuentione artium scribit author Luminis anime in præfatione, a se ex Græco Latine redditum esse. Citat autem eius rerum naturalium lib. 7. De indicijs futurorum, De sigillis lapidum.

Belisarius Aquiuuus, Arrag. Neritinarum dux, scripsit librum de venatione, & alium de aucupio per accipitres. Item de re militari, & de singulari certamine, libri impressi Neapoli anno D. 1519. chartis 22. in fol. In præfatione ad Andream Matthæum Hadrianensium ducem fratrem suum, refert se scripsisse, De principum educatione, et De gubernanda re familiari.

Bellator presbyter scripsit in librum Sapientie lib. 7. Floruit anno D. 840.

Bellisarij & Iustiniani epistole extant Venetijs ad S. Antonium. Eiusdem ad Totilam regem epistola extat in libris Petri Crinitii.

Bemarchius Cæsariensis ex Cappadocia, scripsit de rebus gestis Constantini Cæsaris lib. 10. Declamationes item scripsit & orationes diuersas, teste Suida,

Bencius Longobardus omnium gentium atq; nationum, regum populorumq; historias, a mundi exordio ad sua vsque tempora conscripsit.

Ben Syra vetustissimi authoris Hebrei, sententiarum morales, qui a Iudæis nepos Hieremie prophete fuisse creditur, cum succincto commentario, Hebraice & Latine, Paulo Fagio interprete. Liber impressus Ilnæ, apud ipsum interpretem, anno D. 1542.

Benedicti primi, Pontificis, Decreta extant in volumine Conciliorum et decretorum Colonie impressi.

* Benedictus XII. Pont. Romanus, Extrauagantes & constitutiones edidit lib. 2. De statu nigrorum monachorum lib. 1. Decretalem religiosorum lib. 1. De statu Canonicorum lib. 1.

Benedicti abbatis sententiarum quædam citantur in libello Coloniae impresso, De officio rectoris ecclesie, anno D. 1531.

Benedicti de Accoltis, Aretini, De bello a Christianis contra barbaros gesto, pro Iudæa & Sancto Christi sepulchro recuperandis lib. 4. Robertus Vuinter impressit Basileæ.

Benedicti Accolti Cardinalis Rauentis epistole tres extant in volumine epistolarum clarorum virorum, Venetijs & Parisijs impresso.

* Benedictus Aegius Spoletinus, Apollodori Atheniensis bibliothecam siue de Deorum origine lib. 3. transtulit & doctis annotationibus illustrauit. Romæ 1565. in octauo.

* Benedictus Aretius sacrarum literarum Bernæ Heluetiorum professor, in publicum edidit Libellum de formandis studijs. Tabulas grammaticæ Hebræe in folio. Descriptionem Stokæ horni & Nesi montium, impressam Argentinæ cum operibus Cordi, Examen Theologicum in

*Commendat eum Sadol.
l. 7. Ep. 5. p. 265. et Ep. 6.
p. 267. 268.
et Patrum eundem
l. 7. Ep. 10. p. 203.
P. M. h. n. 11. 7. 4. p. 229.
il. p. 535. 546.*

quo grauissimæ controuersæ theologicæ breui & perspicua methodo explicantur. Historiam Valentini Gentilis iusto capitis supplicio Bernæ affecti: & contra eiusdem blasphemias orthodoxam defensionem articuli de sancta Trinitate. Censuram item propositionum, quibus nituntur Catapaptistæ in Polonia probare Baptismum non successisse Circumcisioni. Genevæ anno Domini 1567. in quarto. Edidit etiam incerti auctoris librum De gradibus & compositionibus, opus physicum & medicum. Tiguri apud Froeschouerum. Catalogum cometarum. Noua duolemmata, prius de electione, posterius de interpretatione Sacræ scripturæ. Bernæ 1572. duodecimo. Problemata theologica continentia præcipuos nostræ religionis locos breui & dilucidatione explicatos. Pars prima excusa Lausanæ anno D. 1573. in octauo. Scripsit præterea in omnes noui Testamenti libros. Lectiones nouas, quas breui publicandas speramus.

* *Benedicti* Ariæ, Montani, Hispalensis, Commentarij in 12. prophetas minores. Antuerpiæ apud Plantinum 1571. Eiusdem humanæ salutis monumenta, decantata: hoc est, Pulcherrimæ uariisque instrumenti figuræ, vario carminis genere explicatæ. Antuerpiæ ex Prototypographia regia 1571. Rhetoricorum libri 4. ex disciplina militari D. Jacobi Ensigneri, cum annotationibus Antonij Moralij. Antuerpiæ 1572. octauo. Præfuit hic editioni bibliorum, que sumptu Philippi Regis Hispaniæ impressa sunt Antuerpiæ, & postremo tomo in Apparatu sacro libros septem adiecit, De Hebraicis idiotismis. De arcano sermone. De actione siue habitu: De sacris ponderibus atque mensuris: De sacra Geographia: De sacris fabricis: De seculis & temporibus. Cum tabulis picturisque artificiosissimis.

Benedictus de Barzis I. C. scripsit de instrumento Guarentiggiæ. De filiis non legitime natis.

* *Benedicti* de Benedictis de Capra, Conclusio num, Regularum, Tractatum, et Communium opinionum iuris, Volumen primum. Venetijs apud Cominum de Tridino anno 1568. in folio.

Benedictus Biscopius, Anglus, ordinis S. Benedicti monachus, scripsit concordiam regularum lib. 1. Exhortationes ad eandem lib. 1. De suo priuilegio. Claruit anno Domini 703.

* *Benedicti* Bonij liber vnus de Censibus: in quo centum, tum graues, tum etiam difficilissimi articuli continentur. Venetijs apud Marcum Amadorum octauo, anno 1569.

* *Benedicti* Bordonij descriptiones Insularum: Item Italiæ tabula.

Benedictus de Burgo Petri, Benedictinensium in eodem apud Anglos loco abbas, scripsit librū de Thomæ martyris miraculis. Claruit anno Domini 1200.

Benedictus Bustamante Paz Hispanus, Salmanticensis doctor, medicus ac philosophus, scripsit methodum in septem libros aphorismorum Hippocratis. Liber impressus Parisijs apud Martianum luuenem anno D. 1550. in 16.

* *Benedicti* Canophili I. C. Iuris ciuilibus & canonicis compendium & summa rerum. Repetitio super primum Decretalium De constitutio-

nibus fori & poli. De priuilegijs ecclesiæ & ecclesiasticarum personarum. De criminibus in Deum & proximum & pœnis eorum.

* *Benedictus* Capella Romanus, inter poetas nostri temporis à Gyraldo numeratur, qui eum epigrammata lasciuuicula scripsisse refert.

* *Benedictus* Capra, Perusinus, vir in utroque iure doctus, scripsit inter cetera super decretalibus lib. 5. Consilia quoque plura lib. 1. & quædam alia. Floruit anno D. 1480.

Benedictus abbas Casinensis, patria Nursensis, scripsit regulam monachorum, lib. 1. Vixit anno D. 542. Eiusdem epistola ad Remigium & regula monachorum, item vita eius ex dialogis Gregorij simul excusa sunt.

Benedicti Chelidonij Musophili, Germani, de vita & passione Christi libellus, varij generis carminibus scriptus, cum 36. imaginibus Alb. Duxeri, impressus Norimbergæ anno Domini 1511. octernionibus quinque.

Benedictus Curtius, Symphorianus, eques ecclesiæ Lugdunensis, scripsit Enchiridion iuris uariisque terminorum, excusum Lugduni anno D. 1543. Explanationem quoque in Aresta amorum, impressam ibidem in officina Gryphij anno D. 1533. & 1538. & Parisijs 1566. decimosexto. Eiusdem Hororum libri 30. excusi Lugduni apud Ioan. Tornæsum typographum Regium, anno 1560. in folio.

Benedictus Dux scripsit Harmonias in omnes Odas P. Horatii, & plura alia carminum genera, tribus & quatuor uocibus, in gratiam iuuentutis Vlmensis. Opus excusum Vlmæ, anno 1539.

* *Benedicti* Falconis Neapolitani Descriptio Neapolis, Italice edita à Ioan. Francisco Sugganapo.

* *Benedicti* Herbesti, Periodicæ responsionis libri quinque in octauo.

* *Benedictus* Lambertus, Venetus, scripsit Dolo-technen comædiã non iniucundam Gyral. teste.

Benedictus Icenus, Anglus, episcopus Cardicæsis, scripsit Sermones per annum lib. 1. & Epistolas hortatorias. Claruit anno D. 1340.

Benedictus Iouius, Pauli Iouij episcopi frater, scripsit epigrammata quædam, publicata. Item disticha ad Laurentium Medicem Florentinum, excusa in Italia. Scripsit etiam historiarum Comensium, & quædam de architectura. Eiusdem de duodecim fontibus Comum ambientibus, & vno in vrbe media libellū, heroico carmine scriptum, vnã cum Querela in suum cuiusque amorem, quæ Philautia inscribitur, propediem in lucem edet Ioan. Oporinus. Idem Larium lacum & eius pisces carmine nobilitauit.

Benedictus Lampridius, Cremonensis, scripsit Epigrammata, & Lyricos versus Græcos & Lat.

Benedictus Luscius scripsit Epithalamion Io. Friderico Saxonie electori.

Benedictus Marlianus Guarinum imitatus, canones grammaticales edidit, qui impressi sunt (vt puto) Mediolani.

* *Benedictus* Morandus, ciuis Bononiensis, scripsit contra Senenses pro sua Bononia lib. 1.

Benedictus Morandus, Italus, scripsit duas inuestiuas contra Laurentium Vallam, quarum confutationes à Valla scriptas habemus.

* *Benedictus* Morelus edidit historiam de quodā qui nō ita pridem ex pseudo catholico, factus est Augustanæ confessionis Neophytus, cum Apologia. Antuerpiæ excudit Plantinus 1568. in 8.

Benedictus Musinus, Antonius Gaynerius, S. Pisarenensis, &c. omnes ferè sub Eugenio quarto, & Francisco Sphorria commentarios & practicas (vt vocant) rei medicæ reliquerunt.

Benedictus de Nursia, scripsit De regimine sanitatis.

Benedicti Passauantij, epistola, de libro Petri Lyseri curiæ Parisiorum nuper presidentis, anno D. 1554. in 8. Nomen est fictum.

Benedictus de Plombino exposuit aliquot titulos in prima & secunda parte ff. noui: incipiendo à titulo de manumiss. Fecit etiam solennes repetitiones. Citantur etiam quedam eius in 2. & 3. C. in 1. inforciati. in 2. ff. veteris. Item disputationes duæ, quarum vna incipit, Statuto Pisano: & altera, Mulxæ disputationes eximiorum.

* *Benedictus* Portus, Mantuanus, inter nostri temporis poetas à Gyraldo numeratur.

* *Benedicti* Rhamberti epistolæ leguntur in volumine epistolarum clarorum virorum.

Benedictus Schurmegistus in agro Bernensi ecclesiæ minister, scripsit præfationem in libellum Vuolfgangi Vuiffenburgij de authoritate Synodorum, excusum Basileæ.

Benedictus Stendel, oriundus ex Hallis oppido Saxonix, in gymnasio Erdfordensi docuit. Scripsit in Genesim lib. 1. In Leuiticum lib. 1. In Numeros lib. 1. In Deuteronomium lib. 1. Feruntur etiam eius sermones ad populū & variæ collationes ad Clerum. Alia quoque nonnulla in literis sacris, in logica & in philosophia scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Tritheimius de script. Germania.

Benedicti Textoris De cancri natura et curatione liber, excusus Lugduni à Ioanne Tornæso, anno D. 1550. Eiusdem Stirpium differentix ex Dioscoride secundum locos communes, excusæ Parisijs in 16. & Argenting in 4. cum historia Stirpium Hieronymi Tragi.

* *Benedicti* Theocreni insignis poetæ Epigrammata, & alia carmina, impressa Parisijs.

* *Benedictus* Theriaca Mantuanus, scripsit ad Picum de Astronomia libros aliquot elegiaco carmine. Gyraldus.

* *Benedicti* de Vadis I. C. additiones ad Lanfrancum de Oria, Colonia 1572. Idem de arbitris.

* *Benedictus* Vernierus, monachus, scripsit librum de sacramento Eucharistiæ, cui titulum fecit, Magnum & vniuersale concilium ecclesiæ militantis super Eucharistiæ sacramentum, quod in sacrosancti Concilij Niceni trecentis decem & octo patribus orthodoxis constat. Ex tot enim scriptoribus testimonia coaceruauit. Liber impressus Parisijs apud Niuellium, anno Domini 1554. in quarto.

Benedictus Victorius, Fauentinus, philosophus & medicus, ac theoreticæ medicinx professor Bononiæ, in medicina hæc conscripsit & edidit, De morbi Gallici curatione libellus impressus Basileæ apud Bebelium cum aliquot alijs eiusdem argumenti libellis. In Hippocratis prognostica cō-

mentarij, item Theoretica latitudinum medicinx ad Galeni scopum in arte medicinali. Liber impressus Florentiæ à Torrentino in folio. De morbo Gallico liber cum adiuncto libro de curatione Pleuritidis per sanguinis missionem, ad Hippocratis & Galeni scopum. Excusi sunt à Torrentino, anno D. 1551. in octauo. Exhortatio ad medicum recte sancteq; medicari cupientē. Empirica meditatio singulorum morborum. Item doctrinalis Empirica de febribus. Simul hæc excusa sunt Venetijs anno D. 1550. in 8. & Parisijs eodem anno in 16. Medicinalia consilia numero 42. excusa Venetijs à Vincentio Valgrisio quæ ternionibus circiter 80. anno D. 1551. Practica Empirica secundo edita apud Valgrisium anno D. 1554. in 8. cum Camilli Thomai methodo rationali, &c. & Trotulæ curandarum egritudinū muliebrium libro. Scripsit etiam breue compendium De dosibus medicinarum: De morbis curandis 20 libros duos, quorum alter egit de morbis capitis curandis, &c. alter respirationi seruientium partium. Nescio an ijdem cum Practica empirica.

Beneuenti Graphei de Ierusalem, medici Salernitani, ars probata de ægritudinibus oculorum, foliorum 5.

Beneuenti de Rambaldi Imolensis, libellus qui Augustalis dicitur, de vitis Cæsarum: impressus Argentinx, anno 1505. cū S. Aurelio, &c. & Basileæ cum operibus Petrarchæ.

* *Beneuentus*, vel *Benuentus*, Straccha, Patritius Anconitanus, I. C. edidit tractatū de Mercatura, seu mercatore, omnia quæ ad hoc genus pertinet fusiſsimè complectentem. Bartholomæus Honoratus excudit Lugduni 1556. Idem liber in Italia quoque excusus est.

* *Benincasæ* Benincasij Explicatio ad titulum Institutionum de actionibus. Florentiæ, folio.

* *Benuentus* poeta Florentinus, Eglogas Hetrusco sermone conscripsit.

Beno Cardinalis, Romanæ ecclesiæ archiepiscopus, scripsit vitam & gesta Hildebrandi. Libellus impressus cum Concilij Basiliensis descriptione per Aeneam Syluium.

Berengarius Turonensis, archidiaconus Andegauensis, scripsit in Apocalyp. Ioannis lib. 1. De incarnatione verbi lib. 1. Super Cantica canticorum lib. 1. De corpore & sanguine Domini lib. 1. Homilias plures lib. 1. Epistolas quoq; lib. 1. Claruit anno D. 1050.

Berengarius Beterensis ecclesiæ episcopus, ac ecclesiæ Romanæ Cardinalis, scripsit insigne opus super summam Hostiensis, secundum ordinem alphabeti, quod vocauit Oculum, lib. 1. De sententia excommunicationis lib. 1. alia etiam plura. Claruit anno D. 1300.

Berengarius natione Cathalanus, scripsit in Auicennam quæsdam quæstiones, & Hippocratem.

* *Berengarius* Fernandus Tolosæ, I. C. super feudis, in c. 1. de fi. na. ex matr. ad morga. contrac. Super 2. ff. veteris De contrahen. emp. l. pacta conuenta. Super 2. Inforciati ad legem Falcidiam. l. in quartā. Super 1. ff. noui De acquir. poss. l. natura l. parag. nihil cōmune. Super 2. c. De posth. heres. insti. l. fi. quidam cum test. Arbor consanguinitatis, affinitatis & cognationis spiritualis, Eius

x. P. Ann. l. 1. Ep. 3.

Reperitio ad legem Falcidiam, ad legem Reconiuncti de legatis, impressa est Tolosæ.

* *Berengarius* Paulachi super 2. C. De sentent. quæ pro eo quod interest. l. i. cum pro eo.

* *Berengofius* abbas ad D. Maximinū extra muros Treuironum, vetustus et eruditus, scripsit De laude & inuentione S. Crucis lib. 3. De mysterio ligni Dominici, & de luce visibili & inuisibili, per quam antiqui Patres olim meruerunt illustrari lib. 1. Sermones duo in natali martyrum de Psalm. 58. Deus repulisti nos, &c. Sermo de vno confessore, de eo, quod per legem simila in sacrificium offerri iubetur, vbi de ea dicitur, In sartagine oleo conspersa friget: offert eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos, qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari. Sermo de vno confessore & pōtifice, De eo quod lex præcipit, Ignis in altari ardebit semper, quem nutriet sacerdos, & subiiciens mane ligna per singulos dies, & imposito holocausto desuper adolebit adipem pacificorum, &c. Sermo in dedicatione ecclesiæ, deq; reliquiarum veneratione. Coloniae impressit Iacobus Soter 1555.

* *Berenice* quædam magica scripsit, vt Tertullianus de anima testatur.

* *Berinus* Dorcestriæ episcopus, Italus, ab Honorio 1. Papa in Angliam missus, scripsit ad Honorium PP. epistolas aliquot. Meminit huius Beda in Anglorum historia. Vixit a. 635. Baleus.

* *Bermundus* Choueroninus, De concubinarijs publicis.

* *Bernardus* (vel Bernaldus in v. c.) de S. Blasio, scripsit Apologeticas rationes contra schismaticorum obiectiones ad Adelbertum Nemetesem præpositum, in quibus præcipue defendit, quod ipse & alij monachi S. Blasij merito ab excommunicatis abstineant. Eiusdem de lege excommunicationis epistola ad Adelbertum Argentinensem præpositum. De eadem re epistolæ duæ ad Recchonem quendam. Ad Paulinum de emptione ecclesiarum epistola. Epistola ad quendam sacerdotem de Othonis episcopi Constantiensis reiectione, & alterius in locum eius substitutione. De officio presbyterorum ad fratres in Rettenbach. Ad Vualtherum sacerdotem tractatus de solutione iuramentorum. Ad reuerendissimum antistitem Gebhardum, de excommunicatorum ordinatione, & salute paruulorum qui ab excommunicatis baptizati sunt, & alijs quibusdam ad Concilium proxime futurum pertinentibus. Floruit circa annum D. 1066.

* *Bernardini* Alphani I. C. Perusini, collectanea ad mille insigniora iuris ciuilibus loca, ex varijs tã antiquorum quam recentiorū monumentis longo studio ac magna diligentia conquisita, ad subleuandum omnium ius ciuile profitentium laborem haud parum conducentia. Venetijs 1570. in octauo: & Francofurti 1572.

* *Bernardini* Arluni I. C. Patritij Mediolanensis, historiarum ab origine vrbs Mediolanensis, ad nostra vsque tempora sectiones tres, cum M. Antonij Maioragij præfatione, Oporinus breui dabit in publicum.

* *Bernardinus* Baldinus conscripsit Dialogos 2, in quorum altero agitur de multitudine rerum

atque de vnitae eius quod est: in altero verò de materia omnium disciplinarum, earumque communione, diuersitatēq; disputatur. Item Cōmentarium in libellum de sphaera Procli, atq; in Communis optices librum. Item Epistolarū librum in quo pleraque præcepta cum aliarum artium, tum philosophiæ potissimum illustrare contendit. Mediolani apud Antonium de Antonijs anno D. 1558. Scripsit etiam carmina quædam, & ex commentarijs Galeni in Hippocratē problema ta excerptis.

* *Bernardinus* Bogentanz Legentius, scripsit vtriusq; cantus rudimenta. Liber exiit Coloniae anno 1528.

* *Bernardini* Bombini I. C. Consiliorū volumē. *Bernardini* de Busto, Mediolanensis, Franciscani, Rosariū sermonū partes 2. impressæ Haganoæ anno D. 1500. & Lugduni 1506. per Ioa. Klein. Eiusdem Mariale de excellentijs reginæ cœli, impressum Argentinæ 1496. & Haganoæ 1513.

* *Bernardinus* de Butis, monachus, De mōte pietatis. Videtur autē idem cum Bernardo de Busto vel Bernardo Busti, vt quidam nominant, qui hæc etiam tractat in prima parte Rosarij.

* *Bernardini* Caruaial, Pacensis episcopi, Regis Hispaniæ oratoris, Oratio de eligendo summo Pontifice, habita Romæ in ecclesia S. Petri apud Cardinalium senatum Innocentio octauo mortuo, 1492. impressa extat.

* *Bernardinus* Corius, in Chronicam Mediolanensem. Idem de vitis Cæsarum vsque ad Henricum XII.

* *Bernardinus* Donatus Veronensis, scripsit opusculum de Platoniciæ atq; Aristoteliciæ philosophiæ differentia: vbi Georgij Gemisti super eadem re libellum in dialogum redegit, & quædam de suo adiecit. Venetijs impressum apud Hieronymum Scotum Græce & Latine, 1540. Aristotelis Oeconomicorum lib. 2. Latine reddidit, idque aptius & elegantius opinor, quam reliqui hactenus interpretes. Scotus publicauit Venetijs anno 1540. Idem transtulit à Galeno librum de cognoscendis curandisque animi morbis.

* *Bernardinus* Gadolus, Brixianus, Camaldulensis abbas, scripsit in omnes Bibliorū libros commentaria, De fugiendo seculo, & amplexanda religione, tractatum vnum: cōtra superbiam & ambitionem li. 1. Opera Hieronymi in ordinem redegit, Extat eiusdem sermones varij, Item epistolæ multæ, & quædam alia hinc inde dispersa.

* *Bernardinus* Gammarus, scripsit Super 2. c. de furtis l. falsus procurator. Item de seruitutibus.

* *Bernardinus* Gasnerus Vticensis I. C. scripsit nomenclaturam doctorum in vtroq; iure passim per compendia literarum citatorum, ordine literarum. Henricus Steiner impressit Augustæ anno D. 1543. octernione vno & dimidio cum præfatione authoris scripta Ingolstadij.

* *Bernardini* Iobini, Pontificum aliquot Icones, cum breui vitæ eorum descriptione Latine & Germanice. Argentinæ in folio.

* *Bernardinus* Iustinianus, Venetus, philosophus et orator, scripsit Laurentij Iustiniani patriarchæ Veneti auunculi sui vitam, & sanctissimam conuersationem lib. 1. Historiarum quoq; lib. 1. Oraciones

tionem plures & elegantes lib. 1. Eiusdem de origine vrbis Venetiarum libri 15. excusi Venetijs anno 1534. His libris grauisimo stilo non tantum res Venetæ, verum etiam bella Gothorum, Longobardorum, & Sarracenorum amplissimè continentur. Adiecta insuper D. Marci Euangelistæ vita. Claruit anno D. 1470.

* Bernardini Lauredani in Ciceronis orationes de lege Agraria Commentarij in 4.

* Bernardini de Landriano Additiones in Præ-

dicam Ioannis Petri de Ferrarijs Papiensis.

* Bernardini Maffæi de Laude, Problemata chirurgica.

Bernardinus Maffæus, Cardinalis, fertur elegantem historiam conscripsisse De inscriptionibus & imaginibus antiquorum numismatum. Legitur eius epistola in volumine epistolarum clarorum virorum. P. Man. l. 1. ep. 3. p. 10. 16. p. 557.

Bernardinus Marmita scripsit Commentarios in Tragædias Senecæ. Opus impressum, alias Gellij prænomen additur.

Bernardinus Ochinus, Senensis, scripsit Italica lingua Sermonum tomos 2. quorum prior 50. posterior 65. sermones cõplectitur, Basileæ excudit Iungrinus. Itè commentarios in epistolam Pauli ad Romanos, excusos Geneuæ, et Augustæ Vinelicorum in octauo. Latine ex translatione Sebastiani Castalionis. Eius sermones tres de officio principis, & declamationes sacras quinque; Cælius Horatius Curio, Cælij Secundi filius in Latini sermonem conuertit. Oporinus impressit Basileæ, anno D. 1550. cum Marsilij Andreasij de amplitudine misericordie Dei oratione. Ex eius sermonibus quidam excerptis dialogum rationis & hominis, & Germanice edidit. Idem edidit centum Apologos impressos Geneuæ. De purgatorio dialogum Italicum & Latinum Thaddæo

Duno interprete. De cœna Domini contra Ioachimum Vuestphalum Italice & Latine Duno interprete. De cœna Domini homilias, Labyrinthos de prædestinatione & libero arbitrio. Dialogorum tomos 2. Omnia Italice & Latine Sebastiano Castalione interprete.

* Bernardini Parthenij Spillimbergij De poetica imitatione lib. 5. ad Maximilianum Imp. semper Augustum. Venetijs apud Ludouic. Auantium 1565. in quarto.

Bernardini Paterni, Salonensis, librum De humorum purgatione in morborum initijs tentanda, & epistolam eiusdem quod cœna vberior prandio esse debeat, ex antiquorum medicorum decretis, etiam in catharro, Romæ excuderunt Dorici fratres, anno D. 1547. octernionibus 8. & dimidio. Eiusdem ac Iulij Delphini & Andree Cellanouæ medicorum Ticinensium, consilium de balneis Aqueisibus, Iuntæ excuderunt Venetijs in opere de balneis.

Bernardinus Pintianus nominatur in bibliotheca Oporina, quem nos Fernandum nominamus, qui scripsit in Senecam.

Bernardini Realini Carpæsis, Commentarium in nuptias Pelei & Thetidis Catullianas, & annotationes aliquot in varia scriptorum loca, Bononiæ impressit Anselmus Giaccarellus, anno Domini 1551. quaternionibus 17.

Bernardini Rutilij veteri iurisc. virg. liber excusus Basileæ anno 1537. Adiectæ sunt & recentiorum vitæ ad nostra vsq; tempora, per Io. Fichardum. Rutilij etiam lectiones matutinas et vespertinas, in iurisprudencia, adhuc desideramus. Eiusdem castigationes & annotationes in familiares epistolas Ciceronis, excudit Rob. Vuinter Basileg. cum varijs aliorum annotationibus in eisdem. * Orationes 3. ad Carolum V. Imp. pro Pontifice Romano. Romæ 1537.

Bernardinus Sandrus, Pescienfis, Silium Italicum qui Venet. ex offic. Asulani prodijt, emendauit.

Bernardinus Scardæonius, Patavinus, presbyter, scripsit lib. 7. de castitate: De sacris virginibus 1. De cœlibatu 2. De coniugio & continentia sacerdotum 3. De molestijs coniugatorum 4. De male profitentibus religionè 5. De pudicitia matrimonij 6. De ratione coercendæ libidinis 7. Venetijs Andreas Arriabenus, 1542. Idem scripsit lib. De antiquitatibus vrbis Patavij, & claris ciuibus Patavinis: impressum Venetijs apud Valgrisium 1558, in folio. Additus his est Epitaphiorum liber, eorum qui Patavij sepulti sunt.

* Bernardinus Scodobius, Mutinensis, super primam c. Ne filius pro patre. Auct. habita. Venetijs apud Cominum de Tridino 1548.

Bernardinus Senensis, Italus, ordinis fratrum minorum, scripsit in Apocalypsim Ioan. lib. 1. De Euangelio æterno lib. 1. De Christiana religione lib. 1. De coceptione sanctæ Mariæ lib. 1. De passione Domini lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. & quædam alia. Liber eius de festiuitatibus gloriose virginis per annu, impressus est Norimberge per Fridericum Kreuter, anno 1493. octer. 13. Claruit anno 1443.

* Bernardini Talsi Epistolæ Italicæ.

* Bernardini Telesij, Consentini, De natura iuxta propria principia libri duo. Romæ anno Domini 1565.

* Bernardini Tomitani Coridon, siue de Venetorum laudibus. Clonicus siue de Reginaldi Poli Cardinalis laudibus. Venetijs apud Aldi filios, anno 1556. Introductio ad Sophisticos elenchos Aristotelis, & breuis methodus diluendorum paralogismorum per diuisionem, præter illa quæ Aristoteles habuit in elenchis. Venetijs 1544.

Bernardinus Trebatius, Vicentinus, Ori Apollinis Niliaci libros 2. De hieroglyphicis notis Latinos fecit. Gryphius excudit Lugduni anno D. 1542. & Heruagius Basileæ cum Augustino Nipho de augurijs.

Bernardinus Veronensis, scripsit commentarios in Tibullum Romæ excusos anno D. 1475.

Bernhardus, aut Bernardus, pro arbitrio scribi potest. Originem vocis & compositionem Germanicam habet, cuius ratione aspiratio inseritur.

Bernardus de terra sancta Venetijs impressus est, cum Arridi Dominici meditatione mortis Christi.

* Bernardus de Ambasia, prouincialis Carmelitarum Tolosæ, lector magni palatii in Curia Romana, ac tandem Cardinalis, scripsit super Sententias lib. 4. In epistolam Iacobi 64. lectiones lib. 1. In Canonicam Ioannis 112. lectiones lib. 1. Sermones hyemales lib. 1. Sermones æstiuales

*Urbis delicia, legum
humani sapientie
ad hunc officium, glossæ
motum in hunc librum
P. Man. p. 575.*

lib. 1. Quadragesimale quoq; lib. 1. Collationes varias lib. 1. Claruit anno D. 1364.

* *Bernardus Andreas*, Tolofanus, poeta, quem ferunt Augustinianum fuisse, scripsit hymnos sacros per totum annum ad *Heinricum VIII.* Anglorum regē lib. 3. Vitā *Andræ Apostoli* lib. 1.

* *Bernardus Angrianus*, Bononiensis, Carmelita, Italus, scripsit Sermones per annum lib. 1. & alia. Claruit anno D. 1390.

* *Bernardus Bertrandus Rheginus* Galloprovincialis, in Latinum sermonem cōuertit *Eustathij Theffalonicensis* commentarios in *Dionysium Afrum* de situ orbis. *Basileę Oporinus* impressit in octauo. Idem *Galenii* librum De humoribus Latinitate donauit, & ānotationes adiecit in margine; in fine libri tabellam quæ totius rei summa capita complectitur. *Argentinae* 1558.

Bernardus Breitenbachius scripsit Itinerarium terræ sanctæ. Impressum.

Bernardus Burdegalēsis, episcopus, postea *Clemens V.* Pontifex. Vide infra.

Bernardus de Busto, Vide *Bernardin. de Busto.*

Bernardus abbas Clareua llensis primus, ordinis *Cisterciensis*, natione *Burgundus*, scripsit De consideratione ad *Eugenium* lib. 5. Meditationū suarum lib. 1. De contemptu mundi ad clericos lib. 1. De gradibus humilitatis lib. 1. De gratia & libero arbitrio lib. 1. Ad milites templi lib. 1. Speculum vitę religioſę lib. 1. De scala clauſtrali lib. 1. Ad *Carthusienses* lib. 1. De conscientia lib. 1. De ordine vitę lib. 1. De duobus oculis animę lib. 1. De confessione peccatorum lib. 1. De præcepto & dispensatione lib. 1. Ad *Heinricum Senonensem* lib. 1. Ad *Hugonem S. Victoris* lib. 1. Contra *Gerardum* lib. 1. Contra hæreticum ad *Papam* lib. 1. De miseria huius vitę lib. 1. De tentationibus & ocio lib. 1. De voluntate lib. 1. Ad *Cluniacenses* Apologiam lib. 1. De gradibus charitatis lib. 1. De passione Domini lib. 1. Super *Magnificat* lib. 1. De diligendo Deo lib. 1. In *Psalmū Qui habitat*, lib. 1. In *Cantica canticorum* homil. 86. lib. 1. Super *Missa* est angelus lib. 1. Ad sororem suam de modo viuendi lib. 1. Vitā *Malachię* episcopi lib. 1. *Epistolarum* ad diuersos lib. 1. Sermones plures lib. 1. & multa alia quę *Lugduni*, & in *Italia* & *Parisijs* impressa hætenus, multo nunc emendatius & magna cum accessione edita sunt *Basileę* per *Ioan. Heruagium*. Editæ etiam sunt *Venetijs* opera *D. Bernardi* anno 1568. in quarto. Floruit anno Domini 1140.

Bernardus Camuti Antiquitates *Romanę* urbis *Italice* descripsit. *Venetijs* 1569.

* *Bernardus Capellus*, *Patritius Venetus*, *Hetrusco* idiomate epigrammata multa scripsit referta multis luminibus ingenij, & linguę lepore. *Gyraldus*.

* *Bernardus Cliuerius*, *Doctor Parisiensis*, episcopus *Darcuensis*, professione *Augustinianus*, scripsit *Quodlibeta scholastica* lib. 1.

* *Bernardus Cluniacensis* monachus, scripsit ad *Petrum* abbatem *Satyras* tres, *dactylo* carmine, in quibus clericum acriter insectatur, vixit circa annum 1160.

Bernardus presbyter, *Compostellanus*, scripsit *super decretalibus* lib. 5. *Casus decretalium* lib. 5.

Breuiariū iuris Canonici. Eius lectura in 1. librū *Decretalium*, cum *apostillis Ant. Decreuant* impressa est *Parisijs* in 4. Itcm super 5. libros *Decretalium Norimbergæ* 1493. Hunc quidam *Bernardum Græcum* nominant. Floruit anno 1259.

Bernardus monachus *Corbiensis* in *Saxonia*, ordinis *S. Benedicti*, natione *Germanus*, scripsit ad *Hartuuinū* *Magdeburgensem* archiepiscopū, *luculento* quidem sermone, sed amaro, volumen contra *Heinricum* 4. Claruit anno 1070.

* *Bernardus Cord.* De iure medios fructus exigendi, quos vulgo annatas dicunt.

* *Bernardi Dessennij Cronēburgij*, *Defensio* medicinæ veteris & rationalis, aduersus *Georgij Phædronis*, & *sectæ Paracelsicę* rationes. Item purgantium medicamentorum, & pillularum in minore pondere, particularis diuisio. *Colonix* anno D. 1573. Item *Dispensatorium*.

* *Bernardus Diuitius Bibiēna*, *Cardinalis*, scripsit admirabili lepore comœdiam *Calandram*, quæ *Romæ Leone X. PP.* in *Vaticano* acta est. *Iouius* in *Elogijs*.

Bernardi Doænni *Summa* de libellis. Inuenio etiam in indice *Iureconsultorum* *Bernardum* *Prouincialem* de libellis.

* *Bernardus Donatus*, *Veronensis*, librum primum *Galenii* De cognoscendis curandisque animi morbis, quas perturbationes *Latini* appellant, in *Latinam* linguam tranſtulit.

Bernardus Dorna, natione *Prouincialis*, *Azoni* *Bononiensis* quondam auditor, vtriusq; iuris professor, scripsit de libellorum conceptionibus lib. 1. & alia. Vixit anno 1240.

Bernardus abbas *monasterij Calsinensis*, ordinis *S. Benedicti*, scripsit *Speculum monachorū* lib. 1. In regulam *S. Benedicti* lib. 1. De præceptis regularibus lib. 1. Sermones ad fratres lib. 1.

Bernardus monachus Cluniacensis, ordinis *S. Benedicti*, omnes cōsuetudines *Cluniacensis* *monasterij* in vnum volumē *luculento* sermone congestit, titulum præponens operi *Consuetudines Cluniacens.* lib. 1. & alia quædā. Claruit āno 1050.

Bernardus Felicianus, vide *Ioan. Bernardus*.

Bernardi Gordonij, *Galli* natione, opera excussa *Venetijs* 1498. sunt hæc: *Practica dicta Lilium*, *Tractatus* de 10. ingenijs curandorū morborum, *Deregimine acutarum ægritudinum*, *Tractatus* de prognosticis, *Tractatus* de vrinis, *Tractatus* de cautelis vrinarū, *Libellus* de pulsibus. Eiusdē tractatus de cōseruatione vitę humanę, à die natiuitatis vsq; ad vltimā horam mortis, nūc demū editus opera *D. Ioachimi Baudisij*. *Lipsiæ* 1570.

* *Bernardus Guidonis*, *Lemouicēsis*, *Dominicanus*, inquisitor olim *Tolosanus*, episcopus *Lodouensis*, ac *Ferrariensis*, scripsit *Speculum sanctorum* lib. 2. *Chronica Pontificū & Cæsarum* lib. 2. *Chronica regum Francorum* lib. 1. *Chronica Comitum Tolosanorum* lib. 1. *Gesta prædicatorum* lib. 1. Claruit anno D. 1300.

Bernardi Hertzellij, *Treuirensis*, *Enchiridion* puerile impressum *Basileæ* à *Parco*, anno 1553.

* *Bernardi Holtorpij* *Catechismus* elegiacis versibus expositus.

* *Bernardi Iobini* *musici* carmina ad *chelim* aptata, *Argentinae* 1573.

Bernardus Iustinianus legatus Venetorum, scripsit Orationē habitam apud Sixtum IIII. Pont. Max. quæ excusa est cum oratione Ambrosij de Cora De Mariæ virginis conceptione.

Bernardus Landrianus Mediolanensis I. C.

Bernardi Lauinetæ Tractatus de conuersione subiecti & prædicari per medium, impressus Parisijs à Badiano, anno D. 1516.

Bernardus Laurentius, Tolosanus, scripsit De priuilegijs Clericorum, & De casibus in quibus iudex secularis potest capere Clericum.

Bernardi de Legnitz, Germani, Carthusiensis, Dialogus de miraculis B. Mariæ virginis, impressus est Lipsiæ anno D. 1493.

* *Bernardi* Liblinensis epistola ad Simonē Craouiensem bibliopolam, in qua multi papistici errores reprehenduntur: citatur ab Illyrico in Catalogo testium veritatis.

Bernardus Lutzenburgus, monachus Prædicatorij ordinis, scripsit catalogum hereticorum, cui adiecit insuper Tractatum de purgatorio, anno 1527. Coloniae impressum, Scripsit etiam librum in commendationem B. Iosephi sponsi Christi: fere virginis, & nutritij D. N. Iesu Christi, impressum Coloniae apud Martinum de Vuerdona, anno D. 1510.

* *Bernardus* Mollerus, Rhenum à primis fontibus vsq; ad Oceanum Germanicum carmine elegiaco descripsit: liber impressus Coloniae anno D. 1570. in octauo.

* *Bernardus* Morlauensis, monachus ordinis Cluniacensis, scripsit ad Petrum Cluniacensem abbatem, De contemptu mundi lib. 3. Versus de mundo lib. 1. Colloquium Gabrielis & Mariæ lib. 1. Claruit anno 1140.

* *Bernardus* Noricus, monachus in Chremstünster, de reb^o Boiorū scripsit, citatur ab Auertino.

* *Bernardus* Olerius, Hispanus, magister Carmelitarum, scripsit ad Vrbanum VI. de antiquitate ordinis sui lib. 1. De conceptione virginis lib. 1.

Bernardus Oricellarius, scripsit de vrbe Romana.

Bernardus Parentinus, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit Expositionis missæ lib. 1. Sermonum variorum lib. 1. & alia complura. Floruit anno Domini 1340.

Bernardus glossator Parmensis, in iure.

* *Bernardus* Pugalus, Tolosanus, Augustinianorum 23. magister generalis, scripsit super 1. & 2. Sententiarum lib. 2. Super Paulum ad Romanos li. 1. Tractatum de vsuris lib. 1. De intentione & remissione formarum lib. 1.

* *Bernardi* Reidani Epitome iuris ciuilibis ex libris Pand. & C. Coloniae 1565. in 8.

Bernardus Rey, I. C. in Latinam linguam transtulit Constantini Hermenopoli Epitomen iuris ciuilibis impressam Lugduni apud Paulum Miralierum, anno D. 1549.

* *Bernardus* de Roma, Italus, Carmelita, episcopus Sutrensis, ac Romane ecclesie Cardinalis, scripsit Lecturam Sententiarum lib. 4. Sermones ad Clerum Romanum lib. 1.

* *Bernardus* de Rosergio, patria Tolosanus, vtriusq; iuris ac Theologie Doctor, de ordine Canonico regularium D. Augustini, episcopus

Basatensis, ac montis Albani, tandē archiepiscopus Tolosanus, per 20. annos ordinarie legit Tolosæ, Romæq; corā Pontifice ac toto Cardinaliū cœtu, Sermones & orationes fecit. Super Pentateuchum lib. 5. In Cantica Canticorum lib. 1. Viridarium Rosetum lib. 1. Itinerarium Romanum lib. 1. In Apocalypsin Ioannis lib. 1. Octo sermones D. Mariæ lib. 1. De orationibus quotidianis lib. 1. De centum miraculis lib. 1. In Stomatheū Tragicum lib. 1. De Abele & Stephano lib. 1. Sententiarum attestationum lib. 1. In acta Apostolorum lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Lecturam Sententiarum lib. 4. Cōmentarios decretorum lib. 2. Inductionum super Sexto lib. 2. Consultationum tripertita lib. 3. Reperitiones 6. studiorū lib. 1. De quæstionibus 42. lib. 1. Solennium principiorum lib. 1. De amplitudine potestatum lib. 1. Agoranum de sacro principatu lib. 1. Promptuariū ecclesie Catholice lib. 1. De statu Cardinalium lib. 1. De legatorum officio lib. 1. De schismatibus extirpandis lib. 1. De futurorum cautela lib. 1. De Concilijs generalibus lib. 1. De pragmatica sanctione lib. 1. Prærogatiuum ecclesie Gallicanæ lib. 1. De regni Francorum regimine lib. 1. Pro domino Delphino Viennesi lib. 1. De armorum insignijs lib. 1. Artē interpretandi eadem lib. 1. Ambasiatorum breuiloquium lib. 1. Vitam Bernadi Clareuallensis lib. 1. Aurifrium Thomæ de Aquino lib. 1. Officium Bernardini de Senis lib. 1. Viagium contra Turcas lib. 1. De visitandis parœcijs lib. 1. Annales vrbis Tolosane lib. 1. Secopiscum de natura lib. 1. Influxiones planietarum lib. 1. De lapidibus pretiosis lib. 1. Historiam Caroli magni lib. 1. Claruit anno Domini 1460. Aequalem habuit in omni literarum cognitione & in licentijs (vt vocant) Gualhardum de Rupe, Carmelitanum Tolosanensium prouincialem.

* *Bernardus* Theutonicus, ordinis fratrum Prædicatorum, De illusionibus dæmontum. De schismaticis.

* *Bernardi* Sacci Patritij Papiensis, De Italicarū rerum varietate & elegancia, libri decem, Papiæ apud Hieronymum Bartholum, anno Domini 1546. in quarto.

Bernardus Sarracenus, Venetus, primus recentiorum enarrationes et castigationes in Plautum scripsit, excusas Venet. anno 1511. Adiectis etiam Ioan. Petri Valle, & Pij Bononiensis commentarijs. Vixit tempore Georgij Vallæ.

Bernardi Senensis cōmentarij in Ethica & Politica Aristotelis, excusi sunt Florentiæ à Laurentio Torrentino.

* *Bernardi* Syluani Galliam et Italiam (tabulas) citat Robertus Cenalis in Gallica sua historia.

* *Bernardus* Syluester Latine scripsit ad Raimū dum fratrem, De regimine rei familiaris lib. 1. In Eclogas Theodoli lib. 1. Megacosmum de maiori mundo lib. 1. Microcosmum de minori mundo lib. 1. Cosmographiam lib. 1. Congeriē, opus proza & carmine lib. 1. Eius epistola de cura & regimine rei familiaris, impressa in volumine operum S. Bernardi: quia nonnulli putant eam à sancto Bernardo compositam fuisse.

* *Bernardus* Tassus scripsit Italico carmine lib. 3.

quibus Iuniperam Malactam celebrat, Gyrald.
* *Bernardus* de Trylia, ordinis Dominicani, Hispanus, scripsit Postillas super Prouerbia, Ecclesiastem, Psalmos. Quodlibeta tria. Sermones de spiritualibus creaturis. Sermones de cognitione animæ separata: item de anima coniuncta corpori. Quæstiones de differentia esse & essentia: Quæstiones super totam Astrologiam. Super Cantica. Super Ioannem. Super Apocalypsim, M. Dresserus.

Bernardus Vualtherus scripsit de Dialectica ex iure libros 3. excusos Norimbergæ apud Ioannē Petreum, anno D. 1546. Item Miscellaneorum ad ius pertinentium lib. 2. impressos Venetijs, anno 1572. in 8. & Colonia 1573.

Bernardi Vualtheri Nurembergensis (nescio an eiusdem) obseruationes astronomicæ per régulas Ptolemæi de motu Solis, impressæ sunt Norimbergæ à Petreio in 4. cum Regiomontani & aliorum obseruationibus. Floruit anno D. 1500.

* *Bernardus* Vurmserus à Scaffalsheim I. C. & Hartmannus Hartmanni, libros duos practicarum obseruationum, partim in iudicio Cameræ imperialis, partim in consistorio Palat. principû, Ludouici & Friderici electorum, collegerunt. Basileæ Thomas Gnarinus in folio.

* *Bernardi* Vuynteruic Progymnasmata in Latinæ Grammatices etymologiam, Colonia 1572.

Bernardus Zieglerus Theologus, vir nobilis & Hebraicæ linguæ in Academia Lipsensi primarius professor, De missa scripsit cõtra Sidonium Mersburgensem episcopum. Item disputationes habuit de omnibus necessarijs totius doctrine eclesiasticæ articulis, impressas diuersis temporibus Lipsiæ à Valentino Papa, quæ breui vno libro eadentur. Obijt Lipsiæ anno D. 1552.

Berno abbas Augiensis cœnobij, scripsit De musica seu tonis lib. 2. De instrumentis musicæ lib. 1. De aduentu Domini ad Aribonem lib. 1. De officio quoq; missæ lib. 1. De ieiunio 4. temporû lib. 1. De ieiunio Sabbati lib. 1. De mensura monochordi lib. 1. Epistolarû ad diuersos li. 1. & alia. Liber eius de officio missæ impressus est Colonia 1568. cum alijs veterum scriptis de officijs ecclesiæ. Claruit anno 1020.

Bernoldus presbyter ecclesiæ Constantiensis, scripsit ordinem Romanum lib. 1. & alia. Vixit anno 1060. Forte hic est Bernaldus de S. Blasio.

* *Beronicianus* philosophus Sardibus oriundus, ab Eunapio laudatur.

Berosus in Astrologia enituit, cui ob diuinas prædictiones, Athenienses publice in gymnasio statuâ inaurata lingua statuere. Plinius lib. 7. capite 37. Hic Hemicyclum excauatum ex quadrato, ad enclimaq; succisum inuenit, vt scribit Vitruuius lib. 9. Tale instrumentum propter Berosi nobilitatē & Vitruuij locum illustrandû Zieglerus descripsit. Scripsit etiam historias quæ ab Athenæo lib. 14. & à Iosepho contra Appionem citantur. Extant nostra ætate quinque libri antiquitatum Beroso inscripti, in quos commentarios scripsit Ioannes Annius Viterbiensis: verum eruditiores quique iudicant hos non esse Berosi, sed à nescio quo fabulatore confictos & illius nomine editos. Sunt autem editi cum alijs antiquitatum

scriptoribus, excusis primum Venetijs anno 1498. Deinde Basileæ apud Bebelium anno D. 1530. Item Antuerpiæ, & Lugduni. Iosephus citat eius historias libro primo contra Appionem, & Athenæus lib. 14.

Bertachinus quidã scripsit Repertorium in iure, copiosius alijs. Item de episcopo, de Gabellis.

Berthorius abbas monasterij Casinensis, ordinis sancti Benedicti, philosophus & medicus insignis, scripsit Sermones elegantes, & alios insuper varios tractatus edidit.

Bertoldus monachus Franciscanus, scripsit sermones de tempore & communi sanctorum, item singulares qui Rusticani inscribuntur.

Bertoldi cuiusdam musici cantiones musicæ Madrigali nominatæ, impressæ sunt Venetijs.

Bertramus Fezalen, natione Anglus, scripsit in librum quartû sententiarum, Quæstiones Theologiæ, Conciones ad plebem. Claruit anno Domini 1424.

Bertramus presbyter & monachus, scripsit ad Carolum regem librum De prædestinatione. Itẽ librum De corpore & sanguine Domini, impressum Colonia anno D. 1532. adiectis etiam D. Augustini, Ambrosij & Eusebij eadem de re sententijs. Et Basileæ apud Heuricum Petri in Micropresbytico. Floruit anno 830.

Bertramus Damianus, Brunouicanus, Pauli ad Romanos epistolam versu heroico reddidit. Liber impressus in Germania.

Bertrandi Apcherij Soterologium, vitam redemptoris nostri Iesu Christi versu elegiaco continens, impressum est olim Parisijs in 4.

Bertrandus ordinis fratrum minorum, patria Mediolanensis, presbyter Cardinalis, scripsit Super sententias lib. 4. Sermones de epistolis lib. 1. Sermones Euangeliorum lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Floruit anno D. 1325.

* *Bertrandus* Parayte, Tolosanus, Doctor Augustinianorum cœnobij, scripsit Super Actus Apostolorum lib. 1. In epistolas Canonicas duplicem expositionem lib. 14. In Apocalypsin Ioannis lib. 1. Milleloquium veritatis incepit, sed non perfecit morte præuentus. Claruit anno Domini 1370.

* *Bertrandus* Pastoris, Tolosana vrbis Augustinianus quoq; scripsit in priora Aristotelis li. 2. In Topica eiusdem lib. 4. De triplici bono ecclesiæ lib. 3. Claruit anno D. 1390.

Bertrandus de Turre nobili, sermones Quadragesimales composuit. Volaterranus lib. 21. Vrb. comment. Item Expositionum & sermonum in Epistolas & Prophetias per totum annum volumina tria.

Bertrutij Bononiensis methodus cognoscendorum morborum tam particularium quam vniuersalium: impressa Moguntia anno Domini 1534. cum artificiali medicatione Christophori Heyl, &c. Forte est Alphonsi Bertutij Fanensis. Fertur autem huius Bertutij Pillularium, Collectorium medicinæ.

Beryllus Arabiæ Bostrenus episcopus, scripsit varia opuscula, & maxime epistolas, in quibus Origeni gratias agit: sed & Origenis ad eum literæ extant. Item dialogus Origenis & Berylli, in quo hæc

quo hæreseos coarguitur. Claruit autem sub Alexandro Mameæ filio, & Maximino & Gordiano, qui ei in imperio successerunt, anno 235.

Berzose de accentibus liber, in quo de ea profodiæ parte præcepta canonesq; copiose tractantur, excusus est Parisijs apud Morelium.

* *Befanus* Sicamborum rex, carmine futura prædixit ac scripsit lib. 1.

Bessarion, natione Græcus, ecclesiæ Romanæ Cardinalis Nicenus, & patriarcha Constantinopolitanus, scripsit aduersus Marcum episcopum Ephesinum, de Spiritu sancto more Græcorum male sentientem in concilio Florentino, insignis & præclarum opus, quod vocauit Confutationē. lib. 1. Super locum, Volo manere lib. 1. In philosophiæ Platonis laudem lib. 5. Laudes patriæ suæ lib. 2. Ad Græcorum Imp. consolationis lib. 3. Orationes & epistolas plures. In calumniatorem Platonis lib. 4. Librum in quo ex 12. libris Platonis de legibus quamplurima recitantur, quæ etiam in Latinum traducit: cum passim ostendit, quàm perperam tralata eadem fuerint à Georgio Trapezuntio: quod ijs, qui Græce discunt, existimamus adiumento fore non mediocri. De eucharistia librum. Ex Aristotele Metaphysicorum libros quatuordecim transtulit: item Theophrasti metaphysica, & lib. 4. Xenophontis de factis & dictis Socratis memoratu dignis. Scripsit etiam Græco sermone quædam, nempe ad Pletonem siue Gemistum, cuius discipulus fuit, de eo quod per se subsistit: & epistolas responsorias ad eundem. Claruit anno D. 1473. Huius opera excusa sunt apud Aldum Venetijs, Bessarionis laudationes 2. patriæ suæ Trapezuntis & Isthmi. Consolationes 3. ad Imperatorem Græcorum de vxoris obitu: Orationes de bello contra Turcas suscipiendo, & alia commemorantur in oratione quam de obitu eius Romæ habuit quidam non nominatus autor. Apologia contra obiecta Latinis G. m. habetur in bibliotheca regis Gallorum: sortè est autem confutatio Marci Ephesij.

Bethem quidam, Arabs, scripsit Centiloquiū, siue De consuetudinibus in astrorum iudicijs, & de horis planetarum. Item de significatione triplicitatum ortus. Opuscula excusa Venet. 1493. Et Basileæ à Ioan. Heruagio cum Iulio Firmico.

Betonis scripta citantur à Plinio, qui multa in librum sextum Naturalis historiæ ex eo transtulit. Vide Baron.

Betrandus Hispanus scripsit super Clemētinis.

* *Betus* Bononiensis scripsit De causa coniuncta, & quædam in Auicennam.

* *Beuincasus* Beuincasius, Perusinus, scripsit super titulum institutionum de Actionibus.

* *Beulanus* presbyter, Anglus, scripsit De Genealogijs gentium lib. 1. Claruit anno Domini 600. Baleus.

Bezutijs quidam scripsit super 2. ff. noui.

Bianoris epigrammata Græca quatuordecim extant in Florilegio Planudis: decem in primo libro: in secundo autem, tertio, & quarto, singula.

Bias Prieneus, Teutami filius, vnus è numero septem sapientum, scripsit de Ionia, qua nam ratione beata & florens esse possit, ad duo millia versuum, Laertius lib. 1.

Bibulus scripsit opusculum quoddam de gestis Bruti, cuius meminit Plutarchus in M. Bruto.

Bibaculus poeta à Charisio citatur.

* *Biceps* super 4. li. Sententiarum M. Dresseris.

Bilibaldus Birckheimerus, scripsit de vera Christi carne & vero eius sanguine, ad Ioannem Oecolampadium responsionem, excusam Norimbergæ apud Ioannem Petreium, anno 1526. Scripsit etiam de prisecorum numismatum ad Nurenbergensis monetę valorē, æstimatione, libellum: excudit Huldricus Morhardus Tubingæ, anno D. 1533. Item Germaniæ ex varijs authoribus per breuem explicationem, Francofurti apud Egenolphum, anno D. 1532. cum Gerardi Nouiomagij historijs Germaniæ inferioris, & Vitebergæ anno 1571. Xenophontis lib. 7. rerum Græcarum, Latinitate donauit. Habentur cum Latinis operibus Xenophontis, quæ Cratander Basileæ impressit, 1534. Greg. Nazianzeni libellum de officio episcopi Latinū fecit. Eiusdem orationes 30. vertit, à Frobenio & Heruagio excusas Basileæ. Ex Plutarcho transtulit opusculum, De ijs qui à Deo sero puniuntur: & aliud, Quod nõ oporteat mutuari. Primum librum Geographiæ Cl. Ptolemæi Latinitate donatum, commentariolo insuper illustrauit. Henricus Petrus Basileæ cum integro opere Ptolemæi impressit. Scripsit præterea de ratione conscribendæ historiæ, Defensionem Podagræ impressam Argentinę 1570. Et ex Græco traduxit quosdam dialogos falso Platonis inscriptos.

* *Bilibaldus* Ramsbæccius, Viteissenburgensis, Noricus, edidit orationem quę continet querelā de lamentabili statu ecclesiæ & Reipub. & vicissim consolationem, Vitebergæ 1555. in 8. Adiecta est epistola plena piæ doctrinæ & salutarium consolationū quam Ph. Melanchton suo & theologorum in Misnia nomine, misit ad pios pastores qui in vicina ora Bohemiæ & Lusatiæ in exilium pulsi sunt.

* *Bilius* Armonicanus, Leuita, homo castigatæ eloquentiæ, cum fidei, scripsit vitam S. Machuti vel Maclouij Britannici lib. 1.

* *Bion* Abderites, ex Democriti familia, mathematicus, Attice scripsit & Ionice. Hic primus dixit regiones quasdam esse vbi esset sex mensium dies, & totidem nox. Laertius.

* *Bion* Boristhenites, philosophus, complura reliquisse commētaria à Laertio refertur, quorum hodie ne tituli quidem extant.

* *Bion* Proconnessius Pherecidi Syro contemporeneus, cuius 2. lib. suo tempore extitisse Laertius refert.

Bion Solensis scripsit Aethiopica teste Laertio. Citatur à Plutarcho in vita Thesei, & à Plin. 5. 8. 15. 17. & 18. libris Naturalis historiæ.

* *Bion* Syracusanus artes Rhetoricas conscripsit. Laertius.

* *Bion* rhetoricus, cuius feruntur libri nouem Musarum inscripti. Idem.

* *Bion* Lyricus poeta. Idem.

* *Bion* alius poeta Tragicus ex his qui Tarsici dicuntur. Laertius.

* *Bionis* & Moschi ad vna Græcolatina hætenus non edita: pollicetur index officinæ Goltzianæ;

Bisantini cuiusdam epigrammata 2. in primo libro Florilegij Græci.

Bisignetus scripsit de dubijs Rotæ.

Bithynij epistola ad Ciceronem, extat libro sexto familiarium epistolarum Ciceronis.

* Bitonis fabrica bellicorum instrumentorum, manuscripta seruat in quibusdam Italiæ bibliothecis.

Bladudus Magus, Briannorum rex, scripsit de Magia mathematica libros plures. Claruit à condito mundo anno 3111. ante Christum autem 852.

* Blasius poeta *στυφολογίας* Capreates ex Capriene insula Italiæ. Stephanus. Eius *μυστήριος* & Saturnus citantur ab Athenæo.

* Blaincothus Britannus scripsit in libros Sententiarum commentariorum lib. 4. Baleus.

Blancus Cerutus quidam declamationes scripsit.

Blasius Andernarius, natione Gallus, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, scripsit super Sententias lib. 4. Quæstiones & collationes lib. 1.

Blasij Astarij, Papiensis medici opusculum De curandis febribus, ad Aben Hali super primam quarti traditum, impressum Lugduni 532. & Basileæ apud Henricum Petrum, cum Clementij Clementini operibus.

Blasius Hollerius, Vinariensis medicus, scripsit annotationes in Hippocratis iusiurandum, impressas ab Oporino osternione vno. Eiusdem morborum curandorum brevis institutio, medicis & chirurgis utilisima iuxta Galeni potissimum sententiam, excusa est Basileæ à Brilingero anno D. 1556.

* Blasij de Murcono Glossæ super constitutionibus regni Siciliæ. Eiusdem singularia & cautela.

* Blasius Pelacanis à Parma, reliquit subtilissimas quæstiones in Astronomia & optica. Docuit Ticini sub Ioanne Galeatio Insuabrum duce. Ionius.

Blasij Villafrancæ, Hispani, methodus refrigerandi ex vocato sale nitro vinum aquamque, &c. Cui accedunt varia rerum naturalium problemata, excusa Venetijs circa annum D. 1553.

* Blegabridus Languaridus, Britannus, ex Cambria oriundus, Houuelli Cambrorum regis ordinationes varias in Reipublicæ commodum factas in vnum collegit, ad formam reduxit, ac Latinas fecit. Cui operi titulum indidit, Leges Houuelli regis. Fertur & alia quædam selegisse & in locos communes disposuisse. Claruit anno Christi 914. Baleus.

Blegabridus Syllius, scripsit diuersorum carminum librum vnum. Claruit circa annum formati Adami 3830. Ante Christum verò 133.

Blemmidæ nomen Nicephoro aliàs postponitur, aliàs præponitur, aliàs solum reperitur, mihi semper postponendum videtur, utpote cognomen Nicephori, de quo infra.

Blondus Flavius, Forliuensis, Eugenij pontificis quarti secretarius, scripsit Decades. De gestis Romanorum lib. 31. vel Decades tres, De Roma triumphante lib. 10. De Roma instaurata lib. 3. De Italia illustrata lib. 8. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Orationes varias lib. 1. & alia complura, impressa Basileæ in officina Frobeniana, multo

quàm ante castigatus, anno 1531. Claruit anno Domini 1435.

* Blosius Palladius, poeta elegans, multa carmine & soluta oratione scripsisse fertur. Quædam eius carmina Iouij elogijs addita sunt.

Bochus citatur à Plinio, qui ex eo in librum de cimumsexto Naturalis historiæ multa se transfuisse fatetur. Edidit autem historiarum libros teste Seruio.

Boemorum de quatuor portis inferi liber, id est, de quatuor articulis quos vsque ad mortem inclusit defendere volunt, ad Sigismundum electum regem Boemiæ. Articulus 1. ut verbum Dei per regnum Boemiæ liberè & sine impedimento à sacerdotibus prædicetur. II. Ut sacramentum diuinæ Eucharistiæ sub vtraque specie, panis scilicet & vini, omnibus Christi fidelibus libere administraretur. III. Ut dominium seculari re quod supra bona temporalia clerus occupat, contra præceptum Christi, in præiudicium sui officij, & damnum brachij secularis, ab ipso auferatur, & clerus ad regulam Euangelicam & Apostolicam, quæ Christus vixit cum suis Apostolis, reducat. IIII. Ut omnes inordinationes legi Dei contrariæ, in quolibet statu vitæ, per eos ad quos spectat, prohibeantur, & destruantur.

* Boderius de ratione & vsu dierum criticorum, Parisijs anno 1555.

* Boeck super quinque libros Decretalium distinctiones. M. Dresserus.

* Boetij Eponis Rordalinsani, De honorum Academicorum vsu & progressu in 8.

* Boethus inter Parodos numeratur ab Athenæo vna cum Eubæo & Hipponacte.

Boethus Tarsensis, malus poeta, carmen scripsit in victoriam Augusti & Antonij in Philippis habitam. De eo multa Strabo lib. 14.

Boethi hexastichon in primo libro Anthologij Græce legitur.

Boethus Ornithogoniam scripsit, cuius lucubrations citantur apud Plinium, qui in libro decimo Naturalis historiæ multa ex eius lucubrationibus transfudit. Hunc Boemum nominat Antonius Liberalis.

* Bolus Democritus philosophus, Historiam scripsit, & Artem medicam, quæ adiumenta naturalia continet. Suidas.

Bolus Mendesius Pythagoricus, scripsit De ijs qui nos lectione historiarum ad scientiam perduxerunt. De rebus mirabilibus. Naturalia bipertita: continet autem consensiones & repugnantias gemarum ordine alphabetico. De signis ex Sole & Luna, & vrsa, & lucerna, & arcu cælesti. Suidas.

Bonagarsus Pistoriensis I. C. & suæ ætatis orator clarissimus, scripsit de nobilitate vera opusculum.

Bonaguida Arcetinus, vir in vtroque iure doctissimus, scripsit introductorium aduocatorum lib. 2. Margaritam iuris lib. 1. Declarationes variarum causarum.

Bonauentura, vide Eustachius, qui & Bonauentura de Balneo regio.

* Bonauentura Brocardi Palestina: Parisijs apud Poncetum. Le Preux, Puto hunc esse Brocardum monachum.

Bonaventura Castillioneus, scripsit Gallorum Insulbrum antiquas sedes. Liber impressus Mediolani apud Ioan. Antonium Castillioneum, anno 1541.

Bonaventura Parauinus, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones De sanctis lib. 1. & alia quaedam in libros sententiarum Petri Lombardi, tractatus 4. excusi tomis 4. Vitam Christi, vel Meditationes deuotæ in vitam Christi, opus diuisum in capita 95. impressum. Eiusdem speculum Mariæ excusum Augustæ per Antonium Sorg, anno Domini 1476. Idem scripsit Ternarium, seu primum bonum de regimine conscientie. Item Breuiloquium ubi procedit subtilissimo modo Theologico à prima causa ad suos effectus, sicut cõtra philosophica deductio progreditur ab effectibus ad Deum benedictum. M. Dresserus.

* **Bonaventura** Pistophilus Alphonso duci Ferrariæ ab epistolis, carmine & soluta oratione nõ nulla scripsit.

* **Bonellus** in Turba, inter Chymicos citatur ab Hortulano.

Bonetius quidam iurisperitus, scripsit De probationibus. Liber impressus.

Boneti Iudæi annulus, instrumentum astronomicum. Libellus Marpurgi exiuit anno Domini 1537.

* **Bongarsoni** titulo liber est de Conceptione formularum siue de modo dictandi, qui in quibusdam bibliothecis scriptus extat.

Bonicontrius. Vide Laurentius Boni.

Bonifacius Amerbachius Basiliensis I. C. scripsit epistolam de vrbe Basileæ, insertam Cosmographiæ Sebastiani Munsteri. Præterea commentationes *περί των εναντιων των εναντιων*. Item *περί των εναντιων των εναντιων*, quas aliquando Deo volente publicabit.

Bonifacij epistolæ 8. ad D. Augustinum, inter Augustini epistolas impressæ leguntur, his numeris: 183. 186. 188. 190. 191. 193. 195. 197.

Bonifacius Papa primus, scripsit Epistolarum decretalium lib. 1. Huius etiam decreta legimus in volumine Conciliorum impresso Coloniae. Claruit anno 422. Bonifacij tractatus decretalis, ubi dispensatur cum fratribus sanctorum Dominici & Francisci, ad prædicandum & confratres audiendum.

Bonifacius Papa octauus, natione Campanus, Benedictus ante vocatus, composuit per tres eruditissimos in iure viros, Nouas constitutiones, quas appellari voluit Sextum decretalium lib. 1. Epistolas plures ad diuersos lib. 1. Floruit anno Domini 1303.

* **Bonifacij** Martyris sermones manuscriptos seruat D. Gilbertus Cognatus.

* **Boni** Lombardi Ferrariensis physici, Introductio in diuinam Chymicæ artem. Basileæ 1572, apud P. Pernam.

Bonifacius Ferrarius de Valentia, natione Cathalanus, ordinis Carthusiensis, scripsit tractatũ, cur in ordine Carthusiensis pauci canonizati sint, & miracula publice non faciant, ad Bonifacium eiusdem ordinis lib. 1. De approbatione ordinis lib. 1. Epistolas quasdam, & alia multa. Vixit anno 1420.

Bonifacius de Mantua, De maleficijs scripsit. Liber impressus.

Bonifacius archiepiscopus Moguntinus, natione Scotus, monachus ordinis sancti Benedicti, scripsit Epistolarum ad diuersos lib. 1. Vitã quorundam sanctorum, lib. 1. Floruit anno D. 755.

Bonifacius Symoneta scripsit librum de Christianæ fidei, & Romanorum Pontificum persecutionibus, impressum Basileæ in folio.

Bonifacij de Vinalinis commenarij extant super Clementinis: & Disputatio, qui casus requirant speciale mand. Et Practica criminalis.

Bonifacius Vuaneffridus monachus Circeæstrensis, scripsit de sua fide & doctrina lib. 1. De religione sanctitatis. Pro rebus ecclesiæ, Instituta synodalia. De suis in Germania laboribus. Ad Echelbaldum Danorum regem lib. 1. Vitam Liuii martyris. Vitas aliorum sanctorum. De fidei vnitate lib. 1. Contra hæreticos lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno D. 750.

* **Bonincontius** Bononiensis Io. Andreæ F. De accusationibus & inquisitionibus. De appellationibus. De casibus in quibus iudex secularis in clericos manus imponere non potest: seu De priuilegio clericorum, & immunitate ecclesiarum. Bonincontij Summa de quatuor modis procedendi super criminibus. Manuscripta apud M. Dresserum.

* **Bonsettus** de ratione medendi. Videndum an sit Ferdinandi Ponzetti qui de uenenis scripsit.

* **Borgnini** Caualcanti tractatus de tutore, & curatore, & de usufructu mulieri relicto. Florentiæ 1571. octauo: & Francofurti 1572. quarto.

Boninus de Boninis scripsit libros quatuor de Papatu.

Boninus Mombrius patricius Mediolanensis Hesiodi Theogoniam vertit eodem genere carminis. Oporinus impressit Basileæ cum Hesiodo Græco. Idem (ni fallor) scripsit libros sex De passione Domini.

Bonominus Bergomensis medicus, scripsit De uenenis lib. 1. Quæstionum diuersarum lib. 1. & alia multa. Claruit temporibus Caroli imperatoris & Clementis Papæ V I. anno Christi 1301, vel vt alij, 1350.

Bonus Accursius Pisanus, Adipem elegantianum ex Laurentij Vallæ libris studiosissime collegit. Opus impressum Coloniae apud Ceruicorum, anno 1527. Idem scripsit De sacerdotio Christi lib. 1. pro Ioanne Cristono qui Lexicon Græcum edidit, lib. 1. Et epistolas.

Bonus de Curtilli I. C. scripsit de nobilitate.

Bonus quidam qui coætaneus Lulli fuit, scripsit De Alchymia.

Bonus Maurus quaedam de architectura scripsit.

* **Bornij** Salæ de patientia & ad mortem præparatione liber, in bibliotheca Sambuci.

Bocchinus de Codega, scripsit quaedam super Decretalibus.

Bostanus Cremonensis I. C. nonnihil edidisse fertur.

Bosonis de libero arbitrio librum ad Ludouicũ I. imperatorẽ Ro. habet Viennæ Austriæ Vuolfgangus Lazius, nondum typis excusum.

* **Bostonus** Burienensis, Anglus, ad Eadmundi fa-

num monachus, Angliam vniuersam circum-
 uisit & omnes monasteriorum bibliothecas inui-
 sit, ac librorum titulos collegit, authorum aeta-
 tes, vitas, operum initia adiunxit, & in quib. cœ-
 nobijs inuenienda essent demonstrauit, opus
 hoc inscripsit, Catalogum scriptorum ecclesiæ.
 Scripsit etiam Speculum cœnobarum libr. 3. in
 quo ostendit monachorum initia & progressus.
 Item De rebus cœnobarum sui libr. 1. Atque alia non-
 nulla edidit. Claruit anno Christi 1410. Baleus.

Boislaus de Hassenstein, baro Boemicus, vir no-
 bilis, scripsit Opus præclarum de Germanorum
 & Italorum inuentis proprijs libr. 1. Carminum
 quoque libr. 1. Epistolas varias. De auaritia libel-
 lum prosa oratione. Ad Vladislauum Pannoniæ
 & Boemiæ regem consolationem in funere An-
 næ reginæ, carmine. De suis peregrinationibus
 Europæis & Asianis elegiam. Hortationem ad
 Christianos reges de mouendo in Turcas bello,
 graui & erudito carmine, impressam Lipsiæ. Far-
 rago poematum eius edita est Pragæ 1570. per
 Thomam Mitem. Floruit anno Domini 1494.

Brabianus sub imperatore Seuero edidit quæ-
 dam opuscula, ad Christianum dogma perti-
 nentia.

* **Braimhanus** Anglus, Oxonij magister, scripsit
 super Physica Aristotelis libr. 8.

* **Brando**, Monachus Dunensis, Cisterciensis or-
 dinis, scripsit minuta Chronicorum, libr. 1.

* **Brendanus** abbas, ex occidentali Hybernæ re-
 gione natus, scripsit librum De legibus & obser-
 uationibus monachorum. Claruit anno Domi-
 ni 560.

Brenlalius cognomento Britannus, astrologus
 præclarus, scripsit libros plures De astrologorū
 prænotionibus. Claruit anno Domini 1344.

* **Briamus** Tucka, illustris generis eques auras-
 tus, Anglus, scripsit Chronicon quoddam, libr. 1.
 in quo Polydorum Vergilium accusat quod in
 multis labefactarit patriæ suæ gesta. Chaucerum
 quoque elucidauit, libr. 1. Claruit anno Domini
 1540. Baleus.

* **Brikmorus** Sophista, Anglus, scripsit in Elen-
 chos Aristotelis, libr. 2. In Topica eiusdem, libr. 4.
 In priora Analytica, libr. 2. & totidem in Postero-
 ra Analytica. Baleus.

* **Bridfertus** Ramesiensis, doctor & monachus
 Abboni Floriacensi familiaris, scripsit De prin-
 cipijs mathematicis, libr. 1. Scholia in Bedam de
 temporibus, libr. 1. In eundem de natura, libr. 1. De
 institutione monachorum libr. 1. & alia nonnul-
 la. Claruit anno 980. Baleus. Scholia in Bedam
 Basileæ cum operibus Bedæ impressa sunt.

Brigida Laginensis, Scota natione, Reuelatio-
 num suarum scripsit libros 12. obscurissimos. Cla-
 ruit apud Scotos, anno Domini 518. Eius Reue-
 lationes impressæ Germanica lingua Dillingæ
 1569. in 8.

* **Brinkeley** minorita, Anglus, antiquus do-
 ctor, ac Sophista, scripsit distinctiones Theolo-
 gicas libr. 1. Lecturam Sententiarum. libr. 4. Deter-
 minationes libr. 1.

Brissonis dialectica, à Georgio Valla opinor ex
 Græco traducta.

* **Brithuualdus** Glasconius, ordinis Apostolici

abbas, scripsit, De Eueshamensis cœnobij origi-
 ne, libr. 1. Vitam Egiuini Vuecciorum pontifi-
 cis, libr. 1. Vixit anno Christi 731. Baleus.

* **Brito**, Monachus Nordouicensis, Anglus, ac
 tandem episcopus Roffensis, scripsit in eo cœno-
 bio, Sermones solennes libr. 1. & alia.

* **Brocardus** patria Hierosolymitanus, Palæsti-
 norum doctor Hebræus ac latine peritus, Eremita
 montis Carmeli, latine scripsit Cañonem sui
 ordinis, libr. 1. Statuta in Carmelo, libr. 1. Exhorta-
 tiones pias, libr. 1. atque alia.

Brocardus Alemānus, professione Dominica-
 nus, Palestinam fidelissimè descripsit iuxta xij
 ventorum dispositionem, ediditque Itinerarium
 terræ sanctæ, libr. 1. Locorum eiusdem descriptio-
 nem libr. 1. Summam iuris, libr. 1. & alia.

Brocardi Annales de Friderici primi in terra
 sancta rebus gestis, habet Vuolfgangus Lazius
 medicus & historicus Viennensis.

Brudi Lusitani medici de ratione victus in fe-
 bribus secundum Hippocratem in genere & si-
 gillatim libri 3. excusi sunt Venetijs anno Domi-
 ni 1544. osterionibus 21. & longe quàm antea
 castigiores, Tiguri apud Gesneros fratres in 8.
 anno Domini 1554. cum alijs in enchiridio rei
 medicæ.

Brunonis epistola ad Carthusienses.

* **Bruno** ac **Basilius Amerbachij**, Basilienses, ac
 fratres germani, scripserunt in Diui Aurelij Au-
 gustini opera præfationem doctissimam, quæ to-
 mo operum eius quinto præfixa est.

Bruno monachus quidam scripsit de bello Sac-
 xonico.

Bruno episcopus Herbipolensis, Conradi Im-
 peratoris secundi patruelis, comportauit ex anti-
 quorum patrum scriptis pulchram expositionē
 in totum Psalterium, libr. 1. Claruit anno 1045. hu-
 ius opera theologica in Italia excusa sunt. Alibi
 lego in catalogis, Brunonis commentarios in e-
 pistolas Pauli impressos, item in Psalterium: opi-
 nor autem Brunonis Herbipolensis esse. Bruno-
 nis huius commentarij breues in cantica Esaiæ,
 Dauidis, Ezechiae, Annæ, Moisis, Abacuce ex te-
 stamento veteri, item ex nouo testamento in or-
 rationes Zachariæ, Mariæ, Simeonis & in oratio-
 nem dominicam, in symbola apostolorum, Am-
 brosiij, Athanasij annotationes, impressæ sunt cū
 eius Psalterio per Antonium Koburger anno
 Domini 1494.

Bruno archiepiscopus Ruthenorum, natione
 Italus, scripsit in Genesim libr. 2. & quædam alia.
 Vixit anno 1008.

Brunonis Seidelij Querfurdensis Poematum
 libri septem: videlicet Elegiarum libr. 2. Odarum
 libr. 3. Idylliorum libr. 1. Epigrammatum libr. 1. Ba-
 silæ Oporinus 1554. in octauo. Eiusdem de vsu
 tato vrinarum apud medicos iudicio liber. Erd-
 fordix anno 1571.

Brunonis de Vualtershusen officij Missæ sacriæ
 quæ canonis expositio, in Lipsensī vniuersitate
 edita.

Bruni Longoburgensis chirurgica magna &
 parua Opuscula impressa cum chirurgicis libris
 Guidonis de Caul. & aliorum, Venetijs anno
 1499. Claruit anno 1008.

*de Amerbachij
 Patre et Filij
 rot. 1. 2. Ep. 1. p. 67.*

Brutus Julius Dardanius, Aeneae Troij magni Latinorū regis ex Julio Syluio & Lauinia nepte pronepos, Græco sermone scripsit ad Pandrasum regem epistolas, item ad Troianorū profugos legum Britannicarum lib. 1. Claruit à creatione mundi anno 2860. ante Christum autem 1103.

Brutius historicus, vir sua ætate eruditus, ab Eusebio Cesarienti pro rebus Christianorum citatur testis.

* **Bryon** rudimenta scripsit artis militaris vt Aelianus refert.

Bubyker Helcani tomus, idest Continens Rasis in duobus voluminibus, Brixia 1486.

Buccij Aenicolæ Eutopa lamentans & Transilvania, impressa ab Oporino in 8.

Buhahlyha Byngezla Arabs scripsit Tacuinosa ægritudinum & morborum fermē omniū corporis humani cum cura eorundem, impressos Argentorati apud Ioannem Schöttum anno Domini 1532. in folio, chartis 37. Floruit sub Carolo primo.

Bulcasis liber De præparationibus medicamentorum. Vide Albucaasum supra.

Bulgarinus de Bulgarinis 1. C. scripsit, super 1. Infortiati, Solutio matrimonio &c. Super ff. no ui De verb. oblig. Super primam C. De pactis. 1. petens. Super 2. C. Qui adm. ad. bo. pos. Disputationem, incipientem, Sempronius condidit testamentum.

Bulgario quidam adscribunt commentaria in epistolas Pauli, sub Athanasij nomine excusa, cū ea sint Theophylacti Bulgariae episcopi.

Bundiuca Bellatrix, heroici spiritus fœmina Britannica, scripsit ad vrbium & prouinciarum municipes pro excutiendo Romanorum iugo epistolas plures ac doctissimas, & alia. Floruit anno Domini 70.

Burchardus Anuilenis, Alfatius eques, scripsit carmen de victoria Sigismundi Austriae ducis, contra Robertum Sansseuerinatem Veneti exercitus ductorem.

Burchardus Dorcestrius, descripsit Fremundi occidentalium Anglorum reguli vitam, & alia multa, quæ tamen non extant hodie. Floruit anno Domini 870.

Burchardi Mithobij Stereometria, ars docens certas dimensiones corporum ratione mathematica, ac Virga stereometrica cum dimenso æquatorioque desuper affabre confectis, Liber excusus Francoforti, 1544. Eiusdem compositio anulī Astronomici, excusa est cum Ioannis Driandri libro de annulis astronomicis, Francofordiæ in 4. Eiusdem libellus Germanicus de quodā fonte in Spiegelberg maximarum virtutum.

Burchardi Pyladis Brixiani de genealogijs deorum lib. 5. elegiacis versibus conscripti, impressi sunt Basileæ ab Oporino, cum Hesiodo.

Burchardus episcopus Vuormaciensis, scripsit ex sententijs sanctorum patrum & generalium conciliorum atque summorum Pontificum, magnū & insigne opus post Isidorum, videlicet Decretorum lib. 20. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno Domini 1020. Decretorum eius lib. 20. de varijs consilijs, excusi sunt Colonia anno

Domini 1548. à Melchiore Nouesiano. Postea etiam Lutetia in octauo apud Ioan. Petit & Foucherum. In Iureconsultorum indice scribitur Bruccardum Lambiensem librum Decretorum scripsisse: quem eundem esse puto.

Burgundio Pisanus Friderici Imperatoris præfectus, vertit lib. 8. Gregorij Nissenii, de Philosophia vel de homine.

Burleus quidam scripsit commentarios super Aristotelis De natura libros, ac de moribus. Item super arte veteri, nimirum Lullij Hispani. Excusi sunt Venetijs.

Buslidij cuiusdam carmina leguntur in libro epigrammatum scholæ Christianæ Basileæ impresso.

Butas poeta & historicus, scripsit elegis de Romanorum rebus gestis, cuius scripta vt fabulosa reprehendit Plutarchus in vita Romuli.

C

Cabasilas, quædam Græce scripsit, de quibus in Nicolao Cabasila: opinor enim eundem esse authorem, quanquam aliquoties sine prænomine legerim, & alicubi Caliasilas.

Cadmus Milesius paulo post Orpheū scripsit historias Mileti ac totius Ioniae, vt author est Suidas. Hunc Plinius ait primum profam orationem inuenisse.

Cadmus Milesius alius ab hoc (vt plerisque videtur) scripsit de soluendis amoribus libros. 14. & historiae Atticæ 16. lib. teste Suida.

* **Caddus** historiographus citatur à Suida, qui quandam historiam de Leone I. Imperatore ex illo recenser.

* **Cadocus** Ventolugius nobilis, Ventolugia diuisione paterna relicta Morganiam petijt, & in loco ibidem amœno monasterium apostolici ordinis erexit. Hunc ferunt authores contra quosdam eius temporis Epicureos, ad Gildam scripsisse, De vita animæ, epist. 1. & alia, claruit anno 570. Baleus.

* **Caducanus** Britannus genere, Baugorensis episcopus, rerum theologicarum peritissimus, edidit Speculum Christianorum lib. 1. Homiliarū opus lib. 1. & alia quædam. Obijt anno Domini 1125. Baleus.

* **Cæciliani** Minutiani Apulei fragmenta citantur à Cælio Rhodigino. Idem scribit extare Cæcilij Minutiani libellum de Orthographia, insigne tamen mutilatum decurtatumque, ac profusus vetustatis & incuriæ vulneribus confossum.

Cæcilij quidam, & aliquot alij coepiscopi apud Cyprianum lib. 1. scripserunt epistolas, secūdam, 11. & 12.

Cæcilij à Bilta verba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Cæcilij Bion scripsit *scripti diuinae op.*

* **Cæcilij** orator à *ano raris auctus*, scripsit historiā quæ citatur ab Athenæo lib. 11. Eiusdem libri De bello seruili ab eodem citantur lib. 6.

* **Cæcilij** quidam de figuris citatur à Castore Rhodio de numeris oratorijs.

Cæcilij Staius poeta comicus scripsit *Aca*

schynum, Amphitryonem, Andriam, Aſotum; *Ἰωνία*, Dardanum, Exulē, Fallaciam, Fœnerator-rem, Harpazomenon, Hephæſtionem, Hymni- dem, Hypobolimæum, Molitricem, Nauclerum, Acontizomenen quæ mendose Notonicafſio in ſcribitur, Oboloſtaten, Pauſimachum, Philume- nam, Plocium, Progamum, Subdititium, quæ e- dem videtur cum Hypobolymæo, Synophebos, Symbolum, Synariſtoſas, Syracuſios vel Syracu- ſias, Titthen, Triumphum, Venatorē, Umbros. Præter has à Nonio citatas Feſtus nominat Ae- thrionē Androginum Carinen, Dauum, Epif- tam, Pugilem, & Triumphum. Hūc Cicero ad Atticū malum Latinitatis authorem vocat, ar- cōtrā Volcatius palmā inter Comicos ei tribuit.

Cæcilius Cyprianus eccleſiæ Carthaginenſis in Africa epifcopus, qui alio nomine Thafcius di- ctus eſt, Latino ſermone ſcripfit De gratia Dei li. 1. Contra Demetrianū lib. 1. De pietate et eleemo- ſyna lib. 1. De laude martyrij lib. 1. De zelo & li- uore lib. 1. De bono patientiæ lib. 1. De mortali- tate lib. 1. De Virginitate lib. 1. De lapſis lib. 1. De ſacramento calicis lib. 1. De vnitrate eccleſiæ lib. 1. De oratione dominica lib. 1. De vanitate idolorū lib. 1. De vita Clericorum lib. 1. De duobus mon- tibus lib. 1. ad Antonianum de Nouato lib. 1. De Iudæis ad Quirinum lib. 2. Ad Cornelium Papā epifto- las 8. De aleatoribus li. 1. Ad Iulianum ami- cum ſuum lib. 1. Epifto- larum ad diuerſos lib. 4. Eius opera ex emendatione Eraſmi Rot. excuſa ſunt Baſileæ apud Frobenium anno 1520. Videli- cet Epifto- larum lib. 4. Tractatus contra Deme- trium, De habitu, diſciplina & conuerſatione vir- ginum. Sermones ſex. Ad Fortunatum de exhor- tatione martyrij. Aduerſus Iudæos lib. 2. De præ- ceptis Dominicis. Ad Iubaianum epifto- la de hæ- reticis baptizandis. Ad Pompeium contra epifto- lam Stephani. Ad Guarinum De ſchiſmaticis baptizandis. Sententiæ breues epifcoporum, martyrum, confefforum, &c. 85. Adiuncta ſunt etiam huic editioni quæ Eraſmi Rot. iudicio fal- ſo Cypriano aſcripta ſunt, utpote, Tractatus De Sina & Sion montibus, De reuelatione capitis beati Ioannis Baptiſtæ, Expoſitio in Symbolum apoſtolorum, Libellus de ſingularitate clero- rum, De Cardinalibus operibus Chriſti, De lau- de martyrij, De diſciplina & bono pudicitia libellus: Ad Nouatianū hæreticum, Quod lapſis ſpes veniæ non ſit deneganda: Oratio ad Deum, alia oratio quam D. Cyprianus ſub die paſſionis ſuæ dixit, Sermo S. Auguſtini de S. Cypriano martyre. Eadem Gryphius excudit Lugduni an- no 1528. Eadem etiam opera cum acceſſione li- belli De martyrio duplici, & annotationibus Hen. Grauij Colonia excuſa ſunt anno Domini 1544. Epifto- læ autem eius ſeorsim alibi excuſæ ſunt. Floruit ſub Valeriano & Galieno principi- bus, anno Domini 249. Cypriani libri carmi- ne ſcripti, Geneſis, Sodoma, & De ligno vitæ, im- preſſi ſunt Baſileæ cum reliquis veterum poeta- rum Chriſtianorum operibus à G. Fabricio em- datis. Omnia autem eius opera recognita à Ja- cobo Pamelio annotationibus toti operi ſpar- ſim interiectis, Antuerpiæ anno D. 1568. Eadem opera breui recognita, & annotationibus illu-

ſtrata à N. Gallatio edentur, volente Domino.

* *Cæcilius* Gallus de ſignificatione verberum quæ ad ius ciuile pertinent, citatur à Gellio lib. 17. Verum locus eſt mendofus & Aelius Gallus legi debet.

* *Cæcilius* Sabinus De edicto ædiliū curuli- um citatur à Gellio lib. 4. cap. 2. Idem Cælium Sabinum Iuriſperitum citat lib. 7. cap. 4.

Cæcilius Argiuus verſificator, ſcripfit libr. De piſcibus. Suidas. Ab Athenæo Cælus nomi- natur, in quibusdam Suidæ exemplaribus Cæ- cilius.

Cæcilius Siculus Callantianus rhetor, ſcripfit Eclogam vocabulorum literarum ordine, quæ Suidæ Lexico accreuit, quod inſcriptio indicat. Scripfit etiam comparationem Demofthenis & Cicconis. Floruit ſub Auguſto Cæſare, ad Haz- drianum uſque.

Cæleſtini Papæ decreta, extant in volumine Concilioſum cum reliquis Pontificum decretis: item cum Clementis recognitionibus.

Cælij Antipatri hiftorici meminit Cicero in 2. de oratore: & in oratore ad M. Brutum refert L. Cælium Antipatrum bellum Punicum ad Læ- lium ſcripſiſſe. Idem à Charifio & Plinio ci- tatur.

Cælij Apicij de re coquinaria ſiue culinaria li- bri 10. excuſi olim Venetijs, deinde Baſileæ ex ca- ſtigatione Albani Torini medici, anno 1541. vnā cum Platina Cremonenſis de tuenda valeudine libris 10. & eodem anno Lugduni apud Gryphi- um. Poſtremò Tiguri apud Froſchouerum, an- no 1542. à Gabriele Humelbergio medico caſti- gati, & annotationibus illuſtrati. Hermolaus refert Apicium de piſcibus librum ſcripſiſſe, quē Halieumſim appellarit. Porro Cælij Apicij liber nonus Thalaſſa mare, decimus verò Halieus pi- ſcator inſcribitur. Ab hoc Apicio diuerſus eſt M. Apicius qui Tiberij ætate vixit, cuius Plin- ius meminit: & Apicius opſophagus cognomi- natus, qui ſub Traiano vixit.

* *Cælij* Auguſtini Curionis Sarracenicę hifto- riæ libri tres, impreſſi Baſileæ in folio, & Fran- cofurti in 8. anno 1568.

Cælij Aureliani Siccenſis liber De morbis acu- tis, impreſſus Pariſijs apud Colinæum. Eiuſdem Chronion, id eſt, tardarum paſſionum libri quin- que, excuſi Baſileæ apud Henricum Petrum an- no Domini 1529.

Cælij Calcagnini opera, excuſa Baſileæ in offi- cina Frobeniana, anno 1544. quorum hic elen- chus eſt: Epifto- licarum quæſtionum, & epifto- larum familiarium lib. 16. Iudicium vocalium. De rebus Aegyptiacis commentatio. Diſquiſitiones altquot in libros Officiorum Cicconis. De imi- tatione commentatio De iudicijs liber. De Talo- rum, teſſerarum, & calculorum ludis. De re nau- tica. Quod ſtudia ſunt moderanda. Ne quis ſe à ſua vmbra vinci ſinat. De verborum & rerum ſi- gnificatione commentatio. Colleſtanea vetuſta- tis. Quod cælum ſtet, terra moueatur, commen- tatio. De libero animi motu. De vita aulica. En- comium Pulicis. De concordia, De calumnia, De ſalute ac recta valeudine. Paraphraſis trium librorum Meteororum Ariſtotelis, De mutuo amore

amore. Compendium rhetoricæ. Paraphrasis in primum librum Ethicorum Aristotelis, paraphrasis in Politica Aristotelis, paraphrasis in cōmentationē de sensu & sensibili Aristotelis, quod Stoici dicunt magis fabulosa quā poeætæ. De strio, cedro & citro commentatio, in Venetæ clāsis expugnationē, descriptio silentij, de Trinitate & sapientia diuina sermo per ipsum auctorem in cathedrali ecclesia Agriensi publice habitus: in sacramentum Eucharistiæ sermo, per ipsum auctorem ibidem habitus, compendium Magiæ, in funere Beatricis reginæ Hungariæ oratio, in funere Herculis Strozæ oratio, in funere Hippolyti primi Cardinalis Estensis oratio in cæpta, in funere Antonij Constabilis oratio, in funere Alphonfi primi, ducis Ferrariæ tertij oratio, pro Alphonso primo, duce Ferrariæ tertio, orationes duæ. Ad Leonem Papam X. pro Hercule secundo, duce Ferrariæ quarto, oratio, pro oratoribus Faentinis, pro eisdem. Pro Alfonso primo, duce Ferrariæ tertio. Ad Iulium II. in laudem iurispræciæ orationes duæ, in solennitatibus Epiphaniæ orationes tres, pro promotore doctore oratio in collegio habitæ, encomion attium liberalium. in doctoratu Ruben Hebræi, oratio. pro amico doctore in patriam redeunte, qui insignia doctoratus acceperat, oratio. Dialogi: Equitatio, De memoria, Galatea, Melone, Proteus, Rex Albanæ, Alexander, Piora, de mensibus. Apologi. Linæxon, somatia, personati, obligatio, gigantes, super inscitia, absentia. Apologorum liber ad Ioan. Hieronymum Monferratum, oratorum lib. 1. quædam dicta moralia. Panegyricus pro Calcagnino Protonotario apostolico. Eiusdem carminum libri 3. excusi sunt Venetijs à Vincentio Valgrifio, anno Domini 1553. cum Ioan. Baptistæ Pignæ & Ludouici Areosti carminibus. Præterea in epistolis testatur se veruisse Ori hieroglyphica, collegisse epitomam Dionis, & libellum conscripsisse de appellationibus rei curulis, quæ an edita sint ignoramus.

Cælius Horatius Curio C. S. C. filius, Marsilij Andreasi Mantuani de amplitudine misericordiæ Dei orationem, & Bernardini Ochini aliquot sermones, ex Italico in Latinum sermonem transtulit, excusus Basileæ apud Io. Oporinum anno Domini 1550.

Cælius Pannonij Collectanea in sacram Apocalypsim D. Ioannis Apostoli, ex omnibus omnium, cum veterum tum etiam recentiorum castissimis commentarijs. Parisijs 1571. octauo.

Cælius Secundi Curionis Itali opuscula quædam eleganter & pie conscripta, excudit anno 1544. Oporinus Basileæ. Sunt autem hæc: Araneus, siue de prouidentia Dei. Libellus De immortalitate animorum. De liberis pie educandis. Paradoxa Christiana 2. Paraphrasis in principium Euægelij sancti Ioannis. Adhortatio ad religionem. Oratio de ingenuis artibus. Oratio in laudē scribarū. Funebres orationes 2. Laudatio cuiusdam qui pro patria occubuit. Quatuor breues orationes è Græco versæ. Bernardini Ochini sermo ex Italico. versus. Eiusdem extant etiam alia quædam, nempe Pro vera & antiqua ecclesiæ Christi auctoritate in Antonium Florebellum oratio ab Opo-

rino excusa, anno Domini 1546. De omni artificio differendi atque tractandi summa, anno D. 1547. Commentarij in Ioachimi Perionij De dialectica libros 3. anno 1549. In eisdem libros epitome. Pasquillus ecsteticus, cum alijs etiam alijs quot lepidis dialogis, quibus præcipua religionis nostræ capita explicantur. De literis doctrinaque puerili libri quinque, & Libellus de ratione docendi grammaticam, anno Domini 1546. Christianæ religionis institutio, anno 1549. Nizolij in Ciceronem obseruationes ab eo locupletatæ, excusæ sunt ab Heruagio, anno 1547. De mēsuris Romanorum tractatus ab eodem excusus est cū Livio, anno 1549. Commentaria in Philippicas M. T. Ciceronis orationes excusa in officina Frobenianorum. Enarrationes eius in orationes Ciceronis pro P. Quintio. C. Rabirio perduellionis reo, L. Cornelio Balbo, T. An. Milone. M. Marcello, Q. Ligario, rege Deiotaro, & in inuestiuas quatuor in Catilinam, impressæ sunt ab Oporino cum variorum authorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. In M. T. Ciceronis topica explicationes, ad iuris ciuilis rationes quod voluit Cicero, potissimum accommodatæ, impressæ ab Oporino anno 1553. Epistolarum selectarum libri 2. Orationum (inter quas & Agrippæ contra monarchiam, & Mecænatis pro monarchia aduersariæ orationes duæ lectissimæ, ex Dione Latinitate donatæ continentur) liber. 1. Oporinus excudit anno 1553. orationes. 16. & dimid. Insunt autem orationes quædam funebres, Aeschinis, Demadis, Demosthenis, singulorum singulæ Latine expressæ. Oratio de ingenuis artibus. De rhetoricæ & partitionum oratoriarum Ciceronis commoditate. De honore. In promulgatione institutorum Academiæ Basiliensis. Francisci Spieræ Ciuitatiani historia ab eo ex Italica lingua in Latinam translata, ab Oporino excusa est anno 1549. Oratio Honorij Traumani ad milites pro tuenda libertate Germaniæ, ex Germanica lingua in Italicam à quodam alio, & deinde Latinam ab eo translata, ibidem excusa est in 4. Appiani de bellis Hispanicis librum ex Græca lingua conuertit in Latinam, ac præfationem eius æditioni præfixit qua vitæ Gelenij describit. Eiusdem liber De amplitudine regni Dei impressus est Basileæ anno Domini 1554. Idem Francisci Guicciardini historiam ex Italica lingua in Latinam conuertit. Basileæ Perona impressit in in folio. M. Antonij Sabellici historiæ nouum supplementum adiecit, cum eiusdem operibus impressum. Historiam Melitensis belli descripsit, impressam in octauo Basileæ. Thesaurum Latinæ linguæ noua editione per concinnatum, edidit. De perfecto Grammatico eo lib. 3.

Cælius Sedulius Scotus scripsit carmen paschale lib. 4. qui libri etiam Mirabilium diuinorum in scribuntur. Annotationes in omnes Pauli epistolas, impressas Basileæ apud Henricum Petri. Hymnum de Seruatore. Ad Theodosium Cæsarem lib. 1. in editionem Donati lib. 1. in Prisciani volumen lib. 1. exhortatorium ad fideles lib. 1. De Christo lib. 2. carmina & epistolas diuersi generis. Claruit anno 430.

Cepio orator in *Aemilium*, *Lege Varia* adducitur à *Charisio*.

Cesar *Cæsarinus* quædam de architectura scripsit.

Cæsar *Carmentis* epistola ad *Angelum Politianum*, lib. 4. epistolarum *Politiani*, qua ipsum & eius *Miscellanea* laudat.

* *Cæsar* *Delphini* *Physici* *Parmensis* *Maximæ* dos libri 3. ad *Guilielmum* *Bauariæ* ducem. *Venetij* apud *Bernardinum* de *Vitalibus*, 1539.

* *Cæsar* *Euoli* *Neapolitani* de diuinis attributis, quæ *Sephir* ab *Hebræis* nuncupantur, liber *Venetij* anno 1573.

* *Cæsar* *Fiumogiolij* in l. ij. de legibus, & in l. quartam ff. ad l. *Falcidiam*, repetitiones. *Venetij* anno *Domini* 1569.

* *Cæsar* *Lambertini* *Tranensis* tractatus de iure patronatus, liber primus, *Basilica* *S. Hieronymi* *Lambertina* nuncupatus. *Venetij* anno *D.* 1572. in folio.

Cæsar *Landulphi*, medici, de curis febrium opusculum, impressum cum practica *M. Gatina* *riæ* *Lugduni* anno 1532. & *Basilicæ* cum *Clementis* operibus medicis apud *Hen. Petrum*.

* *Cæsar* *Morus* *Ferrariensis* *Latino* & *Italico* sermone nonnulla carmina scripsit. *Gyraldus*.

* *Cæsar* *Odoni* liber de animalibus, in quo *Aristotelis* scripta de animalibus in ordinem alphabeticum redegit. Eiusdem annotationes in *Theophrastum* de plantis, cum imaginibus herbarum.

* *Cæsar* *Oprati* medici *Neapolitani* de hectica febre liber. De crisi & diebus criticis, & eorum causis, opus absolutum.

* *Cæsar* *Parisij* l. c. *Practica* *Italico* sermone.

* *Cæsar* *Petri Michaelis* *Delphini* De summo *Romani* *Pontificis* principatu, & de proportione *Papæ* ad *Concilium*. *Mariados* lib. *Venetij* anno *D.* 1552. Forte *Idem* qui supra *Cæs.* *Delph.*

Cæsarius episcopus *Arelatensis*, scripsit de gratia & libero arbitrio lib. 1. Sermonum ad monachos lib. 1. Decretum trium conciliorum *Arelatensium* lib. 3. Sermones eius 22. ad monachos *Lirinenfes* quorum abbas fuit, manuscripti exiant apud *M. Dresserum*. Eiusdem *Homiliæ* 40. à *Gilberto* *Cognato* in lucem reuocata & edita sunt anno *D.* 1558. *Basilicæ* apud *Henricum* *Peirum*. Floruit anno *Domini* 670.

Cæsarij cuiusdam sententiæ quædam citantur in libello de officio rectoris ecclesiæ, *Colonix* impresso, anno 1531.

Cæsarius monachus in *Heisterbach*, ordinis *Cisterciensis*, *Germanus*, scripsit *Opus* prolixum de miraculis & visionibus diuersis suo tempore factis in *Germania*, *Dialogorum* de varijs li. 12. In *Euangelij* dominicalibus lib. 2. In *Euangelij* de sanctis lib. 1. Sermones ad nouitios lib. 1.

* *Cæsarius* *Gregorij* *Theologi* frater, scripsit varia, & contra *Græcos*. *Suidas*. *Quæstiones* 200. *theologicæ* & *Physicæ*, *Græce* manuscriptæ. Eiusdem *Dialogi* sunt impressi cum operibus *Nazianzeni* *Ioan.* *Leuenclaio* interprete. *Basilicæ* 1571. in folio.

Cæsellius *Vindex* *græmaticus*, scripsit libros secundum ordinem *literarum*, è quibus *B.* & *L.* citantur à *Charisio*.

Cæsij *Balsi* cuiusdam liber inuentus, anno *D.* 1494. in cœnobio quodam *Bobij* *Italix* oppidi, ut in *Geographia* sua testatur *Raphael* *Volateranus*.

Caletanus *Vicentinus*, *Patauinus* canonicus, scripsit in librum *Physicorum* lib. 8. in libros *De anima* lib. 3. in lib. *De cœlo* & *mundolib.* 4. in *Meteora* li. 4. & alia complura. Floruit anno *D.* 1430. Est & *Calius*, *Thomas* de *Vio*, *Caletanus*: cuius esse puto commentarios in *Biblia*.

Caius I. C. vide *T. Caius*. C. litera maiuscula *Caium* designat.

Caius quidam scriptor ecclesiasticus, qui sub *Antonino* *Seueri* filio floruit, scripsit contra *Proclum* *Montani* studiosum dialogos aliquot, in quibus audaciam nouamque prophetiam copiose redarguit. Meminerunt eius *Eusebius* & *Nicephorus* in ecclesiasticis historijs.

C. Acilij *historias* *Italicas*, siue *Romanas*, citat *Plutarchus* in *vita* *Romuli*.

C. Aelianus citatur apud *Plinium*, ex cuius scriptis multa in librum 8. *Naturalis* *historiæ* translata.

* *Caius* *Aelius* *Stilo* citatur à *Varrone*, & nominatum eius interpretatio carminum *Saliorum*, libro sexto de *lingua* *Latina*. *Idem* sæpe quoque à *Festo* citatur, & in indice scriptorum *L. Aelius* nominatur.

C. Asinij *Pollionis* epistolæ 3. ad *Ciceronem*, extant libro 10. *Familiarium*. Vide *Suidam* in *Asinij* *Notis*, &c. *Idem* de alio eiusdem nominis, in *Pollione*, *Notis*, sic scribit: *Asinius* *Pollio*, *Trallianus* genere, scripsit bellum ciuile *Cæsaris* & *Pompeij*, &c. Vide in *Aluina*.

C. Bassus scripsit librum *De dijs*, & alium de verborum significatione: teste *Macrobio*. *Aulus* *Gellius* citat *C. Bassum* libro 3. De origine vocabulorum: & eundem in *Commentarijs* suis.

C. Cæsar *Caligula* *rhetoricam* *Latine* scripsit, teste *Suida*.

C. Cæsij proconsulis epistolæ 2. ad *Ciceronem*, libro 12. *familiarium* habentur: & vna lib. 15. Vide in *M. Bruto*.

C. Clodius *Ceruianus* *Prouincialis*, *Elionoræ* *Galliarum* reginæ medicus, scripsit *Commentarium* de peste, *Encomium* *Astronomiæ* & *Geographiæ*.

C. Cotta orator, pro *Cn. Veturio*, adducitur à *Charisio*.

C. Crispi *Salustij* opera & fragmenta quæ extant, excudit *Aldus* *Venetij*, *Gymnicus* *Colonix*, *Morhardus* *Argentorati*, *Crassander* *Basilicæ*. Et *Nicolaus* *Vuolrab* *Lipsiæ*, cum castigationibus locupletissimis *Ioannis* *Riuij*, anno *Domini* 1539. Eadem opera *Louanij* edita sunt emendata operâ *Cypriani* à *Popma* 1572. in duobus decimo. Et apud *Henricum* *Petri* *Basilicæ* 1564. cum doctissimis commentarijs, castigationibus, scholijs *B. Zanchi*. *H. Glareani*. *Iac. Bononiensis*. *Ioan. Chrysoft.* *Soldi*. *Io. Riuij*. *Ascensij*. *Laur. Valle*. *Omniboni*. *Leoniceni*. *Vinc. Castilionci*. *Edira* etiam sunt *Salustij* opera, cum fragmentis librorum qui desiderantur, *Venetij* in officina *Aldi*, & postea *Lugduni* apud *Gryphium* emendatiora in 8. & 16. anno 1570.

C. Epio

C. Epidicus citatur apud Plinium, qui in librū vigesimum septimum Naturalis historię multa ex eo transtulit. Vbi cap. 25. scribit C. Epidij commentarij ostentis scitent.

C. Erasmi Michaelij Læti, De re nautica libri quatuor carmine scripti. Basileę 1573. Item Colloquiorum moralium lib. 4. Ibidem ex officina Oporiniana.

C. Fannius Marci filius C. Lælij gener, disciplina Stoicus, scripsit historiam quæ sæpe ab anti- quis adducitur. C. Fannij Consulis orationem contra Gracum, quidam à Caio Persio scriptam volunt.

C. Florus Poeta, Iasonis & comitum profectio- nem in Colchos, & velleris aurei ac Medæe rap- tum, heroico carmine descripsit.

C. Helvius Cinna scripsit epigrammata multa, & poema de Smyrna, quod decem annos elima- uit Seruius.

C. Helvius Vestinus citatur apud Plinium, qui 20 in lib. 2. multa ex eo transtulit.

C. Ictius citatur apud Plinium, qui se ex eius lu- cubrationibus quædam in librum 36. Naturalis historię transtulisse fatetur.

* Caius Iulius Cæsar Strabo, in Adrasto, citat- ur à Festo.

Caius Iulij Cæsaris commentarij de bello Gal- lico li. 7. habentur: octauū enim A. Hircius adie- cit. De bello ciuili Pompeiano libri 3. excusi Ve- netijs apud Aldum, Basileæ apud Thomā Vuol- fium, anno 1521. vna cum Hircij quoque histori- js, & locorum populorumq; explanationibus, at- que picturis. Postea excusi sunt ab Heruagio Ba- fileæ in parua charta, 1535. & Lugduni apud Gry- phium non semel, & rursus Basileæ apud Bry- lingerum. In eundem Commentaria Antonij Schonhouij propediem exitura in lucem spera- mus. Idem commentarij cum picturis Gallię Hispanię, locorumque insignium, atque explica- tione nominum tum veterum tum recentiorū, 40 varijs lectionibus & annotationibus D. Glarea ni excusi sunt Venetijs in officina Aldi anno Do- mini 1570. Item Antuerpiæ nouis emendatio- nibus illustrati: additis eiusdem librorum qui desiderantur, fragmentis, ex Bibliotheca Fuluij Ursini. Plantinus in 8. Et Aldus anno 1571. Expe- ctantur etiā duę nouę editiones, vna cū commē- tarijs Franc. Hotomani: altera Ioā. Mich. Bruti. Cæsar Dictator de analogia, item libris episto- larum ad Ciceronem, ad Pisonem, ad Frontonē, 50 citatur à Charisto. Seruius adducit eius Antica- tones, item Ephemeridas. Eiusdem libr. Augura- lium, Auspiciorum, De motibus syderū, De lau- dibus Herculis, Oedippi tragœdiæ, meminerūt Suetonius et Macrobius. Idem scripsit metaphra- sim in Arati Phænomena, De arte grammatica, de vita sua libros, teste Suida. Oratio C. Cæsaris qua Plautiam rogationem suasit citatur ab A. Gellio.

C. Iulij Higini poeticum astronomicum, Ioan- nes Soter impressit Colonia anno 1534. & Basileæ Heruagius anno 1535. & 1548. cum alijs. Item Episcopus 1570.

C. Iulius Romanus grammaticus à 600. libris, disertus artis scriptor nominatur.

* Caius Iulius senator Græceres Romanas scri- psit circa annum V. C. 607. Epitome Liuij libro quinquagesimo tertio.

C. Iulij Solini Polyhistor, siue rerum orbis me- morabilium collectanea impressa Venetijs apud Aldum, Lugduni apud Gryphium, & Basileæ cum Pomponio Mela apud Robertum Vuine- ter. Adiectis docti cuiusdam viri scholijs in pri- ma 7. capita. Antuerpiæ item apud Plantinum ex emendatione Martini Dolrij 1572. in octauo. Solinum de problematibus rerū citat author Lu- minis animæ. * C. Iulij Solini Grammatici, Po- lyhistor. Pōnticon, Fragmenta extant apud P. Pythoeum.

C. Laurentij Eustochij secretarij reipublicæ Ve- netæ, carmina in morrem Platinæ, in fine ope- rum Platinæ impressa sunt.

* Caius Lælius pro se apud populū, cit. à Festo.

* Caius Licinius Imbrex citatur à Festo.

* Caius Marius 3. libros edidit quos inscripsit no- minibus Coci, & Cetarij, & Salgamarij Columel- la lib. 12. de re rustica. Charisius citat Cn. Marij poetæ Iliados librum 15. Similiter A. Gellius ei- us Iliada citat Cn. vocans. Idē citat Cn. Matium in Mitriambis. Apud eundem Trimatius 2. Iliā- dis mendose vt arbitror legitur, pro C. aut Cn. Marius.

Caius Melissus Spoleti natus, Grammaticus in- signis, libellos ineptiarum scripsit centum & quinquaginta. Alios etiam diuersos edidit, & nouum genus togatorum, inscripsitque trabeas- tas. Suetonius.

C. Memmius Iulij Cæsaris vitam & gesta des- scripsit.

C. Marij epistola ad Ciceronem, legitur libro vndecimo familiarium.

C. Nucillani oratio aduersus rhetorice atque eloquentiam ad Fr. Floridum Sabinum, impres- sa est Basileæ, anno Domini 1547. cum Gilberti Cognati opusculis.

C. Oppij & L. Cornelij Balbi communis episto- la ad Ciceronem, extat lib. 9. epistolarum ad At- ticum. Caius Oppius De vita & rebus Africa- ni citatur à Gellio lib. 7. cap. 1.

C. Pedonis Albinouani extat Elegia de obitu Meccenatis, cum lusibus in Priapum, ad calcem operum Vergilij.

C. Pisonis Censorij commentariorum libri aliquot à veteribus grammaticis citantur.

C. Plinius Cæcilius 11. Nouocomensis, Plinij Se- cundi ex sorore nepos, scripsit libr. epist. sex. Pa- negyricū Traiano Imp. De viris in re militari & administrāda repub. illustrib. Hęc simul impres- sa sunt Venetijs apud Aldū, cum Suetonij lib. De claris Grāmaticis & Rhetorib. ac Iulij Obsequē- tis prodigiorum fragmento, anno 1514. Florētiæ 1515. Basileę apud Cratandrū 1521. Lugduni apud Gryph. 1539. Liber autem De viris illustrib. scō- rum impres. est Argenting per Schurerium, anno 1514. & deinde 1517. Item Basileę apud Oporinū, cum Annotationib. Conradi Lycosthenis Ru- beaquentis, anno 1547. Colonie deinceps, adie- ctis aliquot viris illustrib. qui ante Brocam & cū Pompeio fuerunt, per Georgiū Cassandrū. apud Gymnicū, anno 1549. Rursus Basileæ in fol. 2^o k

♀ P. Man. in Pref. p. 600.

puđ Henr. Petri cū alijs quibusdam. Scripsit autē
tē Plin. alia plura, quę tamen iniuria temporū
perierunt, vtpote Tragediā Gręcā, De maris
learij tempestatib. elegos, Hendecasyllaborū lib.
Demonstratiuas orationes, in quib. Demosth.
secutus est. De Heluidij vltione libr. aliquot. Cla-
ruit anno Domini 119. sub Traiano imperatore.

C. Plinius 11. scripsit De historia mundi libros
37. sępe quidē varijsq; locis excusos, diligentissi-
me tamen Basileę apud Frobeniū, cum indice co-
piofissimo. Idē apud Paul. Manutium Venetijs,
& Lugduni apud Io. Frellonium. Scripsit præte-
rea de rebus Germanicis libros, quos Augustę
Vuindelicorū extare ferunt. Huius epist. ad ami-
cos de medicina, legitur ab initio Operis Mar-
celli De Medicamentis. De re medica scripsit lib.
5. excusos Basileę, cum quibusdā Sorani, Oriba-
sij, &c. opusculis. Plin. senior scripsit libr. 20. De
bellis Germanicis, quos citat Tacitus, & Cuspi-
nianus, qui alicubi eos adhuc latere opinatur. Pli-
nij speculū naturale (aliud ab historia mūdi) citat
autor luminis animę, barbaris vbiq; verbis ac
sententijs inde recitatis, vnde cōstat nō esse Plinij.

* Caius Sempronius Gracchus, De lege P. En-
nij, & peregrinis, De lege Minucia, De legib. a se
promulgatis, Cū circum conciliabula iret, In P.
Popiliū pro rostris. In P. Popiliū & Marthone.
In P. Popiliū posterior Citatur a Festo Sed ab A.
Gellio citatur C. Gracchi oratio de Q. Popilio
circū conciliabula. Contra legem Aufeiam, Ora-
tio ad populum, cum ex Sardinia redijt.

Caij Sempronij lib. De diuisione Italię & ori-
gine vrbis Romę, impressus Venetijs per Ber-
nardinū Venetum, anno 1498. & Basileę apud
Bebeliū, cum Myrsili & aliorū antiquis opu-
sculis. Et Antuerpię cum commentarijs Io. An-
nij Viterbiensis, anno Domini 1545. Sempronij
librum rerum gestarum citat Gellius.

C. Sollus Sidonius Apollinaris, episc. Aruernō
rū, scripsit panegyricum Anthemio Augusto, li.
1. panegyricū Iulio Valerio li. 1. panegyricum so-
cero suo lib. 1. ad Felicem lib. 1. Epithalamium Ru-
ricio & Hiberię lib. 1. epithalamium Polemio li.
1. eucharisticon ad Faustum Regiensem lib. 1. epi-
grammatum quoque lib. 1. ad Pontū Leontium
Burgi lib. 1. laudem Narbonensis vrbis lib. 1. epi-
stolarū ad diuersos lib. 9. & alia multa, quę Hen-
ricus Petrus Basileę excudit anno 1542. cum Ioā.
Baptistę Pij cōmentarijs. Eadem emendauit E-
lias Vinerus, & edidit Lugduni apud Tornasi-
um. Claruit anno Domini 480.

C. Suetonius Tranquillus scripsit 12. Cęsarū vi-
tas, excusas Lugduni per Paganellum, & Gry-
phium anno 1539. per Gymnicum Colonia, &
Argentinię anno 1520. & Basileę per Hen. Petrū
anno 1542 Scripsit etiam De Grammaticis & Rhetoribus,
libellos, vnā cū Plinij De virtis illustrib.
libro, multoties expressos. In quos cōmentariū
scripsit Achilles Sratius. Lutetię in 8. apud Frid.
Morellum. Item librum De vestibus, De regibus
tres, quos in breuiarium redegisse memorat Pō-
tium Paulinum. Librum De virtis illustribus
quem tamen nonnulli Cornelio Nepoti, plerū-
que non absurde Plinio iuniori ascribunt. Tra-
ditur insuper scripsisse lib. De virtijs corporalib.

Item De arte ludicra, nec non De Prętoribus,
C. Sulpitij Apollinaris perioche in Terentijs
fabulas.

C. Syluani De pontificatu Clementis VII. paneg-
yris prima, Eiusdem in statuam Leonis X. syl-
ua, Excusa sunt Romę anno Domini 1524.

* Caius Titius, citatur a Festo; & a Macrobio in
oratione qua legem Fanniam suasisit.

Caij Titi Probi in 10. librum Valerij Maximi
memorabilium exemplorum epitome, Basileę
cum integro opere Valerij apud Hen. Pet. 1540.
In veteribus autem exemplaribus Epitome hęc
Iulio Paridi adscribitur.

* Caij Trebatij liber 2. De religionibus.

* Caij Trebonij equitis Romani, de acute dia-
ctis Ciceronis liber. Eiusdem carmina inuestia
ua in M. Antonium. Epistola ad Ciceronem
libro 12 familiarium.

Caij Tuditani Commentarius 13 citatur ab A.
Gellio. Idem citat Tuditanum in historijs.

C. Valerius Catullus, poeta præclarus, scripsit
lib. 3. quorum primus lyricos, secundus elegia-
cos, tertius epigrammata continet, qui vnā cum
Antonij Parthenij Lacisij Veronensis cōmen-
tarijs impressi sunt Venetijs, per Andream de
Patafichis, anno Domini 1488. Sine cōmen-
tarijs Basileę apud Henricum Petri anno
Domini 1520. & alibi.

Caij Valerij Flacci Serini Balbi Argonautico-
rum libri 8. excusi apud Aldum Venetijs 1523,
cum Ioan. Baptistę Pij appendice ex quarto Ar-
gonauticon Apollonij quę octauum Valerij li-
brum absoluit, duosque insuper addit: & cum
Orphei Argonauticis, incerto interprete. Argen-
tinę etiam excusi sunt sed absque Pij appendice,
anno 1525. adiectis singulorum librorum argu-
mentis. Item Parisijs apud Ascensium, cum Aę-
gidij Maserij commentarijs anno 1519. Argo-
nauticorum lib. 8. a Lud. Carrione emendati, &
scholijs illustrati, editi sunt Antuerpię a Plätino.

C. Valgij scripta citat Plinius, ex quibus se in
vigesimalium tertium, vigesimalium quartum, & vis-
gesimalium quintū, Naturalis historię libros mul-
ta transcripsisse, in authorum catalogo fatetur.

* Caius Valgius Rufus citatur a Festo. Porro
a Gellio citatur Valgij Rufi liber secundus de rea-
bus per epistolam quę sitis. Refert autem Plin-
ius C. Valgiū de vsu herbarum ad Augustum
scripsisse: lib. 25. cap. 1.

* Caij Velleij Paterculi, historię Romanę ad
Marcum Viniūm Consulem libri duo, impressi
si Basileę, Lugduni, Geneuę apud Henricum
Stephanum, & postremo Venetijs anno 1571. ab
Aldo Manutio Pauli F. Aldi N. emendati & scho-
lijs illustrati. Eiusdem fragmentum de bello
Augusti Cęsarıs contra Sueuos in Noricis &
Vindelicia, extat Viennę Austrię apud Vuolfs-
gangum Lazium: pars vti arbitror libri poste-
rioris.

* Calid filius Isid aut Seid, Chymista citatur a
Seniore filio Hamuel.

* Calcanei cuiusdam Consilia in iure.

Calepini cuiusdam scripta citari inuenio in 7.
Infortiati de rebus dubijs, l. si ita qui ducenta vs-
que ad finem,

Calentius, vide *Elisius Calentius*,
Caliasilas, vide *Nicolaus Cabasilas*.

Calidis filij *Iazichi* Iudæi liber secretorum alchymiae impressus est Norimbergæ apud *Peereium* cum *Gebri Arabis* libris.

Calisus historicus citatur apud *Plutarchum* in vita *C. Cæsaris*.

Callias Atheniensis *Lysimachi* filius, *Comicus*, scripsit comædias, *Aegyptios*, *Atalantam*, *Cyclopes*, *Ranas*, *Vinctos*, & *Asotus*, teste *Suida*.

Callias Græcorum & Persarum fortia facta de scripsit. Præterea *Athenæus* citat eiusdem *ὑπομνημάτων τῶν ἰστοριῶν*. Item eius historia de *Damophilo* Siculo belli seruilis authore, ex octavo eius historiæ libro ab *Athenæo* citatur.

* *Callias* *Mytilenæus* *ἄπὸ τοῦ ἀνακτοῦ* citatur ab *Athenæo*.

* *Callias* *Syracusanus* res gestas *Agathoclis* conscripsit, magnaque ab eo munera accepit, accusatur autem mendacij à *Suida*, quod multa in laudem *Agathoclis* confixerit. Citatur à *Festo*.

Calliceri distichon Græcum in secundo libro *Florilegij*.

Calliclis cuiusdam versus Græci in cruce *Christi* & *S. Georgium*, cum *Cyri Theodori* carminibus leguntur.

* *Callicrates* *ἰπποκράτης*, fabula ut videtur, ab *Athenæo* citatur. *Callicrates* etiam citatur apud *Plinium*, qui in librum tertium *Naturalis historiae* multa ex eo transtulit.

Callicrates *Tyrius*, *Aureliani* imperatoris vitam & gesta descripsit.

Callicratida *Pythagorij* *Laconis* tria fragmenta non parua, ex libro *De familiarium felicitate*, seruantur in *Oeconómico* *Ioan. Stobæi*.

Callimachus *Batti* & *Mefarmes* filius, *Cyrenæus* grammaticus, discipulus *Hermocratis* laensis grammatici. Vxorem habuit *Euphratis* *Syracusanæ* filiam. Tanta diligentia fuit, atque industria, ut quouis carminum genere poemata scriberet, ac soluta oratione plurima componeret. Sunt enim libelli eius amplius octingenti. Fuit temporibus *Ptolemæi Philadelphi*, cui priusquam commendaretur, literas in vitulo *Alexandriæ Eleusine* docuit, & usque ad *Ptolemæum* *Euergetem* ætate processit, qui centesimæ vigesimæ septimæ *Olympiadis* anno secundo regnum suscepit. Ex eius libris hi sunt. *Iouis aduentus*, *Semele*, *Argiæ* vrbis ædificationes. *Arcadia*, *Glaucus*, *Spes*, *Satyricæ* fabulæ, *Tragædiæ*, *Comædiæ*, *Carmina*, *Ibis* (est autem poema de industria obscuratum, insectationem continens *Ibidis* inimici cuiusdã sui, qui fuit *Apollonius Argonauticorum* scriptor) *Musæum*, *Tabulæ* eorum omnium qui in quavis disciplina claruerunt, eorumque quæ scripserunt libris centum & viginti, *Tabula* & descriptio serie temporum observata, doctorum omnium, qui ab initio fuerunt. *Tabula glossarum* *Democriti*, & operum. *Mensium* apud singulas gentes & vrbes nomina. *De fluminibus* *Europæ*. *De Peloponnesi* & *Italiæ* mirabilibus & incredilibus rebus. *De muratis* nominibus piscium. *De ventis*. *De auibus*. *De orbis terrarum* flus

minibus. *Miraculorum* singulis locis orbis terrarum collectanea. *Suidas*. *Carmen* eius de *coma Berenice* à *Catullo* translatum habemus. *Epigrammata* viginti duo sparsim in *Florilegio* *Planudis* leguntur, *Hymni* *Basilææ* impressi sunt, & *Parisij* apud *Vascosanum*, cum *Francisci Floridi Sabini* in hymnum ad *Dianam* interpretatione versibus: & *Scholijs* Græcis.

* *Callimachus* *Cyrenæus*, poeta heroicus, superioris ex sorore nepos, *Staschuris* & *Megathymæ* sororis *Callimachi* filius, versu de insulis scripsit. *Suidas*.

Callimachus & *Mnestheus* medici apud Græcos de coronis priuatim scripsere quæ nocerent capiti. *Plinius* libro trigesimo primo, capite tertio. *Callimachum* de trifolio scribens *Nicandri* interpres in *Theriacis* citat.

Callimachus antiquo nomine *Philippus*, *Gemiano* *Hetruriæ* oppido oriundus, conscripsit exactissimam historiam de rebus gestis *Ladislai* *Sarmatiæ* atque *Pannoniæ* regis, qui ad *Euxinum* *Varnensi* acie ab *Amurathe* superatus interijt. Excusa autem est cum historia *Vngariæ* *Bonfinij*. Eiusdem epistolium ad *Angelum* *Politianum*, *Leopoli* scriptum, tertio libro epistolarum *Politiani* legitur, eiusdem *Hungariæ* historia extrare fertur.

Callinus *sophista* *Syrius*, vel *Arabs*, scripsit ad *Lupum* de *Cacozelia*, & rebus gestis *Alexandri*, & alia quædam. *Suid.*

Callinij hexasticha duo in primo libro *Anthologij* Græci: fortè *Callini* legendum. *Callinij* elegiam versuum viginti duo qua milites ad pugnam hortatur, ponit *Stobæus* laudans audaciam. Quamquam *Ioachimus Camerarius* orationi sue de bello *Turcico* adiunctos Latine reddens, *Callimachi* legit, non *Callini*: nos etiam in exemplaribus Græcis manuscriptis *Καλλίνου* legitimus. Vide *Callij*.

Callinicus *Caij* filius, *Sutorius* cognomento, *sophistes* *Syrus* aut *Arabs*, ac potius *Petræus*, docuit *Athenis*. Scripsit ad *Lupum* de affectione oratoria: *Dedicationem* ad *Galenum*: *Ad Cleopatram*: *De Alexandrinis* *historijs* lib. 10. *Aduersus sectas philosophorum*: *De Romanorum* *renouatione*: & alias quasdam laudationes atque orationes, *Suidas*.

Calliphanes multorum poematum atque orationum initia usque ad ternos aut quaternos versus recitando, variæ doctrinæ famam aucupabatur: unde proverbium ortum est *Calliphanes* *Parabrycontis* *F.* De ijs qui eruditionem simulant. *Suidas*. *Plinius* lib. 3. *Calliphanis* cuiusdam scripta citat.

Callippus *Corinthiacus*, descripsit *Orchomæni* *historias*, quarum mentionem facit *Pausanias* in *Bœoticis*.

Ex *Callippi* cuiusdam scriptis multa mutuatus est *Plinius* in libro vigesimo octavo *Naturalis* *historiæ*.

* *Callippus* *astronomus* antiquissimus, motuum planetarum per orbis concentricos docuit.

Callippi *ἁρτυχῆς* citatur ab *Athenæo*.

* *Callisthenes* *Olynthius* discipulus *Aristotelis* & consobrinus, quæ ille *Alexandro* magno eorum

comitem adiunxit, scripsit historiam de Alexandro, quæ Græce seruat in bibliotheca Cardinalis à S. Angelo: item Strozæ.

Callisthenes scripsit libros aliquot transformationum, ex quorum secundo Plutarchus Midæ regis et Anchuri historias recitat in Parallelis, minoribus cap. 9. Scripsit præterea rerum Macedonicarum libros, ex quorum Philippi Lusci historiam idem Plutarchus eodem libro refert, cap. 15. Item Thraciæ rerum historias, quas idem mutatur cap. 58. *Callisthenis* liber tertius de Venatione citatur à Plutarcho de fluuijs.

Callisthenis cuiusdam historiæ citantur apud Plut. in Camillo, & Phocione.

Callisthenis Sybaritæ verba ex decimotertio libro descriptionis Galliæ, leguntur apud Stobæum, in capite de Morbo. Et in primo capite, historia quædam ex secundo libro transformationum *Callisthenis*.

Callistrati Græci scriptoris descriptiones 14. 20 excusæ Venetijs apud Aldum anno 1503.

Ex *Callistrato* multa se transtulisse in lib. 37. Naturalis historiæ Plinius fatetur.

Callistratus, vetus I. C. scripsit de cognitionibus lib. 6. edicti monitorij lib. 6. De iure fisci lib. 4. institutionum lib. 3. quæstionum lib. 3. Horum fragmenta in Pandectis iuris leguntur.

* *Callistus* comes expeditionis Iuliani imperatoris, res eius gestas Græce heroico versu conscripsit. Citatur à Nicephoro, & Eutropio.

* *Callisti* monachi De pulsibus, De antidotis, De emplastris, De vnguentis, De oleis: in bibliotheca R. Galliæ, Græce.

Callistius, vide Calixtus.

Callistius Nicephorus, vide Niceph.

Callisti Placentini canonici regularis de necessitate bonorum operum lib. 2. De libero arbitrio libri 2. vbi & contra Lutherum quædam, ex Italico versi, & excusi Ingolstadij, 1542. Eiusdem enarrationes in Euangelia quadragesimalia, impressæ sunt Parisijs, anno Domini 1554. in 8.

Calixtus Papa secundus, natione Burgundus, scripsit De miraculis sancti Iacobi lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & decreta, quæ cum cæteris excusa Colonia. Claruit anno Domini 1120.

Callij Argij tetrastichon extat in 2. libro Florilegij Planudis. Sed forte *καλλις* legendum, ut supra, non *καλλις*.

* *Callixeni* Rhodij libri de Alexandria citantur ab Athenæo.

Calonicus Græcus historicus Syriorum, Aegyptiorum, atque Græcorum historias descripsit. Forte *Callinicus*.

Calo Calonymos, Hebræus, transtulit Auerrois destructiones destructionum philosophiæ Algazelis, item tractatum eiusdem de animæ beatitudine, & epistolam de intellectu, quæ idem est cū dicti libelli parte. Venetijs impresserunt Iuntæ, cum Arist. & Auerrois operibus, anno 1552.

* *Calphurnij* Phronesis comædia citatur à Fulgentio de vocibus antiquis.

* *Calphurnij* historici meminit Dionysius Hali carnasseus, arbitrator tamen ab eo intelligi *L. Calphurnium* Pisonem.

Calphurnius Sura Ephemeridas vitæ Galieni

senioris principis scripsit, vt autor est Pollio.

* *Caluanus* doctor antiquissimus I. C.

* *Calueti* Stellæ, Barchinonensis, descriptio inferioris Germaniæ. Eiusdem De Aphrodisio capto commentarius.

Caluus poeta verus, eius carmina adducunt Seruius, Charisius & Gellius, qui C. Caluum nominat.

Caluus rhetoricæ professor, qui thematum materias, vt & Ticianus, ex Virgilio elicit, & ad dicendi vsum in exemplo controuersiarum confirmauit, Seruius in 10. Aeneidos.

Calydonius, & aliquot alij coepiscopi, scripserunt 2. & 12. epist. libro 1. epistolarum Cypriani.

* *Camarioti* Cauon carmen lambicum de Christo & eius cruce, græce manuscriptum extat in bibliotheca Regis Gallorum.

Cambra Formosa, Belini Britannorū regis nobilissima filia, inter cætera composuit legum Syambrorum lib. 1. Claruit circa annum à condito mundo 3590. & ante Christum 373.

* *Camilli* Cautij scholia pro religione, quibus precipue omnis adorationis sanctis, Eucharistie diffcultas explicatur. Venetijs 1559. in octauo.

Camillus Gilinus, Baptistæ Fulgosi opus de diætiis & factis memorabilibus iuuenili adhuc ætate ex Italico Latinum fecit.

Camilli Leonardi Pisarenensis Physici speculum lapidum, impressum Venetijs. Claruit anno Domini 1502.

* *Camilli* Paleoti Bononiensis, Amor. carmen excusum est Basileæ, in libello variorum poematum in 8. Gyraldus refert eum scripsisse Hymnum in D. Franciscum, Apotheosim Vergilianam, Epigrammata, & quædam soluta oratione.

* *Camilli* Plautij Pæzonis I. C. Fontanellacensis Comment. ad Rub. de Verborum obligationibus Florentiæ apud Iuntas 1566. in octauo. Eiusdem Commentariorum libri duo De officio Prætoris, L. Barbarius, & De offi. eius cui, &c. Florentiæ 1571. Si quis ius dic. non ob. l. vnica. Ad l. Gallus. parag. quid sit tantum. L. certi conditio. parag. si nummos. De legatis primo. De eo quod interest.

* *Camillus* Quernus, Monopolitanus Romæ sub Leone decimo Papa laurea poetica donatus, archipoetæ cognomen publico consensu accepit, coram Leone infinita carmina torrentis in morem decantauit, scripsit etiam Alexiadis supra viginti millia versuum. Neapoli postremo cum pauperie & morbo premeretur, in publica hospitali domo, ex indignatione ventrem sibi, ac intima viscera forfice perfodit, & ita misere obiit, Iouius in Elogijs.

Camillus Richerius, Lodouici Cælij Rhodigini fratris filius, patrum Antiquarum lectionū opus recognitum, & tertia plus parte locupletatum, nuper in lucem emisit. Floruit anno 1540.

* *Camillus* Renuus apud Rhetos degens, cum alia quædam scripsit, tum carmina in Michaelē Seruetum, quibus eius obitum deplorat.

* *Camillus* Squarcialupus Plumbinensis, medicus & physicus præclarus, multa Italice & Latine scripsit, quæ tamen nondū publicata sunt: è quibus hæc mihi nota sunt. Contra Cacozelos antiqua-

g. P. Man. l. 5. Ep. p. 257.
258.

Antiquarios Bembum & Ludouicum Castellue-
trum de Thuscorum lingua. Italice. Rhetoricæ
tabulæ. Lat. Logicæ tabulæ. Contemplatio-
nes in prædicabilia, & prædicamenta & alias
partes organi Aristotelici. De natura, motu, lo-
co, tempore, cælo, animâ, spiritu, animalibus,
fossilibus, & plantis, abdita. Larine. Dialogus
de mente immortalis. Problemata decem mila-
lia, non discussa à Platone, Aristotele, Alexan-
dro, Galeno, Aueroe, Auicenna, Latine & Italice. 10
In Mercurium Trismegistum, Platonem
Aristotelem, Aueroem. Lat. In Milei Thea-
trum. Lat. Tabula seu Theatrum transmuta-
tionum naturæ. Aristotelis theologia. Lat. Sa-
pientiæ vel sensuum, vel conceptionum radices:
vbi nititur author methodice docere rationem
addiscendi, docendi, tractandi quælibet argumē-
ta. Lat. De medicinæ infortunijs Ital. De poda-
gra. Ital. Bacchanalia Italica. Heracliti nouæ la-
chrymæ. Ital. Tyranni miseria Ital. Medicæ de-
finitiones in morbis & actionibus. Hippocra-
tis noui aphorismi. Chirurgia. Antidotorum
castigationes, vel Galenicæ officinæ restauratio.
De venenis. Galeni aphorismi grauissimi per
classes digesti. De pharmacis opportunis. Har-
monia medica. Conuiuium Galenianum. Præ-
sidiorum vires. Arabum & Barbarorum tute-
la. De missione sanguinis contra Thadæum Du-
num. In Dioscoridem & Andream Matthiolum
Senensem. De Hippocrate, Asclepiade, Archi-
gene, Sorano, Galeno, Aërio, Aegineta, Trallia-
no, Celso. Tabulæ 200. theoricæ, practicæ, phy-
sicæ, Chirurgicæ. Omnia hæc Lat. Præsidia
contra pestem. Ital. De connubio, vel de perfec-
ta humanitate. Christiana pietas. Ital. To-
tius mediterranei mensuræ: hoc est delittore to-
tius maris mediterranei. Ital. Præterea hæc in-
choata habet. Tabulas Institutionum Ioan-
Caluini. Compendium earundem. Tabulas libro-
rum Georgij Agricolæ. De virtutibus ac vitijs. 30
Historiarum summam. Lucretij, Vergilij, Ouidij,
Lucani, Statij locutiones. Nizolij observa-
tionum in Ciceronem noua editio, in qua me-
liori ordine phrasas disponantur. Hierogly-
phica noua. Italica epitheta. Cum hæc scribe-
remus, Basileæ degebat, è patria Euangelij cau-
sa exul: ætate adhuc iuuenis.

Camillus Thomaius, medicus Rauennas, scrip-
psit rationalem methodum atque compendio-
sam, ad omnes ferè morbos curandos internarū
partium humani corporis, excusam Parisijs an-
no Domini 1550. in 16. apud Ioannem Foucheri-
um. Item Commentarium de febrium digno-
ne & curatione Venetijs impressum 1555.

* *Camillus Vistarius super 1. Infortiati, Soluti
matrimonio &c.*

Campanus Gallus Transalpinus, Euclidis ele-
menta Geometrica transtulit, & expositione il-
lustrauit. Heruagius impressit Basileæ anno Do-
mini 1537. eiusdem libellus de quadratura circuli,
excusus in appendice Margaritæ philosophicæ. 60
Nonnulla etiam in Astrologia composuit.
Idem scripsit De computo ecclesiastico, De com-
positione quadrantis, Calendarium, Sphæram,
Theoricæ planetarum, Claruit anno Domini

1030. *Campani de Nouaria Breuiloquium duò
decim signorum Zodaici, manuscriptum apud
M. Dresserum.*

Campoli cuiusdam abbreviationes in theolo-
gia, excusæ in Italia.

Canamusali de Baldach philosophi liber De cu-
randis oculorum passionibus, insuper rerum præ-
parationibus quæ ad oculorum medicinas faci-
unt, & de medicaminibus ipsorum rationabi-
liter terminandis, impressus Venetijs 1499. cum
Chirurgia Guidonis de Cauliacò, & aliorum.

Candidus Arianus scripsit ad Marium Victori-
num Rhetorem, de Generatione diuina librum,
excusum cum eius confutatione Basileæ apud
Ioannem Oporinum, vnâ cum Ziegleri in Ge-
nesim conceptionibus, anno 1548.

* *Candidi* de genitura hominis liber, olim Ro-
mæ impressus. An forte Petri Candidi.

Candidus, regnantibus Commodò & Severò,
in Hexæmeron pulcherimos tractatus edidit.
Hieronymus & Eusebius.

Candides scriptoris Græci, liber antitheticus ad
Plotinum de animæ immortalitate, extat Romæ.

Caj Pape decreta, cū aliorum decretis impressa.

Caninius Rufus bellum Dacicum Græcis ver-
sibus conscripsit, vt testatur Plinius iunior in epi-
stola quadam.

* *Cannius* quidam citatur à Festo.

Cantalitij epigrammata, & de Parthenope bis
recepta liber, excusus Basileæ apud Heruagium.
Extat etiam Cantalycij grāmatica inscripta hoc
modo, Summa perutilis in regulas distinctas to-
tius artis. Item opus de claris venatoribus dica-
tum Maximiliano regi. Vide an idem sit Hiero-
nymus Cantalupus.

Cantharus comicus Atheniensis, cuius fabulæ
memorantur, Medea, Tereus, Symmachia,
Formicæ, Luscinia. Suidas.

* *Cantor Parisiensis* in Iob, Solomonem, Cano-
nicas & Acta. Eiusdem verbum Abbreviatum,
Sorbona.

Canutius inter grammaticos à veteribus con-
numeratur qui de arte ea etiam quædam conscri-
pisse fertur.

Canutus Danus Anglorum Rex, alitudine a-
nimi & modestia Christiana insignis, ex colle-
ctis prædecessorum regum placitis congescit Cõ-
suetudines Angliæ lib. 3. Canuti instituta centū
li. 1. Edgardi etiam leges in Oxoniensi parlamē-
to anno Domini 1026. autoritate sua regia con-
firmavit ac stabiliuit. Decessit anno Christianæ
salutis 1037. & regni sui 20. Balus.

Caper grammaticus, quædam de orthogrā-
phia & Latinitate scripsit: Quæ edita sunt cum
alijs Grammaticis vet.

Capito Lyricus malim Lycius (Volaterranus
Captorem Lycium nominat) scripsit Isauriam
libris 8. Metaphrasim epitomes Eutropij, qui
Liuij compendium edidit. Et de Lycia & Pam-
phylia. Suidas. Eius Isaurica citantur à Ste-
phano de vrbibus.

* *Capitonis* poetæ Amatoria & Hypomnemata
citatur Athenæus. Videtur autè hic alter esse à supe-
riore: is enim Eutropij Metaphrasim edidit qui
sub Valère vixit cū Atheneus sub Marco vixerit.

Capito theor, declamationes composuit Seueri tempore clarus.

Caracter ephemerides & Aureliani bella descripsit.

Caradocus Lancaruanensis ex Cambria oriundus, Britannicorum principum successiones, ætates, annos, tempora, gesta, facta, & dicta quædã à Cadualladri morte incipiens ad suam vsque ætatem per 460. annos luculento sermone descripsit. Quod opus prænotauit, Britannorum successiones lib. 1. Commentarios in Merlinum lib. 1. Vitam Gilde Albanij, lib. 1. De situ orbis lib. 1. & alia plura composuit. Claruit anno Domini 1150. Baleus.

* Carbilus vel Claudius citatur à Varrone de lingua Larina.

Carcinus vel Theodectis vel Xenoclis filius, tragicus Atheniensis, Olympiade 100. floruit ante regnum Philippi Macedonis. Ex eius fabulis sunt, Achilles. Semele siue Arche, Athenæo auctore. Suidas. Legitur etiam apud Suidam epigramma quo liberi eius ridentur, & tradit à Platone Dodecamachanon appellatum, à 12. machinis quibus dii ascenderent aut descenderent. Scripsit etiam fabulam Mures, vbi dicit selem noctu suspensam esse. Carcini poemata in pro uerbio, pro obscuris dicuntur.

Carcinus Agrigentinus tragicus, fabulas edidit 160, vicit vnam, Suidas.

* Carmelita quidam Venetus commentarios edidit de suæ familiæ rebus gestis, lib. 1.

* Carmelita alius, Germanus, carmine plura scripsit, lib. 1.

Carminius Vergilij interpres à Seruio citatur 5, & 6. Aeneid. huic curam & doctrinã tribuit Macrobius. In exemplaribus variæ deprauatum est hoc nomen, modo enim Caprius, modo Carpius, modo Carpinus legitur. Carminij lib. 2. de Italia citatur à Macrobio lib. 5. Saturn.

Carneades Epicomi siue Philocomi filius Cyrenæus, nouæ Academiæ author, scripsit epistolas ad Ariarathem aut Arianum Cappadociæ regem: reliqua ipsius conscripsere discipuli, ipse enim nihil reliquit. Laertius. Eius doctri à discipulis collecti Galeni tempore extabant, vti is scribit in libro de opt. doc.

Carneades alius à superiore Elegiæ poeta, sed frigidus & obscurus. Laertius.

* Carneades alius Atheniensis philosophus Anaxagoræ discipulus. Suidas.

Carolus magnus Pipini filius, edidit inter cætera multas & varias additiones legum & iuriũ omnium nationum, quæ sub suo regno degebant, in multis voluminibus. Item iura Saxonum composuit. Item leges Alemannorum. Item leges Francorum. Item multa & varia carmina de gestis veterum edidit. Inchoauit etiam grãmaticam patrij sermonis Theutonici, quam alijs occupatus finire non potuit, Trit. de scriptoribus Germaniæ. Caroli magni libri quatuor de imaginibus contra Nicenum concilium secundum, impressi sunt Parisijs, cum præfatione Ioã. Tilij tunc Meldorũ episcopi, vt multi ferunt. Carolinæ leges, siue Capitularia ab Ansegiso abbas esse collecta, impressa sunt in libro Germanicarũ

antiquitatum apud Henr. Petri cum alijs legibus. Eiusdem fragmentum De veteris ecclesiæ ritibus & ceremonijs, Parisijs in 8. Carolus Magnus, Cæsar, Germanicæ linguæ Grammaticam commentus est, mensibusque ac ventis nomina noua imposuit. Caroli Magni homiliæ æstiuales & hyemales, duabus partibus.

Caroli quarti bulla aurea De electione Romanorum Regis, Opus impressum Colonia, cum decretis Pontificum, Et Moguntig apud Luonem Schœffer anno Domini 1548. in folio, char. 16.

Caroli quinti Imperatoris ad duo Clementis septimi Pontificis Romani breuia, responsio, quæ ab ipso Pontifice appellat, petitque generalis Christianorum omnium concilij congregationem. Adiunctæ sunt etiam ipsius Clementis litteræ. Item epistola Caroli quinti ad collegium Cardinalium, quæ petit, vt negante seu differente Pontifice generalis Concilij indictionem, ipsi indicant. Instrumentum præsentationis literarũ Cesaris ad Pontificem & Cardinales, ipsis in vrbe factæ. Pro Carolo quinto, ad ea, quæ per oratores Clementis septimi Pontificis ac Francisci regis Francorum, & Venetorum ad generalem pacem componendam nuper proposita fuerunt, responsio. Cratander Basileæ excudit. Caroli V. imperatoris declaratio, quomodo in negotijs religionis agendum quam Interim vocant, & eiusdem Formula reformationis, excusa sunt Moguntia apud Luonem Schœffer.

* Carolus quintus Gallorum rex cognomento sapiens, aduersus ambitionem Papparum erroneasque imo hæreticas opiniones fautorum Pappæ, componi fecit ab eruditis libellum, seu dialogum, cui titulus Somnium viridarij. Car. Molinæus.

Carolus Antenoreus, Florentinus, laborauit in thesauro, seu copiæ cornu Aldi.

Carolus Aretinus, comædias quasdam scripsit, vnde sententias aliquot Alber. de Eyb in Margarita sua poetica delegit.

Carolus Bouillus Beromandus Samarobrianus, Quadraturam circuli suis geometricis machinamētis contexit, quam philosophorũ nullus antea satis exacte adinuenerat. Librum de nihilo, magna cum omnium admiratione perscripsit. Item in Geometriam libros sex introductorios, introductionem in scientiam perspectivam, quæ est in appendice Margaritæ philosophicæ. librum de intellectu diuino, angelico & humano, librum De sensu, Artem oppositorum, librum De generatione, librum De sapiente, librum De duodecim numeris, Epistolas philosophicas cõplures. Librum De differentia & vitijs vulgaribus linguarum, & Gallici sermonis veritate, qui excusus est Parisijs apud Robert. Stephanum. Librum De laude Hierusalem, qui continet interpretationem Psalmi, Lauda Hierusalem dominum, &c. De laude gentium lib. 1. qui est interpretatio Psalmi 117. De concertatione & area peccati lib. 1. qui libri vnã excusi sunt Lugduni apud Gryphium anno 1531. Scripsit etiam librum De septem vitijs humanis, cui mirabilis pictura subijcitur de iisdem vitijs. Item rerum Geometricarum introductionem lib 6, excusos Parisijs, anno

Anno 1503. quibus annectitur eius libellus de eua-
 bicatione spheræ, cū ceteris, Caroli Bouilli opera
 philosophica & Mathematica excusa ab Heint.
 Stephano anno 1510. Sunt autē hæc. De intellectu
 humano & angelico, De sensu seu 5. sensibus & in-
 maginatione intellectu subseruientibus, De nihi-
 lo epistola ad Nicol. Crambusium theologū, quæ
 est epitome præcedentis libelli de nihilo. Hecato-
 dia, id est, carmen centum distichis elegiacis con-
 stans. Ars oppositorum cum commentarijs. De
 generatione. Hemicatodia, de generatione versi-
 bus hexametris, De sapiente & insipiente, De 12.
 numeris, Epistolæ philosophicæ ad diuersos Ma-
 thematicum opus quadripartitum, De numeris
 perfectis, De mathematicis rotis liber, De mathe-
 maticis seu geometricis corporibus, De mathe-
 maticis supplementis. Eiusdem de rapto D. Pau-
 li libellus auctus ab ipso auctore. De prophetica
 visione liber, vgnit Parisijs solido Gallico. Eiusdē
 dialogi, de animæ immortalitate vnus, de resur-
 rectione duo, de mundi excidio vnus, excusi sunt
 Parisijs apud Reginaldū Calderium, anno 1552.
 Item Cōmentarius in primordiale D. Ioan. Euā-
 gelium, in 30. propositiones diductus. Raymun-
 di Lulli Eremitæ vita. Parisijs Ascensius anno
 Domini 1511.

* Carolus Campanius Consilia Griffoli à Mon-
 tepolitiano I. C. excerpfit, cōgessit, & edidit, Flo-
 rentiæ 1569. in quarto.

* Carolus Camusius Diuionensis I. C. De excu-
 sationibus tutorum. 30

* Caroli Christophori Beieri Postilla Euāgelio-
 rum Dominicaliū pro idiotis Germanicis ryth-
 mis conscripta & figuris exornata. Francofurti
 anno D. 1571. octauo.

* Carolus Clusius Atrebas Dialogos Garciz ab
 Horto Proregis Indiæ medici, De aromatum et
 simplicium aliquot medicamentorū apud Indos
 nascentium historia, Latinos fecit et in Epitomē
 contraxit. Antuerpiæ Plantinus excudit. Idem fe-
 cit tabulam Hispaniæ, antiquis ac recentibus in
 ea locorum nominibus inscriptis, quam se editu-
 rum promissit Ortelius.

* Carolus Clutinus Parisiensis, elegātissimē ver-
 tit Demosthenis opera omnia, sed morte eius in
 tempestiua operis editio impedita est, extat ta-
 mē apud Egidium Frenellium sororis eius filiū.

* Caroli de Escluse, De liquorib⁹ liber Gallicus.

* Carolus Ferdināndus, Brugiensis, infans oculis
 captus, tantū in studijs profecit, vt Parisijs profes-
 sus sit, et cū alia tūversus multos scripserit. Gyrat.

Carolus Figulus, scripsit Methodum de herbis.
 Opusculum Coloniz excusum 1540. Ichtyolo-
 giam, seu Dialogum de piscibus. Ibidem. Expli-
 cat autem circiter 20. piscium nomina, qui in Mo-
 sella flumine capiuntur, & ab Ausonio quoq; de-
 scripti sunt. Item de mustellis, Ibidem.

Caroli Girardi Castilionensis, De iuris volu-
 minibus repurgandis librum, Gryphius impres-
 sit Lugduni 1535. Eiusdem Græcarum institutio-
 num libelli vndecim Parisijs venduntur septem
 solidis Gallicis.

* Carolus de Grassali Carcaſonensis I. C. De pri-
 uilegijs regum Francorum, seu Regalia Franciæ.

* Caroli de Guatnazia I. C. super 1. Infortiati

De legatis primo. Item super 2. ff. noui De ver-
 borum obligationibus.

* Caroli Heidani Germaniæ typus. Antuerpiæ
 apud Hieronymum Cock.

* Caroli Langij Antiquæ lectiones ex Plauti tri-
 bus exemplaribus manuscriptis, impressæ sunt
 Basileæ cum doctorum aliquot virorum in Plau-
 tum annotationibus 1569. Et Antuerpiæ apud
 Plantinum.

* Caroli Mennichen formulæ epistolarum.

Caroli Molinæi Parisiensis, I. C. in regulas can-
 cellariæ Romanæ commentarius analyticus: O-
 pus vtilissimum ijs, qui sacerdotia appetunt eo-
 rumq; Patronis: atq; etiam ijs qui in foro causas
 agunt, excusum Lugduni apud Antonium Vin-
 centium, anno D. 1552. in quarto. Eiusdem com-
 mentarius ad edictum Henrici II. regis Gallia-
 rum, contra paruas Datas, & abusus curiæ Roma-
 næ, & in antiqua edicta & senatuscōsulta Franciæ
 cōtra Annatarum & id genus abusus, multas no-
 uas decisiones iuris & praxis continens: impres-
 sus est Basileæ, anno D. 1552. quaternionibus 38.

apud Iacobū Parcum. Eiusdem oratio quam ha-
 buit in celeberrima Tubingensi vniuersitate, De
 sacre theologiæ & legum imperialium dignitate,
 differentia, cōuenientia, corruptione & restitu-
 tione: De potestate, officio, & differentia magi-
 stratus & ministri ecclesiæ: impressa est Tubin-
 gæ anno D. 1554. quaternionibus quinq; De an-
 tiquitate & iuribus regū Galliz liber Gallice et-
 iam scriptus. Commentarius in regulas cancel-
 lariæ. Annotationes in decisiones parlamenti Pa-
 risiensis, per Ioannem Galli collectas. Notæ in
 consilia Alexandri. Analytica explicatio, Rubri-
 cæ & legis 1. & ff. 2. de verborum obligationibus.

Extrictio 16. legū Labyrinthi. Lugduni 1564.
 in folio. De origine regni & monarchia Franco-
 rum, pars prima. Lugduni in quarto. Extrictio
 labyrinthi de eo quod interest, cum noua & ana-
 lytica explicacione & conciliacione Ilm. om-
 nium eius materiæ, multis iam seculis densissimis
 errorum & perplexitatum tenebris implicatissi-
 me, præcipue L. unice, c. de sententiā pro eo quod
 interest. Parisijs Franc. Regnault 1555. in quarto.

Commentarij in consuetudines Parisienses volu-
 mina 2. De donatio, fractis vel confirmat. in con-
 tract. matrimo. De inofficioso testamentis, dona-
 tionibus & dotibus. Consiliorum volumen Col-
 latio 4. Euangelistarum, cum breuibus eiusdem
 annotationibus ad finem operis.

Carolus Phernandus, natione Theutonicus,
 Brugis oppido Flandriæ ortus, scripsit in decora-
 tionem meiricam Ruperti Gaguini, De pu-
 rissima conceptione sacre Dei genitricis & vir-
 ginis Mariæ, Aduersus Vincentium de Castro
 nouo ordinis Prædicatorum, opus elegantissi-
 mum, Commentariorum lib. 1. Laudes ordi-
 nis Carmelitarum lib. 1. Odarum in laudem Chri-
 sti lib. 4. De conceptione contra Vincentinum
 lib. 1. Carmen lambicum de eadem lib. 1. Ora-
 tionem de conceptione ad Carthusienses lib. 1.
 De sancta Catharina orationem lib. 1. Epistola-
 rum multarū lib. 2. Carmina fermē innumera
 lib. 1. Elegias de contemptu mundi lib. 1. &
 alia multa, Claruit anno D. 1494.

* *Carolus Ruinus*, Regiensis, qui magna nominis celebritate ius Bononiæ docuit, scripsit super 1. & 2. Inforciati, & 1. & 2. ff. noui. Item consiliorum volumina 5. impressa Venetijs apud Nicolaum Beuilquam & socios 1571. in folio.

* *Carolus Sigonius*, Mutinensis, Bononiæ Latine linguæ professor, eloquentiæ & eruditionis singularis, plurima scripsit, & plura ab eo bonarum literarum studiosi expectant. Sunt autem hi eius libri, quos ego norim, hætenus editi. Scholia quibus T. Liuij Patruini historiæ, & earum Epitome partim emendantur, partim etiam explanantur. In eisdem libros Chronologia, ipsorum & authorum verbis confirmata. Impressa sunt hæc cum Liuij historia ab eo emendata, Venetijs apud Paulum Manutium 1555. et postea Basileæ, ac demum Francofurti, & denuo Venetijs 1572. Scholijs ab authore multis in partibus auctis. Fasti consulares, ac triumphi aucti à Romulo rege vsq; ad Titum Cæs. In fastos & triumphos, id est, in vniuersam Romanam historiam commentarius. De nominibus Romanorum liber. Omnia hæc simul impressa sunt Venetijs apud Manutium, postea Basileæ ab Episcopo, & Geneuæ ab Henrico Stephano. De antiquo iure ciuium Romanorum lib. 2. Venetijs apud Iordani Zillerum 1560. De antiquo iure Italiæ lib. 3. Ad Senatum populumque Romanum. Ibidem. De Republica lib. 4. Bononiæ 1564. in quarto. De iure prouinciarum, De Republica Atheniensium, Emendationum lib. 2. in quibus Fr. Robertelli reprehensionibus respondet, & vicissim multa in eius scriptis reprehendit. Venetijs in officina Aldi 1557. De lege curiata magistratuum & Imperatorum, ac iure eorum, liber. Venetijs apud Iulium Tamburinum 1569. Aristotelis ad Theodectem Rhetoricorum lib. 3. in Latinam linguam translatus. Ibidem apud Zillerum octauo. De dialogo liber excusus Venetijs 1562. in quarto.

* *Caroli Smariani*, Fontebraldensis, Paraphrasis in Psal. 7. & 33. Lugd. apud Principem, anno 1543.

Carolus Stephanus libellum De re vestiaria ex Bayfio excerpfit, & ipse multa addidit, adiecta & Gallicæ linguæ interpretatione. Robertus Stephanus excudit Parisijs anno 1535. ex eodem Bayfio de vasculis libellum decerpfit, addita vocum Latinarum interpretatione Gallica, ibidem eodem anno impressus. Eiusdem Caroli De re hortensii libellus, Gallica herbarum, florum, ac fructuum, qui in hortis conferi solent, nomina Latinis vocibus efferre docens ex probatis autoribus, in puerorum gratiam: excusus Lugduni apud Gryphium, anno 1536. Seminarium siue Plantarium earum arborum quæ post hortos conferi solent, quarum nomina, fructus, item etiam conferendi vocabula apud authores bene recepta, eo libello declarantur, in puerorum gratiam: Rob. Stephanus Parisijs impressit. Item vinetum, in quo varia vitium, vuarum, vinorum, antiqua, Latina, vulgariaque nomina: item ea quæ ad vitium constitutionem, ad culturam ab antiquis rei rusticæ scriptoribus expressa sunt, ac bene recepta vocabula, nostræ consuetudini præsertim (inquit author Gallus) commoda, breui ratione continentur, in adolescentulorum gratiam, Robertus Stephanus Pa-

risijs 1537. Eiusdem de dissectione partium corporis humani lib. 3. vnâ cum figuris & incisionum declarationibus, à Stephano Riuerio chirurgo compositis, excusi sunt Parisijs anno 1545. apud Cholinæum in magno folio, chartis 53. Eiusdem de nutrimentis ad Baillium li. 3. excudit Parisijs Robertus Stephanus anno D. 1550. octernion. 11. Item Prædium rusticum, in quo cuiusvis soli culti vel inculti, plantarum vocabula ac descriptiones, earumque conferendarum atque excolendarum instrumenta describuntur, excusum est anno Domini 1554. Caroli Stephani Dictionarium historicum excusum Lutetiæ 1561. in quarto.

Carolus Valgulius è Græco transtulit ex Plutarcho Nuptialia præcepta, De morali virtute liberum, De musica liberum, cui etiam annotationes adiecit. Cratander impressit Basileæ cum cæteris moralibus Plutarchi opusculis.

Caroli Verardi liber de expugnatione regni Granatæ, excusus Basileæ apud Hein. Petrum. Eiusdem historia Bætica etiâ extat apud Raphaelé Riariû, dialogis aliquot (circiter 20.) conscripta.

Caroli Viuiiani annotationes in lectionem Ouidij librorum Metamorphosis, & De arte amandi, impressæ sunt Florentiæ.

* *Carolus Vrethouius* multa Græco et Latino carmine scripsit, è quibus plura Basileæ edita sunt.

* *Carpenterius Tolosanus*, in l. Gallus. Fortè Petrus Carpenterius.

Carphylidæ octostichon in tertio libro Florilegij Planudis, & hexastichon in primo, vbi Carphylidæ scribitur.

* *Carpus Antiochenus*, mechanicus, quædam Astrologica et Geometrica scripsit, quorum meminit Proclus in Commentarijs in primû Euclidis.

Caruatalis Minoritæ apologia.

* *Carystij Pergameni*, historici, commentarij, De disciplinis lib. De Sorade syntagma, citantur ab Athenæo.

Casimandri scripta allegantur apud Plinium, qui in 1. & 2. Naturalis historiæ librum, multa ex his mutuatus est.

Caspar, vide Gaspar.

Cassalij oratio contra legem agrariam excusa est Romæ.

Cassandra virgo Veneta, scripsit carmina varia ac doctissima, teste Fulgoso lib. 8. cap. 3. Rerum memorabilium. *Cassandræ* Venetæ oratio pro Bertrutio Lamberto canonico Concordiense, liberalium artium insignia suscipiente, habita in Gymnasio Patruino, impressa est Mutinæ à Dominico Roconciola anno D. 1487.

Cassianus, vide Ioan. Cassianus.

* *Cassiani* Balsiani liber vetustissimus manuscriptus, dicitur apud monachum quendam in Italia latitare, putantque eundem esse qui nunc Constantini Cæsaris nomine de agricultura circumferitur.

Cassianus citatur in Græcis Geoponicis Constantini.

Cassiani (qui annales temporum rationes conscripsit) lucubrationes citantur apud Clemetem Alexandrinum, & Nicephorû in ecclesiastica historia. Cassiani primus Exegeticon citatur à Clemente Stromaton libro primo.

* *Casibellanus* Helius, Britannia princeps, scripsit ad Iulium Cæsarem librum De non ferenda seruitute. Claruit anno à condito seculo 392. ante Christum verò 42.

* *Casiodori* de re rustica libri 16. apud S. Michaelem in Gallia seruantur, nondum editi: sunt autem forte M. Aurelij Casiodori.

Casij cuiusdam meminit Celsus lib. 4. cap. 14. qui inuentor extitit nobilis pharmaci, quod Colicum inferibitur.

* *Casius* Felix quidam aliquoties citatur in Pandectis medicis Matthæi Syllatici, manu illius scripta adhuc extare alicubi conijcimus.

Casij iatrosophistæ problemata medica triginta tria Græce, excusa Parisijs 1541. eadem ab Hadriano Iunio conuersa, Vuchelus impressit eodem anno. Vide in Gesio.

* *Casius* Dionysius, Vticensis, in Græcam linguam transtulit à Punica Magonis Carthaginensis libros 29. de Agricultura.

Casij à Macomadib. verba apud Cyprianum citantur in Sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

* *Casius* Scepticus citatur à Laetio in Zenone.

* *Casius* in Bruto citatur à Varrone lib. 5. de lingua Latina.

Casius Hemina scripsit annalium historiarum que ad Mæcenatē & Tiberium libros, teste Prisciano. Citatur à Nonio De censoribus. A Charisio, à Plinio qui vetustissimum auctorē nominat.

* *Casij* Parmensis versus aliquot de Orpheo edit Achilles Statius ad finem commentariorum in librum Suetonij de Rhetoribus. Eius epistola ad M. Antonium citatur à Plinio lib. 31.

Casij Seueri lucubrationes à Plinio allegantur, qui ex eis se in 35. Nat. historiarum librum quædam deprompsisse fatetur. Seneca etiā meminit Casij Seueri rhetoris, qui multas declamationes conscripserit.

Casilius Surrentinus, cognomine Pasciles, qui Romæ ludum Grammaticæ primum aperuit, scripsit quædam in Grammatica. Huius vitam habes apud Suetonium & Volaterranum.

* *Casterconus* Monachus, Nordouicensis monachus, scripsit super Apocalypsim Ioannis lib. 1. In aliquot epistolas Pauli libros plures, atq; alia edidit multa, quæ in bibliotheca eius cœnobij olim religiosè seruabantur. Claruisse fertur anno 1381. Ricardo secundo regnante. Baleus.

Casij à Sicca verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

* *Castor* Rhodius, vel Galata vt quidam tradit, vt verò alij Mafsiliensis, orator, Philoromæus dictus, ducta vxore Deiorari filia, ab eo vna cū coniuge est interfectus, quod illum apud Cæsarem criminatus esset. Scripsit duobus libris de Babylone. Catalogum eorum qui mari dominati fuerunt: Annalium ignorationes: De Epiche rematis libros 5. vel 9. De persuadendo libros 2. De Nilo. Artem dicendi: & alia. Suidas. Castor

citatur à Stephano. Castor Rhodius & Comoræus De schematis & tropis, Romæ extat in Vaticana. Castoris Rhodij & Philoromæi liber de numeris oratorij, in bibliotheca Io. Sambuci.

Castritius, vide Titus Castritius.

* *Castorionis* Solensis poema in Pana compositum è Clearcho citat Athenæus.

* *Castus* quidam Chymia auctor ab Hortulano citatur.

Casius sacerdos scripsit de octo partibus orationis, qui liber inuentus est in cœnobio quodam Bobij Italia oppidi, vt meminit Raph. Volaterranus in Geographia sua.

Cataldinus de Bonis Compagnis, scripsit de translatione Concilij Basiliensis, & de syndicatu parag. proficisci.

* *Cataldus* Siculus poeta, scripsit De morte Alphonsi principis, De bello Aphrico, Elegiarum libros 4. & alia. Gyraldus.

Catelliani Cottæ I. C. Mediolanensis, memorabilium 2. partes. Basileæ excusæ apud Opor.

* *Catharina* Cellia, vxor Matthiæ Cellij concionatoris Argentinæ in summo tēplo, scripsit Germanica lingua Apologiam cōtra epistolam maledicam Lud. Rabi concionatoris Vlmensis. Explicationem Psalms 50. Miserere mei Deus. Explicationem orationis Dominicæ.

Catharina Latimera vel Parra, Heinrici VIII. Anglorum regis vxor, omnibus nature & gratie dotibus abundans: in Anglico sermone protulit Meditationes Psalmorum li. 1. Lamentationem peccatoris. Migravit ex hac vita anno Domini 1549. Baleus.

Catharina Senensis, monialis S. Dominici, causa fuit epistolis ad Gregor. XI. scriptis, & peregrinatione sumpta, vt ille Romam rediret. Scripta eius simul & dicendi prudētia, cum magna theologorum doctrina conferri possunt.

Catonis Disticha moralia vbiq; excusa reperitur. Mentio fit in eis Vergilij, Ouidij, Lucani, quæ post Catonem vtrunq; vixerunt, quare neutrius opusculum hoc esse potest. Plutarchus tamen in libello *περὶ ἀπονοίας* dictū Catonis citans, Noli mentiri, indicare videtur Catonis esse id ipsum scriptum, quum sane hoc præceptum in eo libello sit expressum. Stobæus etiam aliquas Catonis sententias allegat, sed ita vt videantur ab alijs annotatæ non ab ipso scriptæ. Versus etiam Catonis citantur in epistola Vindiciani ad Valent.

Cato Saccus, Papiensis I. C. scripsit in 2. Codicis: discipulum habuit Iasonem Mainum.

* *Catonis* Sinopenensis scripta de tyrannide Hieronymi Syracusij citat Athenæus.

* *Catossus* Troctæ, Stoicus, scripsit annotationes in Pomponij Gaurici elegias, quæ impressæ sunt Neapoli anno 1523.

* *Cauculus* in Herculis encomio citatur ab Athenæo.

Caudas astrologus scripsit libros nouem annulorum: Librum de tribus figuris spirituum: Librum de figura Almandal. Guil. Pastregicus.

Cebes Thebanus Socratis auditor, scripsit dialogos tres, qui inscribuntur, Tabula, Septima, Phrynichus. Ex his Tabula nostra ætate adhuc extat Græce & Latine Ludouico Odaxio interprete: in Italia, Gallia, & Germania excusa: separatim etiam pictura expressa est quam verbis descripsit Cebes tabulam: præterea eandem commentarijs illustrant Ioannes Cameræ & Iustus Velsius.

* *Cecides* *κηκεδης* vetustissimus dithyramborum poeta, de quo prouerb. Cecide et Buphonorum.

Cecinna Quadrigariorum magister, & Pompeianæ factionis, tempore belli civilis, scripsit librum criminosisimum aduersus Cæsarem. Librum de procurandis fulguribus, quem Seneca se faretur imitari.

Cedmonus Simplex, monachus, scripsit cantica spiritualia instar psalmodum, De creatione mundi, De humani generis origine, Epilogum totius Geneseos, Egressum Israelis de Aegypto, Rediit in terram promissionis. In laudē primi conditoris. De verbi incarnatione. De passione Christi. De eius ascensione. De aduentu spiritus sancti. De Apostolorum doctrina. De futuro iudicio. De terrore gehēnæ. De paradisi delicijs. Condidit præterea per omnes ferè alias Bibliorum historias poemata doctissima. Claruit anno 670.

Cetionius Iulianus scripsit vitam Firmi & Saturnini tyrannorum, teste Vopisco.

Celestinus, vide Cælestinus, & Cælestinus.

Celsus Armachanus, archiepiscopus, & totius Hiberniæ primas, scripsit multa ad Malachiam, & de successione eiusdem. Claruit anno D. 1120.

Celsus Philosophus contra Christianorum religionem libros aliquot edidit, quibus Origenes octo voluminibus respondit, quod opus nostra ætate conuertit in Latinum sermonem Prior S. Balbinæ. Volaterranus.

Celsus scripsit libros sex De sectis philosophorum, ut refert D. Augustinus in præfatione libri de hæresibus ad Quoduultdeum.

Celsus ex Virgilij interpretibus vnum fuisse coniecit ex Seruio in 3. Georg. & ex 2. libro Charisij. Vide supra Aruntium Celsum.

* *Celsi* Hugonis tractatus in clausulas & conclusiones vtriusq; iuris. Venetijs 1570. in 4. cum Vitalis Cambani simili tractatu. Additiones in præfationem Lanfranchi de Oriano. Coloniae 1572. Consilia, impressa Lugduni 1570. in folio.

* *Celsus* Maphæus, Veronensis, Canonicus regularis, scripsit De interdico ecclesiastico. De præcedentia monachorum, & regularium canonicorum. Quæstionem, An aliqua Respublica possit conducere Iudeos ad fœnerandum sine peccato: & an Papa valeat concedere quod id fieri possit sine peccato.

* *Ceneus* *κηνος* quidam citatur à Laertio in Speusippo.

Censorini libellus de die natali, impressus in officina Aldi, 1528. cum Macrobio: & Basileæ cū P. Consentio in 4. Lutet. separatim à Badio in fol.

Ceolfrius Berenicus, post Benedictum secundus abbas monasterij sanctorum Petri & Pauli in Anglia, ordinis S. Benedicti, scripsit ad regem Pictorum de obseruatione paschæ lib. 1. Claruit anno D. 680.

* *Cephalon* Gergithius in Troicis, citatur à Pæthenio in Erot. & à Festo.

* *Cephisodori* poetæ fabulæ Amazones, Trophonius, Sanus, Sus, citantur ab Athenæo.

* *Cephisodorus* contra Aristotelem, citatur ab Athenæo.

* *Cercidas* Megalopolita siue Cretensis in Mealliambis, citatur à Laertio.

* *Cercopis* Pythagorei esse Descensum ad inferos & Sacram orationem Orphei, ait Epigenes. Clemens Stromaton 1.

* *Cerdo* heresiarcha, cuius dogmata postea renouauit Martion.

Cerealis episcopus Africanus, scripsit aduersus Arrianos lib. 1. impressum Basileæ apud Henricum Petrum, cum pluribus alijs contra hæreticos opusculis. Floruit anno 460.

10 *Cerealijs* hexastichon extat in secundo libro anthologij Planudis.

Cerestius scripsit de agricultura lib. teste Vatr. *Cesellius* vindex, scripsit commentarios rerum antiquarum, quos sæpe citat Gellius.

* *Cesennius* scripsit Cæpurica, id est, de re hortensi, Plinius lib. 19. inter Latinos authores.

Cestius rhetor, Senecæ contemporaneus, declamationes scripsisse fertur.

Chael Israeliticus citatur à Ioanne Stodifero.

20 *Chærea* Atheniensis septennumero citatur apud Plinium, qui ex eius lucubrationibus multa in lib. 10. 12. 15. 17. & 18. Nat. histor. se transcripsisse memorat. Scripsit autem aliquid de plantis, circa carduos & spinas diligentissimus Plinio testelibro 20. cap. 23.

* *Chæremonis* Tragicæ fabulæ citantur ab Athenæo. Aleusibæa, vel Alphesibæa, Bacchus, Thyestes. Io. Centaurus, vel Hippocentaurus. Oceanus, Vlisses, Traumatias, seu vulneratus. Theophrastus quoq; lib. 5. cap. 10. histor. plantarum citat Chæremone poetam. Et in Florilegio Grego tetraastichon Chæremonis legitur lib. 3.

* *Chæremone* Aegyptius, Hieroglyphica scripsit ut Suidas & Tzezis testantur. Hic haud dubie est què Iosephus falsa de Iudæis scripsisse arguit. Strabo lib. 17. refert Chæremone secutum esse Aelium Gallum ducem, ac profectum fuisse veterem illam sacerdotum Aegyptiorum doctrinam, sed ut ignarum et ostentatorè derisui fuisse.

40 *Cherephon* noctua à nocturnis lucubrationibus cognominatus, scripsit Tragædias & res Heraclidarum.

Chæronde Catanæi proœmia legum citantur à Stobæo.

Chalcidius Grammaticus, Lexicon scripsit, quod obitu ipsius superueniente Iouinianus eius discipulus sibi vendicauit. Volaterranus. Chalcidij luculentum Timæi Platonis traductio, & eiusdem argutissima explanatio, habetur impressa Parisijs apud Ascensium, anno 1520.

50 *Chameleon* Heracleotes citatur ab Athenæo in libris De Aeschilo, De Anacreonte. De voluptate, De comœdia, De ebrietate, De Pindaro, De Sappho, De Simonide, De veteri comœdia, Exhortatoria oratione, Commentario *κρησίου*. Eiusdem liber de Dijs citatur à Clemente 1. Stromaton. Liber de Thespide à Suida in prouerbio *ἐστὶν ἄριστος τὸν δῖον ἄνθρωπον*.

* *Charax* Pergamenus sacerdos, et philosophus, de quo in veteri libro tale Epigramma reperitur: Sum Charax sacerdos è venerando Pergami cacumine, Vbi olim confligit cum Achille vrbium vastatore Telephus Herculis inelyri filius inelytus. Est autem temporibus Augusti multo recentior, secundo enim libro meminit ut veteris Augusti

gusti Cæsaris: & in septimo Neronis & eorū qui post eum imperarunt. Scripsit historiarum Græcarum libros 40. Suidas, Charax in libris Chro- nicorum, octavo & nono: item rerum Græcarum secundo, citatur à Stephano de urbibus.

* *Chares Mitylenæus*, scripsit historiam rerum Alexandri, & sæpissimè allegatur ab Athenæo, & à Plutarcho in vita Alexandri. A Stobæo etiam Chares quidam ter aut quater citatur.

Chariclis de agone urbano liber, citatur ab Athenæo.

Chariclidis Halysin idem allegat.

* *Chariclei* Anthiteticus ad Plorinum, Græce extat Romæ in Vaticana, & Cardinalis S. Angeli bibliotheca.

Charisius Sopater, grāmaticus vetustus, à Georgio Fabricio emendatus, apud Frobenium excusus Basil. 1555. vide Flavius Charisius Sospater.

* *Charitonis* historia amatoria Græce extat Romæ in Vaticana. Si inscriptio non est falsa & nō potius de Charicone narratio ficta est.

* *Charitonis* cuiusdam liber de Trochiscis & pulueribus Græce manuscriptus in bibliotheca Regiæ Gallorum.

Charixena mulier doctissima, scripsit diuerso carminis genere multa, testante Aristophane in Comico.

Charixeni medicamēta ad inflammationes aurium cum exulceratione, leguntur in opere Galeni de compositione medicamentorum secundum locos.

Charon Carthaginēsis historicus, descripsit tyrannos quotquot in Asia Europaque fuerunt. Illustrium virorum vitas libris quatuor. Mulierum item illustrium libris totidem.

Charon Lampſacenus, F. Pythoclis, floruit Persicis temporibus Olympiade 75, historicus. Scripsit Aethiopia, Persica lib. 2. Græca lib. 4. De Lampſaco lib. 2. Libyca. Fines Lampſacenorum lib. 4. Prytanes aut principes Lacedæmoniorum, sunt autem annales. Origines urbium lib. 2. Cretenſia lib. 3. Refert etiam leges à Minoe latas, nauigationem extra columnas Herculis. Suidas. Citatur ab Athenæo & Plutarcho.

Charon Naucratica, historicus, scripsit sacerdotes Alexandrinos & Aegyptios, & quid sub vno quoque gestum sit: reges qui ab antiquis scriptoribus in qualibet gente fuerint: & de Naucratis, & alia quædam Aegyptia. Suidas.

* *Charodrus* citatur à Theophrasto libro 2. de historia plantarum cap. 8.

Chasparus, vide Gaspar.

Chassenci consilia in lure, excusa.

Chercinō Aegyptiacas hist. descripsisse fertur.

* *Chiliani* Goldstein t. C. Enchiridion processus iudicialij, tam secundum ius cōmune, quam ius canonicum conscripti, cōtinens non solum libellorum, verum etiā exceptionum defensionumque approbatas formulas. Francofurti apud heredes Egenolphi 1568. in octauo.

* *Chiliani* Venatorii, Explicatio verborū Pauli. Tim. 1. Certus sermo & indubitatus, &c. addita breui confutatione errorū Nouatianorum Catharorum & Anabaptistarum, circa doctrinam penitentia. Islebij 1570.

Childebertus primum Cenomanensis, deinde Turonensis episcopus, scripsit de suo exilio versibus heroicis librum. Item de tædio huius vitæ. Orationem ad sanctā Trinitatem, versus de Eucharistia, Epitaphium Berengarij & quædam alia.

Chilonis Lacedæmonij, vnius è numero septem sapientum, sententias habemus, cum ab alijs tum à Ioanne Stobæo sermone tertio descriptas. Vitam eius Diogenes Laertius narrat, cum epistola ad Periandrum.

* *Chionides* Atheniensis, comicus, antiquæ comædiæ scriptor, qui primus id comædiæ genus publice fertur egisse, & annis octo ante bellum Persicum fabulas edidisse. Comædig eius sunt hî Heros, Mendici, Persæ siue Afsyrij. Suidas. Eius Mendicos allegat Athenæus.

Chionis Platonici, qui Xenophōntis tempore vixit, epistolæ Græce excusæ Venerijs apud Aldum, cum diuersis aliorum epistolis.

20 *Chirius* vel *Curius* Fortunatianus, Maximi Balbini, & Pupieni Imperatorum vitas conscripsit.

* *Chœrilus* Atheniensis, tragicus, sexagesimâ quarta Olympiade in certamen descendit, & fabulas edidit centum quinquaginta, vicit tridecim. Hic secundum quosdam laruas & scenam introchaui. Suidas.

Chœrilus Samius, quidam Iasensem alij Halyæ carnassensem tradunt, qui fuerit temporibus Panyasidis & Persicis Olympiade septuagesima quinta. Adolescentem Samij cuiusdam fuisse seruum, hominem formosissimum, Samoque profugum Herodoto historico assidentem: cui & in delicijs fuisse tradunt. Sed poeticam amplexum esse, & obiisse in Macedonia apud Archelaum regem, scripsit hæc: Atheniensium victoriam contra Xerxem, pro cuius poematis singulis versibus, accepisse aureum staterem fertur: decreto facto, ut cū Homeri versibus recitarentur. Lamiaea & alia quædam poemata illius extant. Suidas.

40 *Chœrilus* fertur scripsisse res gestas Lysandri Lacedæmonij, cuius in expeditione comes fuit: Oportet autem hunc alium esse à priore, vti temporum ratio ostendit.

Chœrili Epopœi versus quosdam citat Athenæus libro 11. & Stobæus ex fabula eius Perſeidei & Iosephus libro primo contra Appionem.

Chærobosci Grammatici Græci quædam excusa sunt cum appendice Lexici Græcolatini: vides licet in quibus dictionibus addatur, vel abijciatur: & quod non omnium verborum canones exactè inuestigari possint.

Choniatæ, vide Nicetas.

Choricij sophistæ encomium in τὸ ἀπορρητὸν, in summum imperatorem. in τὸ ἀπορρητὸν ἀπορρητὸν ἀπορρητὸν. Græce extant Romæ in Vaticana bibliotheca. A libi citantur eiusdem Meletæ 3. opus vt arbitror nihil diuersum à superioribus.

Chounradus, vide Conradus.

60 *Chrestodori* decaſtichon, lib. 3. Flor. Græcialias per inuenio primā syllabam. *Christodori* poetæ Thebani Copitæ Ecp̄hrasis imaginum, que in publico gymnasio Zeuxippi cōgnōminato habentur. Item epigrammata aurigarum in Hippodromo Constantinopolit. Ex istis constat tota lectio 1. Florilegij. Vide Suidam.

Christianus Molitoris ex Clagenfurt, scripsit in astrologia opuscula quædam, quæ apud doctos magno in precio habentur. Prognosticis suis magnam sibi gloriam præ ceteris suæ ætatis astrologis comparauit. Obijt anno D. 1495.

Christianus Friderici Imperatoris primi archicancellarius, & archiepiscopus Moguntinus, natione Theutonicus, scripsit Friderici Imperatoris primi gesta & vitam lib. 1. Epistolarum diuersarum lib. 1. Orationes & quædam alia. Floruit anno Domini 1170.

Christianus, qui & *Druthmarus*, monachus, presbyter Corbeiensis, ordinis Benedicti Casinensis, natione Aquitanicus, præclarum & grande opus scripsit ad monachos Strapulensis & Malmondariensis cœnobiorum. In Euangelium Matthæi lib. 1. Eius expositionem in Euang. Matthæi inuentam Vuormaciæ Vangionum per Meinradum Moltherum, Haganoæ impressit Ioan. Secearius, anno D. 1530. octobr. 43. Author vixit circa annum D. 800. & trium linguarum, vt ex interpretatione apparet, peritus fuit.

* *Christiani* Emporij, passio Christi carmine heroico, cum succincta quadam expositione. Colonia in octauo.

Christianus Herlinus, Argentinenfis, Athenæi Dipnosophistarum libros ab Aldo Græce impressos, Iacobi Bedroli communi opera vsus, castigauit, indicibusque & annotationibus illustrauit.

* *Christiani* Hesiandri refutatio dogmatis de ficticia carnis Christi omnipræsentia, & reali idiomatum in ipsis naturis communicatione. Cum Theodori Bezæ præfatione. Geneuæ apud Ioan. Crispinum 1571. in quarto.

* *Christianus* Hipparius Postillam Iacobi Schöpperi Germanicam fecit. Colonia 1573.

* *Christiani* Hollandi Cantiones variegati, quatuor, quinque, sex, septem etiam atque octo vocum ad varia instrumenta aptæ, excusæ sunt Monaci 1570.

* *Christiani* Hospiniani epistola ad Ioan. Hospinianum fratrem, impressa est Basileæ.

* *Christianus* Kemmerus M. Maruli libros De religiose viuendi institutione in Germanicam linguam transtulit. Colonia 1568.

Christiani Louichij Hesi Epithalamium Ludouico Vngermano Gelhusensi, & Esther filie Gasparis Zeuneri, præpositi ecclesiarum Fribergi Misniæ, charta 1. Eiusdem epicedion scriptum reuerendo viro D. Martino Bucero, charta vna & dimidia. Eiusdem epistolæ elegiacæ Davidis ad Saul, & Saulis ad Dauidem. Omnia hæc sunt impressa Vittenbergæ, anno D. 1551.

Christianus Massæus, Hieronymita, Cameraensis, natione Flander, scripsit Grammaticam complexus regulas generales carmine, vt Ioannes Deuspaterius, cuius æmulus erat. Idem scripsit de titulis Psalmorum & eorum auctoribus tractatum. Epistolas ad diuersos. Item Chronicorum multiplicis historię vtriusque Testamenti lib. 20. Calendarium quadruplex lib. 1. Contra Iacobum Merlinum lib. 1. Dialogos quoque & alia. Claruit anno D. 1540.

* *Christiani* Pierij Maximilianis maior, Maximiliano multipotenti mancipata. Tubingæ anno

no 1570. quarto. Eiusdem Symbolorum philosophicorum lib. 4.

* *Christianus* Schror, Sösbekensis, Gelriam cum Cliuia, vicinasque regiones descripsit. Antuerpiæ apud Bernardum Puteanum. Eandem tabulam idem recognouit, ediq; curauit per Hieronymum Cock, Antuerpiæ. Descripsit quoque vniuersam Germaniam, quam idem Cock prælo excudit.

* *Christianus* Soter, Limothomæus, Galeni librum de dignotione & curatione affectuum in renibus Latinum reddidit.

* *Christiani* Vurstisij, mathematicum professoris in celebri Basiliensium Academia, Quæstiones nouæ super Peurbachij Theoricis Planetarum. Basileæ Henricus Petri in quarto.

Christiernus Morisianus, Danus, medicus, Arithmeticam scripsit, excusam Basileæ apud Hein. Petrum, anno D. 1536. & anno 1553. cum Iacobi Fabri epitome in arithmeticam Boetij. Audio eundem etiam aliqua de plantis scripsisse, quæ tamen an vulgata sint nescio.

* *Christinus* de Pisis, Italus natione, inter alia composuit de re militari lib. 1.

Christodorus, vide Chrestodorus.

Christoduli monachi contra Iudæos sermones 9. Græci, extant Romæ in Palatina bibliotheca.

Christophori Ducis Vuirtenbergenfis, cõfessio religionis quam exhibuit concilio Tridentino, anno D. 1552. excusa est Tubingæ in octauo. Latine & Germanice, ac Italice etiam Petro Paulo Vergerio interprete.

* *Christophorus* Albericus, Papiensis, I. C. De verborum significatione. Idem in L. Certi conditio. parag. si nummos.

Christophori Aulæi Epicedion in mortem Annæ Rom. Vngariæ & Bohemiæ reginæ, Philippus Vihardus Augustæ excudit in quarto, anno D. 1549. Eiusdem libros luctuum & epigrammata, excudit Egenolphus Francofurti. Item carmen contra regem Gallorum. Libri Epitaphiorum Erfurdia impressi.

* *Christophori* Auspicis Processus Consistorij Imperialis descriptio, Germanice edita.

Christophori Ballistæ, Parisiensis, de re medica libri 5. excusi. Concertatio in podagram versibus elegiacis, ad D. Philippum de Platea Sedunensem episcopum: impressa Tiguri.

Christophorus de Barzizij, vel de Honestis, scripsit De cognitione & cura febrium. Liber excusatus Basileæ apud Heinricum Petrum. Eiusdem introductorium, siue Ianua ad omne opus practicum medicinæ, excusum Augustæ Vindelicorum, apud Sigif. Grym. anno 1518. Fecit etiam expositionem in Antidotarium Mesue. Inuenio etiam Christophori de Bergamo Introductorium medicinæ, & Declarationes de febribus humidis, Arbitror autem eundem authorem esse.

* *Christophori* Carzizij Expositio canon. Missæ.

Christophorus Caseanus, Trarbachensis, scripsit elegiaco carmine Querelam nostrorum temporum, impressam Basileæ ab Oporino, anno Domini 1552. Item Panegyricum Græcæ literaturæ, eodem anno ab Henrico Petri editum.

Christophori de Castellione Disputatio circa alienationem rerum mulieris prohibitam à statuto. Item

Item Consilium an præsumatur fœnus, quando vendens postea capit in emphyteusim: excusa. Scripsit etiam super, Infortiari. l. si cum dotem & l. si filius hæres, Et super 1. ff. noui, De donat. causa. mor. l. vbi ita donatur: vulgo tamē inscribitur Signorolo de Homodeis. Super 2. ff. noui. l. sciendum, & l. contin. parag. præte. Disputatio circa alienationem rerum mulieris prohibitam à statuto. Consiliorum volumen 1. Consilium an præsumatur fœnus, quando vendens postea capit in emphyteusim, in fine tractatus de Maleficij, Bonifacij.

Christophorus & Vrbanus Cellij, fratres, ediderunt tabulam Europæ Norimbergæ ab ipsis excusam.

Christophorus Clauserus Tigurinus, medicus, scripsit nonnulla sermone Latino, sed nihil dum edidit. Ephemerides, siue diaria (calendaria vulgus vocat) longo tempore quotannis omnibus probatissimas Germanico sermone composuit. Itē de vrinæ indicio dialogum Germanicē, excusum Tiguri apud Froschouerū. Vrinæ inspectionē sine alijs signis inutile esse. Secreta secretorū, vel de regimine Dominorū liber nondū editus.

Christophorus Columbus De insulis in mari Indico nuper inuentis scripsit, quæ Alexander de Cosco ex Hispanica in Latinam linguam transtulit, anno 1493. excusa. Huius prima illustratio insularum in mari Indico, excusa Basileæ apud Hein. Petrum, cum Legatione regis Aethiopiæ ad Pont. Clem. VII.

Christophorus Cornerus ex Fagis, professor Francofordi ad Viadrum, rationem inueniendi medium terminum in syllogismo categorico ab Aristotele traditam, diligenter explicauit, liber eius impressus est ab Oporino in 8. cum Aristotelis tractatu *περί τῶν νομισμάτων*. Idem in 1. epistulam M. T. Ciceronis ad Q. fratrem proconsulem Asiæ, de ea prouincia recte administranda, Ephrasim rhetorum more conscripsit, excusam ab Oporino anno D. 1553. Enarrationes præterea edidit in orationē Ciceronis pro L. Corn. Balbo, quæ impressæ sunt ab eodem, cum diuersorum autorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Præfationes 2. in libros Ciceronis de officijs, Basileæ decimosexto. Edidit etiam Cantica selecta veteris nouiq; Testamenti, cum hymnis & collectis seu orationibus purioribus, quæ in ecclesia recitari solent, addita dispositione & familiari expositione, Lipsiæ. Psalmos item Davidis simili dispositione & expositione addita. Ibidem. Idem liber Germanice quoq; editus est.

Christophori Cuppeneri Iureconsulti, Consilia in materia vsurarum. Repetitiones certorum titulorum.

Christophori Ehemij Iurisconsulti, & illustratissimi principis electoris Friderici palatini Rheni, consiliarij, liber De principijs iuris, Basileæ. Eiusdem De iurisprudencia in artem certa methodo redigenda, libri septem, Coloniae apud Ioannem Birkmannum, anno D. 1567.

Christophorus Encelius, Saluendensis, scripsit de re metallica, hoc est de origine, varietate, & natura corporum metallicorum, lapidum, gemmarū, atq; aliarum quæ ex fodinis eruuntur rerum ad

medicinæ vsum deseruientium, libros 3. excusos Francofordi apud Egenolphum in 8. Idem dicitur scripsisse de piscibus, & insectis aquaticis lib. 3. Commentaria in Dioscoridem.

Christoph. Fabri, Neocomensis ecclesiæ ministri, Catechismus Gallice scriptus, impress. Geneuæ.

Christoph. Fischeri explicatio Germanica Cantici Zachariæ Lucae 1. Smalcaldiæ 1571. Consolatorium scriptum De ferenda cruce, De consolatione in morte propinquorum, & præparatione ad mortem. Germanice. Smalcaldiæ 1569. in 8. Consolatio tempore grandinis, Nurembergæ 1570. Germanice. Conciones in Euangelia Dominicalia ab Aduentu vsq; ad Pascha, Smalcaldiæ 1570. in folio, Germanice. Explicatio Euangelij Ioan. 10. quod altera dominica post Pascha recitari solet. Ibidem. Explicationes Euangeliorum Dominicalium à Paschate ad Aduentum 1572. Concio de cœna Domini. Henricop. 1572. Explicatio quinq; capitum catechismi. Smalcaldiæ 1573. De pia educatione principum. Ibidem. Omnia hæc Germanice edita sunt.

Christophorus Georgius, de Honestis, Florentinus, scripsit super antidotarium Mesue.

Christophorus Goodman, Oxoniensis olim Academię theologus, deinde apud Geneuenses Anglorū ecclesię pastor Anglice scripsit, De recta obedientia principū lib. 1. Claruit anno 1558. Bal.

Christophori Hegendorphini libellus de insti- tuenda vita, & corrigendis moribus iuuentutis, excusus Lugd. apud Gryph. Parisijs apud Vuëchelum & Rob. Stephanum, Basileæ apud Vuinterum, cum alijs eiusdem argumenti opusculis, Rudimenta Grammatices Donati, cum nonnullis nouis præceptiunculis, ab authorē locupletata, Pet. Jordan Moguntie 1532. Thomas Vuolfius Basileæ 1537. Dialogi pueriles 12. excusi Coloniae apud Ceruicornum 1535. & Tiguri apud Froschouerum 1540. De conscribendis epistolis, Basileæ apud Vuinterum. Quę iuuenibus eloquentię cupidis in primis scribenda sint, ex Fabio relata, & exemplis illustrata. Item, oratio in artium liberalium laudem coram frequenti eruditorum congressu in Neacademia Posnaniensi habita: impressa Haganæ apud Secerium 1531. Dramata congesta in Dialecticam Petri Hispani, impressa Basileæ apud Cratandrum 1520. Dramata locorum tam Rhetoricorum quàm Dialecticorum, ex varijs authoribus, Argentorati 1534. Græcæ phrasæ Nonni poetę in Euangelium S. Ioannis Traductio in Latinum sermonem, Item concio Chrysofomi de magistratibus Latine reddita, Haganæ apud Secerium 1528. Enarrationes nouę Euangelij S. Marci, ab ipso conscriptę. His accessere conciones 6. D. Chrysof. de prouidentia diuina, eodē interprete: impressæ ibidē 1533. Aristot. libelli De longitudine & breuitate vitæ, & de Diuinatione per somnum, in Latinum translati sermonem, ac insuper scholijs illustrati: Basileæ apud Vuësthem. 1536. quibus etiam adijcitur textus Aristot. Græcus. Demosthenis orationes Philip. 4. & Olynthiaca secunda Latinæ factæ, cum argumentis, & Oeconomia dispositionis in singulis orationes: apud Secerium Haganæ 1535. Scholia & argumenta in Familiare epistolas Ciceronis,

cum interpretatione Græcorum: Gryphius excudit Lugduni 1536. Annotationes in aliquot Ciceronis orationes, nêpe in Verrinas actiões 4. priores, in Philippicas 4. priores: Basileæ apud Vuinr. cum aliorum annotationibus in reliquas Ciceronis orationes. Enarratio nonæ Philippicę Ciceronis habetur cum eiusdem epitome tyrocinij iuris. Dialectica legalis, siue differendi demonstrandiue ars, ita iuri civili accommodata, vt & nihilominus sit omni studiorum generi vsui futura: Hein. Petrus impressit Basileę 1535. De compendiaria discendi iura ciuilia ratione, cõsilium: Item Exegeses in Iustiniani Codicis titulos, impressæ Argentorati, anno 1539. Commentarij in sex titulos Pandectarum iuris ciuilis, nempe 1. de iurisdictione omnium iudicum. 2. quod quisque iuris in alium, &c. 3. Si quis ius dicenti, &c. 4. De in ius vocando. 5. Si quis in ius vocatus non ierit. 6. In ius voca. vt eant. Adiuncto textu, & in dicibus, Vuesthemerus Basileæ, 1537. Epitome tyrocinij iuris ciuilis, in titulum libri 3. ff. scholia, Oratio de præclaris rebus gestis Antonini imperatoris, item Basileæ apud Vuesthemerũ 1529. Christoph. Hegendorph. scripsit dispositionem in vtrancq; epist. Petri. Itẽ encomium ebrietatis. * Christophori Herdesiani, Responsorum iuris liber in quarto.

Christophorus Heyl, Vuisbadẽsis medicus, scripsit artificialem medicacionem, quæ constat paraphrasi in Galeni lib. de artis medicæ constitutione, excusam Moguntia 1514. cũ Bertrutio de morbis noscendis, &c. Idem transtulit ex Galeno librum de renum affectuũ dignotione et medela.

Christophorus Hoffman concionator Ihenensis, scripsit cõmentaria in epistolam Pauli ad Titum, in quibus agitur de vniuersa doctrina Christiana, & de corrigendis abusiibus. Petrus Brubachius excudit Francofurti, 1541. De pœnitentia commentariorum lib. 3. excusos Halę Sueuorum apud eundem Brubachium, anno 1540.

Christophori de Honestis Commentaria super Prognostica, manuscripta exant apud D. Adolphum Occonem. Vide Christoph. de Barzizij.

Christophori Imleri Hadamarij, annotationes in epistolas Ioannis, Iudæ & Iacobi, impressæ sunt Francoforti in 8. anno D. 1542. Eiusdẽ commentarius in librum Iesu filij Sirach ibidem impressus est anno D. 1544. Eiusdem commentaria in 2. epistolas Petri edita sunt.

* Christophori Irenæi Admonitio non esse recipiendam *ἀμυσία* & silentium errorum & corruptelæ in doctrina sacra. Ienæ Germanice. Eiusdẽ Adam & Eua, de eorum origine, dignitate, matrimonio, lapsu & reparatione. Mulhusij Germanice. Speculum vitæ æternæ, hoc est explicatio articuli symboli Apostolici, Credo vitæ æternam, 1572. Germ. Eiusdem & sociorum eius Vuolphij, Schneideri, Franci, confessio de peccato Originis an sit Substantia vel Accidens, exhibita Consistorio Ienæ, 1572. quarto, Germ. Quod sit discrimen operum Dei & diaboli in homine. Demonstratio ex scripturis sumpta, qua ostenditur homines etiã post lapsum Dei creaturas esse, 1572.

Christophorus Lafranchinus, de præcellentia doctoris & militis.

Christophorus Landinus, ciuis Florentinus in Italia, scripsit in P. Vergilium Maronem commentarios, impressos Venetijs cum Seruij comment. anno 1520. item in Q. Horatium comment. Venetijs 1483. Camaldulenses disputationes, excusas Argentorati anno 1508 De vita actiua & cõtẽmplatiua, De summo bono, & in P. Vergilij Maronis allegorias. De anima dialogos, quorum meminim 6. Aeneidos Floruit anno 1494.

10 Christophorus Longolius, Parisiensis, edidit orationem de D. Ludouici Franc. regis, & gentis Gallorum laudibus, ad Francisc. Valesium Delphinum. Orationem de laudibus Plinij, orationes & epistolas propè innumeras, comparationem iuris ciuilis cum re militari, Elegias & Epigrammata varia, Commentaria in ius ciuile, Historiam herbarum, Commentaria in Plinium: quædam in iure ciuili, dum illud Prætauij publicè profiteretur. Quinq; orationes de laudibus vrbis Romæ, & orationes duas quibus eorum accusacioni responderet, qui eum Romę perduellionis reum egere: vnam præterea ad Lutheranos orationẽ, & aliquot epistolas ad amicos. Reliqua omnia quæ scripsit, ipse abolenda censuit: idq; vt ita fieret, amicis moriens commendauit. Perduellionis rei defensionem duæ sunt excusæ ab Aldo: Epistolarum lib. 4. excusæ Basileæ 1540. cum Petri Bembi, la. Sadoleti, Guil. Budæi, Erasmi, epistolarum ad eundem Longolinum lib. 1. Adiecta etiam vita Longolij, per quendã eius studiosum conscripta: & Lugd. apud Gryphium cum 3. eiusdem Longolij orationibus. Oratio ad Lutheranos damnatos, qua eos ad Romanã ecclesiam reducere conatur, excusa Colon. apud Gym. 1529. * Christophori Lybij Eplicatio in canonicas epistolas D. Ioannis in 8.

Christophori Marcelli, Veneti, orationes de auctoritate summi Pont. In die cõmuni omnium sanctorum. In 4. Scfs. Concilij Lateranen. commentarius in Psalmos, alicubi impressa sunt.

40 * Christoph. Marstalleri cõcio funebris in obitu nobilis matronę Annę Craylheim. Nor. 1568. * Christophorus Molhusensis, Dominicanus, cõposuit Postillas in Euangelia lib. 4. In omnes epistolas Pauli lib. 14. In epistolas Canon. lib. 7. Postillas in Apocalypsim li. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de Sanctis lib. 1. In Elenchos Aristot. lib. 2. Extant & alia opuscula, sed eorum tituli nunc desunt. Claruit anno 1350.

50 * Christoph. Moralis Musici, Lament. Hieremie 4. 5. & 6. vocum, Venetijs in 4. Eiusdẽ Magnificat omnitonũ, cum 4. vocib. Venet. in fol. 1564.

Christophorus Mylæus, Stauig natus (oppidum situm est ad eum lacum, qui Lemano & Iurg mōti est vicinus) edidit Consilium de scribenda vniuersitatis rerum historia, in quinq; libros distinctum. Primus est de natura, secundus de prudentia, tertius de principatu, quartus de sapientia, quintus de literatura. Referrī poterunt ad hæc summa rerũ genera, seruato naturali ordine, quod quidq; aliud alio suis ad propositũ finẽ incrementis, prius est (Methodum constructionis vocant) quęcunq; in omni rerum natura, in vsu atq; exercitatione vitæ cõmunis, & in doctrinarũ ac rerũ gestarũ scriptoribus latissimè cõtinentur. Liber impressa

impressus est Basileæ apud Ioan. Oporinum anno 1551. Scripsit etiam de relinquendis ingenij & literarum monumentis lib. 3. Primus est de reru inuentione & cognitione, secundus de collatione & dispositione, tertius est de elocutione. Totidē libros de prisca Gallorum lingua, in quibus multa de Druidarum doctrina differuntur, & ex vestigijs hodiernę linguę plurima veterum scriptorum testimonia comprobantur. Pręterea de Historico lib. 3. quem suis incrementis ab ipsa infantia educit, informat, reru cognitione instruit, & ad iustam ætatem perducit. Item librum vnum de commendatione literarum, cui inserta est excultę literis Europę cum cęteris partibus orbis terrarum comparatio. Claruit anno D. 1551.

* *Christophorus* Nolhamensis, Dominicanus, scripsit Postillas in Euangeliã lib. 4. In omnes epistolas Pauli lib. 14. In epistolas Canonicas lib. 7. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. & alia.

* *Christophori* Obenhin libellus Germanicus De libero arbitrio & conuersione hominis 1569. Eiusdē De eleemosyna liber, Quid & quotuplex sit, à quibus, cui & quomodo, & ob quas causas dari debeat eleemosyna. Vrsellis 1570. Germ.

* *Christophori* Oroscij Castigationes interpretu Aetij medici, item in Aeginctę interpretes, excusa sunt Basileæ à Rob. Vuinter 1540. in quarto.

Christophorus Palmēsis, scripsit Disticha, excusa Basil. apud Rob. Vuinter. Claruit anno 1486.

Christophori Pannonij elegia ad D. Nicolaum Perrenotum à Granuilla, excusa est cū Guil. Paradini de antiquo Burgundię statu libello, Basileæ apud Ioan. Oporinum, anno 1549.

Christophori Pecellij, Plauenensis, Oratio de generatione hominis, in qua recitantur & miracula præcipua & imagines insigniores, quę in opere generationis humanę lucent ac conspiciuntur. Vitebergę 1565. Apologia verę doctrinę de definitione Euangelij, opposita Trafonicis præstigijs Ioan. Vuigandi. Vitebergę 1571.

Christophori de Pergamo Introductorium Medicinę. Eiusdem declarationes de febribus humidis. Fortē *Christophori* de Barzizij.

Christophori Phrislebij I. C. Paratitla, seu ad vtriusq; iuris titulos annotationes: Eiusdem erote mata in institutiones Iustiniani, excusa sunt Francfurti ad Viadrum, anno 1551. & Louan. in 12. & Francfurti 1569. Latinogermanice ab Heinrico Knaust translata, octauo. Eiusdem Harmonia Euangeliorum.

Christophorus Porfena, Romanus, scripsit epistolas ad diuersos. Vertit Origenis cōtra Celsum lib. 8. item Theophylactum in epistolas Pauli: & Agathię Smyrnęi de bello Gotthorū & alijs historijs lib. 5. quos excudit Heruag. Basileæ 1531.

Christophorus Porcus, vel Porcius, scripsit in Institutiones iuris, liber excusus Lugduni 1536.

Christophori Probi Barroduciani Hodęporicum carmen dimissę Heidelbergensis vniuersitatis, propter pestem, Vuormatię excudit Sebastianus Vuagner, anno D. 1540.

* *Christophorus* Pyramius, Germaniã tabulam edidit, Bruxellis Brabantię.

Christophorus Richerius, Torigneus, scripsit

De rebus Turcicis lib. 5. ad Gallorum regem, excudit Oporinus cum Alcorano. Et Parisijs apud Rob. Stephaniū in 4. venditur 2. solidis Gallicis.

* *Christophorus* Rid compendiū Musices Hein. Fabri in Germanicam linguam transtulit. Norimbergę anno D. 1572.

Christophorus Rodolphi scripsit Germanicã linguã librum de Algebra seu regulis Cosicis: item alium De arte supputandi, & praxi Italica.

10 * *Christophorus* Rohniacijs, De re sacerdotali seu pontificia.

* *Christophori* Roffini Cōmentarij omnium à creato orbe historiarum, Lutetię 1571. 4.

* *Christophorus* Rüterus, Tigurinus, scripsit carmen in obitum C. L. theologi Andreę Hipperij Marpurgi impressum.

Christophori Schellēbergij Epithalamiõ Vualfgango Meurero medicinę doctõri scriptum. Carminum nuptialium lib. 2.

20 * *Christophorus* Scheu erle, Norimbergenis, scripsit De rebus gestis Alberti ducis Saxonię.

* *Christophorus* Seyniarmayn, alijs de Sancto Germano, illustri prosapia oriundus, homo in patrijs legibus, vtrõq; iure, philosophia atq; sciētij liberalibus doctissimus, scripsit partim Latine partim Anglice, Dialogum de legibus Anglicanis lib. 1. Dialogum de fundatione earundem lib. 1. Apologiam ad epistolam quandã lib. 1. De statuis prouincialibus lib. 1. De cleri potestate ex iure lib. 1. Salem & Byzantium lib. 1. Doctrinam Bernardi & Brigidę lib. 1. Concilia Romanorū Pontificum lib. 1. In Mahumetem & eius sectam lib. 1. Discrimen vulgi & cleri lib. 1. Additionem Salis & Bizantij lib. 1. Quod clerus non conderet leges lib. 1. Quid ecclesia sit lib. 1. De sacramentis eiusdem lib. 1. Apologiam aduersus Morum lib. 1. De vtraq; potestate Dialogum lib. 1. Atq; alia nonnulla, obiit octogenarius Londini, anno à Chriſto nato 1539. Baleus.

30 * *Christophori* Simoneti Palmēsis, Burgundi, Disticha de moribus ad Catonis sententiam, excusa Basileæ à Parcõ.

* *Christophorus* Stolbergius, Vigilij lib. 5. contra Eutychen in Germanicam linguam transtulit, impressos Francfurti 1572.

Christophori Syngelij elegia de Magdalenã coniuge Vdaltici comitis in Reinſtein, quę grauida incendio miserabiliter periit, anno D. 1546

50 * *Christophori* Turrani, Canonici Cauallicensis, liber de sobrietate: impressus Auenionie per Bartolomæum Bonhomme 1555.

* *Christophorus* Thretius Polonus, diu in Germania, Gallia & Italia studiorum causa peregrinatus, multa in bonis literis collegit, & præcipue bonam operam ecclesię nauauit in confutandis sacrosanctę Trinitatis hostibus. Nam & alios cōplures excitauit ad illos redarguedos, & ipse quoque lingua Polonica contra eorum errorem quędam in publicum edidit. Floret adhuc Cracouig.

60 * *Christophori* à Vega Complutensis liber de arte medendi, Lugduni 1564. Cōmentaria in Hippocratis prognostica. In librum de differentijs febrium Galeni comment. Item In aphorismos Hippocratis. Taurini in octauo 1569. & Lugduni anno 1570.

* *Christophori Vuirfungi* liber medicus, in quo omnia humani corporis externa et interna membra primū describuntur, deinde singulorū morbi & eorundem cura, Heidelberg, 1568, in fol. Germ.
* *Christophori Zobel* Speculum caularum ex iure Cæsareo Germanice in folio.

Chromatij episcopi Rom. in 5. & 6. cap. Matth. dissertatio, atq; in idē 5. declamatio: Basileę apud Ada Petrū. 1528. cū apologetico Symmachi, &c. Et apud Hein. Petri in micropresbytico, 1551.

* *Chrysanthus* Aedelij discip. præceptor Eunap. propria manu tantum librorū exaravit, (vt scribit Eunap.) quantum vix alij iuuenta, florētes legunt.

Chrysermi verba ex 2. libro historię Persicę. Io. Stob. vsurpat sermone 37. Et rursus sermone 98. Chryser. Corinthij verba ex 13. lib. de fluuijs. Ex Peloponnes. Chrysermi mutuatur Plutarch. historias etiam in Paralellis minoribus, capite 5. & 21.

Chrysermi cuiusdā scripta allegatur apud Plin. qui in lib. 22. Nat. hist. quædam ex his transtulit.

Chrysippus Apollonij filius, Solensis seu Tarsensis, Stoicę sectę philosophus, Zenonis & Cleanthi auditor, plurima scripsit e quibus hæc commemorat Laert. Logici loci theses. Logica & Philosophi cōsiderationes. Terminorū dialecticorum ad Metrodorum 6. De his quæ sunt in Dialectica nominibus, Aduersus Zenonē ars Dialectica. Ad Aristagoram 1. Coniunctorū probabiliū ad Dioscoridem 4. Logici loci eius qui circa res est ordo primus. De proloquijs. De non simplicibus proloquijs. De cōnexo ad Athenadem 2. De his quæ negantur ad Aristagorā 3. De prædicabilibus ad Athenod. De his quę dicuntur per priuationē ad Thearum 1. De optimis proloquijs ad Dionē 3. De differentia indefinitorū 4. De his quę secū dū tēpora dicuntur 2. De perfectis proloquijs 2. Ordo II. De vero disiuncto ad Gorgippidē 1. De vero coniuncto ad Gorgippidē 4. Diuisio seu secta ad Gorgippidē. Ad id quod de consequentibus est. De eo quod est propter 3. ad Gorgippidem 1. De possibilibus ad Clitum 4. Ad id quod est de significationibus Philonis 1. Quæ nā sint falsa 1. Ordo III. De præceptis 2. De interrogatione 2. De responsione 4. Epitome de interrogationibus & responsionibus 1. Quęstionis 2. De responsione 4. Ordo IIII. De prædicamentis ad Metrodorum 10. De rectis & obliquis ad Philarchū 1. De coniunctionibus ad Apollonidē 1. Ad Pasylū de prædicamentis 4. Ordo V. De 5. casibus 1. De appellatiuis 2. De subinsinuatione ad Stefagorā 2. Logici loci circa dictiones & quę ex his cōstat orationē. Ordo I. De gētilibus & pluralibus enuntiationibus 6. De dictionibus ad Sosigenē & Alexandrū 5. De inequalitate dictionū ad Dionē 4. De sortitis quęstiuiculis ad voces 3. De solæcismis 1. De solæcisantibus orationibus ad Dionys. 1. Orationes præter consuetudinē 1. Dictio ad Dionysium. Ordo II. De elementis orationes 5. De constructione eorū quę dicuntur 4. De constructione et elementis eorum quę dicuntur ad Philip. 3. De elementis ad Niciam 1. De eo quod ad alia dicitur 1. Ordo III. Aduersus eos qui non diuidunt 2. De ambiguis ad Apollam 4. De tropicis ambiguis 1. De cōnexis tropicę amphibologię 2. Ad id quod scripsit Panthodus de ambiguis, De intro-

ductione ad ambigua 5. Epitome ambiguarū ad Epicratē. Coniuncta ad introductionē ambiguarū 2. Logici ad orationes & tropos Ordo I. Ars orationū & modorū ad Dioscoridē 5. De sermonibus 3. De modorū constantia ad Stefag. 2. Comparatio tropicorū proloquiorum. De reciprocis orationibus atq; coniunctis Ad Agathonē siue de sequētib; problematibus. De conclusionibus ad Aristagorā. Quod eadem oratio pluribus modis ordinetur. Ad ea quibus cōtradicitur quod eadem oratio collecto & nō collecto cōstruatur modo 2. Ad ea quę obijciuntur syllogismorū solutionibus 3. Aduersus id quod scripsit Philo de tropis ad Timostratū. Logica coniuncta ad Timocratē & Philomathē 2. De orationibus & tropicis. Ordo II. De concludentibus orationibus ad Zenonē. De primis & demonstratione carentibus syllogismis ad Zenonē. De solutione syllogismorū. De fallacibus orationibus ad Pasylū. De speculationibus vel potius theorematibus, syllogismorū. De introductorij; syllogismis aduersus Zenonē 3. De syllogismis secundū falsas figuras. 5. Orationes syllogisticę per resolutionē in his quę demonstratione carent. Tropicę quęstiones ad Zenonē & Philomathē, Hic liber falso videtur inscriptus. Ordo III. De incidentibus orationibus ad Athenadē. 1. lib. falso inscriptus. Orationes incidentes ad mesoteta 3. Aduersus disunctiones Armenij. Ordo IIII. De ciuilibus quęstionibus ad Meleagrū 3. Sermones hypothetici in leges ad Meleagrū 1. Orationes hypotheticę ad introductionē 2. Orationes hypotheticę speculationū 2. Solutio hypotheticorū Alexandri, falso inscripta. De expositionibus ad Laodamantē 2. V. Ordo. De introductione ad falsum ad Aristocreon. Falsę orationes ad introductionē. De fallaci ad Aristocreon 6. VI. Ordo. Aduersus eos qui putant & falsa & vera esse 1. Aduersus eos qui per sectionē soluunt fallacē orationem, ad Aristocreon. 2. Demonstrationes quod infinita scindi nō oporteat. Ad ea quę obijciuntur his quę contra sectionem infinitorū scripsit ad Pasylū 3. Solutio secundum antiquos ad Dioscor. De falsę orationis solutione ad Aristoc. 3. Solutio Hedylli ad Aristocreon. & Apollam 1. VII. Ordo. Ad eos qui dicunt lemma falsa habere fallacē orationē. De negatione ad Aristoc. 2. Orationes negantes ad exercitationē. De paruula oratione ad Stefag. 2. De orationibus aduersus propinationes *inordinatas*, & de quiescentibus ad Onetorē 1. De aperto ad Aristobulū 2. De latente ad Athenadē 2. VIII. Ordo. De vtili ad Menecratē 8. De orationibus quę ex infinito et definito cōstant, ad Pasylū 2. De vtili oratione ad Epicratē 1. IX. Ordo. De sophismaub. ad Herac. et Pollidē 2. De ambiguis dialecticis orationibus ad Dioscor. 5. Aduersus Arcestilai artē ad Spherū 1. X. Ordo. Contra cōsuetudinē ad Metrod. 5. De cōsuetudine ad Gorgip. 7. Logici qui extra prædictas 4. differentias sunt, quęstionesq; logicas sparsim continent non connexas & in corpus redactas, De numeratis quęstionibus 39. Sunt igitur omnia simul Logicę partis volumina 310. Ethicę rationis quę ad emendationem moralium notionum, Ordo primus. Descriptio orationis ad Theoporum 1. Morales quęstiones 1. Probæ

Probabiles maxime ad dogmata ad Philomachem 3. Definitionum Rubani ad Metrodorum 2. Definitionum τῶν τῶν ἐπέων ad Metrodorum 2. Definitionum ad Metrodorum per genera 7. Definitionum secundum alias artes ad Metrodorum 2. Ordo secundus. De similibus ad Aristoclem 3. De definitionibus ad Metrodorum 7. Ordo tertius. De his quæ non recte definitionibus obijciuntur, ad Laodamantem 7. Probabilia ad definitiones ad Dioscoridem 2. De speciebus & generibus ad Gorgippidem 2. De diuisionibus 1. De contrarijs ad Dionysium 2. Probabilia ad diuisiones & genera & species 1. De contrarijs 1. Ordo quartus. De etymologicis ad Dioclem 7. Etymologicon ad Dioclem 4. Ordo quintus. De prouerbijis ad Zenodotum 2. De poematis ad Philomachem 1. Quomodo oporteat audire poemata 2. Aduersus Criticos ad Diodorum 1. Morales loci circa communem rationem, & eas quæ ex ipso constant artes & virtutes. Primus ordo. Aduersus rescriptiones ad Timonastem 1. Quomodo singula dicimus & cogitamus 1. De cogitationibus ad Laodamantem 2. De opinione ad Pitonastem 3. Probatio contra id quod dicitur non opinatum esse sapientem. De comprehensione & scientia & ignorantia 4. De oratione 2. De sermonis vñ ad Leptinem. Ordo secundus. Quod recte antiqui Dialecticem iudicent, cum probationibus ad Zenonem 2. Dialectica ad Aristocreonem 4. De his quæ Dialecticis obijciuntur 3. De Rhetoribus ad Dioscoridem 4. Ordo tertius. De habitudine ad Cleontem 3. De arte & inertia ad Aristocreonem 4. De differentia virtutū ad Diodorum 4. Quod virtutes æquales sint 1. De virtutibus ad Polidem 2. Morales loci de bonis & malis. Ordo primus. De honesto & voluptate ad Aristocreonem 10. Probatio quod non sit voluptas finis 4. Probatio quod voluptas bonum non sit 4. Atq; hi libri à Laertio commemorantur, verum in vetusto codice quædam eo loco deesse recte admonet vir doctissimus Ioannes Sambucus, nam cum Laertius scribat Chrysippi volumina esse numero 705. in hoc catalogo duntaxat enumerantur 431. nēpe logici libri 310. Morales autem 121. desunt itaque libri 274. Porro à Laertio citantur nonnulli libri Chrysippi qui in hoc catalogo non leguntur, nempe. De finibus. De honesto. De iustitia. De amore. De his quæ per seipsa nō sunt appetenda. De repub. De iure libertatis. Quod Zeno proprie vsus sit nominibus. Commentariorum duodecim. De vitis. De antiquis Physiologicis. Physicorum duodecim. Naturalium questionum quartus. De inani. De dijs. De prouidentia quintus. De fato. De diuinatione 2. Prouerbiorum 5. Ab Athenæo autem hi quoq; citantur non inter superiores nominati libri. Introductio ad tractationem τῶν ἀγαθῶν bonorum & malorum. De concordia. De his quæ per se sunt expetenda. Plutarchus in Paral. minoribus citat Chrysippi libros de rebus in Italia gestis, verū an hi à Solensi philosopho an aliquo alio scripti sint, incertum est. Galenus libros de curandis animi affectibus.

Chrysippus Gnidius medicus, nominatur à La

ertio, à quo Erasistratus testetur multa se didicisse. Hic filium eiusdem nominis habuit Ptolemei medicum, qui calumniam passus, flagris cæsus ac supplicio affectus est.

Chrysippus, medicus alius à superiore Erasistrati discipulus, huius quoq; Laertius meminit. Plinius etiam 20. & 7. proxime sequentibus libris Chrysippum medicum citat, et eius volumina referta herbarum mentione inquit; & lib. 20. eundem ait priuatim volumen brassicæ digesse, per singula hominis membra digestum.

Chrysippi Tyanei Artocopicus & Artopæicus citantur ab Athenæo.

Chrysortus de magistratibus Romanis scripsit, quæ adducit Theophilus contra gentes.

Chrysostomus laellus scripsit Compendium logicæ, philosophiam civilem ad mentem Platonis, philosophiam moralem, Quæstiones in libros Aristot. Impressa Venetijs ad signum putei, partim 1536. partim 1541. * Epitomen in Metaphysica Aristot. & in philosophiam naturalem. Venetijs 1547. Philosophiæ moralis enarrationem in lib. 5. Ethicorum ad Nicomachum.

Chrysostomi Neapolitani lepidissima de situ & moribus Olandiæ (sic enim ille vocat) epistola, excusa Colonig, cum historia Barauica, apud Ceruicornum 1541.

Chumannus Flinspachius de Tabernis montanis, scripsit Chronologiam ex sacris atq; ecclesiasticis autoribus desumptā, ab orbe condito vsq; ad annum 1552, excusam primum Vittenbergæ, deinde Argentiniæ apud Vuend. Rihelium eodē anno. Adiecit etiā confirmationē eiusdem Chronologiæ, atq; locorū difficultium qui in tota computatione occurrunt expositionē, vñ cum coniectura extremi iudicij. Libellus ab eodem excusus. Idem edidit Genealogiarum librum, in quo Gentium origines post diluuium, et Christi ac reliquas genealogias in sacris literis traditas explicat. Basileæ apud Oporinum.

Ciceronis filij epistolæ tres ad Tyronem leguntur libro 16. Familiarium Ciceronis.

Cichus (aliàs Cicchus) Esculantus, commentarios edidit in librum de sphaera Ioannis de sacro Busto, sermone barbaro. Opus impressum in folio. Venetijs anno D. 1499 cum alijs quibusdā.

* Cimon Atheniensis scripsit præclarum librum de equorum inspectione. Suidas in Absyrro. Fortē autem hic is est qui à Xenophonte Simon nominatur.

Cinethon Lacedæmonius, generationum orationes versibus est complexus. Testatur Pausanias in 2.

Cingius quidam libros fastorum scripsisse fertur. Macrobius.

Cintius Grammaticus citatur à Charisio.

* Cintij Alimeri historia de Gorgia Leontino citatur à Fulgentio in Vocibus antiquis. Gellius verò Cintij tertium & quartum librum de re militari citat. Macrobius Suasionem legis Fannianæ. Hic forte est Lucius Cintius qui Græco sermone Romanam historiam conscripsit, circa bella Punica, Liniō & Halicarnasseo testibus.

Cinus, vide Cynus.

Circius Aegyptius, citatur in Sūma Al. Magni.

* *Claratonus* quidam, in metra Gallica transtulit historiam Galfridi Monumetensis, de rebus Britannicis lib. octo.

Clari à Mascula confessoris verba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Claudia Rufina, nobilissima mulier, linguæ Latinæ & Græcæ perita, scripsit librum epigrammatum, Elegiam in mariti obitum, & alia in utroque scribendi genere non pauca. Claruit anno D. 80.

Claudiani epigrammata duo in 4. libro Florilegij Planudis.

Claudianus de Saycello super 1. & 2. ff. noui. Vide Sefellius infra, an idem sit Claudius.

Claudianus Mamerus, Vienenfis ecclesiæ presbyter, composuit tres de statu vel de substantia animæ libros, excusos Basileæ, 1520. cum alijs quibusdam apud Adamum Petrum. Eiusdem Carmen contra poetas vanos, impressum est apud Oporinum cum reliquis operibus veterum poetarum Christianorum. Floruit sub Iustino Imperatore.

Claudius quidam scripsit de iustitia & iure, super 1. ff. veteris. l. vt vim. Forte Sefellius.

* *Claudij* cuiusdam index fabularum Plauti citatur Gellio lib. 3. cap. 3.

Claudij Altilsiorensis summa, & Commentarij in epistolam ad Galatas, excusi Parisijs, anno Domini 1542.

Claudius (aliàs *Claudianus*) Aquem. scripsit super 1. ff. veteris. In 1. Infortiati. In 1. & 2. Codicis. & super feudis.

* *Claudius Auberius* in Latinam linguam è Græca conuertit, Theodori Ducæ Lascaris, Imp. Cæs. Ioan. Augusti F. de communicatione naturali lib. 6. admiranda philosophia referros. Basileæ anno D. 1571.

* *Claudij* Baduelli De ratione vitæ studiosæ ac literatæ in matrimonio collocandæ & degendæ liber. Oratio funebris in morte Iacobi Albentij. Liber de officio & munere professorum & eorum qui iuuentutem erudiendam suscipiunt. Annotationes in Ciceronis orationes pro Milone & M. Marcello. Oratio ad instituendū Gymnasium Nemausense de studijs literarum. Orationes duæ de iisdem studijs. Orationes 2. comparationem habentes vitæ *βραβηλικῆς καὶ πολιτικῆς*. Orationes quatuor *πυρρῆσαι*, hoc est Natalitiæ de ortu Iesu Christi. Oratio de ecclesiæ Christianæ nobilitate. Instituta literaria, quibus demonstratur, quemadmodum disciplina iuuentutis in Gymnasio sit constituenda. Orationes duæ consulares, hoc est, pro consulibus designatis habitæ. Oratio de laudibus artis medicæ. Epistola pænetica ad Paulū filiū De vero patrimonio et hereditate quæ Christiani patres suis liberis debent relinquere. De morte Christi meditanda oratio. De collegio & vniuersitate Nemausensi. Omnia hæc Lugd. per Sebastianum Gryphium sunt impressa, partim 1544. partim 1552. anno. Idem quasdam conciones Ioannis Caluini ex Gallica lingua in Latinam transtulit, Geneuæ in octauo. Præfatus est in Thesaurum linguæ Græcæ à Ioanne Crispino editum.

* *Claudij* Buxerij Delphinatis Rithmomachia,

hoc est ludus Pythagoreus. Lutetiæ Guiljelmus Cauellat, anno D. 1556.

Claudij Cæsaris scripta citantur apud Plinium, 5. 6. 12. & 13. Nat. historiarum libro. Feriur autem scripsisse inter alia hæc. Defensionem Ciceronis contra Asinium Gallum, qui Asinium Pollionem Ciceroni præferebat. De vita sua lib. 8. De tribus literis à se prioribus additis lib. 1. De vsu alegg librum. Præterea hortante Tito Liuius, & Sulpicio adiuuante historiam scribere aggressus est, initium sumens à Cæsaris cæde, sed animaduertens deesse dicendi libertatem, cepit à pace ciuili belli prioris, & scripsit lib. 2. ac deinde lib. 41.

Claudius Cælestinus scripsit opusculum de his quæ mundo mirabiliter eueniunt: vbi de sensu erroribus & potentijs animæ, ac de influentijs cælorum agitur.

* *Claudij* Campensij Philosophiæ naturalis lib. 3. Regiomonti in octauo.

Claudius Cantuuncula I. C. clarissimus, scripsit orationem apologeticam in patrocinium iuris ciuili, contra affirmantes legibus cum Euangelio parum conuenire. Item parænesin de ratione studij legalis, quæ excusa est Basileæ anno Domini 1522. Topica per exempla legum ibidem impressa anno 1520. de potestate Papæ, Imperatoris & Concilij. Paraphrases in libros tres priorum institutionum Iustiniani, impressas Haganoæ, & Lugduni 1550. in octauo. De officio iudicis lib. 2. Basileæ apud Isingrinium anno 1543. Consilia eius siue responsa nunc primum in lucem edita per Guiljelmum Cnutelium, Coloniae impressa sunt anno 1571. in fol. Claruit anno D. 1549.

Claudius Centinianus scripsit librum in iure ciuili tertium à P. Papirio. Volater. X. lib. 14. Vrb. com.

Claudius Clemens, natione Scotus, discipulus Bedæ, scripsit in Pentateuchum libros quinque. In aliquot capita Iudicū, Enarrationes in Ruth. In Psalterium. In Euangelium Matthæi. In Paulum ad Galatas. De Euangelistarum concordia, Contra Bonifacium Anglum, & alia multa. Claruit anno Domini 810.

Claudius Claudianus, poeta insignis, omnium qui ferme habentur veterum recentissimus, Alexandria Aegypti vrbe oriundus, scripsit De raptu Proserpinæ libros quatuor, sed quartum aut non absoluit, aut iniuria temporum ad nostram non peruenit ætatem. In tres qui extant, excusa sunt doctissima commentaria Iani Parhasij, Basileæ apud Robertum Vuinter. Scripsit etiam in Rufinum libros 2. In Eutropium libros 2. De bello Gildonico lib. 1. De bello Getico contra Alaricum lib. 1. In Consulatum Honorij Augusti lib. 3. In Consulatum Manlij Theodori lib. 1. In laudes Stiliconis lib. 3. In Consulatum Aniciorum fratrum librum vnum. Laudes vxoris Stiliconis libro vno. Laudes Herculis libro vno. Epithalamium Honorij & Mariæ. De nuptijs Honorij & Mariæ lib. 1. Epithalamium Palladij & Serenæ lib. 1. Deprecatio ad Hadrianum lib. 1. De Senatore Veronensi, De Phœnice, De Magnete lapide, De Aponis balneis, De Nilo fluuio, In Alethium quæstorem, Gigantomachiam, De Christo seruatore, De laude Christi,

mira

miracula Christi, de mulabus Gallicis, in Curetium, in Iacobum magistrum equitum, De apro & leone, De locusta, De torpedine, epistolam ad Serenam, De phaleris equi Honorij, De concha, De muneribus Honorio missis, De equo Honorij, De crystallo, epistolam ad Olibrium, epistolam ad Probinum, in sphaera Archimedis, De Bithone Castoreo, De sepulchro Specioso, De balneis Quintianis, descriptione portus Sarinensis, ad Aeternale, descriptione armenti, descriptionem insulae, De iracundo, De quadriga marmorea, De Polycaeste & Perdica, De histrice, in podagricum: ad Maximum, De paupere amante, De pijs fratrib. epistolam ad Genadium, De Theodoro & Hadriano, in Sirenas. Quae simul impressa sunt Basileae apud Bebelium, anno 1534. Carmen de Christo saluatore Claudiano inscriptum, est Damasi: hunc autem hostem fuisse Christiani nominis, etiam cum peruicacia, ex D. Augustino & Orosio constat. Claudiani poemata impressa quaeque sunt Florentiae anno 1549, in octauo. Item Antuerpiae apud Plantinum decimosexto, Theodori Culmani diligentia ex vetustis codicibus restituta.

* Claudius Cotereus, De iure militari & De officio imperatoris lib. 3. Lugduni 1539 in F.

* Claudij Cousloris Annotationes in haereses omnnes, Parisijs anno 1558, in octauo.

* Claudius Diffusus Cabillonensis, De clausulis.

* Claudij Espencei Commentarius in epistolam Pauli ad Titum, cum aliquot digressionibus, seu totidem locis communibus, bona ex parte ad hodiernas in religione controuersias pertinentibus. Parisijs, apud Michaellem Sonnum, 1568, in octauo. In Epistolam Pauli priorem ad Timotheum Commentarij, & Digressionum libri tres: item, De clandestinis matrimonijs consilium, Parisijs 1561, in folio. De colorum animatione ex Theologis & philosophis collectanea, cum resolutione Catholica, Parisijs anno 1571, in octauo. Tractatus sex de varijs rebus sacris Parisijs 1565, in 8. De Continentia libri sex, Ibi dem in quarto.

Claudius Eusthenius magister epistolarum Diocletiani imperatoris, eius gesta atque Galerij Maximi, & Constantini, descripsit.

* Claudij Frontini Ripariensis poemata & Epigrammata, & alia quaedam prosa oratione, excusa Basileae a Parco 1556.

Claudius Galenus medicorum praestantissimus libros scripsit pene infinitos, quos ipse commemorat peculiari scripto de libris proprijs edito: Caeterum opera eius quae extant Graece primum impressa sunt Venetijs ab Aldi haeredibus, 1525, & postea Basileae communi opera & impressa Cratandri Heruagij & Bebelij anno 1538, tomis quinque. Complura item Galeni separatim Graece impressa sunt, quae commemorare longum esset. Porro Latine Galeni opera aliquoties edita sunt, sed haec sunt celebriores editiones, Iuntarum Venetijs in folio, Victoris Trincaveij ibidem in octauo, Ioan Frellonij Lugduni, & Frobenianorum Basileae: horum tertia & postrema editio absoluta est anno 1562. Praefatus est in hac editione Conradus Gesnerus, & De Galeni

vita eiusque libris & interpretibus elegantissima prolegomena praeposuit. Habentur autem in hac editione hi libri Galeni, in classes digesti ut hoc catalogo quem inde descripsimus continentur. ISAGOGICI LIBRI, Cl. Galeni Oratio suaseria ad artes, a Ludouico Belisario medico Mutinensi latinitate donata. Siquis optimus medicus est, eundem esse philosophum liber, eodem interprete. De sophismatis in verbo contingentibus lib, ab Horatio Limano translatus. Quod qualitates incorporeae sint, eodem interprete diligentius emendatus. De proprijs libris, a Ioanne Fichardo Francofordiano alias latinitate donatus, nuper vero recognitus. De ordine librorum suorum ab eodem olim latinus factus nuper recognitus. De sectis ad eos qui introducuntur, a Ludouico Belisario in latinum sermonem conuersus, nuper vero recognitus.

De optima secta liber, Iunio Pau. Cras. Parauino interprete, ex tertia eiusdem recognitione. De optimo docendi genere Des. Erasmo Roterodamo interprete. De subfiguratione empirica incerto interprete. Fragmentum quoddam exiguum, quod Galeno ascribitur, cuius titulus est, Sermo aduersus empiricos medicos, Augustino Gadaldino Mutinensi medico interprete. De constitutione artis medicae liber, a Bartholomeo Syluano translatus. Definitiones medicae, qui liber ab eodem fuit traductus, atque ex veterum codicum collatione plurimis in locis auctus, de nouo vero vetustis codicibus graecis collatis, accuratius recognitus. Introductio seu medicus, hic liber a Ioanne Andernaco latinus olim factus est, nuper autem ex graeci exemplaris collatione plerisque in locis expurgatus. Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete, ab eodem nuper recognitus. Ars medicinalis, Nicolao Leonicensi interprete ad graecorum veterum exemplarium fidem, ab Augustino Gadaldino diligenter recognita. PRIMA CLASSIS. Cl. Galeni De elementis secundum Hippocratem libri duo, Nicolao Leonicensi Vicentino interprete, aliquibus in locis emendati. De temperamentis libri tres, Thoma Linaeto Anglo interprete. In primum Hippocratis librum, De natura humana commentarius, a Nicolao Macchello Mutinensi medico translatus, & ab eodem diligenter recognitus. De atra bile liber Bartholomaeo Syluano Salonensi interprete. De optima corporis constitutione liber, Ferdinando Balamio Siculo interprete, ad graecorum exemplarium fide castigatus. De bona habitudine liber, Ferdinando Balamio interprete recognitus. De ossibus liber, Ferdinando Balamio interprete, ad fidem graecorum codicum recognitus. De musculorum dissectione, in impressis codicibus graecis hucusque desideratus, ab Augustino Gadaldino latinitate donatus. De neruorum dissectione liber integer, ab eodem Augustino Gadaldino translatus, liber hic mutilus graece impressus est. De venarum arteriarumque dissectione liber, ab Antonio Fortolo Ioseriensi latinitate donatus, & post Andreæ Vesalij Bruxellensis & aliorum castigationem aliquot in locis castigatus.

An sanguis in arterijs natura contineatur liber à Iul. Martiano Rota conuersus. De anatomicis administrationibus libri nouem, ab Ioanne Andernaco olim latinitate donati, & post diligentissimas Andreæ Vesalij Bruxellensis, & aliorum quoque castigations ad græcorum exemplariū fidem aliquibus in locis correcti. De vocalium instrumentorum dissectione fragmentum, ab Augustino Gadaldino translatur, græcè desideratur in impressis codicibus. De vuluæ dissectione liber, à Ioanne Bernardo Feliciano translatus. De instrumento odoratus liber, Ludouico Belisario medico Mutinensi interprete recognitus. De vsu partiu libri 17. Nicol. Rhegino Calabro interprete, denuo ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati. De vtilitate respirationis liber, Iano Cornario medico interprete. De causis respirationis libellus, ex duobus fortasse, quos Galenus composuit, excerptus, eodem Iano Cornario interprete. De vsu pulsuum, Thoma Linacro interprete. De substantia facultatum naturalium Augmentū, Bartholomæo Syluano interprete. Breuis denotatio dogmatum Hippocratis ex sermone XCIX. Ioannis Stobæi Conrado Gesnero Tigurino medico interprete. De Hippocratis & Platonis decretis libri nouem Iohanne Bernardo Feliciano interprete. Fragmentum ex quatuor commentarijs, quos Galenus inscripserat, de ijs quæ medicè dicta sunt in Plat. Timæo ab Aug. Gadaldino translatur, græcè in impressis codicibus desideratur. De naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro interprete. De motu musculorum libri duo, Nicolao Leonicensi interprete. De motu thoracis & pulmonis fragmentum fortasse corporis librorum, quos Galenus de hac re composuit, quod in antiquis tantummodo translationibus legitur: nam græcè non habetur. Quod animi mores corporis temperaturam sequantur liber, Bartholomæo Syluano interprete. De foetuum formatione liber, Iohanne Bernardo Feliciano interprete. An omnes particulæ animalis, quod in vtero est, fiant simul, Nicolao Rhegino interprete, græcum exemplar non habetur. An animal sit id quod in vtero est, Horatio Limano interprete. De semine libri 2. ab Iohanne Bernardo Feliciano interpretati. De septime stri partu, eodem Iohanne Bernardo interprete.

SECUNDA CLASSIS. Hippocratis de Aere, Aquis, & Locis liber, Iano Corn. interprete ad Græcorum exemplarium fidem ab Hieronymo Donzellino medico Brixienti summa diligentia recognitus. Galeni de alimentorum facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete, ad exemplarium græcorum fidem denuo diligentius emendati. De succorū bonitate & vitio liber, à Iulio Alexandrino medico Tridentino translatur. In librum de salubri diætâ Commentarius, Hermanno Cruserio Campensi interprete, diligentissime ad Græcorum exemplarium fidem castigatus. De attenuante diætâ liber Martino Gregorio interprete. De ptissana liber, ab Hieronymo Donzellino in latinum versus. De paruæ pilæ exercitio liber, Valerio Centanio Vincensino interprete. De cognoscendis curandisque

animi morbis, quas perturbationes latini appellant, liber, Bernardino Donato Veronensi interprete. De cuiusque animi peccatorum notitiâ atque medela libellus, à Iunio Paulo Crasso Patavino translatur, & ab eodem nuper diligenter recognitus. De consuetudine liber, Nicolao Rhegino interprete, nuper ex veteri exemplari græco emendatus, & plurimum auctus. De sanitate tuenda libri sex Thoma Linacro Anglo interprete, ad antiquorum exemplarium græcorum fidem ab Hieronymo Donzellino recogniti. Ars tuendæ sanitatis, num ad medicinalem artem spectet, an ad exercitatoriam, ad Thrasibulum liber, à Iunio Paulo Crasso Patavino conuersus, ab eodem nuper diligentissime recognitus.

TERCIA CLASSIS. Galeni de differentijs, & causis morborum symptomatumque libri sex: quorum duo priores à Nicolao Leonicensi, quatuor posteriores à Thoma Linacro olim sunt versi, & nuper ab Augustino Gadaldino ad græcorum exemplarium fidem plerisque in locis emendati. De differentijs febrium libri duo, Nicolao Leonicensi interprete nuper diligentius recogniti. De inæquali intemperie liber, Thoma Linacro interprete. De marasmo seu marcore liber, Augustino Gadaldino interprete. De comate secundum Hippocratis sententiam commentariolus, per Dominicum Montesauri medicum Veronensem ex græco exemplari & antiqua versione restitutus. De palpitatione tremore, rigore, & conuulsione liber, Iohanne Quinterio Andernaco interprete aliquot in locis castigatus. De difficultate respirationis libri tres Iano Cornario interprete ab Augustino Gadaldino ex collatione græcorum codicum plerisque in locis correcti. De plenitudine liber, à Bartholomæo Syluano conuersus & ad vetustissimi codicis græci fidem, quibusdam in locis restitutus. De tumoribus præter naturam liber ab Horatio Limano conuersus. De morborum temporibus liber, Iohanne Andernaco interprete, aliquibus in locis emendatus. De totius morbi temporibus liber, eodem interprete aliquot in locis correctus. De typis ab Augustino Gadaldino antiquorum exemplarium græcorum & veteris translationis ope translatur. Ad eos qui de typis scripserunt vel de circuitibus liber, Iohanne Andernaco interprete. De causis procatarteticis liber, Nic. Rhegino Calabro interprete, Græcè desideratur. In primum Hippoc. de morbis vulgaribus librum commentarij tres Hermanno Cruserio Campensi interprete, plerisque in locis nuper diligentius castigati. Principium à Nicolao Macchello medico Mutinensi Latinitate est donatum. In tertium Hippocratis librum De morbis vulgaribus commentarij tres, eodem Cruserio interprete, pridem ad fidem antiquissimorum codicum Græcorum diligentius recogniti. In sextum Hippocratis librum De morbis vulgaribus, commentarij sex, Iunio Paulo Crasso Patavino interprete, ex tertia eiusdem recognitione.

QUARTA CLASSIS. Galeni de locis affectis libri 6. Gulielmo Copo Basiliensi interprete, nonnullis etiam in locis ab Augustino Gadaldino emendati. In quorum quarto, capite tertio

tio pagina 48. vbi sermo habetur de Angina ex
luxatione vertebrarū colli. Annotationes quedā
in verba Hippoc. additæ sunt, excerptæ ex com-
mentarijs Galeni in secundum Epidemiorum.
De pulsibus ad tirones liber. De differentijs pul-
suum libri quatuor. De dignotione pulsuum li-
bri quatuor. De causis pulsuum libri quatuor.
De præcognitione ex pulsibus libri quatuor.
Omnes hi de pulsibus libri ab Hermanno Cruse-
rio Campensi translati, atque non paucis in
locis nuper ad emendatorum græcorum exem-
plarium fidem sunt castigati. De vrinis liber, Io-
sepho Struthio Polono interprete. De crisib.
libri tres, cum optimis exemplaribus diligenter
collati. De diebus decretorijs libri tres, Ioanne
Andernaco interprete, nō paucis in locis expur-
gati. In 1. Prorrhethici libr. Cōment. tres, Ioan-
ne Vassæo Meldensi interprete ad antiquorum
exemplarium græcorum fidem diligentius reco-
gniti. In prognostica Hippocratis commenta-
rij tres, Laurentio Laurentiano Florentino inter-
prete. De præcognitione liber, à Iulio Martia-
no Rota in latinū sermonem translatus. QVIN-
TA CLASSIS. Galeni de simplicium medi-
camentorum facultatibus libri vndecim, Theo-
dorico Gerardo Gaudano interprete, nuper ab
Augustino Gadaldino ad veterum exemplariū
græcorum fidem multis in locis repurgati. De
substitutis medicinis liber, Iul. Martiano Rota
interprete. De purgantium medicamentorum
facultate, eodem Iulio Martiano interprete. De
theriaca ad Pisonem liber, Iulio Martiano inter-
prete. De vsu theriacæ ad Pamphiltanum li-
ber, eodem Iulio Martiano Rota interprete. De
antidotis libri duo, eodem Iulio Martiano Rota
interprete. De compositione medicamentorū
localium libri decem, à Iano Cornario medico
conuersi, & à Nicolao Macchello medico Muti-
nensi ad veterum græcorum codicum fidem di-
ligenter castigati. De compositione medicame-
ntorum per genera libri septem Ioanne Andernaco
interprete, ab Augustino Gadaldino aliquot
in locis ad græcorum exemplarium fidem emen-
dati. De ponderibus & mensuris Galeno ascri-
ptus liber, Augustino Gadaldino interprete.
SEXTA CLASSIS. Galeni de hirudinibus,
reuulsione, cucurbitula, cutis concisione, si-
ue scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo in-
terprete. Oribasij de cucurbitulis, scarificatio-
ne, hirudinibus, deriuatione, & reuulsione ser-
mo in septimo & octauo medicinaliū collectio-
num ad Iulianum Imperatorem libro, Augusti-
no Gadaldino Mutinensi interprete. De venæ
sektione aduersus Erisistratum liber, Iosepho
Testandro Cracouiensi interprete. De venæ se-
ktione aduersus Erisistratæos, qui Romæ dege-
bant, eodem Iosepho Testandro interprete. De
curandi ratione per sanguinis missionem liber,
Theodorico Gaudano interprete, diligentius ab
Augustino Gadaldino cum emendatis codicib.
græcis collatus, & aliquot in locis emendatus.
SEPTIMA CLASSIS. Galeni de me-
dendi methodo libri 14. Thoma Linacro inter-
prete, denuō cum græcis codicibus ab Augusti-
no Gadaldino diligentius collati. De arte curati-

ua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leonice-
no interprete: ab Augustino Gadaldino ad fidē
antiquorum græcorum codicum aliquot in lo-
cis correcti. Quos purgare conueniat, quibus
medicamentis, & quo tempore liber, Iulio Mar-
tiano Rota interprete. In libros Hippocratis
De victus ratione in morbis acutis commentarij
quatuor, Ioanne Vassæo Meldensi interprete, ab
Augustino Gadaldino cum antiquis codicibus
græcis diligentius collati, & plerisque in locis em-
mendati. De remedijs paratu facilibus liber,
ab Huberto Barlando Philiatro, latino sermoni
traditus. De medicinis facile parabilibus ad So-
lonem, spurius à Iunio Paulo Crasso conuersus.
Liber tertius de medicamentis facile parandis
spurius eodem interprete. Documentū de pu-
ro epileptico, Nicolao Leonico Thomæo inter-
prete. In libr. de natura humana commentarius
secundus à Nicolao Machello medico Mutinensi
translatus & ab eodem diligentius recognitus.
De intantatione, adiuratione, & suspensione li-
ber, Galeno falso ascriptus, græcè non habetur.
De oculis spurius, Demetrio Græco interprete,
à varijs mendis expurgatus, græcum exemplar
desideratur. De renum affectuum dignotione,
atque medela, Christophoro Heyl interprete,
spurius. In librum Hippocratis de ijs quæ in
medicatrina sunt, commentarij tres, Ioanne Ber-
nardo Feliciano interprete. In librum Hippo-
cratis de articulis commentarij quatuor, eodem
Feliciano interprete. De fascijs Vido Vidio Flo-
rentino interprete. Oribasius de laqueis ex He-
raclæ eodem Vido Vidio interprete. Oribasius
ex Heliodoro de machinamentis, eodem Vido
Vidio interprete. LIBRI EXTRA OR-
DINEM CLASSIVM. Galeni comment-
arij in aphorismos Hippocratis, Nicolao Leonice-
no Vicentino interprete, ex plurium antiquorū
codicum collatione, à Iulio Martiano Rota &
Augustino Gadaldino Mutinensi recogniti. Ad-
uersus Lycum, quod nihil in eo aphorismo Hip-
pocrates peccarit, cuius initium est, Qui crescūt,
plurimum habent caloris innati, liber Iul. Alex-
andrino modico Tridentino interprete. Con-
tra ea quæ à Iuliano in Hipp. aphorismos dicta
sunt liber, Iul. Alex. interprete. Linguarū hoc
est obsoletarum vocum Hippocratis explana-
tio, Mario Nizolio Brixellensi interprete. SPV-
RII LIBRI De historia philosophica liber,
à Iulio Martiano Rota latinitate donatus. Pro-
gnostica de infirmorum decubitu ex mathema-
tica scientia, Iosepho Struthio, interprete. De
partibus artis medicinæ liber, ex veteri Nicolai
Rhegini translatione restitutus. De dynamidijs
liber sine principio. Alter liber de dynamidijs,
magna ex parte ex Aetio desumptus, plurimis
in locis correctus. De spermate liber. De natu-
ra & ordine cuiuslibet corporis. De anatomia
parua. De anatomia viuorum. De anatō-
mia oculorum Nicolao Rhegino Calabro inter-
prete. De compagine membrorum, siue de na-
tura humana. De virtutibus nostrum corpus
dispensantibus, ex Galeni libris fragmentum.
De voce & anhelitu. De vtilitate respirationis.
Compendium pulsuum. De moribus manife-

stis & obscuris liber, quem Ioannitius de græca lingua in arabicam transtulit, Marcus autē Toleranus de Arabica in latinam. De dissolutione continua. De aquis ex Galeno, & alijs præstantissimis medicis, capita 6. Oribasij, Aug. Gadaldino interp. Hic libellus in prioribus editionib. De bonitate aquæ inscriptus, mutilus legebatur. De vinis ex Galeno cap. sextum libri quinti collectionum medicinalium Oribasij, ad Iulianum Imperatorē Augustino Gadaldino interprete. Præfagium experientia confirmatum Georgio Valla interprete. De vrinæ significatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete. De simplicibus medicamentis ad Paternianum. De virtute Centaureæ, Nicolao Rhegino Calabro interprete. De catharticiis. De gynecæis, id est passionibus mulierū, Nicolao Rhegino Calabro interprete. Liber secretorum ad Monteum. De medicinis expertis liber, cui titulus est, Medicina experimentatio. De melancholia ex Galeno, 20 Rufo, & Possidonio caput nonum libri sexti Aetij, Iulio Martiano Rota interprete. De cura Isteri liber. De cura lapidis liber. Quæsitæ in Hippocratem.

Claudij Guilliandi Belleocensis theologi doctoris, apud celebrem Heduorum, ecclesiam præpositi, in Ioannis euangelium commentaria. Lugduni Antonius Vincentius anno D. 1551. Homiliæ quadragesimales. Parisijs anno 1568. in 8. Colatio in omnes Pauli epistolas, item in epistolas 30 canonicas. Lugduni 1542. apud Gryphium.

* *Claudius* Iolaus citatur à Stephano in Iudæa.

Claudij Iuliani de morte Maximini epistola, extat apud Capitolinum in vita Maximi & Balbini.

* *Claudius* Iulius libro primo Phœnicum, citatur à Stephano.

Claudius Labeo scripsit libros fastorum, qui tamen temporum injuria perierunt.

* *Claudij* Lucij Polichniensis Itinerarium Claudianum, & alia poemata, impressa à Parco & Oporino, anno 1556.

Claudij Marij Aretij patricij Syracusani, Cæsareæ maiestatis historiographi, libelli aliquot impressi sunt Basileæ anno Domini 1544. Sunt autem hi. Siciliæ descriptio accuratissima. Dialogus in quo pro Cæsare iura Burgundiæ Mediolani & Neapolis leguntur, Clades ad Ticinum et rex liberatus. Monoeci dominus quare Cæsari studet, Duellum Cæsaris, Siculorum Hispanorū que tumultus, Primus eius in Hispaniam accessus, Philippi filij eius natalis, Dialogus ubi Hispaniæ descriptio cum recentioribus nominibus, Dialogus in quo Vergilij versus, Defectus Lunæ varios Solis que labores, & ille, Discite iustitiam moniti & non temnere diuos, declarantur: Ac etiam Europæ descriptio cum recentioribus nominibus, ac demum obseruantia quædam Latine. Eiusdem Iulij Acidis & Galathæ connubiū, Summi Pontificis liberatio, Elegiæ 3. de Cæsare, 60 Epigrammata nonnulla.

Claudij Marleti Diuionensis orationes duæ, Valentia habitæ: vna in laudem diui Sebastiani: altera, in funere generosi adolescentis Antonij Palmerij, ex tempore recitata, Sebastianus Gry-

phius excudit Lugduni anno Domini 1528.

* *Claudij* Marmerij super 1. ff. noui De acquir. poss. l. natural. parag. nihil commune.

* *Claudius* de monte martyr, Gallus, Carmelita Parisiensis, scripsit enarrationes in Apocalypsim Ioannis lib. 1. Opus est Parisijs impressum apud Guilielmum Tributium, anno Domini 1549. Claruit anno Domini 1550.

* *Claudij* Moron in senatu Parisiensi aduocati, 10 Tabulæ siue introductiones in 4. libros institutionum Iustiniani: quæ multa etiam ex Pandectis, Codice, & alijs iuris libris selecta complectuntur, Venetijs anno 1564. octauo.

* *Claudius* Neapolitanus librum scripsit contra eos qui carnibus abstinent, citante Porphyrio libro 1. De abstinento ab animatis.

Claudius Paradinus scripsit emblemata ad imitationem Alciati, elegantissimis picturis illustrata, excusa Lugduni apud Ioannem de Tournes anno Domini. 1551.

* *Claudij* Peronnæi Viennensis, Compendium philosophiæ naturalis de elementis & omnium rerum naturalium principijs. Item Doctrinale humanorum, id est de humanitate liberalitatis & fructu eleemosynarum, Lutetiæ. 1520.

Claudius Ptolemæus, Pelusiensis, scripsit de Geographia lib. 8. qui Græce excusi sunt Basileæ apud Frobenium, anno 1533. & eius compendium, apud Henricum Petrum anno 1540. Scripsit præterea magnæ constructionis mathematicæ, vulgo Almagestum vocant, id est perfectæ cœlestium motuum pertractationis libros 13. impressos Basileæ apud Vualderum anno 1538. quod Latine G. Trapezontio interprete, recognitum per Lucæ Gauricum, impressum etiam exiuit Venetijs anno 1528. Item cum annotationibus Erasmi Osualdi Schreckenfuchsi, apud Henricum Petrum anno D. 1551. Scripsit præterea De iudicijs astrologiis, aut vt vulgo vocant, quadripartitæ constructionis lib. 4. quorum duo priores à Ioachimo Camerario translati sunt. Centiloquium, id est, centum sententias, quæ à Iouiano Pontano translatae sunt. Itinerarium stellarum à Nicolao Leonico Latine redditum: quæ cum alijs, quæ quidē Latine extant, vno volumine excusa sunt apud Henricum Petri Basileæ, anno D. 1541. Scripsit item Apotelesmatum lib. 4. De musica lib. 3. Eiusdem Geographici libri excusi sunt Basileæ, Latine, anno Domini 1552. apud Henricum Petri. Accesserunt autem indices duo, quorum ademuniculo veterum simul ac recentiorum locorum situs, facillima ratione in tabulis depictisprehenduntur, per Conradum Lycosthenem Rubeaquensem. Præfixa est etiam epistola, in qua de vtilitate tabularum Geographicarum, ac dupliscis indicis vsulate differitur, eodem autore. Item tabulæ nouæ quæ hætenus in nulla Ptolemaica editione visæ sunt. Eorundem librorum noua editio in eadem officina sub prælo est. Venetijs etiam Geographia Ptolemæi Italice excusa est in 8. Petro Mathiolo Senensi interprete, cum tabulis elegantissimis & nouis quibusdam, in ære sculptis. Eadem olim Romæ excusa est in magno folio Latine, tabulis itidem in ære sculptis. Cl. Ptolemæi Planisphærium Latine excusum est

est Basileæ à Vualdero, in 4. cum Arati Phænomenis Græcis. Claruit circa annū Domini 140.
 * Regulæ artis Mathematicæ Græcæ & Latine, vna cum Erasmi Reinholdi explicationibus, impressæ 1569. in octauo. Eiusdem Harmonicorū libri tres ab Antonio Hermanno Gogaua in Latinam linguam conuersi sunt. De prædictionibus Astronomicis lib. 4. à Philippo Melanctone in linguam Latinam conuersi, Basileæ in 8. Geographia cum commentarijs Iosephi Molesij & tabulis, veteribus atque nouis, typis gneis. Venerijs apud Valgrisiū 1562. in 4. Præterea H. Petri nouam editionem Geographiæ adornauit, in qua tabulis omnia nomina locorum exprimuntur quæ in Ptolemæi Geographicis libris habentur.

* **Claudius Ptolemæus** Senensis, Italicum sermonem ad antiquorum Latinorum normam reuocare conatus est, & nouos characteres literarū excogitasse dicitur, scripsit multa Italico sermone.
 * **Claudius** Quadrigarius in Annalibus & oratione in Q. Gallum citatur à Nonio.

Claudius rhetor Romanus, scripsit declamationes quarum meminit Priscianus.

Claudij Regis Celtici Hodæporicum studiose inuenturis, excusum est Parisijs apud Viuantiū Gaucherotium, anno Domini 1550.

Claudij Rossellecti i. c. patrisq; Lugdunensis epigrammata varia, Gryphius excudit Lugduni anno D. 1537.

* **Claudij** de Sainctes theologi Sorbonensis, De methodo contra sectas quam secuti sunt primi catholici Imperatores. Examen Calvinianæ & Bezanæ doctrinæ de cœna domini ex scriptis authorum eiusdem collectum. Responsio ad Apologiam Theodori Beza editam contra examen doctrinæ Calvinianæ & Bezanæ de cœna domini. Parisijs 1567. octauo. Liturgiæ siue Missæ sanctorum Patrum. Antuerpiæ 1560. in octauo.

* **Claudius** Saturninus librum de coronis edit, qui Tertulliano teste, & origines & causas & species, et solennitates earum ita edisseruit, ut nullam gratiam floris, nullam lætitiā frondis, nullum cespitem aut palmitem non alicui capiti inuenias consecratum.

Claudius Sefellius seu de Seiffello, vel Saycello, episcopus Taurinensis, scripsit super omnes partes ordinarias Iuris ciuilib: & de Feudis. De republica Galliæ, & regum officijs, libros duos Gallice, quos Ioannes Sleidanus in Latinam linguam conuertit. Argenting excudit Richelius. De triplici statu viatoris opus ingens, ex tribus Lucæ capitibus, excusum Taurini à Nicolao Benedito & Antonio Ranoto, anno Domini 1518. Idem Thucydidem, & quædam Xenophontis, & historiam ecclesiasticam, & alia multa Gallice vertit, adeo (vt ferunt) feliciter, vt etiam ij, qui Græcæ linguæ magnum vsum habent, plurimum ei tribuant.

Claudius Senarclæus, doctissimus iuuenis, scripsit historiam Ioannis Diazij Hispani, à fratre suo Alphonso impie trucidati, quod eius cædis oculatus testis fuerit; sed ab alio quodam descripta ea, falsoque, vt inuidiam declinaret, illi attributa, in Germania excusa est, anno 1546 cū Buteri præfatione.

* **Claudij** Spitzæi ordinis Prædicatorum, Epirome in quatuor libros sententiarum Petri Lombardi. Parisijs 1551. in octauo.

Cl. **Triphonijs**, aliàs Tryphoniarius i. c. vetus, scripsit disputationum libr. 21. & Noras in Scæuolam. Inde quædam à Iustiniatio in suum ius decerpta sunt.

Cleneti duos senarios, Stobæus habet sermone 79.

Cleanthis varias sententias passim citat Stobæus, & Athenæus allegat eius fabulosa, ac de metalepsi.

Cleantes Stoicus Zenonis discipulus & in schola successor, scripsit pulcherrimos libros, ex quibus hi à Diogene Laertio recensentur. De tempore, De physiologia Zenonis duo, Heracliti expositionum libr. 4. De sensu, De arte, Aduersus Democritum, Aduersus Aristarchum, Aduersus Herillum, De appetitione 2. Antiquitatum, De dijs, De Gigantibus, De Hymenæo, De poeta, De officio 3. De consilio, De gratia, Exhortatorius, De virtutibus, Ars Amatoria, De honore, De gloria, De ingenio, De Gorgippo, De inuidentia, De amore, De libertate, Politicus, De consilio, De legibus, De iudicando, De instituto, De oratione 3. De fine, De honestis, De actis, De sciētia, De regno, De amicitia, De Symposijs, Quod eadem sit virtus viri & femine, Quod sapientis philosophari, De vsu 2. De voluptate, De proprijs, De ambiguis, De Dialectica, De modis, De prædicamentis. Præter hos libros citatur à Laertio eiusdem liber De ære. Athenæus vero citat Cleanthi librum *περί φυσικῆς* & Mythologiam, quæ forte est *ἀπὸ νομοῦ καὶ τοῦ θεοῦ*: quamuis Latinus interpres hic duos faciat libros, Antiquitatum vnum, & alterum de Dijs.

Clearchus Solensis Peripateticus philosophus, Aristotelis discipulus, varia scripsit, e quibus hæc ab Athenæo citantur. Gergichion. Amatoria. Paragraphæ. De vitis. Descriptiones *περί παραρτήσεων* de scripturis. De littoribus. De torpedine. De disciplina. *περί πικρίας*. De prouerbis. De siccatis. De aquatilibus *περί τῶν ὑποδαπέδων* aliàs *περί τῶν ἐν τῷ ὑπέδαπέδῳ*. De mathematicis rebus quæ sunt in Platonis lib. De republica *περί πολιτικῆς* De amicitia. Præterea Clearchum in libro de Gryphis, seu quæstionibus compotatorijs citat scholiastes Aristophanis in Vespis. Eiusdem librum De instruendis aciebus citat Aelianus.

Laudationem Platonis Laërtius allegat. Iosephus contra Appionem, librum De somno.

Clearchi Comici Fabulæ tres citantur ab Athenæo, Citharædus. Corinthij. Pandrosos.

* **Cledonius** Romanus senator & Constantino politanus, Grammaticus, libros duos de arte Grammatica scripsit.

* **Clemporo** medico quidam ascribunt magicū volumen de herbis, quod tamen Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicant, Plinius lib. 14. cap. 17.

Clemens præsul Alexandrinus, præceptor Origenis, scripsit insignia volumina, e quib. sunt: Stromatum libri 8. qui etiam hodie extant in Italiæ bibliothecis, testante Erasmo Roterodamo. Item Hypotyposion li. 8. Aduersus gentes lib. 11.

* **Clemporo** medico quidam ascribunt magicū volumen de herbis, quod tamen Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicant, Plinius lib. 14. cap. 17.

Clemens præsul Alexandrinus, præceptor Origenis, scripsit insignia volumina, e quib. sunt: Stromatum libri 8. qui etiam hodie extant in Italiæ bibliothecis, testante Erasmo Roterodamo. Item Hypotyposion li. 8. Aduersus gentes lib. 11.

* **Clemporo** medico quidam ascribunt magicū volumen de herbis, quod tamen Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicant, Plinius lib. 14. cap. 17.

Clemens præsul Alexandrinus, præceptor Origenis, scripsit insignia volumina, e quib. sunt: Stromatum libri 8. qui etiam hodie extant in Italiæ bibliothecis, testante Erasmo Roterodamo. Item Hypotyposion li. 8. Aduersus gentes lib. 11.

* **Clemporo** medico quidam ascribunt magicū volumen de herbis, quod tamen Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicant, Plinius lib. 14. cap. 17.

Pædagogii lib. 3. qui sunt Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Præterea de Pascha lib. 1. De ieiunio disceptatio: & alius qui inscribitur, Quis nam diues ille sit, qui saluetur. De obtretatione lib. 1. De Canonibus ecclesiasticis, & aduersum eos qui Iudæorum sequuntur errore lib. 1. Floruit autem Seueri & Antonini filij temporibus. Clementis Alexandrini (cui & Flauij præ nomen additur) omnia quæ extant latinitate donata, Florentiæ anno Domini 1551. publicata sunt: nempe, Liber adhortatorius contra gentes qui Protrepeticus inscribitur, Gentiano Herueto Aurelio interprete. Pædagogii lib. 3. eodem interprete. Stromatum siue commentariorum de varia multiplicique literatura, ad instituendū Christianum philosophum, lib. 8. Cyriaco Stroza interprete. Eadem omnia Græce excusa sunt ibidē à Torrentino, anno D. 1550. in folio chartis 87.

Clementis Clementini Amerini medici opera, Henricus Petri suis typis euulgauit Basileæ in 20 folio.

Clementis Ianitij Poloni, poetæ laureati, Tristium lib. 1. Variarum elegiarum lib. 1. Epigrammatum lib. 1. Impressa sunt chartis 6. & dimid. Crauouia puto. Eiusdem Descriptio vitæ Regis Polonorum carmine.

Clemens Romanæ ecclesiæ quartus à beato Petro (vt quibusdam placet) episcopus, scripsit ad ecclesiam Corinthiorum epistolam vnam, ad Iacobum quoque apostolum epistolas duas, præterea itinerarij vitæ suæ libros decem, item disputationis Petri lib. vnum. Verum hæc duo vltima volumina inter apocrypha computantur, vt patet 15. dist. sancta Romana. Feruntur eius & aliæ epistolæ, sed apocryphæ. Præterea SS. Apostolorum canones in vnum conuersit, qui excusi sunt Norimbergæ 1531. apud Ioannem Petreium. Claruit anno Domini 1103. * Recognitionum Clementis lib. 10. Ruffino interprete, vna cum quatuor eiusdem epistolis, cum alibi, tum Basileæ excusi sunt, in folio 1536. Eiusdem Canones apostolorum Græce, & Latine Ioanne Quintino interprete editi sunt Parisijs, & Tiguri apud Gesneros fratres. Eiusdem Constitutiones sanctorum Apostolorum libris octo conscriptæ, græce, vna cum Francisci Tucciani prolegomenis, & explanatione apologetica in eadem constitutiones. Idem libri in volumine conciliorum tomo primo Latine excusi sunt, à Ioanne Carolo Bouio episcopo Ostunensi in linguâ latinam translati, & scholijs illustrati. Et Antuerpiæ separatim in 16. Venetijs item 1563. in 4.

Clemens Papa quintus, de Vasconia oriundus, Bernhardus Burdegalenis episcopus ante vocatus, Septimum decretalium librum composuit, quem Ioannes XXII. eius successor publicauit, qui vulgariter nominatur codex Clementinarum lib. 1. Epistolarum quoque ad diuersos lib. 1. Claruit anno Domini 1314. Clementis quinti Clementinarum libri 5. cum Iure Canonico impressi.

Clemens Papa sextus, patria Lemouicensis, Petrus Rogerius antè vocatus, scripsit multa, ex quibus feruntur sermones varij lib. 1. In canonicatione Iuonis li. 1. In approbatione Caroli regis

lib. 1. Collationes multæ lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. & quædam alia. Floruit anno 1352.

Clementis V 11. Pontificis literæ, Vide Caroli quinti.

Clementis Papæ propositiones in metaphysica, excusæ.

* *Clemens* presbyter natione Scotus, librum vnum scripsit contra Bonifacium Anglum Maguntinensem Archiepiscopum. Claruit anno 750. Baleus.

Clemens de vita Caroli magni citatur à Vuolfango Lazio in libris de republica Romana.

* *Clemens* Lanthoniensis presbyter & Canonicus scripsit Concordiam Evangelistarum lib. 12. In Euangelia commentarios lib. 4. De alio Cherubin lib. 1. In canonicam Iacobi lib. 1. In canonicam Petri lib. 2. In canonicas Iohannis lib. 3. In canonicam Iudæ lib. 1. Sermones eruditos lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Lecturas scholasticas lib. 1. De orbibus astrologicis, lib. 1. atque quæ alia nonnulla. Claruit anno Domini 1170. Baleus.

* *Clemens* Marotus Gallus, Psalmos aliquot Gallico carmine reddidit: huic Galli palmam in carmine vernaculo tribuunt. Edidit autem præter Psalmos Gallico idiomate Metamorphosim Ouidianam, Eglogas Vergilij, Minois iudicium, Encomium Beraldi, & alia permulta.

* *Clemens* Mercatoris, Tolosanus, Augustiniani instituti, scripsit de anima quæstiones lib. 1. De potentij animæ, lib. 1. & alia. Claruit anno Domini 1360.

* *Clementis* Milliani, ad eos qui iniuria de natura conqueruntur, oratio in 8. excusa Basileæ.

* *Clementis* Montiliani Cardinalis Aræcæli, Compendium Catholicarum institutionum ad Christianam theologiam: vna cum eiusdem tractatibus duobus, vno De peccatis & eorum differentijs; altero De cœlibatu sacerdotum, Romæ apud Antonium Bladum in quarto, 1565.

* *Clementis* Perreti Bruxellani, Exercitatio alphabetica noua & vtilissima, varijs expressa linguis & characteribus, raris ornamentis, vmbrijs, & recessibus picturæ, architecturæ que speciosa. Antuerpiæ 1569. in folio.

* *Clementis* non Papæ cantiones Gallicæ, harmoniis numeris adornatæ, Louanij 1569. Misæ defunctorum, quatuor constans partibus. Ibidem 1570. folio regali.

* *Clemens* Stephani Musicus, Psalmum 128. Beati omnes qui timent dominum, sex quinque & quatuor vocum, à varijs iisdemque excellentissimis musicis septemdecem modis compositum collegit & edidit. Norimbergæ apud Neuberum anno 1569. in quarto. Eiusdem Harmoniæ suauissimæ octo, quinque, & quatuor vocum, ex duobus vocibus à præstantissimis artificibus compositæ. Norimbergæ anno 1567.

Clemundus Anglus scripsit in omnes Plinij Naturalis historiæ libros commentaria.

Cleobuli Lindij, vnus de numero septem sapientum vitam, aliquot sententias, obscuras seu grypos, & Asmata carmina ad tria millia versus, & epistolium ad Solonem, Diogenes Laertius libro primo de vitis philosophorum proposuit.

nit. Stobæus etiam sermone tertio, & alibi eius pophthegmata refert. Citatur etiam à Plinio lib. 4. & 13.

* Cleobuline, eius filia, enigmata scripsit hexameris, testes Athenæus & Laertius. Scripsit & alia vermulta versibus diuersis, quæ à præclaris etiã philosophis pro testimonio in medium afferuntur, teste Fulgoso libro octauo, capite tertio reum memor.

* Cleodamas Aethnæus περί των κρητων ζωολογιατικων, citatur à Stephano.

* Cleodemi sententiam de generatione plantarũ refert Theophrastus de hist. pl. lib. 3. alibi tamen Cleidemum citat lib. 5. cap. 12. de causis plant. & lib. 1. cap. 10.

Cleomedes Græcus author, scripsit libros duos De circulari inspectione, qui Græce excusunt Parisijs apud Neobarium, anno 1539. & Basileæ simul Græce & Latine per Henricum Petrum, 1548. Scripsit idem Cleomedes Arithmeti- 20 cam, & Harmonicam, quæ seruantur in Vaticana & S. Floræ bibliotheca.

* Cleomenes Libys veterinarius citatur Absyrto.

Cleomenis Rhegini Epistolam & Dithyrambos Athenæus citat. Clemens vero Alexandrinus Stromaton 1. citat Cleomenem in libro de Hesiodo. Laertius verò in Diogene Cleomenis librũ qui Pædagogus inscribitur, allegat.

Cleonida (si rectè scribitur) harmonicum in- 20 troductorium Græce, extat in Italia.

Cleon Magnes, scripsit De portæatis rebus libr. qui citantur apud Pausaniam lib. 10.

Cleon poeta scripsit Argonautica, à quo poema & materiam Apollonius mutuatus est, vt enarrator eius dicit.

* Cleonis Syracusij liber περί των λιμνηων citatur à Stephano in Aspis.

Cleopatra fertur Græce scripsisse libros De vnguentis & Chymistica ratione. Albertus magnus in mirabilib. mundi citat librũ Cleopatre. 40 Eius Cosmeticorum fragmenta Græce impressa sunt. Extat etiam libellus de morbis muliebrib.

* Cleophantus medicus, ante Asclepiadè vini rationem illustrasse à Plinio scribitur, libro vigesimo sexto, cap. 3.

Cleophylus Vide Creophylus.

Cleostrati Tenedij scripta citantur apud Higinũ.

Clidami exegeticum libr. nominat Athenæus.

Clidemi scripta idem allegat ex tribus operibus. Item Plutarchus in Aristide.

* Climachleon citatur à Laertio in Heraclide Pontico.

Climitonius Langley Anglus, scripsit problematum sophisticorum lib. 1. De orbibus astrologis lib. 1. replicationes scholasticas, & alia multa. Claruit anno Domini 1350.

Clinia versus 3. apud Stobæum sermone 62.

* Clinomachus Thurius è schola Euclidis Megalensis, primus de proloquijs & prædicamentis & cæteris huiusmodi scripsit. Laertius.

Clithenes historicus citatur apud Plutarchũ in vita Agæsilai.

Clitarchus historicus scripsit res gestas Alexandri, & glossas, vt Athenæus refert. Citatur à Plutarcho, Stobæo, & à Plin. in volumine quod scri-

psit Nicodoro Atheniensium magistratu.

Clitarchus scripsit librum de teredine vt refert Zezes.

Clitomachus Carthaginensis Philosophus, vnde eim iam annos natus, cum Carneadem Athenis audiret, scripsit libros quadraginta teste Suida. Huius versus citat Stobæus sermone 103. Eius libros de sectis citat Laertius in Aristippo. Meminit eius Stephanus in Carthagine.

Clitonymus scripsit rerum Italicarum libros aliquot, ex quibus quædam recitat Plutarchus in minoribus Parallel. cap. 21. Item de rebus Sibariticis libros complures, ex quibus idem quædam refert cap. 43.

Ex Clitophanto medico multa Plinius in naturalis historiæ librum 20. & septem sequentes lib. transcripsit.

Clitophon scripsit aliquot Gallicarum rerum libros, ex quorum primo de Brenno & puella plebeia historiã mutuatur Plutarchus capite tricesimo Parallelorum minorum. Item libros rerum Italicarum, quorum quintum citat Stobæus Serm. 9.

Cliti Milesij Aristotelici liber de Mileto, apud eundem.

* Cloatius Verrius, libro a Græcis tractorum, Ordinatorum secundo, & Inordinatorum Græcorum lib. 4. citatur à Macrobio. Gellius verò libros verborum à Græcis tractorum citat.

30 Clodius quidam scripsit temporum breuiarium, cuius meminit Plutarchus in vita Numæ Pompilij, à principio.

Clodius Herodianus Severi imperatoris Pescennij atque Albinus vitas descripsit.

Clodius Licinius Romanarum rerum libros scripsit teste Liiuo.

Clodius Sabinus declamationes scripsit Latinas & Græcas.

* Clodomirus vates, Francorũ pontifex Magnus, Germanico carmine scripsit bella, leges & victorias regum Franci & Clogionis.

* Clonas primus tulisse leges tibiarũ, profodiaque fecisse fertur, tum deinde elegias & carmina condidisse. Fuit autem vt Arcades referunt, Tegeates: vt verò Bæotij, Thebanus. Plutarchus de Musica.

A Clotario latæ leges Alemannorũ, excusæ in Germania.

Cn. Cornelij Galli, ex ijs quæ colligi potuere fragmentis, liber elegiacis versibus: impressus Basileæ apud Henricum Petrum cum Catullo, &c.

* Cnei Gellij annales citantur ab A. Gellio.

Cnei Getulici fragmenta quædam à Petro Crito citantur.

* Cn. Marcius vates vetustissimus carmine oracula conscripsit, quæ cum ex euentu fidem habuissent, auctoritatem hominis post in immensum auxerunt, meminit eius Liiuus Libro 25. Citatur à Festo.

60 Cn. Matius poeta Iliados lib. 15. citatur à Charisio. Vide Caius Matius.

Cn. aut C. Næuius vide in Næuio.

Cn. Planci impe. conf. def. epistola ad Ciceronẽ libro 10. familiarium: & ibidem altera eius epistola ad Cons. præ. tri. pl. sen. popu. plebemque

Romanam. Rursus eiusdem alia 8. ad Ciceronē epistolæ, ibidem.

Cn. Pompeij ad senatum epistola, cum C. Sallustij scriptis excudi solet.

Cælestinus vitam Valeriani atq; Galieni principum descripsit.

Cælestinus Papa primus, natione Romanus, scripsit inter cætera solenne decretum contra Nestorium lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & quædam alia, vide Cælestinus. Claruit autem anno Domini 433.

Cælius, vide Cælius.

Coignoli cuiusdam in pandectas commentariorum tomi 2. excusi sunt in Italia.

Colemontani oratio ad Lucenses habita, cum Romanus Pontifex & Sicilia rex amicitiam eorum ambirent, impressa est in Italia quaternionibus 2.

* Collutius Pierius, è Stignano vico agri Florentini, Italus natione, ex familia Saluatorum, Bononiæ diu habitauit. Quo Florentinorū discordia pulsus, ad hospitem se recepit, profecit in artibus liberalibus adeo, vt poeta Laureatus & orator ea tempestate nobilis haberetur. Accersitus deinde à Florentinis scriba Reipub. seu cancellarius factus, in eo munere decepsit. Huius epistolę plus officiebant Ioanni Galeatio Mediolanensiu duci, quam Florentinorum (quibus tunc hostis erat) equites mille. Edidit, lectione digna opuscula, de arte dictandi, lib. 1. De fato & fortuna, lib. 1. De seculo & religione, lib. 2. Vitam D. Andreae, Carmelita, lib. 1. Pro Canonicatione eiusdem, li. 1. Certamen pauperis & fortunæ, li. 1. Orationes & epistolas, lib. 2. Epitaphium etiam Andreae præfati carmine. De nobilitate legum & medicinae Venetijs 1542. & alia. Claruit anno Domini 1460. Leander Albertus hunc dicit aliqua scripsisse Romanæ fidei contraria.

* Colmanus Antistes Apostolici ordinis Monachus, ex antiquorum sententijs & dictis congestis contra ceremoniales Romanistas, Pro socijs Quartadecimanis lib. 1. Claruit anno Domini 670. Baleus.

Colmanus Anglus scripsit rerum gestarū chronicon, Catalogum regum Anglorum, Dialogū de rebus Danicis. Claruit anno 1040.

* Colotes Epicureus (quem Epicurus Colotarian & Colotarium diminutiuis nominibus appellat) librum scripsit, ἢν κατὰ τὰ τῶν ἀδελφῶν φιλοσόφων διδασκαλία δὲ τῶν ἑσπερίων, ad Ptolemæum regem: contra quem extat scriptus à Plutarcho liber.

Columbanus abbas Luxouiensis, natione Hibernus, scripsit commentaria in totum Psalterium, Epistolarum lib. 1. Monasteriorum methodos, & aduersus regem Theodoricum adulerum lib. 1. Item Epistolam ad Hunaldum carmine, contra auariciam, quæ impressa est Basileæ cum Christianorum poetarum operibus. Claruit anno Domini 598.

Coluthus Thebanus Lycopolita, claruit tempore Anastasij principis, scripsit Calydonica libris sex, & encomia versibus, & Persica. Suidas. Extat eius opusculum de Helenæ raptu carmine elegiaco, impressum cum Q. Calabri Paralipomenis, Venetijs apud Aldum. In vtrunque An-

notationes scripsit Ioan. Brodæus, quæ Basileæ in lucem edita sunt.

Colutius Pierius è Stignano vico agri Florentini, qui inclaruit post Petarcham & Paulum Perusinum, quædam & ipse edidit, vt illis temporibus, non vsquequaque inepra. Raphael Volaterranus. Vide Collutius.

Comete scholastici octostichon in quarto libro Epigrammatum Græcorum.

Comete Chartularij hexastichon, ibidem.

Comiades quidam de conditura vini scripsit.

Cominianus Grammaticus disertissimus nominatur à Charisio. Forsan idem qui Commiani nomine citatur à Nicolao Erythreo.

Commodianus factus Christianus, & volens aliquid studiorum suorum muneris offerre Christo, suæ salutis authori, scripsit mediocri sermone, aduersum paganos.

* Concontij de tropis, in bibliotheca Strozæ, Græce seruat: si modo non est mendum in nomine.

* Conganus Abbas Hybernicus, Cisterciensis ordinis fuit, scripsit gesta Malachia Archiepiscopi lib. 1. Ad Bernardū Clareuallensem Epistolę plures. Vixit anno 1150. Baleus.

Congellus Bannochorensis illustris familiæ Britannus, monachismum Aegyptium à Pelagio introductum in Britannia fundauit & ad alias Europæ prouincias transmisit: scripsit, Regularis vitæ methodum lib. 1. Ad Cænobiorum patres Epistolę plures. Claruit senex anno Domini 530. Baleus.

* Conifredi Beneuentani professoris Iuris Ciuilis, De ordine iudiciario, M. Dresserus.

Cononis Samij astronomi scripta citantur à Plinio & Higino.

* Conradus Alpendorp, Germanus, Carmelita & episcopus Arotensis, scripsit historiam Cyrilli Doctoris, liber vnus. Claruit anno Domini 1390.

Conradus de Alzeyia oppido Moguntinensis diocesis, in Palatinatu, carmine & prosa scripsit quædam. E quibus extat volumen versibus & rhythmis pulchra varietate depictum, de purissima Dei genetrice Maria, & redemptione generis humani, figurarum opus lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. carminum quoque lib. 1. & alia multa. Claruit anno Domini 1370.

* Conrad. Arusberg, filius comitis de Arusberg Germanus, Carmelita & episcopus Venecomponensis, scripsit Sermones ad clerum & populum, lib. 1. Collationes seriales lib. 1. Claruit anno Domini 1398.

Conradus monachus cœnobij Bruuilerensis, ordinis Benedictini, Coloniensis diocesis, Vuolfhelmi abbatis auditor, scripsit non spernenda volumina, è quibus extant, Vita S. Vuolfhelmi abbatis, ad Eberardum Bruuilerensem & Hermanū S. Panchaleonis abbates lib. 1. De miraculis eiusdem B. Vuolfhelmi lib. 1. Sermones in honore sanctorum, & alia complura nobis incognita.

* Item de Virginitate dialogos octo, sub nominibus Peregrini presbyteri, & Theodoræ sanctimonialis, quod opus speculum virginum appellauit. In Euangelia quæ per anni circulum admissam

missam leguntur magnū volumen. De vita, spiritu & fructu mortis lib. 1. Matricularium lib. 1. Didascalon lib. 1. De musica & differentia tonorum lib. 1. Carmina de laudibus Benedicti. Epigrammata varia. Claruit anno 1100.

Conradus Brunssenius, Embeccanus, in Erasmi Chiliades epitomē scribere incēpit, quod Eberhardus Tappius absoluit.

Conradi Bruni 1. C. De legationibus lib. 5. De caeremonijs lib. 6. De imaginibus lib. 1. Moguntia excudit Franciscus Behem, anno D. 1548. in folio. Eiusdem de hæreticis libri sex ibidem excusi sunt, cum D. Optati Afrī libris sex de Donatistis, anno Domini 1549. in folio. Eiusdem de seditionibus libri sex, ibidem excusi sunt anno Domini 1550. cum Ioannis Cochlaei triplici appendice de seditionis. Eiusdem de calumnijs libr. 3. De vniuersali cōcilio libri, 9. ibidem aut iam excusi sunt, aut breui edentur.

Conradus Celtis Protucius, ex Francia Germaniæ oriundus, vir doctiss. scripsit ad Maximilianum Romanorum regem, in vtramq; M. Tullij Ciceronis rhetoricam, epitomen lib. 1. De laudibus eloquentiæ li. 1. De arte versificandi lib. 1. De cōdendis epistolis lib. 1. De situ Nuremberggli. 1. peregrinationem Sarmaticam lib. 1. carminum lib. 4. Amorum, qui secundum 4. latera Ger. in scri. lib. 4. qui impressi sunt anno 1500. in 4. panægyrin duci Bauariæ lib. 1. De vira S. Sebaldi car. 1. Germaniæ situm lib. 1. orationes varias lib. 1. epistolas multas ad diuersos elegantissimas metro & prosa edidit, ac diuersa epigrammata, & in cosmographia, cuius scientissimus erat. Eius epitome siue breuiarium Argentiæ impressum extat, anno 1534. & Ingolstadtij 1532. cum compendio de conscribendis epistolis. De Germaniæ vero & Norimbergæ vrbis situ simul impressa habentur. Claruit anno Domini 1370.

Conradus Ceradius Melisipolitanus, collegit ex quarto libro grammaticæ Græcæ Theodori Gazæ, constructiones Græcolatinas principales Latinsque dispares: Libellus olim impressus Græce 4. chartis in folio.

* Conradi Clingij Catechismus Catholicus: itē auctoris eiusdem Summa doctrinæ Christianæ Catholica. Coloniae apud hæredes Arnoldi Birckmanni anno 1570. in 8.

* Conradi Coci Vuimpinæ de Buchonia Theologi Francofurdiensis & Lipsensis. De bellis Alberti ducis Saxonix, carmine herouico. Lipsiæ impressum anno Domini 1497. De laude Lipsiæ. Oratio in theologiæ commendationem. Oratio ad Romanum Cardinalem Lipsiæ habita. Confutationes hæresum & schismatum ferè omnium, cum Pichardinorum, Vuicleuistarum, Lutherianorum hæresibus. Item de nobilitate Christi libri tres. De laudibus eiusdem, lib. 5. De corporibus cœlestibus, lib. 6. De signis & insomnijs lib. 3. De hypocrisi, superstitione & diuinatione, lib. 3. De Sophorum erramentis, lib. 3. De D. Annæ trinubio, lib. 3. De fructu sacre scripturæ, lib. 1. Super principio Ioannis, lib. 1. In symbolum Athanasij, lib. 1. Et alia plura. Claruit Francoforti, vbi & natus & educatus fuerat, Anno Domini 1520.

Conradus Collin in primam & tertiam partē Thomæ, excusus Coloniae, si bene memini, apud Quentel. Et eiusdem Euerisio Lutherani episcopi thalamij.

Conradus Clauserus, Tigurinus, Cornuti, siue Phurnuti commentarium de natura deorum gentiliū Latinitate donauit: impressum Basileæ Græce & Latine 1543. Transtulit etiam commentarios quosdam Græcos, in epistolas Pauli, & item Laonici de origine & rebus gestis Turcarum libros 10. Græce conscriptos, quos Oporinus edidit. Item Teoph. Antiocheni ad Autolycū lib. 3. impressos Tiguri. Præterea plura scripsit ex quibus hæc extant, Tetras siue in Domini N. Iesu Christi passionis & resurrectionis histor. 4. sermonum liber, excusus Tiguri apud Rōdolphum Vuiffenbachium, anno D. 1551. octern. 11. & dimid. De oratione liber, quid sit, in quibus versetur, quæ eius materia, forma & circumstantiæ, cum pluribus Deum orandi formulis & expositione decalogi, excusus Tiguri à Froschouero, anno Domini 1553. octernionibus 6. & dimid. Transtulit etiam Procopij Gazæi Sophistæ commentarios in priores aliquot veteris testamenti libros, Eius per breuis admonitio delegēdis poetis ad Antonium Clauserum, impressa Moguntia 1536. Phrases Iococratis. Methodus analytica ex Platone, Aristotele, Hermogene & Cicerone cōflata. Artificiofa methodus declamandi, Concionandi, Disputandi, Conscribendi epistolas. Progymnasmata Grammaticæ linguæ Latinæ. Liber syluularum quotidiani sermonis Latinæ linguæ.

Conradi Cocolenij scholia in officia Ciceronis, excusa sunt Basileæ anno 1544.

* Conradus Dasypodius Petri F. Argentinensis, Euclidis Catoptrica, idest elementa eius scientiæ qua vniuersa speculorum vis & natura explicatur, in Latinam linguam transtulit, Argentorati excudit Rhelius anno Domini 1557. in quarto Græce & Latine. Eius opera edita sunt tria volumina mathematica pro schola Argentinensi, quorū secundū volum. mathematicū complectitur præcepta mathematica, astronomica, logistica, vna cū tabulis necessarijs, quas idē collegit & edidit. Argentiæ anno Domini 1570. in octauo. Similiter edidit Euclidis propositiones elementorum 15. Opticorum, Catoptrorum, Harmonicorum, & Apparentiarū, Elementorum librum primum. Heronis Alexandrini vocabula Geometrica. Omnia Græce & Latine. Ibidem. Sphæricæ doctrinæ propositiones Græcæ & Latinæ anno Domini 1572. Argentiæ. Haber & alia in mathematicis veterum scripta, & sua quæque ipsius, quæ aliquando volente Deo in lucem dabit.

* Conradus Egenberger è Danica lingua in Germanicam conuertit historiam filij Daniæ regis, qui postea Danicæ & Anglicæ, &c. imperauit, Francofurti 1571. in 8.

* Conradus Forerus Vitoduranus, medicus & verbi minister, stirpium differentias vt Benedictus Textor digessit, non quidem è Dioscoridis solum sed etiam Plinij & Theophrasti editionibus. Idem Compendio in linguam Germanicā

transtulit Gesneri lib. 2. de Quadrupedibus, & librum de Aquatilibus.

Conradus de Geilhusen scripsit De schismate.

* Conradus de S. Georgio, Germanus, Carmelita, cum Gobelino, Alemanno pro sedando quodam schismate, commissarius ad Anglos, scripsit De Eucharistiæ Sacramento, lib. 1. Quæstiones & lecturas, lib. 1. Claruit anno D. 1305.

Conradus Gesnerus Tigurinus, medicus et philosophus clarissimus, cum ipse plurima scripsit, tum multa etiam aliorum in lucem edidit, quorum omnium Catalogum cum ipse ediderit, visum est eundem ipsius verbis apponere: & post Corollarium addere eorum quæ post catalogum conscriptum edita sunt, aut adhuc in eius Bibliotheca seruantur à CL. medico Gasparo Vuolphio, non indigna quæ edantur. Primum igitur circa annum D. 1537. (Conradi Gesneri verba pono) Lexicon Græcolarum, quod iam ante à diuersis & innominatis nescio quibus misere satis confarcatum erat, ex Phauorini Camertis Lexico Græco ita auxi, ut nihil in eo extaret, quod non ut singulari fide ac diligentia, ita labore maximo adijcerem: sed typographus me inscio, & præter omnem expectationem meam, exiguam duntaxat accessione meæ partem adiecit, reseruatis sibi forte auctarium adsequentes etiam editiones. Eodem paulo post defuncto, meum exemplar recuperare non potui. Ab eo etiam tempore in gratiam Henrici Petri Basiliensis Typographi, ter aut quater ex diuersis lectionibus meis, idem volumen insigni accessione auxi, ita ut semper nominarem auctores, à quibus singula excepissem, ut & auctoritas maior esset, & orthographia minus corrumpeteretur: quod si alij etiam multi Lexicorum corruptores potius quam auctores, obseruassent, non vsque adeo aliquot millibus locorum corrupta hæc volumina hactenus in publicum prodijissent, non solum Typographicis erratis passim innumeris absurdissimè referta, propter imperitiam illorum qui ad præla corrigunt: sed ipsorum etiam authorum, quorum plurimos idcirco sua nomina profiteri pūduit. Vltima quidem editio à me locupletata Basileæ nuper prodijt ex officina Hieronymi Curionis, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo, Septēbri, in folio, chartis trecentis octoginta quatuor. Cæterum hoc anno, quo hæc scribo, 1562. Geneuæ prodijisse audio longè copiosissimum emendatissimumque, Græcæ linguæ Thesaurum, à Rob. Constantino incomparabilis doctrinæ viro, ex Ioan. Crispini officina, Medicaminum succi duorum (quæ Antibalomena Græci vocant) Galeno adscriptorum tabula Latinitate donata, adiectis etiam Græcis multò castigatioribus, & annotationibus, in quosdam locos. Eadem ex libris Dioscoridis, Aetij, & Pauli Aeginetæ passim excerpta, & in vnum diligenter conscripta, subieciimus. Chartæ sunt quinque cum dimidia, excusæ Basileæ in octauo cum Actuarij opere de compositione medicamentorum, apud Robertum Vinter, anno Domini 1540. Enchiridion historiæ plantarum ordine alphabetico, ex Dioscoride sumptis de-

scriptionibus, & multis ex Theophrasto, Plinio, ac recentioribus Græcis additis: facultatibus autem ex Paulo Aegineta plerumque quàm breuissimè adscriptis, &c. in gratiam medicinæ candidatorum, qui cognitionis stirpium causa rusticari interdum solent. Rob. Vinter imprimebat in 8. Basileæ anno 1541. chartis nouendecim: & eodē anno Melchior Sessa Veretijs in 16. Huic similem alium de cæteris simplicibus medicamentis libellum nondum edidi. Compendium ex Actuarij Zachariæ libris, de differentijs vrinarum, iudicijs, causis & præuidentijs. Vniuersalis doctrina Cl. Galeni Pergameni de compositione pharmacorum secundum locos affectos à capite ad calcem, particularibus medicamentis omisis. Symbola Galeni experimentorū ex libr. eius collecta, & aliorū quorundam. Hosce 3. libros, Christophorus Froschouerus Tigurinus typograph. vno volumine coniunxit. Tiguri 1541. in 8. chartis 24. Apparatus & delectus simplicium medicamentorum, ex Dioscoride & Mesuæo præcipuè, alphabeti ordine, pharmacopolis maxime vtilis liber. Continentur autem eodem volumine, vniuersalia Pauli Aeginetæ præcepta de medicamentorum secundum genera compositione: & eiusdem argumenti omnia quæ in Galeni libris de compositione med. κατὰ γέννην præcepta extant: multis superflue dictis, & particularibus plerisque compositionibus remotis, &c. Frellonij fratres excudebant Lugduni 1542. in 8. chartis 18. & dimid. & Venetijs fratres de Nicolinis in 16. Catalogus plantarū nomina Latine, Græcè, Germanice & Gallicè è regione proponens, secundū ordinē alphabeti, Latinis præsentibus. vna cum vulgaribus. pharmacopolarū nomēclaturis &c. His accedunt in calce operis Nomēclaturæ stirpium secundū varias gêtes, Dioscoridi adscriptæ, in ordinē literarum digestæ. Liber impressus est Tiguri apud Froschouerū anno D. 1542. in 4. chartis 4. & dimidio. De syllogismis Compendiū authoris incerti, è Græco translatum, excusum Basileæ in octauo chartis duabus & dimid. apud Ioan. Opori, cum Ioachimi Perionij lucubrationibus quibusdā in organum Arist. anno 1542. Moralis interpretatio errorum Vlysis Homericæ, authoris incerti. Commentatio Porphyrij philosophi de Nympharū antro in 13. libro Odyssææ Homericæ. Apologiæ quædā pro Homero & arte poetica, fabularūq; aliquot enarrationes, ex Comentariorij Procli Lycij Diadochi philosophi Platonici in lib. Platonis de republica: in quib. plurimè de dijs fabulæ, non iuxta grāmaticorum vulgus historicè, physicè aut ethicè tractantur: sed theologice, (ut gētiles loquuntur) ex prima philosophia rationibus explanantur. Omnia per nos è Græco sermone conuersa, et euulgata Tiguri, 1542. in 8. chartis 12. ex officina Froschouiana. Porphyrij philosoph. quæstiones Homericæ. Pauli Silenciarij hemiambria, de thermis, & alia quædā ex Græcis eodē tēpore, aut etiā postea à me conuersa, nondū in lucē exiuerunt. De lacte & operib. lactarij libellus, philologus pariter ac medicus, cū epistola ad Iacobū Auienum Glaronensem de montium admiratione, excusum Tiguri 1543. in 8. chartis 6. & dimid. Ioannis Stobæi Collectanea siue loci

loci Communes CXXIII. ex omni genete au-
thorum vetustissimorum Græcorum, cl. ferè cõ-
gesti, ex nostra interpretatione Latina, &c. His
accesserunt opuscula tria, à nobis etiã primùm
Latinè edita: nempe Cyri Theodori dialogus de
amicitiã exilio senarijs iambicis. Opuscula duo
Platoni adscripta, vnum de iusto, alterum, an vir-
tus doceri possit. Omnia Græcè & Latinè è regio-
ne, Tiguri apud Froshouerum, cum duplici in-
dico, vno rerum, altero authorum, anno 1543. in
folio, chartis 210. & iterum, Stobæi locis, cum ex
mauscriptis exemplaribus, cum aliundè, auctis
atque recognitis, anno 1550. & tertio, 1559. Eosdè
locos Oporinus Basileæ edidit Germanice, Ge-
Læto interprete, Audio & Antuerpiæ Latina
nostra seorsim excusa esse absq; Græcis. Noua e-
ditio valde aucta, parata prælo apud me est. He-
raclidis Pomici Allegoriæ in Homeri fabulas de-
dij, & sermo Dionis de Homero Latini facti, ex-
cusi Basileæ apud Ioan. Oporinum, adiectis etiã
eisdem Græcis, & alijs quibusdam raris ac elegã-
tibus opusculis, anno Domini 1544. in octauo
chartis 14. & semis. Michaelis Ephesij Scholia
in Aristotelis libellos, nempe: De iuuentute &
senectute, vita & morte. De longitudine & breui-
tate vitæ. De diuinatione per somnum. Omnia è
Græco translata, & impressa Basileæ in 8. 1541.
chartis 6. & dimid. cum Nicolai Leonici explana-
tione in primum librum Aristotelis de partibus
animalium, apud Vuesthemerum: & Venetijs
1543. in folio, cum Alexandri Aphrodis. commẽ-
tarijs in librum Aristotelis de sensibus, Lucilio
Philaltheo interprete. M. V. Martialis poëtæ E-
pigrammata (ad linguã Latinã copiam, & va-
rias rerum nomenclaturas vtilissima) ab omni
verborum obscœnitate, in adolescentium præcis
puè scholarumq; vsum, expurgauit, & in locos
circiter 86. digessi. His adieci dialogos tres, qui-
bus ratio huius instituti redditur, & multa de
puerilibus studijs cõmemorantur. Et in fine An-
notationes Iac. Micylli, Froshoueris cudebat
Tiguri 1544. in 8. chartis 28. Ambrosij Calepi-
ni dictionariũ linguæ Latinæ, quod anno 1544.
mense Septembri impressum est Basileæ apud
Leonhardũ Hospinianum, innumeris locis ca-
stigauimus: & ex postrema editione Venetijs pu-
blicata ad insigne Sirenis, quæ supra quatuor mil-
lia vocabulorũ ex probatissimis authoribus ac-
cessisse gloriatur, omnia in nostrum exemplar
transulimus: & profodiã, id est, quantitatis syl-
labarum notas (plerunq; etiam versus poëtarũ,
quibus ea confirmetur) nouo labore singulis di-
ctionibus, quæ ordine alphabeti explicantur, in-
scripsimus. Cæterum nomina propria, ex qui-
bus maxima pars Venetæ accessions constabat,
seorsim à Latinis vocabulis in peculiare alphabe-
tum, partim proprio labore, partim iuuantibus
amicis, digesta sunt, additis omnibus illis, quæ in
postremis dictionarijs poëticis continebantur.
Huic volumini titulum fecimus, Onomasticon
nominum priorum: quod tertio iam auctũ
& emendatum à nobis prodijt, Basileæ ex Hier.
Curionis officina. In secunda quidem editione,
quæcunque Stephanus regius grãmaticus Græ-
cus propria locorum nomina habebat, Latinè in

terpretatus adieci, & loca castigauit innumera.
Græca etiã nomina falsim addita sunt. Vltima
editio publicata est Basileæ 1560. in fol. Sunt au-
tem Latinarum dictionum chartæ 312. cum aliã
tum ex Pauli Manutij obseruationibus pluri-
mum auctæ. Onomastici verò nostri priuatim
chartæ 61. In Lexicon Græcolatinũ anno 1544.
Basileæ excusum in 4. de vtilitate ac dignitate
linguæ Græcæ præfati sumus, Antonij Tilelij Ita-
li Cõsentini opuscula aliquot, partim iã prius di-
uersis in locis, partim nunquã prius edita, tũ sty-
li Romana puritate, tũ eruditione, varietate &
lepõre argumentorũ, magno studiosorũ applau-
su excipienda, Ioan. Oporino Basiliensi typogra-
pho dedi: qui ea publicauit 1545. in 8. chartis vn-
decim. Ex his legato sermone conditus est Imber
aureus tragœdia: & poëmata vij. soluto autem
Commentarij duo, vnus de coloribus, alter de co-
ronarum generibus. Ab eo quidem tempore et-
tiam alia quædam huius authoris poëmata in I-
talia typis impressa nactus sum: quæ cum præce-
dentibus coniuncta denuò excudi optarim, vt cã
elegantis scriptoris quæ extant omnia, vno volu-
mine haberentur. Bibliotheca vniuersalis, siue
Catalogus omnium scriptorũ locupletissimus,
in tribus linguis, Latina, Græca & Hebraica: ex-
tantium & non extantium, veterum & recentio-
rum, vsque ad annum Domini 1565. doctorũ &
indoctorum, excusorũ & in Bibliothecis late-
ntium: Opus nouum, & non Bibliothecis tantum
publicis priuatũque instituentis necessarium, sed
studiosis omnibus cuiuscunq; artis aut sciẽtiæ,
ad studia melius formanda vtilissimum. Tiguri
apud Froshouerum 1545. in fol. chartis 325. adie-
cto ad finem indice nominum vniuersorũ, vt
ea quorum prænomina fortè lector ignorat, in-
uenire possit. Non solum autem singula autho-
rum scripta hoc volumine enumerantur, sed sin-
gulorum etiam librorum argumenta sæpius ad-
scribuntur, siue ex ipsorum authorum præfatio-
nibus, vt simul etiam styli aliquod specimen præ-
beatur Lectori, siue aliter: & super multis Cen-
suræ doctorum hominum, & alia quædam, quæ in
Compendijs postea excusis, non meo quidem
consilio omissa sunt, poterant enim breuius qui-
dem exponi, non tamen prorsus omitti. Sed suũ
plerunq; lucrum spectant typographi, potius
quã vel authorum voluntatem, vel vtilitatem
Lectorum solidam. In Compendijs quidem illis
postea impressis, per multa authorum nomina
noua, recentiorũ præsertim, accesserunt: sed om-
nis illa accessio seorsim etiam à Froshoueris no-
stro excusa est, vt qui primam editionem eticẽ-
runt, aut deinceps etiam empturi sunt, fructu il-
lo non frustrentur. Sententiarum, siue Capitũ
Theologicorum præcipuè, ex sacris & prophã-
nis libris Græcis collectorum digestorumq; in
Locos communes, per Antonium & Maximum
monachos, Tomi tres. Antonij loci Melissa in-
scripti, inque duos Tomos diuisi, numero sunt
175. Maximi verò 71. Tomo vno comprehens.
Abbẽ Maximi, philosophi, confessoris et marty-
ris, Aphorismorum seu Capitum de perfecta cha-
ritate & alijs virtutibus Christianis, Centurię 4.
Theophilisexti Antiochenis episcopi, de Deo

& fide Christianorum contra gentes Institutio-
num libri tres ad Autolycom. Tatiani Assyrii,
Iustini martyris discipuli, Oratio contra Græ-
cos. Hæc omnia (quinque diuersorum authorū
volumina) mea cura ex codicibus manuscriptis
transcripta, & meo labore emendata, ante & ad
prælum, (præter Maximi Centurias prius excu-
sas, nunc quidem castigatioris,) Froschouerus
Græce excudit Tiguri 1546. in fol. chartis 73.

Et rursus eadem omnia in Latinum sermonē
conuersa, eodem anno in folio chartis 99. Ex his
primam partem Melissæ Antonij ego interpre-
tatus sum: & Tatiani Orationem, cui & annota-
tiones adieci. Secundam verò Melissæ partem, et
Maximi Locos Ioan. Ribitus Sabaudus Latina
fecit. Maximi Centurias, Vincentius Obsopæ-
us: Theophili Institutiones, Conradus Clause-
rus. Enumeratio medicamentorum purgantiū,
vomitoriorū & aluum bonam facientium, ordi-
ne alphabeti, excusa in 4. Basileæ in officina Fro-
beniana anno 1546. cum Antonij Musæ libello
de catapotijs. Naturalis scientiæ totius Compē-
dium, ex Aristotelicis alijsque libris ab Hermo-
lao Barbaro patricio Veneto confectum, & in
Italia inpressū mendosissimè, quoad eius potui,
repurgatum Ioanni Oporino tradidi, è cuius offi-
cina produit chartis octo in 8. anno 1548. quib.
ille adiecit Hieronymi Vuildenbergij Aurimon-
tani in plerosque Aristotelis physicorum libros
Epitomen, chartis vndecim. Pandectarum siue
partitionū vniuersalium, qui secundus Tomus
Bibliothecæ nostræ est, libri nouendecim: excu-
si Tiguri apud Froschouerum in fol. 1548. char-
tis 191. In his libris omniū, qui in primo Biblio-
thecæ tomo nominantur authorum, & plurimo-
rum insuper aliorum scripta, nō alphabetico or-
dine vt in primo tomo, sed secundum artium &
scientiarum genera per certas classes et locos cō-
munes enumerantur: non titulis modò librorū
memoratis, sed capitum etiam inscriptionibus,
& particularibus plurimorum librorum argu-
mentis. Librorum inscriptiones hæc sunt: 1. De
grammatica & philologia. 2. De dialectica. 3.
De rhetorica. 4. De poetica. 5. De arithmeti-
ca. 6. De geometria, optica & catoptrici. 7. De
musica. 8. De astronomia. 9. De astrologia.
10. De diuinatione cum licita, tum illicita, & ma-
gia. 11. De geographia. 12. De historijs. 13. De
diuersis artibus illiteratis. 14. De naturali philo-
sophia, & theologia gentiliū. 15. De prima phi-
losophia seu metaphysicis. 16. De morali phi-
losophia. 17. De œconomica philosophia. 18.
De re politica, id est, ciuili & militari. 19. De iu-
ris prudentia. His liber viceſimus subiungē-
dus erat de re medica, quem certas ob causas reli-
qui, & ne hætenus quidem absolui, quamuis ma-
teria satis copiosa mihi sit congesta. Pandecta-
rum, hoc est, secundi tomi Bibliothecæ liber 21. si-
ue vltimus, De theologia Christiana, seorsim cu-
sus ibidem, in fol. 1549. chartis 90. Est autem is li-
ber veluti index per locos digestus in plerosque
veterum & recentiorum theologorum libros,
hoc est, librorum titulos & capita ferè, &c. Ex
chartis nonaginta, quibus constat, postremæ se-
ptem continent Indicem alphabeticum, huic de

thologia libro & superioribus 19. communem,
Cl. Galeni librorum editioni Latinæ, quæ publi-
cata est Basileæ in officina Frobeniana, ex Iani
Cornarij recognitione anno 1549. capitum di-
stinctionem & argumenta in plerosq; libros, ab
initijs singulorum, adieci: quæ in multis (ijs præ-
sertim, qui rei medicæ tyronibus præcipuè neces-
sarij lectu sunt) ita copiose ac methodicè tractan-
tur, vt vel Epitomes aphoristicæ instar haberi
possint. Historiæ animalium liber 1. qui est de qua-
drupedibus viuiparis, cum figuris ad viuum ex-
pressis: opus philosophis, medicis, grammaticis,
philologis, poetis, & omnibus rerum, linguarū
quæ variarum studiosis, vtilissimum simul iucū-
dissimumq; futurum: in quo non modò simplex
animalium historia continetur, sed etiam veluti
cōmentarij locupletissimi, & castigationes pluri-
mæ, in veterum ac recentiorum eiusdem argumē-
ti, quæ videre nobis licuit omnia, ex authoribus
ferè ducentis quinquaginta, &c. Ita digestis com-
modo perpetuoq; ordine omnib. vt quicquid de
vnoquoq; animali cognoscere libuerit, nullo ne-
gotio statim inueniatur. Neq; enim ad continuā
lectionē a nobis hæc condita sunt, sed vt eorū qui
Dictionariorū esse solet, ad inquirendum maxi-
mè, vsus sit: quod non intellexerunt, qui prolixit-
atis in hoc opere nos accusarunt. In sequentib.
quidem animalium libris, minus prolixus fui. hoc
est, in philologia parcior. Hoc volumen in Epi-
tomen contraxit, philologia omni omiſsa, excelsi-
lens doctrina et virtute medicus Laurētius Hiel,
in illustri Academia Ienensi hoc tempore pro-
fessor: idem fortè facturus in reliquis etiam no-
stris de animalibus libris, vt aliquando coniun-
cti publicentur. In Germanicum verò sermo-
nem simili compendio transtulit hunc & secun-
dū de quadrupedibus ouiparis, Conradus Vito-
duranus medicus, nunc etiam ecclesiæ minister:
& similiter de aquatilibus volumen. Avium ve-
rò historiā Germanicam fecit Rodol. Husli-
nus quæ iam excusa est anno D. 1548. chartis 87.
Thesaurus Euonymi Philiatrī de remedijs secre-
tis, (voco autem secreta, in quibus pars purior &
tenuior, ab impuriore crassioreq; secernitur, ar-
te,) liber physicus, medicus, & partim etiam chy-
micus, & œconomicus in vinorum diuersi sapo-
ris apparatu, medicis & pharmacopolis omni-
bus præcipuè necessarius, impressus Tiguri apud
Andream Gesnerum F. in 8. chartis 39. anno 1558.
Agit autem præcipuè de artificiosis aquarum et
oleorum destillationibus siue extractionibus,
ex herbis alijsq; simplicibus medicamentis. Se-
cunda eius editio produit anno 1558. adiectis qui-
busdam instrumentorum destillatoriorum figu-
ris, & nouo Iacobi Bessoni libello, de absoluta ra-
tione extrahendi olea & aquas è medicamentis
simplicibus. Hunc librum cum in gratiam An-
dræ Gesneri patruelis mei, noui tum typogra-
phi, immaturum ederem, nomen meum addere
nolui. Nunc quoniā & magno studiosorū rei me-
dicæ applausu cum exceptum video, & aliquan-
do absolutiorē dare cogito, si Deus vitā dederit:
me eius authorem esse dissimulare amplius non
lui, præsertim cum iam viri quidam eruditi id
deprehenderint. Ex eadem officina Germanicus
etiam

riam euulgarus est, Rodolpho Landebergero nostro (ecclesiæ Bulaci diacono in agro Tigurino) interprete. Et Latine in 16. Lugduni: ibidem que ni fallor, Gallice. Veterum aliquot theologorum Græcorum orthodoxorum libri Græci, & iidem Latinitate donati è regione: quorum plerique partim Latine, partim Græce antehac non sunt editi, nostra plerique cura excusi, Tiguri apud Andream patruelem anno 1552. in folio, chartis 104. Sunt autem hi: Canones Apostolorum, & veterum tredecim sanctorum conciliorum decretis, à Clemente Romano, ut quidam putant, versi & collecti, &c. Ignatii martyris & Archiepiscopi Antiocheni, epistolæ 12. Ioanne Brunnero Tigurino interprete. Athenagoræ Atheniensis philosophi Christiani Apologia, vel Legatio pro Christianis, ex nostra interpretatione cum annotationibus nostris. Eiusdem de mortuorum resurrectione liber, Pet. Nannio interprete, cum Hein. Stephani typographi doctissimi (qui hos duos Athenagoræ libellos seorsim prius excudit Genevæ) in Græcum simul contextum & Nannij versionem Annotationibus. Aeneæ Gazæ Platonici Theophrastus, siue de animalium immortalitate & corporum resurrectione dialogus, Io. Vuolphio ecclesiæ Tigurinae ministro interprete. Cydonij de contemnenda morte oratio, Raphaelæ Seilero I. C. Augustano interprete. Hermæ philosophi irrisio gentilium philosophorum, eodem interprete. Expositio capitum admonitionum Agapeti diaconi ad Iustinianum Imperatorè, innominato interprete. Ex his ego suppeditavi Aeneæ Gazæ Platonici Theophrastum, ex nobili Reipub. Augustanæ bibliotheca nactus: & Ignatii epistolæ, quas Lutetiæ paulò ante Græce excusas ignorabam. In Hieronymi Tragi de stirpibus Commentarios Argentinæ excusos apud Rihelium anno 1552. præfationem adieci in gratiam typographi, quæ continet Catalogum rei herbariæ scriptorum, qui ad illud usque tempus aliquid ediderunt, extantium & non extantium, &c. satis copiosum, chartis circiter 3. De thermis & fontibus medicatis Helvetiæ & Germaniæ libri duo, excusi Venetijs in officina Iuntarum, anno 1553. in fol. char. 5. cum quadrante, cum permultis aliorum libris, qui thermas Italiæ descripserunt. Ab eo autem tempore, quoniã plurima observaui, quibus hoc argumentum plenius illustrem, spero me breui eundem librum auctum & recognitum seorsim editurum. Tabulæ collectionum, quibus per singulos anni menses, quæ stirpes in singulis per Germaniam flores fructusq; ut plurimum proferant, ordine recensentur, Argentinæ à Rihelio impressæ 1553. in octavo, chartis quinque; cum quadrante, cum Davidis Kyberi summi amici mei, rei herbariæ Lexico: quod dũ sub prælo esset, eodem anno, mense Ianuario, optimus & doctissimus vir peste sublatu obijt, mihi verò iam morti proximus quæ excudenda supererant, ut ante prælum inspicerem ac emendarem commendari voluit, &c. itaque & præfationem in illum librum, & in authoris mortem Idyllium lugubre Græcum condidi. Icones animalium quadrupedum viviparorum & oviparorum, quæ primo & secundo historiæ a-

nimalium libris à nobis describuntur, cum nomenclaturis singulorum Latinis, Italicis, Gallicis, & Germanicis plerumq; per certos ordines digestæ, Tiguri procudebat Froschouerus 1553. in folio, chart. 17. & rursus auctas ac recognitas tum aliàs tum multis descriptionibus & iconibus additis, quæ in historiæ libris non habentur, anno 1560. chartis 32. Ligari autem debent cum sequentibus animalium Iconibus. Historiæ quadrupedum oviparorum liber, id est, secundus de animalibus, cum appendice ad quadrupedes viviparas, anno 1554. ibidem excusus in folio chartis 37. Et quia parvus est, commodè vno volumine cum historiæ avium, id est, tertio de animalibus libro ligabitur. Historiæ avium liber, (quæ est tertius de animalibus) cum figuris, ex eadem officina, anno 1555. chartis quatuor supra ducetas. In fine adduntur Paralipomena. Icones avium omnium, quæ in nostra avium historia describuntur cum nomenclaturis singularum in lingua diuersis Europæ: ibidè euulgatæ, anno 1555. in folio, chartis 33. Et rursus anno 1560. novis aliquot iconibus ac descriptionibus auctas, & recognitas, chartis 37. In eam editionem emendationes & additiones aliquot conieci ad finem Iconum quadrupedum secundæ editionis. De medicinæ chirurgicæ præstaria & antiquitate scriptum nostrum, & Enumerationem alphabeticam virorum illustrium qui rem chirurgicam vel scriptis vel artis usu excoluerunt, Gesneri fratres duo (patrueles mei) Tiguri publicarunt, chartis septem & dimidia ferè, in volumine satis magno, quo diuersos chirurgiæ scriptores, mea ferè cura complexi sunt. De raris & admirandis herbis, quæ siue quòd noctu luceant, siue alias ob causas, Lunariæ nominantur, Commentariolus: & obiter de alijs etiam rebus quæ in tenebris lucent. Inseruntur & novæ quædam herbarum Icones. Descriptio montis Fracti siue Pilati vulgò dicti, iuxta Lucernam in Heluetia. Patrueles mei imprimebant Tiguri, anno 1555. in 4. vnâ cù Ioan. du Choul. G. F. Lugdunensis, Pilati montis in Gallia descriptione: & Ioan. Rihellicani Idyllio, quo Stocchorum montem altissimum in Bernensium Heluetiorum agro versibus heroicis describit. Chartæ sunt omnium duodecim cum dimidia. Epitome bibliothecæ nostræ tomi primi, à Conrado Lycosthene Rubeaquensi edita primò Basileæ, per Iosiam Simlerum Tigurinum recognita & aucta, plus quàm bis mille authorum accessione, excusa Tiguri apud Froschouerum in fol. 1555. chartis 105. Ad eam quidem augendam nos quoq; collectanea nostra contulimus, &c. Huius Epitomes accessio, appendix primi tomi futura, seorsim etiã impressa est, ut supra diximus. Rob. Constantinus Gallus etiam Lutetiæ edidit Nomenclatorè scriptorum insignium, qui veluti Epitome brevissima utilisimâq; bibliothecæ nostræ est: ubi optimos quosq; veteres & recentiores scriptores nominat, extates duntaxat, manuscriptos vel impressos, secundum genera artium & scientiarum digesto libro, &c. Eum Andreas Vuchelus Parisijs excudit 1555. in 8. chartis 12. Mithridates, siue de differentijs linguarum, tum veterum, tum quæ hodie apud diuersas nationes in toto orbe terrarum

rum in usu sunt, obseruationes, typis Froshoueri excusæ Tiguri 1555. in 8. chartis 10. cum tabula quæ orationem Dominicam in plurimis linguis scriptam proponit. Libelli 3. medicinales: Vnus, De sanitate tuenda: Alter, Contra luxum conuiuorum: Tertius, Cōtra notas astrologicas Ephemeridum de secandis venis, Sesquicharta à patrūlibus impressa 1556. in 8. Cl. Aeliani Prænestini Pontificis & sophistæ, qui Romæ sub Imperatore Antonino Pio vixit, Meliglossus aut Meliphongus ab orationis suauitate cognominatus, monumenta quæ extant omnia Græcè, Latineq; è regione, cura & opera nostra in lucem edita. Sunt autè hæc: De animalium natura lib. 17. ex Petri Gillij Galli & nostra interpretatione, ad Græcos cōdices manuscriptos recogniti, et tertiā ferè parte ex iisdem per nos aucti, Græcè quidem prius antehac non excusi. Variæ historiæ lib. 14. Iusto Vulteo Vuetterano interprete, nūc etiam recogniti. De militaribus ordinibus insti tuendis more Græcorum lib. 1. à Fr. Robortello Vtineni in Latinum sermonem versus, & ab eodē picturis quàm plurimis illustratus, nunc denuò emendatior. Epistolæ rusticanæ, Sebastiano Guldebecio Tigurino interprete. Omnia Tiguri apud patrueles meos, anno 1556. in fol. chartis 176. De piscibus & aquatilibus omnibus libelli 3. 1. Hæuricōn P. Ouidij Nasonis emendatum & scholijs illustratū. 11. Aquatiliū animantium Enumeratio iuxta Plinium, emendata & explicata, se-
 30
 rie literarum. 111. Eorundem Nomenclator Germanicus longè copiosissimus: Et alia quædam ad piscium historiam pertinentia. Andreas Gesnerus F. excudebat Tiguri 1556. in 8. chart. 18. De stirpium aliquot nominibus vetustis ac nouis, ut sunt Mimiras, Mōly, Oloconitis, Doronicū, Bulbocastanum, Granum alzelin vel Habbaziz, & alia complura, Epistolæ duæ: vna Melchioris Guilandini Borusii: & altera nostra, cum nouis iconibus tribus. Chartæ sunt tres excusæ Basileæ
 40
 apud Nicolaum Episcopium F. 1557. in 8. & tursus cum epist. Matthioli Senensis, M. Antonini Imperatoris Romani & philosophi de seipso seu vita sua libros 12. vnà cum Marini Neapolitani libro de Procli vita & felicitate. Græcos è biblio theca illustrissimi principis Othonis Heinrici, cum vir doctissima excellens Michael Toxites nobis communicasset, describendos curauit, & ad archetypum conuulsi, & patrueli Andree anno 1558, eudēdos dedi, vnà cum translationibus Latinis,
 50
 in Antonini quidem libros Gul. Xylandri Augustani: in Martini verò Proclum, amici cuiusdā nostri iuuenis pereruditi, qui præ modestia nomen suum exprimi noluit. Chartæ sunt 30. in 8. Historiæ animalium liber quartus, quæ est de piscibus & aquatilibus, cū iconibus, procusus Tiguri à Froshouero 1558. in fol. chartis 335. Ad finē Paralipomena quædam accesserunt. Continentur autè eodem volumine Gul. Rondeletij quoque & Petri Bellonij de Aquatiliū singulis scri-
 60
 pta. Hannonis Carthaginensium ducis Nauigatio, qua maximā Libycæ oræ partem vltra Herculis columnas iustravit, è Græco sermone in Latinum conuersa, adiectis etiā scholijs. Sesquicharta impressa Tiguri apud And. Gesnerum F. an-

no 1559. cum Ioan. Leonis Africani Descriptio-
 nis Africæ libris nouem, in 8: Xenocratis de ali-
 mento ex aquatilibus libellus Græcus nostra o-
 pera editus, idemq; Latinus ex nostra interpreta-
 tione, vnà cum scholijs. Chartæ sunt quatuor cū
 dimidia, procusæ Tiguri apud Andream patrue-
 lem in 8. vnà cum Iani Dubrauij Olmucensis epi-
 scopi, De piscinis & piscium qui in eis aluntur
 naturis libris quinq;. Icones animalium aquati-
 lium in mari & dulcibus aquis degentium, plus
 quàm D C C. cū nomenclaturis singulorum
 Latinis, Græcis, Italicis, Hispanicis, Gallicis, alijs
 quæ interdum. Explicantur autem singulorum
 nomina ac nominum rationes, præsertim in La-
 tina & Græca lingua vberimè: & nominū con-
 firmmandorum causa descriptiones quorundam,
 & alia quædam præsertim in magno nostro de
 aquatilibus volumine non tradita, adduntur: de
 que singulis Rondeletij, Bellonij, Saluiani, & no-
 20
 stræ sententiæ explicantur breuissimè. Froshou-
 rus excudebat Tiguri 1560. in folio chartis 101. Hoc
 monendus est Lector, tres libros, quibus cōtinen-
 tur Icones Quadrupedum, Auium & Aquatili-
 um, commodè vno volumine ligari. Historia
 & interpretatio prodigij, quo cœlum ardere vi-
 sum est per plurimas Germaniæ regiones, ineun-
 te anno 1561. die tertio à Natali Dominico: deq;
 alijs quibusdā prodigijs veteribus ac nouis. Char-
 tæ sunt tres impressæ apud nos eodem anno in
 octauo Con. Bolouesi authoris nomine, meum
 enim non ponere placebat, ne quis sutorē vltra
 crepidam mihi objiceret. Placuit hæc interpreta-
 tio Anglis, qui sua lingua eam ediderunt. Amie-
 cus quidam hinc Germanicè reddidit, sed nōdum
 edidit. Dictionarium Germanicolatinum nostra
 adhortatione copiosissimum Iosua Pictorius no-
 40
 ster confecit, excusum Tiguri à Froshouero in
 4. anno 1561. cum nostra præfatione, in qua de
 lingua Germanica in vniuersum eiusq; dialectis,
 & quàm latè pateat: quid ei cū Gothica & Gal-
 lica commune: deq; antiquis ac recentibus in ea
 scriptis, & illustrandæ eius ratione differimus,
 per sesquichartam ferè, Valerij Cordi Simesusij
 Annotationes in Pedacij Dioscoridis Anazar-
 bazi de medica materia libros quinq;, longè aliæ
 quàm antehac sunt euulgatæ. Eiusdem historia
 stirpium libri quatuor, nunc primū in lucem
 editi, adiectis etiam stirpium iconibus, & breuiss-
 50
 simis Annotatiunculis. Eiusdem Sylua, qua re-
 rum fossilium in Germania plurimarum, Metal-
 lorum, Lapidum & stirpium aliquot rariorum
 notitiam breuissimè persequitur. Eiusdem de ar-
 tificiosis extractionibus liber. Eiusdem compo-
 sitiones medicinales aliquot, non vulgares. His
 accedunt Stocchornij & Nefsi in Bernatiū Hel-
 uetiorum ditione montium, & nascentiū in eis
 stirpium, descriptio Benedicti Aretij professoris
 in schola Bernensi. Descriptiones & icones quæ-
 dam plantarum nostræ, & De hortis Germaniæ
 liber à me tum recens conscriptus. Hæc omnia
 typographo Argentineni Iosæ Rihelio suppe-
 60
 dirauit, anno 1561. qui ea publicauit in fol. chartis
 trecentis ac tribus. Hortorum Germaniæ priua-
 tim chartæ sunt 32. Prolegomena in opera Ga-
 leni, Latina, quæ hoc anno 1562, Basileæ prodeit,
 ex vlti-

ultima doctissimorum hominum recognitio
e, &c. Chartæ sunt sedecim cum quadrante in
magno folio. Casij iatrosophistæ naturales &
medicinales quæstiones 84. circa hominis natu-
ram & morbos aliquot, ex nostra interpretatio-
ne Latina. Eadem Græce longè quàm antehac
astigatiores cum scholijs nostris. Iacobus Gesne-
us imprimebat Tiguri 1562. in 8. chartis nouem
um dimidia: vnà cum Antonij Sneidergeri me-
lici Catalogo medicamentorum simplicium pe-
tilentia veneno aduersantium. Santis Ardoyni
Pisaurensis medici de venenis libri octo: cum tri-
bus eiusdem argumèti Ferdinandi Ponzetti Car-
linalis, excusi Basileæ apud H. Petri, & P. Pernã,
anno 1562. in fol. Vtriusq; authoris codicem ante
annos quadraginta aut amplius retrò excusum,
typographis ego suppeditaui: cum in nullis am-
plius bibliopolij profarent. Aristotelis libe-
um de virtutibus à me translatum, passim Sto-
æi Collectaneis Græce & Latine inserui: sicut
& Theophrasti characteres, Græco contextu &
Politiani translatione, quoad eius potui emenda-
tis. His vltimus hoc tempore adnumeretur, præ-
sens hic de scriptis tum proprijs, tum aliorum à
me editis. Ex his hæctenus impressis lucubratio-
nibus nostris, pleraq; olim, si vixero, & iterum
di ea contingat, aucta & emendata dabo.

De nondū editis, partim perfectis, partim im-
perfectis adhuc. Versabar hoc tempore in ad-
nanda nostra stirpium historia cuius materiam
vberissimam & picturas quàm plurimas, permul-
tis retrò annis congerere cœpi. Ab ea verò multè
subinde occupationes necessariæ, multa etiam ex
improuisò impedimenta me auocant. Nuper
quidem doctissimo typographorum Henrico
Stephano, Xenophontis de venatione libellum,
ab Omnibono Leonicensi minimè bene conuer-
sum, in eius gratiam vt emendarem roganti, ob-
secundare volui: & spero translationè illam cum
Scholijs fortè nostris, inter cætera Xenophontis
opera Latina ex eius officina Propediem appa-
rituram, vnà cum nostris in eundem librum ob-
seruationibus & emendationibus Græci contex-
tus. Alterum impedimentum immatura doctis-
simi Augustani medici Ioan. Moibani mors mi-
hi attulit: qui nuper suo fato fungès, amicis man-
davit vt conuersionem suam & annotationes in
Euporiston Dioscoridis Anazarbei libros duos,
nusquam antehac editos, imperfectas ad me mit-
terent: quas ego propter amicitiam quæ nobis vi-
uentibus intercessit, ipsius nomine perficerem
ederemq;: id quod eò facilius suscepi, quoniam
& illum amaui plurimum, & libros illos Græ-
cos Senatus Augustani liberalitate iam dudum
transcriptos habui, in quæ ijs interdum animi gra-
tia me exercui. Nuper etiam Valerij Cordi De-
scriptionis stirpium librum quintum sum na-
ctus, quem in Italia confecit: eumq; perfectum
Argentinam ad Rhelium typographum, vt ma-
turè excuderet, misi. Oppiani de aucupio libro-
rum Paraphrasim, quæ Venetijs olim mihi descri-
bendam curauit, Græcam Latinitate donauit, &
nostræ animalium historię passim inserui: edi-
turus etiam seorsim si occasio fuerit, cum alijs
quibusdam Græcis, de animalibus scriptis, &c.

Moschionis medici Græci de affectibus muliebribus
librum ex bibliothecæ Augustanæ exem-
plari, quod vnicum & corruptissimum habere
hæctenus potui, descripsi & emendaui, editurus
per occasionè, vel Græce Latineq; simul, vel saltè
Latine, vnà cū Prisciani & Cleopatry Gynæcijs,
quæ manuscripta habeo. Procopij Gazæ in Octa-
teuchum (id est, priores octo veteris Testamen-
ti libros) Commentarios Græcos, copiosos sanè
& eruditos, ex eadem bibliotheca nactus ante an-
nos aliquot, transcribendos curauit, & Con. Clau-
fero conuertendos dedi, vbi primùm typogra-
phus contigerit, Græce etiam editurus. De ca-
nibus Io. Caj Angli medici & philosophi sum-
mi libellus, cum nostris quibusdam additionibus,
vel per se, vel cum alio quopiam ad animalia per-
tinentè libro edendus, apud me asseruatur. Serpē-
tium & insectorum historię materiam copiosam
& picturas ad viuum factas multas congepsi. Ta-
bularum in plerosque omnes naturalis philosophię,
secundum Aristotelem libros, dilucidarum & copio-
sas confeci. De lapidibus, gemmis & omni fossi-
lium genere Observationum syluam collegi. Re-
mediorum secundum genera & locos digesto-
rum, maximum numerum in schedis reposui.
In Aristotelis quosdam libros physici argumen-
ti, paraphrases aut scholia, in alios Græce, in alios
Latine, ex Græcorum interpretum com-
mentarijs concinnaui. Admirandas Aristote-
lis narrationes emendaui, & meliori ordine di-
gessi, Græce. Latina quædam & Græca carmi-
na, Epigrammata, Idyllia, conscripsi. Germa-
nicorum nominum priorum, virorum &
mulierum, (quibus vsa est Germania, antequam
sanctorum nomina ex linguis peregrinis recipe-
ret,) aliquot millia secundum terminationes di-
spolita habeo. Apparet autem in singulis penè
certa aliqua significatio, vt vel ominis gratia, vel
saltem non temerè sed certam ob causam imposi-
ta videantur, sicut & apud Græcos ferè. Nihil
autem antiquius in nostra lingua, & vnde, qua-
lis ante multa secula fuerit, magis appareat, extra-
re puto. Germanicorum vocabulorum quàm
plurimorum ex Hebraicâ, Græca & Latina, ori-
gines meditor. Et alia quædam, si Deus concess-
erit, sed vt res humanæ sunt, *πολλά μὲν ἔστιν ἄνθρω-
πῶν κινήσεις & αἴτια*. Volui tamen etiam nondum e-
ditas & imperfectas lucubrationes meas com-
memorare, partim vt viri boni ac eruditi, me-
dum vixero, nunquam otiosum futurum, mea-
que & mea omnia reipublicæ literariæ promo-
uendæ perpetuò deuotissima fore intelligant:
partim, vt si qui ætate ac valetudine firmiores
& ocio magis abundantes homines literati, si-
militer erga bona studia atque ego affecti, repe-
riantur, ij de rudibus atq; inchoatis quibusdam
meis materiam sibi expoliendam, perfacile im-
petraturi, postulare à me possint.

COROLLARIUM. Enchiridion rei me-
dicæ triplicis. Illius primùm quæ signa ex pul-
sibus & vrinis dijudicat. Deinde Therapeuticæ
de omni morborum genere curando singilla-
tim. Tertio Diæticæ vel de ratione victus, præ-
sertim in febribus. Hoc volumine continentur.
De pulsibus libellus, ex Galeni libris collectus à

veluti in formulam redactus, auctore quidem in certo, sed diligentissimo doctissimoq; De iudicijs vrinarū tractatus ex probatissimis collectis auctoribus, & in tabulę formam confectus, adiectis etiam causis, quę hanc vel illam vrinam reddant, Io. Vasseo Meldensi auctore. Morborum inter- norum propē omnium curatio, breui methodo compręhensa, ex Galeno præcipuē & Mar. Gat- tinaria, per Iac. Syluium medicum selecta. De ra- tione victus in febribus secundum Hippocratē, 10 in genere & singillatim lib. 3. auctore Brudo Lu- sitano medico. Præfatio Conradi Gesneri ad Achillem P. Gassarum medicum. Liber impressus Tiguri per And. Gesn. F. & Iac. Gesn. fratres, an- no 1555. in 8. chartis 59. semis. C. Gesneri de anima liber sententiosa breuitate, veluti per tabulas & aphorismos vt plurimum conscriptus, philoso- phię & medicinę studiosis accomodatus. Impres- sus Tiguri apud Iac. Gesnerum, 1563. in 8. char. 15. De omni rerum fossilium genere, gemmis, lapi- 20 dibus, metallis, & huiusmodi. libri aliquot pleris- que nunc primum editi. Io. Kentmanni Dresden- sis medici Nomenclaturę rerum fossilium, quę in Misnia præcipuē, & alijs quoq; regionibus in- ueniuntur. Eiusdem, Calculorum qui in corpore ac membris hominum innascuntur, genera 12. de- picta descriptaq; cum historijs. De metallicis re- bus ac nominibus, obseruationes varię ex Schedis Georgij Fabricij, Seuerini Goebelij medici de Succino lib. 2. prior Theologicus, posterior phy- 30 sicus & medicus: cum Corollario C. Gesneri. Va- lerij Cordi de Halosantho seu spermate Ceti li- ber, cum Corollario C. Gesneri. S. Epiphaniij epi- scopi Cypri, de 12. gemmis quę erant in veste Aa- ronis, liber Gręcus & Latinus, cum Corollario C. Gesneri. Fr. Ruci medici Insulani, de Gemmis aliquot, ijs præsertim, quarum I. in Apocalypsi meminit, & alijs quarū vsus hodie apud omnes percrebuit, lib. 2. Theologis nō minus viles quā philosophis. C. Gesneri, de rerum fossilium, la- 40 pidum & gemmarum maximē, figuris & similitu- dinibus liber: non solum medicis, sed omnibus re- rum naturę ac philologię studiosis, vtilis & iu- cundus, omnia simul impressa Tiguri apud Iac. Gesnerum, anno D. 1565. in 8. chartis 67. *Evnopsis*. Ped. Dioscoridis Anazarbei ad Andromachum, hoc est, De curationibus morborum per medica- menta paratu facilia lib. 2. Gręce & Latine, par- tim à Ioanne Moibano medico Augustano, par- 50 tim verò post huius mortem à C. Gesnero in lin- guam Latinam conuersi: adiectis ab utroq; inter- prete Symphonijs Galeni aliorumq; Gręcorum medicorum. Argentinę excudit Iosias Rihelius anno 1565. in chartis 62. Iod. Vuillichij Magiri- ca, emendauit & edidit Tiguri. Moschionis de af- fectibus mulierum liber impressus Basileę apud Guarinum. Euonymi seu de remedijs secretis pars secunda, edita à Gasparo Vuolphio, Tiguri apud Froshouerum 1569. Historia stirpium ma- gna iā ex parte editioni parata est à Gasp. Vuol- 60 phio. Præterea quàm plurimos Gręcos & Lati- nos auctores partim emendauit, partim scholijs illustrauit, poetas quidem Gręcos Nicandrum, Orpheum, Aratum, Sophoclem, Euripidem, He- liodum, Musæum, Dionysium, Q. Calabrum, Co-

luthum, Tryphiodorum, Sybillina oracula, Mea- dicos, Aretæum cuius etiam capita quędam ma- nuscripta in bibliotheca Gesneri asservantur. Ve- terinarię medicinę libros. P. Aeginetam, Simeo- nem Serhi, Celsum, Auicennam, Nicolaum Ale- xandrinum. Alios quoque auctores emendauit & quidem diligentissimē, Athenæi Dipnosphi- stas, Plinij Naturalē historiam, Theophrastum de historia & causis Plantarum, Dioscoridem de materia medica. Scriptores rei rusticę. Stobæi sententias: itē Antonij et Maximi monachi, quos Stobęo coniunxit. Iulij Pollucis Onomasticum, Arriani historiã & Periplus. Cordi opera, Gra- tium de vnatione. Seruantur etiam in eius bi- bliotheca libri nondū editi: ipsius quidē Gesneri Tyronis medicinę studiorū ratio. Item Metho- dus totius medicinę compendiosissima per inter- rogationes. De scriptoribus, Germanicis liber, Præterea Demetriij Constantinopolitani de nu- tritione & cura accipitrū lib. 2. De canibus lib. 1. Gręce. Dioscoridis & Stephani Atheniensis phi- losophorum & medicorum pharmaca empirica secundum alphabetum, Epiphaniij quędam Grę- ca manuscripta Petri de Musandinis, de cibis & potibus præparandis pro infirmis. Ioannis Bro- dæi Turonensis in Dioscoridē annotationes. Ioa- chimi Kreichij hortus. Alexander Seitz de ther- mis & modo lauandi. De bombardis earum pul- uere & modo eiaculandi: liber Gallicus. De regi- mine sanitatis, Germanicē. De re culinaria Ger- manice. Extant autem hæc omnia apud clarissi- mum medicum Gasparum Vuolphium, qui nō grauatim bonarum literarum studiosis, & libros- rum impressoribus hæc cōmunicare paratus est.

Conradus Grebelius, iuuenis in vtraq; lingua eruditissimus, patria Tigurinus, scripsit præfa- tionem in Pomponium Melam, Paris. excusum cum Vadiani commentarijs, item epigrammata quędam nondum excusa.

Conradus de Halberstat, natione Germanus, er- dinis fratrum prædicatorum, scripsit Summam studentium lib. 3. De triuio quoq; lib. 1. Lectu- ram in Iob lib. 1. Sermonum etiam lib. 1. In plu- res quoq; Bibliorum libros commentarios scri- psisse dicitur, qui tamen ad manus nostras ad- huc minime venerunt. Hic etiam fertur concor- dantias totius noui & veteris Testamenti pri- mus ordinasse.

Conradus Heingarter, Tigurinus, medicinę do- ctor, & Caroli V III. Francorum regis physicus, scripsit Defensionem astronomię, quę manuscri- pta extat Tiguri.

Conradus dictus Hensel, patria Hasso, natus ex oppido Cassel, pastor & rector ecclesię Francfor- densis, iam ferē sexagenarius, scripsit Super sen- tentias lib. 4. In epistolas Canonicas lib. 7. In Cantica Canticorum lib. 1. De pœnitentia, ieiunio & oratione lib. 1. De fide, spe & charitate li. 1. De quatuor virtutibus quas cardinales vocant lib. 1. De sanctificatione sabbati lib. 1. Super Eu- uangelij & epistolis per anni circulum lib. 1. Ser- mones multos & varios lib. 2. De præceptis ecclesię & veritate Euangelica lib. 1. De interdicto lib. 1. De libertate ecclesiastica lib. 1. Contra hæ- reticos & maleficos lib. 1, Contra Hulsitas Boe- mos

nos lib. 1. Ad archiepiscopum Coloniensem in officium missæ lib. 1. Ad eundem super psalterio secundum quadruplicem expositionem li. 1. Ex partibus S. Thomæ conflavit lib. 1. In Apocalypsim Ioannis lecturam incipit. Scripsit etiam notabiliter super libros Oeconomicorum Aristotelis. Quæstiones insuper Ethicorum notabiles disputavit & scripsit. Alia quoque multa composuit que ad notitiam meam non venerunt. Claruit anno Domini 1495. Trinitatis de scriptoribus Germaniæ.

Conradus Heresbachius, Germanus, transtulit quædam in posterioribus libris Grammaticæ in introductionis Theodori Gazæ, quam Basileæ Curio excudit, anno 1523. Item Herodoti Halicarnassei librum de genere vitæ; Homeri. Recognovit autem ad Græca exemplaria eiusdem Herodoti historiarum libros 9. cum in cæteris libris multa quæ deerant adiecit, tum in primo libro plus minus nouem folia: opus excusum Coloniae 1526. Item Strabonis Geographiam à Gregorio Tifernate & Guarino Veronensi, ut putatur, conuersam, denuo recognouit, ac plerisque locis de integro vertit. Similiter Thucydidis libros de bello Peloponnesium, &c. excusos Coloniae, 1527. Lexicon Græcolatinum etiam à Curione olim impressum, locupletauit. Eiusdem libri duo De educandis erudiendisque principum liberis Reipublicæ gubernandæ destinatis, deq; Reipublica Christiana administranda, impressi Francofurti per Georgium Coruinum in 4.

Conradus monachus Hirsaugiensis cœnobij, in conscribendis Sueuorum, ordinis S. Benedicti, composuit Opus dialogorum insignis sub nomine Peregrini presbyteri, & Theodoræ Deo sacratæ virginis, quod vocauit speculû virginum, distinctû lib. 8. In Euangelia per annum lib. 1. De vitâ spiritus & fructu mortis lib. 1. Matricularium lib. 1. De laudibus S. Benedicti metricè lib. 1. Diascolonium lib. 1. De musica & tonis lib. 1. Claruit anno Domini 1440.

Conradi Iani Helmstadenensis, de nuptijs Friderici Albenslebij, & Annæ Velchemig, carmen Vuitenbergæ excusum, anno D. 1551.

Conradi Lagi oratio de Platone, excusa Vuitenbergæ, & deinde cum declamationibus Philippi Melanchtonis Argentinae. Protestatio aduersus commentariorum suorum de doctrina iuris editionem, se inuito ab Egenolpho factam. Methodus iuris ab eo prælecta Vuitenbergæ, necdum ad editionem absoluta, Lugduni quidè postea, sed primum Francofordiæ ab Egenolpho, ipso inuito edita, contra quem & protestationem scripsit ad Ioan. Oporinum, ab eodem excusam, 1544.

Conradus Leontorius, vulgariter de Leonberg, Germanus, monachus cœnobij Mulbronnensis, ordinis Cisterciensis, scripsit epistolarum ad diuersos lib. 1. Orationes varias, carmina multa & quædam alia. Scripsit in quædam opera Baptistæ Mantuani commentarios, Parisijs excusos. Claruit anno D. 1494.

Conradus ex nobili familia à Liechtenau, abbas 9. Vrspergensis cœnobij, ordinis Premonstratensis, ad Mindulam in Augustana diocesi, scripsit Chronicon absolutissimum à Nino Assyrio

rum rege, vsq; ad tempora Friderici II. Imp. Editum est hoc opus primû à Con. Peutingero I. C. anno 1515. Deinde Argentinæ cum Paralip. 1537. sub nomine abbatris Vrsper, eo quod authoris nomen illis ignotum esset. Postremò Petrus Perna anno D. 1569. idem opus castigatius edidit, & suo authori adseruit.

* Conradus Lutenbach historiam martyrum nostri temporis in Germanicam linguam transtulit. Francofurti, anno D. 1573.

Conradus Lycosthenes, Rubeaquentis, scripsit Commentaria in Plinium iuniorem de viris illustribus: Liber excusus est Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno D. 1547. De Rubeaquentium Reipub. primordijs, incrementis, deuastationibus, &c. à prima origine vsq; ad nostra tempora librum, ex quo Sebastianus Munsterus ea quæ in magno Cosmographiæ suæ opere, de oppido Rubeaquentium scribit, compendiosissime deæ promptit. Iulij Obsequentis prodigiorû librum (quem hæctenus ab anno tantum vrbs conditæ 505. vel iuxta aliorum supputationem 564. vsq; ad annum 784. mancum ac imperfectum habuimus) multis locis restituit, & ea quæ ab vrbs exordio vsq; ad L. Scipionis cum C. Laelio consulationem, temporis iniuria interierunt, ex Dionysio Halicarnasseo, Tito Liuiio, ac alijs Romanorum historicis, eodem obseruato ordine resarciuit atque suppleuit. Scripsit præterea librum de mulierum præclare dictis & factis. Item libellum de præfatis Romanorum legibus & plebiscitis. De similibus factis, casibus & euentis librum. Calendarium historicum, in quo Macedonum, Aegyptiorum, Hebræorum & Græcorum menses, cum Romanorum mensibus conferuntur, & quæ à condito mundo ad nostra vsq; tempora memoratu digna certis apud diuersos diebus acciderunt, commemorantur, &c. Clarissimorum philosophorum, oratorum, imperatorum, regum, ducû, item pontificum, episcoporum, priuatorumque hominum apophthegmata, quæ ita in locos communes cõgesta sunt, ut siue publicè quid, siue priuatim sis dicturus, promptuariû habeas, ex quo ad institutum necessaria depromas. Similitudinum ac paradoxarum, ex sacris ac prophætiis auctoribus locos communes, ad eundem usum collectos, adiectis vbiq; authorum locis, ex quibus petita sunt. Virtutum vitiorumq; omnium memorabilia exempla, ex trecentis ferè Græcis & Latinis auctoribus probatissimis excerpita, inq; locos communes redacta. Prolegomena in Iustini ex Trogo Pompeio historias. Annotationes in Val. Maximum, ac L. Fenestellam de Romanorum sacerdotijs ac magistratibus. Contraxit etiam Conradi Gesneri medici clarissimi magnæ ac multis laboribus congestum bibliothecæ opus in breue Compendium, in gratiam eorum qui breuitate gaudent, ac ob æris penuriam ab emptione magni operis deterrantur. Ioannis Rauisij Textoris officinam auxit & in ordinem comodiorem redegit, quod opus Brylingerus excudit anno D. 1552. in 4. vna cum eiusdem Rauisij cornucopiæ & epistolis, adiectis tribus copiosis indicibus. Item in Claudij Ptolemæi Geographicos libros indices 2. collegit, quorum admîn

culo veterum simul ac recentiorum locorum situs, facillima ratione in tabulis depictisprehenduntur. Præfixit etiam Ptolemæi libris epistolam in qua de utilitate tabularum Geographicarum ac indicis vsu latè differtur, Hein. Petri excudit anno D. 1552. Prodigiorum opus Latine & Getmanice apud Hein. Petri, Apophtegmatum opus Basileæ impressum est, & Lugduni anno 1571. Exemplorum magnum thesaurum collegit, què post ipsius obitum Theodorus Zuingerus, doctissimus philosophus & medicus, auxit, & optimo ordine dispositum edidit.

Conradus monachus cœnobij Fontis salutaris in Suevia, ordinis Cisterciensis, scripsit Super sententias lib. 4. Sermonum quoq; de tempore lib. 2. Sermonum de sanctis lib. 2. & alia nonnulla. Claruit anno D. 1390. Trit. de scriptoribus Germaniæ.

Conradus de monte Puellarum, natione Germanus, Ratisponensis ecclesiæ canonicus, scripsit Oeconomicam lib. 3. Monasticam ad ducem Austriæ lib. 1. Politicam quoq; lib. 1. Quæstiones varias lib. 1. & alia multa. Claruit anno Domini 1390.

Conradus de Mure, canonicus ecclesiæ Tiguri-næ, scripsit de diuersis poetarum fabulis magnū volumen, emendauit nouum Græcismum. Scripsit & carmine de naturis animalium. Libellum de Sacramentis. Felicis & Regulæ passionem. Libellum de proprijs nominibus fluuiorum & montium. Cathedrale Romanum. Laudes beatæ Virginis. Clypearium Teuthonicorum. Catalogum Romanorum pontificum et imperatorum. Commendatitia Rodolphi regis Romanorum. Musicam. Scripsit etiam Genealogiam & gesta Caroli magni, excerpta ex pluribus historijs, & chronicis compilata. Claruit anno D. 1273.

* Conradi Mauseri, Processus iuris, vnà cum explicatione tituli Institutionū de Exceptionibus. Eiusdem Explicatio decimi tituli Institutionum de nuptijs. Vuitenbergæ 1569, in quarto.

* Conradus Medenberger, magnum librum de naturis rerum impressum in folio, in Germanicam linguam transtulit.

* Conradi Nafadiensis de funere Calliopes.

Conradi Neobarij compendiosa facilisq; artis Dialecticæ ratio in puerorum gratiam cōscripta, à Vuend. Rihelio excusa est Argentorati, 1536. & Parisijs ab ipso authore. Claruit anno 1538.

Conradus Nefenus scripsit dialogum quendam cuius mentio fit inter libros Basiliensis officinæ Heruagij. Fortè Guil. Nefenus.

Conradus Pellicanus, Rubicaquensis, scripsit Grammaticam Hebraicam. Congessit Dictionarium Hebraicum, adijciens methodicam proficiendi in eā lingua rationem, quam postea Groningerus Argentorati vnà cum Margarita philosophica publicauit. Scripsit argumenta D. Augustini librorum vnà cum Augustino impressa Basileæ anno 1540. Hebraicas voces D. Hieronymi operibus, vt Capnion Græcas, adiecit. Psalterium Hebraicum cum interpretatione Latina, quæ Græcis eorumq; versioni opponuntur, è regione posuit in editione operū D. Hieronymi prima ac secunda, cum indice in editione secun-

dam Basiliensem. In opera Cypriani, Tertulliani, aliorumq; multorum Theologorum libros, clenchos condidit. In omnes veteris Testamenti libros commentaria, in Tomos siue partes quinque distineta. Excudit Froschouerus Tiguri, anno 1536. & 1538. Indicem Bibliorum ibidem impressam anno 1537. Scripsit Collesianorum in Euangelia Matthæi, Ioannis, Marci, & Lucæ, duos libros. Annotationes in omnes Paulinas ac Apostolorum aliorum epistolas, hæc duobus simul Tomis excusa, Tiguri, anno 1537. In Apocalypsin scripsit Germanicam interpretationem, quæ Erasmi Roterodami paraphrasis Germanicis coronidis vice accessit. Psalterium ad Hebraicam veritatem transtulit, et breuibus scholijs illustrauit, impressum primum Argentorati, deinde Tiguri, anno 1532. Transtulit in Latinum sermonem Syriacas OnKeli, Ionathæ, & aliorum Iudæorum interpretationes omnes, præterea quæ iam prius translata erant, in opere Francisci Cardinalis Toletani, & in opere Augustini Iustini in Psalmos olim excuso. Transtulit præterea ex Hebraicis Rabbinarum plurium commentaria ad literas, nempe Rabi Dauidis Kimhi in Genesim, Iosue, Iudicum, Samuelis, Regum, Esaiæ, Ieremiam, Ezechielm, 12. Prophetas minores, & totum Psalterium. Item totum Rabi Abraham Aben Ezra in 24. libros canonicos: iuxta editionem secundam Danielis Bombergi. Deniq; Rabi Salomonem Iarchi Gallū, similiter in omnes Canonicos. Similiter Rabi Leui ben Gersom, In parabolas Salomonis; & Danielē, plurimaq; in Iosue, Iudicum et Samuelis, &c. Item Rabi Mosen Ramban Gerundensem in librum Iob. Rabi Abraham Prizol in Iob, vsq; ad vigesimum caput: Commentarium quoq; in parabolas Salomonis appellatum Kabunki. Rabi Simeonem quoq; in verba dierum, insertum Rabi Salomoni Gallo in editione prima Bombergi. Transtulit quoq; ordinariam glossam in totum Pentateuchum, dictam Brestih Rabba, multæ auctoritatis apud Iudæos. Fasciculum quoq; myrrhæ in totum Mosen. Rabi Abraham Hispani, item Capitula vel pirke Rabi Eliezer filij Hircani Magni, continentia Theologiam Iudaicam, verusq; authorem à Rabinis iunioribus crebro allegatum. Gesta regum Israel, tempore Templi secundum, vsq; ad vltimam Iudæorū captiuitatem, sub Adriano principe. Talmudica quoq; reddidit Latinis, prologum & introductionem Rabi Mosi bar Maymon, quæ Rambam Iudæi vocant. Eiusdem quoque talmudicos libros multos, nempe inscriptos De doctrina capitulorum 10. Scientiarū traditio cap. 7. Doctrina legis cap. 7. De idololatria cap. 12. De oratione cap. 4. De pœnitentia cap. 10. De cultu diuino cap. 8. De iuramentis cap. 12. De Sanhedrin cap. 26. De regibus & bellis capitulorū 12. et alia quedā. Ex talmud Babylonico transtulit Massechet berochot cum Gamara in prima duo capita. Item Massechet Schabbas Babylonico cap. 24. Massechet quoq; Sanhedriorum Gamara in duo prima capita. Ex talmud Hierosolymitano caput quoque memorabile Helec ex Babylonico talmud. Et Massechet Sutta, prologum quoq; Rambam in 14. libros suorum talmudicorum.

talmudicos. Grammaticalia quoque vertit Latinis Michlol Rabi Davidis Kimhi. Et R. Mosis punctatoris. Massorat quoque integra R. Eliæ Leuitæ Germani, & pleraque alia. Hunc autem laborem pius senex non ideo suscepit, ut Christianos studiosos ad dogmata Iudaicæ perversitatis perquirenda alliceret, quibus talmudici isti libri quos Cabalisticos vocant, & traditiones patrum, refertissimi sunt, & post Christi Domini & Apostolorum tempora inspirata à spiritu erroris, peruersissimis Rabinis, & pertinacissimis hostibus Christi Domini nostri. Sed ut appareat quanta cæcitas contigerit in Israel post negatam veritatem coram Pilato. Ut tandem, vel sero nimis, confundantur infelices, & reuertantur ad Canonicos utriusque Testamenti libros: & ut commendentur isti viri docti, qui nunc & olim iudicaverunt sanctum & utile, ut nihil tale extaret alicubi etiam apud Iudæos, talmudicorum errorum, & fabularum môstra, quibus à canonicis & sacris abstrahuntur, & in miseria miseranda retinentur. De quibus forsitan proprio volumine quisquam aliquando quid factum opus conscribet. Obijt Tiguri anno D. 1556.

Conradus Peutingerus, Iuris utriusque doctor, scripsit sermones coniuiales, in quibus multa de mirandis Germaniæ antiquitatibus referuntur: opusculum excusum Argentiniæ, 1506. De generatione quarundam emigrationibus Epitome, excusa Basileæ apud Heruagium, adiecto Procopio & alijs historicis, 1531. De fortuna.

* *Conradi Portæ* libellus Germanicus De utilitate scholarum, 1573. Eiusdem Oratio, continens adhortationem ad assiduam lectionem scriptorum D. Martini Lutheri. Jenæ 1571.

Conradus Presbyter, de ciuitate Pragensi in regno Bohemiæ, scripsit Homilias super Euangelia Dominicalia lib. 1. Claruit anno D. 1369.

Conradus de Rodenberg, natione Germanus, abbas monasterij S. Ioannis Baptistæ Rinaugiensis, ordinis D. Benedicti, scripsit De vinea Domini Sabaoth lib. 1. Exercitium nouitiorum lib. 1. De præparatione ante missam lib. 1. De ruina ordinis orationem lib. 1. De causis ruinæ orationem lib. 1. De cura pastorali orationem lib. 1. & varias coll. in capitulis. Floruit anno D. 1486.

Conradi Sactoris Saxofranci oratio in incendium Lutheranorum, excusa est olim in quarto, cum Hutteni de eodem incendio carmine.

Conradus de Saxonia ordinis fratrum minorum, scripsit Super sententias lib. 4. Super oratione Dominica lib. 1. Super saluatione Angelica li. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones per quadragesimam lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Denique in multos Bibliorum libros, lecturas et commentarios elegantes fecisse dicitur, & alia complura scripsisse quæ ad noticiam meam non uenerunt. Trit. de script. Germ.

Conradi Sereni montis propè Halim Saxonie presbyteri Chronica, De fundatione Lauterbergi, & primis Marchionibus Misnensibus, nondum impressa.

Conradus Schelling, quædam scripsit de morbo Gallico.

* *Conradus* monachus in Scheurn primarius, homo diligentissimus, scripsit Chronicon, quod eo

dem loco seruatur, Auentino teste. Obijt Fridrico II. Imperante.

* *Conradus* Schmid, Commendator ut vocant Ioanniticæ domus Cussenaci ad lacum Tigurinum, Zuinglio socium se in restauranda pura religione præbuit, edita est disputatio eius contra Anabaptistas, Bernæ habita, & concio quoque ibidem habita, cum actis disputationis Bernensis. Præterea quædam aliæ conciones ab illo editæ sunt.

16 * *Conradus* Stœcklin, medicus, cõgessit libellum introductorium in artem paruam Galeni, de principijs vniuersalibus totius medicinæ tam theoreticæ quàm practicæ, ex doctrina Auicennæ & aliorum philosophorum.

Conradus Summerhart scripsit Cõmentaria in vniuersam physicam in 5. tractatus diuisa: qui respondent Aristotelicis totidem libris, De physico auditu, De cælo, De generatione et corruptione, De meteoris, & De anima: Opus excusum Basileæ, anno 1517. De contractibus magnû volumen, In sententias Petri Lombardi conclusiones, Orationem ad patres in capitulo Hirsaugiensi ordinis S. Benedicti, de 12. abusibus monasticis: excusam Tubingæ 1498. Tractatum bipartitum, quod Deus homo fieri voluerit, quodque Messias in lege & prophetis promissus, nõ solum homo, sed etiam Deus esse debuerit & debeat. Impressum Tubingæ. Claruit anno 1501.

30 * *Conradi* de Susata notabiles quæstiones super sex libros Ethicorum Aristot. M. Dresserus.

Conradus Tigemannus, scripsit auctarium in Chronica Naucleri, impressa Colonia apud Quentel, anno 1544.

* *Conradus* Tremonius, Carmelitanus, scripsit in opus sententiarum lib. 4. Catalogum sui ordinis lib. 1. Obijt anno 1419.

40 Conradus Turst, Tigurinus, Cæsareæ maiestatis medicus & eques, scripsit opuscula genethliaca mathematicæ obseruationis natiuitatum Francisci Mariæ Sphortie Vicecomitis Papiæ, & Cæsaris Sphortie filij Ludouici Mariæ: quæ extant manuscripta apud D. Christoph. Clauerum.

Conradi Vecerij Regij Secretarij de seditionibus Siciliæ historiam, & libellum de rebus gestis Heinrici VII. Imp. Haganoæ Secerius excudebat, cum P. Callimachi Experientis Attila. Libellum de Heinrico VII. Heruagius quoque impressit, anno 1532.

50 * *Conradus* Vlmerus, Scaphusianæ ecclesiæ in Heluetijs pastor, scripsit libellum De solaribus horologijs. Edidit etiam tribus linguis Euangelia Dominicalia. Enchiridij pastoralis summam. Librum Anonymum de authoritate scripturæ in Germanicam linguam cõuertit. Tiguri 1563. Item Theodoret dialogos contra Eutyechianos.

* *Conradi* Vlmer Salmu. De aduocati studio. *Conradi* Vuengeri, Brixienfis, De bello inter Sigismundum archistrategum Austriae & Venetos libellus, impressus Basileæ apud Rob. Vuinter, 1544. cum Coriolani Cepionis historia.

Conradus de Zabernia, natione Germanus, scripsit De monochordo lib. 1. De modo bene cantandi lib. 1. De fine collectarum lib. 1. Sermones multos & varios lib. 1. Claruit anno D. 1470.

Conradi Zoltau, super capitulo Firmiter credimus, De summa trinitate & fide catholica.

Conradi cuiusdam Quæstura excusa est in Italia. Vide Sebast. Corrad.

Conradinus quidam scripsit De tempore sermones, Explicationem in symbolum et decalogum.

Constabuluce, aliàs Cōstabulus, citatur in summa Alberti Magni, Item in libro de mineralibus citatur Constabuluce liber de physicis ligaturis.

Constantinus I. C. Vide Tribonianum.

Constantinus monachus Casinensis cœnobij, ordinis S. Benedicti, nativitate Afer, medicinæ & philosophiæ peritus, Græco, Latino, & Arabico eloquio instructus, scripsit in medicinis multa opuscula, quæ apud medicos in pretio habentur. Transtulit etiam antiquorum medicorum multa volumina, de Græco & Arabico in Latinum, videlicet Diætæ vniuersales lib. 5. Diætæ particulares lib. 3. De ponderibus medicinalibus lib. 1. De vrinis quoq; lib. 1. De morborum cognitione & curatione, à capite ad pedes vsq; lib. 7. De stomachi affectionibus naturalibus, & præter naturam lib. 1. De victus ratione variorum morborum libellum. De melancholia lib. 2. De coitu lib. 1. quibus proffit aut obicit, quibus medicamentis & alimentis augetur impediaturue, De anime & spiritus discrimine, De passionibus mulierum & matricis lib. 1. Librum de chirurgia: & primū de phlebotomia, arteriarū incisione, scarificatione, ventosis, id est, cucurbitulis, oisium restitutione, & fractorum cōsolidatione, deinde de varijs alijs chirurgiæ operibus: Librum de gradibus simplicium medicamentorū per singula medicamenta, De humana natura, De elephantia, De remedijs ex animalibus, &c. Scripsit etiam Viaticū medicinæ lib. 1. Pantechni. Aliquot Galeni in Hippocratem libros transtulit, Isaci Hebraicum librū de diætis Latinum fecit Eius opera Hein. Petrus excudit Basileæ 1536. Constantini Africani de communibus medico cognitu necessarijs locis (qui propriè Theorices sunt) libri 10. cum libello Antonij Gaizonis de somno, & indice, chartis 94. & dim. excusi sunt Basileæ apud Hein. Petrum in folio, anno D. 1539.

Constantini Theriaca extare, eaq; in Italia alibi excusa, in catalogo quodam memini legere.

Constantini Armenopuli Nomophylacis et iudicis Theffalonicensis epitome iuris ciuilis, quæ legum Procheirō, & Hexabiblos inscribitur, primum Parisijs apud Vuchelū Græce, postea Latine etiam Colonig excusa est apud Gymnicum, Bernardo Rey interprete. Descripsit etiam Palatii officia & metropoles, De iustitia librum: omnia Græce. Responsum & constitutio sancti regis Constantini de Papa Romano. Item Armenopuli, Legum collectio, Epitome sacrorum canonum, Ordo regij Palatii, Ordines ecclesiæ, Græce manuscripti extant in bibliotheca regis Gallorum.

Constantinus, cognomento Magnus, Britannorum rex, composuit Græce & Latine dogma Basilicum lib. 1. quod seruatur etiam nū Romæ Græce. Ad nationum præfides lib. 1. Confessionum fidei lib. 1. De synodo Nicæna lib. 1. De Dei pro-

uidentia lib. 1. Ad Senatum Romanum lib. 1. Reipublicæ leges. Nouam Aegyptiorum legem. Leges Christianorum. Contra gentilium superstitiones. Vitæ instituta ad filios. Epistolas diuersas, & orationes, quarum argumenta enumerat Io. Baleus in eius vita. Claruit anno D. 339.

Constantini Porphyrogenetæ Nouellas apud se extare, Gregorius Hualoander, in præfatione super Nouellis Iustiniani, testatur. Eius Nouella de homicidio sponte facto extat apud Zonaram inter canones Conciliorum.

Constantini Cæsaris frequens allegatio legitur in Codice Theodosij, & bis in fragmentis Gregoriani Codicis. Eius confessio, excusa cum recognitionibus Clementis, Constantino Cæsari inscribuntur Geoponica Græca, siue libri 20. de re rustica, qui nuper vnâ cū Aristot. 2. libris de plantis, excusi sunt Basileæ, 1539. apud Rob. Vuinter. Idem opus de re rustica Latinum, Iano Cornario interprete, anno 1549 Basileæ ex officina Frobeniana produit, de 8. vltimis libris seorsim excusis, vide supra in Andrea de Lacuna. Constantini Cæsaris liber de regno ad Romanum F. extat Græce in Vaticana bibliotheca. * Einsdē Admonitiones ad Romanum F. (idem fortè liber) extant in bibliotheca regis Gallorum. Constantini ad Romanum F. περί τῶν βασιλικῶν τοῦ δόνατος καὶ ἑσθμῶν τῶν ἀποστόλων. Volumen Græcum magnum ex bibliotheca Vngarica De ceremonijs aulicis sacris & prophanis. Videndum an fortè sit idem liber qui Armenopulo tribuitur in catalogo bibliothecæ Regis Gallorum, Ordo regij Palatii. Constantini Ducæ Imperatoris lib. 1. seruatur in bibliotheca Strozæ.

Constantini Constantij epistola ad Probum extat in disputatione Athanasij contra Arrium, & alia ad Alexandrum & Arrium in vita Constantini ab Eusebio scripta.

Constantinus Coprius Narniensis, scripsit super 2. Decretalium, de foro competenti c. fin. * Constantinus Cypriota, homo eruditus, scripsit Itinerarium maris lib. 1. Claruit anno Domini 1480.

* Constantinus Fontius in summo templo Hispanensi canonicus, concionator, scripsit Paruam doctrinam Christianæ summam. Magnum Carechismum, Conciones 6 in totidem versus Psalmi primi Davidis. Hominis peccatoris confessionem. Commentaria in Solomonis Prouerbia, Ecclesiasten, Cantica canticorum. Item in librum Iob.

Constantinus Lascaris, Constantinopolitanus, Grammaticæ Græcæ opusculum edidit. Item libros tres Erotematum, quos Aldus Venerijs excudit Græce & Latine, cum varijs aliorum opusculis Græcis & Latinis è regione: item Oporianus Basileæ, anno 1548. Partem de constructione Vuchelus seorsim excudit Parisijs.

* Constantini Manassis Annales, de Græcis Latini facti per Ioannem Leuendaium. Basileæ ex officina Episcopiana, anno D. 1573. octauo. Eadem Chronica versibus politicis, Romæ in Vaticana bibliotheca Eiusdem Chronicorum synopsis rhythmica, in bibliotheca Ioannis Sambuci. Arburor autem eundem librum cum superiore.

* Constant

* *Constantinus* Rogerius Super 1. ff. noui in tit. de donatio. Super 1. Inforciati, in tit. de testa. & de vulg. & pupill. sub tit. Item in l. si cum doctem. De interpretatione iuris.

Constantij liber de naturis liquidorum, cuncta includens accidentia & effectus aquæ, vini, olei, niuis, roris, pluuiæ, pruinæ, fontium, maris, fluuij, stagni, & cuiuslibet liquoris. Hunc suo tempore Cadurci repertum testatur author Luminis animæ in Præfatione.

* *Constantij* Felicij Duranthini Historia conuersionis Cæcilianæ, non pauca à Salustio prætermissa continens. Impressa cum historia Salustij Basileæ apud Hein. Petri 1564.

Constantius Landus, Placentinus, in Catullum annotationes edidit, in Italia excusas. Item Enarrationum in Pandectas librum 1. Super 1. ff. veteris in tit. de iustitia & iure, & in l. 1. & l. legis est virtus, ff. de legibus. Super 1. ff. noui, De vluca-pionibus.

Constantius Malfitanus, Cilenti abbas, vertit Basilij opuscula quædam.

* *Constantij* Portæ Cremonensis liber primus Motetorum, quinq; vocum. Venetijs, anno Domini 1555. in quarto.

Consulti Chirij Fortunatiani rhetoricorum libri tres excusi Basileæ 1526. cum paraphrasi rhetoricæ Hermogenis, &c. apud Cratandrum, eiusdem dialecticum libellum Robertus Vuinter Basileæ excudit, cum Nicephori & Georgij Vallæ 30 dialecticis opusculis: qui tamen est D. Augustini. Idem Rhet. libri tres: impressi Argentinæ apud Samuelem Emmel 1568.

* *Copas* qui Olympionicas scripsit cit. à Plinio.

Cophontis cuiusdam tractatus duo excusi cum operibus Ioan. Mesue, de arte medendi, & seorsim Haganæ 1532.

Cordi cuiusdam scripta citantur apud Plinium qui in libro 7. Nat. historię quædam ex eo autore transtulit.

Coræ filijs inscribuntur Psalmi 41. 43. & quinque ordine sequentes, item 83. 84. & 86.

Corinna Thebana mulier, Myrthidis discipula, scripsit Epigrammatum lib. 5. Cuius meminit Propertius lib. 2. Eiusdem liber primus de Alce-ratis citatur ab Antonio Liberali.

Corinthus author Græcus grammatica quædam scripsit, vnde nonnulla decerpta habemus in appendice Lexici Græcolatini, de linguæ Græcæ idiomatis, seu dialectis, Attica, Ionica, Dorica, 50 & Aeolica.

Coriolani Cepionis Dalmatæ, de Petri Mocæ-nici imperatoris gestis libros tres. Basileæ cudit Robertus Vuinter, anno D. 1544. cum alijs quibusdam.

* *Coriolani* Mariritani Cōsentini episcopi Tragædiæ septem. Neapoli 1556.

Cornazani cuiusdam de re militari lib. 7. scripti metris Italicis, excusi sunt Venetijs in 8. Forfan is est qui supra Ant. Cornazanus nominatus fuit. 60

Cornelia vxor Africani, et mater Gracchorum, reliquit epistolas doctissimè scriptas, vnde & filiorum eloquentia fluxit. Meminit Fabius lib. 1.

Corneliani contra Beronicen verba, apud Stobegum in sermone De imprudentia.

* *Cornelius* Alexander citatur à Plinio lib. 16. cap. 5. Est autem Alexander Polyhistor.

Cornelius Romanæ vrbis episcopus, ad quem octo Cypriani extant epistolæ, scripsit epistolam ad Flavianum Antiochenæ ecclesiæ episcopum de Synodo Romana, Italica, Africana: & aliam de Nouatiano, & de his qui lapsi sunt: tertiam de gestis synodi: quartam ad eundem Flavianum valde prolixam, & Nouatianæ hæreseos causas & anathema continentem. Scripsit ad Cyprianum Carthaginensem episcopum plures epistolas. Vide eius decreta in volumine Decretorum & Synodorum, excuso Colonia Extant etiam eius epistolæ duæ Lutetiæ excusæ cum Auito. Clariuit anno Domini 153.

Cornelij tetrastichon in quarto libro Florilegij Græci. Idem videtur etiam Longinus cognomine dictus, vt infra.

* *Cornelius* Antonij, edidit Regionum orientæ 20 lium tabulam (vti Titulus habet:) continet autem Daniæ regnum, & circumiacentes regiones: excusam Amstelrodami. Idem descripsit Europã, editam Francofurti ad Mœnum.

Cornelius à Baersdorp Gofensis, scripsit methodum vniuersæ artis medicæ formulis expressam ex Galeni traditionibus, qua scopi omnes curantibus necessarij demonstrantur, in partes quinq; dissectam. Hubertus Crocus excudebat Brugis, anno D. 1538.

Cornelius Balbus, Iulij Cæsaris, cui familiarissimus erat, vitam & gesta descripsit, & librum etiã Exegeticon inscriptum.

* *Cornelij* Benincasij ad Tit. de constitutionibus tractatus. Eiusdem de alluione compendiolum. Perusiæ 1572. quarto.

* *Cornelij* Buscopij Psalmi Davidis 50. quatuor vocibus compositi. Dusseldorpi.

Cornelius Celsus, de arte Rhetorica, de re militari, de re rustica, deque medicina libros scripsit.

40 Verum ad nos tantum eius medicina peruenit oratorio modo conscripta. Volaterranus lib. 14. Eius de arte dicendi libellus, à Sixto Popma editus Coloniae 1569. in 8. Vide Aur. Cornel. Celsus.

* *Cornelij* Chistelij Antuerpiensis Gratulatorium carmen ad Philippum regem Angliæ, &c. Antuerpiæ Christophorus Plantinus 1556.

Cornelij Cinnæ de interfecto Cæsare oratio, ad ducitur à verustis.

Cornelius Crocus Amsterodamus, natione Germanus, transtulit aliquid ex Theodori Gazæ grammatica. Extat eius Comœdia sacra, cui titulus Ioseph, impressa Parisijs à Vuchelo. Ecclesia, excusa Coloniae apud Gymnicum. Farrago sordidorum verborum, excusa cum paraphrasi siue epitome D. Erasmi Roterodami in elegantias Vallæ, Friburgi anno 1531. Epistola de fide & operibus, excusa Coloniae 1531.

Cornelius Donzellinus, Brixianus, scripsit methodum linguæ Græcæ libris quatuor comprehensam, cum breuissimo totius Græmaticæ compendio. Symboli Apostolici, Christianæ precationis & Decalogi breuem & dilucidam expositionem: excusa sunt Basileg apud Ioannem Oporinum, anno D. 1551. Idem vt audio Italice quædam scripsit, vt paraphrases in epistolas Pauli ad

polihissima scripta Celsij
P. V. C. l. 2. p. p. 823.

quot. & Demosthenis orationes in linguam Italicam transfert, aut iam transtulit. In bibliothecæ Oporini catalogo nominatur eiusdem methodus ad artes.

Cornelius Epicadus, Lucij Cornelij Sylle Dictatoris libertus, librum quem Sylla nouissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, suppleuit. Suetonius Tranquillus.

* *Cornelij Eselsberger* Collatio de cœlibatu ministrorum catholicæ ecclesiæ, anno 1565, habita 10
Offenburgi. Colonia 1570.

* *Cornelij Frangipani* Oratio excusa Venetijs in officina Erasmi.

Cornelius Fronto, ut quidam putant, Plutarchi Charonei nepos, orator eximius, multas orationes insignes composuisse fertur, sub Marco Antonino florens, cuius præceptor etiam fuit. *Cornelij Frótonis* de differentijs vocabulorum liber, excusus Basileæ apud Adamum Petrum, 1537. cum Q. Rhemnio Palamone, & alijs aliquot grammaticis. Item Lipsiæ in officina Vgelini 1569. Eiusdem exempla elocutionum ordine alphabeti manuscripta extant.

* *Cornelij Gemmæ*, filij Gemmæ Frisij, De arte Cyclonica Tomi tres, Antuerpiæ apud Plantinum 1569. quarto. Idem perfecit & edidit Astrolabium patris sui Gemmæ: item complures Ephemerides meteorologicas.

Cornelius Grapheus, Vide Cornel Scribonius.

* *Cornelius Historicus*, Hybernus, scripsit multarum rerum Chronicon lib. 1. Floruit anno 1230.

* *Cornelij Iansenij*, episcopi Gandauensis, Commentarij in Ecclesiasticum. Louanij 1569. in 4. Liber de concordia Euangelistarum. Louanij apud Bartolomæum Grauium 1549. Commentariorum in suam concordiam & totam historiam Euangelicam partes 4. quibus pueritia & æta Christi vsq; ad ascensionem eius continentur. Louanij 1572. in folio. Eiusdem paraphrases in omnes Psalmos Dauidicos, cum argumentis eorum & annotationibus. Item Paraphrasis in ea veteris Testamenti Cantica, quæ per singulas ferias ecclesiasticus vsus obseruat. Ibidem apud Petrum Zangrium, anno D. 1569. in quarto. In Salomonis Prouerbia commentaria. Louanij, anno 1568. in quarto. Index in eiusdem commentarios, in Psalmos, Prouerbia, Ecclesiastem, impressus cum commentarijs in Ecclesiasticum.

Cornelius Labeo de oraculo Apollinis Clarij libros conscripsit, item de dijs penatibus. Factorum 50
libris, citatur à Macrobio.

* *Cornelius Laurimanus* in lucem edidit Ioannis Belethi rationale diuinorum officiorum. Dillingæ 1571.

Cornelij Longini octostichon. in sexto libro Græcorum epigrammatum. De Longino simpliciter dicto, vide infra: nescio an idem sit cum hoc. Vide etiam supra Cornelius simpliciter.

* *Cornelij Mechelburgensis* medici, De morborum in pueris dignotione, & curatione liber, per 60
Sebastianum Austriam expurgatus.

* *Cornelij Musij*, Solitudinis encomion. Antuerpiæ Plantinus in quarto.

Cornelius Nepos, Ciceronis tempore vir disertus, Vitæ illustrium virorum scripsit, quarum

tantum Pomponius Atticus extat, & cum Ciceronis operibus excudi solet. Cornelio Nepoti, aut Pomponio Attico falsò adscripta epistola, ad Ciceronem, quæ Francisci Petrarchæ est ad Ciceronis manes: nam & istam, & aliam similem de eloquentia Ciceronis, Paulus Aemilius inter Petrarchæ lucubrationes inuenit. Impressa sunt cum operibus Ciceronis post tertium librum epistolarum ad Q. fratrem. Vide supra quædam in Caio Suetonio. Daretis Phrygij historiam de bello Troiano versibus heroicis Latinam fecit libris sex, excusam Basileæ cum Pindari Thebani epitome Iliados, &c. ibidem. Ei attribuitur etiam Periocha sex librorum Daretis sermone soluto, eodem volumine excusa. Epistolam Alexandri magni ad Aristotelem de Indiæ situ, populis, bellis, Latinitate donauit. Henricus Petri excudit Basileæ cum Quinto Curtio. Eius illustrium virorum libri sedecim citantur à Charisio * *Cornelij Nepotis* fertur esse liber De viris illustribus, qui à plerisque Plinio Cæcilio inscribitur: præterea liber De vita Imperatorum Aemilio Probo inscriptus. Idem Exemplorum libro tertio. Item libro primo Chronicorum. De vita Ciceronis libris (de quibus queri potest, an sint inter vitas illustrium virorum numerandi) citatur à Gellio & alijs.

* *Cornelij Petri* Holandi, libellus de herbis, Leidæ impressus.

* *Cornelij Seongi*, Tobæus comœdia sacra. Eiusdem Carminum libellus. Antuerpiæ apud G. Helmum Syluum in octauo. Eiusdem Nemeias, seu de instantiatione Hierosolymæ, Comœdia sacra Antuerpiæ apud Plantinum anno Domini 1570.

* *Cornelij Scepperi*, Assertionum fidei libri sex, aduersus Astrologos.

Cornelius Scribonius, Grapheus, & Petrus Aegidius, præceptiones quasdam ex veterum libris collegerunt, ad docendos principes ac magistratus, qua ratione Respublicæ felicissimè gubernari queant. Aliàs Enchiridion principis ac magistratus Christiani, De principum pietate, prudentia, iustitia, clementia, veritate, munificentia, eruditione, & voluptatum contemptu. Libellus impressus Colonia apud Ceruicornum, anno Domini 1541. cum historia Batauica. Eiusdem Descriptio conflagrationis templi Diuæ Mariæ Antuerpiensis: versu heroico. Antuerpiæ anno 1534. in officina Ioannis Graphei. Item Colloquiorum formulæ ex Terentij Comœdijs selectæ & in Germanicam linguam versæ, Augustæ anno D. 1532. Descriptio Senatus Antuerpiæ ciuitatis à Carolo. V. instituti. Antuerpiæ 1541. De natiuitate liber.

Cornelius Seuerus author poematis Actnæ, excusi cum Lusibus in Priapum Virgilio attributis. In Senecæ controuersijs etiam, & à Charisio quædam eius citantur.

Cornelius Seuerus de statu suo atq; temporum suorum libros scripsisse memoratur.

* *Cornelij Sircani* Rostochiensis theologi, scriptum contra Lutherum.

* *Cornelij de Snekis*, sermones. Item

* *Cornelij Suecani* ecclesiasticorum defensio.

* *Cornelius*

Crates Timocratis filius Mallores, philosophus Stoicus, cognomento Homericus & Criticus, ob grammaticarum & poeticarum rerum studium equalis Aristarchi grammatici, sub Ptolemæo Philometore composuit correctionem Iliadis & Odysseæ, & alia. Suidas. Laertius non philosophum sed Grammaticum nominat. Strabo quoque grammaticum nominat, Panætij Stoici præceptorem. Eius *Ἀρχὴ δὲ διδασκῶν* citatur ab Athenæo. Plinius quoque scripta eius lib. 4. & 7. Nat. historię citat.

* *Crates* Pergamenicus citatur ab Aeliano.

Crates Thebanus, Cynicus philosophus, scripsit librum Epistolarum, & Tragedias altissimo philosophiæ stylo. Laertius. Eius carmen in vitæ humanæ miseriam, quod aliàs etiam Posydippo inscribitur, habetur apud Stobæum in sermone Quod vita sit breuis, & libro primo Epigrammatum Græcorum. Cratesis epistolia quatuordecim Aldus excudit in Græco epistolæ volum. diuersorum authorum.

* *Crates* quidam Geometrica scripsit. Laertius.

* *Crates* Epigrammatum poeta. Laertius.

Crates philosophus tempore Artaxerxis præmi, De agricultura libros conscripsisse fertur.

* *Crateus* Thessalus, poeta æmulus Euripidis, illum iuuante Arrideo immisisis canibus occidit. Suidas.

* *Crateus* de herbis Græce scripsit, oratione blâdissima, herbarum effigies pingendo subscriptis effectibus. Plinius: à quo passim citatur libro vigesimo & septem proximè sequentibus. Citatur etiam *Crateus rhizotomus* à Dioscoride, Galeo, & Nicandri scholiaste in Theriacis. Exiit ad ipsum Hippocratis epistola, qua eum laudat tanquam optimum rhizotomon, quod & ipse exercitatus sit in hac arte, & à maioribus eam accepit.

Cratinus I. C. Vide Tribonianum.

Cratinus Callimedidis f. Atheniensis, veteris comediæ poeta, & penè author, claruit Olympia de 81. Scripsit fabulas 21. quarum exiguas reliquias, cum aliorum Comicorum sententijs Hertelius edidit. Nomina fabularum sunt Archilochi, Bucoli, Glaucus, Deliadæ, Dionysalexander. Draperæ, Drapetides, Eunidiæ, Thessalorum respublica. Thrattæ, Cleobulinæ, Malthaci, Nemesis, Nomi, Vlysses, Plutus, Pytinæ, Trophonius, Cheirones, Horæ, Seriphij. Citatur à Plutarcho, Athenæo, Clemente Alexandrino, Polluce, Stephano, Aeliano.

Cratini iunioris fabulæ quinque citantur ab Athenæo. Gigantes, Theramenes, Omphale, Titanes, Cheiron.

Cratinus Odysseas libros ad imitationem Homeri scripsit, testis est Hephæstion.

Cratippus philosophus Peripateticus, scripsit libros de diuinatione atque somnijs.

Cratonis Thorensis medici Borusii Practica de curatione omnium humani corporis morborum, nondum impressa, extat Lypsiæ. Obijt hic Crato in patria sua, anno D. 1457.

Crator, Marci Aurelij Veri Imperatoris libertus, à condita vrbe vsque ad obitum patroni sui, omnium annuorum magistratuuum Romæ, tum

nomina, tum imperia exactè annotauit, teste Theophilo contra gentes, lib. 3.

* *Crementius* citatur à Plinio, De auibus Memnonijs lib. 16. cap. 26.

* *Creophylus* Samius aut Chius poeta, Astydis F. quem quidam Homeri filiam in matrimonio habuisse, alij tantum eius amicum fuisse dicunt, atque hospitem, ab eoque accepisse poema de Oechaliæ captiuitate. Suidas. Exiit Epigramma incerti authoris, quo testatur louem poema hoc non Homeri sed Creophyli esse. Clemens 6. Stromaton hunc Cleophylum nominat, & Panyasim ab eo Oechaliæ captiuitatem suffuratum scribit.

Creophylus scripsit de finibus Ephesiorum, Athenæus.

Crescentis à Cirra verba apud Cyprianum in Sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Crescentinus Metropolitana citatur ab Ant. Bonfinio in Hungaricis.

Cresconius Afer poeta, quem alij Crescentium nominant, Iustini Imperatoris bella in Africa gesta carmine descripsit, item concordiam canonum.

Cribellorum Mediolanensium quidam, Orpheæ Argonautica Latino carmine reddidit.

Crinagora epigrammata Græca nouendecim in Anthologio passim leguntur: nouem in primo libro, quinque in tertio, tria in quarto, in sexto & septimo singula.

* *Crinis* philosophus Stoicus citatur à Laertio in Zenone.

Crisolanus ecclesiæ Mediolanensis archiepiscopus, Græca et Latina eloquentia insignis, scripsit De Spiritu sancto contra Græcos lib. 1. De sancta Trinitate lib. 1.

Crispi medicamenta ad lichenes in facie, apud Galenum libro quarto, de compositione secundum locos.

40 Ex *Crispini* libro contra Dionysium verba leguntur apud Stobæum in laude monarchiæ.

Crispini cuiusdam scripta citantur apud Fulgentium Mytholog.

Critias *ἢ τῶν πρὸς τὸν ἑρμῆν ἢ τῶν πρὸς τὸν ἀπόλλων* De natura amoris atque virtutis citatur à Galeno in Glosis. Critias citatur apud Plutarchum in vita Lycurgij & Cimonis. Critiæ senarij, apud Stobæum de adulatione. & 2. in comparatione paupertatis cum diuitijs Athenus Lacedæmoniorum Rem publicam à Critia scriptam allegat bis libro vno decimo: & alibi Critiæ Callæschri Elegias.

Critolaus scripsit rerum Epiroticarum aliquot libros, ex quorum tertio Plutarchus de Paulo Aemilio & Valerio Torquato historias in Paulellis minoribus capite duodecimo refert. Allegatur etiam ab eodem in vita Periclis.

Critonis siue Damippi Pythagorici liber De prudentia & fortuna à Stobæo citatur.

Crito qui in imperatorijs ædibus est medicatus, quæcunque pharmaca compertoriarum speculationis Heraclides & Cleopatra & alij post ipsos medici scripserunt, ea omnia coaceruauit in quatuor de ornatu libris, qui in omnium manibus versantur. Galenus lib. 1. cap. 3. de Compositione secundum locos: vbi etiã singulorum librorum capita subijun-

ubiungit. Alibi etiam plurima Critonis remedia citat: quod & Aetius facit. Arbitror autem hunc eundem esse cuius Opsartytica ab Athenæo citantur.

* Critonis comici Philopragmon citatur ab Athenæo.

* Criton Atheniensis, Socratis discipulus & singulari quodam amore erga eum affectus, scripsit dialogos decem & septem, qui vno continetur codice, ita inscriptos. Non ex disciplinis consistere probitatem. Quid sit abundare. Quid idoneum siue civile. De honesto. De Deo. Quid sit malefacere. *neq. vobis proobvns.* De lege. De artibus. De congressu. De sapientia. Protagoras siue civilis. De literis. De poetica. De honesto. De disciplina. De scientia, quid sit scire, hæc Laertius. Suidas ait eum Defensionē Socratis scripsisse.

* Criton Naxius, scripsit Octaeteridem, id est octennium, quam Eudoxi esse ferunt. Suidas. 20 Hic haud dubio est Criton astronomus cuius Plinius meminit.

* Criton Pieriorum (est autem Pieria Macedonia oppidum) historicus, scripsit Pallenica, Syracusarum conditionem, Persica, Sicula, Syracusarum descriptionem, De principatu Macedoniae. Suidas.

* Criton Getica scripsit. Suidas. Hic alibi Crotō dominatur.

* Critobuli sermo in passionem Christi, Venetijs in bibliotheca Diegi Hurradi legati Cæsaris.

* Crobili Comici fabulas quatuor Athenæus citat.

* Croasi epistolium quoddam extat ad Cyrū regem, & Cyri responsum.

* Cruciferi monachi sermonum partes duæ de tempore.

* Ctesias scripsit de rebus Persicis, teste Athenæo lib. 14. & de rebus Indicis historiam, quæ citatur apud Pausaniam in Bœoticis. Idē librum de moribus, cuius meminit Stobæus in sermone de moribus. Eius etiam scripta citantur apud Plutarchū in vita Artaxerxis.

* Ctesias Cnidius vixit tempore Artaxerxis, cuius medicus fuit, scripsit res Syriacas & Persicas: teste Strabone lib. 14. Excerpta quædam ex eius historijs ab Henrico Stephano edita sunt, Græce non octavo.

* Ctesiclis Chronica semel & iterum Athenæus allegat.

* Ctesiphon scripsit rerum Thebanarum aliquot libros, ex quorum tertio Plutarchus cap. 25. Pallelorum minorum, Epaminondæ & Stesimbroti eius filij historias mutuatur.

* Cubricus vide Manes.

* Cumanus quidam 1. C. scripsit quædam in 1. & 2. ff. noui. & inter cætera de exceptio, & interd. Item quædam in 1. & 2. Infortiati. & in 2. Cod. & Consilia, excusa.

* Curio pater, scripsit librum Gratiarum ad Iulium Cæsarem teste Suetonio. Curio pater citatur apud Plinium, qui ex eo in librum 3. quædam transcripsit.

* Curius Lanciloti Passij Ferrariensis Laureati, Grammaticæ institutionis lib. 8, impressi Argentorati

apud Schuferium, 1511. Idem De literatura non vulgari, arbitror eundem libros esse; Scripsit etiam quædam carmine. Gyraldus.

* Curtius Iunior 1. C. scripsit consilia & de feudis.

* Curtius Niciæ scripsit libros de Lucilio, quos etiam Satyra comprobauit. Floruit tempore Ciceronis, cui adeo familiaris fuit, ut in epistola ad Dolobellam, gloriosam eius mentionem faciat.

* Curtij Senioris extant consilia, & quædam in 2. ff. veteris de iureiurando. 1. admonendi, & in primum Cod. de iure calum.

* Cuthbertus Farniensis in Hibernia natus, scripsit librū de vita monastica. Claruit anno Christi 687.

* Cuthbertus Giruicius Giruicensis cœnobij monachus, Bedæ discipulus, scripsit De Bedæ vita & obitu lib. 1. Familiares Epistolas lib. 1. præterea opera Bedæ multa collegit & digessit. Claruit anno D. 740. Baleus.

* Cuthbertus Tonstallus Anglus, Dunelmensis Antistes, scripsit de arte supputandi libros 4. excusos Parisijs apud Robertum Stephani 1529. Eiusdem opus de veritate corporis & sanguinis D. N. Iesu Christi in Eucharistia, Vasosanus excudit Lutetiæ, anno Domini 1553. Claruit anno 1554. * Eiusdē opus contra impios blasphematores Dei prædestinationis, impressum Antuerpiæ à Vuithagio 1555. compendium & synopsis ethica Basileæ anno 1555.

* Cydippus Mantineus De ijs quæ inuenta sunt, citatur à Clemente Stromatoni primo. Cydonius allegatur apud Plinium, qui in librū Naturalis historię nonnum multa ex eo transulisse se metnotat.

* Cydonij de contemnenda morte oratio, excusa est Basileæ per Ioannem Oporinum, anno Domini 1553. Græce et Latine, Raphael Scilero Augustano Geryonis filio interprete. Quærendū an sit Demetrii Cydonij. Audio etiam Venetijs ad S. Antonium extare Cydonium de contemptu mundi, si modo index non vitiose scriptus est.

* Cyllenij Periani epigrammata duo in primo libro Anthologij.

* Cymbertus Lindesius ex illustri Anglosaxonū familia natus, scripsit suæ gentis annales. Ad Bedam epistolas doctissimas. Claruit anno Domini 730.

* Cymæus Heraclides citatur apud Plutarchum in vita Artaxerxis.

* Cymæus Theffalus in compendium redegit Aeneæ libros de re militari. Aelianus.

* Cynæthos patria Chius ex rhapsodis poetis maxime illustris fuit. Hunc ferunt authorem esse hymni in Apollinem Homero attributi.

* Cynthius quidam scripsit de re militari.

* Cynthius Ioannes Baptista Gyraldus Ferrariensis, scripsit poemata excusa Basileæ apud Robertum Vuinter, 1540. Sunt autem hæc, Epicedium de obitu diui Alfonsi Estensis principis, Hercules Estensis dux saluatus, sylvarum liber. 1. cum Cælij Calcagnini hymno ad D. Hieronymum, Epithalamium in Ioannis Sinapij nuptias, Eclogæ 3. elegiarum lib. 1. epigrammatum lib. 2. De corporis humani partibus nonnulla. Epistola suæ

Epist. l. 1. Ep. 10. p. 129.
l. 2. Ep. 16. p. 135.
Ep. 24. p. 133. l. 3. Ep. 1. p. 127.

per imitatione, additur & Cælij Calcagnini super eadem commentario, & Liliij Gregorij Gyraldi epistola.

Cynus Pistoriensis, edidit multa in iure civili. super codice li. 9. in prima parte ff. veteris lib. 1. in secunda parte lib. 1. additiones in reliquis lib. 1. consilia, vt testatur Raph. Volaterranus, de successione, & alia plura. Claruit anno Domini 1330.

Cyprianus iuris enarrator antiquus. Raph. 10 Volat.

Cyprianus Benetus Arragonensis, ordinis Prædicatorum, scripsit de prima orbis sede, de concilio, De ecclesiastica potestate, De Papæ dominio, opus excusum in 4.

Cypriani à Carthagine confessoris & martyris, verba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptisandis.

* Cyprianus Leouitius à Leonitia Bohemus Hradecensis, Illustris principis & electoris Ottonis Henrici Palatini Rheni mathematicus, scripsit Ephemeridum nouum atque insigne opus ab anno Domini 1556. vsque in annum 1606. accuratissime supputatum, cui præter alia omnia in cæteris editionibus addi solita, etiam hæc accesserunt, Eclipsium typi elegantissimi 1. Exposita ratio constituendi thematis cælestis, cum tabulis è quibus motus planetarum tam in natiuitatibus quam in reuolutionibus citra laborem haberi possunt. 3. Loca stellarum fixarum ab anno Domini 1349. vsque in annum 2029. diligenter annotata, 4. Breuis ratio geneses iudicandi cum nouis quibusdam obseruationibus & electionum methodo, tam vniuersali quam ad cuiusque generis accommodata, 5. Themata quatuor anni temporum cum breui declaratione reuolutionis mundi, aliaque plura quæ diligens lector in ipso opere facile perspiciet. Augustus Vinelicorum excudebat Philippus Vihardus 1556. in magno folio. Eius Ratio iudicandi generis, vna cum Admonitione Hieronymi Vuolsij de vero & licito Astrologiæ vsu, impressa est Londini 1565. in quarto. Item de eclipsibus peculiarem librum, edidit. Tabulas quasdam. Iudicium de nouo Phænomeno quod anno 1572. apparere cœpit.

* Cyprianus à Popma, C. Crispi Salustij opera emendauit, & emendationum suarum rationes adiecit. Louanij 1572. duodecimo.

Cypriani Rore, musici excellentissimi Madrigali & Motreta, impressa Venetijs apud Antonium Gardane. Eiusdem & lacheti Psalmi quatuor vocum Venetijs 1559. in quarto. Item 4. libri Gallicarum cantionum. Louanij 1570.

Cypriani Veneri, doctoris, tractatus de non mutando Paschate, impressus est. Forte idem cum Cypriano Beneto.

Cyprianus Vomelius, scripsit Oden ad Deum opt. max. pro tranquillando Christiani orbis statu Item librum Miscellaneorum. Argentorati anno 1544.

* Cyranus & Harpocratonis liber πρι φουικωρ φουικωρ Romæ extat in Vaticana bibliotheca.

Cyriacus Anconitanus, epigrammata quædam, seu inscriptiones antiquas, per Illyricum iter col

legit & edidit. Eius Itinerarium citat Torellus Sarayna in descriptione Veronæ, et Georgius Fabricius in descriptione Romæ.

* Cyriact Sparngenbergij Ioannis F. Superintendentis Mansfeldensis, Tabulæ seu schemati mi & dispositiones in Mosis quinque libros, præterea libros historicos, Iosiam, Iudicum, Ruth, Samuelis duos, Regum duos, Chronicorum duos, Esdras, Nehemiam, Esther, Iobum. Basileæ apud Oporinum in magno folio. Admonitio ad omnes Germ. milites laudis, & honesti studiosos. Addita est consideratio vaticinij Danielis 12. cap. & admonitio vt in delectu militum Papistico non dent nomina &c. Islebij apud Andreæ Petri in 8. Historia de Vita, vocatione, ministerio ecclesiastico, & morte Ioachimi Vuestphali. Ibidem octauo Germanice. Instructio quomodo infantes Deo offerri debeant, & vt eorum exemplo coram Deo ambulandum sit, loco funebris concionis in obitu Reinharti Comitis Mansfeldensis adhuc paruuli. Erfurti. 1570. in 8. Præfatio in Germanicum Psalmorum & aliarum ecclesiasticarum cantionum librum. Præfatio alia itidem in librum Andreæ Largij. Cithara Lutheri, Psalmi & cantiones sacræ D. Martini Lutheri, explicatæ concionibus aliquot, Erfurdia 1569. in quarto. Concio qua Germanos ad pœnitentiam exhortatur. Islebij anno 1569. Explicatio priorum octo capitum epistolæ Pauli ad Romanos. Conciones de tota vita Christiana. Responso ad mendacia quæ sparguntur vulgo, quod diabolus creatorem faciat &c. 1572. Protes afflictae ecclesiæ contra falsos doctores ex Psalmis collectæ. anno 1572. Germ. Conciones 18. de D. Luthero habitæ, quibus eius laudes prædicantur: Pleræque ex his separatim editæ sunt: Germ. Responso ad iudicium theologorum Vitebergensium & Lipsensium. Islebix 1570. De peccato Originali. 1572. Lat. & Germ. Speculum matrimoniale: conciones 70. nuptiales, quibus quicquid vtiliter de matrimonio dici potest continetur. Argentinae. Citharæ Lutheri partitæ & quarta, complectens capita catechismi, cantionibus exposita. Conciones septem de Prouidentia Dei & æterna electione. Earundem concionum plenior explicatio Islebij apud Andreæ Petri 1568. Præfatio in librum Iodoci Hokerij de excommunicatione. Germanice omnia.

Cyriacus Strozza Græce scripsit duos libros Politicos, quibus ea quæ ab Aristotele in octo libris explicata non fuerunt, persequitur. Florentiæ anno Domini 1562. Idem libri ab author Latine editi sunt 1563. Clementis Alexandrinæ Stromatum libros 8. in Latinam linguam transtulit, excusos Florentiæ à Torrentino.

Cyriillus episcopus Alexandrinus, scripsit in Ioannem commentariorum libros 12. quorum quatuor intermedij interierunt. Impressum est opus Parisijs, Latinitate à Trapezontio donatū anno 1520. commentaria in Leuiticum lib. 16. excusa Parisijs anno 1521. Item præclarū opus quod thesaurus nuncupatur lib. 14. Georgio Trapezontio interprete, Parisijs anno Domini 1521. eadem deinde opera excusa sunt Basileæ apud Cratandrum, anno 1524. Edidit etiam, teste Hieronim

mo, variarum *ὑποθέσεων* tractatus, homilias plurimas, Libros de synagogæ defectu, De fide aduersus Hæreticos. Aduersus Nestorium *ἰσχυρῶς*. De ortu & laude S. Mariæ lib. 1. De Cyclo paschali annorum 95. lib. 1. In euangelium commentariorum lib. 4. Ad Euopium fratrem & confacerdotem 12. capitulorum siue anathematium contra Nestorium interpretationes, & oppositiones aduersus Theodoretum Cyri episcopum, excusa Basileæ apud Henricum Petri, anno 1528, cum alijs contra hæreticos scriptis. Sermonem de eoque quod Verbum Dei factum sit homo, excusum Basileæ in 8. anno 1534. De exitu animæ, & secunda eius præsentia opusculum excusum Græcè Parisijs apud Vuchelum, anno 1538. Sermonem synopticum de Trinitate, & alijs argumentis, qui Græcè extat in Italia. Commentaria in Oseam prophetam, in Esaiam, et Daniele, Venetijs. De Christi mysterijs ex omnibus libris Mosi, Solutiones dogmaticarum quaestionum. Explicationem prophetæ Abacuc De adoratione & cultu in spiritu veritatis librum Orationes septem. Homilias in sacrum symbolum. Consilium de concordia inter Græcos & Latinos. Ad Successum episcopum epistolam duas. Practica antetertiam synodum. Ad Diuum Augustinum De miraculis S. Hieronymi. Librum *ἡθροῦν* inscriptum. Opusculum De dictionibus, quæ accenti variant. Vocabularium Græcum. Hæc omnia partim in Italia, partim Venetijs etiam hodie seruantur. Claruit anno Domini 432. Cyrilli Alexandrini episcopi operum tomi 4. quorum postremus nunc recens accedit ex Græcis manuscriptis exemplaribus fideliter Latinitate donatus, excusi sunt Basileæ à Ioanne Heruagio, anno D. 1546. in magno folio cum indice chartis 255. Primo tomo continentur. In Euangelium Ioannis commentariorum libri 8. quibus Iodocus Clitoveus adiecit quatuor intermedios. In Leuiticum libri 16. Secundo tomo Thesauri libr. 14. Aduersus hæreticos, de consubstantialitate filij & spiritus sancti cum Deo patre: Georgii Trapezuntio interprete. Dialogorum cum Hermia de Trinitate lib. 7. cum appendice argumentorum euidentium, quod spiritus sanctus est Deus, & non creatura: Ioanne Oecolampadio interprete. De adoratione & cultu in spiritu & veritate dialogus ad Palladium, non expresso interpretis nomine. Tertio tomo Contra Iulianum apostatam pro religione Christiana libr. 10. Ioanne Oecolampadio interprete. Ad Theodosium regem de recta in D. N. Iesum Christum fide, liber: Ioanne Oecolampadio interprete. De eadem fide ad reginas libri 2. non expresso nomine interpretis, videntur autem ab eodem conuersi. Quarto tomo continentur Homiliae 9. Vuolfgango Musculo interprete. Epistolæ 39. eodem interprete. Apologia ad Theodosium imperatorem, eodem interprete. Declaratio 12. capitum, alias anathematismorum, Ephesi in synodo dicta, eodem interprete. Liber apologeticus ad defensionem eorundem 12. capitum contra Orientales qui illa scriptis taxarant, omisso interpretis nomine. Alius liber ad Euopium pro defensione eorundem capitum contra reprehensiones Theodoretii epi

scopi Cyri, Ioanne Oecolampadio interprete. Expeditio symboli Niceni, Ioanne Theophilo interprete. Scholia de incarnatione vnigeniti per capita 28. omisso interpretis nomine. Sermo de eo quod verbum Dei factum sit homo, Ioan. Oecolampadio interprete. Duæ epistolæ Cyrilli contra Nestorium. Synodales epistolæ 12. Ephesi in synodo cui Cytillus præfuit, Musculo interprete. Dogmata Nestorij à Cyrillo impugnata, eodem interprete. Cyrilli Commentaria in Esaiam Laurentio Hensfrido interprete. Basileæ excusa sunt in folio. Epistolæ & homiliae, & scripta Cyrilli contra Nestorium Græcè extant Venetijs ad S. Antonium. Epistola eius ad Dōmnum Antiochenum, & alia ad episcopos Libyæ habetur in magno opere Conciliorum Ioan. Zonare. Opera eius duobus tomis edita sunt Parisijs anno Domini 1572.

* Cyrilli Archiepiscopi Hierosolymorum, Catecheses illuminatorum Hierosolymis 18. & quinque mystagogicæ, quæ tempore quidem Hieronymi & Damasceni extrabant, vt ipsi testantur proximis vero aliquot sæculis, in abstrusis quibusdam locis delitescentes, nunc primum Latinitate donatæ & in lucem prolatae sunt à Ioanne Grodecio Decano Glogouiensis. Antuerpiæ excudit Plantinus in 8. & in folio. Porro in indice librorum Græcorum quos respub. Augustana emit ab Antonio Eparcho Corcyreo nominatur Ioannis episcopi Hierosolymitani Catecheses *ἡθροῦν* 18. & *μυσταγωγικῶν* quinque. Quare videndum est ne forte Ioannis sint qui longe posterior fuit Cyrillo, quæ tamen alteri de industria forte ascripta sunt vt plus auctoritatis haberent. Cyrilli Hierosolymitani Catechetica quarta oratio, De decem dogmatibus, de generatione ex Virgine, citatur à Theodoro in Eraniste.

Cyrillus presbyter & monachus montis Carmeli, natione Græcus, scripsit ad abbatem Ioachim de oraculo angelico, de processu ordinis sui lib. 1. Claruit anno Domini 1200.

* Cyrilli episcopi Speculū sapientiæ aliàs Quadrupartitus apologeticus vocatus, in cuius prouerbijs totius sapientiæ speculum claruit. Liber impressus ante annos centum. Idem liber in Germanicum sermonem conuersus publice extat.

* Cyrilli I. C. Summa criminalis, in qua continentur quatuor elementa practica, Iudiciarius ordo, Tractatus & Summa quasi omnium rerum criminalium. Venetijs anno 1568. in 4.

Cyrmanoe Caleca liber De theologia: & alia quædam capita, quomodo suscipienda sit vita, aut sapientia, aut bonitas Dei, & alia diuersorum. Romæ extant Græcè. De processione spiritus sancti opusculum Græcum, ibidem.

Cyrus Alexandrinus arte medicus, scripsit aduersus Nestorem eleganter & fortiter. Aduersus hæreticos lib. 1.

Cyri epistolium, vide Cræsi.

Cyri cuiusdam historia ecclesiastica Græcè seruatur in Italia. Videndum an Theodoretii episcopi Cyri.

Cyri differentias statuum Aldus excudit Græcè, in volumine 12. rhetorum.

Cyri Panopolita versificator, scripsit epigramata

mata quæ libro quarto Florilegij habentur. Vixit autem sub Theodosio iuniore.

Cyrus Theodorus Prodromus scripsit pia epigrammata Græca, excusa Basileæ apud Bebeliū, 1536. cum alijs quibusdam, sunt autem hæc: Argumenta seu capita vtriusque Testamenti tetrastichis iambicis senarijs conscripta, & heroicis tetrastichis, quæ vbiq; iambicis eiusdem sententiæ subnectuntur: non quidem in omnes libros, sed in Pentateuchum, Iosue, Iudicum, & Regum: itē in 4. Evangelia, & Acta apostolorum. Quantitatem syllabarum, præsertim quod ad tres communes vocales attinet, parum diligenter obseruat. Tetrasticha iambica & heroica in tres sanctos hierarchas, Gregorium, Basilium, & Chrysostomū Elegi, quibus alloquitur Paulum apostolum. Similes ad Gregorium Theologum, alij in magnū Basilium, alij in Chrysostomum, alij ad Gregorium Nyssenum, alij in S. Nicolaum. Exilium amicitiæ, senarijs scriptum, in prouidentiam: verus 20 expostulatorij in Bareum, à quo temere nominatus fuerat hæreticus, in imaginem vitæ. Versus monitorij ad inuidos. Cyri Theodori Epigrammata Ioannes Ribittus in Latinam linguam transtulit. Geneuæ excudit Crispinus.
* *Cyzicenus* Atheniensis, Academicus philosophus, inter eos qui Geometriam maxime excollerunt, à Proclo numeratur.

D

Dæmachi Indica citantur ab Athenæo libr. 9. Forte Deimachus rectius nominaretur.

* *Dæmon* Paræmiographus multos de prouerbijis libros composuit, nam eius liber quadragesimus citatur ab eo qui ex Demosthene dictiones aliquot interpretatus est.

* *Dædachus* Platonicus citatur à Laertio.

* *Dagamus* Scotorum Episcopus, apostolici ordinis, scripsit ad Britannorum Ecclesias, lib. 1. Claruit anno Domini 599. Baleus.

Dagelius Fuscus, Galieni imperatoris & tyrannorum illorum temporum gesta conscripsit.

* *Daimachus* ἢ *ἡ ποιοῦντων* ἡ *ὑπομνήματα* citatur à Stephano. Citantur autem à Plutarcho scripta Daimachi Platæensis, in vitis Publicolæ & Lyсандri: & Dæmachi Indica ab Athengo: qui omnes forte eundem authorem laudant. Deimachū quære infra.

Dalion herbarius citatur à Plinio lib. 20. capite 17. & sequentibus tribus libris.

Damageti epigrammata 7. in Florilegio Platanudis.

Damascius Stoicus Philosophus, Syrus, Simplicii & Elamitæ Phrygum discipulus, claruit Iustiniani tempore: scripsit *Περὶ τῶν οὐρανῶν* in primum Aristotelis librum De cælo, dubitationes & solutiones de primis principijs, Commentarium in Parmenidem Platonis, historiam philosophorum. Eiusdem Commentarius in Parmenidem, & in primum physicū, extat Romæ in Vaticana bibliotheca, & apud Diegum Hurtadum, ibidē habetur Comment. in libros de cælo.

* *Damastes* Sigizæus historicus, paulo ante Peloponnesiaca tempora vixit, & vsque ad Thucydideætate processit, Dion. Halycarn. in lib. De Thucydidis historia. Scripsit, De rebus in Græcia gestis, De parentibus & maioribus eorum qui ad Troiam militarunt, libros duos. Gentium catalogum & urbium. De poetis & sophistis, & alia complura. Fuit Hellenici discipulus, Suid.

Damasus Papa natione Hispanus, scripsit gesta summorum pontificum lib. 1. De fide contra hæreticos lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. diuersa carmina, & alia. Eius nomine epistoliū quoddam tomo 2. operum D. Hieronymi legitur, falso inscriptum, ut testis est D. Erasmus Roterodamus. Eiusdem symbolum ibidem extat: & in tertio tomo epistolæ 2. ad D. Hieronymum: cum recognitionibus Clementis etiā sex eius epistolarum excusæ sunt. Vide in opere Decretorum Pontificiorum, Coloniae cuso. * *Damasi* carmina De D. Paulo apostolo, De Agnete martyre, De Andrea apostolo. De Agatha martyre, De Felice, De nomine Iesu, De Christo, De ascensione Christi, De cognomentis Saluatoris: impressa sunt Basileæ cum veterum poetarum Christianorum operibus à G. Fabricio emendatis. Idem carmine ornauit D. D. Petri ac Pauli mensam & altare, quod Placoniam vocabatur: sed & multorum martyrum sepulchra, quæ ille Conchyliā vocitare solitus erat. Circumferuntur etiā eius in Psalterium carmina. Claruit anno D. 370.

30 *Damasus* Vngarus in iure quædam scripsit, quæ intitulauit Brocardia, in cuius libros correctiones edidit Bartholomæus Brixienfis.

Damasus Scombrus, orator insignis, citatur apud Aeneam Syluium, in descriptione Asiæ.

Damion medicus allegatur apud Plinium, qui in 20. & septem proximos naturalis historiæ libros, ex eius scriptis quædam transtulit.

Damageron, aliàs *Damegeron*, Græcus author, in Constantini libris De re rustica citatur aliquoties.

* *Damianus* Diaz, B. Vincentij ordinis prædicatorum, theologiæque doctoris, Sermones per annum de tempore & sanctis, recognouit & annotationes in margine adiecit Antuerpiæ anno Domini 1570.

Damiani à Goes librum De fide, religione, moribusque Aethiopum, sub imperio presbyteri Ioannis degentium, Vuchelus Parisijs excudit. Et Louanij excusus est idē liber in officina Rutgeri Rescij anno Domini 1540. cum deploratione Lappianæ gentis eodem authore, quaternionibus 13. Eiusdem commentarij rerum gestarum in India citra Gangem à Lusitanis anno D. 1538 excusi sunt Louanij in officina Rutgeri Rescij anno D. 1539. quatern. 5. & dimid. Eiusdē de bello Cambaico ultimo commentarij 3. excusi sunt Louanij apud Seruatum Sassenum, anno Domini 1549. * Bellum Cambaicum, Lappiæ descriptione. Epistolæ aliquot Pretiosi Iohannis. De rebus & imperio Lusitanorum ad Paulum Iouidiscseptatiuncula. Hispaniæ vbertas & potentia.

50 Pro Hispania aduersus Munsterum defensio auctore recognita. Epistolæ aliquot ad Damianum. Omnia hæc vno volumine comprehendit Rutgerus Rescius Antuerpiæ 1544. Urbium Louanij

Louaniensis obsidio. Ludouicus Rhotorigius Vlyssipone 1546. Urbis Olyssipponensis descriptio, in qua obiter tractantur nonnulla de Indica nauigatione, per Græcos, & Pœnos, & Lusitanos diuersis temporibus. E bore apud Andrea Burgensem 1554. Omnia in 4.

* Damigeron scripsit magica quædam, vt Terullianus testatur in libro de anima.

Damippus, vide Crito.

Damis Ninus, dicta factaque Apollonij Tyaneici conscripsit, vnde pleraque mutuatus est Philostratus.

Damocharidis Grammatici epigrammata quædam in Florilegio: nempe, Hexastichon in tertio: distichon, & octostichon in 4.

Damocratem quendam citatum in Geoponicis Constantini legimus.

Damocratis verba citantur aliquoties in Galeni libris de compositione medicamentorum tum iuxta locos, tum iuxta genera, item, in secundo de antidotis. Scribitur autem Græce aliàs per alpha, aliàs per eta quare vel Damocrates, vel Democrates reddi potest. Damocrates trimetris iambicis Iberidem herbam celebravit in libro qui Clinicus inscribitur, quos recitat Galenus lib. 10. de comp. phar. sec. locos in cura ischiadicorum, alibi etiam versus ipsius de medicamentis quibusdam compositis refert. Eiusdem librum dictum Philiatrus idem citat libro 7. *De 1. 10n.* Seruilus Damocrates inuentor & buccinator herbæ quam Iberida appellauit, qua cum omnes suos ægros curabat. Plinius lib. 25. cap. 8.

Damon Cyrenæus scripsit de philosophis teste Laertio. Athenus vero Damonem de Byzantio scripsisse refert. Citatur etiam Damon à Plinio 7. lib. & à Plutarcho in vita Numæ.

Damostratus historicus edidit Halieuticorum libros 20. & de diuinatione per aquam, & alia quædam historica scripsit. Suidas. Aelianus lib. 13. Demonstrati libros Halieuticos citat.

Damophila mulier Græca, Pamphili vxor, scripsit libros amatorios carmine, atq; hymnos per multos. Theophrastus in vita Apollonij, & Fulgofus lib. 8. cap. 3.

Damophilus philosophus sophista, educatus à Iuliano, consul sub Marco imperatore, scripsit Philobiblum primum de libris comparatu dignis. Ad Lollium Maximum de vitis antiquorum, & alia plurima. Suidas.

Damoxeni Comici Atheniensis fabula, Syntropho, allegatur ab Athenæo libro 3. & *in 7. v. d. p. li. bro vndecimo.* Suidas.

* Damoxeni medici compositiones aliquas citat Galenus in libro de compositione medicamentorum secundum genera.

* Dampertus Gentill monachus, scripsit Homilias lib. 1. Baleus.

Danielis propheta è tribu Iuda vitam descripsit Epiphanius.

Danielis & Susannæ historia, apud Hebræos & 70. non habetur: è Theodorionis translatione legitur in ecclesia. Hic solus Danielè prophetam nominat. Hieronymus.

* Daniel Aruonius scripsit contra Pelagianos, lib. 1. Oraciones synodales li. 1. Claruit anno 550. Baleus.

Daniel Barbarus, patricius Venetus, commentationes in quinque voces Propheij scripsit, excusas Venetijs in officina Aldina. 1542. Eiusdem Commentarij in tres libros rhetoricorum Aristotelis ad Theodecten, cum textus interpretatione Latina Hermolai Barbari, excusi Venetijs anno 1544. apud Paulum Gerhardum: & Basileæ, apud Ioan. Oporinum. * Idem Doctorum Græcorum catenam auream in quinquaginta Psalmos Dauidicos, in Latinam linguam transtulit. Venetijs Georgius de Caballis in folio.

* Daniel Bodenborgius, edidit Fasciculum eorum rerum, quæ à pijs theologis aduersus maximas abominationes & prophanationes impijsimarum religionum scripta & tractata sunt. Magdeburgi Matthæus Giskeken in octauo 1569. Item librum Precationum secundum Patrum & Prophetarum morem.

* Daniel Carmelita Theologiæ magister, vir eximia doctrina & prudentia præditus per Benedictum XI I. Romanum pontificem episcopus Verdensis in Germania effectus, scripsit contra ecclesiæ suæ clerum, lib. 1. & alia.

* Daniel Finus Ferrariensis non infusus poeta, plurima opuscula scripsit, sed non edita præter pauca. Gyraldus.

Daniel Galetanus, Cremonensis, scripsit commentarios in Tragedias Senecæ, liber excusus Venetijs 1498. Idem scripsit quædam in Priscianum, & præfationem in Iulij Pomponij Sabini commentarios in Vergilium, in qua pollicetur se interpretationes in Vergilium hinc inde apud auctores dispersas, in compendium à se restrictas editurum. Claruit Cremonæ anno 1486.

* Danielis Greiseri homiliæ quinquaginta & vna de pœnitentia. Francofurti per Petrum Fabricium 1570. in octauo.

* Daniel Holzmannus Cyrilli fabulas & similitudines 95. Germanicis rythmis descripsit & picturis illustrauit. Augustæ 1571. quarto.

* Daniel Morleye mathematicus, scripsit De inferiori mundo lib. 1. De superiori mundo lib. 1. Principia Mathematices lib. 1. Claruit anno Domini 1190. Baleus.

* Danielis Santbechi Nouiomagi Problematum Astronomicorum & Geometricorum sectiones septem. Basileæ apud Henricum Petri & Petrum Peinam in folio. anno D. 1561.

* Daniel Schuz collegit & edidit pias meditationes septem verborum quæ Dominus noster in cruce pendens dixit, precum item & cantionum formulas de iisdem verbis. Stetini 1570. in octauo Germanice.

* Danielis Vlierdani Bruxellani epistola, ostendens medicum non corpori solum, verum etiam animæ suppetias dare. Libellus excusus Basileæ, 1544. apud Frobenium.

* Daniel Vuentanus Episcopus, scripsit Historiam suæ prouinciæ, lib. 1. Australium Saxonum gesta, lib. 1. De rebus insule Vectæ, lib. 1. Vitam Ceddæ episcopi, lib. 1. Super obitu Aldhelmi, lib. 1. Ad virgines sacras Epist. 1. De Venefrido ad Gregorium, Epist. 1. Obijt anno Domini 746. episcopatus sui 42. Baleus.

Dantes Aligerus, natione Italus, patria Floren-

tinus, scripsit comœdiarum lib. 1. De monarchia mundi lib. 1. epistolas plures, Disputationem de aqua & terra, quæ Mantuæ olim inchoata, Veronæ decisa est, Libellus excusus Venetijs, 1508. Eiusdem carmina de inferno, purgatorio, paradiso, Italice conscripta, excusa sunt in Italia, anno Domini 1545, in 16. Eius poemata (nescio an hæc ipsa, an alia) excusa sunt Venetijs, cum commento Alexandri Valutelli, Claruit anno D. 1321.

* *Dantis* Aligherij Florentini de Monarchia libri tres excusi Basileæ ab Oporino in octavo anno 1559. Scribit autem in præfatione idem Oporinus, hunc philosophum alium esse à Dante celeberrimo poeta, & illo posteriorem, quippe qui Angeli Politiani familiaris fuerit.

* *Dantes* Riccius Elocutiones quæ in Epistolis familiaribus Ciceronis includuntur, excerptis, et Italice reddidit, Venetijs 1568, in 8.

* *Dantinus* Chymista citatur ab Hortulano.

* *Daphidas* Telmisensis grammaticus, Homerum & eius poesim mendacij arguit, &c. Suidas.

Casell. Orat. r. p. 172.
* *Daphnus* Ephesius medicus, eximius arte, & vitæ sanctæ, Academicæ philosophiæ peritus, vnus è Dipnosophistis, quorum colloquia Athenæus descripsit.

* *Dardanus* quidam inter Magiæ scriptores numeratur à Tertulliano in libro de anima.

* *Dardaris* in Turba, ab Hortulano citatur inter alios Chymicos scriptores.

* *Dares* Phrygius historicus scripsit bellum Troianum Græce, in quo ipse militauit, qui tandem capto Ilio cum Antenoris factione remansit, ut scribit Cornelius Nepos, qui opus eius in sex libros è Græco conuertit, versu heroico, dicauit quæ Crispo Salustio, excusum Basileæ, anno D. 1541. Claruit anno à creatione mundi 2840. ante Christum, 1123.

* *Darij* regis epistolium extat apud Laertium libro 9. quo accersit Heraclitum Ephesium ad se, propter explicationem libri de Natura obscure scripti.

* *Darius* Attendulus De duello, Italice.

* *Darius* Tibertus, poeta & eques Cæsenas, scripsit epitomen vitarum Plutarchi, quam ab innumeris mendis per Ioannem Oporinum repurgatam, Robertus Vuinter excudit Basileæ. Prius autem excusa erat Ferrariæ 1501. Eius epitomen Parisijs excudit Carola Guillarda anno D. 1547.

* *Datiui* à Bodis verba extant apud Cyprianum in sententijs episcoporum De hæreticis baptizandis.

* *Dauidis* regis & prophetæ hymni, siue psalmi, extant in vetere testamento, additis aliorum quoque sanctorum canticis, quorum nomina tituli indicant.

* *Dauid* Armenicus ex diuersis voluminibus philosophorum de Baldach collegit librum de passionibus oculorum quem Alcanamozali ex Arabico Latinum fecit.

* *Dauidis* cuiusdam extant commentaria Græca super Aristotelis prædicamenta, & quinque voces Porphyrij, Venetijs in bibliotheca SS. Io. & Pauli, quæstiones eius in philosophia habet D. Hurtadus à Mendoza, Venetijs, & superiora quoque opuscula.

* *Dauid* frater de ordine minorum scripsit famosam mulam nouiciorum, continentem duas partes, quarum prima est de exterioris hominis compositione, altera de interioris hominis, id est mentis reformatione.

* *Dauid* Boys Anglus, Glocestriensis cœnobij monachus, scripsit De varijs gentium ritibus lib. 1. De duplici hominum immortalitate lib. 1. aduersus Agarenorum insanias lib. 1. De vera innocentia lib. 1. De doctrina spiritus lib. 1. Conciones Christianas. Collegit scripta Ioannis Barnyngham, ac bibliothecæ Cantabrigiensi imposuit, Claruit anno Domini 1450.

* *Dauidis* Cambellani Parisiensis quondam ecclesiæ decani, pia & religiosa meditatio in S. Iesu Christi crucem & eius vulnera, Eiusdem meditatio in psalmum 50. Miserere mei Deus, & in psalmum 101. Domine exaudi orationem meam. Eiusdem diuinum officium de sacrosanctis D. N. Iesu Christi plagis. Excusa sunt Parisijs apud Claudium Garmontium anno Domini 1545, in 16.

* *Dauidis* Chyrræi oratio recitata in funere illustrissimi principis Henrici ducis Megaloburgensis Suerini, excusa est Rostochij apud Lodouicum Ditiem quater. 4. * Explicatio in sententias Siracidis, Vitenbergæ, 1565. Catechismus. De auctoritate & certitudine Christianæ doctrinæ, & ratione discendi theologiam, Basileæ 1555. Regula vitæ, hoc est virtutum descriptiones methodicæ, Vitebergæ 1556. De Chreichgoia oratio, adiuncta commentarijs Melanchthonis in epistolam ad Cor. De traditionibus humanis oratio cum H. Hamelmanni libro edita. De lectione historiarum. Chronologia Herodoti & Thucydidis, additis ecclesiæ Christi, ac imperij Romani rebus præcipuis, ab initio mundi vsque ad nostram ætatem contexta, Rostochij 1569. Rhetorica. Enarrationes breues in Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros in singulos libros separatim editæ. Annotationes in Euangelium Matthæi, Breuis enarratio & præterea scholia in primam epistolam ad Timotheum. Enarratio epistolæ ad Galatas, Francofurti. Enarratio in Apocalypsim B. Ioannis Latina & Germanica anno D. 1568. Explicatio prophetæ Malachiæ cum chronologia historiæ Machabeorum vsque ad natum Christum. Rostochij 1568. In Micheam & Nahum prophetas Explicatio. Vitebergæ anno D. 1565.

* *Dauid* Clupham latinè scripsit De laude Mulierum, lib. 1. De vera nobilitate, lib. 1. atque alia quædam: transtulit in patrium sermonem, Erasmus de Matrimonio, lib. 1. Agrippam de Mulieribus, lib. 1. aliaque multa, Obijt Londini anno D. 1551. Baleus.

* *Dauid* de Dinanto, citatur in summa Alberti Magni.

* *Rabi* *Dauid* Kimhi, ut ex Rabinis Hebræorum in vetus Testamentum nouissimus est, præter Rabi Leui ben Gerson: sic etiam doctissimus, minime superstitiosus, & Christianorum lectioni aptissimus iudicatur, extant autem hæc eius scripta, Michlöl, id est, Summæ partes duæ: altera grammaticas regulas complectitur, altera dictionarium Thalmudicum. Opus impressum Venetijs.

netijs. Commentarij in libros Iosue, Iudicum, Samuelis, historiam Regum: In prophetas, Isaiam, Ieremiam, Ezechielem: & in duodecim minores prophetas: In Psalterium. Omnia Venetijs excusa sunt. Cōmentarij in 12. prophetas seorsim à Roberto Stephano impressi Parisijs, à Fr. Tacabulo emendati, & adnotatione locorum scripturæ passim citatæ illustrati, 1539. Cōmentarij in Amos prophetam seorsim excusi Hebraice, cum epistola Eliæ Leuitæ ad Munsterū, Basileæ apud Hen. Petrū. 1531. Cōmentarij in Joel & Machiā. Item medicina spiritualis, separatim impressa Basileæ, 1530. apud eundē. Cōmentarij Hebraici in Psalterium, impressi Isnæ apud Paulum Fagium, 1543. Commentarij in decem primos Psalmos Hebraice & Latine è regione, per Paulum Fagium, ibidem excusi 1544. Dauidis Kimani omnia opera seorsim excusa sunt Venetijs.

David Kyberus Argentinenſis, Hieronymi Tragi de stirpium maxime earum quæ in Germania nostra nascuntur, vſitatis nomenclaturis, proprijsq. differentijs, neq; non temperaturis atque facultatibus, commentariorum libros 3. Germanica lingua conscriptos in Latinā conuertit. Liber excusus est Argentinæ cum figuris apud Vuendelin. Rihelium anno D. 1552. in 4. chartis 66. & dimid. Cū Benedicti Textoris libello De differentijs plantarum. Præterea scripsit tabulas quasdam de lingua Hebraica quas Henricus Pezri excudit, & libros 3. De re grammatica Hebraicæ linguæ ab eodem excusos 1552. Concinnavit etiam ex varijs & optimis qui de stirpium historia scripserunt authoribus rei herbariæ lexicon trilingue, excusum Argentinæ à Vuendelino Rihelio, anno Domini 1553. octernion. 35. & dimid. cum tabulis collectionum Conradi Gesneri, ac eiusdē præfatione & epitaphio in Dauidem Kyberum, qui in ipsa huius libri editione anno Domini 1553. mense Ianuario, peste sublarus obiit. anno ætatis suæ 28.

* David Lynſeye Scotus, scripsit Pſittacū, li. 1. Acta sui temporis, lib. 1. De mundi miserijs, lib. 1. Testamentum Cardinalis Betonii, lib. 1. Claruit anno Domini 1540. Baleus.

* David Meneuientis Britannus duodecim monasteria construxit, & monachos suarum manuum laboribus viuere docuit: scripsit Decreta synodi Victorienſis lib. 1. Contra Pelagianos, lib. 1. Regulam cœnobarum lib. 1. Homilias Euangelicas lib. 1. Claruit anno 1540. & vt in ipſius habetur legenda, obiit anno ætatis suæ 145. Baleus.

* David Morganius ex Cambria oriundus, Ecclesiæ Landauenſis à thesauris congeſsit Antiquitates Cambriæ, lib. 1. Geographiam eiusdem, lib. 1. Claruit anno 1480. Baleus.

David, vide Nicetæ.

David Obuge Hibernus natione, scripsit sermones per annū, Propositiones disputatas, Postillas Bibliorum. Claruit anno Christi 1320.

David ordinis, vt ferunt, minorū, natione Germanus, scripsit ad nouitios, de compositione hominis exterioris lib. 1. De compositione hominis interioris lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. & quædam alia.

Dauidis Peiferi Lipsici epistola elegiaca eccles

siæ afflictæ ad Christum, excusa est Lipsiæ à Papa 1552. Ad eandem Andreg Erstēbergij respōsio.

* Eiusdē Peiferi Imperatores Turcici, libellus de vita, progressu & rebus gestis principum gentis Mahometicæ, Elegiaco carmine conscriptus, Basileæ apud Oporinum in octauo.

* David Scorus primū ludimagister Vuirceburgi, deinde in aulā accersitus ab Henrico quinto Imperatore, eius vitam tribus libris complexus est, vt Auentinus & Abbas Vrspergensis testantur.

David Presbyter natione Scorus, scripsit Henrici imperatoris in Italiam expeditionem lib. 1. Magistratum insignia lib. 1. Apologiam ad Cæsarem. De regno Scotiæ lib. 1. Claruit anno Domini 1110.

* David Tolley vel Taualegus vel Tableus professione medicus, scripsit inter cætera, Progymnasmata Grammaticæ Græcæ lib. 1. Themata Homeri, lib. 1. Claruit anno D. 1550. Baleus.

Decius Aufonius genere Gallus, patria Burdegalensis, librum Epigrammatum magna ex parte ex Græcis poetis acceptum, in Latinos numeros conuertit. Item de ijs urbibus scripsit, quæ nobiliores atq; clariores haberentur, vario & multiplici genere carminum, ex quo poemate quædā veluti fragmenta adhuc leguntur. Puellam nomine Bissulam multis carminibus celebrauit. Item de fluuio Mosā, & Faſtorum libros absoluit. Huius opera Aldus primū Venetijs excudit: deinde Curio Basileæ, 1523. in qua editione sunt epigrammata 113. varijs & iucundi argumenti, idyllia alia quot in Dominicā resurrectionem, precatio matutina ad omnipotentem Deum, epicediō in patrem, de vita eius, protrepticō ad nepotē de studio puerili, genethliacō ad Aufoniū nepotē. Ecloga, in qua Heroïdes amatrices Cupidinē cruci affigunt, ad Paulum variā carmina de Bissula puellā Germanica, alumna sua. Mosella poematio, quod eius fluuij, & piscium ipsius historiam eleganter complectitur: Aufonij Rosæ, quas perperā Maroni adscripsit, Hieronymus Alexāder ex fide vetusti codicis authori adseruit. Ecloga de vita humana, ex Græco, epistola ad Symmachū, Technopegnion versuū, qui monosyllabas dictiones in principio & fine habent: aliud habēt iū in fine solum monosyllabas, & principiū liberum: epistola varijs carminibus scripta, & quædam soluto sermone, ad Gratianum imperatōrē discipulum. Gratiarum actio pro consulari, soluto sermone: de ludo septem sapientum, catalogus urbium nobiliū, Romæ, Constantinopolis, Carthagini, Antiochiæ, Alexandriæ, Treuerorum, Mediolani, Capuæ, Aquileiæ, Viennæ Gallie, Emeritæ & Taracōnis, Athenarum, Carinæ et Syracusarū, Tholosæ, Narbonis, & Burdegalæ, Sententiæ septem sapientum septenis versibus explicatæ, de septem sapientibus ex Græco epigramma, singulorū patriam & dicta singulis monastichis expediens, de 12. Cæsaribus per Suetonium scriptis, eorum ordine, imperij tempore & moribus. Tetraſticha elegiaca de Cæsaribus, à Iulio, vsque ad tempora sua, de mensibus & 4. annis temporibus hexastichon, de nominibus astrorū doctri decaſtichon, præfatio in Homerū: Initia singulorū

lorum librorum vtriusque poematis Homeri, heroico versu, & argumenta soluta. Edtus est Ausonius longe integrior à Ludouico Mireo, Lugduni in octauo apud Ioan. Tornaxium anno Domini 1557. post etiam Antuerpiæ in decimo sexto apud Plantinum 1567.

Decij Bruti ad M. Brutum & C. Calsium epistola, legitur libro 11. familiarium Ciceronis: & duodecim aliæ ad Ciceronem, ibidem.

Decij iuris periti duo fuerunt, ac de Philippo quidem Decio suo loco dicitur: alterius prænomen in præsentia non teneo. Alter scripsit de iustitia & iure l. vt vim. Vterque in 2. Cod. & 2. ff. veteris.

Decius Eculeo citatur à Plinio, qui ex eo quædam in 35. Naturalis historię librum transcripsit.

Decius Syllanus citatur à Plinio, qui ex eo quædam in 14. 15. 18. & 19. Naturalis historię libros transtulit.

* *Deftadas* citatur à Parthenio in Eroticis. 20

D. *Defensoris* theologi vetusti scintillas siue locos communes ex omni ferè sacra scriptura & sanctis patribus decerptas Antuerpiæ excudit Ioanes Steelsius, anno Domini 1550. & Venetijs ad signum Spei 1552.

* *Deichorus* Cyzicenus citatur à Stephano in Lampfaco.

* *Deimachus* ad Allitrochadem filium Andræti Indorū regis, Palimbochra legatus missus, peregrinationis suę commentarios reliquit. Strabo 30 lib. 2. Huius forte erunt Indica quę Dæmachi nomine citat Athenæus: vtro autem nomine restius nuncupetur, mihi non constat.

* *Deiochus* Proconesius vetus historicus, vixit ante bellum in Peloponnefo gestum. Dion. Halicarnas. in libro de Thucididis historia.

Demades citatur à Plinio, qui quædam ex eo in 35. Naturalis historię librum transtulit.

Demadis rhetoris aliquid excudit Aldus Venetijs, in volumine 12. rhetoricorum. Tribus in locis, quod sciam, à Stobæo citatur. Cicero alicubi *Demadem* rhetorē nihil omnino scripsisse testatur.

Demarati fragmenta ex secundo Arcadicorū, & tertio Tragodumeni, vide apud Stobæum in sermone de Patria. Eius leguntur tres versus in primo libro Florilegij. Item eius historiā de Trigemini Tegeatis & Pheneatis, quorum facta cum Curiatij & Horatij Romanorum gestis respondent, ex secundo Arcadicorum libro recitat Plutarchus in Parall. cap. 32.

Demarati Corinthij scripta citantur apud Plutarchum in Agesilao.

Demetrii regis epistola ad Ionathan sacerdotem & gentem Iudæorum, legitur apud Iosephū libro vigesimo tertio cap. 3. Antiquitatum Iudæarum.

Demetrii verba ad fortitudinem instigantia, lege apud Stobæum in sermone de timiditate.

Demetrius quidam inter externos auctores citatur à Plinio, ex quibus quædam in 28. lib. transtulit. *Demetrius* inquit numerū quoq; quaternarium condito volumine celebravit, & quare quaterni cyathi sextarijue non essent potandi. Plinius 28. 6.

Demetrius quidam, author secundæ & duode-

cimæ epistolæ apud Cyprianum lib. 1. cum al quot alijs coepiscopis.

Demetrii & *Persei* fratrum orationes apud Philippum, Vuchelus excudit Parisijs.

* *Demetrius* in libro de regibus Iudæorum citatur à Clemente primo Stromaton.

* *Demetrius* Scholiastes Nicandri.

Demetrii Alabaldi quædam de Minutijs, item de ponderibus & mensuris impressa Venetijs à Ioanne Tacuino, anno Domini 1525. in 4. cum Valerio Probo, Petro Diacono & alijs quibusdā.

Demetrii Aleptunini verba apud Cyprianū, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizadis.

* *Demetrius* Alexandrinus sophista artes oratorias scripsit. Laertio.

* *Demetrius* Aspēdius Apollonij Solensis discipulus inter claros huius nominis viros à Laertio commemoratur, scriptorum tamen illius nō meminuit, nisi quod in genere hos profa scripsisse refert.

* *Demetrius* Bithynius Diphylī Stoici filius, discipulus Panætij Rhodij. Laertius.

Demetrii Bithyni duo disticha, in quarto libro Florilegij.

Demetrius Byzātius Peripateticus quædam scripsit Laertio auctore. Inter alia, vt puto opus de poematis, quod aliquoties allegatur Athenęo.

* *Demetrius* Byzantius alius à superiore, tredecim libris Gallorum ex Europa in Asiam transiitū scripsit: itē octo alijs Antiochi & Ptolemęi gesta, Libyęq; sub ipsis administrationē. Laertius.

Demetrius Calantianus scripsit libros 20. De Asia & Europa. Laertius.

Demetrius Chalcedonius orator, Thrasymacho antiquior. Laertius.

Demetrii Chalcondylæ Grammaticæ Græcæ institutiones, excusæ Parisijs, 1525. & Basileæ ab Oporino anno 1546.

* *Demetrii* Chomatēni archiepiscopi Bulgarię, De gradibus cognationis liber. Eiusdē ad Constantinū archiepisc. metropolis Dyrrachij & *καθολικῆ ἐκκλησίας*, habētur in Zonare expositione canonū.

Demetrii Comici Siciliam Athenęus citat.

Demetrii Constantinopolitani *πρὸ τῆς τῆς ἱερῆς ἀνατολῆς τῆς καὶ ὑπὸ πατρίδας*, libri duo. Eiusdē *πρὸ τῆς τῆς ἀνατολῆς τῆς καὶ ὑπὸ πατρίδας*, liber vnus. Exāt in bibliotheca Augustana, et Stroza et Gesneri. Or neosophicū seu de accipitrum educatione & cura, ad Michaelem regē extat quoq; in bibliotheca Regis Gallorū. Eundem librum Contr. Gesnerus in Latinam linguam conuertit, & autum historię inseruit.

Demetrius Cydonius Theffalonicē. Thomę Aquinatis lib. in Græcū vertit sermonē, qui hodie in biblioth. Vaticana cernūtur, Scripsit & cōtra Eunomiū de diuinitate filij, De processione spiritus sancti cū aliās, tū contra Cabasilā, vel cōtra elenchos Cabasilę pro S. Thoma, aduersus quē ille scripserat antea. Richardi monachi prædicatorij ordinis libr. contra Mahumeticā sectā ex Latino Græcū fecit, diui Augustini quædam similiter transtulit, libr. contra Palamān quendā edidit, sermones in pētecostē, itē epist. & dialogos: quę omnia Græce in Italia, Romę præfertim, adhuc extant. Volater. lib. 15. Urb. com. Idem fertur in Græcam linguam Alcoranum Turcarū transtulisse.

* *Demetrius*

* *Demetrius* Cynicum philosophum plura scripsisse Eunapius auctor est.

* *Demetrius* Cyrenæus grammaticus cognomēto Stānus, vir sane memorabilis, prosa oratione quædam scripsit, Laertius.

* *Demetrius* Cyzicenus citatur in chronicis Ioānis Cuspiniani.

* *Demetrii* Epici poetæ carmen aduersus inuidos extat apud Laertium.

* *Demetrii* Erythræi grammatici meminit Laertius.

* *Demetrius* Erythræus alius à priore, varius scriptor, historicos & oratorios conscripsit libros, Laertius.

* *Demetrius* Græcus, libellum Galeni spurium de oculis transtulit.

* *Demetrius* Graphicus cognominatus, apertus atq; ad differendum facilis, idemq; pictor.

* *Demetrius* Iani Moschi Filii, scripsit Epigrammata, Elegias, Comædias, Heroicum carmen de Helena typis excusum, Orationes, Cōmentariolum in Orphei de lapidibus opusculū. Vixit cum Ioā. Fr. Pico & c. Giraldu. *Demetrii* Moschi argumentum in librum Orphei de lapidibus Græcum, ab Aldo excusum est.

* *Demetrius* cognomento Ixion, grāmaticus Atramiytinus, temporibus Augusti Cæsaris, Pergami degebat. Ideo sic dictus, quod in aurearum bractearum Alexandrinæ Iunonis furto esset deprehensus, aut, ut alij, quod Euripideum Philonem Ixione fabula spoliasset. Alij tradunt quod cum Aristarcho magistro contenderit, quemadmodum Ixion aduersus Deorum immortalium beneficia se præbere ingratus non dubitavit. Scripsit De verbis in ar desinentibus, De pronominibus: Enarrationem Homeri atque Hesiodi, Suidas. Eiusdem *Erythræi*, & De Alexandrinorum dialecto libros citat Athenæus.

* *Demetrius* Iambicus poeta, vir amarulentus, Laertius.

* *Demetrius* Magnesius in libro de poetis ac scriptoribus æquiuocis citatur à Laertio: sæpe etiā simpliciter in æquiuocis, sicuti & ab Athenæo eius homonyma, & Plutarcho atque Stephano synonyma citantur.

* *Demetrius* ex Odesso vrbe Ponti de patria scripsit, Stephanus.

* *Demetrii* Pepagomeni medici, liber de podagra & id genus morbis, ad Imperatorē Michaelem Paleologum, Parisijs editus in 8. Græce et Latine apud Guil. Morellium 1558.

* *Demetrius* Phanostrati filius Phalereus (est autem Phalerum Atticæ portus, Phanos olim dictus) Philosophus Peripatericus, discipulus Theophrasti, scripsit philosophica, historica, politica, rhetorica, & de poetis: & alia, E quibus hæc commemorantur à Laertio. De legibus Atheniensium libri 5. De ciuibus Atheniensium duo. De ratione ducendi populum duo. De repub. duo. De legibus 1. De rhetorica 2. De remilitari 2. De Iliade 2. De Odisea 4. Ptolemæus 1. Amatorius. Phædonas. Aledon. Cleon. Socrates. Aristomachus. Artaxerxes. Homericus. Aristides. Aristomachus. Exhortatorius. Pro republica. De decennio. De lo-

nibus. Delegatione. De fide. De gratia. De fortuna. De magnificentia. De legibus. De nuptijs. De trabe. De pace. De studijs. De tempore *capit.* Dionysius. Chalcidicus. Atheniensium incurso. De Antiphane. Proæmiū historicum. Epistolæ. Concio iurata. De senectute. Iura. Aesopiarum vnus. De vsu *capit.* Porro præter commemoratos libros citantur a libi à Laertio, Phalerei Descriptio principū (ita *capit.* nomino) Atheniensium: Defensio Socratis. Stephanus etiā in *capit.* citat cōmentarios eius in Nicandri Theriaca. Apud Stobæum in sermone de Temperantia referuntur septē sapientium dicta ab eo collecta. Præterea præcepta eius de membris & incis, Periodis eiusq; partibus: De componendis epistolis, De characteribus dicendi, Latine excusa sunt Basilegà Vintero, M. Antonio Antimacho interprete. Liber eius *capit.* siue de elocutione Græce excusus est ab Aldo in volumine duodecim rhetorum, & postea separatim: eundē in Latinam linguam transtulit, P. Victorius & commentaria addidit. Florentiæ in folio. Apophtegmata eius, m. habentur in bibliotheca Regis Gallorum.

* *Demetrii* physici scripta citantur apud Pliniū, qui in librum Naturalis historiae octauum quædam ex his transtulit.

* *Demetrius* quidam contra gentes scripsit, qui in similitudinem Iosephi Archæogonias Moyfi & Iudaicæ gentis asseuerat. Hieronymus in Clemente Alexand.

* *Demetrius* Smyrnæus orator, prosa quædam scripsit, Laertius.

* *Demetrius* Sceptius grammaticus è Scepsi vel Aeolidis Troianam instructionē *capit.* exposuit, eodem tempore quo Crates & Aristarchus. Strabo libro 13. qui sæpe hunc Scepsij nomine citat. Athenæus quoq; eius *capit.* sæpe allegat, & Stephanus qui decimum sextum librum huius operis citat. Non est idem cū Ixione ut quidam putarunt, cum & diuersas habeant patrias & præterea hic antiquior sit.

* *Demetrius* Tridinius de metris quibus vsus est Sophocles, de schematibus, & scholia eius in Sophoclis tragædijs septem, excusa Parisijs apud Guiliehmum Morellium, venduntur 7. solidis Gallicis. *Demetrii* Treliinij inuentum astronomicum Græce, D. Diegus Hurtadus habet. Quædam etiam huius authoris de metris, ac de signis communis syllabæ Græce imāpressa sunt, cum cōmentarijs in Aristophanis comædijs, in principio libri. Scripsit etiam scholia in Pindarum, de quibus dicitur infra in Pindaro.

* *Demetrius* Troezenius citatur ab Athenæo libro 4.

* *Democharis* (qui fuit Demostheni amicissimus) scripta citantur apud Plutarchum in vita Demosthenis.

* *Demochares* Rhetor pro Sophocle, & historiae *capit.* Democharis citatur Athenæo, & comicus natus ex Cydathenæo Atticæ vico citatur à Stephano.

* *Democides* Medicus insignis, qui Polycratem Samiorum tyrannum curauit, librum de Medicina scripsit, Suidas.

Democles medicus citatur à Plinio , qui in li-
brum 12. Naturalis historiæ quædam ex eo mu-
tuatus est.

Democrides medicus allegatur à Plinio 13. Na-
turalis historiæ libro.

Democritus de Persis scripsit, teste Suida.

Democratis scriptis in libro 37. Naturalis histo-
riæ Plinius se vsu esse faterur.

Democrates, vide Damocrates.

Democratis sententiæ Græcæ seruantur in I-
talia.

Democratis & Democriti sententiæ aliquot pas-
sim à Stobæo referuntur : & aliquando propter
affinitatem literarû confunduntur hæc nomina.

Democrides scriptor citatur apud Fulgentium
in Mythol.

* Democles Phygelaus vetus historiæ scri-
ptor, vixit ante bellû in Poloponneso gestum.
Dion. Halicarnas. in lib. de Thucididis historia.

Democritus Abderites ex Thracia philosoph. 20
aut vt alij Milesius, discipulus (secundum quos-
dam) Anaxagoræ et Leucippi: vt vero alij, Mago-
rum, & Chaldaeorum & Persarum: accessit enim
& Persas & Indos & Aegyptios ac singulorum
doctrina est eruditus. Vixit circa octuagesimam
Olympiadē. Libros eius Laertius diuidit in 4.
classes seu ordines. Primo sunt Morales isti, Py-
thagoras. De affectu sapientis. De his quæ sunt
apud inferos. Tritogenia, hoc est quod ex ea
tria fiant quæ humana cuncta contineant. De

probitate seu de virtute. De Copiæ cornu. De 30
sedatione animi. Commentariorum vel domo-
rum. Euesto qui tempore Laertij non inuenie-
batur. Secunda classis habet naturales: sunt au-
tem hi, Magnus diacosmus, quem Theophrast.
Leucippi esse ait. Paruus diacosmus. Cosmo-
graphia. De syderibus vagis. De natura. De
natura hominis, siue de carne, 2. De mente. De
sensibus. De anima. De liquoribus. De colori-
bus. De differentibus fragoribus. *πρι εδωμων* vel
αμαψιρροσμων. *πρι οντηρια*, hoc est iudicium ferentia
de supradictis. De imagine, siue de prouidētia.
De pestibus. *κωνδω αβγ απορρηματα*. Tertij ordi-
nis sunt incompoti, Cælestes causæ. Aeriæ
causæ, Planæ causæ. De igne & his quæ sunt
in igne, causæ. Cause de vocibus, Causæ de se-
minibus, arboribus, fructibus. Causæ de anima-
libus. 3. Promiscuæ causæ. De lapide. Quar-
ti ordinis sunt mathematici, De sententiæ diffe-
rentijs, De cōactu circuli & sphaeræ. De geome-
tria. Geometricorum numeri. De irrationali-
bus seu mutis ac solidis lineis 2. Explicationes.
Magnus annus siue astronomia. *παράπληγμα*. Cer-
tamen clepsydrae. Cæli descriptio. Terræ des-
criptio. Poli descriptio. Radiorum descriptio.

Quinti ordinis sunt musici, De concentu & har-
monia. De poesi. De carminis venustate. De
consonis & dissonis literis. De Homero, si-
ue versuum rectitudine & linguis. De carmi-
ne. De verbis & nominibus. Sextus ordo ha-
bet libros ad medicinam & artes alias spectan-
tes. Prognosis. De ratione victus, siue medici-
næ sententia. Causæ de intempestiuis & tempe-
stiuis. De agricultura siue Geometricus. De pi-
ctura. De re militari & armis. Præterea sepa-

ratim à nonnullis hi quoque illius commentarij
numerantur. De sacris in Babylone literis. De
his quæ sunt in Meroe sacris literis. Historia
Chaldaica & Phrygia. De febre, & qui è mor-
bo tussiuunt. Legales causæ. Chernica siue pro-
blemata. Cætera vero quæ ad illum quidam re-
ferunt, partim ex eius libris decerpta, partim om-
nino aliena consensu omnium sunt. Atque hæc
ex Laertio. Porro Plinius testatur Democritû
peragratu Persidis, Arabia, Aethiopiæ Aegypti
que Magis, volumen de herbarum effectu com-
posuisse: atque libro 24. citat eius librum Chiro-
cinetam inscriptum, in quo de herbis quibusdâ
magicis mirabiles effectus tradit. Gællius quo-
que lib. 10. cap. 12. ex Plinio refert Democritum
de vi & natura Chamæleontis librum scripsisse.
Columella libro 11. citat Democritum in 10. libr.
qui Græce inscribitur *πρι αρτιπαδων*. Clemens A-
lex. lib. 1. Stromaton, Democritus inquit mora-
les libros scripsit Babylonicos: dicitur enim Aci-
cari quam est interpretatus columnam suis scri-
ptis adiunxisse, &c. Epistola Democriti ad Hip-
pocratem, cum reliquis veterum epistolis ab Al-
do excusa est: & operibus quoque Hippocratis
inserta habetur. Eiusdem Physica *πρι φυσικας* seu
de arte sacra cum cōmentarijs Synesij & Stepha-
ni cuiusdam, Græce manuscripta habet Ioannes
Dee Anglus.
* Democriti Chij poetæ meminit Suidas in ver-
bo *μαθητ*.
Democriti hexastichon in 4. libro Florilegij.
Democriti Ephesij liber de templo in Epheso,
citatur Athenæo.
Democritus historicus scripsit de aciebus belli-
cis lib. 2. & de ludæis librum, vbi ait ludæos au-
reum asini caput adorasse, & septimo quoq; an-
no peregrinum aliquem minutatim concisum
obtulisse. Suidas.
Democritus Nicomediensis philosophus doctis-
simus, vnus ex Dipnosophistis, quorum conui-
uales sermones Athenæus literis mandauit.
Demodamas Milesius scriptor citatur à Stepha-
no in Antissa. Idem allegatur apud Plinium, qui
in librum Naturalis historiæ sextum quædam ex
eo transcripsit.
Demodicus Alerius citatur à Laertio libro. 2.
Demodocus Corcyrensis, vetus Musicus, exci-
dium Ilij, & Veneris atque Vulcani connubium
poemate celebrasse fertur. Plutarchus in libro
de Musica.
Demodoci hexastichon & disticha 2. in secun-
do Florilegij libro.
Demonactis senarius citatur apud Stobæum in
sermone de Superbia.
Demonicum librum Achelonium Athenæus no-
minat.
Demonis scripta citantur apud Plutarchum in
vita Thesei.
Demophili cuiusdam liber Græcus de curatio-
ne vitæ, ex Pythagoræ & aliorum sapientum di-
ctis, Romæ extat in Vaticana.
Demophilus episcopus Constantinopolitanus,
vide Suidam.
* Demophili Astronomica quædam Græca ser-
uantur in bibliotheca Regis Gallorum,
* Democ

* *Demophilus* Ephori historici filius, belli quod sacrum vocarunt, & in annos vndecim donec sceleris eius participes extincti essent dilatum est, narrationem omissam à patre suscepit ab eo tempore, quo Delphici oraculi templum et occupatum & direptum est à Phocensi Philomelo.

* *Demophilus* Comicus, Plautus in Prologo *Asin.* Huic nomen Græce onagros est fabulæ, *Demophilus* scripsit, Marcus vortit barbære, *Asinaria* vult esse si per vos licet.

* *Demophon* Hippocratius citatur in scholijs in *Alexipharmaca* Nicandri, in remedijs contra doxyenium.

Demosthenes Græcorum oratorum princeps, scripsit multa, cuius orationes Græcas 62. cum argumentis Libanij, & vita autoris per Libaniũ & Plutarchum, excudit Aldus Venerijs, anno D. 1504. Seorsim autem Vlpiani commentarios in 18. orationes, Deinde Heruagius Basileæ omnes eius orationes cum Vlpiani commentarijs, quibus accesserunt deinde annotationes siue collectanea Ioan. Oporini vsque ad orationem de falso testimonio ad Aphobum in folio. Et absque Vlpiani commentarijs in octauo. *Demosthenis* autem omnia opera quæ ad nostram vsque ætatem peruenierunt, è Græco transtulit Hieronymus Vuolfius Oetingensis: quæ diuisa in quinque partes, excusa sunt Basileæ apud Ioan. Oporinũ, anno 1549. Horum prima parte continentur orationes Suaforiæ 18. nempe Olynthiacæ tres. In Philippum 1. de Pace. In Philippum secunda, de Haloneso, De Chersoneso, in Philippum tertia & quarta, Literæ Philippi ad Athenienses. Ad Philippi epistolam oratio, de Repub. ordinada, de Claisibus, De Rhodiorum libertate, pro Megalopolitis, De fœdere Alexandreo. Exordia cõcionum 60. Epistolæ 6. Oratio funebris, & amatoria, quæ sunt generis demonstratiui. Secunda, orationes publicæ iudicialis generis 11. ut pote de Corona, de Falsa legatione aduersus Leptinem, in Midiã, in Androtionẽ, in Aristocratẽ, in Timocratẽ, in Aristogitonẽ duæ, in Negrã, in Theocrinẽ. Appellatio aduersus Eubulidẽ. Tertia, orationes priuatę iudicialis generis 30. videlicet, de tutela in Aphobum duæ. in Aphobum, de falso testimonio, Aduersus Onetorem, vnde viduæ. Exceptiones 9. Aduersus Zenothẽ, in Aparurium, Phormionem de mutua pecunia, aduersus Lacriti exceptionem, Exceptio pro Phormione, in Stephanum testem duæ, aduersus Pantænetum, Naufimachum & Xenopichẽ. Aduersus Bæorum de nomine, aduersus Bæorum de dote, aduersus Spudiam de dote, aduersus Phænippum de permutatione facultatum, aduersus Macartatum, de Hagnix hæreditate: aduersus Lacharem, de hæreditate: in Euergum & Mnesibulum testes: in Olympiodorum, dati damni: aduersus Timotheum, de ære alieno: aduersus Polyblem, de naualis præfecturæ sumptibus. De corona præfecturæ naualis. Aduersus Callippum, aduersus Nicostratum, de descriptione mancipiorum Arichusij. In Cononem, de inflitis verberibus. aduersus Calliclem, de prædio. in Dionysodorum dati damni. Quarta pars continet vitam *Demosthenis* à Libanio,

Suida, Luciano & Plutarcho descriptã: & Enarrationes Vlpiani, quibus non modo vocabula, sed & historix quædam & artificium oratoriũ 18. orationum diligenter explicantur. His addita est Gnomologia, siue sententiarum farrago ex *Demosthene*, Libanio & Vlpiani enarratione, accesserunt etiam in fine annotationes doctissimæ. Quinta complectitur orationes, ab alijs interpretibus conuersas. Sunt autem hæ: Olynthiacæ tres, conuersæ à Philippo Melanchthone: item eadem, à viro quodam docto. Prima Olynthiacæ à Ioach. Camerario conuersa, secunda ab Hegendorphino, tertia ab anonymo quodam. Philippicæ quatuor ab Hegendorphino. Philippicæ tres à quodam erudito. Philippica prima, ab anonymo. Oratio de pace, à Iustino Goblero. Oratio de curatione Reipub. à Camerario. Oratio de claisibus à Ioan. Lonicerò. Oratio de Rhodiorum libertate, Christoph. Hegendorphino. Oratio Funebris, Ioan. Lonicerò. Oratio de Corona, innominato quodam, eadem, à Leonardo Aretino. Oratio de euentu legatione, innominato. Oratio contra Leptinẽ, Petro Nannio. Oratio contra Androtionẽ, Balsiano Lando. Oratio contra Aristogitonẽ prior, Philip. Melanchthone. Oratio contra Aristog. posterior, Vito Vinsheimio. Contra Aphobum orationes duæ, Ioanne Lalamantio Heduo interpretibus. *Demosthenis* opera omnia Hieronymo Vuolfio interprete, excusa sunt Venerijs anno Domini 1550. in 8. *Demosthenis* & *Aeschinis* orationes contrarias Rihelius Argentorati excudit anno 1550. cum commentariolo Ioannis Sturmij in eisdem Hecatommeres, octern. 19. *Demosthenis* orationes quædam Græce & Latine Vito Amerbachio interprete, excusæ sunt Basileæ ab Oporino cum *Isocratis* orationibus ab eodem translatis. *Demosthenis* recogniti Græco Latini vna cum *Aeschine* breui edendi specimen: Olynthiacæ orationes tres, & vita *Demosthenis* atq; *Aeschinis* cum annotationibus: Hieronymo Vuolfio authore. Basileæ ex officina Heruagiana 1569. in octauo.

* *Demosthenis* Bythini libri Bythiniacorum quartus, nonus, decimus, duodecimus et decimus quartus, versu hexametro scripti, à Stephano citantur. Ab eodẽ citatur *Demosthenes* *epistolari*.

* *Demosthenes* Philalethes scripsit libros tres de oculis quos à multis commendari ait Galenus lib. 4. cap. 5. de differentijs pulsuum. Citatur etiã sæpe à Syluatico *Demosthenes* medicus, vt in Riada.

Demosthenes genere Thrax, Grammaticus insignis, Iliada Homeri & Hesiodi Theogoniam in prosam orationem conuertit. Suidas et Volat.

Demoteles citatur à Plinio, qui ex eo quædam in librum 36. Naturalis historix transtulit.

Dercillus scripsit rerum Italicarum aliquot libros, ex quorum tertio, Plutarchus in Parallelis minoribus, Fauni ab Hercule cęsi historiam recitat. Scripsit etiam librum ædificiorum, ex quo de Ilo & Mineruæ templi incendio historias, idẽ refert eodem libro, cap. 34.

Desiderius Erasmus Roterodamus, Germaniæ phoenix, scripsit infinita volumina, quæ separa-

tim primum, deinde nouem tomis excusa sunt
 Basileæ in officina Frobeniana, anno Domini
 1540. in primo autem Tomo sunt: De Copia ver-
 borum ac rerum lib. 2. Theodori Gazæ Græma-
 tices Græcæ lib. 2. priores, Latine redditi. De
 Constructione octo partium orationis liber. Ex
 Luciano versa opuscula. De ratione scribendi
 epistolas liber. Declamatio de pueris liberaliter
 instituendis. De ratione & ordine studiorum
 libellus. Declamatio in laudem Medicinæ. De-
 clamationes Libanij ab eo versæ. Parabola, si-
 ue similia. Colloquiorum familiarium liber.
 De recta Latini Græciq; sermonis pronuncia-
 tione. Ciceronianus Dialogus. De ciuitate
 morum. Galeni paraphrasæ Menodoti exhorta-
 tio ad artiũ studia, Latine reddita. Eiusdẽ Galeni
 de optimo docendi genere liber translatus. Eius-
 dem libellus, quod optimus medicus idem sit &
 philosophus, translatus. Epitome in elegantiarum
 libros Laurentij Vallæ. Euripidis Hecuba 20
 & Iphigenia, Latinis carminibus expressæ tra-
 gœdiæ. Commemarij in Nuce[m] Ouidij. Epis-
 grammata varia. In Secundo Tomo, Adagio-
 rum Chiliades 4. In Tertio, Epistolæ & Præ-
 fationes in diuersos auctores. In Quarto con-
 tinentur, quæ ad morum institutionum perti-
 nent, ex Plutarcho versa: De discrimine adula-
 toris & amici, ad regem Angliæ, Quomodo va-
 cillitas capiatur ex inimicis, De tuenda bona va-
 letudine, Cum principibus philosopho maxime
 disputandum, Vtrum grauiores sint animi mor-
 bi, an corporis. De cupiditate diuitiarum, Num
 recte dictum sit ab Epicuro, *ad hunc libellum*. De cohi-
 benda iracundia. De curiositate. De vitiosa ve-
 recundia. Apophthegmatum libri octo. Moræ
 encomium, id est Stultitiæ laus. Ad Philippum
 Burgundionum principem, Cæsaris Maximia-
 liani filium, de triumphali illius in Hispaniam
 profectio, deq; felici reditu, panegyricus
 gratulatorius. Gratulatorium carmen heroicum
 ad eundem, sub persona patris. Institutio prin-
 cipis Christiani aphorismis digesta, ad Carolum
 quintum. Isoeratis libellus ad Nicocem regem,
 de institutione principis, aut de regno admini-
 strando, Latinitate donatus Declamatio de mor-
 te, in genere consolatorio. Oratio seu declamati-
 uncula pro episcopo respondente ijs, qui sibi no-
 mine populi gratulati essent, & omnium nomi-
 ne obedientiam quam vocant, detulissent. Que-
 rela pacis vndiq; gentium ecclesiæ, profligatæq;
 Lingua. Xenophontis rhetoris Hieron. in eury-
 nus, in Latinum versus. Carmen de senectute in
 commodis, ad G. Copum Basiliensem In Quin-
 to: Enchiridion militis Christiani. Oratio de vir-
 tute amplectenda, ad Veriensem principem A-
 dolphum. Ratio seu methodus compendio per-
 ueniendi ad veram theologiam. Paraclesis, id est
 adhortatio ad Christianæ philosophiæ studiũ.
 Enarratio primi Psalmi, Beatus vir, iuxta tropo-
 logiam potissimum. Commentarij in Psalmũ 60
 secundum, Quare fremuerunt gentes. Paraphra-
 sis in tertium Psalmum, Domine quid multipli-
 cari Concio in quartum Psalmum. Cum inuoca-
 rem Enarratio psalmi 14. Domine quis habitabit:
 qui est de puritate tabernaculi, siue ecclesiæ

Christianæ. in Psalmũ 22. Dominus regit me, &
 narratio triplex. Vtilissima consultatio de bello
 Turcis inferendo & obiter enarratus Psalmus 28.
 Afferte Domino filij Dei. Enarratio Psal. 33. Be-
 nedicam Domino. Enarratio Psalmi 38. Dixi cu-
 stodiam vias meas. Enarratio Psalmi 83. De ama-
 bili ecclesiæ concordia liber. Concio vel exposi-
 tio concionalis in Psalmum 85. Concio de magni-
 tudine misericordiarum Domini. Virginis &
 martyris comparatio. Concio de puero Iesu. Epi-
 stola consolatoria ad virgines sacras prope Can-
 tabrigiam, qua exponitur dictum Esaiæ, In silen-
 tio & spe erit fortitudo vestra. Christiani matris
 monij institutio, ad Catharinam Anglorum regi-
 nam. Vidua Christiana, ad inclitam quondã Pã-
 noniæ Boemiarumq; reginã Mariã. Ecclesiastæ, id
 est, Concionatoris euangelici, aut de ratione con-
 cionandi, lib. 4. Carechismus, siue dilucida & pia
 explanatio symboli, quod Apostolorum dicitur,
 Decalogi præceptorum, & Dominicę precationis
 modus orandi Deũ. Precationes aliquot nouę, ac
 rursus nouis adactæ, quibus adolentes assue-
 scant cum Deo colloqui. Pæan ad virginem ma-
 trem, in gratiam D. Veriensis. Obsecratio ad vir-
 ginem matrẽ Mariam in rebus aduersis De con-
 tempu mudi epistola. Disputatiuncula cũ Ioa-
 Coloto, de radio, pauore, tristitia Iesu, instãre sup-
 plicio crucis, deq; verbis quib. visus est moriẽ de
 precari: Pater, si fieri potest, trahat a me calix iste.
 Quomodo se quisq; debeat præparare ad mor-
 tem, liber. Ode de casa natalitia pueri Iesu, deq; paupere
 puerperio virginis Deiparæ. Ode expo-
 stulationis Iesu cum homine suapte culpa percũ-
 te. Hymni varij, in Christum, Michaelẽ angelũ,
 Gabrielẽ angelum. Raphaelẽ angelum, om-
 nes angelos, in Mariam & Annam. Liturgia vir-
 ginis Lauretanæ. Carmen votiuum Genouesæ.
 Commentarij in hymnum Prudentij de natali
 pueri Iesu. Commemariolus in hymnum eiusdẽ
 de epiphania Iesu nati. Christiani hominis insti-
 tutum, versib. heroicis, quo describuntur symbo-
 lũ fidei, sacramenta, peccata, & virtutes fidei. Epi-
 taphium Odiliæ, & de eius filio. In Sexto, nouũ
 Testamentum complectitur, cum annotationibus.
 In Septimo, paraphrases in vniuersum nouũ
 Testamentum. In octauo, Theologica, ex
 Græcis scriptoribus versa. Ex Chrysostr. aduersus
 Iudæos homilij 5. De Lazaro & diuine homilij
 4. De visione Esaiæ, homilij 5. De Philogonio
 martyre homilia 1. De orando Deum libri 2. De
 Dauide & Saule deq; tolerantia homilij tres.
 quum presbyter esset designatus, homilia 1.
 quũ Saturninus & Aurelianus acti essent in exi-
 liũ, homilia 1. De fide Annæ, homilij 2. Cõmen-
 tatorum in Acta apostolorum homil. 4. Cõmen-
 tatorum in D. Pauli secundã ad Corinth. epist.
 homil. 7. Cõmentaria in totam D. Pauli ad Gala-
 tas. In epist. ad Philippen. homil. 2. Ex Athana-
 sio Archiepiscopo Alexandrino versa: De sancto
 spiritu epistolæ 2. Contra Eusebium de Nicæna
 synodo epistola vna. Apologerici 2. aduersus
 eos qui calumniabantur quod in persecutio-
 ne fugisset, de passione Domini, ac de cruce,
 homilia vna de eo quod scriptum est, Euan-
 ges in castellum quod, &c. De virginitate fru-
 uede

De exercitacione, De peccato in Spiritum sanctum, De Spiritu sancto liber illi inscriptus. Ex Origenes: De vita, phrasi, docendi ratione & operibus Origenis, cum singulorum librorum censuris. Fragmentum Origenis in Euangelium Matthæi. Ex Basilio: Principium Esaiæ, De Spiritu sancto liber, De laudibus ieiunij homilia 2. In Nono Tomo. Epistola apologetica ad M. Dorapium pro Moria, Apologia ad Iacob, Fabrum Stapulensem de Eloim, Ad Iacobum Laromum delinguis lib. 1. Ad Joannem Briardum Atensem pro encomio Matrimonij. Apol. de eo quod verterat, In principio erat sermo, Apol. 3, ad notaciones Eduardi Lei, Ad Iacobum Lopim Stunicam apologiæ, nempe ad taxaciones eius in nouum Testamentum. Aduersus libellum impietatum & blasphemiarum eiusdem. Appendix aduersus eiusdem libellum, cui titulum fecit Prodromos. Aduersus conclusiones eiusdem. Aduersus Sanctium Caranzam Theologum, De tribus locis ab illo notatis, Apologia de loco Pauli, Omnes quidem resurgemus: aduersus Nicolaum Ectmōdanum. Apologiæ aliquot in Natalem Bedam: nempe, Prologus, Elenchus, Diuinationes, Supputationes. Item Annoratiunculæ quædam ad notulas Bedaicas. Apologia aduersus debacchaciones Petri Sutoris Carthusiani, Appendix respondens ad quædam Antapologiæ P. Sutoris. Appendix de scriptis Iod. Clithouci. Declaraciones aduersus censuras theologorū Parisiensium. Responsio ad Petri Cursij defensionem. Apologia ad Phimostomi cuiusdā disputationes de diuortio. Apologia ad iuuenem Gerontodidasæum. Apologia ad monachos quosdam Hispanos, siue aduersus calumnias eorum. Ad epistolam Alberti Pij Carporum principis lib. 1. Aduersus eiusdem libros 3. apologia. Ad Christophorum Episcopum Basiliensem liber de ciborum delectu, siue de esu carniū & hominū constitutionibus. De libero arbitrio Diatribæ, seu collatio. Hyperaspistæ Diatribæ lib. 2. Contra seruum arbitrium M. Lutheri, Purgatio contra epistolam eiusdem. Detectio præstigiæ libelli cuiusdā. Epistola aduersus Pseudoeuangelicos. Epistola ad Eleutherium, Epistola ad Grunniū, Epistola ad fratres Germaniæ inferioris, Spongia aduersus aspergines sex Huldrici Hurteni, Pantalabus, seu aduersus febricitantem quendam, Aduersus mendacium & obtreffationem admonitio, Antibarbarorum liber, Aduersus impudentes quosdam gracculos. Sunt etiam authores multi industria Erasmi castigati ut sunt Terentij comædiæ per ipsum recognite, Cato cum mimis Publianis, Officia Ciceronis cum argumentis & scholijs, Tuscul. quæst. Cic. recognitæ & scholijs illustratæ, Opera Senecæ, Suetonius cum aliquot alijs historicis, Q. Curtius, Arnobius in Psalmos, totus Hieronymus cum scholijs, Cyprianus, Hilarius, Irenæus, Ambrosius, Lactantius de opificio Dei recognitus cum scholijs, omnia opera D. Augustini, Algerus de Eucharistia, Origenis opera quotquot extant: cuius viram in epitomen redegit, & de doctrina, libris eius, deq; ratione docendi, phrasi, artificio, ordineq; quæ sequitur, Lectorem monuit, censuris adiunctis.

* *Desiderij* Iacothij Vandoperani, liber De doctrina philosophorum ex Ciceronis scriptis, impressus cum sententijs insignioribus Ciceronis, collectis à Petro Lagnerio, Lugduni 1556.

Desiderij Lignaminæi Patauini ad Ioannem Baptistam Priuilellum Cœnitensem epistola, de inuento M. T. Ciceronis, in Zaŷyntho insula sepulchro. Impressa Venetijs anno D. 1547. Facies sepulchri Ciceronis. Ibidem 1557.

10 *Desiderius* Longobardus, tempore Alexandri Papæ IIII. scripsit quod fratres mendicantes de manuum labore viuere debeant lib. 1. Claruit anno 1260. De statu monachorum disputat, Mendicantem non licere probabat Monachorum vitam contemnens, à Thoma Aquinate hæreticis habetur.

Desiderij Italiæ regis decretum inter antiquas inscriptiones extrat, & cum alijs excusum est.

Desiderius Spretus quidam de vrbe Rauenna scripsit.

Detmari Gengelij poemata quædam, excusa Vuitenbergæ, 1539.

* *Detleuŷ* Langenbecius, Hamburgensis, in tabulas te degit totum Alciati librum de verborū significationibus: scripsit præterea in duas illas difficillimas leges, nempe L. Si is qui pro emptore, & L. Gallus Aquilius in parag. forsitan & parag. si. præter omnium qui hætenus scripserunt sententiam, nouam & veram explicationem, & de capitibus L. Velleiæ nonnulla. Colonie apud hæredes Birkmanni 1555. * Præterea Germanice scripsit De iustitia, iure, & equitate, librum impressum Vitebergæ 1572. in folio.

Dexicratis fabulam ἢ τὰ πρῶτα ἠθάρητων, Athenæus citat libro 3.

Dexippus Cous, medicus, discipulus Hippocratis, scripsit librum De medicina vnum, Item de Prognosticis. Suidas.

Dexippi philosophi Platonici extant libri duo commentariorum in prædicamenta Aristotelis. Eiusdem liber Platoniarū dubitationum apud Aristotelem & solutionum, incipit, ἢ ὁ ὅτις ἔσθ' ἡ. Eiusdem fabulæ Indicæ, & Ichnelates, id est, Inuestigator. Descripsit etiā principes Romanos, *Dexippi* Chronicorum liber 12, citatur à Stephano de vrbibus. Eunapius, *Dexippus* qui temporum historiam contexuit, vir in liberalibus disciplinis & facultate logica versatissimus: vixit circa tempora Galieni, Claudij, Taciti, Aureliani & Probi.

Dexippus Herennius appellatus, orator Atheniensis, sub Valeriano vsq; ad Aurelianum.

Dexter Paciani filius, præfectus prætorio, scripsit ad D. Hieronymum omnimodam historiā, quam Sophronius postea è Græco vertit.

Diadochi cuiusdam opus monasticum Græce, Romæ seruiatur. *Diadochi* & aliorum quorundā capita *panar.* Vide Scholiastici. * *Diadochi* Episcopi argumenta diuersa ecclesiastica Græce seruantur in bibliotheca regis Gallorum.

Diagoras Atheniensis scripsit νόμος ἐπιυίης testē Tatiano.

Diagoras medicus citatur à Plinio, qui ex eo in 12. 23. 24. 25. 26. & 26. Naturalis historiæ libros quædam transcripsit.

Diagoras Botryensis, citatur ab eodem inter authores externos, ex quibus lib. 33. 34. & 35. confecit.

Dialcon citatur à Plinio inter Græcos autores, ex quibus librum 28. confecit.

Dialdon citatur ab eodem inter authores externos libri 6.

Dias sophista Ephesus, Philippi Macedonis tempore ponitur à Philostrato. * *Diades* suis scriptis ostendit se inuenisse coruum demolitoriẽ quem nonnulli gruem appellant. Vitruuius.

Dicaarchus Phidias filius, Siculus, Messenius, Aristotelis auditor, philosophus, orator, geometer, scripsit Dimensiones montium (aut vt alij finium) Peloponnesi, Græciæ vitam libris 3. Rem publicam Spartiatarum: qui liber vt quotannis in Ephorum prætorio puberibus auscultantibus recitaretur, lege sancitum fuit apud Lacedæmonios, & longo tempore obseruatum. Suidas. Præterea ab Athenæo citantur *Dicaarchi* libri, De Alcmane. De Alcæo. De descensu in antum Trophonij. De sacrificio in Ilio. Tripoliticus. Olympicus: nominatur autem ab initio 15. libri perperam Milesius pro Messenius. A Cicerone mentio fit librorum eius De diuinatione & Somnijs. De vita mortalium. *Dicaarchus* in primo de vitis citatur à Laertio in Platone. A Stephano citatur *Dicaarchi* liber primus de vita Græciæ. *Dicaarchi* geographica Romæ in Vaticana seruantur Græce. Et in bibliotheca Heinrici Scrimgeri.

* *Dicaarchus* Lacedæmonius, Grammaticus, auditor Aristarchi. Suidas.

Dicaoclis Gnidij Diatribas Athenæus allegat.

Dicaogenes poeta, Tragædias & Dichyrambos scripsit. Suidas. Huius senarios aliquot legimus apud Stobæum In vituperio Veneris, & de honorandis parentibus.

Dicæus historicus, scripsit Acta diurna, prætermissa ab Homero, nouem libris, Res Italicas. De Troiana Republica, De rapto Helenæ & Menelao, & vniuersa Troiana historia. Cum autem sub Claudio Imperatore Creta terremotu discessisset, multis sepulchris apertis, in quodam opus historicum *Dicæus* est repertum, quod bellum Troianum contineret. Quod Claudius descriptum edi iussit. *Dicæus* Cretensis de bello Troiano libri sex, Quinto Septimio Romano interprete: impressi Basileæ apud Cratandrum, anno Domini 1529. cum Darete Phrygio, & de clamationibus tribus per D. Eras. Roterodamum 50 è Græco versis.

* *Didaci* Couarruias à Leyua Hispani I. C. Super 4. Decretal. Super 6. Decretal. De regulis iuris, Super Clementinis. De homicidio Cle. si furiosus. Variarum ex iure pontificio, regio, & Cæsaris, resolutionum lib. 3. Practicæ quæstiones excusæ Venetijs 1568. in octauo. Omnia eius opera impressa sunt Lugduni 1568. & Venetijs 1571. in folio. Eiusdem Practicarum quæstionum liber: item Collatio veterum numismatum cum his quæ modo expendantur publica & regia auctoritate percusa. Francofurti 1571. folio. Resolutionum libri 3. quibus accessit 4. Ibidem.

* *Didaci* Ortiz Musici, Hymni, Magnificat, Salue, Moreta, Psalmi, & alia diuersa cæuica quatuor

vocum, Venetijs 1565. magna forma & typis crassioribus in vsum ecclesiarum.

Didacus Pyrrhus, Lusitanus, scripsit carmina quædam in laudem Cosmographiæ P. Apiani.

* *Didaci* Ximenez, ordinis fratrum Prædicatorum Calendarium perpetuum secundum institutionem eiusdem ordinis, ex 36. tabulis constans. Antuerpiæ Plantinus decimo sexto.

* *Didymarchus* libro Metamorphoseon tertio, citatur ab Antonio Liberali.

Didymus Alexandrinus, cæcus, plura opera & nobilia conscripsit: De Spiritu sancto lib. 1. quem Hieronymus in Latinum vertit. Contra Arrianus lib. 2. De dogmatibus quoque lib. 1. In epistolas Canonicas lib. 7. In librum S. Iob lib. 1. In Esaiam prophetam lib. 18. In Osee ad Hieronymum lib. 3. In Zachariam ad eundem lib. 5. In Euang. Matth. lib. 1. In Euang. Ioannis lib. 1. In Psalterio quoque lib. 1. Eius commentarij in epistolas Canonicas typis excusi sunt in Italia. Liber de Spiritu sancto inter D. Hieronymi opera extat, ab eo translatus. Impressus est etiam Parisijs 1500. cum Athanasio contra Arrium, & alijs. Claruit anno D. 395. Vide Socratis hist. eccl. lib. 4. cap. 2.

Didymus Didymi Salsamentarij F. Alexandrinus, Grammaticus, Aristarchus, vixit sub Antonio & Cicerone vsque ad Augustum, cognomento Chalcenteros, quasi æneis intestinis præditus, ob assiduitatem lectionis & scriptionis. Dicunt enim eum ultra libros 3500. conscripsisse. Suidas. Idem propter librorum multitudinem *Didymus* appellatus est, vt Athenæus 4. libro scribit. Seneca 4. millia librorum ab eo scripta tradit. Cæcærum hi eius libri citantur ab Athenæo Exegeticus, Epistolæ. De dictione corrupta. A Plutarcho Commentarij tabularum Solonis. A Clemente Strom. liber de Pythagorica philosophia. A Laertio Symposiaca. A Stephano Symposiacorum decimus. De Cabasso Othryonei ciuitate liber. Commentaria in Odyssæam. Suidas *Didymus* Alexandrinum libros 15. de Agricultura scripsisse refert. Trallianus *Didymi* Octatum citat in capite de singultu. Macrobius citat *Didymum* grammaticum in libris *Didymi* numero hodie extant hæc.

Didymi antiquissimi authoris interpretatio, siue scholia in Odyssæam, excusa primum Venetijs apud Aldum, vnâ cum enarratione in Iliadem.

Didymi Græci authoris scripta, cum Absyrtis & reliquis mulomedicis, Basileæ impressis reperies: & in Geoponicis collectaneis Constantini. Suidas, *Didymus* quendam Alexandrinum Geometricorum libros 15. scripsisse testatur.

Didymi & Tarrhæi prouerbia, & ea quæ apud Suidam, aliosque habentur, Aldus cum fabulis Aesopi, &c. Græce impressit, ordine alphabeti.

Didymus iunior, Alexandrinus, grammaticus, Romæ docuit. Scripsit Probabilia. De Orthographia, & alia plurima, eaque optima. Suidas.

Didymus Arteius, siue Artius, philosophus Academicus, scripsit Probabilium & Sophismatum solutiones lib. 2. & alia multa. De illo Alexandrino, qui Geoponica reliquit, supra diximus.

Didymus Claudius, grammaticus, scripsit De

erratis

tratis analogiæ apud Thucydidem, Epitomen Heracleonis, & alia quædam.

Didymi Faucuntini aduersus Thomam Placentinum pro Martino Luthero oratio disertè & eleganter scripta, impressa in Germania, 1521. Cæcilia defensionis hæc sunt. 1. Philosophia item Scholastica Theologia reprobantur. 2. Quatenus liceat subdito magistratum corripere. 3. De indulgentijs. 4. De pœnitentiæ partibus. 5. De Turcicis bellis. 6. De Romani Pontificis monarchia.

* *Didymus* Heraclidæ F. grammaticus, apud Neonem vixit, ac ditatus est, insignis musicus, & ad cantica appositus. Suidas.

Diegus nomen proprium apud Hispanos: sic enim Iacobum vocant.

Diegi Baceri oratio pro rege Portugalliæ.

* *Diegus* Gutierus edidit Americæ tabulam: Antuerpiæ apud Hieron. Cock.

Diegus Huradus à Mendozza, scripsit Paraphrasim in totum Aristotelem. De Tunetana expeditione historiam, cui ipse interfuit & præfuit. Habet multos in bibliotheca sua (quæ instruissimam est) authores antiquissimos, quos prope diem volente Deo, in reipublicæ literariæ gratiam euulgabit. *P. Man. in Tract. p. 551.*

Diegus (aliàs Degus) Valera Hispanus aliquid historicum edidit. citatur enim in Baptistæ Fulgosi volumine de factis & dictis memorabilibus.

Dieterbergius. Vide Ioan. Dieten.

Diethelmus Cellarius, Tigurinus, minister verbi Dei in agro Tigurino, scripsit scholia in omnes P. Terentij Comœdias impressa cû ipso textu, anno D. 1546. Transtulit ex Germanica in Latinam linguam Henrici Bullingeri libellum de consolandis ægrotantibus, & alium de vera et antiqua fide.

Diethmar Mersburgensis in Misna episcopi, Chronicon V. Imperatorum Henrici I. trium Othonum, & Henrici II. nondum excusum, habetur in bibliotheca Georgij Fabricij.

* *Dieuchide* Megaricorum libri 4. & 5. citantur Clemente Strom. & Laertio.

Dieuches multa obiter de vsu remediorum scripsit, in therapeuticis suis voluminibus. Galenus. *Dieuches* medicus allegatur apud Plinium, qui in 20. 22. & quinque sequentes Nat. historiæ libros multa ex eo transcripsit. Scripsit autem priuatim de brassica, vt Plinius testatur.

Dimocles medicus à Plinio citatur, qui in librū 50 Nat. historiæ quædam ex eo transtulit.

Dimonis cuiusdam scripta citantur apud Plutarchum in vita Themistoclis.

Dinarchi rhetoris aliqui excudit Aldus, in volumine orationum Aeschinis, Lyssi, & aliorum, scripsisse fertur orationes 60. omnes iuridiciales. partim publicas, partim priuatas. Obijt post mortem Antipatri, à quo præfectus Peloponnesi constitutus fuerat. Eius aliqui opinantur esse orationē contra Theocrinem, Demostheni com- 60 muniter inscriptam.

* *Dinolochus* Syracusanus aut Agrigentinus, comicus, Olympiade 73. filius Epicharmi, aut vt quidam tradunt, discipulus. Edidit fabulas 14. Dorica dialecto. Suidas.

Dinon scripsit Persica, quæ allegantur aliquoties in Dipnosophistis Athenæi.

Dinonis cuiusdam scripta citantur apud Plutarchum in vita Artaxerxis.

Dinus de Garbo, Florentinus, edidit Commentaria in Galenum lib. 1. De malitia variæ complexionis lib. 1. in Hippocra. De natura fœtus lib. 1. Diuersarum quæstionum lib. 1. In Auicennam lib. 1. In philosophia etiam varia. Quæstiones nonnullas in medicina, philosophia & theologia. Enarrauit vulgarem cantionem Guidonis de Caualcantibus, quæ de natura & motu amoris Venerei tractat. Scripsit & De chirurgia, De generatione embryi, librū De ponderibus & mensuris, impressa Venetijs. Expositio eius in librū Hippocratis de natura fœtus, & in Auicennam de generatione embryi, excusa est Venetijs apud heredes Octauiani Scoti in folio, anno D. 1519. *Dini* Florentini de cœna & prandio epistola, edita est Romæ cum operibus Andreæ Thurini, anno D. 1545. Floruit anno 1300.

* *Dinostratus* frater Menæchmi Geometræ, & ipse quædam in Geometria scripsit: teste Proclo 2. Comment. in Euclidem.

Dinus Mugelanus, de mandato Bonifacij Pappi VIII. primus eleganter post Archidiaconū, scripsit Super 6. Decretal. li. 1. Super Codice li. 10. Super ff. veteri lib. 24. Super ff. nouo lib. 12. Super ff. inforciati lib. 14. Consilia multa lib. 1. Super Titulum de actionibus in Institutis. Super Titulum de Regulis iuris lib. 6. De interesse, De præscriptionibus, De successione ab intest. De modo arguendi. Glossas contrarias, & earum accordantias. Commentarios eius in Tit. de regulis iuris, Paganus excudit Lugduni. Commentarij ijdem (vt puto) in Regulam iuris Pont. cum annotationibus Nicolai Boerij, excusi sunt Colonia 1569. in 8. Cōmentaria verò in Tit. de Actionibus repurgata & annotationibus illustrata, edita sunt Francofurti in 8. anno 1568. Tractatus præscriptionum secundū temporis, id est dierū, annorum vel mensium numerum, impressus est quatern. 3. Floruit anno D. 100.

Diocletianus Aug. in fragmentis Gregorianæ Codicis allegatur.

Diocles Atheniensis aut Phliasius, antiquus comicus, æqualis Sannyrionis & Phillilij. Fabulæ eius sunt: Thalatta, id est, mare, Apes, Somnia, Bacchæ, Thyestes secundus. Thalatta verò Athenæo authore meretriculæ est nomen. Suidas.

Diocles Carystius rationalis sectæ medicus, secundus ab Hippocrate ærate fama; vt Plinius scribit, citatur à Galeno, Plutarcho, Scholiastæ Nicandri, Plinio. Eum rhetorem quoque fuisse Galenus tradit in principio libri de prænotione ex decubitu. Cæterum hi libri Dioclis à Galeno citantur *ὑπερὸν* ad Plutarchum, nominat autem illic Empiricum, sed Athenæus lib. 3. Carystium Dioclem horum authorem facit: & Dioscorides lib. 6. Libri *περί τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν*, siue de officina medici. De curatione causæ passionis. Liber ad Archidamum. Præterea Galenus libro secundo de Anatom. admin. Dioclem primum inter posteriores medicos anatomica scripsisse refert,

Porrò epistola quædam Dioclis ad Antigonum regem præseruatiua, cum Tralliano impressa est Torino interprete. Eadem ab initio operis Marcelli Empirici Hippocrati Coo adscribitur, ad Antiochum regem. Legitur etiam in fine primi libri Pauli Aegynetæ, & eius *ἱστορία παραρημάτων* ad Antigonum citantur ab Hierocle Hippiatro capite 98.

* Diocles Eleates, Asianus, pater Alcidamantis, scripsit Musica, vixit Gorgiæ Leontini temporibus. Suidas in Alcidamante. 10

* Diocles Magnesium in Excursione philosophorum, citatur à Laetio.

Diocles Peparethius, primus Romanorum historias Græcis literis illustrauit, quem Fabius Pictor pluribus in locis, ob veritatis studium, secutus est, citantur eius scripta apud Plutarchum in Romulo.

Diocridis cuiusdam Distichon in quarto libro Anthologij. 20

Diodos coloniarum lib. scripsit teste Iosepho.

Diodori cuiusdam liber Græcus De ponderibus, & mensuris, seruat in Italia.

Diodori epigrammata aliquot in Florilegio Planudis.

Diodori poetæ senarios aliquot Ioan. Stobæus citat in sermonibus, de contrahendis nuptijs, & defunctis contumelia non afficiendis. Eundem esse puro Diod. Sinopensem Comicum, cuius fabulas Athenæus citat, Tibicinam, Epiclerum & Panegyristas, quod & Suidas testatur. 30

Diodori cuiusdam Italicas glossas, & librum ad Lycophronem, idem Athenæus allegat.

* Diodorus Cosmographus, siue *ὑπομνηματίζων* citatur à Plutarcho in vita Thesei & Dionis. Huius forte est liber *ὑπὸ τῶν βασιλέων* qui in Vaticana bibliotheca habetur.

Diodorus cognomento Cronos Saturnus, Dialecticus, filias habuit quæ omnes fuerunt dialecticæ, quarum hæc sunt nomina, Menexene, Argia, Theognis, Artemisia, Pantaclea. Clemens Stromaton. Meminit huius Laetius lib. 2. ac refert eum cum apud Ptolemæum Sotorem quoddam Stilponis sophisma soluere nequiuisset, à rege increpitum, Cronumq; in iurgio vocatum, librum de ea propositione conscripsisse, vitamq; mæore finijisse. 40

Diodorus inanis mendicus aut circulator cognominatus, Elegias scripsit quæ citantur à Parthenio in Eroticis: quamuis illie Elaites nominetur. 50

Diodorus Prienæus, scripsit De agricultura, teste Varrone & Columella. Eius scripta citantur apud Plinium, qui in librum Nat. historiae 8. 10. 15. 17. & 18. quædam ex his transtulit.

Ex Diodori alterius scriptis Plinius quædam in 29. & 30. librum transtulit.

Diodorus Siculus, scripsit historiam, quam bibliothecam inscripsit. Continet autem res & Romanas, & varias, libris 40. vt Suidas testatur, qui dicit eum floruisse sub Augusto & supra, quod & ipse quoq; libro sexto testatur. De Philippi & Alexandri regum, & aliorum aliquot nobilium Macedoniae ducum præclare factis lib. 2. Bartolomæo (Alias Angelo) Cospo Bononiensi interprete. De fabulosis Aegyptiorum gestis lib. 1. 60

Pogio Florentino interprete: volumen excusum Basileæ, 1531. apud Hein. Petrum. Historiarum libri 5. Græci à decimo texto ad vigesimum vsq; excusi Basileæ apud Rob. Vinter, 1539. Extant etiamnum Græce. præter impressos, priores quinque libri, & reliqui à decimo vsq; ad decimum sextum, Venetijs apud Diegum Hurtadum. Eodem habet etiam doctissimus vir Theod. Beza, ac vt propediem in lucem edantur, sedulo curat. Cæteros quoq; qui quintum sequuntur vsq; ad decimum, in Sicilia superstitis asseruari audiuius. item apud Card. S. Crucis Romæ, & Augustæ Vindelicorum apud D. Ioan. Iacobum Fuggerum. Diodori Siculi bibliothecæ historicæ libri 15. de quadraginta. Decem ex his nunquam prius fuerant editi. Geneuæ apud Hein. Stephanum. Græce in folio.

Diodori Syracusani scripta à Plinio citantur, qui ex his quædam in lib. 3. & 5. Nat. historiae mutuatus est. Forfan idem cum Diodoro Siculo.

* Diodorus Tarsensis Grammaticus, inter eos numeratur à Strabone quorum scripta extant. Strabo 14.

Diodorus monachus, temporibus Iuliani & Valentis, episcopus Tarsi Ciliciæ: scripsit varia, vt Theodorus Anagnostes in Ecclesiastica historia meminit, quæ sunt: Interpretatio in totum vetus Testamentum, Genesim, Exodum, & reliqua. In Psalmos. In 4. libros Regum. In ea quæ in Paralipomenis desiderantur. In Prouerbia. Quod sit discrimen contemplationis & allegoriae. In Ecclesiasten. In Canticum Canticorum. In Prophetas. Chronicon quo erratum Eusebij Pamphili de temporibus corrigit. In quatuor Euangelia. In acta Apostolorum. In epistolam Ioannis Euangelistæ. Deum vnum esse in Trinitate. Contra Melchisedechitas. Contra Iudæos. De resurrectione mortuorum. De anima, contra diuersas de ea sectas. Ad Gratianum capita. Contra Astronomos & Astrologos & Fatum. De sphaera & septem zonis, & annuo astrorum progressu. De Hipparchi iphgra. De prouidentia contra Platonem. De Deo & Dijs. De natura et materia, vbi tractat quid iustum sit. De Deo & falsa Græcorum materia. Naturas quæ sub aspectum non cadunt, non ex elementis, sed vna cum elementis esse factas ex nihilo. Ad Euphroniû philosophum per interrogationem & responsionem. Contra Aristotelem de corpore cælesti. Quomodo calidus sit Sol. Contra eos qui animal dicunt esse cælum. Quomodo semper sit opifex, opificium autem non semper. Quomodo velle & nolere insit æterno Deo. Contra Porphyrium de animalibus & victimis. Suidas. Eundem contra Manichæos scripsisse testatur Nicephorus.

* Diodorus cognomento Valerius, philosophus, Teleclis discipulus, Alexandrinus, filius Polionis philosophi, qui scripsit Atticam dictionem. Vixit sub Hadriano Cæsare. Suidas.

Diodorus Zonas, Sardenis, orator, scripsit quædam quorum meminit Aeneas Syluius in descriptione Asiae.

Diodotus, Niger, & Petronius medici, Aesclepiadæ omnes, commentarios de vilitata materia medica scripserunt, &c. Dioscorides, Plinius lib. 20. cap. 8.

ta. 8. Petronius Diodorus (inquit) qui Antilegomena scripsit, in totum damnauit serin, multis modis arguens. Eundem Petronium Diodotum aliquoties libris quatuor sequentibus nominat, & Diodoti Empirica libro 20. cap. 12.

Diodotus Erythraeus Ephemerides Alexandri scripsit. Athenæus lib. 10.

Diodotus astrologus doctissimus, tempore Alexandri Aphrodisiæ, ut ipse scribit in commentariorum suorum in Meteora Aristot. libro primo. 10

Diogenianus Heracleotes, Ponticus, Grammaticus sub Adriano Imperatore. Considerandum autem est, an forte sit ille ex Albace Heraclea Ciria medicus, qui fuit omni doctrinæ genere eruditus. Neque enim manifestè reperi, eum esse ex Heraclea Ponti, quamuis in ea nonnulli opinione fuerint. Sunt autem hi eius libri. Omnis generis vocabula, ordine alphabetico libris quinque disposita: est autem Epitome vocabulorum è libris Pamphili 405. Zopyrionis epigrammatum florilegium. De fluminibus, lacubus, fontibus, montibus, promontorijs. De fluminibus ordine alphabetico breuis descriptio. Collectio & tabula omnium vniuersæ terræ urbium, & reliqua. Suidas. Idem scripsit Collectanea prouerbiorum siue paræmiarum vulgares, quæ extant Græce Romanæ in Vaticana: & Dictionarium simul & paræmiarum collegit, libro inscripto *ἑπιπέπτονιστος* teste Hezychio.

Ex Diogene quodam catharticum pituitæ Ac- 30
ius recenset.

Diogenes celeberrimus sophista, natus ex Abia ciuitate Phœnicia. Suidas, & Stephanus.

Diogenis episcopi Amisi hexastichon in tertio libro Florilegij Græci.

Diogenes Apolloniates, physicus, ex Apollonia Cretæ, librum physicum scripsit, cuius hoc initium ponit Laertius, Quicquid est quod dicere aggredior, opere precium videtur initium irragabile ponere. Citatur à Theophrasto, vbi de 40
generatione plantarum agit. Item à Plutarcho de placitis philosophorum. Meminit huius Hezychius, qui tradit eum dixisse, elementum vniuersi esse aerem, mundos esse extra numerum modumque, & inane infinitum, deinde aerem spissum aut rarefactum mundos gignere: è nihilo nihil existere, neque in nihilum corrumpi, &c. Vixit Anaxagoræ temporibus.

Diogenes, siue Oenomaus, Atheniensis, Tragicus, fuit sub id tempus, quo 30. tyranni profligati sunt. Fabulæ eius sunt, Achilles, Helena, Hercules, Thyestes, Medea, Oedipus, Chrysipus, & Semele, quam Athenæus citat. Quidam hæc omnia Diogeni Cynico adscribunt.

Diogenes Babylonius scripsit leges, & de nobilitate: Athenæus. præceptor fuit Antipatri, de quo Cicero in Officijs multa. Eundem libro de voce citat Laertius in Zenone.

Diogenes, siue Diogenianus, Cyzicenus, grammaticus, scripsit Instituta Cyzici patriæ. De 60
punctis librorum. De poetica. De elementis seu literis. Suidas. Stephanus verò Diogenes (inquit) Cyzicenus scripsit libros 7. de insulis patriæ. Idem libros eius de Cyzico citat.

Diogenes Tarsensis, Epicureus, scripsit Epito-

men Epicuri dogmatum moralium. Selectas scholas, siue Electorum libros, aut electarum opinionum, quorum 15. & 16. citantur à Laertio. Poemata in adolescentia composuit, maxima ex parte tragica, ut Strabo refert, lib. 14. Item de quæstionibus poeticis quas etiam soluere nititur.

Diogenis Laertij de vitis, decretis, & responsis celeberrimorum philosophorum lib. 10. Græci, primò excusit Basileæ apud Frobenium, 1533. Iisdem Ambrosio quodam monacho Italo interprete, Latini excusit Basileæ apud Curionem, 1524. Eiusdem liber *ἑπιπέπτονιστος* inscriptus, in quo de sapientibus omnibus & doctrina præstantibus viris, omnimetricorum genere carmina cõscripsit, sæpe ab ipso citatur in libris de vitis philosophorum. * Libri eius de vitis Philosophorum, ex antiquis codicibus emendati, à Ioan. Sambuco, Latine editi sunt Antuerpiæ à Plantino: & Græce atque Latine ab Hein. Stephano cum annotationibus, & Pythagoræ philosophorum fragmentis, &c. anno D. 1570.

Diogenes Sicyonius, Peloponnesiaca scripsit.

Diogenis Sinopenfis Cynici, vitam, dicta factaque, Diogenes Laertius lib. 6. describit: permultas quoque eius sententias Stobæus passim recitat, ut liquet ex indice: & Diogenis diatribas aliquando allegat, vbi eius dicta referuntur, nescio quo auctore conscriptas. Epistolas eius excudit Aldus, cum reliquis veterum Græcis epistolis, easdem Latinas Rainutio Florentino interprete, excudit Ioan. Oporinus Basileæ, in farragine epistolarum Laconicarum, anno D. 1554. in 16. Diogenis Cynici libri hi enumerantur à Laertio. Dialogi capitum, Ichtyas, Graculus, Pardus, Plebs Atheniensium, Respublica, Ars moralis, De diuitijs, Amatorius, Theodorus, Hypsias, Aristarchus, De morte, Epistolæ, Tragœdiæ 7. Helena, Thyestes, Hercules, Achilles, Medea, Chrysipus, Oedipus. Porro Socrates in primo successuum, & Satyrus in quarto de vitis, nihil eorum esse Diogenis affirmant. Tragœdiolas autem ait Satyrus Philisci Aegniensis esse, Diogenis discipuli. Sotion autem in septimo hæc sola Diogenis esse ait, De virtute, De bono, Amatorium, Mendicum, *ἑπιπέπτονιστος*, Pardum, Cassandrum, Cephalionem, Philiscum, Aristarchum, Sisyphum, Ganymedem, De vsu epistolas.

* Diogenes in primo Persicorum citatur à Clemente Stromaton 1.

Diogenitis Erithiaci scripta citantur apud Higinum.

Diognetus citatur à Plinio, qui in libro 13. Naturalis historię quædam ex eo transtulit.

Diomedis cuiusdam scripta allegantur à Plinio, qui ijs in 34. libro vsus est.

Diomedis Grammatici opus Ceruicornus excudit Colonie, 1518. deinde Ioannes Soter ibidem 1536. ab Ioanne Cæsario emendatum, scholijsque illustratum: adiectis Donati opusculis de octo orationis partibus, & de barbarismo, ab eodem recognitis, cum indice.

Diomedes Guidalotus, Bononiensis, Cõmentarios scripsit in eglogas Calphurnij & Nemesiani poetarum, vno volumine impressos Bononiæ, anno D. 1504.

*Job. Cas. 11
Ep. p. 21-25.*

Dion Cassius, cognomēto Cocceius, patria Nicæus, scripsit sub Alexandro Seuero Romanam historiam libris octoginta, per decades diuisis, gestam itidem Traiani, & Arriani philosophi vitam: item Persica, Getica, item Itineraria. Superest & epitome ab alijs facta, quorūdam Imperatorum ab eo descriptorum. De principe libri tres, & tractatus quidam in moralibus admodū parui. Dionis liber de vitis Cæsarium, Græce extat in Italia. Item Romanę historię Libri 20. nempe à 35. vsq; ad 54. Romę seruantur. Venetijs quoq; plures extant apud illustrem D. Diegum Hurradum à Mendoza Cæsaris Legatum, scilicet à trigésimo septimo vsq; ad 58. Præterea Georgius Merula historiã de conflagratione Vesui montis ex Dionis transtulit, quæ translatio cum Suetonio & alijs historicis Basileæ excusa est. Eiusdem Romanę historię libros 23. Græce excudit Robertus Stephanus, cum castigationibus Hein. Stephani filij sui. Eiusdem rerum Romanarū à Pompeio magno ad Alexandrum Mammeæ filium epitome, Ioanne Xiphilino authore, Græce excusa est Parisijs apud Rob. Stephanum, anno D. 1557. quaternionibus 45. Eadem Latine excusa est, Guilielmo Planco interprete, qui in præfatione testatur, Dionem præter historiam librum quoq; de somnijs & prodigijs conscripsisse. * Dionis Romanę historię libri 25. (nam duo vltimi in editione Parisiensi, hic in quatuor diuiduntur) de Græcis Latini facti Guilielmo Xylandro Augusto interprete. His accesserunt eiusdem annotationes, in quibus authoris huius quamplurima aut restituuntur corrupta, aut explicatur obscura loca. Additum est Ioannis Xiphilini è Dionis compendium, Guil. Planco Albiensi interprete: quæ versio ab eodem Xylandro diligenter est ubi oportuit castigata. Basileę apud Oporinum, anno 1557. in folio. Idem libri Dionis & Xiphilini Græci accurate ab eodē Xylandro emendati sunt. Epitome historię Dionis authore Ioanne Xiphilino, cum interpretatione Latina Guilielmi Planci, ab Hein. Stephano excusa est in 8.

Dion Colophonius, inter eos authores recensetur à Plinio ex quibus 8. 10. 15. 17. & 18. Naturalis historię libros confecit.

Dionis medici scripta citantur apud Plinium, qui illis in conscribendo Naturalis historię libro quarto vsus est.

Dion Prusæus, sophista & philosophus, Chrysofostomus cognomine, scripsit An mundus corruptibilis sit, Herculis & Platonis encomium, ad Platonem pro Homero lib. 4. De Alexandri virtutibus lib. 8. orationes 80. quas nuper Venetijs excusas habemus, ex editione Federici Turrisani, anno D. 1551. chartis 57. in octauo. Sunt autem hæc. Quatuor primæ de regno. 5. Libyca. 6. Diogenes vel de tyrannide. 7. Euboica vel de canū venatu. 8. Diogenes vel de virtute. 9. Diogenes vel Isthmica oratio. 10. Diogenes vel de seruis. 11. Troica de Ilio non capto. 12. Olympica vel de prima Dei cognitione. 13. In Athenis de fuga seu exilio. 14. & 15. De securitate & libertate. 16. De ægritudine animi seu tristitia. 17. De immodica plura appetēdi cupiditate. 18. De exercitatione orationis. 19. De sua ipsius auscul-

tatione. 20. Derecessu. 21. De pulchritudinē. 22. De pace & bello. 23. Sapientem beatum esse. 24. De felicitate. 25. De dæmone. 26. De consultatione. 27. Expositio horum quæ conuiujs intersunt. 28. Melancomas prima. 29. Melancomas secunda. 30. Charidemus. 31. Rhodiaca. 32. Ad Alexandrinos. 33. & 14. Tharsicæ. 35. In Cælenis vrbe Phrygiæ. 36. Borysthenica quam recitauit in patria. 37. Corinthiaca. 38. Ad Nicomedæos de concordia erga Nicæos. 39. De concordia consecuta ex dissensione cessante in Nicæa. 40. Ad Apamenses de concordia. 41. In patria de societate cum Apamensibus conflata. 42. Disputatio in patria. 43. Ciuilis in patria. 44. Beneuola ad patriam sibi honores decernentem. 45. Defensio quomodo se gesserit erga patriam. 46. Antequam philosophiæ incumberet in patria. 47. Concio in patria. 48. Ciuilis in concione. 49. Deprecatio imperij in Senatu. 50. De administrationibus in Senatu. 51. Ad Diodorum. 52. De Aeschylō & Sophocle & Euripide, vel de arcu Philocteræ. 53. De Homero. 54. De Socrate. 55. De Homero & Socrate. 56. Agamemnon vel de regno. 57. Nestor. 58. Achilles. 59. Philoctetes. 60. Nessus vel Deianira. 61. Chriseis. 62. De regno. 63. 64. & 65. De fortuna. 66. 67. & 68. De gloria. 69. De virtute. 70. De philosophia. 71. De philosopho. 72. De habitu. 73. De fide. 74. De incredulitate. 75. De lege. 76. De consuetudine. 77. & 78. De inuidia. 79. De diuitijs eorū qui in Cilicia sunt. 80. De libertate. Oratio eius ad Ilienses quod Ilium non sit captum, Latine excusa est Venetijs apud Bernardinum Venetum, Francisco Philelpho interprete. De poetis liber, & alia argumenta collecta, Græce seruantur Romæ. Dionis Orat. 80. Latine Naogeorgo interp. excusæ ab Oporino, Dionis Prusæi Getica citantur in historia Vngarica Antonij Bonfinij, tanquam extant. Verum Suidas à Dione Cassio Græca scripta esse, testis est.

Dion Syracusanus, Philosophus Platonicus, scripsit epistolas ad Platonem, & alios quosdam. Extat eius epistola ad Dionysium, prima inter Platonicas.

Dionis nescio cuius verba aliquando citat Stobæus, ex Chrijs, siue sententijs, Oeconomico & Charidemo.

Dionothus Auonius, Britānus, scripsit pro Britannorum ritibus ad Vuiciorum synodum lib. 1. Commentarios in scripturam, & alia. Claruit anno Domini 603.

Dionysides Tarsensis poeta, scripsit tragœdias, quarum meminit Aeneas Syluius in descriptione Asiæ.

Dionysiocles quidam dipnosophista, ab Athenæo introducit in Symposiacis.

Dionysius episcopus Alexandrinus, Origenis discipulus, scripsit de hæreticis rebaptizandis epistolas ad diuersos; ad Flavianum Antiochenę vrbis episcopum de pœnitentia: Epistolas, ad Romanos, ad Xistum, Philemonem, Dionysium Nouatianum, Didymum, Hieraclam, Hermammonem, Ad Laodicenses, de pœnitentia. Ad Origenem, de martyrio, De ordine delictorum. Ad uersu-

scripsit epistolas eloquentissimas ad Lacedæmonios, Athenienses, Nicomedenses, Cretenses, ad ecclesiam Amastrinam, ad Gnosianos, Pinytum, Soterem, & Chrysophoram sanctam fœminam. Floruit sub Imp. Ant. Vero & Commmodo.

* *Dionysius* Corinthius, versificator, scripsit Præcepta vitæ instituendæ, Causarum librum vnũ, Meteorologica, Commentarium in Hesiodum soluta oratione. Orbis descriptionem versibus. Eadem reperi & in Dionysio qui de Gemmis scripsit, vter igitur sit author ignoro. Suidas. Porro de Gemmis scripsit Afer cuius est Orbis descriptio.

* *Dionysius* Coroneus Parisijs Regius lector, Geoponicorum libros Cōstantino Cæsari inscriptos in Latinam linguam vertit. Idem præfatur in Actuarij librum de compositione medicamentorum, à Io. Ruellio translatum, & post mortem eius à se recognitũ. Excusus est Lutet. & Basileæ.

Dionysij cuiusdam epigrammata Græca, tria vel quatuor in primo & tertio libris Anthologij habentur. *Dionysij* Cyziceni in Eratosthenem hexastichon, ibidem libro 3.

Dionysij Sophistę distichon & hexastichon, ibidem libro septimo.

Dionysius abbas Romanus, cognomento Exiguus, scripsit Latino sermone Cyclum paschalẽ magnum lib. 1. annorum 532. De ratione festi paschalis lib. 1. Translulit autem de Græco in Latinum vitam S. Bachomij abbatis, Librum quoque Gregorij Emiseni de conditione hominis, & scripta Proterij Alexadrini episcopi ad Leonem Papam, Procli episcopi Constantinopolitani de fide epistolam Latinam fecit, præfatusque est ad Felicianum & Pastorem. Henricus Petrus excudit Basileæ 1528, in Antidoto contra hæreses. Clauit anno Domini 540.

Dionysij Fontanoni medici montis Pessulani libri quatuor de morborum internorum curatione, Lugduni apud Frellonium, anno 1550, in 8. *Fontanoni* Practica excusa etiam est ab Antonio Vincentio.

Dionysij Halicarnassei antiquitatum, sue originum Romanarum libri vndecim, à Lapo Biringo Florentino versi, ac per Henricum Glareanum emendati, & illustrati annotationibus, & Chronologia temporũ in *Dionysij* historia comprehensorum: excusi Basileæ in officina Frobeniana, anno 1532. & anno 1548, à Sigismundo Gelenio versi. Idẽ scripsit de characteribus antiquorum oratorum. Præterea de compositione orationis & elocutione, quomodo fiant epithalamia, epitaphia, panegyrica, quæ Theodorus Gaza in Latinum conuertit. Præcepta de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia, & de epithalamijs: ex M. Antonij Antimachi translatione, excusa sunt Basileæ apud Robertum Vuinter, 1539. Eius artem Rhetoricam Aldus excudit Græce in volumine 12. rhetorum. Extrat etiam libellus De idiomatis apud Thucydidem, ab initio Thucydidis Græci impressus. Et de Isocratis orationibus sententia, cum eisdem impressa. *Dionysij* Halicarnassei antiquitatum Romanarum libri decem, Græci ex bibliotheca regia, excusi sunt Parisijs à Rob. Stephano, anno D. 1547. in fol. char. 136.

F. P. Man. l. 8. Ep. p. 266.
267.

Eiusdem de compositione seu orationis partium apta inter se collocatione ad Rufum. Eiusdẽ artis rhetoricæ capita ad Echecratem. Item quo genere dicendi vsus sit Thucydides ad Ammæum, Ibidem Græce excusa sunt in folio chartis 33. Liber de collocatione Græce etiam excusus est Aratorati cum libello Ioan. Sturmij de periodis. Eiusdem de nuptiali & natalitia orationibus præcepta, Theodorus Gaza translulit, quæ alicubi manuscripta extant. * Eiusdem Responsio ad Cn. Pompeij epistolam, in qua ille de reprehensio ab eo Platonis stylo conquerebatur. Eiusdem cõparatio Herodoti cum Thucydide, & Xenophontis, Philisti, Theopompi inter se. Eiusdem ad Ammæum epistola aduersus eos qui Demosthenem ab Aristotele præcepta eloquentiæ didicisse contendebant. Eiusdem De præcipuis linguæ Græcæ authoribus elogia. Geneuæ apud Henricum Stephanum in octauo Græce. Eiusdem de Thucydidis historia iudicium ad Aeliũ Tuberonem, ab Andrea Duditio in linguam Latinam conuersum, Aldus excudit in 4. Eius liber in *πρωτῆς Θουκυδίδου ἱστορίας* habetur in bibliotheca Strozæ, nescio an alius à superiore. Liber de Isæo & Dinarcho Græce Romæ extat in Vaticana.

Dionysius Halicarnasseus, qui sub Adriano Cæsare floruit, scripsit Commentarios rhythmicos libris 24. Musicæ historiæ lib. 36. in quibus tibicinum, citharædorum, & poetarum variorũ meminuit. Musicę disciplinæ, aut Diatribarum, id est, exercitationum libros 22. De ijs quæ Musicę dicta sunt in Politia Platonis, lib. aliquot. Suidas. * *Dionysius* Holkam in Nordouclcarum satrapia natus, congescit Formalitates Logicales lib. 1. Obijt anno D. 1466.

Dionysij lambi liber De dialectis sæpe ab Athenæo citatur.

* *Dionysius* *νεγρός*, non gibbus, sed ex Cyro vrbe Aegypti, clarus medicus, citatur à Stephano.

* *Dionysius* Lambinus, Monstroliensis, Regius professor Parisijs, Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libros 10. doctẽ & eleganter Latinitate donauit, impressi sunt Venetijs, Parisijs & Basileæ. Item Aemylij Probi librum de claris Imperatoribus, Lucretium & Horatium doctissimis commentarijs illustrauit, & idem nunc in Plautum præstitit. Ciceronis libros emendauit & annotationes addidit: è quibus Epistolæ ad Atticum, Brutum & Q. Fratrem: item Officia cum ipsius annotationibus à Plantino edita sunt. Audio etiam Politicam Aristotelis ab eo in Latinã linguã conuersa esse. Alcinoũ de doctrina Platonis in Latinam linguam translulit, & annotationes adiecit. Scripsit etiam commentarios in Corneliũ Tacitum, & Demosthenis orationes Latinas facere cõperat, & Plautum commentarijs illustrare, cæterum an hæc absoluerit ignoro. Obijt Parisijs, anno D. 1572.

Dionysij Lepti liber Exegeticus citatur ab Athenæo.

Dionysius Leuctricus citatur ab Athenæo libro decimotertio.

* *Dionysij* Licarnæ liber, qua ratione historiarum Latine tum Græcæ, intelligendę, iudicandę ac legendę sint. Venetijs 1571, quarto.

Dionysij

Dionysij Longini opuscula de magnitudine orationis, & de aciebus bellicis, & *αἰετὸς ἐπιτομὴ νόστος*, liber imperfectus, Græce seruatur Romæ & Venerijs, & in Gallia. Liber de magnitudine orationis Græce & Latine impressus extat.

Dionysius Metathemenus appellatus, Stoicus primò philosophus, verum cum in oculorum dolore incidisset, à Zenone defecit, & ad Cyrenaios se contulit, voluptatem finem dicens, scripsit de sedatione perturbationum lib. 2. De exercitatione 2. De voluptate 4. De diuitijs, & gratia & cruciaru. De hominum vsu. De felicitate. De antiquis regibus. De his quæ laudantur. De barbaricis consuetudinibus. Laertius.

Dionysius Milesius historicus, scripsit de rebus gestis post Darium libros 5. Descriptione orbis, Persica sermone Ionico, Troicorum libros tres, Mythica, Cyclum historicum libris 7. Suidas.

Dionysius Mitylenæus, versificator, Scythobrachio & Sutor dictus: descripsit Bacchi & Mineræ expeditionem, Argonautas libris sex soluta oratione, Fabulosa ad Parmenionem. Suidas.

Dionysius Nestor, scripsit Dictionarium.

Dionysius Olynthius, vetustissimus scriptor, citatur à Tatiano.

Dionysius Siciliae tyrannus, scripsit tragædias & comædias, & historica. Suidas.

Dionysius Siculi tyranni filius, & ipse tyrannus philosophus, reliquit epistolas, & librum de arminibus Epicharmi. Suidas. Athenæus citat Dionysij tyranni Adonin & epistolas, incertum autem est an patris an filij fuerint.

Dionysij cuiusdã comædia, Legislator, citatur ab Athenæo libro 9. Videndum an Sinopensis an Siculi tyranni fuerit. Idem inter Opsartyticorum scriptores Dionysium numerat, ac fortè idem est qui & comædiã scripsit, nam versibus illis quos 39. opior adducit, coquus artẽ suam laudib. celebrat.

Dionysius quidam Philadelphus, propter styli ac sermonis improprietatẽ vocatus Diacenus, 40 fertur author esse *ἰουδαικῶν*, quæ Dionysio Alexandrino seu Afro inscribuntur.

Dionysius Rykel, aliàs Leupis, natione Germanus, ordinis Carthusien. scripsit in omnes veteris et noui Testamenti libros cõmentaria. Item super Sentent. lib. 4. Expositionis hymnorũ li. 1. in 7. Psalmos pœnitentiales lib. 1. De documẽtis autenticis lib. 1. Expositionis missæ lib. 1. Dialogum de celebratione lib. 1. De cõmunione lib. 1. Compendium philosophiæ lib. 1. Compendium Theologiæ lib. 1. Dialogum philosophi & theologi lib. 1. Super lib. B. Dionysij lib. 4. Super 11. epistolas eius lib. 1. In lib. Ioan. Climaci lib. 1. Super Boetio de cõsolatu lib. 5. Sũmarium partium S. Thomæ lib. 1. Sermones de tẽpore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Sermones ad religiosos tẽporis lib. 1. Ad eosdem de sanctis lib. 1. De sacramento sermones 6. lib. 1. Expositionis Dominicæ passionis lib. 1. Meditationes Dominicæ passionis li. 1. De laudibus Dei lib. 1. De laudibus S. Mariæ lib. 4. De fonte salutis & semitis vitæ lib. 1. De lumine Christianæ theoriæ lib. 1. De venustate mudi li. 1. De natura æterni & veri Dei lib. 1. De diuina essentia lib. 1. De distantia perfec. diuinæ & humanæ lib. 1. De felicitate animæ lib. 1. De beneficijs

Dei lib. 1. De mutua sanctorum agnitione lib. 1. De donis Spiritus sancti lib. 1. Cordiale prænotatum lib. 1. De custodia cordis lib. 1. De gaudio & pace interna lib. 1. De via purgatiua li. 1. Dial. de fide catholica lib. 1. Dial. Christiani & Sarraceni lib. 1. Contra Magos & Vualden. lib. 1. Contra superstitiones lib. 1. De vitijs & virtutibus lib. 1. Contra ambitione lib. 1. Contra Sarracenos lib. 3. De grauitate peccati lib. 1. De contemptu mundi lib. 1. De modo iudicandi & corripiendi lib. 1. De remedijs tentationũ lib. 1. Speculum peccatoris lib. 1. De 4. nouissimis lib. 1. De reformatione interna lib. 1. De iudicio particulari lib. 1. De passionibus animæ lib. 1. De discretione spirituum li. 1. De profectu charitatis lib. 1. De perfectione charitatis lib. 1. Inflammatorium diuini amoris lib. 1. De contemplatione lib. 1. De oratione lib. 1. De meditatione lib. 1. Sonus epulantis lib. 1. De modo agendi processiones lib. 1. De eleuatione mentis in Deũ lib. 1. De autoritate papæ lib. 1. De potestate & iurisdictione papæ lib. 1. De autoritate concilij lib. 3. De reformatione ecclesiæ lib. 1. Contra symoniam lib. 2. De reformatione claustralium lib. 1. Contra pluralitatem beneficiorum lib. 1. De regulis vitæ Christianorũ li. 1. De reformatione monialium lib. 1. De professione religiosorum lib. 1. Exhortatorium nouitiorũ lib. 1. De vita & regimine præsulum lib. 1. De institutione ordinis Carthusiensis lib. 1. De laudibus eiusdẽ lib. 1. De visitatione claustraliũ lib. 1. De vita canonicorũ lib. 1. De disciplina scholarium lib. 1. De vita militariũ lib. 1. De virginitate lib. 1. De officio archidiaconorũ lib. 1. De officio legatorum lib. 1. De regimine prælatorũ lib. 1. De vita & regimine curatorum lib. 1. De vita nobilium lib. 1. De regimine principum li. 1. Dial. inter Christũ & principem lib. 1. Dial. inter Christum & principissam lib. 1. De regimine politiũ lib. 1. Dial. inter Iesum & puerum lib. 1. De viduarum vita li. 1. De vita coniugaliũ lib. 1. De vita inclusarum li. 1. De officio mercatorum lib. 1. De vita solitaria lib. 1. Dial. inter Christum & sacerdotẽ lib. 1. Contra proprietatẽ monachorum lib. 1. Apocalypsis sibi factæ lib. 1. Epistolarũ ad principes lib. 1. Annotationes suorũ operum lib. 1. Epistolarũ ad diuersos lib. 1. Collationes pro Capitulis 3. & alia multa nobis inuisa. Deniq; libros Io. Casiani, ad faciliorem stilum propter simpliciores fratres rededit. Eius cõmentarij super totam scripturã, typis excusi Colonie apud Quetel typographum, & pleraq; illic excusa seorsim venduntur, cum in vtrũq; Testamentũ, tum alia. Monopanton eius ex omnibus epistolis Pauli librum 1. secundum argumenta digestũ, Gryph. excudit Lugd. 1547. in 16. Claruit anno D. 1471. Eiusdem liber de 4. hominis nouissimis, De morte, Iudicio, Inferni pœnis, & Gaudijs cœli: Item colloquium de particulari iudicio animarũ, excusa sunt Antwerp. apud Io. Steelsium. Dionysij Carthus. cõmentarij in Dionys. Areopagitã, Enarrationes in Epistolas & Eũang. Dialogi de fide catholica, Cõtra Alcoranum lib. 5. & alia quædam excusa sunt Coloniae, Scalæ religiosorũ pentateuchus. Antwerp. apud Io. Bellerũ 1556. in 16. Enarrationes in 4. Eũangelia summa diligẽtia castigatę. Venet. 1569.

Summa fidei. Antuerpiæ 1569. & Venetijs tomis duobus in decimo sexto.

Dionysij Papæ decreta, in volumine Decretorum, & 4. Conciliorum impresso Coloniae.

Dionysius Musonij filius, Rhodius aut Samius historicus: fuit ibidē fani Solis sacerdos. Scripsit Historias locorū lib. 6. Orbis descriptionem. Historiæ institutionis li. 10. Existimo Dionysium qui orbē descripsit, Byzantinum fuisse, propter fluuium Rhebanī. Suidas: qui in eo recte iudicat, quod orbis descriptionem perperam huic tribui putat, verum quod eum qui orbē descripsit Byzantinum putat, alijs iudicandum relinquo.

* Dionysius Samius fertur author esse Bassaricorum quæ à quibusdam Alexandrino siue Afro in scribuntur: nam propter stylum incultum, indigna esse existimarunt Dionysio, Eustachius in comment. in Dionysium. Athenæus lib. 11. bis citat Dionysium Samium, in ijs quæ de Cyclope scripsit, & in libro 6. de Circulo: videtur autē locus hic mendosus esse, & de Cyclope legendum esse, nam utrobique idem commemoratur Vlysses cymbium vini meri Cyclopi porrexisse.

* Dionysius Sidonius citatur à Varrone libro 9. de lingua Latina.

* Dionysij Simplicis liber de compositione humana, & alia opuscula, Græce habentur in bibliotheca regis Gallorum.

Dionysius Sinopenis comicus, in libr. qui homonymos inscribitur citatur ab Athenæo li. 14. 30 Eodē libro citatur eius fabula Acontizomenos, & libro 11. Sezusa.

* Dionysij Thracis Grammatica Græca habetur in bibliotheca Diegi Hunyadi & Suetæ. Vide Dionysius Alexandrinus.

Dionysius Tryphonis filius scripsit De nominibus: citatur ab Athenæo & Stephano.

Dionysius scriptor *ἑρμῆς* memoratur M. Varone de re rustica libro 1. & a Scruio in. Georg. Plinius, Dionysium effigies herbarum pinxisse, ait, atque effectus subscripsisse. Idem sæpe in plantarum mentione Dionysij medici autoritate vitatur, libris 12. 13. 21. & septē deinceps, & Sallustij Dionysij medici lib. 32. cap. 7. Dionysij *ἑρμῆς*, Nicandri in Theriacis, Scholiastes adducit.

Dionysius Vticensis, cuius *ἑρμῆς* citatur à Stephano, non alius videtur esse quàm Celsius Dionysius Vticensis Magonis interpres: & hunc putato esse Dionysium qui à Plinio & Nicandri Scholiaste citatur. Sunt autem libri Celsij Dionysij 50 impressi ab Ant. Vincentio Lugduni.

Dionysidori Træzeni scripta citantur apud Plutarchum in vita Arati.

Diophanes quidam author Græcus in Constantini Geoponicis citatur, & fragmenta quædam eius cum Absyrto & reliquis mulomedicis Græcis habentur, ut in Absyrto diximus. Diophanes Niceensis citatur à Plinio libro decimo Naturalis historiæ. Item Diophanes, qui ex Dionysio Magonis translate epitomen fecit, ab eodem adducitur 8. 10. 14. 15. 17. & 18 libro.

* Diophantus Arabs orationem funebrem in mortuum Proæresium habuit. Citantur etiam Diophanti Politica à Stephano in Libyftini.

Diophanti scriptoris Græci Arithmetices libri

duo (aliàs sex) cum scholijs Max. Planudis, & aliterius innominati, Harmonica, & quædam de numeris polygonijs: omnia Græce seruantur in Italia. Diophanti tredecim libros subtilissimos nemo vsq; hac ex Græcis Latinos fecit, in quibus flos ipse totius Arithmetices lateret, ars videlicet rei & census, quam hodie vocant Algebram Arabico nomine: Ioannes Regiomontanus. Extant hi libri Romæ in Vaticana bibliotheca. Arithmetica Diophanti nuper Latinam fecit Guilielmus Xylander.

Diophanti Lacedæmonij scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Dioscorides, vide Pedacius.

Dioscoridis librum secundum de Lacedæmoniorum republica, Athenæus libro 4. allegat.

Dioscoridis cuiusdam epigrammata Græca tredecim leguntur in Florilegio Græco: vndecim in tertio libro, in primo & secundo singula.

Dioscori epistola ad D. Augustinum, super quibusdam Ciceronis dialogorum interrogatiunculis inquirens, extat numero quinquagesima quinta inter D. Augustini epistolas.

* Dioscorides de institutis apud Homerum: à Camerario inter Homeri interpretes numeratur.

* Dioscorus Alexandrinus Eurychianam hæresim defendit, quæ etiã quandoq; ab eo cognomē accepit: sæpe eius mentio fit in ecclesiastica historia & concilijs, verum quid scripserit non est proditum quod sciam.

Diosippus (vel Dioxippus) Atheniensis comicus, Fabulæ eius sunt Leno, Auarus, Historiographus, Hæredipetæ, Suida auctore.

* Diotimus Adramyttenus, Grammaticus, docuit in Gargaris vrbe Troadis, Stephanus, qui etiam Arati carmen in eundem adducit. Idem citat Diotimi libros sexagintaquinque variarum lectionum.

* Diotimus Stoicus, scripsit aduersus Epicurum, easq; quæ Chrysippi seruntur epistolas, sub eius nomine composuit. Laertius in Epicuro.

Diotimi epigrammata Græca sex in Florilegio, quatuor in 3. libr. (quæuis de vno, an Leonidæ sit dubitetur) in primo singula.

Diotimos duos, alterum Atheniensem, alterum Olympeum, Athenæus libro 10. nominat.

Diotimus citatur à Plinio, qui quædam ex eo in 28. Naturalis historiæ librum transtulit.

Diotogenis Pythagorici fragmenta 2. satis magna ex libro de Regno, leguntur apud Stobæum in admonitionibus de regno.

Diphili Carystij, medici, ut videtur, sententiam de cucumere Athen. citat, statim ab initio libri 3.

Diphili Comici fabulas 33. varijs in locis Athenæus allegat: Earum nomina continentur in aucthorum indice, qui Athenæi libris Græcis Basileæ impressis præfigitur. Stobæus quoq; passim huius poetæ testimonijs vitur. Scripsisse dicitur hic Diphilus fabulas centum, & integrum poema in Beedam philosophum. Versus eius adducuntur à Clemente Alexand. 5. libro Stromaton. à quo ut etiam ab Eusebio Pamphili *ἑρμῆς* nominatur. Eadem ferè ætate cum Menandro floruit.

Diphil

Diphili cuiusdam scripta citantur apud Plutarchum in vita Niciæ.

Diphili Laodicensis liber de Nicandri Theriacis, allegatur ab Athenæo. In catalogo qui præponitur Claudiani commentarijs per Ianum Parrhasium, sic legimus: Interpretes Nicandri, quem pro *Diphilo* quidam citant.

Diphilus Siphnius aliquoties allegatur ab Athenæo: scripsit autem de alimentis, quæ sanis & ægris offeruntur.

Dius Pythagoricus librum de pulchritudine scripsit, cuius fragmentum legitur apud Stobæum in Laude pulchritudinis.

Dius in Phœnicijs historijs integerrimus approbatus est: Iosephus libro 1. contra Appionem, ubi etiam fragmentum ex historia *Dij* legitur, de Solomone & Hyramo.

Diyllus Atheniensis, libris 27. Græciæ & Sicilia facta recensuit, auspiciatus à bello sacro, siue ab illis temporibus quibus Callisthenes cessauit. *Diodorus Siculus* lib. 16. Idem citatur Athenæi libro 13.

Dolobella epistola ad Ciceronem libro 9. Familiarium Ciceronis epistolarum extat.

* *Dolus* Mendesius, Aegyptiæ gentis, citatur à Columella libro 11. Videtur autem Georgica vel Cæpurica scripsisse.

Domicij Palladij Sorani, Epigrammatum libelli, Elegiarum libellus, Genethliacò urbis Romæ, impressa sunt Venetijs apud Ioan. Baptistam de Sessa, anno D. 1498. quaternionibus 16.

* *Dominicus* Archingnanus scripsit de ponderibus & mensuris, & Græcorum, Arabum, ac Venetorum pondera conciliare studet.

Dominicus Bolanus, natione Venetus, edidit opusculum in signe contra Marianæ puritatis detractores, De conceptione S. Mariæ lib. 1. Claruit anno D. 1484.

Dominici Bucij, Carmignolij, medici Pedemontani, quæ sita quatuor medicinalia, iuxta Hippocratis & Galeni mentem examinata, circa alui purgationem circa annum 14. à morborum principio, in morbi augmento: item an phlebotomia utendum in quolibet morbo magno. Venetijs Ioannes Gryphius excudit anno 1551. octern. 5.

* *Dominici* Burgauer, medici, questio utrum articularis morbus, podagra dicta, curabilis sit.

Dominici Cardinalis de Iacobatijs, de concilio tractatus excusus est Romæ apud Anton. Blaudum, anno 1538.

Dominicus Castellus, transtulit Galeni librum de adumbrata figura Empirici, impressum cum operibus Galeni Venetijs in officina Io. Farrei.

Dominicus de Dominicis, patria Venetus, Torcellanus & Brixianus episcopus, scripsit Orationes de diuersis lib. 2. Libellum ad Pium II. PP. titulo, Reformatio curiæ Romanæ: & multos tractatus. Claruit anno D. 1478.

Dominicus Finot, musicus, modulationes quædam composuit, quæ sub titulo fructus cum alijs quibusdam Venetijs impressæ sunt apud Hieronymum Scotum, anno Domini 1549. Eiusdem Psalmi quatuor vocum, cum duobus magnificentat. Venetijs in quarto, 1563.

Dominicus de Flandria, ord. frat. Prædicatorum

scripsit quæstiones metaphysicales. Quæstiones 20. in comment. Tho. Aquinatis super libris posteriorum analyticorum Aristot. & Quæstiones 27. in opus Fallaciarum eiusdem, excusas Venetijs, anno 1496, cum commentarijs ipsius Thomæ in eisdem Aristotelis libros, & in librum de Enucciatione. Item quæstiones & annotationes in Aristotelis libros de anima: excusas Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti, 1503. cum Thoma Aquinate in eisdem. Floruit anno D. 1512.

Dominicus de sancto Germinatio, iureconsultus, scripsit in Iure canonico, Super 6. Decretalium lib. 2. & varias declarationes. Item Repertorium in iure, & super secundo ac tertio Decretalium commentarios, qui extant Venetijs: & in Rub. 2. Decret. ut litæ non contest. Lecturam super decreto, & de iudic. item Consilia in iure. typis excusa Lugduni anno D. 1541. in folio. Floruit eodem tempore, quo Paulus de Castro, & Ioannes de Imola.

Dominicum de S. Georgio Canonistam, Angelus author Summæ Angelicæ allegat.

* *Dominicus* Greniæ, de patria Tolosana, Dominicanus, episcopus Appamiensis, scripsit in Peritæuchum lib. 5. In libros historiales Bibliorum lib. 6. & alia.

* *Dominici* Leoni Lunensis, methodus curandi febres tumoresq; præter naturam, ex Græcorum placitis deprompta. Bononiæ 1562. in 4.

Dominicus Machaneus orator, scripsit annotationes in Suetonium de viris illustribus, impressas Argentiniæ apud Ioan. Knoblauch, anno Domini 1510. Idem scripsit Benaci lacus chorographiam.

* *Dominici* Magielli Musici, primus liber Madrigalium, quinque vocum, Venetijs apud Gardanum, anno D. 1567.

Dominicus Mancinus, Theologus, scripsit elegantissimo metro De passione Domini lib. 1. De quatuor virtutibus, earundemq; officijs carmine elegiaco: librum excusum cum alijs Basileg, anno Domini 1543. & Antuerpiæ 1559. duodecimo. Floruit anno D. 1494.

* *Dominici* Marij Nigri, Geographiæ libri vnde cum impressi Basileæ ab Hein. Petri in folio.

* *Dominicus* Martinus de Sospitello adnotamenta fecit adiecta Pandectis medicinæ.

Dominicus Melguitius, scripsit Commentarium rerum gestarum Philiberti à Chalon Aurgiorum principis, cum vita Petri Terralij Bayardi, Panegyricis, & Epitaphijs: liber excusus Basileæ apud Robertum Vuinter.

Dominicus Montefaurus, Veronensis, Aristotelis commentarium de admirandis auditionibus, in Latinam linguam transtulit, Venetijs excuderunt Iuntæ cum reliquis Aristotelis & Auerrois etiam operibus, anno D. 1552. Idem Galeni commentarium de comate secundum Hippocratis sententiam ex Græco exemplari & antiqua versione restituit, excusum Venetijs apud Iuntas cum reliquis Galeni operibus. Transtulit præterea Galeni librum De tremore, palpitatione, conuulsione & rigore.

Dominicus monachus ordinis Carthusien. dominus S. Albani propè Treuerim, natione Prus

thenus, scripsit quædam è quibus extant: Volu-
men quod prænotauit Sonus epulantis, eo quod
ipsum comedendo fermè & ruminando in soli-
tudine cellæ suæ ediderit. Aliud quod prænota-
re voluit Coronâ beatæ Mariæ, in quo vitam ip-
sius lapidibus pretiosis comparat. Item librum
experientiæ, in quo varias reuelationes sibi diui-
nitus factas interferit. Vidi olim & alia ipsius
quædam opuscula, quorum titulos à memoria
tulit obliuio. Floruit anno D. 1460. Trit. de scri-
ptoribus Germaniæ.

Dominicus Nanus Mirabellius, ciuis Alben-
sis, scripsit Polyantheam, opus vtilissimum, quod
partim instar lexici literarum ordine dictiones
non paucas explicat, partim de virtutibus, vitijs,
& alijs communibus locis, omne genus scripto-
rum sententias adfert. Excusum Basileæ apud
Adamum Petrum, anno 1512, & Colonia 1539.

Dominici Parisiensis cuiusdam Geometricum
opus extat de commensurationibus.

Dominici de Portu, Hispani, Super 2. Inforciati,
De vsu & vsu fructu leg. 1 si alij.

Dominici Soto, Segobien-
sis, ordinis Prædica-
torum, Cæsaræ maiestati à sacris cõfessionibus,
Commentaria in 4. Sententiarum, Venetijs an-
no 1569. in 4. & 1573. De iustitia & iure commen-
tariorũ lib. 10. excusi Lugd. in fol. In Porphyrij
Isagogen, Aristot. Categorias, librosq; de demõ-
stratione absolutissima commentaria. Venetijs
anno 1573. Item in epistolam Pauli ad Romanos
commentaria. Item de natura & gratia lib. 3 vnâ
cum Apologia contra Catharinum episcopum,
excusa Antuerpiæ per Io. Steelsius, anno 1550.

Domitius Calderinus, Veronen-
sis, scripsit com-
mentaria in Statij Syluas, Venetijs excusa. Item
in Iuuenalem, Martialem, Suetonium, Ibin Na-
sonis, Epistolas Ciceronis, Aduersus Protheum
Grammaticum, Epistolarum librum, Orationes
varias. Pausaniæ historici Attica & Corinthiaca
ex huius versione Rob. Vuinter excudit Basileæ.
Scripsit & aliquot libros Obseruationũ, siue An-
notationum in varios auctores. Cõmentarij eius
in Ibin Ouidij, impressi sunt in folio, anno 1495.
Mediolani, cum Ant. Volsci commentarijs in He-
roides Ouidij. Claruit anno D. 1477.

* *Domitij* Callistrati de Heraclea liber 4. & 6.
citantur à Stephano de vrbibus.

Domitius Caluinus citatur à Plinio 11. & 18. Na-
turalis historiæ libro.

Domitius Corbulo, ab eodem quinto & sexto
libro adducitur.

Domitij Marini, Veneti, Philosophi & Physi-
ci carmina excusa sunt Venetijs apud Aldi filios
anno D. 1550.

Domitij Marfi veteris poetæ fragmenta quæ-
dam apud Suetonium & Petrum Crinitum ap-
parent. Scripsit autem epigrammata & opus A-
mazonida inscriptum, de quo Valerius Martia-
lis hoc carmine meminit, Quam leuis in tota
Marsus Amazonide. Meminit eius etiam Qui-
dius & Arbitr Petronius.

* *Domitij* Ramazotti, Musici, Psalmi aliquot ad
vesperas dierum festorum & solennium canta-
ri soliti, cum vno Magnificat quinque vocum.
Venetijs apud Gardanum anno D. 1567.

Domitius Vlpianus, Alexandri principis magi-
ster & Consiliarius, reliquit ingètem numerum
librorum, quibus potissimum referra sunt Iustiniani
Digesta, decem libros pro tribunali, siue
omnium tribunalium, totidem de Officio pro-
cos. ad Edictum 83. ad Leges 20. Regularum 7.
Fideicommissorum 6. De adulterijs quinque De
appellationibus quatuor. Ad Sabinum lib. opi-
nionum 6. De officio Cos. 3. Responsorum 2.
De censibus 6. Institutorum 2. Singulares 7 De
sponsalibus, De officio præfecti vigilum. Præ-
toris tutelaris, Quæstoris. Regularum rursus.
De officio præfecti vrbis, De officio curatoris
Reipublicæ. Publicarum disceptationum. Hæc
ex Bernardino Rutilio, apud què plura de huius
authoris vita legito. Alibi inuenio nominatos
eius libros, Ad Sabinum 51. Ad ædilium curu-
lium edictum libri 2. Pandectas De excusatio-
nibus tutelarum. Cæterum libri publicarum
disceptationum, aliàs inscribuntur Quæstio-
num, aliàs Disputationum.

* *Domitius* Philosophus, natione Syrus, ex Lao-
dicea vrbe Syriæ, discipulus Syriani, Procli con-
discipulus, vt ait Damascius. Vir fuit cum in ma-
thematicis disciplinis probè versatus, tum in re-
liqua philosophia exercitissimus. Itaque multa
Platonica suis sententijs euerit atque corrup-
pit. Proclo tamen illius corruptelæ atque exagi-
tationis iustas persoluit pœnas, qui librum inte-
grum aduersus eum scripsit Repurgatorem do-
gmatum Platoniorum vt est in inscriptione.
Suidas, apud quem plura de Domnini vita &
moribus leguntur. * Domnini philosophi La-
rissæ (fortè Laodiceæ) Arithmetica Græca ex-
tat in bibliotheca regis Gallorum.

* *Donakamenus* Cambrius, Britannus, scripsit
de sua Britannia, Versus vaticinales libro vno.
Balcus.

Domocridis scripta citantur apud Fulgentium
in Mytholog.

Donatuli à Caspe verba apud Cyprianum
in sententijs Episcoporum de hæreticis baptiz-
zandis.

Donatus, vide Aelius Donatus.

Donatus, à quo Donatiani, sub Constante Com-
stantinoque principibus, scripsit multa ad suam
hæresim pertinentia, & de Spiritu sancto librum
Arriani dogmatis.

Donatus quidam author epistolæ secundæ &
duodecimæ, cum aliquot alijs coepiscopis, libro
primo epistolarum Cypriani.

Donatus Acciaiolus, ciuis Florentinus, conuer-
tit ex Plutarchi vitis Annibalem, Scipionem Af-
fricanum, Alcibiadem, & Demetrium. Scripsit
etiam vitam Caroli magni, quæ Plutarchi vitis
iungitur. Commentarios iustos in Ethica Ari-
stotelis ad Nicomachum reliquit, doctè & elegã-
ter conscriptos: qui primum Florentiæ, deinde
Parisijs excusi sunt. Eiusdem commentaria in li-
bros Politicorũ Aristot. edita sunt Venet. 1569.

Donati Antonij ab Altomari, philosophi &
dici Neapolitani Methodus de alteratione, con-
coctione, digestionem ac purgatione, ex Hippocra-
tis & Galeni sententia. Venetijs excudit Ioannes
Gryphius, anno 1547. octernion. 9. & dimidio.

* Ars

* *Arts medica de medēdis humani corporis* ma-
lis Neapoli 1553. & Lugduni apud Io. Frelloniū
1559. Eiusdē Opuscula nonnulla, nunc primū in
vnum collecta & recognita: quibus vltimo acce-
dit de sanitatis latitudine tractatus &c. Venetijs
apud Ioan. Antonium Salernitanum 1570. in
quarto. Eiusdem De medendis febribus. Neapo-
li in quarto.

Donatus Bosius, cuius Mediolanensis, scripsit
Chronica, siue Conditionum & mutationū hu-
manarum libros, ab initio mundi vsque ad sua
tempora. Item de episcopis & archiepiscopis Me-
diolanensibus vsque ad annum 1489. Volumen
impressum Mediolani per Antonium Zarocū,
anno 1492.

Donati à Cibaliana, verba extant apud Cypria-
num in sententijs episcoporum de hæreticis bæ-
ptizandis.

* *Donatus Gallus*, bonæ fidei historiographus,
scripsit historiam quādam, lib. 1.

Donati Veneti ad Iulium secundum pontificē
Maximum oratio, excusa est in Italia. Vide Hie-
ronymum Donatum.

Donatus Veronensis Eusebij libros de euange-
lica demonstratione ex Græca lingua in Latinā
transulit. Forte Bernardinus Donatus.

* *Doracus* Francorum vates insignis, post Ode-
marum pontifex, historiam continuauit, lib. 1.

* *Dorachus* Mathematicus, Anglus, scripsit tra-
ctatum de occultis, lib. 1. Et alia quædam.

Dorici poetæ (qui & Dorias nominatur) Athe-
næus citat lib. 10. octostichon in Milonem Cro-
toniatam, & alibi.

Dorillus Tragediarum poeta fuit, à quo per
calumniam mulierum pudenda *Dorillus* dicta
sunt. Meminit eius Suidas.

Dorionis libros, Georgicum, & de piscibus ci-
tat Athenæus.

Dornadilla Scotorum rex, scripsit De venatori-
js legibus librum. Claruit circa annum à conditō
to mundo 3693. ante natum vero Christum 270.

Dorotheus quæstor, vide in Triboniano l. c.

Dorothei Atheniensis scripta citat Plinius 12.
& 13. Naturalis historiæ libro.

Dorotheus de herbis quibusdam carmine scri-
psit, Plinius. Meminit etiam Phlegon Commen-
tariarum *Dorothei* medici.

Dorotheus scripsit Sicularum rerum libros qui
citantur à Stobæo in vituperio tyrannidis. Ita-
licarum quoque rerum libros (nisi forte illi cum
Siculis coniuncti fuerunt) item Transformatio-
num libros. Plutarch. in Parallellis minoribus.

Dorothei episcopi Tyri, viri sancti & marty-
ris, qui floruit sub Diocletiano & Constantino
magno ad Iuliani vsque tempora, sub quo marty-
rio affectus est, synopsis in vitas & obitus 12.
apostolorum & septuaginta discipulorū & pro-
phetarum maiorum ac minorum quorum libri
extant, & aliorum etiam quorum nihil extat. Li-
ber manuscriptus Græce extat & Latine (vt pu-
to) Musculo interprete, chartæ sunt 6. Idem liber,
& præterea sermones eiusdem Græce extant in
bibliotheca Regis Gallorum. Nicephorus refert
hunc etiam historiam ecclesiasticā conscripsisse.
Dorothei sermones nouendecim Græci, cum

vitis sanctorum patrum, Antonij, Sabba itunio-
ris, Euthymij, Athanasij: & de martyrio sancto-
rum, Eustratij, Auxentij, Eugenij, Mardacij, &
Orestis, Græce extant Romæ in Pontificia bi-
bliotheca. *Dorothei* patris sancti liber quidā Græ-
cus, & alius de dilectione, & Doctrinarum capi-
ta 21. item opus monasticum. Omnia Græce i-
bidem.

Dorotheus Camillus Euripidis tragedias 18.
Latinitate donauit. Impressæ sunt Basileæ in 8.

Dorotheus quidam citatur ab Athenæo li. 11.
Dorothei Alcalonitæ historia de Alexandro, li-
ber *απὸ μαθητῶν*, & alius *απὸ τῶν νεώτων οὐναγογῶν*, ab eo-
dem allegantur. Hunc grammaticum vocat Ste-
phanus.

Dorotheus Sidonius poeta scripsit apotelesma-
ta, quæ M. Manlius securus esse dicitur. Allega-
tur ab Athenæo.

Dori Arabis philosophi qui ex Peripatetico
Platonius factus est, Suidas meminit.

Dorus comicus citatur à Stobæo.

* *Dosidas*, citatur à Clemente in Protrep. & *Dosi-*
deus à Stephano.

Dosiades Græca scripsit, citatur ab Athenæo
& Plin. Videndū an idē sit *Dosidas* et *Dosiades*.

Dositheus scripsit rerum Italicarū, Lydicarū &
Pelopidarum historias libris multis, ex quibus
multa mutuatur Plutarchus in Parallellis mino-
ribus cap. 63. 65. 71. 76. 56. & 62.

Dosithei astronomi scripta citantur à Plinio
lib. 18. Naturalis historiæ.

* *Dounehamus* Theologus inter cætera exara-
uit Sermones aliquot, lib. 1. Distinctiones Theo-
logiæ, lib. 1. Baleus.

* *Doxopater* in Ideas Hermogenis Gr. m. in bi-
bliotheca Sambuci.

Draco Atheniensium legislator & poeta, tri-
bus versuum millibus Hypothecas scripsit. Flo-
ruit circa 39. Olympiadem, & in Aegina insula
obiit, in theatro sedens vestibus ac tunicis pluri-
mis iniectis oppressus.

* *Dracon* nepos, ex filio Thessalo, Hippocratis,
illustris illius medici: pater Hippocratis: è quo
rursus natus est *Draco*, & ipse medicus, qui Ro-
xanen Alexandri Macedonis coniugē curauit.

* *Dracon* Stratonicensis, grammaticus, scripsit
Artem, Orthographiam, De coniugatis nomi-
nibus, De pronomibus, De Satyris, De
Pindari carminibus, De versibus Saphonis, De
Alcæi carminibus. *Draconis* Stratonici *απὸ μαθητῶν*
in Bibliotheca Henrici Memmij.

Dracontius composuit heroicis versibus hexæ-
meron creationis mundi: editum primum Parisi-
sijs è Bibliotheca. D. Victoris, & postea Basileæ
cū poetarum veterū Christianorum operibus.

* *Drepanius* natione Gallus Florus nominatus,
scripsit Hymnos aliquot, item Psalmos 22. & 26.
& 27. De cereo paschali: Epistolas: omnia carmi-
na: Impressa sunt hæc Basileæ cum operibus poe-
tarum veterum Christianorum à G. Fabricio e-
mendatis. Considerandum an idem sit Lati-
nus Pacatus Drepanius cuius Panegyricus ad
Theodosium extat.

* *Drifeldus* Theologus, scripsit De theologica
disciplina, lib. Aridum campum quoque, lib. 1.

hoc alterum opus à suo cognomine titulum habet. Baleus.

* Drogo, monachus & sacerdos Gestellensis, scripsit ad Rabonem episcopum Nouiomagensem, vitam S. Godephæ, lib. 1.

* Drogo, Morinorum episcopus, scripsit miracula Diuæ Leuennæ, ac posteritati transmisit lib. 1. Obijt anno Domini 1079.

Dromonis poetæ fabulam Pſaltriam Athenæus citat.

Druſianus (in Tritemij libro perperā scribitur Cruſianus) natione Italus, Thaddæi medici quondam auditor, scripsit Commentaria in Artem Galeni lib. 1. Hunc quidam Plusquam Commentatorem vocarunt. Idem cum in medicina faciendâ infelicior eſſet, ingreſſus ordinem Carthuſienſium varios argumenti ſacri tractatus cōſcripsit. Claruit anno Domini 1300.

Druſthmarus. vide in Chriſtiano Druſthmaro.

Dubricius Guainius, Britannus, pro tuēda Britannorum contra Angloſaxones repub. ſcripsit declamationes eruditiffimas. Orationem de Arthurij coronatione. Claruit anno Domini 522.

Dudechinus presbyter ecclēſiæ in Longenſtein, ſcripsit peregrinationis ſuæ Hieroſolymitanæ hiftoriam lib. 1. epiftolarum ad diuerſos librum 1. & quædam alia. Claruit anno 1140.

* Dudo Neuſtrius, vir ætate ſua eruditus, ſcripsit hiftoriam Normannorum, lib. 1.

Duillius à Plinio citatur inter authores exteros, quibus in conſcribendo libro 7. uſus eſt.

Dunſtanus Glaſcouienſis monachus Anglicus, ſcripsit contra regem Eduuicum epiftolas plures. De Ordinatione cleri lib. 1. Claruit anno Domini 988.

Dunuallo Molmicus, Clotenis Cornubiensis reguli filius, Britannorum rex, ſcripsit Statutorum municipalium lib. 1. Legum iudiciarum lib. 1. Claruit anno à mundo condito 3540. Ante Chriſtum 423.

Durandellus quidam monachus S. Dominici, ſcripsit aduerſus Durandum eiufdem ordinis S. Thomæ impugnatorem.

* Durandus episcopus Meldensis, de Origine iurisdictionum.

Durandus de ſancto Portiano, ordinis fratrum Prædicatorum, & poſtea Anicienſis ecclēſiæ episcopus, ſcripsit ſuper ſententias lib. 4. de inſtructione cleri lib. 1. ſummam notabilem lib. 1. quæſtiones varias lib. 1. ſermones diuerſos lib. 1. De concilio celebrando.

Duridis Eleatæ octoſtichon in diluuium Epheſi, libro 1. Florilegij Planudis

Duris Samius, hiftoriam Agathoclis ſcripsit, item Macedonica, De finibus Samiorum, De tragædia: Quæ omnia paſſim apud Athenæum citantur. Eius ſcripta allegantur etiam apud Plutarchum in vita Alcibiadis.

Duris qui Toreuticen ſcripſerit citatur à Plinio. Laertius uero citat Duridem in libro De piſtura, & in ſecundo ſacrorum. Videtur autē hic alius eſſe à Samio hiftorico.

Dinus. Vide Dinus.

Dyſaniæ Cyrenæi uerba aliquot leguntur apud Athenæum lib. 11.

E

Eadmerus Anglus, monachus Cantuarienſis, ſcripsit de libertate ecclēſiastica lib. 1. Vitam Anſhelmi Archiepiſcopi, Hiftoriarum collectanea. Claruit anno Domini 1120.

* Eadmundus Abindonenſis, archiepiſcopus Cantuariæ, ſcripsit ſpeculum ecclēſiæ, lib. 1. Hoc opus eſt Gallico in Latinum trãſtulit Guilhelmus Bouſu Carmelita.

* Eadmundus Albon ſcripsit Commentarios in Boëtium de Trinitate, lib. 1. Claruit anno Domini 1340. Baleus.

* Eadmundus Alen Nordouolegius anglicè conſcinnauit, Doctrinæ Chriſtianæ Catechiſmum lib. 1. Tranſtulit in parium ſermonem Alexandrū Aleſium, de authoritate uerbi Dei: Philippū Melancthonē, ſuper utraque ſacramenti ſpecie: & Conradum Pellicanum, ſuper Apocalypſim. Claruit anno 1550. Baleus.

* Eadmundus Becke edidit opuſculum quod ſua lingua uocat, Table talke, latinè uero, Conuiuiales ſermones, lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* Eadmundus Bonerus, Londinenſis Episcopus, priorum in Anglia flagellum, libro quo Gardinerus Papæ primatum damnat, præfationem ille latinam præfixit. Vixit anno 1557. Baleus.

* Eadmundus Dudley, nobilis Anglus, ſcripsit Arborem Reip. lib. 1. Damnatus fuit ab Henrico octauo anno 1509. Baleus.

* Eadmundus Geſt, ſcripsit Contra miſſam Paſticam lib. 1. De Chriſti præſentia in cœna, lib. 1. De libero hominis arbitrio, lib. 1. Claruit anno Domini 1550. Baleus.

* Eadmundus Gryme Anglus, Thomæ Beckeri Cantuariorum Archiepiſc. Vitam ſcripsit & edidit, lib. 1. Claruit anno D. 1180. Baleus.

* Eadmundus Richius Abyndonenſis, compoſuit Speculum Ecclēſiæ, lib. 1. De contemplanda Deitate, lib. 1. quem Gallice edidit, & deinde in latinum ſermonem conuerſus eſt. Obijt anno Domini 1240. Baleus.

* Eadmundus Stourton, monachus Glaſcouiæ, ſcripsit dialogum in regulam Benedicti, lib. 1. De nominibus Mariæ & Ioannis, lib. 1. atque alia quædam.

* Ealredus Rhienallenſis (Ethelredus à quibusdam uocatur) monachus Ciſtertiienſis, compoſuit Vitam Eduuardi Anglorum Regis, lib. 2. Vitam Dauidis Scotorum Regis, lib. 2. Vitam Niani Episcopi lib. 1. Vitam Margaritæ Reginae. De miraculis D. Eduuardi, lib. 1. De regibus Anglorum, lib. 1. Miracula Haguſtaldenſis Ecclēſiæ, lib. 1. Chronicon ab Adam ad Henricum primū, lib. 1. Sententiarum flores, lib. 1. Vitam Eduuardi carmine, lib. 1. Homiliarum iuſtum uolumen, lib. 1. In Euangelium accenſæ lucernæ, lib. 1. De prælatorum moribus, lib. 1. De miniſtrorum officijs, lib. 1. De abuſionibus clauſtri, lib. 1. Centū ſermones ſynodales, lib. 1. Speculum caritatis, lib. 3. De uera amicitia, lib. 1. De amicitia ſpirituuali lib. 3. De aduentu Domini, lib. 1. De militia Chriſtiana lib. 1. Super onus Babylonis, lib. 1. De oneribus Iſaac, lib. 1. Dialogos plures lib. 1. Inter hominem

hominem & rationem, lib. 1. De institutione in-
clufarum, lib. 1. De quodam miraculo, lib. 1. Su-
per Canticis Canticorū, lib. 1. De virtute Guual-
theri Exspec. lib. 1. Contra quasdam episcoporu
litteras, lib. 1. Epistolas trecentas, lib. 1. De lectio-
ne Euangelica, lib. 1. De Christo duodenni, lib. 1.
Super Lucam etiam, lib. 1. De virginitate Mariæ,
lib. 1. De natura animæ, lib. 1. De dotibus eiusdē,
lib. 1. Obijt anno Domini 1166.

* *Eafus* Græcus, Eremita montis Carmeli, Cy-
rilli oraculum ē Græco in latinum transtulit, li.
1. Huius in interpretatione fidelitatem commen-
dat Ioachim Abbas in epistola ad Cyrillum. Cla-
ruit anno Domini 1200.

Ebenbitar, vide *Abenbitar*.

Ebenefis & *Sirafis* philosophorum commenta-
ria in Auicennam, excusa sunt Venetijs apud Do-
mitium de Tridino, anno Domini 1547. in fo-
lio, cum Auicennæ libro De remouendis nocu-
mentis quæ accidunt in regimine sanitatis.

* *Eberhardus* Billik, Germanus, prouincialis Car-
melitarum per inferiorem Germaniam, scripsit
iudicium Cleri Colonienfis, lib. 1. De ratione
sum mouendi presentis temporis diffidia, lib. 1.
Colonix apud Casparum Gennepæum. Atque
alia. Claruit anno Domini 1540. & in colloquio
Ratisponenfi vnus ē collocutoribus fuit.

* *Eberhardus* Maynardus, Germanus, patria
Maguntinus, Carmelita, scripsit inter cætera, De
triplici vita, lib. 1. Sermones de tempore, lib. 1. Ser-
mones post trinitatem, lib. 1. Sermones per ad-
uentum, lib. 1. Quadagesimale quoque, lib. 1. Et
alia. Claruit anno Domini 1493.

* *Eberhardus* Müller, scripsit *Annales* Tiguri-
norum: citatur à *Nauclero*.

Eberhardus Schlafinger de *Gafmanstorf* Frân-
coniæ, medicus Tigurinus, scripsit de stellis coe-
lestibus, earumque iudicijs, & seorsim de illa quæ
Tiguri anno Domini 1472. apparuit: item *Isa-*
gogicum tractatum in astrologiam, præsertim
ad electiones, maxime medicas.

Eberhardus Tappius Lunensis, scripsit Germa-
nicorum adagiorum cum Latinis ac Græcis col-
latorum Centurias septem: quas *Rihelius* Argē-
tinæ excudit anno 1539. Scripsit etiam *Epitomē*
Chiliadum *Erasmii*, impressam 1542. Colonix a-
pud Ioan. Gymnicum. Item libellum Germani-
cum de accipitrum & falconum natura, impres-
sum Argentinx.

Eberhardi Græcistæ *Bituniensis* libri *gramma-*
tici in folio impressi: Sunt autem carmina de figu-
ris deque octo partibus orationis, sicut *Alexan-*
dri, cum additionibus vel expositione *Ioan. Vin-*
centij *Metulini*. Appellant hos libros *Græcis-*
imum.

Eberhardus Ratisponensis diaconus historiam
quandam conscripsit.

Ebubethar quæstiones viridarij manuscriptæ
extant.

* *Ebgazzuli* de hæresi *Bagadedana* sectæ *Ma-*
chumetanæ magnum opus conscripsit in septē
partes diuisum, quo eam vt *Mahumetanæ* sectæ
reformatricem tuetur, vt tradit *Ioan. Leo*.

Ecdori senarij quatuor leguntur apud *Stobæ-*
um, in sermone de *Ignobilitate*.

Eclius vel *Eclius* *Melissus* grammaticus scri-
psit libr. de proprietate loquēdi, teste *Prisciano*.

* *Ecephylides* citatur à *Stephano* in *Sphaeria*.
Echemenis *Cretica* *Athenæus* allegat.

* *Eck* siue *Eccius* de *Rapkau* glosauit & decla-
rauit ius Saxonicum vernacula Saxonū lingua,
supra 400. abhinc annos.

Eckardus primus abbas monasterij *S. Lauren-*
tij quod *Vraugia* dicitur, in *Hercynia* sylua, ordi-
nis *S. Benedicti*, scripsit opus insigne, ad imita-
tionem *Boetij* gemino stilo compactum, quod
vocaui *Laternam* monachorum, in libros 5. di-
stinctum. *Chronicon*. *Sermones* quosdam elegā-
tes, variasque epistolas ad diuersos. Claruit anno
Domini 1130.

Eckhardus natione *Germanus*, ordinis *Prædi-*
catorum, scripsit super sententias lib. 4. in *Gene-*
sim li. 1. in *Exodum* lib. 1. in librū *Sapientix* lib.
1. in *Cantica canticorum* lib. 1. In euangelium lo.
lib. 1. Super oratione *Dominica* lib. 1. In capitulo
Prædicatorum sermo libr. positionum suarū lib.
1. *Sermones* de tempore, sermones de sanctis.

Eckebertus abbas monasterij sancti *Florini* or-
dinis diui *Benedicti*, *Treueren.* diocesis, frater
D. Elizabethæ, scripsit aduersum hæreses lib. 1.
in principium *Euangelij* *Ioannis* lib. 1. super *Ma-*
gnificat lib. 1. super *Missus est angelus* lib. 1. De
obitu sororis suæ lib. 1. meditationes lib. 1. sermo-
nes per annum lib. 2. laudes saluatoris, lib. 1. epi-
stolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno Domi-
ni 1160. Quædam ex huius epistolis leguntur
in *Catalogo* testium veritatis.

Eckebertus clericus *Leodien.* ecclesiæ, natio-
ne *Germanus*, scripsit metro eleganti, De ænig-
matibus rusticis lib. 2. & quædam alia. Claruit
anno Domini 1060.

Ecpphantæ *Pythagorici* fragmentum ex libro
de regno, legitur apud *Ioannem Stobæum* in lau-
de monarchiæ: & alia tria ex eodem libro, in *Ad-*
monitionibus de regno.

Ecpphantide fabulam *Satyros*, *Athenæus* citat.

Edgarus *Anglorum* rex, edidisse fertur ad cle-
rum *Angliæ* lib. 1. *Sanctiones* & *leges* lib. 1. & a-
lia quædam. Floruit anno Domini. 975.

* *Edonis* *Hilderici* *Logistice* astronomica, *Vui-*
tebergæ 1568.

Eduuardus *II* *Anglorum* rex, scripsit *legum*
Visimonasteriensium libr. 1. ad *Pontifices* *Ro-*
manos epistolas plures. Claruit anno D. 1065.

Eduuardus alius *Anglorum* rex, edidit *Legum*
popularium lib. 1. *Immunitatum* lib. 1. *Priuiile-*
giorum *Visimonasteriensium* lib. 1. ad *episcopos*
Romanos epistolas plures. Floruit anno Domi-
ni 1377.

* *Eduuardus* *V* *Anglorum* Rex maximè pius,
ab ipsis incunabulis *Latinæ* & *Græcæ* eloquen-
tiæ ac bonis artibus operam nauauit. Is tanquā
alter *Iosias* verum *Dei* cultum idololatria super-
stitionibusque pulsus fugatisque restituit. Eo die
quo in regem coronandus erat, oblatis sunt ei tres
gladij, in signum quod trium regnorum *Angliæ*,
& *Franciæ*, & *Hyberniæ* monarcha esset, opti-
mus Rex vnū adhuc deesse dixit, interrogatus
quisnam ille esset, Respondit esse volumen sacro-
rum *Bibliorum*. Ille liber, inquit, *gladius* *spiritus*

est, & gladijs his omnibus longè antefendus, scripsit comœdiam De meretrice Babylonica li. 1. Ex auditis concionibus, lib. 1. Obijt autem sanctissimus Rex non sine suspitione veneni anno Domini 1553. sexia Iulij, & ætatis suæ anno 16. Baleus.

Eduardus Dux Somerseti, comes Hertfordiæ, &c. ad Scotos Latine & docte edidit adhortationes ad pacem amplectendam lib. 1. ad nobilitatē Scotiæ epist. 1. & alia nonnulla. Floruit anno Domini 1548.

* *Eduardus* Brayneuode Londinensis scriba, collegit sui temporis, Virorum illustrium res gestas, lib. 1. Obijt anno Domini 1556, Baleus

Eduardus Dynley nobilis carmelita latinè cōgessit Sermones viginti quatuor, lib. 1. Claruit anno 1450. Baleus.

Eduardus Foxus Episcopus Herefordensis, inter cætera multa scripsit Vtriusque potestatis differentiam, lib. 1. Annotationes in B. Mantuanū, 20 lib. 1. Orationes & Epistolas, lib. 1. Claruit anno Domini 1530. Baleus.

Eduardus Halle Anglus, scripsit Chronicō ad regem Henricum, quod vocabat, Earundem familiarum vnionem lib. 8. Claruit anno Domini 1546.

* *Eduardi* Henrysoni Scoti, Commentatio in tit. 10. libri 2. Institutionum Iustitia Lutetiæ Vasosanus 1556. Idem Henrico, scripsit libellum De Iurisdictione pro Eguinario Barone aduersus Goueanum. Transtulit etiam ex Plutarcho librum Contrariorum Stoicorum, & Coniuiū septem Sapientum. Lugduni in 8.

Eduardus Leus Anglus, scripsit quædā aduersus D. Eras. Rot. annotationes in nouū Testamētum: quæ excusa sunt Moguntia 1520. & eodem anno Basileæ apud Ioannem Frobenium, cum confutatione reprehensionum Lei per D. Erasmus, rixis & inuectiuis prolixioribus omisis, scripsit præterea exhibita quædam in Consilio Cæsareo, impressa. Eiusdem Epicedia aliquot clarorum virorum scripta, impressa. Claruit anno Domini 1544.

* *Eduardus* Pouuell Britannus, scripsit, Aduersus doctrinam Lutheri, lib. 1. Tandē anno 1540. suspensus fuit. Baleus.

* *Eduardus* Seymour Herefordiæ comes, Eduardi sexti Anglorum Regis auunculus, in Londinensi turri captiuus Caluini opus De consolatione in aduersis, lib. 1. in anglicum sermonē conuertit. De cruce ferenda quoq; lib. 1. Prope prædictam turrim decollatus fuit mitissimus princeps, anno D. 1552. Baleus.

* *Eduardus* Vualshæ, illustris generis Hybernus, in Anglico sermone scripsit De officijs pugnantium pro patria, lib. 1. Vt Hybernia per Dei verbum reformetur, lib. 1. Claruit anno Domini 1550. Baleus.

* *Edoardus* Vucidenfche de statu infantum, qui absque baptismo moriuntur.

Edoardi Vuottoni Oxoniensis De differentijs animalium lib. 10. excusi Lutetiæ Parisiorum apud Vasosanū anno Domini 1552. in folio chartis 123. Primo autem libro generatim explicatur quibus modis constituentur animalium differē-

tiæ & præterea animalium partes recensentur. Secundus ea speciatim docet à quibus colligi debent animalium differentia. 3. continet animalium sanguine præditorum differentias. 4. hominis differentias. 5. animalium quadrupedum vituparorum. 6. quadrupedes ouiparas & serpentes. 7. auiū differentias. 8. aquatilia sanguine prædita, piscium & Cetorum genera. 9. animalium exanguium differentias continet: & priuatim insectorum, 10. continet differentias exanguium aquatiliū, scilicet mollium, crustaceorum, & restatorum quæ zoophyta appellantur.

* *Effrenos* vir pius ac futurorum præscijs, sub Antipatro Iudæorum rectore, Carmelum Phœnicia montem inhabitans, à discipulis rogatus, Emerentiæ mulieris D. Annæ matris vitam literis mandauit, lib. 1. Claruit anno 40, ante Christum natum.

Efraem, vel *Effrem*, vide *Ephræm*.

Egbertus Archiepiscopus Eboracensis, congestit pro Discipulorum eruditione lib. 1. Homiliarum & lectionum lib. 1. ad suæ prouinciæ sacerdotum lib. 1. ad Zachariam pro pallio epistolam, & alias ad diuersos. Claruit anno Domini 760.

* *Egbertus* Lindisfarnensis episcopus ad Bedæ epistolam rescripsit Gratificationis responso, li. 1. Claruit anno Christi 730. Baleus.

Egbertus Monachus, Australium, seu Sudosaxonum proles, scripsit de ritibus Catholicorum lib. 1. conciones varias. Claruit anno D. 729.

Egelnotus Archiepiscopus Cantuariensis ecclesiæ in Anglia, scripsisse dicitur opus in laudem sanctæ Mariæ lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Domini 1030.

Egemon Characenus versificator, bellum Leticum, Thebanorum & Lacedæmoniorū scripsit. Stephanus.

Egestas Maronites scripsit de agricultura lib. 1. teste Varrone.

Egesippus, vide *Hegesippus*.

Egidius Ricardus, scripsit De functione apostolica, De regno Christi, De gloria Hierosolymæ, De dignitate hominis, De ecclesiastica vnione, De sacerdotali dignitate, De diuinæ vocis virtute, De sapientia spiritus, De inscrutabilibus Dei vijs, De fecunda ecclesiæ sterilitate. Libri excusi sunt Venetijs, anno Domini 1540.

Eginhardus vel *Einardus* cancellarius Caroli Magni Imperatoris, natione Germanus, & postea monachus ordinis diui Benedicti, imitatus Bedam, qui abbreviauit Hebraicum Psalterium, excerpando de illo omnes versus verba orationis habentes: abbreviauit & ipse Gallicanū Psalterium, excerpens de eo omnes versus verba orationis habentes. Scripsit etiam tam ex persona sui quàm Imperatoris, Epistolarum ad diuersos lib. 1. Historiam temporum lib. 1. Caroli Magni vitam & gesta eius: quanquam non desunt qui Alcuino id opus adscribant: impressum autem est Basileæ 1532. cum Vuidichindo & alijs quibusdam historicis. Eius, qui desiderabantur, aliorum libri, de Caroli Magni aduersus Chabam Hunnorum regem expeditione in Pannoniam suscepta, extant Vienna Austriae apud Vuolfgangum Lazium.

Egnatius, vel ut alij legunt, *Ignatius*, Constanti nopolitane urbis diaconus, diuorum patriarcharum Tarasij & Nicephori vitas versu edidit, & epistolas funebresq; elegias. Iambos etiam in Thomam Ancartem, hoc est tyrannu qui in principem coniurauerat: ea vero inscribuntur *τὰ νῦν ἀπομύσει*. Scripsit & alia, inter quae extat carmen anacreontium in Anastasium Appionis patrem scriptum.

* *Egnatius* de rerum natura libro primo citatur a Macrobio.

Eguinarius Baro I. C. scripsit de diuiduis & indiuiduis obligationibus, seu stipulationibus, Gryphius impressit Lugduni, 1542. & Vutehelus Parisijs, qui alium quoq; huius authoris libru, De seruitutibus, publicauit. Idem & in Pandectas, & Institutiones commentaria edidit. Item quaestiones de iurisdictione, quas Gryphius excudit Lugduni, anno Domini 1548. Scripsit etiam in Quintilianii oratorias institutiones, tabulas, vniuersam dicendi rationem quodam quasi faste complectentes, excusas Parisijs octern. 4. Item ad Digesta seu Pandectas manualium libros septem. Lutetiae apud Vascosanum 1556.

Eguuinus Vuiccus, nobili apud Anglosaxones Merciorum regum genere natus, monachus Benedictinus, scripsit de primordijs sui coenobij lib. 1. De suis apparitionibus lib. 1. vitam Adelmi episcopi, & alia quaedam. Claruit anno D. 715.

Elaciani cuiusdam liber de fide Mahumetana. * *Elandus* Dialecticus Oxoniensis Academiae philosophia, concinnauit Conclusiones Dialecticas, lib. 1. Baleus.

* *Elbodus* praesul Venedotarum Archiepiscopus, scripsit De ratione Paschae, lib. 1. Historiam suae temporis, lib. 1. Claruit anno 610. Baleus.

Elchuius Morganensis, nobilissimi Britannorum generis auratus eques, contexuisse dicitur super quaestione ad Samsonem epist. ad Istanum & Atroclium epist. & alia plura. Claruit anno Domini 520.

Elephantis, quae & Elephantine a Graecis vocatur, impudicos libellos scripsit, quibus varia concubitus genera complectitur, de quibus Martialis, Et molles Elephantidos libelli. Meminerunt eius Plinius lib. 28. Tatianus aduersus gentes, Suidas & alij.

* *Elerius* Cambrius, scripsit vitam Vuenefridae, lib. 1. Claruit anno 660. Baleus.

Eleutherij Papae decreta, cum reliquis Pontificijs decretis excusa Coloniae.

Eleutherius Byzenus triumphum in Cop. viatoriam scripsit.

* *Eleutherius* Dorcestrius Anglus. Visolaxonu episcopus, De origine coenobij Malmesburienensis scripsit, lib. 1. Obijt anno 678. Baleus.

* *Elharit* Ibnu Esed a Bagadado, annis post Machometum circiter 180. nouam haeresim in Machometana secta introduxit, de qua egregiu scriptu discipulis suis reliquit, ut Ioannes Leo refert.

Elias, nomen proprium Hebraicum, sine aspiratione. Graeci tamen & Latini eos secuti, ferè aspirant.

* *Elias* Andreas, Anacreontis carmina, eodem fere versuum genere in Latinam linguam con-

uertit, Parisijs excudit Morelius in 8. Geneuae Hen. Stephanus in 16.

Elias Capreolus scripsit chronica de rebus Brixianorum, Brixiae impressa per Arundu de Amindis. Scripsit etiam defensionem statuti Brixianoru, de Ambitione & sumptibus funerum minuentis, accusantibus fratribus sancti Dominici, Liber excusus est Brixiae, per Ioannem Antonium. *Elias* Capreolus (idem forte cum superiori) scripsit librum, De confirmatione fidei.

* *Elias* Cretensis antistitis Commentariorum libri 19. in totidem Nazanzeni orationes, cum operibus Nanzazeni excusi sunt Latine Ioan. Leuuenklaio interprete: Basileae in officina Heruagiana.

Elias Hebraei Cretensis, Quaestiones de primo motore, de efficientia mundi, de esse, essentia & vno. Annotationes in plurima dicta commentatoris. Opus impressum Venetijs 1506: cu alijs quibusdam, sermone barbaro.

Elias Leuita Iudaeus, in Germania natus, Hebraicae linguae Grammaticus doctissimus, superiore anno Venetijs obiit. Omnia eius Hebraica scripta Sebastianus Munsterus Latina fecit, ut infra dicitur: sunt autem haec, quae nos haecenus vidimus: Grammatica Hebraea, cum interpretatione Latina Sebastiani Munsteri: excusa Basileae in officina Froben. Hebraicae institutiones, inscriptae Capicula Cantici, specierum, proprietatum, & officiorum: in quibus agitur de literis, punctis, & quibusdam accentibus, cum Sebastiani Munsteri interpretatione Latina e regione. Vocabula Hebraica irregularia, quae vel ordine, vel conuagatione, aut tempore componuntur, pulchre explicata, atq; in ordinem alphabeticum digesta, & per Sebastianu Munsterum in Latinam linguam versa. Henricus Petrus excudit Basileae, 1536. Composita verborum & nominum Hebraicoru, opus editum Romae, & nuper per Sebastianum

Munsterum Latinitate donatu, excusum Basileae apud Ioannem Frobenium, 1525. Hebraicum Dictionarium vocum rariorum & peregrinarum, quod inscripsit Thisbites, in quo 712. vocu, quarum aliae sunt Hebraicae, aliae Chaldaicae, Arabicae, Graecae, & Latinae, quaeq; in Dictionarijs non facile inueniuntur, & a Rabbiniis tamen Hebraeorum in scriptis suis passim vsurpantur, origo, etymon, & vernus vsus docte explicatur: excusum Ilnae in Algauia, 1541. apud Paulum Fagium. Idem opus: ibidem excusum Latinitate donatu per Paulum Fagium. Accentuum Hebraicorum liber. Item liber Traditionum, cui vberissima accessit praefatio, quae totam Hebraicae linguae explicat rationem, traditque ea quae Grammaticae haecenus deesse videbantur. Ex his multa Latine sunt reddita per Sebastianum Munsterum, praesertim ea quae inexercitatum lectorem iuuare poterunt. Henricus Petrus excudit Basileae, anno Domini 1539. Commentarium in Grammaticam Rabbi Mosche Kimhi, Sebastiano Munstero interprete: impressum Basileae apud Cratandrum, anno 1531.

* *Elias* Nicolaus Amerbachius edidit quaedam in Musicis, Tabularum, uti vocant, Organorum, Lipsiae anno D. 1571.

Elias orientalis, scripsit de geometria Hebraice librum, nondum impressum.

* *Eliæ* Palingentij (videtur autem nomen esse fictum) Dipnosophisticæ Tragœdiæ procatastrophæ, tractans & explicans controuersiam de Cœna Domini Geneuæ 1569, in 8.

Eliæ Pandocheus, Vide in Guilielmo Postelulo.

Eliæ Regnier, iureconsultus celeberrimus, scripsit casus sexti decretalium, lib. 1. Casus Clementinarum lib. 1. Vixit anno D. 1494.

Eliæ Vinerus scripsit scholia in Theognidis Megarensis sententias Elegiacas, quibus & difficiliora loca explicantur, & deprauata hætenus castigantur. Excusa sunt cum Theognide à Iacobo Schegkio Latino carmine expresso, apud Ioannem Oporinum Basileæ, anno 1550. Item notata in Aufonij librum de claris vrbibus. In Solinum, Florum, Persium, Eutropium, Sex. Vistorum, aliosque auctores quos ille emendatiores edidit, Pictauij exc. Engilbertus Marnefius: quidam horum etiam postea Basileæ excusi sunt. E Græco vertit Pselli mathematica & Proclum de sphaera. Parisijs G. Cauellat. 1557.

R. *Eliæzer* magni filij Hircani capitula transulit Conradus Pellicanus. Eiusdem scimitarium vitæ impressum est Venetijs. Fuit contemptaneus Onkelo, vnus ex sapientibus Mischne.

Elij Vergerij Calendarium, hoc est libellus in quo quid singulis cuiusque mensis diebus consisturum sit breuiter traditur, vnâ cum manibus & figuris necessarijs, excusum Lugduni apud Principem, anno 1544. Eiusdem Grammatica, excusa in octauo.

* *Eliis* grammatici veteris commentarius citatur à Gellio lib. 13. cap. 14.

Eliphandus Tolerauus episcopus quædam scripsit pro hæresi Felicianâ. Aduersus hunc scripsit Paulinus Aquileiensis.

Elisabeth, nomen proprium fœmininum: vide Helisabet, cum aspiratione.

* *Elisabetha* Anglorum Regina, Henrici octauui Anglorum Regis filia, optime instituta ac multis linguis ornata, è Græco sermone transulit in latinum Isocratis orationem ad Nicoclem de regno, lib. 1. Terriam orationem eiusdem, lib. 1. in anglicum è gallico vertit. Meditationes Reginae Nauarræ, lib. 1. Floret anno 1576. Balcus.

Elisabetha abbatissa multas orationes ad sui cõuentus sorores conscripsit, opusque de vijs quibus itur ad Deum, Epistolas. Scripta eius Parisijs cû præfatione Fabri impressa sunt. Vixit anno D. 1150.

Elisabeth reginæ Hispaniarum tabulæ astronomicæ extant. Vide in L. Gaurico.

* *Elius* Calentius poeta clarissimus, scripsit Elegiarum Aurimpia ad Colotium lib. 4. Epigrammaton libellum. Epistolarum ad Hiaracum lib. 3. De Hektoris horrenda apparitione lib. 1. De bello ranarum & murium lib. 3. Satyram contra poetas. Satyram ad Longum, quod non sit locus amicitiæ Carmen nuptiale, & Nouam fabulam. Hæc simul impressa sunt Romæ per Ioannem à Besiken, anno D. 1503. Eiusdem epistolas Ioannes Oporinus excudit, in farragine epistolarum

Laconicarum, anno Domini 1554.

Elluchasem Elmuchar medici de Baldach, filij Hahadum, filij Ducellani, Tacuini siue Tabulæ sanitatis tuendæ, iuxta ordinem sex rerum naturalium, cum correctionibus & facultatibus earum descriptæ. Opus impressum Argentinae apud Ioannem Schottum, 1531.

* *Elmerus* Cantuariensis Monachus scripsit Homilias eruditas, lib. 1. Exercitia vitæ spiritualis, lib. 5. De bono vitæ claustralis, lib. 1. Recordationes beneficiorum Dei, lib. 1. Contra huius mundi miserias, lib. 1. De inquisitione Dei lib. 1. De absentia vultus Dei, lib. 1. Epistolarum ad diuersos, lib. 1. Vixit anno D. 1130. Balcus.

* *Eluanus* Aualonius Britannorum magister, & doctor, scripsit De origine Ecclesiæ Britannorum. Claruit anno D. 170. Balcus.

* *Eluodugus* Probus Britannorum magister, scripsit Historiam Britannorum lib. 1. Claruit anno 590. Balcus.

* *Emanuelis* Acofæ, Lusitani, Commentarius rerum à societate Iesu in oriente gestarum ad annum vsque 1568: recognitus & Latinate donatus. Accessere de Iapanicis rebus epistolarum libri quatuor. Dillingæ 1571.

* *Emanuelis* Almadæ episcopi Angrensis liber contra Gualterum Haddonum Anglum.

* *Emanuelis* Aluari Lusitani, Iesuitæ, De constructione octo partium orationis. Dilingæ anno D. 1572.

* *Emanuel* Costa super 1. FF. veteris in tit. de restitutione in integ. In l. Gallus. Super 2. Infortiati De conde. & dem. l. cum tale. par. si arbitratu: item in interpretatione solutæ circa cond. & dem. Super 1. C. De non nu. pec. l. si excautione.

* *Emanuelis* Soarel annotationes in commentarios Antonij Gomezij, Venetijs. Forte idè cum Eman. Scartz.

* *Emanuelis* Scartz à Ribeira Thesaurus receptarum aut sententiarum Iuris vtriusque quas communes opiniones vocant, Venetijs 1568, in octauo, & Coloniae 1569. & Francofurti eodè anno.

* *Emanuel* Tremellius Theologiæ doctor & professor in scholia Heidelbergensi, scripsit grammaticam Chaldaeam & Syram, Henr. Stephanus Geneuæ 1569. excudit in quarto. Edidit etiam Testamentum nouum Græce Syriace, cum gemina translatione Latina, in cuius operis calce grammatica Chaldaea et Syra adiecta est. Ibidem in folio regali impressum. Scripsit etiam in quodam prophetas.

Emerici Colosuanni de matrimonio Sigismundi Augusti Poloniae regis ad equites oratio, excusa est Cracouia à Lazaro Andrea, anno Domini 1553. octern. 2.

Emicho abbas Schonaugiensis cœnobij, ordinis Benedicti, Treuerensis, diœcesis, Ekeberti abbas quondam auditor, scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula, è quibus legitur, De laudibus diuæ virginis Helisabeth Schonaugiensis. Item sermones multos & varios. Et quædam alia minora non inuita. Claruit circa annum Domini 1200. Trist. descript. Germania.

* *Emondus*

Emondi Augerij Societatis Iesu Theologi, Catholicismus, idest Catholica iuuentutis Christiana institutio Luthericae anno 1569. in decimosexto. Idem Martialis Epigrammata, ab omni re obscenitate, verborumque turpitudine vincavit. Antuerpiae Plantinus anno Domini 1568. in octavo.

Emondus Dinterus, scripsit Genealogiam dum Burgundiae, Brabantiae, Flandriae, Hollandiae, &c. ab Hectore Troiano ad Carolum V. vsc. Libellus impressus Francofurti.

Emondus monachus Cantuariensis in Anglia, ordinis S. Benedicti, Anselmi archiepiscopi quondam auditor, scripsit De discordia, quae fuit inter Guilielmum Anglorum regem, & sanctum Anselmum Cantuariensem archiepiscopum, De libertate ecclesiastica lib. 1. Vitam eiusdem Anselmi lib. 1. & quaedam alia. Claruit anno Domini 1120.

Empedocles Agrigentini vitam & scripta Suias recenset, & aliquot carmina. Apud Graecos interpretes Aristotelis physicorum, videor mihi frequenter Empedocles versus citatos legisse. Vitae etiam Suidam. Scripsit Empedocles de rerum natura carmine libros tres, Hymnos naturales, Tragedias, Persica de Xerxis Persarum regis tractu in Graeciam, Prooemium in Apollinem.

Empedocles iunior, prioris ex filia nepos, doctus tragicodias quatuor & viginti.

Empedocles Errantium & inerrantium stellarum sphaera lib. 1. Graece habetur in bibliotheca troa.

Empedotimus scripsit De physica auscultatione: de quo Apostata in Saturnalibus, Nos Empedotimo & Pythagorae credimus, & ijs quae in e accepit Heraclides Ponticus.

Emphanes in *εμφανῶν* citatur à Stephano de vitibus, in Parnes.

Empodi *ἡμμοροβία* citantur ab Athenaeo.

Emporij rhetoris liber de Ethopoeia et loco conumini, praeepto materiae demonstratiuae, & de specie deliberatiua, cum alijs antiquorum aliquot heterorum opusculis, impressus est Basileae apud Frobenium, & Louanij.

Encolpius historias Traiani atque Alexandri Severi Imperatorum descripsit, teste Aelio Lampridio.

Engelbertus abbas coenobij Admontensis, ordinis sancti Benedicti, natione Germanus, scripsit sermones elegantiae lib. 1. De virtijs & virtutibus lib. 1. & alia nonnulla. Eius ad Othonem & Albertum Austriae & Stiriae duces, De principis Christiani institutione liber, extat Viennae Austriae apud Vuolfgangum Lazium. Eiusdem de ortu & fine Romani imperij cum Gaspari Bruschij praefatione impressus est Basileae à Ioanne Oporino, anno Domini 1553. in octavo. Idem scripsit in psalmum, Beati immaculati, &c. prolixum commentarium. De articulis fidei opus. De passione Domini, ac mysterio crucis. De corpore Christi. De gratia saluationis ac iustitia damnationis. De libero arbitrio. De summo hominis bono. Deprouidentia Dei. De miraculis Christi. De statu defunctorum. Super Euangelium, In principio erat verbum, tractatus me-

morabiles. Item alia plura philosophica, physica, & moralia, quae in monasterio Admontensi seruantur.

* **Engelberti** Fabri liber De via eundi ad veram Hierusalem. Heidelbergae in 8. Germanice.

Engelhardus Funck de Suuobach, Francus orientalis, carmine elegiaco scripsit De laude patriae suae lib. 1. De anulo sibi donato carmen lib. 1. Carmen de morte Cardinalis S. Marci. Epistolas plures ad diversos. Epigrammata varia. Et alia complura. Claruit anno D. 1494.

* **Enguerranus** de Monstrelet, Gallus, scripsit Gallicam historiam, ab eo tempore quo Frohardus desijt, ad sua tempora.

Ennius, Vide Q. Ennius.

* **Enochus** de Anathim, ex Christi discipulis vnus, quia Baptistam sepeliuerat, Ioannes senior dictus fuit, hic post ascensionem Domini, ab Apostolis Nicopolim missus, legem & prophetas exposuit ad Christum omnia referens, scripsitque quasdam ad gentes epistolas. Obijisse fertur anno Domini 64.

* **Enochus** de Hierusalem, Eremita montis Carmeli, Hebraice ac Latine peritus, scripsit D. Angelii, cuius comes erat, vitam & martyrium, libro 1. Claruit anno Domini, 1220.

Enochi librum Guilielmus Postellus inuenit.

* **Enodij** Diaconi liber aduersus calumniatores Synodorum duarum sub PP. Symmacho habitatum, impressus est 2. tomo Conciliorum.

Ennodij Papae decreta cum ceteris Pontificijs leguntur.

Ennodij opera pleraque edita sunt inter Orthodoxographa, postrema editione, 1569. Vide infra Euodius episcopus.

Entisberi regulae (Grammaticae opinor, & barbarae) impressae olim in Italia.

* **Eographij** veteris grammatice fragmentum commentariorum in Terentij Comodias, impressum Florentiae apud Iuntas 1569. cum Gabriellis Faerini in eisdem Emendationum libris.

Epeneti Opsartytica, & liber de piscibus, citantur ab Athenaeo: arbitror autem vnum idemque scriptum esse, nam eadem verba duobus titulis citantur. Idem de oleribus scripsit, vt testatur Scholiastes Nicandri in Theriacis: nisi forte haec quoque Opsartyticorum pars est.

* **Epagatus** liberalium artium professor, commemoratur ab Eunapio.

Epaminonda scripta citantur apud Plutarchum in vita Marcelli.

Epaphroditus scripsit commentaria in Homerum, ex quibus quaedam descripsit Stephanus de Urbibus, vbi de Pannonia, meminit etiam Beatus Rhenanus lib. 1. rerum Germanicarum.

* **Epaphroditi** & Vitruuij Rufi architectonica lib. 1. extat in Italiae bibliothecis manuscriptus, vt Scipionis Terri catalogus indicat.

Ephippus Atheniensis, comicus mediae Comediae, eius fabulae citantur ab Athenaeo. Diana, Busris, Geryon. *Εμωδῆ* auctio, Ephebi, Circe, Cydon, Naufragus. Similes siue Veruagastantes. Peltastes. Sapho. Philyra.

Ephippi Olynthij liber de Alexandri & Hephaestionis morte, citatur apud Athenaeum.

Ephippi cuiusdam scripta citantur apud Plinium, qui in librum 12. & 13. Naturalis historiae quaedam ex illis transtulit.

* Ephistus Chymicus scriptor, ab Hortulano philosopho citatur.

* Ephodij cuiusdam herbarum vocabula ex omnibus Graecis collecta, in Gallia, in bibliotheca Regia.

Ephorus Cumanus (ex Cuma Aeoliæ) Demophilus filius, Isocratis oratoris auditor, historicus: habuit filium Demophilum historicum, vixit Olympiade nonagesima tertia, ut etiam Philippi Macedonis regnum antecesserit. Scripsit historiarum ab Ilij expugnatione, Troianoque bello usque ad sua tempora lib. 30. De bonis & malis lib. 24. Rerum passim admirabilium lib. 15. Quid quisque inuenerit lib. 2. & alia. Suidas, apud quem male Ephippi nomen pro Ephoro scriptum est.

* Ephorus Cumanus, historicus, iunior, scripsit Galeni historias libris 27. Corinthiaca de Aleuadis, & alia quaedam. Suidas.

Ephraim, vel Efram, eremi cultor insignis, scripsit Syro sermone opuscula, ex quibus apud Latinos inueniuntur, De Spiritu sancto lib. 1. De compunctione cordis lib. 1. De contritione cordis lib. 1. De poenitentia lib. 1. De luctaminibus seculi lib. 1. De die iudicij lib. 1. De resurrectione lib. 1. De beatitudine animæ lib. 1. De cogitationibus homin. 1. De praedicatione dura homin. 1. De celebratione mysteriorum homin. 1. Planctus super Edissenam urbem lib. 1. Plures etiam scripsit sermones, Orationem in laudem flentis, & vituperationem risus. Ascetica ad monachos Aegypti. De patientia epistolam. Sermones 19. Efram, Ambrosio Camaldulensi interprete, impressi sunt Argentorati apud Matthiam Schurerium, anno Domini 1509. quaternionibus viginti quatuor. Sunt autem hi, De poenitentia, De charitate, De iudicio & resurrectione, De monastica vita & exercitatione, Ridendum non esse sed lugendum, Ad animam negligentem, De sanctissimis quibusdam patribus qui illo tempore requieuerant, De monachi armatura, & quod eum oporteat ceu militem semper in acie stare, De poenitentia & conversione, De secundo aduentu Domini, De timore Dei admonitio, De angustia qua premitur anima, cum expugna contra se hostis infirmior sit, De compunctione, De passione Domini, Ad eos qui filij naturam scrutari voluerunt, De Antichristo, De virginitate, De laudibus martyrum, S. Iosephi patriarchæ laudatio, Conciones Ephraim Graece extant apud illustrissimum D. Diegum Hurtadum à Mendoza. * Sermo de meretrice, & Opusculum ad monachos quomodo ad Deum accedendum sit media nocte, Graece seruantur in bibliotheca Regis Gallorum. Quaedam etiam eius opuscula Dillingæ edita sunt, Petro Francisco Zino interprete. Claruit anno D. 380.

Ephraem alius Graecus, abhinc annos ducentos, qui vitas principum Constantinopolitanorum Iambico carmine scripsit, quod opus in bibliotheca Vaticana cernitur. Vollaterranus libro decimo quinto Urb. eommen,

Epicadi historici liber trigessimus sextus citatur à Charisio.

Epicarmus Siculus, ex Craeto vrbe, ut Suidas & Stephanus tradunt, Cornicus, vna cum Phormo comœdiam inuenit, edidit fabulas quinquaginta duas, aut ut Lycon ait 35. Quidam Comœdiant tradunt, ex ijs qui cum Cadmo in Siciliam migrarint, alij Samium, alij Siculum Megarensium. Fuit ante Persicum bellum annis sex. Suidas. Ex eius fabulis hæc nomina supersunt apud Athenæum. Rusticus, Alcyon, Atalantæ, Bacchæ, Busris, Terra & mare, Dionysæ, Spes vel Plutus, Festum, Hebes nuptiæ, *ἑταρῶν, ἑταροὶ* Consultores, Cyclops, Coimastæ comedatores, Megaris, Musæ, *ἄσσοι*, Vlysses transfuga, Vlysses naufragus, Orya feti intestina, Perialus, Pyrra aut Prometheus, Sirenes, Sphinx, Philoctetes. Eiusdem orationem ad Antenorem citat Plutarchus in vita Numæ. Citantur etiam apud Stobæum Epicarmi carmina. Laertius libro octauo Epicarmum Coum inquit fuisse, trimestrem verò in Siciliam profectum pertinisse Megara, inde contendisse Syracusas: fuisse autem auditorem Pythagoræ, ac scripsisse commentarios de natura rerum, de sententijs, de medicina: notasque breues commentariorum locis apposuisse, quibus indicet elaborata à se opuscula. Plinius citat Epicarmum medicum: & Columella, Epicarmus inquit Syracusanus pecudum medicinas diligentissime conscripsit. An autem hæc omnia ad verum Epicarmum, an eodem nomine duo, pluresve scriptores fuerint, doctis iudicandum relinquo.

Epicarmus Cous, auditor Pythagoræ, medicus insignis, scripsit de natura rerum, deque medicina commentarios, qui extant Romæ in bibliotheca Vaticana. Volaterranus lib. 15.

Epicratis Ambraciota, comici, fabulæ citantur ab Athenæo, Mercator, Antilais, Amazonas, Dyspratus, Epicrates encomium scripsit in Leucadem siue Balaneas urbem Phœnicia, Stephanus in Balaneæ.

Epictetus Phryx, Hierapolitanus, philosophus, seruus Epaphroditii satellitis imperatoris Neronis, pede mutilatus ex fluxione, habitauit Nicopolis, vrbe nouæ Epiri. Vixit usque ad tempora M. Antonini: scripsit multa. Suidas. Epicteti epistolæ Græcæ cum expositione Simplicij in Italia extant, in bibliotheca Medicum, Fortassim & istas Arrianus conscripsit, sicut Enchiridion, & lib. 4. de dictis ipsius, ut supra indicauimus. Stobæus quoque multas passim Epicteti sententias allegat, Epicteti morales sententiæ, & complurium aliorum: ut Democriti, &c. Græce habentur in bibliotheca regis Gallorum.

Epicurus, Neoclis & Chærestrates filius, Atheniensis è Gargettio municipio: fratres habuit Neoclem & Chæredemum, Philosophari cepit anno ætatis 12. & peculiaris sectæ fuit auctor. Primum Sami versatus cum parentibus, deinde Mytilenis, vnum annum scholæ præfuit: post Lampfaci, ac demum Athenis in suis hortis. Audiuit Nausiphanem Democritium philosophum Platonis discipulum; Natus est Olympiade 79. vel secundum alios 109. septem annis post Platonis

tonis obitum: vixit vsque ad successores Antigoni Gonatæ: scholaque eius permanfit vsque ad Cæsarem primum, annos 235, quibus successores habuit quatuordecim. Suidas. Vitam Epicuri copiose descripsit Laertius libro decimo, ab eo hilibri Epicuri enumerantur, Epicuri libri hi enumerantur à Diogene Laertio De natura 37. De atomis & voacuo, De amore, Epitome eorū quæ aduersus phisicos scripta sunt, Aduersus Megarenses dubitationes, Propriæ opinionēs, De sectis, De plantis, De fine, De iudicio siue regula, Chæredemus de dijs, De sanctitate, Hegesionax, De vitis quatuor, De iusto opere *δικαιοπραγίας*, Neocles, Ad Themistam, Symposium, Eurylochus, Ad Metrodorum, De visu, De angulo atomi, De tactu, De fato, De perturbacionibus opinionēs ad Timocratem, Prognosticō, Exhortatorius, De imaginibus, De phantasia, Aristobulus de musica, De iustitia & virtutibus ailijs, De donis & gratia, Polymedes, Timocrates 3. Metrodorus 5. Antidorus 2. De austris opinionēs, Ad Michrem, Callistolas, De regno, Anaximenes, Epistolæ. Athenæus citat Epicuri epistolam *ἐπιτομή τῆς ἐπιτομῆς* (fortè De viuendi ratione) & librum de fine.

Epigenes comes & magister memoriæ sub Theodosio, operam suam contulit ad codicem Theodosianum.

Epigenes comicus: cuius fabulæ sunt, Athenæo in Dipnolophistis auctore, Heraine, idest Iunoniâ: Mnemation, idest parium monimentum: & Bacchia, seu Bacchiatio: Suidas. Citatur præterea apud Athenæum eiusdem fabula Bacchæ, libro nono: & alibi *ἑρακλῆα* falso scriptum est pro *ἑρακλῆα*. Idem etiam Epigenes meminit qui Ionis Chij tragici interpres fuerit. Porro Clemens Alexandrinus Stromaton primo citat Epigenem in ijs quæ scripsit de poetis quæ refertur ad Orpheum.

Epigenes Rhodius scripsit de Agricultura tribus Varrone & Columella. Citatur à Plinio lib. 8. 10. 14. & tribus deinceps.

Epigenes Gnomonicus citatur ab eodē libro 2. * Epigonus Lacedæmonius philosophus ab Euripio celebratur.

Epigoni Thessalonicensis epigrammata 3, leguntur in primo libro Florilegij Græci.

Epilyci Coraliscus & Phoraliscus fabulæ citantur Athenæo: & Epinici Mnesiptolemus, & Hypoballomenæ.

Epimenides Phæsti, aut Dosiadæ, aut Agiasaracha F, & matris Blactæ: Cretensis, Gnosius versificator. Cuius animam ferunt, quoad vellet, & excessisse è corpore & in id esse reuersam, Eius defuncti cutem longo tempore post literis distinctam, repertam esse tradunt. Vnde pro uerbum, Epimenidea cutis, derebus arcanis. Hic iustrauit Athenas à Cylonio piaculo, quæ dragesima quarta Olympiade iam senex. Versibus multa scripsit, Initia, iustrationes & alia obscura. Vixit annos centum quinquaginta, quorum sex dormiit. Suidas. Vitam eius descripsit Laertius libro 1. philosophicæ historiæ, in qua hæc ipse scripta recensentur. Curetum & Corybantum generatio, & theogonia ad

quinque millia versuum. Argus nauis apparatus & structura, & Iasonis in Cholcos nauis gatio, ad sex millia & quingentos versus. Prosa oratione, De sacrificijs, & Republica Cretensium. De Minoc & Radamantho ad quatuor millia versuum. Epistola ad Solonem conditorem legum de ea republica quam Minoc Cretensibus tradidit, quam Demetrius Magnes negat ipsius esse, ut pote recentem neque Cretensi sed Attica elocutione scriptam. Aliâ epistola ad eundem, quam illic inferuit Laertius. Telchiniacâ quoque historiâ ab aliquibus Epimenidi attributam scribit Athenæus, D. Hieronymus refert ipsum scripsisse, de Genesi & ortu diuino libros versuum quinque millium, De diuersis naturis rerum libros versuum nouem millium & quingentorum. Soluta verò oratione de Cretensi politia & eius victorijs. Floruit Solonis temporibus.

* Epimenides alius à Cretensi, Genealogiarum scriptor. Laertius.

* Epimenides tertius, Dorice scripsit de Rhodo. Laertius.

Epiphanius Cypri Salaminæ vrbis episcopus scripsit de 80. heresib. li. 1. contra omnes hereses li. 2. De errorib. Origenis lib. 1. ad Theophilum Alexandrinum lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. & quædam alia. Acta eius in tripartita historia leguntur. Huius epistola ad D. Hieronymum de generali epistola Theophili Alexandrini proponitur libris quatuor paschalibus Theophili, ab Hieronymo conuersis. Et alia quædam in tertio tomō operum D. Hieronymi, legitur. Epistola ad Arabas prolixa, libro 3. ipsius Epiphaniij contra hereses, tomo 2. in sermone contra Antidicomarianitas ponitur. Romæ in bibliotheca pontificia seruantur Epiphaniij Panaria, id est, contra omnes hereses libri. Ancyrota, quasi anchora quædam fidei. De talento liber. Ad Diodorū de 12. lapidibus. Epiphaniij monachi (nescio an eiusdem) liber de vita Mariæ, & temporibus vitæ ipsius. De prophetarum vita & interitu commentarius Græcus, vna cū Albani Torini interpretatione Latina è regione, Cratander excudit Basileæ 1529. cū alijs quibusdam opusculis. Huius contra 80. hereses, à Cain ad Valentis & Valentiniani vsque tempora opus, Panarium, siue arcula (*κύβητος*) aut capsula medica appellatum: item Epistola, siue liber Ancoratus dictus, docens de vera fide Christiana: & Anacephalosis, siue summa totius operis Panarij contra 80. hereses: item Libellus de mensuris ac ponderibus, & de asterisco ac obelo, deque notis ac characteribus in diuina scripturâ interpretibus per Origenem vsurpatis: hæc omnia Græce anno 1544. excusa Basileæ. Idem opus Latine ibidem excusum est apud Robert. Vuint. 1543. Iano Cornario medico interprete. Epiphaniij de fide catholica, & apostolica ecclesia oratio, per Vitum Amerpachiū conuersa & quibusdam scholijs enarrata, excusa est Augustæ Vindelicorum, anno Domini 1548. * Eiusdem liber de duodecim gemis quæ erant in veste Aaconis, * Græce & Latine è regione Iulio Terentiano interprete, cum Corollario Contr. Gesneri, Tiguri anno 1565. Circumfusus

& Græcus libellus Epiphaniij de animalium natura, Physiologi titulo, parui sanè precij, Sermones aliquot de laude virginis Mariæ : Parisijs impressi.

* Epiphanius Myeseos Nestorianus citatur in synodo Laterana Martini 1. PP.

Epiphanius Vlpiani sophista, natione Petreus, scripsit de communicatione & discordia statuû, progymnasmatâ, declamationes, *ὑμῶδες*, Polemarchicum, orationes demonstratiui generis, miscellaneas denique quasdam speculationes.

Epiphaniij liber de caractere epistolari, Græce manuscriptus extat in bibliotheca regia.

Epiphanius præsul Selybria, Olybriaë, aduersus imaginum concrematores librum contradictoriorum conscripsit. Suidas.

Epiphanius Scholasticus tres scriptores historig ecclesiasticæ, ex quibus historia tripartita concinnata est, Theodoretum, Socratem & Sozomenum in Latinam linguam transtulit.

* Epitherses Nicenus, scripsit de dictionibus Atticis, & Comicis, & Tragicis, Stephanus de vrbibus.

Eracus Astrologus in astronomicis quædam Ptolemæi Philadelphi temporibus scripsisse fertur.

Erasistratus Iuliates, ex Iulide Cææ insulæ vrbe. Appellatur itaque Cæius, filius Cretoxenæ, Medij medici & Cleombroti sororis. Hic Antiochum regem ex amore noueræ Stratonices ægrum, sanauit. Manu enim cordi admota, ex palpitatione, quoties Stratonicem fortuito prætereuntem videret, amorem depreheudit. Sepultus est iuxta Mycalen montem è regione Sarni. Scripsit medicos libros nouem. Suidas.

Galenus librum scripsit contra huius sectatores Erasistratios, in quo citat Erasistrati libros, De febribus. De passionibus ventris, *περὶ παριστοῦ* de resolutionibus. De podagra, *ὑπερῶν διαφύσεων*, diuisionum vel sectionum.

Erasmi Alberti iudicium, de spongia Erasmi Roterodami adeoq; quatenus illi cõueniat cum Martini Lutheri doctrina. Libellus impressus. Eiusdem præcepta vitæ ac morum, & exquisitæ sententiæ in decalogum distributæ, & rhythmis Germanicis expositæ, Francofurti apud Egenolphum anno Domini 1548. Item Colloquia decem pro pueris incipientibus loqui. Francofurti 1569. Germanice.

Erasmi Ebneri encomium formicarum : Libellus impressus, cum Philippi Melanchthonis de clamationibus.

Erasmus Cornelius, Donati de octo orationis partibus libellum in typos siue tabulas redegit, quò studiosorum iuuenum vsui aptior esset, excusum Basileæ apud Ioannem Oporinum anno D. 1552.

Erasmus Heupelius grammaticus Bruneggij dialogum Luciani de ambitione & gloriæ cupiditate paraphrastice reddidit, anno D. 1549. excusum Ingolstadtij.

* Erasmus Michaelius Lætus, Cimber, Theologiæ professor in academia Hafniensi, scripsit carmine De re nautica libros quatuor. Colloquiorum moralium libros totidem. Basileæ anno

Domini 1573. impressos in quarto. In aliquot Psalms Daudis explicationem. Audio etiam alia egregia eum sub manibus habere. Claruit anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio. Mentio quoque eius supra facta est. C. Eras Mich. Lætus.

* Erasmus Musculus, communes opiniones ex consilijs Mariani Socini nepotis collegit, Francofurti 1569. in folio.

Erasmus Osualdus Schreckenfuchsius, Austriae mathematicum & linguæ Hebrææ in Academia Friburgensi professor, Paraphrasim in Cantica canticorum & Ecclesiasten Solomonis ex Chaldaica lingua in Latinâ transtulit. Addidit etiã orationem funebrẽ Hebraice conscriptam de obitu Sebastiani Munsteri præceptoris sui, Hen. Petri impressit Basileæ anno Domini 1553. octonionibus 22. & dimid. Eiusdem commentaria in Theoricis planetarum, Henricus Petri impressit in folio. Transtulit etiam in Latinam linguã R. Abraham Cai Hebræi librũ De sphaera & Arithmeticã R. Elię. H. Petrus excudit anno D. 1546. in 4. Hebraice & Latine. Scripsit etiam De primo mobili. Commentaria, in Sphæram Ioannis de Sacrobusto, & quædam alia.

Erasmus Reinholdus, quondam mathematicum professor in Academia Vuittenbergensi, theoricis planetarum Georgij Purbachij, plurib. figuris auxit & scholijs illustrauit, quibus inserta est methodica tractatio de illuminatione Lunæ. Liber excusus est Vuittenbergæ, anno 1542. octern. Præterea scripsit Calendarium ibidem excusum, Tabulas Prutenicas & Directionum excusas Tubingæ. Obijt Vuittenbergæ anno D. 1553. Commentarios in libros Ptolemæi mathematicæ constructionis, Lutetiæ Guilielmus Cauellat 1556. Explicationes in Regulas Ptolemei anno Domini 1569. in octauo. Puto Commentarios in Ptolemæum non aliud esse quàm explicationem Regularum Ptolemæi. *J. b. L. s. in Ep. p. 103.*

Erasmus Roetenbucher, Boius, scripsit libellũ de Ecclesiæ autoritate & potestate, excusum Norimbergæ apud Ioannem Daubmannum.

Erasmi Sarcerij Annemontani dialectica, excusa Marpurgi apud Eucharium Cerui cornũ 1537. Item Rhetorica, ibidem anno eodem, Commentarij in Iesum Syrach, quos Egenolphus Francoforti excudit, quemadmodum & alia plæraque huius scriptoris opera idẽ singula Fræcoforti impressit. Item Expositiones in epistolas Dominicales ac festiuales, ad methodi formã ferẽ absolutæ. In 4. Euãgelistas iuxta scholia, ad perpetuũ textus cohærentiæ filium, excusa Basileæ apud Vuesthemerum 1541. & Egenolphũ. Scholia in Acta apostolica, quę commentaria fultissima possint esse, impressa ibidẽ 1540. In Epist. ad Rom. ad Galatas, Ephesios, Philippenses, scholia ibidẽ excusa. Item Methodi in præcipuos scripturæ diuinæ locos, ad nuda Didactici generis præcepta in theologorum vsum composita, Egenolphus excudit Francoforti, 1540. & Vuesthemerus Basileæ secundo recognitos, anno D. 1548. Item Isingrinus anno 1549. Dialogus reddens rationẽ veterũ synodorũ, cum generalium tum prouincialium : itẽ visitationum, & nuper habitę synodi & vi

& visitationis, pro pastoribus comitatus Nassou
ensis, sub D. Guiliel. Comite, simulq; explicans
eiusdē visitationis acta, quę cognita & alijs regio
nibus, multū utilitatis adferre possunt, impressus
Francoforti, 1539. De consensu veræ ecclesię &
SS. patrū, in primis autē D. Augustini super præ
cipuis Christianę religionis articulis: Liber ex
cusus Francoforti apud Egonolph. 1540. Cōcio
nes de signis & causis quibus, Germaniæ, nisi se ad
pœnitentiã conuertat, mala plurima portendun
tur, Vuolfgangus Gunther excudit Lipsiæ anno
1551. 17. Sermones de pœnitentiã, De modo reuo
candę disciplinę, De concilijs & synodis, De vi
sitatione parochiarū, De officio magistratus &
subditorū, De iustitiã quę coram Deo est & bo
nis operibus. Iacob. Beruualdus excudit eodem
anno. Liber De cauendis veterum papistarū cras
sis, & nouorum sophistarum insidiosis erroribus
eodem anno impressus. Scholia scripsit in omnes
fermē veteris & noui Testamenti lib. quorū ma
gna pars excusa est. Libellū etiã de cruce conscri
psit, in quo plurimas causas recenset quare Deus
pijs crucem immittat, impressum cū præfatione
Philippi Melanch. Congessit etiam in vnum li
brum veterum & recentiorum sententias de con
iugio & diuortio, liber impressus est Germani
ce, Lipsiæ puto. Dictionariū scholasticę doctri
næ. Basileæ 1546. in 8. Corpus iuris matrimo
nialis, liber Germanicus in folio editus Franco
furti anno Domini 1569.

Erasmi Stellæ Libanothani de Borussia anti
quitatibus libri 2. impressi Basileæ apud Ioan
nem Fröbenium 1518. Libellus de gemmis, excu
sus Argentorati 1530. adiectus est etiam C. Plinij
de gemmis liber ex historia naturæ.

Eratosthenes Cyrenæus grāmaticus, poeta, phi
losophus, geometra & astrologus celebris fuit,
primus philologus cognominatus est, scripsit
vero cum multa in philosophia & astrologia, tū
non pauca in poetica & historia, & præterea de
ijs quę sunt in philosophia sectis, reliquit & dia
logos multos, & de indolentiã quępiã, sed & in
grammaticis nonnulla. Liber eius hexametris
versibus conscriptus, cui titulus est Hermes, addu
citur ab Heraclide Pontico. Elegia eius extat
apud Eutocium Ascalonitã, in commentarij Sy
racusani Archimedis. Ab Athenæo verò hi eius
libri citantur: Anteriny. Ariston. Arstone.
Epistola ad Agerorem Laconem. Hermes. De
comœdia. Galaticorum liber 2. 4. & 7. citantur
à Stephano de vrbibus. A Laertio verò citatur
liber De diuitijs & paupertate. Tetrastichon ele
giacum de vinò apud Stobæum extat, de incon
tinentiã. Distichon libro 6. Florilegij Græci,
sektionē 23. Citatur etiam Plutarcho, Higino,
Arati commentatore. Expositio eius Græcã in
Phænomena Romę extat in Vaticanã bibliothe
ca. Eratosthenes in ijs quę scribit de bonis & ma
lis allegatur à Clem. 4. Stromaton.

Eratosthenis Scholastici tetrastichon, ibidem
libro. 7.

* Ercombertus quidã, Grāmaticus, Anglus, scri
psit de octo partibus orationis, lib. 1. Regulas grā
maticales lib. 1. Baleus.

* Eremita quidam Britannus inter Cambros

hiatus, De Arthuro Rege & eius mensa rotunda
scripsit & alia, quod opus vocat Sanctum Graal,
lib. 1. Claruit anno 720. Baleus.

Ergiæ Rhodij liber de Rhodo, allegatur A
thenæo.

Erhardus monachus ordinis sancti Benedicti,
scripsit Commentariorum in Genesim libr. 1. in
Exodum libr. 1. in Leviticum libr. 1. in Numeros
lib. 1. in Deuteronomium libr. 1. Homiliarū quo
que lib. 1. & alia nonnulla.

* Erhardus Cellius Tubingæ literas Latinas,
proficiens, in poematis Græcis Crusij per multa
Latino carmine conuertit. Idem innumeros
alios versus (in Epithalamijs, Gratulationibus,
Epicedijs, & alijs) scripsit. Præsertim vero in
carminibus, tali texturã, quali Rabanus Maurus
distinguentis, præstans est.

* Erhardus Hedenneccijs, transtulit Nonnum
poetam in Latinam linguam, Basileæ anno Do
mini 1571. in 8.

* Erhardus Reych Tyrolensis, Palatinatus Ba
uariæ tractum in tabula descripsit, Norimbergæ
anno 1540.

Ericus, nomen proprium, aliàs Hericus: fortas
sis idem quod etiam infra Erycius.

Ericus monachus ordinis sancti Benedicti, scri
psit metricę vitam Germani Antiodoren. lib.
6. Homiliarum ad populum li. 1. Sermones & e
pistolas plures, & alia multa utroque stilo. Eius
homilię 37. extant inter homilias veterum the
logorum, quas Alcuinus Leuita congessit. Cla
ruit anno D. 880.

Erinna poetria Teia, aut Teleia, quę floruit
Dionis Syracusani temporibus, scripsit Dorica
lingua elegans poema trecentis versibus, aliãque
epigrammata. Cuius carmina ad Homericam
maiestatem accessisse ferunt. De hac Proper
tius lib. 2. Erinnis tetrastichon libro quarto Flo
rilegij Græci, sektionē 5. Stephanus de vrbibus
Erinnam poetriam Teniam, nominat, ortam ex
Teho Laconię oppido.

Eriphilus citatur à Plinio, inter externos autho
res libri vñdecimi.

Eriphilus comicus, Dramata eius ab Athenæo
decimo quarto Dipnosophistarum recensentur:
Aeolus, Pelasta, Melibœa. Suidas.

Ermoldi Nigelli Exulis, ad Ludouicum pri
mum imperatorem de rebus ab eo gestis libri
quatuor elegiaco carmine cōscripti, extant Vien
næ Austrię apud Vuolfgangum Laziūm. Hic
nominatur etiam Helmoldus Niger.

* Ernestus Rhegius, de hominis politici perso
na & officio. Argentinæ Samuel Emmel anno
1568. in octauo.

* Ernulphus episcopus Roffensis in Anglia, na
tione Gallus, patria Beluacensis, scripsit ad quæ
stiones Lamberti abbatis Bertiniani, Solutio
nes quasdam, librum vnum, De operibus sex die
rum, lib. 1. De verbis domini in cruce, lib. 1.
De corpore & sanguine domini, lib. 1. Ser
mones quoque, lib. 1. Et alia. Obijt anno Do
mini 1124.

* Erotis medici, liberi Iulij, muliebrium liber
qui etiam ad ornatum pertinentia quædã & aliã
varia continet. Hodie sub Trotulæ nomine cir
cumfertur.

* *Erotiani* liber de dictionibus Hippocratis Græce extat in bibliotheca Regis Gallorum, & præterea impressus est ab Henrico Stephano in octavo, cum Dictionario medico.

* *Erueus* Brito ordinis Prædicatorij, scripsit super quatuor libros sententiarum, Duo quodlibeta: Contra Henricum de Gandauo, De verbo: Orationes de peccato originali, M. Diefserus. Ferrus etiam in Aristotelem commentaria scripsisse, ac illi tribuitur à multis summa 10 *Logicæ* Aristotelis quæ sub Aquinatis nomine impressa est.

Erxiæ Colophonica, Athenæus citat. Vide an potius legendum *Ergiæ*, cuius idem Athenæus librum de Rhodo citat.

Erycij in Florilegio Græco epigrammata 8. leguntur: duo in primo libro, totidem in secundo, & quatuor in tercio. Citatur etiam à commentatore Apollonij.

Esaïas, iuxta Hebræos Iesaias scribitur.

Esaïæ cuiusdam opus monasticum Græce extat Romæ in bibliotheca Vaticana.

Esaïas propheta in Hierusalem, de tribu Iuda ortus, sub Manasse rege Iuda sectus in duas partes, scripsit prophetiam & vaticinia diuisa in capita 66.

Esaïæ Heidenrich Zeittauensis, æconomia Christiana de officio parentum erga filios, cum præfatione Iodoci Vuillichij, excusa est Francofordiæ ad Viadrum, anno Domini 1552. De 30 Christianæ viduæ atque pupillorum conditione, cura & officio atque consolatione: libellus Germanicus. Gorlicij anno Domini 1571, in octavo.

* *Esaïæ* Preiseri Oratio de studio Græcæ linguæ, Henricopoli 1571.

* *Esaïæ* Tribaueri Chronicon Biblicum, quo exemplis et testimonijs Biblicis probatur, libros prophetarum & Apostolorum esse verum Dei verbum. Germanice, Vitebergæ 1568. Eiusdè 40 confutatio Schuuenfeldiani erroris, de verbo Dei predicato, Baptismo, Absolutione, & Cæna Domini Regenspurgi 1571. Germanice, octavo.

Esulei cuiusdam astronomicus liber de ascensionibus.

Esfomus Rudingerus Pâbergësis, Germanus, Ioachimi Camerarij gener, *de quorundam ididit* Camerarij edidit, impressam apud Iacobum Parcû Basileæ, & apud Valentinum Papam Lipsiæ. Idem in manibus habet descriptionē vitæ M. Tulij Ciceronis, quam in tres libros distinxit. Floret nunc Viteberge, anno Domini 1573. Idem transtulit hypotyposim astronomicarum positionû Procli. 50

Ethelbertus Cantiorum rex, scripsit Decreta iudiciorum li. 1. Ad Gregorium pontificem epistolas plures, & alia. Claruit anno Domini 615.

Ethelredus monachus Cisterciensis, natione Anglus, scripsit Speculum charitatis, Homilias in Lucam. Conciones et epistolas plures. Floruit 60 anno Domini 1220.

* *Ethelstanus* Anglorû Rex, Leges antiquas corripuit, li. 1. Nouasq; vriles edidit, lib. 1. Ad suos subditos, lib. 1. Constitutiones cleri, lib. 1. Astrologi- cû opus, lib. 1. E vita migravit anno 939. Baleus.

Ethelunodus Vuentanus monachus & præsul Vuintonienfis, scripsit de sua in presbyteros potestate lib. 1. ad Ioannem XIII. pontificem. De suis visionibus librum. Claruit anno Domini 987.

* *Etheluuolphus* Bernicius qui & Lupus dicebatur, ex Anglosaxonum genere, monasticæ sectæ cultor ab ineunte ætate, scripsit, De origine sui cœnobij, lib. 1. De illustribus monachis lib. 1. Sua per suo somnio, lib. 1. Claruit anno 750. Baleus

* *Etheluuolphus* qui & Athulphus primo monachus deinde episcopus, tandem Anglorum Rex, scripsit, Pro Petrinis denarijs, Leges vectigales, lib. 1. Epistolam hæreditariam, lib. 1. Obijt anno Domini 857.

Ethicus Hister quidam, scripsit antiquitatis historias, quæ ab Hieronymo in Latinum sermonem è Græco conuersæ creduntur. Has alicubi Lilius Gregorius Gyraldus citat, tanquam extantes. Ethicus hic scripsit etiam Cosmographiam Latine, quæ à Iosia Simlerò breui in publicum dabitur. Longe alius est & recentior Istro Callimachio qui ab Higno citatur.

* *Ethodius* eius nominis primus Scotorû Rex, scripsit Ad Pictorum regem, epist. plures. Strangulatus fuit à quodam qui ei erat à cubiculis, anno 196. Baleus.

Euages pastor, poeta comicus fuit, eum Stephanus idiotam & illiteratum tradit, reliquarû que disciplinarum expertem, celebrè tamen poetam habitum.

Euagon Thastus citatur à Plinio, qui quædam ex eius scriptis in 8. & 17. Naturalis historiæ librum transtulit.

Euagoras Lindius historicus, vide Suidam.

Euagoras Thastus citatur à Plinio, 10. 14. 15. & 18. lib. Naturalis historiæ. *Euagoræ* historia Græca, impressa Romæ.

Euagrius Monachus Macarij familiaris, scripsit D. Hieronymi temporib. tractatus diuersarum hypotheson. Vitæ patrum, Vitæ Beati Antonij ab Athanasio Græce descriptam in Latinum sermonem transtulit. Scripsit etiam aduersum os sœ principalium vitiorû suggestiones. Orosii sanctorû scripturarû testimonijs scripsit libros. Anachoretis etiam simpliciter viuentib. librum centum sententiarum per capitula digestû; & eruditus ac studiosus 50. sententiarum. Composuit & cœnobitis ac synoditis doctrinam aptam vitæ communis. Et ad virginem Deo sacratam, libellum competentem religioni & sexui. Edidit & paucas sententiolas valde obscuras. Scripsit etiã commentariû in prouerbia Salomonis. Verum huius opera pleraq; è Græco in Latinum transtulit Gënadius. * *Euagrii* Ascetica, & Ethica capita Græce extant in bibliotheca Regis Gallorû. Citatur etiam *Euagrii* monachi liber monasticus à Nicephoro lib. 8. cap. 15. nescio an alius ab Asce- 60 citis. Claruit anno Domini 380.

Euagrius alter, scripsit altercationem Simonis Iudæi & Theophili Christiani.

Euagrius illustri dignitate præditus, historiam suam ecclesiasticam vsq; ad Iustini ætatem deduxit, maxima ex parte res prophanas tractas, quarum argumenta & materiam ex Eustathio Syro, Sozimo, Prisco, Ioanne, Procopio Cæsariensi, Agathia,

Job. Cap. 11. Et. v. 198.

Agathia, qui illis temporibus insignes fuisse oratores, & præterea ex alijs non penitendis historicis decerpfit. Hæc Nicephorus historiae suæ libro primo. Euagrii Scholastici ecclesiasticæ historiae lib. 6. Græce excusi sunt Parisijs apud Robertum Stephanum, & Basileæ Latine, cum Eusebio & reliquis historiae ecclesiasticæ scriptoribus, Vuolfgango Musculo interprete. Exorditur autem historia suam inde ubi Sozomenus, Theodoretus & Socrates cessarunt, & eam his libris ad duodecimum annum imperij Mauricij Cæsaris deducit.

Eualcis Ephesiaca Athenæus citat.
Euangelus poeta Comicus, scripsit de re militari, ut Plutarchus in Philopæmene meminit. Itæ fabulam Anaclyptomene, cuius meminit Athenæus lib. 14. & Volater.

Euanthes scriptor apud Græcos minime pressus, Plinius libro 8. Euanthes statuam à Callistrotu statuario expressam Tatianus meminit. Euanthes Milesius citatur à Laertio.

Euanthis Samij scripta citantur apud Plutarchum in vita Solonis.

Euanthis versificatoris hymnum in Glaucum Athenæus allegat.

Euaristi Papæ decreta, cum reliquis pontificū decretis excusa Coloniae. Eiusdem epistolæ duæ sum recognitionibus Clementis impressæ Basile.

Euax rex Arabum, De simplicium effectibus ad Nerone scripsit, Plinius: insinuat autem eum Græce scripsisse. Extat hodie libellus Latinus carminibus ineptis exaratus, qui in hunc regem auctorem refertur. Euax rex Indiae, De virtutibus gemmarum scripsit ad Nerone: extat Ferrariae apud Petrum Bonum. Item Euacis Arabum regis ad Tiberium Cæsare de viribus lapidum pretiosorum liber, carmine elegiaco incerto auctore translatus, extat Viennæ Austriae apud Vuolfgangum Lazium.

Euboci Parij Parodus citatur Athenæo.

Eubulides Milesius, philosophus Megaricus siue Eristicus, Aristotelis aduersarius, plurimos in Dialectica modos rationesq; interrogandi tradidit, mentientem & fallentem, electram, conuelatam, sortem, corneam, caluam. Laertius. Idem citat eius librum de Diogene. Athenæus verò citat eiusdè Comastas, comædiam uti arbitror.

Eubulius, idem qui Methodius: vide infra.

Eubulus Cettijs, Atheniensis, filius Euphranoris, Comicus, edidit fabulas viginti quatuor. Fuit Olympiade 101. mediæ & veteri comædiæ affinis. Suidas. Eius fabulæ ab Athenæo citantur. Seruati. Antiopæ. Aftyri. Auge. Bellorophon. Ganymedes. Dædalus. Deucalion. Dionysius. Dolon. Europa. Echo. Ialemus. Ixion. Ion. Callæschrus. Campylion. Glutinatus. Cercopes. Clepsydra. Aleatores. Lacones, vel Leda. Conglutinatus. Medea. Mylothridas. Molitrix. Myfi. Nannion pumilio. Naustica. Neortis, puella. Vlysses, vel oculus. Oedipus. Beata. Orthamia. Ortachne. Pamphilus. Peruigiliū. Leno. Procris. Profusia, siue Cygnus. Semele aut Bacchus. Coronatum venditices. Sphingocaron. Titanes. Mater terræ. Phœnix. Gratia. Chryssilla. Pfalltria. Ancylium.

Amalthæa. Præterea à Polluce citantur Amalhibole. Anchises. Glaucus. Cum autem Suidas scribat eum fabulas 24. scripsisse, & nos plus quàm duplo plures enumerauerimus, oportet ut aut numerus in Suida mendosus sit, aut plures ex his falsò Eubulo inscribantur. Quinetiam ex his quæ enumeratæ sunt, quædam bis videntur positæ, nam crediderim *κατακλιβυλλων* & *μετακλιβυλλων*: item *διονυσιον*, & Semelen siue *διονυσιον*: eandem fabulam esse. Eius item Distichon Iambicum, apud Stobæum de dominis & seruis extat. Citantur alia eius scripta apud Higinum etiam.

* *Eubulus* qui multis libris historiam Michræ conscripsit, citatur à Porphyrio *πρὸς ἀπορίης*.

Eucharis Rhodion, medicus Francofurtensis, scripsit librum De partu hominis, & obstetricatu, cum varijs figuris nascentium ex utero partuum: itæ herbarium Germanicum, Almanach annorum 19. ab anno 1533. in annum 1551. & alia. Egenolphus excudit Francofurti, anno D. 1551.

Eucharis Synesij Romulus, carmè Bucolicum, impressum Basileæ.

Eucherius Lugdunensis ecclesiæ episcopus, scripsit Formularum spiritualium siue intelligentiæ librum. Quæstiones difficiliore in utrunq; Testamentum. Nominum Hebraicorum & aliorum in sacris literis contentorum interpretationem. Epistolam paræneticam ad Valerianum de contemptu mundi. Commentariolum in Genesim lib. 3. In libros Regum lib. 4. Quæ omnia excusa sunt partim apud Cratandrum, partim apud Frobenium Basileæ anno 1530. Scripsit etiam instructionum lib. 2. veteris & noui testamenti quæstionum per interrogationem & responsionem. ibidem impressos. Casiani quædam opuscula contraxit in compendium. Scripsit de laude eremi ad Hilarium episcopum lib. 1. Epistolas ad diuersos. * Commentarij eius in libros Regum Augustini titulo, citatur à Glossa ordinaria. Regum 14. sed falsò. In fine 1. Regum citat Gregorium PP. in Iob, vnde conijci fortè potest ne Eucherij quidem esse. Claruit anno D. 440.

* *Euchopædij* medici Collectanea extant ni fallor apud Benedictum Aretium.

Euclides Megarensis philosophus, Dialogos conscripsit, Alcibiadem, Aeschinem, Critonè, Phœnices, Lampriam, Amatoriam, item De perspectiua, De speculis, Institutiones Musicæ. Librum de Diuisionibus. Libros *ψυδαιολογ*, id est, mendaciorum. Elementorum præterea Geometricorum lib. 15. qui cum Theonis commentarijs & alijs excusi sunt Basileæ Græce apud Heruagium, anno 1533. Latine verò à Campano & Bartholomæo Zamberto cõuersi. Parisijs apud Heiricum Stephani, anno 1516. & Basileæ apud Heruagium, 1537. cui editioni adiecta sunt Euclidis Phænomena, Catoptrica, Optica, & Protheoria Marini, & Data, Euclidis Harmonica, & Canonis *καταρπυλῶ* Græce habet illustris vir Diegus Hurtadus Venetijs. Euclidis ænigma Geometricum in Florilegio Planudis versibus 7. Euclidis Geometria absq; demonstrationibus, impressa est Florentiæ Græce. Eiusdem libri sex priores cum demonstrationibus Orontij, impressi sunt Parisijs à Colinæo. Idè libri Basileæ à Ioanne Heruagio

excusi sunt, cum demonstrationibus Ioan. Scheubelij absque designatione literarum. * Euclidis Isagoge Harmonica, Græce manuscripta seruat in bibliotheca Regis Gallorum. Eiusdem Optica & Catoptrica Græce & Latine Parisijs edita sunt Ioanne Pena interprete. Item Harmonica et Sectio regulæ eodem interprete. Optica etiam & Catoptrica Conrado Dasypodio interprete, Græce & Latine Argentinæ sunt edita. Euclidis Collectanea Geoponica in bibliotheca Sambuci.

Eucratij à Thenis verba extant apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis Baptizandis.

Euctæi Asiæ Athenæus allegat propè finem libri noni, dubitans an ab Euctæo, aut alio quopiam conscripta sit.

Euctæmon citatur à Plinio, qui eius scriptis ad conficiendum 18. Naturalis historiæ librum usus est.

Eudemus Pelusiota, orationes non inelegantes scripsit, attemq; Grammaticam & recte scribendi rationem, nec non poemata quæ longo tempore in pretio fuere. Floruit eo quo Sophista Libanius tempore.

Eudemus pharmacopola hac in arte facile princeps, & alter Chius Eudemus arte minime laudatus, Plinius libro 9. cap. 18. Eudemus hic fortè ille est cuius in Pluto Aristophanes meminit tanquam pharmacopolæ annulos vendentis contra venena & serpentum morsus. Galenus lib. 2. de Antidotis Eudemum citat, eiusq; antidotum theriacem vocatum, versu conditum adducit. Athenæus lib. 9. Dipnos. ex Eudemi Atheniensis de oleribus libro verba quædam recitat: idem libro 1. Euthydemum cuiusdam qui de oleribus scripsit meminit. Apuleius verò Eudemum de animalibus scripsisse refert.

Eudemus Rhetor varia scripsit, & Dictionariū ordine alphabeti, quibus videntur rhetores & scriptores. Hoc Suidas vniuersum videtur in suum transtulisse. primus enim nominatur Eudemus ex authoribus Lexicorum, vnde Suidas suū construxit. Eiusdem commentarios in Aristotelis libros de physico auditu, allegant Augustinus Niphus & Simplicius.

* *Eudemus* Parius historicus, vixit ante Peloponnesiaca tempora. Dionysius Halicarnassensis in libro de Thucydidis historia.

* *Eudemus* Peripateticus librum scripsit de angulo, itè Geometricarum enarrationum libros, teste Proclo in primum Euclidis. Huius fortè fuerit historia astrologica quæ à Clemente citatur Strom: 1.

Eudicus adducitur à Plinio lib. 31. Nat. historiæ.

* *Eudori* Peripatetici liber de Nilo, laudatur à Strabone. Vide in Aristone.

Eudoxia Theodosij iunioris vxor, carmine & prosa excellens, ad imitationem Probæ, vxoris Adelphi, Homeri carmina reflexit ad fidem Christianam, scribens Homero centrona lib. 1. Liber impressus sine authoris nomine, cum interpretatione Latina è regione. Francoforti apud Petrum Brubachium 1541. cum Probæ Falconiæ centonibus Vergilianis, & Nonni heroica paraphrasi Græca in Euangelium Ioannis, Scribitur

autem *in dionysia* apud Suidam. Floruit anno Domini 423.

Eudoxus Aeschinis filius, Cnidius, Astrologus, Geometra, medicus ac legum lator fuit: Platonis æqualis. Scripsit de Astronomia versibus vt Suidas refert. De Geometria. Refert etiam Laertius ex Eratosthene, ipsum Cyniaorum dialogos composuisse: alij tamen tradunt, vt ait, Aegyptios lingua sua illos conscripsisse: hunc verò traductos Græcis edidisse. Ostaeridem quoque scripsit, quod Laertij interpres perperam exponit octo annorum historiam, rectius Vuolsius in Suida octo annorum circuitum transferet. Periodorum, seu de terræ circuitu libros: opus vt videtur Geographicum quod ab Athenæo, Clemente Strom. Laertioq; citatur: Plinius quoq; Eudoxum frequenter citans, potissimū hos libros intelligere videtur. Fastrorum libros qui ab Higino & Seruio citantur, & Phænomena: fortè autem hi sunt libri quos ipsum de Astronomia carmine scripsisse refert Suidas. Nuper verò Florentiæ Græce editi sunt Hipparchi libri tres in Arati & Eudoxi Phænomena. Geometricorum scriptorum Eudoxi summā proponit Proclus 2. Commentariorum in Euclidem.

* *Eudoxus* Cnidius medicus, alius ab Astronoma, quippe qui huius in suo terræ ambitu meminit. Laertius.

Eudoxus de gestis philosophorum, citatur in libro inscripto Lumen animæ.

* *Eudoxi* Philalethis Apologia aduersus Thesali Zoili oppugnationes pro Hieronymo Donzellino. Venetijs anno D. 1571. Videtur nomen fictum.

* *Eudoxus* Rhodius historiarum scriptor. Laertius. Idem citatur ab Apollonio in historijs mirabilibus.

Eudoxus Siculus, Agathoclis filius, noue comædiæ poeta, in vrano certamine ter vicit, Lenæis verò quinquies. Eius fabula Naucerus citatur à Polluce.

* *Eudromus* in morali institutione citatur à Laertio in Zenone.

Eueclus ante Homerum quædam carmine conscripsit, citatur à Tatiano contra gentes & Eusebio, item à Pausania vbi Eucleon nominatur. Eius existimantur fuisse carmina Cypria dicta, quæ ab aliquibus Homero attributa sunt. Nominatur hic perperam in Eusebio Euculus, & Tatiano Eumiclus.

* *Euclides* ætate Celsi insignis chirurgus & medicus oclarius, collyriorum quorundam author, quorum compositionem Celsus libro sexto tradit.

* *Euclipistus* à Celso libro septimo numeratur inter insignes chirurgiæ professores Romæ, qui paulò ante ipsius tempora quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinæ adiecerunt.

Euemeri Coi opus *επι ηρας δυα παρης*: cuius tertium librū Athenæus libro decimo quarto citat. Eumeri scripta citantur apud Higinum.

Eueni duo poetæ fuerunt Elegiaci, vterq; Paris. Suidas. Eueni epigrammata duo in primo libro Flori legij, & quatuor in quarto. Eiusdem elegias aliquot apud Ioan. Strobæum inuenimus.

Euenus citatur ab Athenæo, librorum autem nomina non indicantur.

* *Eugamon* Cyreneus ex Musæo librum integrum de Thesprotis surripuit, & tanquam proprium edidit. Clemens Strom. 6. Hic etiam Eugramon nominatur.

Eugenis octostichon libro quarto Florilegij, sectione 7.

Eugenij ab Amanclera verba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hereticis baptizandis.

Eugenus episcopus Carthaginensis in Africa, scripsit Expositionem fidei catholicæ lib. 1. Alterationem cum Arrianis habitam lib. 1. Apologeticum pro fide lib. 1. Ad ecclesiam suam dum in exilium perg. cpi. 1. De confessione fidei & S. Trinitatis lib. 1. Floruit anno D. 480.

Eugenius Trophimi, Grammaticus, ex Augustopoli Phrygiæ, iam senex sub Anastasio rege Colometriam scripsit versusum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, & quomodo diuersa carminum genera proferenda sint. Itæ de varijs dictionibus ordine literarum, & alia quædam Grammatica. Huius quoque Dictionarium Suidas adiecit suo, quod inscriptio indicat. *Eugenius* qui ante nos scholas regias administravit, scripsit *συναγωγὴν λέξεων*. Stephanus de urbibus in Anactoria.

* *Eugenij* IIII. PP. epistola & libellus quidam contra Concilium Basiliense extant apud Martinum Dresserum.

* *Eugeon* Samius historicus, vixit ante bellum Peloponnesiacum. Dionysius Halicarnassæus in libro de Thucydidis historia.

Eugippus de historia Herulorum, eorundemque in Norico sedibus. extat Viennæ Austriæ apud Vuolfgangum Lazium.

Eugyppius presbyter & abbas, descripsit vitam S. Severini monachi lib. 1. Regulam monachorum lib. 1. Thesaurorum ex B. Augustino Tomos duos, excusos Basileæ apud Rober. Vuinter, anno 1542. & Venetijs anno D. 1543. Vixit sub Attila.

Euhemerus antiquus author, qui fuit ex ciuitate Messana, res gestas Iouis, & cæterorum qui dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius & secutus, teste Lactantio libro primo diuinarum institutionum. Citatur à Cicero, Varrone, Plinio, Augustino & alijs authoribus.

Eulogio cuidam Hesychijs Dictionarium suum Græcum inscribit.

Eulogum Scholasticum, Græcum grammaticum, Varinus Camers numerat inter illos grammaticos, ex quibus Amaltheæ siue Coptiæ cornu librum ab Aldo olim excusum, confarcinauit.

Eumachij Neapolitani historiam de gestis Ananibalis, Athenæus allegat.

* *Eumachus* in Periegesi, seu orbis terrarum enarratione, citatur à Phlegonte.

Eumachus Siculus musicus, citatur à Plinio libro 4. & 6.

Eumeli Græci, de metris Pindaricis libellus, dicitur extare in Germania, apud Iacobum Miscyllum.

Eumathij Græci, amatoria opera, Romæ extant in bibliotheca Vaticana.

Eumelus in quinto historia rum citatur à Laetio in Aristotelis vita.

Eumeli Corinthij scripta citantur apud Higium. Et apud Pausaniam lib. 2.

Eumeli scriptoris Græci, cum Absyrto & alijs mulomedicinis authoribus Basileæ impressis, fragmenta leguntur. Vide in Absyrto.

* *Eumenes* Cardianus citatur ab Athenæo, notæ addito libri nomine, scripsit autem historias.

Eumenij Rhetoris oratio pro scholis instaurandis coram V. P. præside Galliæ habita, excusa Basileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1520. cum multis veterum aliquot panegyricis. Et Parisijs anno 1570. cum annotationibus Fr. Baldûini.

Eumolpus Eleusinijs, vel Atheniensis, poeta antiquissimus, descripsit sacra Cereris & mysteriorum traditionem ad filias suas: item Chiroscopica de manuum inspectione, & pedestri oratione librum, citatur ab Athenæo.

Eunapius Sardianus, De vitis philosophorum & Sophistarum: ex bibliotheca Ioannis Sambuci, nunc primum Græce editus & Latine, interprete Hadriano Iunio. Antuerpiæ 1568. in octavo. Eiusdem historiarum libri 14. & vitæ Sophistarum, Romæ seruantur in Vaticana Græce. Item Venetijs apud Diegum Hurtadum, & Cardinalis S. Angeli. Scripsit autem Cæsarum historiã ab Herodiani temporibus vsque ad sua.

Eunicus comædus, vide Aenicus.

Eunomius Cycizenus episcopus, Arrianus, scripsit multa contra ecclesiam: cui responderunt Apollinarius, Didymus, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, & Nysenus.

Euodij Apostolorum successoris scripta adducuntur à Nicephoro lib. 2. Eccles. historiae.

Euodius episcopus in Africa, discipulus beati Augustini, scripsit volumen de factis in Africa miraculis per reliquias ab Orosio presbytero alatas. S. Stephani martyris lib. 1. Et plures epistolæ ad diuersos lib. 1. & quædam alia. Floruit anno D. 420. Eius epistola ad D. Augustinum, numero nonagesima octaua, inter D. Augustini epistolæ legitur.

Euodius, vel Enodius episcopus Ticinensis, scripsit ad Symmachum Papam, De fide catholica lib. 1. & quædam alia. Eius historiarum aliquot sanctorum carminibus conscriptæ: item epistolarum libri 5. & panegyrici aliquot ad Auienum oratione soluta, extant Viennæ Austriæ apud Vuolfgangum Lazium. Claruit autem Euodius anno D. 510. Pleraque eius inter Orthodoxographa impressa sunt, anno 1569.

* *Euodus* Rhodius, versificator heroicus, in Romana poesi admirabilis. Fuit autem sub Nerone. Libri eius non extant. Suidas.

Euodi Distichon libro 4. Florilegij, sectione 8. & monastichon ibidem sectione 10.

Euphanes scripsit Musas, vnde senarij aliquot leguntur apud Athenæum lib. 8.

Euphantius Olynthius, Eubulidis Dialectici discipulus, & præceptor Antigoni regis, scripsit ad Antigonom regem De regno librum perutilem & laudatissimum. Conscripsit etiam sui tempo-

ris historiam: præterea tragædias plurimas, quibus in certaminibus maxime probatur. Eius quartum historiarum librum de Ptolemæo, Athenæus libro 6. allegat.

* Euphemij episcopi Antiocheni satisfactio quæ fecit pro Chalcedonensi concilio, & tomo Leonis capite 56. & 64. citatur in VI. Synodo Constantinopolitana.

Euphemius patriarcha fuit Constantinopolitanus, cuius mentio fit apud Suidam in dictione *επαρσις*: quanquam nihil inuenio quod scripserit.

* Euphemius in Coronatorib. citatur à Polluce.

Euphitō scripsit libros de agricultura teste Varro.

Euphorion Polymneti filius, è Chalcide Eubœæ natus est Olympiade 126. quo tempore Pyrrhus à Romanis victus est. Præfuit bibliothecæ apud Antiochum magnum Syriæ regem, ibiq; defunctus Apameæ vel Antiochiæ sepultus est. Libri eius versibus heroicis scripti sunt hi: Hesiodus.

Mopsopia siue confusa, habet enim promiscuas historias. Mopsopia quod Attica olim sic dicta fuit, ab Oceani filia Mopsopia, & poematis oratio ad Atticos mille annos extenditur, argumento ab ijs sumpto, à quibus deposita pecunia fraudatus erat, qui pœnas etiam longè post daturi essent. Deinde colligit oracula, à mille annis euentu comprobata. Sunt autè libri sex, & quintus milenarius inscribitur de oraculis, vt mille annis eueniant. Suidas. Athenæus citat Euphorionis historicos commentarios, & chiliades: arbitror autem non aliud à Mopsopia opus esse: præterea ab eo citantur libri De Isthmijs, De poetis Melici carminis: etsi autem nomè Chalcidensis non est additum, tamen ad hunc referendi videntur. Opus de Aliadibus citat Clemens Stromaton 1. *ἄρα* vel *πορπιονδία* citantur à Stephano. Versus aliquot heroici Euphorionis, leguntur apud Stobæum in sermonibus de pueris & de consolatione. Epicedium in Protagoram Astrologum. Celebratus est autem plurimum Euphorion in Elegijs.

* Euphorion filius Aeschyli tragici, Atheniensis Tragicus & ipse, qui fabulis patris nondum editis, actis, quater vicit. Scripsit & sua quædam. Suidas. Huius fortè fuerit fabula *Αποδιδύω* Præbens, quæ ab Athenæo citatur libro 11.

* Euphorion Thrax citatur à Parchenio.

* Euphorion quidam scripsit Georgica, alius à superioribus, nam qui eius meminere Varro & Columella, hunc inter eos scriptores ponunt quorum patria ignoratur.

Euphori *εὐφωατα*, id est, librū de inuentionibus, Athenæus libro 4. citat. & ibidem.

Euphranoris Pythagorici librum de tibijs.

Euphranij duo, vnus Atheniensis, alter Amphipolites, ambo de Agricultura scripsere, Varrone teste. Porrò Columella de his ita scribit. Athenæ scriptorum frequentiam pepererunt è queis probatissimi authores Chæreus, Aristandros, Amphilochnus, Euphron: Chrestus Euphronis, non vt multi putant Amphipolites, qui & ipse laudabilis habetur agricola, sed indigena soli Attici. Plinius citat Euphronem & Euphronium Athenienses, Athenæus Euphronis commentarios.

Euphranor citatur à Plinio lib 35.

* Euphrasij oratoris clari meminit Eunapius, * Euphrates Stoicus philosophus, oriundus ex Epiphania Syriæ. Meminit huius: (ni fallor) Philostratus.

* Euphremij episcopi Antiocheni scripta contra Severum hæreticum capitulo 56. citantur in Conciliorū 2. Tomo, in Laterana Synodo, sed mendose pro Euphemio, vt ex 6. Synodo apparet.

Euphronius poeta, Priapi carmen scripsit, vbi Deum Ornearam eum vocat. Strabo.

Euphron comicus, cuius fabulæ sunt, Defonnis, Musæ, Synephebi, Spectatores. Suidas. Eisdem fabulas citant Athenæus & Stobæus.

* Euphrosyni Lapinij Institutiones linguæ Florentinæ, Latina & Florentina lingua conscriptæ Florentiæ apud Iuntas 1569. in octauo.

Eupithij Atheniensis *εἰσαν* & *ἡν καθόρα* terrastrichon lib. 1. Florilegij, sect. 17.

Eupolemus De regibus Iudeorum, citatur à Clemente Stromat. 1. Eupolemus quoq; scripsit *Tactica* siue artem instruendarum acierum tradit Aelianus.

* Eupolemi poetæ Christiani libri duo, De luctu Caci et Agathi, ijs enim nominibus Satanæ & Messiam designat, scripti heroico carmine. Nondum impressi, sunt in bibliotheca Georgii Fabricij.

Eupolis, Sospolis filius, Atheniensis comicus prodire in theatrum cepit natus annos 17. ac fabulas edidit 17. vicit septem. Naufragio periit in Hellesponto, bello Laconico. Vnde edictum est ne quis poeta militaret. Suidas. Fabulæ eius citantur ab Athenæo: Capræ. Effæminati seu Desertor. Autolycus. Bapræ. *Δέμοι*. Helotæ. Accitatores. Vrbes. Prospæriæ. Coronarum venditrices. Taxiarchi siue Imperatores. Amici. Auras aurea. Porrò Stephanus citat Eupolid *Μαρυάς*. Pollux verò plerasq; ex commemoratis fabulis citat, & præterea Captiuos: nominat etiam Autolycum primum, quasi plures huius nominis fabulas scripserit.

* Euporus historicus citatur à Clemente Stromaton 1.

Euricius Cordus, Simesusius medicus, natione Germanus, scripsit Botanologicon, siue Colligium de varijs herbis, excusum Colonia apud Ioan. Gymnicum, 1534. Theriaca & Alexipharmaca Nicandri poetæ Latinis versibus heroicis reddidit eleganter. Liber impressus apud Egnolphum Francofurti, 1532. Epigrammata quæ scripsit, præsertim à Græcis translata, & Bocolica. Eiusdem iudicium de herbis & medicamentis simplicibus, excusum est Francofurti, no D. 1549. cum Dioscoridis textu, & Gualtero Riuij scholijs. Eiusdem defensio contra maleuolum Thiloninum Philymnum, Erdurdix impressa est, anno 1515. chartis 4. Eiusdem epigrammatum lib. 9. suaves & elegantes, excusi sunt Marpurgi à Francisco Rhodo, anno D. 1529. chartis 10. Eius Eglogæ 10. in natalem Christi hymnus, Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, Threnocidia in mortem Guilielmi Hessorum principis, Panodia quod mortuum Erasmmum scripserit, Eupiatorium Hesiatorū fontium, Defensio contra Thil

Thilonium Philymnum, Epigrammatum lib. 17. Omnia simul excusa sunt Francofordiæ apud Mænum, anno D. 1550.

Euriphilus scriptor, citatur à Plinio, qui ex to quædam in librum 11. Naturalis historiæ transtulit.

Euripides Atheniensis tragicus, maior natiu quam celebris ille, Fabulas edidit duodecim, vit duas, Suidas.

Euripides Mnesarchi F. Atheniensis, tragicus, 10 scripsit fabulas in vniuersum 92. ex quibus octo Satyricæ habentur. In vniuersum aut nostra ætate extant decem & nouem fabulæ, quæ Basileæ Græce in octauo, & Græce atq; Latine in folio editæ sunt: & præterea Venetijs ab Aldo, & postremo Antuerpiæ à Plantino, sublatis infinitis mendis, & prodita carminum ratione hæctenus plerisque ignota, per Gulielmum Canterum 1571. decimo sexto. Nomina fabularum quæ extant sunt hæc: Hecuba, Orestes, Phœniissæ, Medea, Hippo 20 tytus coronatus, Alcestis, Andromache, Supplices, Iphigenia in Aulide, Iphigenia in Tauris, Rhesus, Troades, Bacchæ, Cyclops, Heraclidæ, Helena, Ion, Hercules furcens, Electra. Citatur & à Polluce Euripides in Satyricis fabulis. Autolyco, Cione, Eurysthene: item in Theseo, Palamede, Timenidis, Scyrone.

Euryphami Pythagorici fragmentum satis proximum ex libro de vita, legitur apud Stobæum in sermone De felicitate.

Euryphon in Therapeuticis suis voluminibus passim quædam ad plantas pertinentia affert, Galenus.

Eurypyli Diatribæ citantur ab Athenæo.

Ex *Eufchemi* Empolide fabula senarij aliquot referuntur lib. 13. Athenæi.

Eufchemis scriptor citatur in Arati cômētarijs.

Eusebius Cæsareæ Palestinæ episcopus, bibliothecæ diuiniæ cum Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator, edidit Euangelicæ demonstrationis lib. 20. euangelicæ præparationis lib. 15. Theophaniæ lib. 5. ecclesiast. historiæ lib. 10. Chronicorum canonum omnimodam historiæ, & eorum epitomen, euangeliorum diaphoniam, in Esaiâ li. 10. & contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, vt quidam putant, li. 30. topicorum lib. 1. apologiæ pro Origeneli. 6. de vita Pamphili lib. 3. de martyribus alia opuscula, & in 150. Psalmos eruditissima cômmentaria. Scripsit patrum iussu Symbolum Nicenum, ad Marinum librum de duobus in ecclesia Christi viuendi generibus. Floruit sub Constantino & Constantio imperatoribus, anno Do. 320. Eius opera, quæ extant, omnia Latine excusa sunt Basileæ apud Henricum Petrum, anno 1542. Extat eiusdem liber contra Hieroclem, qui ex Philostrati historia comparauit Apollonium Tyaneum Saluatori nostro Iesu Christo, Zenobio Acciolo interprete: excudit Gymnicus Coloniae, 1532. cum Philostrati historia, & Aldus Græce olim Venetijs, Eusebij Pam. opera, quæ Græce in bibliothecis Italiæ celebrioribus seruantur: Venetijs apud D. Hurtadum, Libri 15. de præparatione Euangelica, De Euangelica demonstratione lib. 10. Hi 60 storix ecclesiasticæ lib. 10. Ecclesiasticæ theolo-

giæ li. 5. qui sunt Disceptatio contra Marcellum Ancyrensem, Theologia euangelica. Historia euangelica. In vitam magni Constantini, de dogmate Græcorum, alias, In vitam Constantini sermones 5. & alibi, De vita beati Constantini regis lib. 4. In Constantinum regem Βασιλικός. Alia oratio ἀπὸ τῶν ποσὶν Κωνσταντίνου, Hypothesis in Psalmos, Romæ in Vaticana. Canones seu tabulæ decem de quatuor Euangelistarum consensu, & Græce & Latine cum noui Testamenti codicibus excusæ reperiuntur. Epistola ad Paulinum Tyri episcopum, qua defendit Arianam opinionem de generatione filij Dei, præponitur Marij Victorini libris 4. de Trinitate aduersus Arium, apud Henr. Petrum Basileæ cum alijs varijs. Primum pro Origene librum à se scriptum Pamphilo martyri inscripsit, vt cômmodius tam eximij patroni sanctimonia libri πρὸ ἀρχῆς, id est de principijs Romanis cômendarentur. * Eusebij opera quæ extant omnia Græce excudit Robertus Stephanus Parisijs. Eiusdem ecclesiasticæ historiæ li. 10. De vita Constantini lib. 5. Latine excusi sunt Basileæ in officina Frobeniana, Vuolfgāgo Musculo interprete, an. D. 1554. Eiusdem chronicon excusum Parisijs cum additionibus, venditur 12. solidis Gallicis. Eiusdem contra Marcell. lib. 2. ecclesiasticæ Theologiæ lib. 3. manuscripti extant. Forsan ijdem quibus alias inscribuntur Ecclesiasticæ theologiæ lib. 5. qui sunt disputatio cōtra Marcell. Ancyrensem; Eusebij Euangelicæ Demonstrationis libri 10. 30 interprete Donato Veronensi, excusi sunt Coloniae 1542. in folio. Opera eius in duos tomos diuisa, & aucta atq; correctæ ex Græcis exemplaribus; Basileæ impressa in officina Hærici Petri, an. 1570. Historia eius Christophorsono Anglo interpretate Coloniae excusa est.

Eusebij Papæ decreta cum reliquis Pontificum, excusa. Eiusdem cum Recognitionibus Clementis, epistolæ tres item impressæ.

Eusebius Arabius Sophista, Vlpiani sophistæ æmulus. Suidas.

Eusebij cuiusdam Ionici scriptoris multæ passim reliquiæ in Stobæi collectaneis saluæ sunt: primum quidem, in sermone De imprudentia, deinde plurimis alijs.

Eusebius scripsit de crucis Domini mysterio, & Apostolorum, præcipueque Petri constantia virtute crucis, fidei virtute adepta.

Eusebius Cremonensis monachus, & discipulus beati Hieronymi, scripsit ad Damasum episcopum, & Theodosium senatorem Romæ. elegans & prolixum volumen, de transitu S. Hieronymi lib. 1. Claruit anno 420.

Eusebius Emelenus Episcopus, innumerabiles confecit libros, de quibus vel præcipui sunt aduersus Iudæos, & gentes & Nouatianos, & ad Galatas libri 10. & in euangelia homiliæ breues, sed plurimæ. Floruit temporibus Constantij imperatoris. Io. Tritthenemius eum claruisse scribit, anno salutis 350. * Eusebij Emisleni, vt quidam putant, in Acta Apostolorum, & Pauli Epistolæ breues & doctæ annotationes, extat in bibliotheca Ioan. Sambuci. Eiusdem Homiliæ ad populum editæ sunt Parisijs à Gagneio 1547. Homiliæ in Euangelia quæ cunctis diebus domi

nicis totius anni ac ferijs quadragesimalibus legi solent: cum præcipuis anni festiuitatibus. Antuerpiæ apud Ioannem Steelsium 1555. Eiusdem Homiliæ 10. ad monachas, ibidem apud Bellesium, 1556.

Eusebius episcopus Mediolanens. pro fide catholica contra hæreticos fortiter pugnans scripsit epistolam, quam in causis fidei misit ad sanctum Leonem Papam. Floruit anno 450.

Eusebius Phœnix, scripsit contra Manichæorū hæresim libros, teste Nicephoro.

Eusebij, Scholastici, natione Græci, Gainia, de bello contra Gothorum regem Gainiam, libri quatuor heroico carmine scripti.

Eusebius natione Sardus, Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei à Constantio principe Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano Imperatore ad ecclesiam reuersus, edidit in Psalmos commentarios *Eusebij* Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat.

* *Eustachij* olim Constantinopolitani antecessoris, liber De variorum temporum in iure ciuili obseruatione: Græce & Latine impressus in 8. *Eustachij* (nescio an eiusdem) de varia interpretum iuris ciuilis obseruatione. Ita habet Bibliothecæ Oporini index: Si modo hic non est mendum, puto enim pro interpretum temporum legendum.

Eustachius, qui & Bonauentura de Balneo regio natus, ordinis fratrum minorum minister generalis, &c. scripsit super sententias lib. 4. breuioloquium lib. 7. soliloquium lib. 1. itinerarij mentis in Deum lib. 1. lignum vitæ lib. 1. exhortatorium ad fratrem lib. 1. de reductione artiū, &c. lib. 1. regimē conscientie, li. 1. itinerarij mentis in seipsum lib. 1. compendium scripturarum lib. 1. de institutione nouitiorum lib. 1. centiloquium. li. 4. pharetram siue scintillarium li. 4. de paupertate Christi contra Guil. lib. 1. de 5. festis infantie Christi lib. 1. de 7. donis spiritus sancti lib. 1. de excellentia eucharistie lib. 1. de sex alis seraphin lib. 1. ad Blancam ducissam lib. 1. illuminationum insigne opus lib. 1. de tribus ternarijs peccatorum lib. 1. de 7. gradibus contemplationis lib. 1. de profectu religiosorum lib. 1. de decem præceptis lib. 1. apologiam pauperum lib. 1. super oratione dominica lib. 1. legenda S. Francisci lib. 1. constitutiones sui ordinis lib. 1. in Genesim 7. visionum lib. 1. in euangelium Ioannis lib. 1. in euangelium Lucae lib. 1. de tribus quæstionibus lib. 1. de sandalijs apostolorū lib. 1. de passione Domini lib. 3. sermones per annum lib. 2. Epistolas plures ad diuersos, & alia insuper nonnulla. Claruit anno 1283. D. Bonauenturæ opusculorum tomus primus & secundus impressi sunt Venetijs 1572. in fol.

Eustachius Zicherius, scripsit de sacramentis contra Lutherum.

Eustasij Materensis carmina, de Baianis thermis quibus quæque morbis medeantur, excusa sunt Venetijs cū diuersis scriptoribus de balneis.

Eustathius Antiochenus, scripsit de concilio Niceno librum, ex quo quædam recitantur apud Nicephorum, lib. 8. Ecclesiasticæ historiæ.

Eustathij Beryti episcopi, de synodo Chalcedonensi fragmentū, extat apud Nicephorum lib. 15.

Eustathius Epiphaniensis, scripsit de Perfarum cum Romanis bello historiam, teste Nicephoro. Suidas etiam hunc *Eustathium*, epitomen chronicam nouem tomis ab Aenea vsque ad Anastasium imperatorem scripsisse memorat.

Eustathius, genere Pamphylus Sidites, aduersus Arianorum dogma componens multa, scripsit volumina de Anima, de Engastrimycho aduersus Origenem, & infinitas epistolas. Claruit anno D. 330.

Eustathius Albanensis episcopus, vide *Eustachius*.

Eustathius à Knobulsdorf, Prutenus, Lutetiam Parisiorum carmine descripsit. Vuchel Parisijs excudit 1543. Inseruit etiam Munsterus Cosmographico suo operi.

Eustathius Sebastianus Macedoniam sectam incepit, cum Basilio Ancyrano episcopo eiusdem vrbs. Suidas.

Eustathius præsul, patria Constantinopolitanus, in Homerum & Dionysium de situ orbis cōmentarios edidit, Romæ, & Basileæ & Parisijs apud Robertum Stephanum excusos. Item historiam quandam amatoriam, quæ inscribitur

ταὸ ἑρμῆος καὶ ἑρμῆος quæ Græce, m. habetur in bibliotheca Regijs Gallorū, in Vaticana, & Card. S. Angeli. Opusculū de dialectis apud Homerū, impressum ab Aldo in li. Cornucopiæ inscripto.

* *Eustathij* aliās *Eustrathij* & *Arsenici* Syllogismi de Spiritu sancto, Græce in bibliotheca Regijs Gallorum.

* *Eustathij* Antiocheni episcopi & confessoris, De anima liber seu oratio: interpretatio in Palæstum 15. & 92. Oratio in illud Dominus creauit me initium viarum suarum: Inscriptiones τῆς ἐκλογῆς, citantur à Theodoro in Eraniste.

Eustathius Quercetanus medicus, scripsit *Acroamatōn* in librum Hippocratis de natura hominis commentarium, & in Claudij Galeni librorum tres de temperamentis scholia doctissima. Excusa sunt Basileæ apud Ioan. Oporinum an. 1549.

Eusthephius Sophista Aphrodisieus, scripsit declamationes, teste Suida.

Eusthenius comicus. Ex fabulis eius est *Empoile*, id est venditio. Aeliano authore. Suidas.

Eustochium. vide Paula.

Eustochius sophista Cappadox, tempore Constantis regis de antiquitate Cappadociæ & aliarum gentium scripsit.

Eustratij Metropolitæ Niceæ cōmentarij Græci in secundum librum posteriorum Analyticorum Aristotelis, excusi Venetijs apud Aldi Manutij hæredes, anno 1534. cum Ioannis Grammatici commentarijs, *Eustrathij* (nisi forte legendum sit *Eustathij*, quod magis placet) Commentarij in Homerum *Batrachomyomachiam*, alicubi extant in Italia manuscripti. *Eustratij* & *Mastoris* dialogus, quomodo ornandæ sint sanctorum imagines, Græce extat, Romæ opinor: nescio an *Eustratij*, aut alterius authoris. *Eustratij* commentarij in Analytica posteriora Andrea Gratiolo interprete, Latine excusa sunt.

Eutechnij sophistæ paraphrasis Græca in *Alexpharmaca* & *Theriaca* Nicandri, & in quædam *Oppiani*, videlicet de piscatione & venatione libri.

ri, seruatur Venetijs, & apud Diegum Hurta-
lum Mendozam.

Eutocij Alcalonitę commentarij Gręci in pri-
mum & secundum libros Archimedis de sphaera
& cylindro, In circuli dimensionem, In primum
& secundum æqueponderantium, impressi Bas-
ilę apud Io. Oporinum, cum Archimede Grę-
co, Eadem manuscripta habentur in bibliotheca
Regis Gallorum. Eiusdem commętarij in Apol-
lonij Conica, seruantur in Vaticana, Stroza, &
Carpensi bibliotheca.

Eutolmius I. C. vide Tribonianum.

Eutolmij tetraſticha duo, lib. 3. Florilegij, & dis-
tichon libro 6. vbi & Illustrij cognomen addi-
tur, lect. 25.

Eutropius episcopus Valentinę ecclesię, scri-
psit ad Licinianum episcopum cur baptizatis in-
stantibus post hæc tribuatur Charismatis vnctio,
lib. 1. de coercionem monachorum lib. 1. & plures
epistolas ad diuersos. Claruit anno Domini 600.

Eutropius presbyter scripsit ad duas sorores an-
nulas Christi, quę ob deuotionem pudicitię &
morę religionis exhęredatę sunt a parentibus;
epistolas consolatorias, eleganti & aperto sermo-
ne duas, nõ solum ratione, sed etiam testimonijs
scripturarum munitas. Gennad. Item Chronico-
rum vsq; ad sua tempora lib. 1. Eius de gestis Ro-
manorum lib. 10. cum Commentarijs Cęsarıs, &
Pauli diaconi libris 8. ad Eutropij historiam ad-
ditis, Aldus Venetijs excudit, & Basileę Frobe-
rius cũ Pauli Diaconi de gestis Longobardoru
lib. 6. anno 1532. Mox Oporinus separatim Eutro-
pium, ab Antonio Sconhouio restitutum, anno
145. Et postea cum commentarijs Elię Vineti
& Glareani. Et absq; commentarijs ab Henrico
Stephano cum alijs Romanę historię auctorib.
Stauro. Item Lugduni decimosexto.

Ex *Euthyclis* Afotis senarij duo citantur apud
Athenæum libro 3. Suidas quoque ex Athenæo
us meminit.

Eutrandus, Vide Luit prandus.

Eutyches, auctor epistolę secundę lib. 1. apud
Euphrasianum, cum aliquot alijs coepiscopis.

Eutyches poeta Comicus, scripsit fabulas mul-
tas, quę apud Athenæum & Volaterranum enu-
merantur lib. 15.

Eutychedas citatur apud Plutarchum in vita
Iulij Cęsarj.

De *Eutyche* hæretico, vide Suidam.

Eutychiani Papę decreta, cum cęteris impres-
sis, & epistola eius, vnã cum Recognitionibus
Clementis.

Eutychius Myon, vide Vuolfgagus Musculus.

Eutychi cuiusdam, auditoris Prisciani, libellus
de arte versificandi extat, nescio an impressus. E-
iusdem de discernendis coniugationibus libri 2.
impressi Tubingę 1537. cum M. Victorini & Ser-
uati quibusdam operibus. In eisdem libris com-
mentarij Sedulij extant in bibliotheca Tigurina
manuscripti.

Euthydemis Atheniensis opartytica, id est con-
simentarios libros, deq; oleribus & salsamentis;
Athenæus allegat.

De *Euthydemo* Apollonij præceptore, Suidam
libet legito.

* *Euthymenes* in Chronicis citatur a Clemente
lib. 1. Stromaton.

Euthymij monachi Zygadeni enarratio in om-
nes Psalmos, Gręce extat Romę in Vaticana.
Veronę autem commentarij solum in septę Psal-
mos excusi sunt. Idem Euthymius studiose colle-
git interpretationem Pauli epistolarum ex Chry-
sostomo, & alijs patribus diuersis: quod opus
Gręcum in eadem Romę seruatur. Latine vero a
Ioan. Hentenio Mechliniensis conuersum, Loua-
nij & Parisijs excusum habetur. * Euthymius
in catholicas epistolas Gr. manusc. in bibliotheca
Sambuci. Euthymij Orthodoxę fidei Pa-
noplia, interprete Petro Francisco, Lugduni, an-
no 1536: In quatuor Euangelistas commentaria
excusa Louanij 1544. Comment. in Psalmos &
de hæresibus Gręce seruantur in bibliotheca Re-
gis Gallorum. Eius commętarij in omnes Psal-
mos Venetijs excusi sunt Latine Philippo Saulo
interprete, 1568.

* *Euthymij* Sphæra Gręce habetur in bibliotheca
Regis Gallorum.

* *Eutyphron* Heraclidis Pontici filius citatur a
Diogene Laertio.

Euzoius apud Thespesium rhetorę, cum Gre-
gorio Nazianzeno episcopo adolescens Cęsarę
eruditus est, & eiusdę vrbis episcopus factus. Fe-
runtur eius varij multiplicesque tractatus. Clari-
uit sub Theodosio imp.

Eytel Vuolfus de Lapide, vir nobilis, natione
Sueuus, scripsit De laudibus heroum & virorum
illustrium lib. 1. epistolare cultissimum, & alia
quędam. Floruit anno 1494.

Ezechiel propheta fuit in Chaldęa, iuxta flu-
uium Chobar, suam exordiens prophetiam sub
lechoniam rege Iehuda, vna cũ reliquis Iehudęis
in captiuitatem ductus: fuitque eodem tempore
quo Ieremias, nisi quod ille Ierosolymis, hic au-
tem in Chaldęa prædixit Iudęorum futuram ca-
lamitatem. Vitam eius Epiphanius descripsit. Li-
ber prophetię diuiditur in 48. capita.

* *Ezechielus* Iudaicarum tragędiarum poeta, in
actu qui inscribitur *Isaia*, id est Eductio, citatur
a Clemente Stromaton 1.

* *Ezechiasarim* quędam Arabice scripsit, quę
Athelardus in linguam Latinam transtulit.

Ezras, vel Esras, vel Esdras, librum scripsit, qui
Patalipomenis in veteri Testamento subiicitur,
& in capitula 55. diuiditur: quamuis aliqui in
duos libros diuidant, & priori decem solum ca-
pita tribuant.

F

Fabiani Papę decreta, cum cęteris Pontificijs,
excusa Colonia.

Fabiani vel Fauiani de animalibus & causarum
naturalium libri, citantur a Charisio.

Fabianus Philosophus & orator, scripsit decla-
mationes multas, teste Seneca.

Fabianus quidam Latinus auctor, citatur a Pli-
nio, qui 2. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 23. 24. 28. & 36. li-
bro Naturalis historię eius scriptis vsus est: nõ
minat autem hunc astrologum & physicum lib.
18. cap. 28.

* *Fabianus* Bodeti I. C. scripsit de successione ab intestato.

Fabianus de Grochis, vel Gtochis I. C. scripsit de inoff. test. Authent. nouissima.

* *Fabiani* Quadrantini, Palinodiae siue reuocaciones, cū factus esset ex Lutherano Catholicus; recitatae Braunsbergæ, in collegio societatis Iesu, iussu Stanislai Hosij. Coloniae 1571 octauo.

Fabianus de monte S. Sabini, scripsit de alienatione rerum ecclesiasticarum, in tractatu de emptio. item, De emprione & vendit.

* *Fabiani* Sommeri medici, liber de inuentione, descriptione, temperie, viribus & imprimis vsu thermarum D. Caroli IIII Imperatoris. Lipsiæ typis Voegelianis 1571, octauo.

Fabium Græcum, qui filij Maximini imperatoris magister fuit, Capitolinus ait epigrammata permulta Græca composuisse, atq; in primis in imagines pueri imperatoris.

* *Fabius* Acorombonus I. C. scripsit Ad senatus 20 conf. Treb. l. hæredes mei, parag. cum ita. De acquir. poss. l. naturali. parag. nihil commune. Vnde liberi. l. qui se patris.

Fabius Cota nobilis Romanus, transtulit Onofandrum Platonium, de optimo duce & eius officio, in linguam Italicam, Venerijs excudit Gabriel Iolitus quaternionibus 12.

Fabius Dorsemus Comicus, citatur à Festo Pœpeio, & à Plinio lib. 13. Naturalis historiae.

Fabius Eugubinus, scripsit in parag. vnde liberi. l. qui se patris, secundo Cod.

Fabius Feriulanus, pontifex Maximus, ceremoniarum Flamædialium libros aliquos cōscripsit.

Fabij Luculli scripta citantur apud Fulgētium Mythol.

Fabius Marcellus, Gargilius Martialis, Iul. Capitolinus, &c ex antiquis Latinis principes Ro. describere. Volaterr.

* *Fabius* Mignanellus Luceriae episcopus, Bononiae propositis mille quæstionib. & iuris viriuseque locis, quicquid ipse de illis sentiret, triduo in maxima doctissimorum hominum corona, contra omnes defendit. Vixit sub Iulio III PP.

* *Fabius* Optinellus I. C. super ff. veteris. De iur. om. iud. l. imperium.

Fabius Pictor. Fabios Pictores tres fuisse, quorum nomina literarum & antiquitatis cognitione floruerint, vir doctissimus Car. Sigonius adnotauit. Q. Fab. N. Fab. & Ser. Fabium: Singulos suis locis inuenies.

Fabius Placidas Fulgētius, quære in Fulgētio.

Fabius Sabinus vetus I. C. Heliogabali tempore; sed ambigitur, an Sabinus pater ipsius, libros scripserit Iuris ciuilis 3. Epistolarum 8. Ex Proculo singularem: quibus addit Riuallius, Responsorum 3. Ad Virellium 20. Digestorum. Ad edictum prætoris vrbani quinque.

Fabius Sostanus, Firmi, sub Aureliano tyranni dem occupantis, vitam & gesta descripsit.

Fabius citatur à Plinio lib. 33. 34. 35. & 38. Scripsit autem libros de pictura, eodem Plinio teste.

* *Fabius* Vestalis citatur a Plinio lib. 7. cap. 60.

Fabricius Thuscus citatur à Plinio, qui in libro 3. 4. & 6. quædam ex eo transtulit.

Facundus Hermianensis episcopus, scripsit ad

Iustinianum Imperatorem contra Mutianum Scholasticum, defensionem Theodori Mopsuestiæ episcopi.

* *Falconis* Mospeliensis medici libellum de Febribus. habet Ioan. Culmanus medicus Illustris, ducis Vuirtebergensis, manuscriptum.

Fannij scripta citantur apud Plutarchum in vita Gracchorum.

Fannius poeta (alius ab historico qui Lælij gener fuit) fertur scripsisse Saryram quadratam. Meminit eius Horatius in sermonibus, eumque ineptum nominat.

Farragus Iudæus, ex Arabica lingua in Latinam transtulit Tacuinum ægrotudinum & morborum humani corporis, Buhahylyhẽ Byngezlæ Arabis. Liber impressus est Argentorati apud Ioannem Schotum in folio chartis 37. Vixit tempore Caroli magni.

* *Farresius* in Aphorismos Hippocratis.

* *Fartius* Thuscus, Abyndonensis abbas in Anglia, scripsit ante tempora Guilhelmi Malmesburiensis, vitam Adelmi episcopi, lib. 1. Epistolas quoq; lib. 1. Claruit anno 1110.

Fastidius Britanniarum episcopus, scripsit ad Fastalem quædam de vita Christiana lib. 1. & ahum de viduitate seruanda, & sana Deo digna doctrina. Gennad. Claruit anno salutis 420.

Fauonius citatur à Plinio, qui ex eius scriptis quædam in Naturalis historiae librum vndecimum transtulit.

Faustinus presbyter, scripsit ad Facillum Regnum aduersum Arianos & Macedonios lib. 7. Scripsit & librum, quem Valentiniano, Theodosio, & Arcadio imperatoribus, pro defensione suorum, cum Marcelliano quodam presbytero obrulit. Claruit anno Domini 390.

Faustus quidam apud Cyprianum lib. 1. secundæ epistolæ author, cū aliquot alijs coepiscopis.

Faustus monachus & discipulus S. Benedicti natione Italus, scripsit ad Bonifacium Pontificem, vitam S. Mauri abbatis lib. 1. Claruit anno Domini 600.

Faustus ex abbate Lirinensis monasterij, episcopus Regiensis in Gallia, egregium volumen edidit contra pristinos errores, quod inscripsit, Dignitas Dei lib. 1. aduersum Arianos lib. 1. contra Anthropomorphitas lib. 1. de spiritu sancto lib. 1. ad Gratum diaconum contra Nestor. lib. 1. ad Felicem præfectum lib. 1. homilias plures ad populum. Vide plura apud Gennadium. Eius de ratione fidei librū, in quo etiam aliquot loci in uicē conferuntur, Henricus Petrus Basileæ 1528 excudit. Claruit anno 490.

Faustus, epistolæ 4. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coepiscopis, lib. 1.

* *Fausti* Longianensis De duello. Idem (vt atbiror) Dioscoridem in linguam Italicam ant. P. Matthiolum conuertit.

Fausti Manichæi verba cum refutatione diu Augustini, leguntur in sexto Tomo operū Augustini per 33. disputaciones, siue libros.

* *Fausti* Sabæi Brixiani, Epigrammatum lib. 1. quinq; Primus de Dijs: secundus de Heroibus tertius de Amicis: quartus de Amoris: quintus de Miscellaneis, Romæ 1556 in octauo.

Faufti à Timida regia confessoris verba, apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Fedeli medici Israelitæ opus de cognitione Dei, extat apud Guilielmū Postellum Arabice. *Federicus*, vide *Friderichus*.

Federicus Commandinus Machometi Bagdæni libellum de superficierum diuisionibus, edit vna cum proprio de eadem re libello. Pisauri 1570.

Federicus Risnerus, Opticen Alhaceni & Viellionis, instaurauit & figuris illustrauit, Basileæ 1572. Expectantur ab illo plura & præclara in Mathematicis, cum veterum tum ipsius scripta.

Feldij Alexandrini verba de splene, Constantinus Africanus citat libro 5. cap. 12. de cognitione & curatione morborum.

Felms Sandeus, patria Ferrariensis, scripsit super libros Decretalium Grego. de constitutionibus, de rescriptis, de officio ordinarij, de maio. & obediencia, de Treug. & pace, de Lite contesta, de probatio, de Testibus. De Testibus cog. De fide instrumentorum, De præsumptionibus, De iuramentis, De exceptionibus, De præscriptionibus, De Sententia, & re iudicata, De appellacionibus, De accusat. & inquisitionibus, Additiones in Decretum, Ad initiatū ab abbate opus, De iure patronatus tractatum vnum, De indulgentia plena sermonem, cuius thema est: Hodie mecum eris in paradiso, &c. In historia libellum vnum de regibus Neapolitanis, & alia commentaria. Scripsit præterea, Quomodo puniatur conatus, quādo liberæ Apostolicæ noceant patronis ecclesiarū. In primum Decretal. Rubr. de electio. c. licet deuianda. & dist. 1. c. Ius generale, Commentarij eius in libros Decretalium impressi sunt. Item omnia eius opera, (vt arbitror) aliquot voluminibus, Basileæ ab Episcopis.

Felix Burgundio ex Galliarum Celticarū genæ alumnus, scripsit ad Honorium Archipræsulem epistolas plures. Floruit anno Dom. 649.

Felicis Capellæ scripta circantur apud Fulgentium in Mytholog. Hic vt puto est Martianus Felix Capella.

Felix Crolandensis, monachus Benedictinus, scripsit De vita diui Guthlaci lib. 1. Claruit anno Domini 730.

Felix Fabri, ordinis prædicatorum, conuentus Ulmenis, descripsit peregrinationem Bernardi Breitenbach decani ecclesiæ Moguntinæ.

Felicis Fidleri Philotas ecloga, ad episcopum Attrebatensem scripta. Item elegia eiusdem, de obitu D. Nicolai Perrenoti à Granuella, &c. Excusa sunt anno 1551.

Felix Papa tertius, natione Romanus, synodū Romæ celebrans, multa ad ecclesiasticā vtilitatem cōstituit, & scripsit Decretum synodale lib. 1. epistolas decretales plures lib. 1. Eius decreta, excusa Colonia cū reliquis Pontificijs: reperiuntur autē in eo volumine tribus locis, fortē trium huius nominis Pontificū, Felicis epistola 1. cum recognitionibus Clementis, Felicis Papæ rescriptū Athanasio & episcopis Aegyptiorū de infestationibus Arianorum, extat. Claruit ann. D. 439.

Felix quidam author trium epistolarum apud Cyprianum, cum aliquot alijs coepiscopis. Sunt autē epistolæ, secunda, quarta, & duodecima, lib. 1.

Cæterum in eo volumine apud Cyprianum, quod de baptizandis hæreticis episcoporum sententias continet, multi Felices; sed cognominibus distincti, leguntur. Felix ab Accurra, Felix à Bigai, Felix à Buffaccenis, Felix à Gurgitibus, Felix à Mazrazana, Felix ab Vrina.

16 * *Felicis* Figliucci Senensis De philosophia moralis libri 10. in Aristotelis libros totidem, Italicè excusi in quarto per Vincentium Valgrisiū 1551 cum indice.

Felicis Manichæi verba cum refutatione Augustini in sexto eius operum Tomo leguntur. Vide supra.

Felix Malleolus vulgo Hemmerlin, Tigurinus, vtriusq; iuris doctor, canonicus ecclesiæ Tigurinæ, scripsit multa, ex quibus ad posteros venerunt, liber Contra validos mendicantes, recapitulatio eiusdē. Contra Anachoritas, Beghardos, Beginasq; syluestres, Lollhardorum descriptio, glossa bullarum per Beghardos impetratarū, de negociō monachorum, de plebanis & religiosis mendicantibus, de religiosis proprietarijs præcepta Domini prædicatibus, tenor epistolæ de cælis missæ, per patronos ecclesiæ Thuricensis, contra negligentes diuinū cultum, tractatus de nouorū officiorum diuinorū institutione, de oblationibus & solutis pecunijs pro præbēda, seu beneficio in ecclesijs vel monasterijs percipiēdo. Dialogus de anno Iubileo, de benedictionibus aurecū sacramēto faciendis, tractatus de exorcismis. Alius tractatus exorcismorū, seu adiurationū, de credulitate dæmonibus exhibenda, de arbore torculari ducendo in die festo, de matrimonio, seu sponsalibus, de furto reliquiarum, & alijs rebus nuper in monasterio B. Virginis loci Eremitarū per 3. personas miraculose commisso & deducto; & finaliter reperto & recuperato. Epistola cōtra quendam superbum clericum, forma appellacionis contra quendam Cardinalem, qui in Germania velle intrare Ecclesiam cathedralem, de libertate ecclesiastica, de boni & mali occasione, de empione & veditioe vnitis pro viginti, de cōtractibus qui obstagia dicuntur, & vulgariter Gisel. Doctoratus in stultitia, tenor literarū doctoratus in stultitia. Contra iniquos iudices. Dialogus de consolatione iniquè suppressorum: Passionale. Eiusdem præter iam enumeratos hietiam libri extant, Tractatus de Assassinis in mortes principum tendentibus, liber de nobilitate ad Albertum ducem Austriae, qui citatur à Gasparo Hedione in appendice Chronicorū Abbatū Vrspergensis: Processus iudiciarius corā omnipotentē Deo habitus, inter nobiles & ciues. Thuricenses ex vna, & Suitenses cum complicibus ex altera parte. De aeris distemperatione propter quorundam hominum cadauera non rite sepulta. De plebanis & religiosis mendicantibus in prædicationis tempore & cōfessionibus audientis discrepantibus. Passionale virginū nubiliū nondum nuptarum cum mundo degentium. Tractatus de misericordia captiuis & defunctis impendenda. Repertorium copiosum vtriusq;

ius De balneis naturalibus liber, qui à Rhénato citatur, & à Gesnero in libris de thermis. Claruit anno Dom. 1454.

Felix Petantius Cancellarius Segniæ, scripsit librum ad Vladislauum Hungariæ & Boemiæ regem, quibus itineribus Turci sint aggrediendi: qui excusus est Basileæ cum Alcorano, &c. apud Ioan. Oporinum. Eiusdem Genealogiæ Turcicæ, in quibus Turcicorum imperatorum liber eorumque dignitates & matrimonia enumerantur. Liber nondum excusus, fuit in bibliotheca Io. Cuspiniani.

Felix Pratensis Psalterium transtulit iuxta veritatem Hebraicam: liber excusus Basileæ 1524. cum argumentis in singulos Psal. & pijs aliquot canticis.

* *Felix* Treubij Tigurini carmen in obitum Conr. Gesneri, cum eiusdem vita à Simlero descripta impressum extat.

Felix Vrgelitanus episcopus, author hæreseos quæ ab ipso Felicianæ denominata est. Aduersus hunc & Eliphandum Toletanum, scripsit Paulinus Aquilensis episcopus.

Fenestellæ antiquissimi autoris scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog. ex quibus Plinius multa transcripsisse se fateatur lib. 1. de Nat. hist. Vide Lucium Fenestellam.

* *Ferdinandus* Abduensis, Mediolanensis, de legibus antefereendis medicinæ philosophiæque artibus.

* *Ferdinandus* Aluares Zeccus, Lusitaniam in tabula descripsit. Romæ apud Michaellem Tramezinum 1560.

* *Ferdinandus* Antonius Capitius, collegit Decisiones Neapolitanas nouas, impressas Francofurti 1573.

Ferdinandus Balamius Siculus, ex Galeno transtulit lib. de optima corporis constitutione, de bona habitudine, de cibis boni & mali succi, & de ofsibus lib. Carmina eius in Albertum Magnum & Pandulphum Colletutium leguntur in imaginibus Pauli Iouij.

Ferdinandi Cordubensis, an sit licita pax cum Sarracenis. Idem de annatis exigendis.

* *Ferdinandi* Cortesij Narratio de noua maris Oceani Hispania, ad Carolum V. Rom. Imp. Colonia in folio 1532.

Ferdinandus Diazus Paternianus, Toletanus, scripsit grammaticam Chaldaicam.

* *Ferdinandus* de Enzinas inter philosophicos scriptores nominatur in catalogo Sorbonæ.

* *Ferdinandus* à Lannoy fecit Burgundiæ comitatus tabulam, sculptam à Cock Antuerpiæ.

Ferd. de Loaces I. C. scripsit super Tit. Institutionum, De iustitia & iure. Super 2. Infortati De legatis primo. I. filius familias.

* *Ferdinandi* episcopi Lucensis, sedis apostolicæ legati Epistola, in qua enumerantur articuli principales quatuor Ioannis Hus. M. Dres. manusc.

* *Ferdinandi* Mena, methodus febriū omnium & earum Sympptomatum, curatoria. Accessit liber de septimestri partu, & de purgantibus medicamentis. Antuerpiæ apud Plantinum 1568, in quarto.

Ferdinandus Moduensis, quædam de iuris prædicatione scripsit, quæ sunt edita in Italia.

Ferdinandus Pintrianus, scripsit obseruationes in loca obscura & deprauata Historiæ naturalis. C. Plinij, cum retractationibus quorundam locorum Geographiæ Pomponij Melæ, locisque alijs non paucis in diuersis vtriusque linguæ autoribus castigatis & expositis. Liber excusus Antuerpiæ apud Martinum Nutiū, anno 1547. Sunt autem Obseruationes in decem tantū priores libros Plinij: verum eius Obseruationes in Melam ac totum Plinium audio Salmanticiæ impressas esse: opus varia eruditione refertum.

Ferdinandus Pinicianus scripsit annotationes in opera Senecæ philosophi, excusas Venetijs 1536. quatern. 16.

Ferdinandi Ponzetti S. Pancratij presbyteri Cardinalis, ad Augustinum Niphum de venenis libri 3. excusi sunt Romæ apud Iacobum Mazochium, anno Domini 1521 in folio chartis 28. Et Basileæ apud Petrum Pernam, cum Sancte Ardoino in folio. Eiusdem liber de Origine animæ.

Ferdinandus de Corduba, Hispanus, scripsit in almagestum Ptolemæi, & super magnam Bibliorum partem, præsertim autem copiose super Apocalypsim. Floruit anno D. 1446.

Ferdinandi Tolosatis repetitio ad legem Falcidiam, & ad legem Reconiuncti de legatis. Tolosæ impressa.

* *Ferdinandi* Vasquij, Hispani, De successione creatione, progressu, effectuque & resolutione. Eiusdem controuersiarum illustrium aliarumque vsu frequentium lib. 3. Francofurti 1572. in folio.

* *Fergusus* Illustris primus Scotorum Rex, scripsit Politicas leges lib. 1. Obijt an. à mūdi origine 3678, & ante aduentum Christi 292. Baleus.

Ferrandus diaconus ecclesiæ Carthaginensis, Fulgentij Ruspensis episcopi synchronos, scripsit ad Reginum comitem paræneticum, qualis esse debeat dux religiosus in actibus militaribus. Libellus excusus Argentiæ, anno 1526. Idem scripsit de 7. regulis innocentie lib. 1. Ad S. Fulgentium epi. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1.

Ferrarij Brixienensis cautelæ Iuris impressæ in Italia: circa annum D. 1508.

Ferreoli presbyteri sententiæ quædam allegantur in libello de officio rectoris ecclesiæ, excuso Colonia 1531.

Festus Rufus scripsit epitomen rerum Romanarum, quæ extat. Nonnulli Sextum male scribunt. Volater. Vide Sextum.

Ficini medici, patris Marfilij Ficini liber de pestilentia Italico Sermone scriptus, quem postea Hieronymus Ritijs Latinitati donauit.

Finnanus Episcopus scripsisse putatur pro veteri Paschatis ritu, lib. 1. Obijt anno 661.

Firmus, qui Cepurica scripsit, citatur à Plinio lib. 19.

Flaccus Albinus, quem quidam Alcuinum, alij Albinum simpliciter nominant, cognomento diaconus, Anglus natione, Bedæ discipulus, & Caroli magni præceptor, in Parisiensi Academia primus

primus cum Ioāne & Claudio bonas literas do-
uit, ac multa scripsit, ē quibus hæc à Baleo enu-
nerantur. De Trinitate ac fide lib. 3. De incarna-
tione Christi. lib. 1. Sententiæ scripturarum lib.
Super Genesim ad literā lib. 1. In Cantica Can-
corum lib. 1. In Ecclesiasten lib. 1. Quæstiones
in Genesim lib. 1. Enchiridion Psalmodum lib. 1.
In Euangelium Ioannis lib. 7. In epistolas Pauli
lib. 14. In Apocalypsim Ioannis lib. 1. Commen-
tiorum præterea in vtrunq; testamentum li-
ros plures. De genealogia Christi lib. 1. De Ec-
clesiasticis dogmatibus lib. 1. De adoptione filio-
i Dei lib. 1. De proprietate nominū Dei lib. 1.
Manifestatio Trinitatis lib. 1. Historia Trinitatis
lib. 1. De fide catholica lib. 1. Argumentū sup̄ fidei
lib. 1. De sanctuario diuino lib. 1. Ad quæstiones
ridegisi lib. 1. Responsiones ad interrogata lib.
Dialogorū inter se & Carolū lib. 1. Disputatio-
es cū Pipino lib. 1. Dialogorū ad discipulos lib.
Dogmata quædā ad Carolū lib. 1. Contra ve-
terationem imaginum lib. 1. De Antichristo ad
Carolū lib. 1. De auriculari confessione lib. 1.
De sapiētia lib. 1. Correctiones diuinorum lib. 1.
Ad Anglorū ecclesias. lib. 1. Speculum paruulo-
rum lib. 1. Ad Caroli orationem lib. 1. Speculum
vitæ humanæ lib. 7. Ad Eulaliā de rāione ani-
mæ lib. 1. De animæ utilitate ad Guidonem lib. 1.
Ad Guidonem de virtutibus lib. 1. De virtutibus
ad Carolū lib. 1. Officia per ferias, lib. 1. Ad
Thehardum Cantuariensem lib. 1. Ad Gislaim &
Theodradam, lib. 1. Gesta Caroli Magni lib. 1. Vi-
ta Vuillebrardi carmine lib. 1. Vita Vedasti Atre-
rentis lib. 1. Acta discipulorum Gregorij lib. 1.
De vita & virtutibus Martini lib. 1. De doctrina
Asilij lib. 1. Chronicorum suorum lib. 1. Homi-
liæ 254 doctorum lib. 1. Sermones elegantes lib.
Precationes missales lib. 1. Epistolarū ad diuer-
sos lib. 1. Didascalicon lib. 1. De septē artibus libe-
ralibus, lib. 1. De octo partibus lib. 1. Derhetori-
ca ad Carolū lib. 1. De proprietate sermonū & res-
ponsum lib. 1. Categoriarum ad Carolū lib. 1. De
dialectica lib. 1. De orthographia lib. 1. De astro-
nomia lib. 1. Carminum ad diuersos lib. 1. Præterea
orationem Dominicam, Symbolū aposto-
licum, & Canticū Ambrosij & Augustini car-
mine edidit, cum alijs adhuc multis. Alcuini (e-
iusdem vti arbitror) libri quatuor de cælo & terra,
citantur in libro moralitatum qui inscribitur,
numen animæ. Dialogi duo ad Carolū Ma-
gnū, quorum vnus dialecticē alter philoso-
phiam comprehendit, manuscripti extant apud
Volfgangum Lazium. Porro ex his libris im-
pressi sunt hi. Homiliæ in Euangelia Domini-
corum dierum & festorum totius anni, Basileæ
1515, apud Ioannem Frobenium, & Colonie apud
Cruicorum 1539 adiectis aliquot homilijs, &
alio opere ad vetera exemplaria recognito. Dis-
putatio cum Carolo Magno de Rhetorica &
virtutibus, à Menrado Molthero restituta: ibidē
excusa eodem anno. Commentaria in ecclesiā-
sticis, apud Bebelium 1531. Quæstiones in Ge-
nesim, excusæ Haganoæ. De Trinitate libri 3.
De incarnatione Christi lib. 1. cum scholijs Lucæ
Lolsij excusi sunt Francofurti. In septem psal-
mos pœnitentiales, item in 118 Psalmum, & Can-

tica Parisijs 1547 in octauo. De officijs ecclesiæ,
Colonie cum alijs veterum scriptis de eadem
materia.
* Flacci Tibulli, Helena comœdia citatur à Ful-
gentio de vocibus antiquis.
Flaccus Verrius citatur à Plinio, qui in librum
Naturalis historiæ 14. quædam ex hoc authore
transcripsit. Vide M. Verrius Flaccus.
Flaualdus monachus Remensis, ordinis S. Be-
nedicti, scripsit gesta Remensium pōtificum lib.
1. vitas quoq; multorum sanctorum lib. 1. Claruit
anno Domini 454.
Flauianus episcopus Constantinopolitanus, scri-
psit Græco sermone Acta cum Eutyche presby-
tero lib. 1. contra eiusdem errores lib. 1. ad Leo-
nem papam de eodem epist. 3. epistolarum ad di-
uersos lib. 1. & nōnulla alia. Flauiani epist. cum
recognitionibus Clementis. Eius epistolę Græ-
cæ manuscriptæ extant Venetijs in bibliotheca
S. Antonij.
* Flauiani episcopi Antiocheni, sermones De
Ioanne Baptista, In Theophania, Super eum
locum Spiritus domini super me, In Euange-
lium Lucæ: citantur à Theodoro in Eranitte.
* Flauius quidam de medela corporum versibus
hexametris scripsit: huius (ni fallor) alicui
bi meminit D. Hieronymus.
* Flauij Alexij de maximis Italiæ & Græciæ ca-
lamitatibus. Venetijs 1559 in 4.
30 Flauius Alphius, rhetor præclarus, Augusti Cæ-
saris tēporibus plurimas scripsit declamationes.
Flauius Arrianus. vide Arrianus.
Flauius Blondus. vide Blondus.
Flauius Caper grammaticus de latinitate, Asel-
lionis & Plauti in Mostellaria, item Terentij in-
terpres fuit. Idem scripsit libros dubij generis,
quos citat Seruius in to. Aen. Eucleati sermo-
nis ibidem, Commentarios in Vergilium, idem
12. Aeneid.
40 Flauius Clemens vide Clemens.
Flauius Constantinus cognōmēto Magnus, scri-
psit Dogma basilicūm lib. 1. confessionē fidei lib.
1. de Synodo Nicæna lib. 1. de Dei prouidētia lib.
1. ad Senatū Ro. lib. 1. Reipub. leges. Nouā Aeg-
gyptiorum legem. Leges Christianorū. Contra
gentilium superstitiones lib. 1. Vitæ instituta ad
filios lib. 1. & epistolas infinitas, quas ordine nu-
merat Ioannes Baleus in eius vita. Claruit autem
anno Domini 338.
50 Flauius Dorfenus citatur à Plinio, qui 14 & 15.
Naturalis historiæ libro eius scriptis vsus est.
Flauius Iosephus, ex Hierosolymis sacerdos,
Romam veniens, septem libros Iudaicæ captiui-
tatis imperatoribus obtulit, qui & bibliothecæ
publice traditi sunt. Scripsit autē & alios viginti
antiquitatum libros, ab exordio mundi vsq; ad
decimumquartum annum Domitiani Cæsaris,
& duos ἀποκρίτους aduersum Appionem Gramma-
ticum Alexandrinum. Alius etiam liber eius, qui
inscribitur περί αἰτιαμάτων Ἰουδαίου, valde elegans ha-
betur, in quo & Machabæorū sunt digesta mar-
tyria. Antiquitatum libri, de bello Iudaico, & de
antiquitate Iudæorum contra Appionem, im-
pressi sunt Latine primum Venetijs, anno 1499:
positis ab initio singulorum capitū argumentis.

Deinde Lugduni apud Gryphium, anno 1557. postremo Basileæ in officina Frobeniana anno 1534. Eadem omnia Græcè excusa ibidem, anno Domini 1544. Flauij Iosephi antiquitatum Iudaicarum libri 20. ad æta in fine appendicis loco vita Iosephi per ipsum conscripta, à Sigismundo Gelenio conuersa, Eiusdem de bello Iudaico li. 7. ex collatione Græcorum codicum ab eodem castigati, Contra Appionem lib. 2. eiusdem opera, ex Græco non solum emendati, sed etiam supplementi. De imperio rationis siue de Machabæis liber vnus ab Erasmo recognitus, omnia simul excusa sunt Basileæ anno Domini 1554. in fol. chartis. 232. Claruit anno Domini 99. Iosephi filij Gorion historiarum Iudaicarum libri quinque; Hebræici, & Latini ex Constantinopolitano exemplari per Seb. Munsterum traducti, & annotationibus atque collationibus illustrati: opus impressum Basileæ apud Henricum Petrum, 1541.

Flauius Philostratus, vide Philostr. semel enim 20 tantum prænomen Flauij præpositum reperi.

Flauius Proculus, citatur à Plinio inter auctores 12. lib. Naturalis historię.

Flauius Pomponianus grammaticus, citatur à Charisio.

Flauij Sosipatri Charisij, vetustissimi grammatici, libri quinque, à Iano Parrhasio inuēti, à Ioanne Pierio Cymino editi, Neapoli ex officina Ioannis Sulsbachij Haganoensis Germani, anno Domini 1532. Eisdem Georgius Fabricius, ex vetustis grammaticis, & collatione locorum in ipsio auctore similibus, emendatioribus edidit Basileæ ex officina Frobeniana anno Domini 1551. Idem in epistola ad lectorem sic scribit. Exemplaria Charisij per Italiã bina tantum fuisse, ex aliorum scriptis colligo: Vnum Neapoli quod à Hieronymo Seripando eius vrbs patricio asseruari Ioan. Cyminius Cosentinus testatus est: alterum Romæ quod Curius Lancilotus Ferrariensis, se cum Pomponio Fortunato legisse asseruerat. De Neapolitano, quin Charisij verus codex fuerit, nequaquam est dubitandum, id enim Prisciani auctoritate comprobatur. De Romano incertum est, quoniam nihil penitus eorum, que Curius ponit, in hoc nunc inuenitur, cum tamen ultra triginta ex illo grammatico aduocet testimonia, & locos quosdam integros aliquoties ex eodem adducat. Quamobrẽ ea res suspicionem mihi mouet, quem Curius Romæ legit, alium quendam fuisse grammaticum, cui falso fuerit ascriptum Charisij nomen: idque videri mirum nulli debet, nam eodem modo deprauatis codicibus decepti quod Charisij est id Donatiano attribuerunt Mediolanenses, qui veteres quosdam Grammaticos de Iani Parrhasij sententia ediderunt.

Flauius Vegetius Renatus scripsit libros 4. Epitomen videlicet institutorum rei militaris, de commentarijs Catonis, Celsi, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. Opus excusum Romæ 1494. cum alijs quibusdam. Item Bononiæ 1504. Coloniae 1524 & 1532. Vuchelus etiã Lutetiæ excudit cum varijs picturis in maiori forma, & rursus in minori absque picturis. Vegetij Renati artis veterinarię, siue mulomedicinę libri quatuor,

excusi Basileę apud Fabrum Emtmeum, anno 1528. Vegetius prætextatus priores postremosque Analyticos, non vertendo Aristotelẽ Latino sermone tradidit, sed transferendo Themistium;

Flauius Vopiscus descripsit vitas principum Romanorum Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Firmi, Saturnini, Proculi, Bonosi, Carri, Carini, Numeriani. Opus impressum Basileæ in officina Frobeniana, cum Suetonio, & alijs, & Geneuæ apud Henricum Stephanum in octauo.

* Floardus, seu Floardus scripsit historiã Pontificum Remensium, quæ cum alijs Gallicæ historię auctoribus nuper Parisijs (vt puto) publicata est.

Florentinus I. C. scripsit Institutionum libros 12. vnde nonnulla citantur in Iure D. Iustiniani.

Florentius, alias Florentinus, auctor Græcus, scripsit de plantatione & agricultura, vnde fragmenta decerpta adhuc seruantur Romæ in Vaticana. Multa quoque eius in Constantini Geoponicis leguntur.

Florentius Batauus scripsit institutiones vitæ Christianæ, excusas Coloniae apud Ioan. Quentel anno Domini 1552.

Florentius Burgonius, Parisiensis Franciscanus, indicem omnium insigniter à D. Augustino doctorum auxit, qui Parisijs impressus est.

Florentius Volusenus Scorus scripsit theologicam orationem, siue commentationem piã & eruditã, Gryphius excudit Lugduni, 1539. Idem de animi tranquillitate, carmen, ibidem excusum, 1543. & Basileæ apud Ioan. Oporinum cum pijs aliquot poetis anno 1551. Idem edidit aphorismos beatæ vitæ, & dialogum de animi tranquillitate.

Florentius Vuingerinensis monachus, Anglus, scripsit de rebus Anglorum gestis lib. 1. & alia nonnulla. Floruit anno Domini 1118.

Florianus de sancto Petro, patria Bononiensis, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo lib. 12. super ff. infortiati lib. 14. inuenio ipsum peculiariter citari in secundum Codicis, secundum Infortiati, & Disputationes eius tres, Mulier primo vidua, Inquisitus de crimine capitali, Baro quidam de nobili. Super tit. de le. liber impressus. Floruit anno 1435.

* Florianus Tresleri Benedicte purani, Declamationes aliquot theologicæ 1543.

Florus quidam poeta vixit Adriani Cæsaris temporibus, epigramma eius in imperatore extat apud Spartianum in vita Adriani. Fuerunt etiam alij duo Flori poetæ, Iulius & Paulus, de quibus suo loco. Flori etiam cuiusdam mentio fit apud Græcum Polianum, inter Græca epigrammata.

* Florus Chymicæ scriptor cuius meminit Horatulanus philosophus.

* Fœbadij liber contra Arianos Geneuæ editus est, cum Athanasij dialogis & Basilij libris contra Eunomium. Exemplar è bibliotheca Collationij exhibuit P. Pythoeus. Hic à Hieronymo Sebadius, à Sulpitio Seuero Fœgadius appellatur videtur.

Fœcialis quidam citatur à Plinio, qui libro 16. Naturalis historię eius scriptis vsus est.

Fœcundus episcopus Ermianensis, scripsit opus grande & eximium eleganti stilo & magnis veterum auctoritatibus instructum: Pro defensionem trium capitulorum lib. 12. Claruit an. D. 540. *Fœlix*, vide *Felix*.

Folchardus Dorobernensis, scripsit vitam Ioannis Archiepiscopi lib. 1. Miracula eius post mortem, lib. 1. Claruit anno 1060. *Baleus*.

Fontei cuiusdam scripta citantur apud Fulgenium, Mytholog.

Fontianum poetam, qui prouincias Romanas eleganti carmine descripsit, *Beatus Rhenanus* Philippo Puchaimero, in epistola impressa um libris eius de rebus Germanicis, tanquam apud ipsum extantem, petit.

Fontini philosophi libri de machina mundi, tem de vicissitudine naturali, Item de mixtionibus elementorum, In libro *Lumen animæ* in scripto citantur.

Forciana quaestiones, in quibus varia Italorum ingenia explicantur, multa que alia scitu non indigna: liber excusus Neapoli, 1536.

Formianus grammaticus, vel vt alij legunt, *Firmitianus*, citatur à *Charisio*.

Fortaneri, vide *Sertorius*.

Fortunatianus Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantino, in euangelia titulis ordinatis, breui & rustico sermone scripsit commentarios.

Fortunatus episcopus Pictauiensis, scripsit elegantem carmine excidium regni Thuringorum lib. 1. ad Iuvinium de Radegunde lib. 1. ad Iustinum Iuniorum lib. 1. ad Sophiam Augustam lib. 1. in persona Radegundis lib. 1. in laudem Martini episcopi lib. 1. de Leoncio venerabili episcopo lib. 1. de eodem laudis lib. 1. hymnorum 77. lib. 1. de Miraculis S. Martini lib. 4. vitam S. Hilarij Pictauiensis lib. 1. Hodeporicum vitæ suæ lib. 1. vitam S. Maurilij episcopi lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Carminum ad amicos lib. 1. & alia multa.

Fortunatus & aliquot alij episcopi, apud Cypr. lib. 1. communes epistolas scribunt, secundam, quartam, & duodecimam.

Fortunati, Augustini, & Alypij epistola ad generosum, numero 160. inter D. August. epist.

Fortunatus quidam Mattheus nomine, in Seneca Quæstiones naturales scripsit: liber ab Aldo excusus 1522.

* *Fortunati* Perusini, Consilium montis pietatis, quod refutauit Philippus Rolvingius.

Fortunati à Tuccabori verba apud Cyprianum in sententijs episcoporum, de hæreticis baptizandis.

Fortunius Garta scripsit de fine Iuris ciuilibis & canonici super. 1. ff. veteris. De pactis c. 1. Dec. 1. qui liber impressus est.

Foskeue Cancellarius, scripsit De discriminé legum lib. 1. De laudibus legum, lib. 1. De politica administratione, lib. 1. De vigore legis naturalis, lib. 1. Tandem fuit exul ab Anglia, Claruit anno 1460. *Baleus*.

Franchini Gafurij Laudem. regij Musici de harmonia Musicorum instrumentorum opus: excusum Mediolani, 1518. Eiusdem apologia contra

Ioannem Spartarium & complices Musicos Bononienses. *Franchini* Musica, excusa Basileæ apud Isingrinum.

Franchio Musicus, citatur à *Franchino*.

Franciscinus Curtius, vide *Franciscus*.

Franciscus, ordinis minorum institutor et princeps, natione Italus, ex Assisio ciuitate Italia oriundus, scripsit breuem Regulam minorum liber 1. testamentum breue lib. 1. *Francisci* conformitates cum Christo, liber impius impressus Metis, anno Domini 1509, octern. 30. Floruit anno Domini 1220.

* *Francisci* cuiusdam monachi ordinis Franciscani Epistola de orbis situ ac descriptione, ad Pannonitanum episcopum. Impressa Antuerpiæ à Martino Cæsare.

Francisci Anthonis dictata in Ethica Aristotelis, manuscripta extant apud Casparum Vuolphiu medicum Tigurinum.

Francisci de Acceptantibus I. C. de sententiâ & interlocutoria & definitiua.

Franciscus de Accoltis, Aretinus, scripsit super totum Ius ciuile: opus excusum cum repertorio per Bartholum. Scripsit item Consilia. De differentia inter sententiâ interlocutoriâ & definitiua, Lecturâ super Decretales. Epistolas Dionisii Cynici Latinas fecit, Florentiæ excusas anno 1487. Libellum auctoris incerti de thermis Puteolorum & vicinis in Italia, à se repertum & publicatum, Pio Pont. maximo dedicauit. Liber excusus Neapoli, anno 1475. Claruit anno Domini 1300.

Franciscus Accursius, Florentinus, scripsit in legibus glossulas, disputationes quoque lib. 1. & plura alia. Scripsit etiam super Instituta. Claruit anno 1300.

Francisci Albertini Florentini de mirabilibus nouæ & veteris vrbis Romæ libri tres. Lugduni anno Domini 1520, excusi chartis 14. in. 4. Eiusdem de laudibus ciuitatum Florentiæ & Saonenfis. Idem scripsit, de vrbis stationibus, De confessione, De modo recte viuendi, De sacramento, Expositionem super orationem dominicam & salutationem angelicam. Edidit etiam epitaphiorum antiquorum opusculum.

* *Francisci* Alexandri Vercellenfis medici, Apollo, omnem compositorum & simplicium normam pharmacopolis facillime proponens: in libros 12, distinctus. Venetijs.

* *Francisci* de Aluarotis Consilium de quodam feudo ab antiquo dari solito vt proprietario: habetur inter consilia Alberti Bruni, Conf. 131.

* *Francisci* de Arelio, Consilia iuridica impressa Venetijs 1572. folio.

Franciscus Aretinus in Latinam linguam transtulit Diogenis Cynici philosophi, & Phalaridis Agrigentinarum tyranni, epistolas, Ioannes Oporinus impressit cum aliorum epistolis Laconicis, anno Domini 1554, in 16. Idem transtulit Ioan. Chrysostomi commentaria in Euangelium Ioannis, & eius homilias priores ad 20. vsque, in priorem epistolam ad Corinthios. Idem scripsit de balneis Puteolorum & alijs.

* *Franciscus* Arius de bello & duello.

* *Francisci* Arnoldi contra Lutherum pro Me

chlero Dresdenſi.

* *Franciſcus* Arſillus è Senogallia oriundus, mèdicus & poeta, Hippocratis Proloquia carmine reddidit. Scripſit etiam libellum de poetis urbanis, qui Romam Leone X. P. P. confluxerant. Iouius in Elogijs.

Franciſcus de Bachone, Cathalanus, ordinis fratrum beatae Mariæ de monte Carmeli, ſcripſit inter alia ingenij ſui monimenta opus magnum & inſigne, quod vocatur Repertorium prædicantium lib. 1. ſuper Sententias quoq; lib. 4.

Franciſcus Balbus ſcripſit de præſcriptionibus, ubi etiam exponit locum de Confelſis, 1. ff. noui. l. Celfus.

Franciſcus Balduinus Atrebatius, interpres & ſcholiaſtes ruſticarum legum Juſtiniani Impera. Opörinus Græcè & Latinè excudit Baſileæ, cū Antonio Garrone, 1543. * Idem ſcripſit commentarios in lib. 4. inſtitutionum iuris ciuilibus Libros 2. ad leges Romuli & l. 12. tabularum, Pa-

riſijs in folio, ſimul edita ſunt anno Domi. 1554. Præterea ſcripſit annotationes, in Ciceronis libros de officijs, In ſeptem grauiffimos iuris ciuilibus titulos, ex ſeptem Pandectarum tomis delectos. Item in primam partem Pandectarum, quam ait Juſtinianus meruiſſe appellationem τὰ πρώτιστα.

In præcipuas Authenticas Juſtiniani in 4. Ad leges Voconiam, Falcidiam, Iuliam, &c. De diuiſione obligationum. De pignoribus Hypothecarum, &c. vel conditionibus. Iurisprudentiæ Mutianæ. Relationem ad Henricum Andium ducem magnum, cui addita ſunt, Latini Pacati panegyricus ad Theodoſium: Eumenij oratio de ſcholis: ac ipſius annotationes in vtraque orationem; item Explicatio L. Si pacto. C. de pactis. Pariſijs 1570. Iuris ciuilibus catecheſin. Leges & edicta veterum imperatorum de Chriſtianiſ. Conſtantinum ſeu de legibus eccleſiaſticis & ciuilibus Conſtantini imperatoris. Juſtinianum ſive de iure nouo commentariorum lib. 4.

Catonem ſeu Regulam Catonianam. Prolegomena de iure ciuili. De calumnijs. Scripſit etiam Argentinae libellum nomine Chriſtianorum Iureconſultorum contra Duarenum. Hic cum puram religionem diu profeſſus fuiſſet, tandem turpiter ruruſ ad Papiſtas defecit, & quædam acerbe contra Ioannem Caluinum & Theodo. Bezam ſcripſit. Viuit adhuc in Gallia.

Franciſcus Barbarus, patricius Venetus, Chryſoloræ diſcipulus, ſcripſit de re vxoria lib. 2. epistolarum ad diuerſos lib. 16. Ex Plutarcho traduxit in Latinum, vitam Ariſtidis & Catonis, & multorum illuſtrium virorum. Scripſit etiam orationes nonnullas. De re autem vxoria libri excuſi ſunt Antuerpiæ, & Haganoæ apud Seceſium, anno 1533. Claruit anno Domini 1454.

Franciſcus de Barbarino poeta, citatur in genealogia Bocatij.

* *Franciſcus* Barotius Patricius Venetus Procli commentarios in primum Euclidis, in Latinam linguam conuertit, emendauit, ſcholijs & figuris auxit. Parauij 1569. in folio. Idem tranſtulit Hero nis Mechanica & Geodeſiam.

* *Franciſci* Belcarij aduerſus Caluinianorum dogma de infantium in matrum vteris ſanctificæ-

tionem, & pleraque alia, breuis commentarius. Pariſijs 1567. in octauo.

* *Franciſcus* Beraldus qui aliquandiu Græcam linguam Geneuæ docuit, in Latinum tranſcripſit terminem Appiani Iberica, & de geſtis Annibal. Henricus Stephanus excudit.

Franciſcus Berlingherius ſcripſit Cosmograpiam ſive vniuerſam orbis terrarum figuram, ad Federicū Urbini ducem, teſte Marſilio Ficino.

* *Franciſcus* Bertus Roman. ſcripſit Italice contra Murium Juſtinopolitanum, Religionis cauſa è patria exul viuit nunc Baſileæ.

* *Franciſcus* Bigot eques auratus, ſcripſit contra Clerum. De Impropriationibus, lib. 1. Quoſdam item Latinos libros Anglicos reddidit. In digna morte periit, anno 1537.

* *Franciſcus* Bobius medicinae theoricæ profeſſor Ticini, quædã edidiſſe fertur in philoſophia & medicina.

* *Franciſcus* Boezanius ſcripſit vitam Philippi Decij iureconſulti.

* *Franciſcus* Bolognetus, Bononiensis, ſcripſit vernacula lingua libros de Fl. Conſtante Caſare. Gyraldus.

* *Franciſcus* Bonafides tractatum edidit de pleuritide curanda aduerſus Curtium. Scripſit tres tomos, nondum diuulgatos, quod ſciam. Primus continet ſeptem volumina, 1. Commentaria in Ariſtotelis libros de ſpiritibus & plantis, 2. De nominibus ad hiſtoriam plantarum pertinentibus, 3. De nexu vtriuſque mundi. 4. De ſeſmeſtri partu. 5. De diſceptatione orta inter Antonium Fumanellum & Bartholomæum Cluuanum medicos Veronenſes, de vino inuicem diſceptantes, quorū iudex Fracaſtorius fuit. 6. De nomenclatura ſimplicium medicamentorum. 7. De ponderibus minoribus & grano. Secundus tomus quatuor libros habet, 1. De fine artis medicinalis. 2. De duplici ratione componendi medicinas. 3. Expoſitio canonum vniuerſalium, cum modo curandi ſpaſmum. 4. Modus intelligendi gradus medicinarum ſecundum Dioſcoridem. Tertius tomus. De pleuritide, cum expoſitione theorematum ſeu canticorum Auicennæ, & an medicina ſit ſcientia an ars. De ſex rebus nõ naturalibus. De practica medicina.

Franciſcus Bonadus Angeriæ preſbyter, &c. ſcripſit Dialogum, D. N. Ieſu Chriſti, actriumphantis eiufdem Reſurrectionem ex Marthæo. Liber impreſſus eſt. Davidis oracula ad Pſalmorum ſeriem 150. numeris poeticis exarauit. Liber impreſſus anno 1531. Epistolæ Diui Pauli omnes numero quatuordecim, elegiacis verſibus ab eo paraphraſtice traductæ. Veuſthemerus excudit Baſilicæ 1537. Eiufdem Monodiæ illuſtrium aliquot perſonarum veteris atque noui teſtamenti, in libros tres diſtinctæ, Pariſijs venduntur 20. de nariolis Gallicis. Anacephaleoſes geneſum, ſapienterque dicta & Monodiæ quinquaginta octo illuſtrium Francorum Regum, à Pharamundo ad Rhenum primo ſedente, vſque ad Franciſcum Valeſtum, Pariſijs apud Gromorſum 1543. Querela & ſolatio in Delphini morte. Nænia ſuper ſunere Guilielmi Paſtoris Angeriæ primi cõſulis, Pariſi, Simõ Colinæus, an. 1538. impreſſit.

Franciſcus

Franciscus Boniuardus scripsit vrbis Geneuën historias, quarum compendium Sebastianus lunsterus Cosmographico suo operi inseruit.

Francisci à Bouadila Hispani, oratio Pragæ hæra in conuentu ordinum regni Boemiæ.

Francisci Bouilli liber super Psalmum, Deus nerunt gentes: impressus Norinbergæ 1532.

Francisci Boussueti Surregiani Carmina in icois & historiam piscium G. Rondeletij. Eiusdem de arte medendi lib. 12. carmine scripti. Lugduni apud Matthiam Bonhôme anno Domini 1557.

Franciscus Brūnauci, Angeliacus dictus, de Saudia, Carmelita Rupeculensis, & episcopus abduunensis, Auenioni quōdam moratus, scripsit Sermonum per annum, lib. 3. Carmina & epistolæ, lib. 1.

Franciscus Brunus scripsit de indicijis torturæ. **Francisci** Caballi Brixienfis libri duo, de numero & ordine partium ac librorum physice doctrinæ Aristotelis, excusi Venetijs: Item de animalia pastillos theriacos & theriacam ingrediens, liber excusus ibidem.

Francisci Calceolarij Pharmacopœi Veronensis, Compendium Commentariorum Matthioli plantis: item opusculum de itinere quo è Venæna in Baldum montem plantarum fertillissimum itur, Venetijs apud Valgrisum 1571.

Francisci de Calefia I. C. Singularia & cautela.

Francisci Campani quæstio Virgiliana, excusi Mediolani apud Caluum, anno 1540. Geneuæ apud Henricum Stephanum.

Francisci Capilistij I. C. Consilia.

Franciscus Capuanus de Manfredonia, scripsit commentarios in Theoricis Planetarum Georgij Purbachij. Opus excusum Venetijs, anno D. 1599. cum Sphæra mundi Ioan. de Sacrobusto.

Francisci Cafoni Opitergini I. C. De indicijis tormentis, De arte & ratione in criminū causis differendi, & de inuestigandis præteritis, & futuris, & tam publicis quam priuatis negotijs, de triplici proposito humano, & de triplici homicidio, & de duplici scientia & cognitione reum humanarum.

Francisci Catanei Iacetij philosophi & patricij Florentini opera philosophica, Basileæ Petrus Perna in folio.

Francisci Cauriensis episcopi, oratio in funere Leonardi Roborei, vrbis præfecti, impressa Romæ.

Franciscus Centelles Siculus, quædam Latine edidit Gyraldo teste, Ni fallor in laudem Conalui Magni.

Franciscus Chappuis scripsit Gallico idioma de peste.

Francisci Decij Valentini, breuis in Erasmi comiam epitome, excusa Lugduni à Theobaldo Pagano, anno 1453.

Francisci Emerici Oppauiani medici, liber de medicorum auxiliorum dextro vsu, ad veram Hippocratis & Galeni mentem Febrium putridarum expositi, Oratio de re medica. De notis vrinarum & pulsuum, De peste.

Francisci comitis de Frangepanis, oratoris regni Vngariæ, ad Carolum V, Cæsarem oratio.

Franciscus Connanus scripsit commentaria iuris ciuilibis, quæ excusa sunt Lutetiæ apud Vascolanum, anno Domini 1553, & Basileæ apud Episcopios.

Francisci Cordubensis Minoritæ, Annotationes in religionis articulos à sectarijs cōtrouersos, Colonice apud Cholinum anno Domini 1572. in octauo.

Franciscus Carneuedius Nouiomagus, I. C. in libros de veritate fidei Christianæ Ioan. Lodouici Viuis præfatus est. Item Procopij lib. 6. de Iustiniani imperatoris ædificijs Latinos fecit. Vuchelus Parisijs excudit 1537. cum Theodorici Adami annotationibus.

* **Franciscus** Coscius, decanus Senensis ecclesiæ, scripsit Repetitiones super 1. Decretalium.

* **Francisci** Cremensis I. C. Singularia & cautela.

Franciscus de la Cruce quædam scripsit de ferijs. **Franciscus** de Curte, ad Io. Petri de Ferraria vtriusque iuris practicam, additiones scripsit. Lugduni, anno. D. 1515.

Franciscus Curtius senior, scripsit super C. in tit. de iura calumniæ. Additiones ad Practicam Ioannis Petri de Ferrarijs. De moneta, super 2. ff. veteris. si certum petatur, l. cum quid. Super 1. C. De prohib. seq. pecun. l. 1. quoties. De sequestris. De testibus. Consiliorum volumen 1.

* **Franciscus** Curtius iunior, Papiensis, scripsit super 1. & 2. F. F. veteris. Super 1. & 2. & c. De feudis. Consiliorum volum. Venetijs, anno Domini 1571.

Franciscus Diedus, patricius Venetus, scripsit Historiam sancti Rochi confessoris librū vnū. Orationes, & varias epistolas, & quædam alia. Claruit anno D. 1483.

Franciscus Dryander, qui & Denzina, nouum testamentum in Hispanicam linguam transtulit.

Franciscus Duarenus I. C. scripsit de in litem iurando, indicijque bonæ fidei & arbitrarijs commentarium, His adijcitur Decretum quoddam senatus Biturigum. Gryphius excudit Lugduni 1542. Eiusdem epistola de docendi discendiq; iuris ratione ab eodē excusa est an. 1547. in 16. Eiusdē apologia de iurisdictione & imperio, excusa Parisijs à Guilhelmo Morelio, venditur 8. denariolis Gallicis. Libri octo de ministerijs ecclesiæ & beneficijs excusi sunt Parisijs apud Mathæum Dauidem. Idem scripsit super 1. & 2. ff. veteris. Super 1. & 2. Infortiati. Super 1. ff. noui. Super 1. C. Super feudis. De verborum obligat. l. qui Romæ. parag. Aug. De iure accrescendi. De pactis: Disputationes numero 60. seu Disputationum anniuersariarum lib. 2. Eius opera omnia auctiora, edita sunt Lugduni apud Guilhelmum Rouillium.

Franciscus Emericus Vientiensis medicus, scripsit librum de medicorum auxiliorum dextro vsu, ad veram Hippocratis & Galeni mentem. Petreius excudit Norinbergæ, anno 1537.

* **Francisci** Emoli, Comædia cui titulus Soreri Antuerpiæ 1563. in octauo.

* **Francisci** Fabricij Marcodurani Annotationes in Terentium, Antuerpiæ cum Mureti in eundem annotationibus, decimosexto. Eiusdem

P. Man. 1. s. Ep. p. 289.

Annotationes in Ciceronis Tusculanas questiones à Lambino emendatas. Coloniae 1569. Item in Verrinam primam & secundam. Ibidem 1572.

* *Francisci Fabri Silesij*, Boemia.

Franciscus Fabricius Ruremundanus, medicus Aquensis, scripsit de balnearum naturalium quae sunt Aquisgrani & Porceri naturam & facultatibus, & qua ratione illis utendum sit, liber Coloniae excusus apud Casparem Genepæum anno Domini 1546. Idem Latino carmine reddidit D. Gregorij Nazanzeni tragœdiam, Christus patiens, Antuerpiae Ioan. Steelsius 1550.

Franciscus Grifoniùs I. C. Iustinopolitanus, scripsit de conscribendis epistolis Christianis, item orationem ad Sernis, duce Venetiarum, D. Franciscum Donatum.

Francisci Feliciani Lazelsij Veronensis de arithmetica & Geometria speculatiua & practica, libri excusi anno Domini 1545, in 4. lingua Italica.

* *Francisci Feretij Commentarij* in Isaiam prophetam, & noua eiusdem conuersio. Antuerpiae in 8.

Francisci Floridi Sabini opera aliquot, excusa Basileae apud Rob. Vuinter. 1540. Sunt autem haec: In M. Aetij Plauti, aliorumque Latine linguae scriptorum calumniatores Apologia. De Iuris ciuilibus interpretibus liber. De C. Iulij Caesaris praestantia libri 3. Succisuarum lectionum lib. 3. multa ac varia eruditione referti. Octo libri Odyssae ab eodem carmine translati, excusi sunt Parisijs anno Domini 1545, in 4.

Francisci Flori, de amore Camillae & Aemiliae.

* *Francisci Franchini Cosentini*, poemata impressa Basileae à P. Perna in 8.

Francisci Froschi Isagoge in Iuris ciuilibus studium, impressum est Argentinae apud Vuendelinum Rihelium anno Domini 1554. in octauo cum alijs eiusdem argumenti libellis.

* *Francisci Geocrini* medici, Apologia in victorem Bonagentem, ubi de minuendis humoribus in morborum initijs. Venetijs 1547.

Francisci Georgij Veneri minoritani in Scripturam sacram problemata: excusa Venetijs, anno 1536. Eiusdem de harmonia mundi liber, ibidem excusus.

* *Francisci Goethalsij* de faelici & infaelici republica ad senatum Brugensem, Louanij 1567. in octauo.

* *Francisci Guicciardini Patricij Florétini*, historiarum sui temporis libri 20. ab ipso auctore Italianice conscripti, & in Latinum sermonem conuersi à Caelio secundo Curione, Basileae apud Pernam 1566. in folio. Videtur hic auctor nulli veterum postponendus, nam fide, diligentia, prudentia caeterisque virtutibus excellit: ac in rerum gestarum memoria, in consilijs explicandis, in hominum naturis notandis, in personis describendis, in concionibus orationibusque referendis, plurima habet quae in alijs qui eorundem temporum historiam scripserunt desiderantur. Eiusdem loci duo, qui ex ipsius historiarum libris 3. & 4. dolo malo detracti, in exemplaribus hactenus impressis non leguntur. Basileae 1569. in 8.

* *Francisci Herculani* tractatus De Cautione de non offendendo. Venetijs apud Ioannem Andream Valuaforem 1569. in octauo & 1571.

* *Franciscus Hotomanus* I. C. historiarum & iurium antiquitatis scientissimus, multa docte & eleganter scripsit, e quorum numero sequentes libri in publicum editi sunt. Partitiones Iuris ciuilibus elementariae. Basileae apud Episcopium 1560. in 8. Observationum liber primus, ibidem. Iurisconsultus, siue De optimo genere Iuris interpretandi, in quo L. Gallus, L. Lecta, L. Filius quem, L. Frater à fratre, & aliae complures explicantur. Basileae per Heruagium 1559. in 8. Commentariorum in orationes Ciceronis volumen primum, quo continetur haec orationes, pro P. Quintio, pro Roscio Comædo, pro Roscio Amerino, Actiones in Verræ, pro Fonteio, pro Cecinna, pro Lege Manilia: excusum Geneuae apud Robertum Stephanum 1554. in folio. Commentariorum verborum Iuris, Antiquitatum Romanarum elementis amplificatus: De magistratibus, de Legibus, de Iurisconsultis, de Senatu & S. C. de Formulis, de Comitibus. Basileae apud Episcopium 1558. in folio. Commentarius in quatuor libros institutionum Iuris ciuilibus, ibidem apud Heruagium 1560. in folio. & Venetijs 1569. Commentarius in 2. de lib. & post. Lugduni 1561. in quarto. Iustiniani vita. Observationes in Pandect. cap. 20. item in L. Frater à fratre commentarius: item de gradibus cognationis & affinitatis, incestisque nuptijs. Argentinae apud Iosiam Rihelium. Variarum disputationum volumen primum. De quarta Falcidiana: de quarta legitimaria: de quarta Pegasiana: de spuris: de donationibus: de dotibus: de pactis: de eo quod interest: de mora: de usuris: de gradibus cognationis. Lugduni 1569. in folio. De feudis commentatio tripertita, hoc est, Disputatio de iure feudali. Commentarius in vsus Feudorum. Dictionarium verborum Feudalium. Lugduni anno 1573. in folio. Francogallia, de republica Francorum. Geneuae anno Domini 1573. in 8. De Cœna Domini libellus in octauo. De actionibus commentarius. Lugduni. Nizolij observationes in Ciceronem auctae. Lugduni. Ad Remundum Rufum defensorem Romani pontificis contra Carolum Molinæum, de statu primitiuae ecclesiae eiusque sacerdotijs. De Patriarchis, Metropolitanis, Archiepiscopis, Primatibus, primae sedis Episcopis, Chorepiscopis, Presbyteris, Diaconis, Hypodiaconis, De Pontificis Romani potestate & amplitudine, De religione populi Romani ex instituto Numæ: liber sub nomine Francisci Viliery impressus Geneuae à Ioanne Crispino 1553. in octauo, & Argentinae in folio cum Cardinalis Poli lib. de ecclesia. Illustres quaestiones. Geneuae 1573. in 8. Audio etiam quaedam alia ab eo edita vt Reperitionem quarundam L. L. Commentaria in orationem quandam Ciceronis Lugduni. Praeterea haec ab ipso conscripta sed nondum publicata sunt, Dialectica. Index vniuersae historiae ab orbe condito. Notae in omnes Caesaris commentarios. Disputationes contra Guizdonem Papinm & Paponiũ Arrestographum, & aliquot eiusmodi pragmaticos. Praelectiones in Pandectas & Codicem. Commentarius in regulas Iuris. Claruit anno 1573. quo tempore Geneuae Allobrogum Ius ciuile docebat.

Franciscus Iacobi Traiectanus De modo visendi & corrigendi subditos, & de modo inquitendi contra defectus eorum.

Franciscus Iammetius Textor, interpretatus est titulum Pandectarum iuris libri 47. de populis actibus. Libellus impressus Parisijs apud Michaelē Vascofanum, anno 1534. Eiusdem tabula de vocis & corporis moderatione, ad rhetoricam pertinens: impressa Parisijs apud Uuechelū. Eiusdem enarrationes in oratione Ciceronis pro M. Marcello & pro rege Deiotaro, excusae sunt Basii. ab Oporino, cum diuersorum commentarijs in Orationes Ciceronis 1553. Idē scripsit in L. Vranus ff. de fideicom. & mand. Parisijs excudit Antonius Cleric. 1550. Idē scripsit in legē. Qui bonis. L. Qui cedit ff. de cess. bon.

Francisci Iouerij Valentini, Sanctiones Ecclesiasticæ tam Synodicæ quam Pontificiæ in tres classes distinctæ. Parisijs 1555.

Franciscus Irenicus Ertelingiacensis, scripsit Germanicæ exegeticos volumina duodecim. Itē Orationem protrepticam in amorē Germaniæ, cum superioris operis excusatione. Opus excusum Haganoæ, an. 1518. Grammaticam iam reens in lucem editam. Francofurti apud Georgium Coruinum 1569. in octauo.

Francisci Iunctini Sacræ Theologiæ doctoris, tractatus iudicandi resolutiones natiuitatum. Lugduni 1570. in octauo.

Franciscus Lambertus Auenionensis, monachus, primum in Gallia, & postea Marburgi Heforum, purioris theologiæ professor, scripsit Ioannis Castellani concremationem apud Metenses. Item, Cōmentaria in Oseam. De Arbitrio hominis captiuo: opus excusum Argentinx apud Ioannem Heruagium, anno 1525. Scripsit etiam Faragineum rerum Theologicarum. In duodecim Prophetas. Commentaria in Cantica Canticorum Salomonis. ibidem excusa anno 1524. Librum quoq; scripsit, quo rationes reddit cur Minoritarum conuersationē habitumq; reiecerit. ibidem excusum. Scripsit & regulas minoritarum, Commentaria in Euangel. Lucæ, impressa ibid. Eiusdem cōmentariorum de sacro coniugio, & aduersus pollutissimum regni perditionis cœlibatū

liber in 69. positiones diuisus, quibus quicquid ad matrimoniū spectat complexus est. A principio libri habetur, vtilissima epistola ad regē Gallicæ. Eiusdem Antithesis verbi Dei & inuentorū hominū, positione prima. Item Psalmi siue cantica 7. quæ ereptus à fornicationum regno spiritu altissimo cecinit. Liber excusus est Argentinx 1524. in 8. chartis 15. Eiusdē exegeticos in Apocalypsim Ioan. libri 7. excusi sunt Basileæ à Brilingero in 8. an. D. 1339. Eiusdem Confessio de symbolo fœderis nunquā rumpēdi, quam cōmunionem vocant, in qua spectari potest quid Marburgensi colloquio effectū sit, excusa est, an. D. 1530. 60

Præterea scripsit de prophetia, eruditione, linguis, deq; litera & spiritu, Commentarium de causis excæcationis multorum seculorum, de fidelium vocatione in regnū Christi, id est ecclesiam, De vocatione ad ministeria eius maxime ad episcopatum, De vocatione Matthiæ per sortem, ac similibus. De cœlibatu regni filij per

ditionis in Acta Apostolorum, & libros Regū: De differentia stimuli carnis, & Satanæ nunciij.

Franciscus de Turce de S. Victoria, medicus Anconæ in Italia, scripsit Prognosticon medicinale secundum temporum constitutiones, vbi Hippocratis aliorumq; veterum huius argumenti aphorismos collegit & interpretatus est. Liber excusus olim in Italia in 4.

Franciscus quidam natione Ligur, ex vrbe Saouona, pontifex factus, Sixti quarti nomen accepit. Vide Sixtus.

Franciscus Lucanus Parmensis, scripsit de crimine læsæ maiestatis. De fisco & eius priuilegijs.

Francisci Lucij Durantini, de optima reipublicæ gubernatione libri duo. Item de amplissimis laudibus Venetæ turbis, deq; eius disciplinæ, & recta gubernantium ratione, liber vnus: excusus Venetijs, anno 1522.

Franciscus Lucus I. C. scripsit de Guelfis & Gibellinis, De tyranno, De regimine ciuitatis.

* *Francisci* Luisini Vtinentis Commentarius in librum Q. Horatii Flacci de arte poetica. Venetijs apud Aldi filios 1554. Eiusdem Parergon, libri tres, in quibus tam in Græcis quam in Latinis scriptoribus multa obscura loca declarantur. Ibidem Valgrisius anno 1551. in octauo; Audio eundem decem libros Parergon scripsisse. Idem de Compescendis animis affectibus. Basileæ apud P. Pernam in octauo.

Franciscus Macerata, ordinis Minorum, scripsit argumenta singulorum capitum in septem libros Iosephi de bello Iudaico, quæ Epitomes loco sunt, in fronte Latini Iosephi Venetijs olim excusæ.

Franciscus Maler, Theologiæ doctor, scripsit in Euangelium Ioannis. Claruit anno 1548.

Franciscus Marchisus. Ticini aliquando scripsit in primam & quartam sen primi libri Auiacennæ.

* *Francisci* de Marchia Franciscani in quatuor libros sententiarum. M. Dresserus.

* *Francisci* Marci decisiones parlamenti delphinatis.

F. M. Gallus (nescio autem quæ prænomena literis F. M. indicentur) obscuriores aliquot C. Suetonij locos explicauit: & reliquos Imperatores vsq; ad Carolum V. addidit, breuius quidem Suetonio, sed non minus scholis apta dictione, vè pollicetur inscriptio libri excusi Basileæ apud Henricum Petrum anno 1537. quo etiam ipsius Suetonij libri continentur.

Francisci Marij Grabaldi Parmensis de partibus ædium, Lexicon vtilissimum excusum Basileæ apud Vualderum 1533. & 1541. Eius sylvæ in dedicatione Parmæ, Iulio secundo Pont. Max. excusa est in Italia. Scripsit etiam scholia in Plautum.

Francisci Marij Molsæ Mutinensis poetæ, oratio in Laurentiū Medicæ, qui Romæ noctu statuis antiquis capitā detraxerat. Eiusdē elegia Catharinæ reginæ Angliæ ad Henr. VII. & alia carmina extat. Obijt ante paucos annos Romæ morbo Gal.

Franciscus Maronis, ordinis fratrum minorū, scripsit super sententias lib. 4. de formalitatibus; lib. 1. quæstiones varias lib. 1. sermones de tempore

re lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Fertur etiam in diuinis voluminibus quosdam commentarios, aliosq; diuersos composuisse tractatus. Eiusdem tractatus subtilissimi, De baptismo, de angelis; de humilitate, de suffragijs mortuorum, de articulis fidei, de pœnitentia, de indulgentijs, de ieiunio, de corpore Christi, de septem donis spiritus sancti, de ultimo iudicio, Super pater noster, Magnificat, Missus est Gabriel, Iacobus de Pfortzen Basileæ excudit an. D. 1498. Eiusdem theologicę veritates in Augustinum de ciuitate Dei, impressæ sunt cum commētarijs Thomæ Valois in eundem Eius lib. super sententias, quodlibeta, formalitates, tractatus de primo principio, de diuinorum nominum explanatione, de vniūocatione Entis. Venetijs 1567. in folio. Conflatile, id est, diuersæ quæstiones, de distinctionibus & relationibus, & signis naturæ & formalitatibus, extat apud M. Dresserum. Claruit anno 1320.

Franciscus Martini, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, edidit de sancta & purissima conceptione gloriosæ dei genitricis & virginis Mariæ libros 7. Floruit sub Vuenzeslao imperat 1390.

Franciscus Massarius Venetus, in nonum Plinij de naturali historia librum Castigationes & Annotationes scripsit, excusas Basileæ in officina Frobeniana 1537.

* Francisci Marzarij Vicentini I. C. Epitome in materiam fidei commissariam, Florentiæ, apud filios Laurentij Torrentini & Carolum Pectinari socium in folio. Eiusdem consilia, Venetijs 1570. apud Pectinarium.

Franciscus Mataracius Perusinus, in vtraq; lingua peritissimus, scripsit sub Imperatore Fridrico tertio, Epistolarum ad diuersos lib. 1. epigrammata multa, de componendis versibus hexametro & pentametro, impressum Noribergæ 1520. & Arithmeticam, quæ excusa est in Italia.

Franciscus Maturantius, Perusinus, scripsit commētarios in Philippicas orationes M. T. Ciceronis, quos Iod. Ascensius excudit Parisijs, cum Philippi Beroaldi, Georgij Trapezuntij, & suis in easdem commentarijs, 1529. Eisdem Ioannes Oporinus excudit Basileæ cum diuersorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiusdem commētarij in libros Officiorum M. T. Ciceronis, & Paradoxa, Lugduni excusi an. 1512. Commentarij in rhetoricorum libros ad Herennium, vnâ cum Antonij Mancinelli commentarijs in eisdem, & M. Fab. Victorini in Rhetoricâ veterem; excusi Venetijs, an. Domini 1500. Maturantius (idem ni fallor) scripsit commentarios in Statij Achilleidem, qui excusi sunt Venetijs in folio. Forte hic idem est cum Mataracio.

Francisci Matronis Passus super vniuersalia & prædicamenta Aristotelis, Forte est Franc. Matronis.

* Francisci Mauri Francisciados libri 31. Antuerpiæ apud Plantinum 1572. in octauo.

Franciscus Maurolycus Messanensis, Siculus, scripsit Cosmographiam in tres dialogos distinctam, in quibus de forma, situ, numeroque tam cælorum quam elementorum, alijsque rebus ad astronomica rudimenta spectantibus, satis disses-

ritur. Liber impressus Venetijs apud Iuntas an. 1543. Eisdem excudit Ioan. Oporinus Basileæ. Scripsit etiam ad Petrum Bembum de Actæo incendio, Scripsit etiam multa alia in mathematicis, & complures in iisdem disciplinis libros emendauit, quæ omnia in 4. sectiones distincta ab ipso enumerantur, eaque aliquando se edurum promisit Eius Martyrologium, in quo adita sunt ciuitatum & locorum nomina, in quibus sancti martyres passi sunt. Venetijs 1568. in quarto & in decimo sexto.

Francisci Menestæ libellum de accentibus, Robertus Stephanus excudit Parisijs.

* Franciscus Michinus, in lucem edidit Fallopij expositionem in librum Galeni de ossibus, & Anatomicas eiusdem obseruationes. Venetijs 1570.

* Franciscus Modestus, Ariminensis, poeta, edidit Venetiados libros, & quædam alia. Gyraldus.

* Franciscus Monachi Mechliniensis, Regiones Septentrionales in tabula descripsit. Antuerpiæ excudit Syluester à Parisijs.

Franciscus Niconitius. I. C. Dalmata, scripsit Gre. 1. Allegationum, in qua adhuc vndecim partes promittuntur. Itē super prima ff. veteris. In titulo de his qui sunt sui vel alieni iuris, recēsendo l. filium diffinimus, scripsit 224. rationes dubitandi, quæ alias inscribuntur argumenta pro filio nato absente marito matris per decennium. Super prima à infortiati repetitionem rubricæ ff. solu. matri. Super prima ff. noui. repetitionem rubricæ ff. de oper. noui nuncia. Super secunda ff. noui repeti. in l. qui Romę, parag. duo fratres ff. de verb. obli. Impressa Venetijs anno 1562. Super prima Codicis, rep. in rub. C. de edendo, Venetijs eodem anno. Præterea in iure canonico scripsit repe. rub. de testamento in antiquis, excusam Venetijs anno Domini 1526. Et repe. c. quoniam contra de probationibus in antiquis. Ibidem 1525. Scripsit etiam allegationes & Consilia.

Franciscus Niger, presbyter Venetus, scripsit opus ad Leonardum Bottam equitem Mediolanensem, distinctum in lib. 14. vocat autem grammaticam. Scripsit etiam de conscribendis epistolis libellum. Epistolas multas, & quædam alia. Epistola eius ad Iacobum comitem Purliliarum in fine libelli illius de liberorum educatione legitur. Emendauit etiam libros astronomicos Iulij Firmici, quos Aldus impressit: vbi in epistola præliminari testatur se quoque Mathematicum librum edidisse. Claruit anno Domini 1480.

Franciscus Niger Bassianus, Ouidij Metamorphosin in epitome phalecijs versib. rededit: quę Tiguri impressa est 1542. & Basileæ apud Rob. Vvinter, cum Bartholomæi Bolognini epitome in eandem, &c. anno 1544. Pauli Iouij historiã de rebus Turcicis, ex Italica Latinã fecit: Vvandelin. excudit Argentorati 1538. & Oporinus Basileæ cum Alcorano, &c. 1543. Scripsit etiam Rudimenta Grammaticæ, in suorum tyruculorum vsum, ex authoribus collecta, excusa Mediolani apud Ioannem Antonium Castelloneum, an. 1541. Item Rhetiam, siue de situ & moribus Rhetorum libellum, excusum Basileæ apud Ioannem Oporinum an. Domini 1547. Item de Fanini Fa-

enini & Dominici Bassanensis morte, qui ob confessionem fidei in Italia sunt combusti 1550. præterea Tragediam de libero arbitrio Italice primum editam, & postea Latine apud Crispium Genevæ, anno 1560.

Francisci Octavii Cleophili Phanensis elegiæ Juliam, & epistolæ.

Franciscus Pærus Fundanus scripsit Syluam in Augustinum Nyphum, quæ adiuncta est Niphommentarijs in Meteora. Scripsit præterea 10
us de Naturalium rerum principijs, iuxta Aristotelis doctrinam.

Franciscus Panofetus scripsit de examine eorum qui sacris initiantur, librum excusum Paris apud Robertum Mullot, anno D. 1552.

Franciscus Papafaua Patavinus. De monte pietatis.

Francisci Patavii I. C. atq; aduocati consistorialis, oratio habita anno Domini 1484. sedente Innocentio VII. P. M. Frederico III. Imperatore 20
adente, de Laudibus Diui Leopoldi, impressa in Italia quatern.

Franciscus Patricius Senensis, pontifex Caietanus, scripsit de regno & regis institutione lib. 9. historiæ varietate, & sententiarum grauitate fertissimos. Opus cû Ioannis Sauignei scholijs impress. Paris. 1519. Item de institutione Reipublice eius 9. cû eiusdè annotationib. eodè tempore loco impress. Scripsit præterea plura poemata.

Francisci Patricij Cômmentatorû epitome in 30
uas partes secta. Parisijs in decimo sexto.

Friderici Patricij Veneti, De legendæ scribendæq; historiæ ratione Dialogi decem, Italice primum Venetijs editi, & postea Latine Ioan Nicolao Stuppano interprete. Basileæ per Xistum Lenr. Petri in 8, 1569. Eiusdem Discussionum Pateticarum, tomi primi lib. 13. Venetijs 1571. 14. De rhetorica dialogi X. Venetijs 1572. Itali.

Franciscus Pauinus scripsit De decimis & charitativo subsidio. Glossam super extrauagantes 40
can. 22. De potestate capituli sede vacante. De vitatione in vulgari in baculo pastorali. Consistum in causâ beati Simonis.

Franciscus Pedemonianus, scripsit quædam de balneis, quæ Iunæ impresserunt Venetijs, anno Domini 1553. cum aliorum scriptis de balneis. eiusdem additiones in Mesuen excusæ sunt in folio.

Franciscus Pepus I. C. super 2. Cod. Vnde vir & 50
xor. Idem consilia Mariani Socini & Bartholomæi filij solidis appendicibus ornauit. Venetijs anno Domini 1572.

Franciscus Petrarca, natione Hetruscus, scripsit de præsentî mundo lib. 1. Africam ad Ruperum regem. De conflictu cutarum lib. 1. De historia Grisildis lib. 1. Vitam Scipionis Africani lib. 1. de Pomerijs ad Sagemor. lib. 1. & alia quædam. Basileæ impressa apud Ioannem Amerpachium, anno Domini 1496. vt sunt Bucolica in duodecim eclogas distincta. De vita solitaria. 60
De remedijs vtriusque fortune Secretum de cõmuni mundi contemptu, vel Colloquia triuinuerberum. De vera sapientia. De rebus memorandis lib. 4. Libros inuectiuarum cõtra Medicum, & Opus epistolarum. De studiorum suorum suc-

cessibus. De septem Psalmis pœnitentialibus. Virorum illustrium epitomen, cum supplemento; Liber Augustalis. Francisci Petrarchæ omnia opera quæ extant Latina & Hetrusca Henricus Petri excudit in folio tomis 4. chartis 372. Claruit antio Domini 1374.

Franciscus Philadelphus, ex vetusto Tolentini oppido natus, eques auratus, & poeta laureatus, scripsit carmine & oratione soluta multa, è quibus sunt Epistolarum lib. 37. Epistolarum Græcarum lib. 30. Satyrarum lib. 24. carmen de laudibus Aeniaci Dauali. De vita & rebus gestis Francisci Sfortiæ lib. 1. Conuiuiorum lib. 2. Odarum lib. 10. de iocis & serijs hexametro versu lib. 1. licet Tritemius sex enumeret. Carmè ad Paschalem Maliperium. Oratio pro Lazaro Scarampo Comensi episcopo. De Consolatione lib. 1. Oratio Cosmiaria. Oratio in Parentalibus Francisci Sfortiæ. De legibus lib. 1. Euryphron de pietate lib. 1. Odarum Græcis versibus lib. 4. de exilio lib. 3. de morali disciplina lib. 8. Lyricorum carminum lib. 6. vitæ S. Nicolai Põntificis. Orationes funebres sex: quarum Prima, parentalis de Francisci Sphortiæ felicitate. 2. habita in funere Blancae Mariæ Mediolani ducis 3. consolatoria ad Ia. Marcellum super filij obitu. 4. item consolatoria ad Petrum Philelphum de obitu matris. 5. funebres pro Philippo Borrhomæo comite 6. pro Stephano Friderico Todefchino. Orationes nuptiales septem: quarum Prima, super inita societate ducis Bonæ, cuiusq; filij Ioan. Galeatij cum Hercule Estensi Ferrariensi duce. 2. epithalamion continet, habitum in nuptijs Beatricis Estensis & Tristani Sphortiæ. 3. in sponsalij Theodori Plari & Helisabet Vicecomitis. 4. in sponsalij Petri Biragi & Helisabet Princiualis. 5. epithalamion in nuptijs Ioan. An. Simonetæ. 6. in desponsione Iulie Marutij, & Raymundi Attenduli. 7. in connubio Margaretae Arcimboldæ, & An. Cribelli. Orationes de diuetsis ad diuersos habitæ octo. 1. ad Pium Papam Mantuæ in concione seu concilio ge. 2. ad Papienses gratulatoria de creatione episcopi 3. de laudibus Lazari Scarapi episcopi ad Comenses. 4. pro Theodoro Plato iurèconsulto. 5. oratio habita Mediolani in initio studij. 6. oratio gratiarum actiua ad Six. pon. max 7. habita in principio Quæstionum Tusculanarum Ciceronis. 8. de suo in urbem reditu ad Sixtum III. Trãstullit etiam ex Græco in sermonem Latinum, Rhetoricam Aristotelis ad Alexandrum. Ex Platone, Orationem Lysia de laudibus Atheniensium; Et eiusdem orationem iudicalem cõtra Eratosthenem, Hippocratis librum de flatibus, & eiusdè de passionibus corporis. Ex Plutarcho, Apophthegmata, vitæ Thesei, Lycurgi, Numæ, Galbæ & Orthonis, quibus in excusis codicibus nõamen interpretis nullum ascribitur. Item Appianum Alexandrinum, ex Xenophonte & Cyriædædiam li. 8. de repub. & legibus Lacedæmoniorum, & De Agesilai regis Lacedæm. laudibus. Diuersa huius opera, a diuersis etiã excusa sunt, vt pote Satyræ eius in Italia. Et Basileæ ab Oporino excusa est decas prima Satyrarum hecatostichon. De educatione puerorum, Basileæ apud

vid. Pogg. Flor.
orak. Funeb. Nic.
fol. 32. b. in eum
in uectiua tres
ejdem Poggii
fol. 20. segg. 10
redicij secum eodem
in graham, appa.
vel ex Inuectiua
in Callum p. 50.

Robertum Vinter, anno 1544. Epistolarum libri, Venetijs, anno 1502. Epistolæ selectiores, Hæganoræ. Conuiuiorum lib. 2. Colonia, anno 1537. Apophthegmata, orationes, & libellus de legibus, Parisijs, anno Domini 1503. apud Badium. Floruit anno Domini 1481.

Franciscus Philippus Pedemontius, scripsit commentaria in artem poeticam Horatii, quæ excusa sunt in Italia.

Francisci Piccolominei Cardinalis Senensis epistola 1. lib. octauo epistolarum Ang. Politiani.

* Francisci Piscinæ, Iureconsulti Carmagnolien-
sis, Disputatio, An statuta fœminarum exclusi-
ua porrigantur ad bona forensia. Monteregali,
anno 1570 in octauo.

* Francisci de Pisis, Glossæ super constitutioni-
bus regni Siciliæ, & ritibus magnæ curiæ vica-
riæ: Impressæ in magno volumine Glossarum re-
gni eius, &c.

* Franciscus Pithœus Trecaffis, iuuenis excel-
lens ingenij, & non vulgaris eruditionis, vt fa-
cile P. Pithœi fratrem agnoscas, Constitutiones
Græcas quæ in Codice Iustiniani desiderantur,
plures quàm hætenus vnquam editæ sunt collegit
& conuertit, atq; annotationibus additis illustra-
uit, breui in publicum editurus. Ab eo si Deus il-
li vitam prorogarit, alia plura & præclara expe-
ctanda sunt.

Franciscus de Platea, ordinis fratrum minorum
sancti Francisci, scripsit de restitutionibus lib. 1.
de Censuris lib. 1. sermones varios, & alia. liber
de Censura ecclesiastica, & alius de vsuris, impres-
si sunt Patauij, anno 1473. Idem scripsit tracta-
tum de actu matrimoniali.

Franciscus Poggius, scripsit de potestate Papæ
& Concilij.

* Francisci Polygrani, Assertioniones quorundam
ecclesiæ doctorum, cum ab alijs quondam, tum à
Lutherana factione denno in dubium reuocato-
rum. Colonia apud Ioan. Birkmannum 1571. in 8.
Commentaria in passionem Domini nostri Ie-
su Christi. Colonia anno 1559. in octauo.

* Francisci Polleti I. C. historia fori Romani il-
lustrata & aucta, per Philippum Broidæum. Duaci
anno Domini 1572. in octauo.

Franciscus Pomzinibus scripsit de lamijs, & de
excellencia iuris. De statuto quando dicatur res
originem habere à contractu. Nominatur hic ali-
bi Ioannes Franciscus.

* Franciscus de Porcellinis Patauinus I. C. scrip-
sit de inuentario & eius confessione. Item Con-
silia.

* Franciscus Portus Cretensis, Ferrariæ quondam
hodie verò Geneuæ Græcæ linguæ professor do-
ctissimus: Aphtonium, Hermogenem, & Diony-
sium Longinum, præstantissimos artis rhetoricæ
magistros. Græcæ simul vnico volumine edidit,
illustrauit & expoliuit. Ioannes Cuspinus in 6-
tauo 1569. Hymnos Synesij in Latinam lin-
guam conuertit. Geneuæ Græcæ & Latine mi-
nima forma excus. Florilegium Græcorum e-
pigrammatum, & quædam alia Græcorum scri-
pta, recognouit & emendauit. Scripsit etiam
variâ epigrammata. Postremo superiori anno
responsonem edidit ad Petri Carpenterij I. C.

epistolam plenam calumnijs in viros bonos,
quam ille ad Portum scripsit non tamen vn-
quam transmissam in publicum ediderat. Floret
Geneuæ anno Domini 1573.

Francisci Puccij epistola, legitur libro sexto e-
pistolarum Angeli Politiani.

* Franciscus Putcolanus, poeta Parmensis, præ-
fatus est in Ioan. Simonetta Commentarios de
rebus gestis Francisci Sfortiæ.

* Franciscus Puteus medicus Veronensis, scrip-
sit apologiâ pro Galeno contra Andream Vesali-
um.

* Francisci Quelain Cænomani, Carthusiani,
causæ poetæ, id est, Mortis descriptio, Carmine. Gan-
daui apud Gerardum Salensem 1554.

* Franciscus Rapardus quædam contra Astro-
logiam scripsit, contra quæ Antuerpiæ editus
est liber, Clypeus Astrologicus, in scriptus.

* Franciscus de Retzia, scripsit commentarium,
super Salue regina, lib. 1. Item Comestori-
um vitiorum.

Franciscus de la Ripa, scripsit quædam super
tit. de iudicijs in 1. decret. cap. 1. & cap. 2. & Rub.
de rest. spol. c. sæpe. Item de peste.

Franciscus Roborrellus Viniensis, scripsit var-
riorum locorum annotationes in auctores a-
liquot vtriusque linguæ: nempe, In omnes Cal-
limachi hymnos, In apophthegmata Erasmi
quædam Diogenis Cynici ex Laertio non bene
versa. In aliquot locos Horatii, Cæsaris, Tibulli,
Catulli, Propertij, Ciceronis: Rhetoricorum, Poe-
tices, & æconomicorum Aristotelis. Liber im-
pressus Venetijs, anno Domini 1543. Eiusdem
de historica facultate disputatio, item Laconici
scu sudationis explicatio, Denominibus Ro-
manorum, De rhetorica facultate, Explicatio
in Catulli epihalamium. Annotationum in
varia tam Græcorum quàm Latinorum loca li-
bri duo. Ode Græca, quæ *Prospus pudia* inscri-
bitur. Explanations in primum Aeneidos
Vergilij librum, Robortello prælegente colle-
ctæ à Ioanne Baptista Busdrago Lucensi, Lau-
rentius Torrentinus excudit Florentiæ, anno
Domini 1548. octernionibus 22. Eiusdem in li-
brum Aristotelis de arte poetica explicatio-
nes, qui ab eodem auctore ex manuscriptis li-
bris multis in locis emendatus fuit, vti iam dif-
ficillimus ac obcurissimus liber à nullo ant-
declaratus, facile ab omnibus possit intelli-
gi. Accedunt his Paraphrasis in Horatium de ar-
te poetica, Explicationes de satyra, epigramma-
te, comædia, satibus, elegia, Laurentius Torren-
tinus excudit, anno Domini 1540. in folio, char-
tis 101. Eiusdem annotationes in obscurior
loca familiarium epistolarum Ciceronis, excu-
sæ sunt Venetijs, cum diuersorum in easdem enar-
tationibus. Præterea Aeschylj tragædias septem
ex manuscriptis libris ab infinitis erratis ex-
purgauit, ac suis metris restituit, & in easdem
scholia ex antiquis exemplaribus collegit. Gua-
terius Scottus excudit Venetijs, anno Domini
1552. in octauo. Aeliani libros de militar-
ibus ordinibus instituendis more Græcorum
multis imaginibus & picturis illustrauit, &
Græcæ edidit, Venetijs impress. anno Domini
1552. quaternionibus 10. Eisdem libros in Latina
cum ed. *Agoniam duu Ithalia* linguarum
vocal *Agoniam*, P. Mar. l. s. Ep. p. 301.

*Sadole. l. s. Ep. o.
p. 103. 104. cum
Commentariis.*

linguā transtulit, qui ibidem excusi sunt. Anno
 uiones eius in varia Græcorum & Latinorum
 uhorum loca, excusæ sunt Parisijs, anno 1544.
 De artificio dicendi. Eiusdem tabulæ oratoriæ.
 ononiæ apud Alexandrū Benatium 1567. in 4.
 De nominibus arborū. De rhetorica facultate.
 De conuenientia supputationis Liuianæ cum
 marmoribus. Scripsit etiam de republica Roma
 ia. Item quædam contra Sigonium.
 Franciscus Romæ, à Castellione, oridinis Prædi
 torū, scripsit de libertate operū & necessitate,
 duertus pseudophilosophos Christianos: & bre
 e annotationē ad animę immortalitatē Christia
 e ac Peripatericē deductam, ut habet inscriptio.
 Gryphius excudit Lugduni, anno 1538.
 Francisci Roseti Mauris excusa est in Italia.
 Franciscus Rota de medicaminibus.
 Franciscus Rueus Insulanus medicus, scripsit
 e Gémis lib. 2. Impressos Parisijs à Vuechelo
 47. & Tiguri apud Gesneros fratres.
 Francisci Sanctij Brocensis cōmentaria in Em
 lemata Alciati. Lugduni 1573.
 Francisci Sanfouini, Historia Ursinæ familiæ:
 em lib. 4. de illustribus eiusdem familiæ viris.
 Venetijs 1565. Eiusdem historia Turcica, ibidem
 68. Item de veteribus & nouis rebus pub. XXI.
 bidem omnia Italice 1572.
 Francisci Sarmeniti sacri Palatii Apostolici aũ
 itoris, & vtriusq; signaturæ R eferendarij, liber
 De redditibus ecclesiasticis, in quo differitur, v
 rum Clerici ea quæ sibi supersunt ex redditibus
 ecclesiasticis, in pauperes & alios pios vsus ero
 are teneantur ex lege iustitiæ, vel solum ex lege
 misericordiæ, vel charitatis, & quando has leges,
 el earum alteram transgrediantur. Romæ apud
 ulium Accoltum 1569. in octauo.
 Franciscus Sarzofus Cellanus, scripsit librum
 qui inscribitur Aequator planetarum. Parisijs
 pud Colineum 1526.
 Franciscus Scarab. scripsit super 2. Cod. Item 40
 super 2. ff. veteris.
 Franciscus Scilacensis episcopus, iuris peritus,
 scripsit de hæreticis, & de fide catholica.
 Francisci de Senis consilium de balneo Petri
 i, ad episcopum Papiensem, impressum est Vene
 ijs apud Iuntas, cum variorum authorum scri
 ptis de Balneis.
 Franciscus de Sesse I. C. ex Hispano in Latinū
 sermonem vertit Martini ab Azpilcueta ma
 nuale confessorum, & additionibus præterea au
 xit. Venetijs 1573.
 Franciscus Simenius de Cisneros S. Balbinæ
 presbyter Cardinalis Hispaniæ, &c. Vtriusque
 testamenti libros multiplici lingua cum sua ad
 pontificem præfat. imprimi curauit, tomis sex,
 anno Domini 1515. & duobus sequentibus.
 Franciscus Sirigattus, scripsit de ortu & occasu
 signorum libros duos. Gryphius excudit Lug
 duni anno 1536.
 Francisci Sonnij Catechismus, Syluæ ducis 60
 1570. in 12. Eiusdem Demonstrationum religio
 nis Christianæ ex verbo Dei libri tres. Antuer
 piæ 1562. in folio. Confutatio Calvinianæ cuius
 dam confessionis per Belgicū sparæ, Latine
 & Germanice, anno 1568.

* Franciscus Sonsbetius Sunolanus (forte Suuo
 lanus) super feudis.

* Franciscus Sphærus Camers, scripsit Elegi
 rum libros de amore coniugali, Epigramata, Ly
 ricos versus, Cæsaris Borgiæ, & Alexandri VI.
 P. P. gesta, Anthropographiam vel Andropediā
 hominis institutionem ab infantiā. Gyraldus.

* Francisci Spinulæ, Opera poetica impressa Vē
 netijs 1573. Eiusdem Psalmi carmine, cū Flaminij
 Psalmis excusi à P. Perna. Audio ipsum propter
 veræ fidei confessionem martyrio affectum.

Franciscus Stæcarus Mantuanus, scripsit Gram
 maticam Ebraicā, excus. Basil. an. 1546. De mo
 do legēdi Hebraice institutionem breuissimam.
 Venetijs 1530. In epistolam Iacobi Apostoli expo
 sitionem, ibidē excusam apud Parcum, an. 1547.
 Trāstulit autē ferē ad verbum ex Bullingeri com
 mentarijs Conciliationes quorundam locorum
 scripturæ, excusas ab eodem. De decem captiuita
 tibus Iudæorum, De sanguine Zachariæ, De Ra
 binorum & Anabaptistarum falsa opinione, De
 Messijs, De reformatione ecclesiæ Italiciæ, Conci
 liationem Christi & Moysi. De locustis, iuxta scri
 pturam & Rabinos. De vocabulis Chaldaicis nō
 ui testamēti. De gradibus beneficiorum Dei. De
 septendecim prophetis, De modo legēdi prophē
 tas. Catalogum regum Iuda, & sub quibus prophē
 tæ & pontifices vixerint. Eiusdem opus no
 tum de reformatione tum doctrinæ Christianæ,
 tum verę intelligentiæ sacramentorum, cum ma
 tura consideratione & fundamento scripture san
 ctæ, & consilio S. S. patrum, Italice excusum Ba
 sileæ, an. 1547. in 8. chartis. 49. Contra fictitiū
 missæ sacrificium li. 1571. De Trinitate & mediā
 tore Domino nostro Iesu Christo, aduersus Hen.
 Bullingerum, P. Martyrem & Ioann. Caluinum
 & reliquos Tigurinæ ac Geneuensis ecclesiæ mi
 nistros, ecclesiæ Dei perturbatores. Liber ple
 nus conuictijs, cui paucis respondit Iosias Simle
 rus. De Trinitate & unitate Dei, deq; incarna
 tione & mediatione Domini nostri Iesu Christi,
 aduersus Tricheitas, Arianos, Eutyrianos,
 Macharianos, Cerinthianos, Ebionitas & Photi
 nianos, lib. 4. Vixit in Polonia, anno 1567.

Franciscus Syluius Ambianus, Grammaticam
 scripsit, quam Robertus Steph. impressit Parisijs.
 Item Commentarios in Ciceronis libros De se
 nestute & Paradoxorum, excusos apud Mich. Va
 scofannū. Progymnasmatum in artem orato
 riam Centurias tres, Iuo Schoeffer impressit Mo
 guntia 1540. Eius commentarij in Ciceronis or
 ationes 21, excusi Basileæ apud Rober. Vinter,
 in magno volumine Commentariorum super
 omnes Ciceronis orationes, anno 1539. E apud
 Oporinum anno D. 1553. Commentarij in duo
 decim libros epistolarum Angeli Politiani, &
 liorum aliquot illustrium virorum, excusi cum
 operibus Ang. Polit. Parisijs apud Iod. Badium,
 anno Domini 1519.

* Franciscus Tarapha Barcinonensis, de originē
 ac rebus gestis regum Hispaniæ. Antuerpiæ a
 pud Steellium anno 1553.

Francisci Tegij physici & equitis, narratio ob
 sidionis Papiæ, impressa est Papiæ in quarrō, a
 nō Domini 1515.

* *Francisci Tertij Bergomatis*, principis gentis Austriacæ cum suis imaginibus insignibus, trophæis & elogijs, Venetijs 1571.

Francisci Tertij Cremenfis, allegationes pro testamento vitæ Iudæi.

Francisci de Thelesia Glossæ super constitutionibus regni Siciliae.

* *Franciscus Thorius* explanationem Ioannis Straselij aurorum carminum Pythagoræ, in lucem edidit, & epistolâ libello præfixit, Paris, 1562.

Francisci Tissardi opera, de Hebraicis studijs, de Hebræorum ritibus, Grammatica Hebraica, typis excusa sunt.

Francisci Tjuelmanni Hasselensis, ordinis fratrum minorum, epistola quædã apologetica, impressa. Item Compendium naturalis philosophiæ. Libri 12. de consideratione rerum naturalium, earumque ad suum Creatorem reductione. Opus excus. Paris, apud Nicolaum Buffet, an. 1543. & alibi. Commentarij in epistolam ad Roma, in Psalterium Davidis, in Paraphrasis in omnes Pauli epistolas, impres. Paris. De consideratione Dialectica libri sex, excusi Colonia, & Lugduni, an. 1548. Parisijs anno 1544. apud Ioan. Lodoicum Tiletanum. Paraphrasis in euangelium Matthei, excusa Antuerpiæ apud Steelsum, anno 1545. In lob. Item in Cantica canticorum, apud eundem anno 1547. In Ioannem, Parisijs apud Simonem Bcuilaquam, anno 1543. Summa mysteriorum Christianæ fidei ex auctoritate diuinarum scripturarum congesta. Antuerpiæ apud Ioan. Bellorum 1571, in 16. De auctoritate Apocalipsis, lib. 2. In ecclesiasten, lib. 1. De officio missæ, lib. 1. Meditationes sacræ lib. 1. Claruit anno Domini 1530.

Francisci de Toletis, ad Ioan. Rokizanam Boemum contra vitamque speciem sacramenti, epistola.

* *Francisci Toletani* de sacrorum ministrorum altaris celibatu tractatus. Venetijs 1569.

Franciscus Torrensis, scripsit de summi pontificis supra concilia auctoritate. De residentia Pastorum iure diuino scripto sancita. De actis veris sextæ synodi, de quibus canonibus qui eiusdem falso esse feruntur, & de septima synodo atque multiplici et alia, librum. Excusa sunt hæc omnia Florentiæ. De monachis apostatis. De commendis beneficiorum.

* *Franciscus de Tournay* Barchilonensis librum Ciceronis de amicitia carmine expressit.

* *Francisci Treuerij* Germaniæ exegetis.

* *Franc. Tucciani* Prolegomena & Explanationes apologetice in Constitutiones Apostolicas à Clemente collectas, cum Clementis libris æditæ sunt.

* *Francisci Turriani* Iesuite de Hierarchicis ordinationibus ministrorum ecclesiæ Catholicæ, aduersus schismaticas vocationes ministrorum & superintendentiũ, ex scripturis sanctis ad Catholicos lib. 2. Dillingæ 1569. Eiusdem aduersus Magdebürgenses Censuratores pro Canonibus Apostolicorum, & epistolis decretalibus Pontificum Apostolicorum, lib. 3. Florentiæ 1572. in folio. Item Dogmatici characteres verbi Dei, ad catholicos Germaniæ principes aduersus novos euangelicos lib. 4. Florentiæ 1561.

* *Francisci Turzani* ab Incisa I. C. Communes opiniones seu sententiæ, & Regulæ.

Francisci Valesij Galliarum regis responsio ad prætestationem, qua Cæsarea maiestas Romæ in eum inuecta est, cum alijs nonnullis, ad vtriusque principis causam plenius ac certius cognoscendam. Libellus excusus in Germa. 1536. Præterea Christianissimæ Galijæ, regis Francisci nomine editæ sunt epistolæ complures Paris. 1537. à Rober. Steph. in quibus ipse ab aduersariorum maledictis defenditur, & controuersiarum causarum, ex quibus bella hodie inter ipsum & Carolũ. V Imperatorem emergerunt, explicantur: vnde ab vno potius sterius equum, Lector prudens per facile deprehendet. 1. Ad Germaniæ principes atque alios ordines Smalcaldiæ congregatos. 2. Apologetica de sententia Christianissimæ regis ad ordines sacri Romani imperij. 3. Apologetica epistola cuiusdam famæ Regiæ studiosi. 4. Responsio ad orationem qua Cæsar in Regem apud summum pontificem Romæ inuectus est. 5. Literæ Regis & liberorum eius ad imperij ordines. 6. Legatorum litteræ ad electores imperij quibus ad disceptandam de Medioloano controuersiam indici conuentum postulat. 7. Regis in eandem sententiam ad electores epistola. 8. Expositio Regis epistola de violato tabellario, ad Moguntinum Cardinalem, qua item indici conuentum efflagitat. 9. Ad vniuersos imperij Principes eadem de re, de quæ pacis conditionibus per Solimanum Regi oblaris. 10. Ad Imperij ordines conuentum in Vangionibus habentes in eandem fere sententiam epistola. Tres Regis epistolæ, iam antea datæ, quarum prima calumnias in se disseminatas ab iniquis suis refutat: obiterque suum de indicendo vniuersali concilio sensum aperit: reliquis duabus tum eadem de Concilio repetit, tum alias adducit conciliandæ in ecclesiâ Christiana concordia rationes. Legati Regij oratio in conuentu Smalcaldiæ habita, anno 1535.

* *Francisci Valesij* professoris Complutensis, Controuersiarum medicarum & philosophicarum li. 10.

Francisci Valeriolæ medici, commentarij in 6. Galeni lib. de morbis & symptomatis, excusi Lugd. apud Gryphiũ 1540: Et Venetijs apud Valgrisiũ 1548. Eiusdem enarrationum medicinalium lib. 6. capitulis distincti quibus varia veterum præcipue medicorum scripta exponit, & alia quædã ad rem medicam vtilissime doctissimeque tradit. Item responsionum lib. 1. in quo ea quæ à medico quodam in Commentarijs suis, in Galeni libros, de morbis & symptomatis notata vel reprehensa erant, defendit atque explanat. Gryphius excudit Lugduni 1554. in folio, cum indice, chartis 133. Locum medicinæ communes tribus libris digesti. Appendix vniuersa complectens ea quæ ad totius operis integritatem deesse videbatur. Oratio de re medica. Observationum medicinalium li. 6. in quibus grauissimorum morborum, causæ, symptomata, atque euentus, tum etiã curationes suo ordine describuntur. Lugd. in fol. 1573. Nescio an idem opus cum enarrationibus medicinalibus.

Franciscus Varablus, regius Hebraicæ linguæ professor Lutetiæ, Aristotelis parua naturalia (vt vocant) Latina fecit, quæ cum alijs operibus Aristotelis Basilicæ excusa sunt. Iacobi Fabri Paraphrases in omnes phisicos Aristotelis libros recognouit:

recognitionem: qui Parisijs impressi sunt, 1533. Anno
orationes in Pentateuchum Moyſis, ex prælectio-
nibus Fr. Vatabli, Robertus Stephanus excudit
Parisijs. Item in Vetus & Nouum testamentum
innotationes cum Biblijs, idem excudit an. 1548.

* *Franciscus* Vercellenſis I. C.

Francisci Vergaræ absoluta grammatica Græ-
ca in suum ordinem restituta, in qua amplissime
de singulis rei grammaticæ partibus tractatur.
De omnibus orationis partibus lib. 2. De syntra-
ctibus lib. 1. De orthographia, Accentibus, Quantita-
te syllabarum, Dialectis, lib. 2. Guilielmus Mo-
elius excudit, Vænit Parisijs 7. solidis Gallicis.

Franciscus Vesalius, Andree fratris sui episto-
lam de Chynæ radicis decocto, & erroribus Ga-
eni in anatome, in publicum edidit, cum præ-
tatione sua ad Cosmum Medicum Tuscorum ducē.

* *Franciscus* Vicomercatus, Italus, ante philoso-
phiæ in schola Parisiensi Regius professor, nunc
Taurini docens stipendijs Illustrissimi principis
Allobrogum, Cōmentarium scripsit super tertium
lib. Aristot. de anima, impress. Parisijs 1543. Item
lib. 8. Aristot. de Naturali auscultatione Latinos
eddidit, & commentarijs illustravit, excusos Lu-
etia per Vascosanum, 1550. * Scripsit etiā Com-
mentarios in Aristo. quatuor libros Meteororū,
Paris. 1558. in fol. In eam partem duodecimi libri
Metaphysicorum, in qua de Deo & cæteris men-
tibus diuinis dissertitur. In libros de generatio-
ne & corruptione.

* *Francisci* à Victoria, Summa sacramentorum
ecclēsiæ. Antuerpiæ 1568. in 12. & Venetijs, addi-
tis multis quæstionibus ex Conciliorum decre-
tis, præsertim Tridentini, studio Thomæ à Cha-
res 1569. Eiusdem prælectionum tomus duo im-
pressi Antuerpiæ in octauo.

Franciscus Victorius Bergomas, philosophus
& medicus, multa in philosophia & medicina
conscripta utraq; lingua, quæ incendio perierūt:
legas præfationē Aldi Manutij, quæ Græcis Ale-
xandri Aphro. in Topica Arist. cōmetar. præfixit.

* *Francisci* Vidiani panegyricus, Leonardo Lau-
retano sereniss. principi dictus. Elegia de laudi-
bus eiusdem per Hieron. Vidienum, la. Vidieni
de, qua & principi & senatui gratias agit. lo. Vi-
dieni epigramma, quo principi Venetijsque per-
petuam precatur felicitatē. Venetijs excusis sunt,
uno 1503. quat 3. & dimidium.

* *Francisci* Vinij Aquilani I. C. Communes opi-
ones.

Franciscus Vuiler, ordinis fratrum minorum de ob-
seruantia, scripsit inſigne repertorium epistolarum
Hierony. presbyteri lib. 1. De remedijs scrupu-
lositatum conscientiarum lib. 1. Contra quendam
conceptionem Dei genitricis purissimam impu-
gnantem, in modum libelli proluxa epistolā. Ser-
mones quoq; multos ad populū. Epistolas com-
pules ad diuersos. De passione Domini. De vitijs
& virtutibus. De musica eiusq; laudibus, varia &
non abiicienda syntagmata, Et quædam alia. Clā-
uit anno Dōi. 1495. Trit. de script. Germ.

* *Franciscus* de Zabarellis natione Patavinus, ecclē-
siæ Ro. presbyter Cardinalis, scripsit in De-
cretal. li. 1. in Clementinas li. 1. de horis canonicis
lib. 1. repetitiones varias, & alia plura in cuius

laudem Poggius orationem habuit. Claruit 1418.

Franciscus Zephyrus Florentinus, Tertulliani
apologeticum aduersus gentes cōmētario seu
potius paraphrasi illustravit, quæ cum ipsis Ter-
tul. operibus impressa est Basileæ, anno 1550.

Francisci Zephyri Cateñā, seu explicatio locorū,
qui in Pentateucho subobscuriores occur-
runt, ex antiquis theologorum Græcorum scri-
ptis deprompta. Colonia anno 1572. in octauo.

* *Francisci* Zichenij Franciscani Explicatio se-
ptem verborum quæ Christus ex cruce protu-
lit. Antuerpiæ Bellerus anno 1556.

Francisci Zoanetti Bononiensis restitutionū
ad libros 50. Pandectarum liber singularis, excu-
sus Ingolstadij apud Alexandrum Vuiffenhorn,
an. 1548. in folio. Idem scripsit in titulos de iusti-
tia & iure. Si cert. petatur. Solutio matrimo. De
acquir. poss. De edendo. De pac. inter em. &
vend. Item orationem de laude Iurisprudentiæ.

30 Consiliorum volumen 1. De Venatione.

Franco abbas cœnobij Hassligemēsis, ordinis
sancti Benedicti, scripsit de gratia Dei lib. 1. de sta-
tu futuræ gloriæ mercede lib. 1. epistolarum ad di-
uersos lib. 1. sermones de beata virgine lib. 1. &
quædam alia Floruit, an. 1109. Eius libri 12. De be-
nificentiā Dei, impressi sunt Antuerp. 1565. in 16.

Franco scholasticus Leodiensis ecclēsiæ, natio-
ne Germanus, scripsit ad archiepiscopū Coloniæ.
Hermandū secundū, opus egregium, de quadra-
tura circuli lib. 1. de computo ecclesiastico lib. 1.
& alia plura. Vixit anno Domini 1060.

* *Freculphus* episcopus Lexouiensis, monachus
ordinis S. Benedicti, scripsit volumen grande &
insigne, continens ab exordio mundi vsq; ad na-
tuitatem Domini nostri Iesu Christi, rerum ge-
starum historiam lib. 7. Floruit anno 840. Eius
epistola ad Rabanum Maurum, legitur ab initio
commentariorum Rabani in Pentateuchum. Hi-
storia eius excusa est Colonia; anno Do. 1539. à
Melchiorē Nouesiano in folio chartis 82.

* *Fretellus*, Archidiaconus Antiochenus, scripsit
de sacris locis terrę promissionis lib. 1. Arnoldus
Boscius.

* *Fridegodus* Diaconus, carmine heroico scripsit
Vuilfridi Riponenſis vitam lib. 1. Andoeni mo-
nachi vitam, lib. 1. De peccatrice in Euāgelio lib.
1. De Hierusalem supera, lib. 1. De visione beato-
rum, lib. 1. Contemplationes varias, lib. 1. Claruit
anno Domini 960. Baleus.

* *Fridelinus* Viator, Scotorum Hybernicorum
regis filius, fertur scripsisse Exhortationes quas-
dam. Claruit anno 495. Baleus.

Fridericus, nomen proprium Germanicum, ab
alijs Friderichus, & Fœdericus.

Fridericus Chryſogonus, scripsit librum de mo-
do collegiandi, excus. in Italia. Item speculum as-
tronomiæ, ibidem editum in quarto.

Fridericus Dedekindus, scripsit carmine elegiā
cō Grobianum, de simplicitate morum libros 2.
in gratiam omnium rusticitatē amantium, excu-
sus Francofordiæ, an. 1550. Idem scripsit epithala-
miū Paulo Gusebelio Longicampiano, & Mag-
dalenæ Moniæ, Vuitenbergæ, anno 1550.

* *Fridericus* Delphinus de fluxu & refluxu mæ-
ris; itē de moru 8. Sphæræ. Basileæ apud Petrum

Pernam, in folio & Venerijs, anno Dom. 1559.

Fridericus Francus, scripsit de vsu scudorum, Idem (ni fallor) scripsit de appellationibus.

* Friderici Furij Cæriolani, Institutionum rhetoricarum lib. 3. impressi in 8. Louanij 1554. Eiusdem Bononia, siue de interpretatione sacrorum librorum dialogus impressus ab Opori. De Consilijs & qualitatibus virtutis ac electionis li. 1. in. 8.

Fridericus Georg. scripsit librum de falconibus.

* Friderici Grifoni Neapolitani liber Italicus de arte equestri, in Germanicam linguam translatus à Ioanne Cæsare. Augustæ anno 1570.

*Scripsit ad eum Sado,
lib. 1. 10. Ep. 10. p. 116.*

Fridericus Nauſea Blancampianus, episcopus Viennensis, scripsit Regularum de octo orationis partium constructione ex Varrone, Diomede, & alijs Grammaticis libellum. Scholia in opusculum Erasmi Rot. de octo orationis partium constructione. Libellum de cõficiendis epistolis. Confiliorum de puero literis instituendo lib. 1. De primordijs poetices lib. 1. Epigramatum centurias.

Distichorum in Lactantiũ Firmianum, lib. 1. Patavinæ ciuitatis Italiæ encomiũ. De tardiore reditu suo ex Italia in Germaniã li. 1. Encomiũ villæ Pronumiæ. Librum Genethiacũ in natiuitatem D. Maximilia. & D. Ferdinandi, Archiducũ Austriæ. Musices Isagogen, Isagogen in Arithmeticã. Dialecticę compendiũ ad æmulationẽ Petri Hispani. Principiorũ Dialecticę librum in 6. Tomos diuisum. Rerum Rhetoricarũ lib. 3. Excerptarum ex libro cui nomen Rhetor lib. 1. Orationem in laudem Frãcis Philelphi. Orationem in laudem Iuridicę facultatis. Orationem in l. edita. C. de edendo. Orationes in laudẽ epistolarũ Plinij. Pro sedando plebeio in Germania tumultu. In præcellentem Christianæ religionis Christiani, sacerdotij dignitatẽ. Ad Erasmm Roter. vt conferat se ad conuentum Spirensẽ ob causam Religionis. Ad Fridericũ ducẽ Saxonie electorem. In vtrinq; Iesu Christi natiuitatẽ, in annũ Iubileum Henrici Reussen. De reformãda ecclesia in Synodo Moguntina, in Assumptionẽ Mariæ, in annũ Iubileũ D. Thomæ comitis ab Reyneck, in natiuitatẽ Christi, in Cænobiticã viuendi rationẽ. De libris nouissimis his tẽporibus tuõ legẽdis, in susceptione Caroli V. Rom. Imper. & aliorum, in Iesu Christi natiuitatem, in obitũ D. Catharinæ Angliæ reginæ, in obitũ Eras. Roter. in exequijs D. Helisaberthæ imperatricis, Caroli V. imperatoris coniugis. Pro incũda in Christiana religione concordia, in exequijs Helisaberthæ Ferdinãdi Cæsaris filia. Librum de Terramotibus. De natura cõmendatione q; thermarũ, & fontis præsertim Aponi Italiæ, lib. 1. exploracionis cometarũ lib. 1. rerũ mirabiliũ li. 7. genethliorum siue super natiuitate Ioan. Cæsaris Ferdinandi, & c. tertio geniti lib. 1. de locustis li. 1. topothesiã Colonia Rheni & Ratisbonæ ciuitatũ lib. 1. restitutionis & in ordinẽ seriemq; digestionis librorũ Aeneę Syluij li. 1. Epitomẽ vitarũ Pij pãpãtis. Annotationũ in Anonymi philalethi Eusebiani rapsodias lib. 1. librum interpretationis in l. edita. C. de edendo. Problematũ in tit. ff. De regulis iuris lib. 1. paratidorũ lib. 4. in 4. lib. institucionum Iustiniani, Isagogen, in omnes titulos Pandectarum iuris ciuilibis lib. 62. librum decisionis

20

30

40

50

60

70

80

90

100

110

120

130

140

150

160

170

180

190

200

210

220

230

240

250

260

270

280

290

300

310

320

330

340

350

360

370

380

390

400

410

420

430

440

450

460

470

480

490

500

controuersia, qua controuersum est, An acceptationi vigore gratiarum sit locus, gratijs per Pappam suspensis. Responsorum lib. 1. locorum in signum vtriusq; iuris lib. 1. de legibus interpretandis lib. 3. questionum & solutionum super bonis per Clericos post mortem relictis lib. 1. primitiarum Theologicarum lib. 1. de sacramento Eucharistia lib. 1. decisionum & declarationum in XII. fidei articulos lib. 1. vitas sanctorum lib. 12. de diuinis in ecclesia officijs lib. 1. præludiorum in libros Diuorum, lib. 1. homiliarum in communes aliquot Euangeliorum locos li. 1. interlocutoriorum in 33. articulos cuiusdam lib. 1. singularium concionum lib. 1. censurę vnã cum solutione trium questionum contra Zuinglium lib. 1. metaphraseos in Euangelium Matthæi lib. 1. in fidei XII. articulos contra fidei aduersarios lib. 1. miscellaneorum pro horis canonicis lib. 1. miscellaneorum pro Missa, & eius officio lib. 1. de coniugio sacerdotum & votis monasticis lib. 1. de primitijs sacerdotibus lib. 1. panegyricum in Mariam virginem lib. 1. de patientia lib. 1. annotationum in anonymi rapsodias Eusebianas lib. 1. enarrationum in librum Tobia lib. 1. heptalogon in ferias VII. Mariæ virginis. In euangelia Dominicalia per totum annum lib. 4. Christianarum præcationum lib. 1. homiliaria Apologia pro salutatione angelica li. 1. super eo quod Christus ait. Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & c. lib. 1. in Psalmos 19. Davidis lib. 1. Postillarum & Homiliarum per circuitum anni epitomen, in Euangelia de tempore & sanctis. In LXXVIII. Psalmos Davidis Metaphraseos lib. 1. aduentualium sermonum lib. 1. quadragesimalium sermonum lib. 2. fragmentorum LI. Homiliarum lib. 1. tam de tempore quàm de sanctis. Metaphraseos in Euangelium Ioannis lib. 1. Pragensium concionum XXVIII. lib. 1. de Christi passione lib. 1. concionum Pragensium XV. lib. 1. de Christiano matrimonio lib. 1. de aduersitatum causis lib. 1. rerum Conciliarium lib. 1. responsorum ad aliquot Germaniæ grauamina lib. 1. in orationem Dominicam lib. 1. de Concionibus cõtra Turcas formatis lib. 1. catechismi Catholicis lib. 6. in Decalogi enarrationes. In primum caput Ioannis, In principio erat verbum. Secretorum de calamitatibus huius temporis lib. 1. Consolationum ad regem Ferdinandum lib. 1. Syluarum Synodalium lib. 8. appendicis Synodalium syluarum lib. 3. De conciliandis in religione dissensionibus. De summatione seculi li. 5. consolatoriorum sermonum lib. 1. in illud, Beati qui lugent. De Antichristo lib. 3. de Methodi ratione concionandi lib. 3. enarrationum in librum Iudith lib. 1. de nouissimo die lib. 3. de Noua Hierusalem lib. 3. epistolarum libros aliquot. Eiusdem de Concilio Tridentino dialogi 3. excusi sunt Basileæ ab Opori no in octauo Claruit anno 1551.

Fridericus Petrucius Senensis, scripsit de pluralitate beneficiorum, cum additionibus Lapidæ Stellione. De permutatione beneficiorum. Consilia in iure, typis excusa.

Friderici Primi Romanorum imperatoris, & eius notariorum epistolæ, extant Viennæ Austria apud Vuolfgangum Lazium,

Friderici

Friderichi imperatoris Constitutionum excerpta, cum Codice Iustiniani per Gregorium Haioandrum recognito, impressa, Extrat & apud Othonem Frisingensem, & Radeuicum, & Conradum Vrsip. integra constitutio.

Friderici Romanorū regis, ad Carolum Franciæ regē epistola, in qua is ac ceteri ecclesię proceres admonentur, vt Moguntiam veniant, ibidemq; de rebus dubijs consultant. Excusa Colonia, anno D. 1535. cum Basiliensi concilio Aeneæ Syluij. Querela super depositione Papæ & Cardinalium.

Fridericus Schenckbaro à Tandenberg, scripsit interpretationes in tres libros Feudorum, Cōclusiones, Progymnasmata fori. Eius progymnasmata fori, seu de ijs qui in iudicio versantur, & de actis ciuiliū iudiciorum lib. 2. Item vtridarium conclusionum iuridicarum lib. 1. excusa sunt Colonia.

* *Friderici Scoti Placētini I. C. Sermo in sui doctoratu*. Eiusdem consiliū pro familię Scorgi immunitate. Incipit, Plurima sunt argumēta. Et in materia Vusufructuariū quemadmodum caueat.

Friderici de Senis I. C. consilia in tres partes diuisa. Idem scripsit super 1. C. de iudicijs. De permutatione beneficiorum.

* *Friderici Snuzel collecta & exercitata in octo libros physicorum Ingolstadij*. Liber impressus Haganoæ 1513.

* *Fridericus à Scalis Bononiensis I. C.*

* *Fridericus Staphylus scripsit Defensionem contra Melanctonem & alios quosdam*, editam Parisijs 1560, in octauo. Historiam de colloquio Vuormatiensi, Germanice in quarto. Antilogias Lutheranorum. Apologiam de sacra scripturæ intellectu. Eiusdem defensionem. Colonia 1563. Scripsit etiam contra Iacobum Andrea & quædam alia.

* *Friderici Trauboti Salsensis Elegia impressa cum Caesaribus Turcicis Davidis Peiferi*.

* *Fridericus Vuagny, Germanus, Doctor Viennensis*, in Austria & per Alemaniam superiorem Carmelitarum Prouincialis, atque tandem episcopus Patauiensis per Robertum Bauarum Austriæ ducem scripsit Sententias Viennæ lectas, lib. 4. Reductorium in Pauli epistolas lib. xiiii. Super 38 Psalms, lib. 2. Atque alia. Claruit anno Domini 1390.

Fridiani Piginutij Itali, Ernesti ducis Saxonie, & episcopi Magdeburgensis, oratoris & poetæ, ad Conradum Celtem, ad Martinum Pollichium Nellerstadium, elegiæ. Eiusdem ode sapphica ad D. Sebastianum, pro peste auerrenda. Impressa hæc cum libro Celtis de arte carminum. Eiusdem oda paranetica ad Conradum Celtem.

* *Frisimelega scripsit libellum de dosibus medicamentorum*.

* *Frisingfeldus, Grammaticus, Anglus, inter carmina cetera scripsit practicen Grammatices*, lib. 1. Verbarium profaice, lib. 1.

Froisardus (alias Froissardus) Gallus, scripsit historias rerum Gallicarum, quæ Parisijs excusæ sunt. Easdem in Latinam linguam transtulit Ioan. Sleidanus, Parisijs 1537, item 1562, in decimo sexto.

Frontonis antiqui scriptoris rei rusticę fragmenta, citatur in Constantino adscriptis Geoponicis.

Froschij cuiusdam Musica, typis excusa.

Fructuosi episcopi sententię quædam citantur in libello de officio rectoris ecclesię, Colonie excuso, 1531.

Fulgentius Audax, Anglus, scripsit orationes de Romanorum iniurijs, Pro vindicada libertate. Ad Donaldum regem epistolas. Item ad regem pictorum, Claruit anno Domini 211.

Fulgentius episcopus Ruspensis in Aphrica, scripsit de gratia Dei & libero arbitrio lib. 7. de sancta Trinitate lib. 1. de veritate prædestinationis lib. 2. de remissione peccatorum lib. 2. altercationem cum Trasemundo rege lib. 1. regulam veræ vitæ lib. 1. de prædestinatione lib. 3. ad Ferradum diaconum lib. 1. de continentia coniugali. lib. 1. de virginitate ad Probam lib. 1. de oratione ad eandem lib. 1. de charitate ad Eugypium abbatem lib. 1. de pœnitentiâ ad Venantiã lib. 1. ad Theodorum senatorem. lib. 1. ad Gallam viduam lib. 1. de fide ad Donatum lib. 1. de mysterio mediatoris lib. 3. de sacramento incarnationis lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. sermonum multorum lib. 1. homilias quoq; innumerabiles lib. 1. quæstionum diuersarum lib. 1. Adam sine a, Abel sine b, &c. lib. 1. mythologiarum ad Carum presbyterum lib. 3. de abstrusis sermonibus lib. 1. Virgilianæ continentie moraliz. lib. 1. de immensitate filij Dei lib. 1. de passione Domini lib. 1. Eius opera nuper apud Germanos inuenta, & recens impressa, primum Norimbergæ apud Cobbergerū, anno 1519. deinde Colonie impensis Godfridi Hittorpij, ann. 1526. adiectis etiã Maxentij Ioannis, & alijs quibusdã opusculis, videlicet ad Monimum libri tres: Primus, de duplici prædestinatione Dei, vna bonorū ad gloriam, altera malorum ad pœnam. Secundus tres quæstiones complectēs: vnã, de sacrificij oblatione: alteram, de sancti spiritus missione: tertiam, de superrogatione S. Pauli. Tertius, de vera expositione illius dicti euangelici, Et verbū erat apud Deum. Contra Arianos liber vnus, continēs decē responsiones, ad totidem Arianorū obiectiones. Ad Trasemundum regem libri tres: quorum Primus est de mysterio mediatoris Christi, secundus de immensitate diuinitatis filij Dei, tertius, de sacramento Dominicæ passionis. Epistolæ septem, quarū Prima, de coniugali debito, & voto continentie à coniugibus emisso. 2. ad Gallam de consolatione super mortē mariti, deq; viduitate. 3. ad Probam, de virginitate simul atq; humilitate. 4. ad eandem, de oratione ad Deum, & compunctione cordis. 5. ad Eugypium abbatem, de charitate & eius dilectione. 6. ad Theodorum senatorem, de conuersione à sæculo. 7. ad Venantiã, de recta pœnitentiã & futura retributione. ad Donatum lib. 1. de fide orthodoxa, & diuersis erroribus hæreticorum, ad Populum sermones quinque: Primus, de confessoribus & dispensatoribus Domini. 2. de duplici natiuitate Christi, æterna & temporali. 3. de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris. 4. de sancto Stephano protomartyre, & conuersione S. Pauli. 5. de epiphania, deq; innocentium necē, & muneribus Magorum. Opera Maxentij;

quæ simul impressa sunt, infra enumerabimus. Fulgentij Homiliæ dug, cum homilijs S S. patrû, excusæ olim Basileæ. Homilia de charitate Dei ac proximi, imperfecta: & epistola ad Eugypium eiusdem argumenti, in fine Theſaurorum Eugypij, impressæ sunt Basileæ. Mythologiarû libri tres excusî Augustæ Vindelicorû, anno 1521. cum commentarijs Iacobi Locher Philomusi, & Parisijs apud Ioannem Lalissau, adiectis vocum antiquarum interpretamentis per eundem Fulgentium cõscriptis: & Basileæ apud Heruagium sine commentarijs, cum Hygino, Palephato, Arato, &c. anno 1535. & rursus apud Henr. Petri, cum Palæphato, Phornuto & Alarico. Claruit anno Domini 500. Impressa etiam sunt Fulgentij Theologica opera in libro Hæreseologias per Hen. Petri Basileæ. Fulgentij liber de fugiendis literis, in quo ostenditur ratio scribendi omiſſa cetera aliqua litera: extrat apud M. Dresserum. Fulgentij Placiadis Virgilianæ continentig lib. 1. extat in quibusdam Italiæ bibliothecis, & in Gallia apud P. Danielcm.

Fulpertus episcopus Carthõnensis, inter cætera scripsisse dicitur, Epistolarum ad diuersos lib. 1. in laudibus sanctæ Mariæ lib. 1. Hymnos, Strips Iesse, Solem iustitiæ, Chorus nouæ Hierusalem, composuit: & orationes varias, & quædam alia. Claruit anno Domini 1010. temporibus Othonis tertij.

Fuluius Asprianus, Cari imperatoris vitam descripsit.

* Fuluius Flaccus flamen Martialis citatur à Varone.

Fuluius Nobilior, scripsit librum Fastorû, quæ in ædem Herculis musarum deposuisse fertur.

* Fuluius Ursinus Virgilium collatione scriptorû Græcorum illustrauit. Antuerpiæ Plantinus 1568 in octauo. Idem librorum C. Iulij Cæsaris qui desiderantur fragmenta collegit, quæ cum Cæsaris Commentarijs de bello Gallico & Ciuili edita sunt Venetijs in officina Aldi & Antuerpiæ apud Plantinum.

* Furij cuiusdam vetustissimi authoris meminit Macrobius, qui ex eius libro Sammonicum Serenû descripsisse refert carmen quo dii euocantur, cû oppugnatione ciuitas cingitur Macrob. lib. 3. Saturn. Furij poemata citantur à Nonio. Hunc Macrobius Annalium poetam nominat.

Furius Antuarus, iuriconsultus, scripsit libros ad edict. Prætorum.

Futurius comicus à quibusdam nominatur quem tamen Fulgentius Sutrium nominat.

G

Gabianus quidam scripsit super locò 2. Cod. de fideicom. l. cum acutissimi.

Gabrie Græci fabellæ tres & quadraginta ex trimetris iambis, tetrastichis inclusæ, cum Græcis Aesopi fabulis Basileæ apud Frobenium impressæ sunt.

* Gabrielis Aialæ medici: popularia epigrammata medica. Carmen pro vera medicina. De lue pestilenti, cum scholijs in eundem proprijs.

* Gabriel Altilius episcopus Polycastrensis, nu-

ptiale carmen scripsit in Isabellam Aragoniam Regis filiam. Laudatur à Pontano.

* Gabrielis Barletæ ordinis Prædicatorum, Sermonum tomi duo, quorû prior sermones quadragesimalis, alter sermones de tempore, Aduentus, Ascensionis, Pentecostes, & de nonnullis sanctis continet. Venetijs 1571 octauo.

Gabriel Byel Germanus, ordinis eorum qui se fratres de communi vita appellant, scripsit librum in Canonem missæ, impressum Lugduni anno Domini 1517. Sermones de festis Christi, De festis sanctæ Mariæ, & De sanctis insignioribus totius anni, qui excusî sunt vna Basileæ apud Adamum Petri, anno 1519. Sermones Dominicales de tempore & de sanctis per totum annum. Sermones medicinales contra pestem & mortis timorem. Defensoriû cõtra æmulos suos. De obedientia sedis Apostolicæ. Historiam Dominicæ passionis. Hæc vno volumine excusæ sunt, anno 1519. Epitome & collectorium citra quatuor sententiarum libros, Tubingæ editum anno 1501. duobus tomis. Idem scripsit librum de potestate & vtilitate monetarum. Claruit anno Domini 1449.

Gabriel Brunus, ordinis minorum, minister prouinciæ terræ sanctæ, scripsit indicem alphabeticum in Biblia, impressum Basileæ, ann. D. 1514. cum Biblijs apud Ioannem Frobenium.

* Gabriel Buratellus Theologus, ordinis Eremitarum, scripsit Conciliationem præcipuarum controuersiarum Aristotelis & Platonis, impressam Venetijs 1537, in octauo.

Gabriel Cæsanus, nobilis Pisanus I. C. vertit moralia Aristotelis, & Ciceronem: ac Ioannem Bocatium oppugnauit.

Gabriel Cardinalis, postea Eugenius 4.

Gabrielis Catiani Brixiani, Syntagma de eo quod interest, excusum Lugduni apud Gryphiû anno 1542. P. Man. l. 2. p. 36.

* Gabriel Faërus Cremonensis, vir singulari ingenij præstantia & eruditione, Plautum, Cæsarem, Liuium, Suetonium, aliosque permultos celeberrimos scriptores infinitis propemodum locis correxit & emendauit: sed immatura morte ereptus quæ inchoauerat absoluere, & ad suam quasi maturitatem perducere non potuit: pleraque tamen eius scripta in Borromæi Cardinalis bibliotheca seruantur. Terentij comædiæ ab illo ex vetustissimis libris, & versusum ratione emendatæ: & in eas comædias, Emendationum libri sex: item De metris comicis liber vnus: præterea Eographij fragmentum in eas comædias: Omnia hæc simul impressa sunt Florentiæ apud Iuntas anno Domini 1565 in octauo. Centum fabulæ ex antiquis auctoribus delectæ, & carminibus explicatæ, Antuerpiæ apud Plantinum in decimo sexto. P. Vid. l. 2. p. 84.

* Gabriel Fallopius Mutinensis, medicus ac philosophus præstantissimus, & rei medicæ in Academia Patauina professor, tractatum pulcherrimum & maxime vtilem de medicatis aquis, atq; de fossilibus anno 1556 & proximo, festis diebus in Academia professus est, quem Andreas Marscolinus ipsius discipulus collegit & in publicum edidit, Venetijs per Auantium 1564 in quarto. P. Man. l. 4. p. 240.

Eiusdem

Eiusdem de morbo Gallico liber absolutissimus, Petro Angelo Agatho Matherate, eo legente scriptus & scholijs marginalibus illustratus impressus est Venetijs apud Franciscum Laurentium de Turrino anno 1565, in octavo. Eiusdem liber de arcanis quibusdam compositionibus, medicis, & quæ extra medicinam in usu sunt, ut sunt varia vina & Chymica multa, &c. alicui primum editus, & postea Germanice Hieremia Martio interprete, Augustæ Vindoborum 1570, in octavo. Expositio in librum Galeni de ossibus. Huic accesserunt obseruationes anatomicæ eiusdem auctoris, à Francisco Michino, Fallopij olim discipulo nunc primum in lucem editæ. Venetijs 1570, in quarto. Tractatus de compositione medicamentorum, cui accesserunt tabulæ eiusdem auctoris de Cauterijs, &c. Venetijs eodem anno. Eiusdem opuscula tria, quorum primum est de vulneribus. II complectitur explicationem in librū Hippocratis de vulneribus capitis. III continet tractatum de vulneribus oculorum, aliisque partium capitis. Venetijs apud Paulum Meierum 1569, in quarto. Eiusdem liber de vlceribus & tumoribus. Audio etiā plura ab us ore à studiosioribus discipulis excepta esse. Gabriel Humelbergius Rauenspurgensis, medicus, Antonij Musæ de herba Veronica, & L. Auleij de medicaminibus herbarum libros reconouit, emendauit & commentariolum adiecit, excusum Tiguri, Scholia in librum Sexti philosophi Platonicæ de medicina animalium, bestiarum, eorum, & auium: impressa ibidem 1539. Vide in Sexto. Commentaria in Q. Sereni Samonici poetæ librum medicinale, excusa ibidem 1540. Annotationes in Apicij Cælij libros decem de compositionibus & condimentis, siue arte coquinaria, ibidem 1542. Gabrielis hyparchi distichon extat lib. 4. Anagogij Græci. Gabriel Mondeis I. C. de actionibus empti: de contrahenda emptione, de pignoribus & hypotecis. Pro socio. Gabriel de Ostoleris, Mutinensis, scripsit aliquid in iure, citatur in summa Angeli ca. Gabriel Paleotus, I. C. scripsit de Filijs Spurijs, othijsq; librum singularem, excusum Venetijs 72, in octavo, & Francofurti 1573. *Id. lib. 16. p. 17.* Gabriel Perouanus scripsit Astronomiæ defensionem, quæ excusa est Mediolani 1507. Gabriel Prateolus D. Pauli & Canonicas epistolâs quatuor libris tanta diligentiâ digessit, ut fere nihil sit ex eis, quod hic constat non sit. Louanij 1568, duodecimo. Idem scripsit, De vitis, sectis, & dogmatibus omnium hereticorum, qui ab orbe condito ad nostra vsq; tempora & veterum & recentium authorum monumentis proditi sunt, elenchum alphabeticum, cum eorundem hereticorum origine institutis & temporibus, quibus suis prædigijs mundo imposuerunt. Coloniae apud Ceruicium Calenium 1569, in folio. Gabrielis Puiherbei Turonici Fontebrauldæi Theotimus, siue de tollendis & expurgandis magicis libris, libri tres. excusi Parisijs apud Ioannem Roignij, anno 1549.

* Gabrielis Saraynae Veronensis I. C. Additiones ad Matthæi de Matthesianis singularia & cautelas. Idem Lanfranci Practicam iudiciariam repurgauit. Coloniae 1572. * Gabriel Simeoneus libellum edidit inscriptum; Dialogus pius & speculatiuus in quo etiā Almannia (pars est Gallia) tabulam descripsit. Lugduni Gallice. Eiusdem de Cometis liber Gallicus impressus Lugduni 1556, in octavo. Gabriel de Spoleto, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, scripsit aduersum hæreticos lib. 1. aduersum fraticellos lib. 1. & alia quædam. Claruit anno Domini 1417. Gabriel Tiglatius de studijs humanitatis. Gabrielis de Vrach sermo de passione Domini, cum sermone Guilielmi de Aquisgrano, impressus Argentinae, anno D. 1490. chartis 22. Gabriel Zerbus, vel de Zerbis, Veronensis, scripsit Anatomem corporis humani, sermone barbaro. liber excusus est. Anatomem infantis, libellum excusum Marpurgi in Germania, 1537. cum alijs quibusdam. Item Metaphysicâ in Italia excusam. Cautelas medicorum, impressas Lugduni 1525. cum Pantaleonis Pilulario & Lactinijs. Idem scripsit Gerontocomium. * Gadullius Gallicanus citatur à Nonio: sed vir doctissimus Adrianus Iunius arbitratu nomen corruptum esse, & vel Ca. Aquilius aut Gargilius Martialis legendum esse. Geti hexastichon extat in 6. lib. Anthologij, & tetrastichon in sexto, quanquam ibi Gati scribitur. Getulij hexastichon legitur 2. lib. Anthologij. Gaffurrus Genuensis scriptor, nominatur inter authores, vnde exempla sua de rebus memorabilibus Bapt. Fulgosus collegit. Gaianus Arabius sophista, discipulus Apstinis Gadarenensis: fuit sub Maximo & Gordiano. Scripsit de Constructione lib. 5. Artem rhetoricam, Declamationes. Docuit Beryti, Suidas. Gaius sub Zephyrino Romanæ vrbis episcopo, & sub Antonino Seueri filio, disputationem aduersum Proculum, Montani sectatorē, habuit, arguens eum temeritatis, super nouam prophetiam defendendâ: & in eodem volumine epistolâs quoq; Pauli, tredecim tantum enumerans, decimam quartâ, quæ fertur ad Hebræos, dicit non eius esse: sed & apud Romanos vsq; hodie quasi Pauli apostoli non haberi. Huius Decreta cum reliquorum pontificum decretis impressa sunt. Galaf Israelita vel Iudæus Ilerdensis, natione Cathalanus, vir in medicinis eruditus, scripsit in medicinis antidotariū excellentissimum, Symph. Camp. Galba Sertorianum, bellum cum Romanis duobus in Hispania gestum, memoriæ tradidit. Galba quidâ à Plinio nominatur, inter eos authores quibus in conscribendo libro 36. usus est. Galbius Bassus antiquus poeta fuit, quem Sætyricum fuisse grammatici tradunt: eius Satyræ citantur à Fulgentio in libro de vocibus antiquis. Galeatius Capella scripsit de bello Mediolanensi, & rebus nuper in Italia gestis libros octo: qui excusi sunt Norimbergæ à Petreio, anno 1532, &

Argentinae in octavo cum praefatione Ioach. Camerarij. His libris describitur, quicquid bellorum in tota Italia ab anno Do. 1521. usque ad annum 1530. inter Pontificem, Gallum, Venetos, & Caesarem gestum est: quomodo Mediolanum à Caesarianis recuperatum, Franciscus Sfortia eius dux restitutus, & ad extremum vrbs Roma capta ac direpta sit, singulorum annorum rebus gestis, singulis libris explicatis. Iidem libri etiam in Germanicam linguam translati & editi sunt.

Galeatij filij ducis Mediolanensis oratio ad Venetos, de persuasione pacis & concordie, extat in Margarita poetica Alberti de Eib.

Galeatij cuiusdam librum ante annos octoginta scriptum vidi, in quo ordine literarum omne genus simplicium pharmacorum describit, & facultates recenset, stilo barbaro, & Arabicis plerumque nominibus. Conradus Gesnerus in praefatione in historiam stirpium Hieronymi Tragi.

Galeatij de S. Sophia opus medicinae practicae in nonum tractatum libri Rasis ad Almasorem, de curatione morborum particularium, impressum Haganoae, anno 1533. Adiectus est & liber quidam introductorius ad medicinam per Georgium Kraut, de quo inferius. Eiusdem tractatus 38 de febribus, & eorum symptomatis, qui vice generalis practicae, omnium particularium morborum curationem communem complectentes, esse possunt: impressi in folio Venetijs per Georgium Arriubenum anno D. 1514.

Galeottus Martius Narniensis philosophus, librum de incognitis vulgo ad Matthiam Coruinum Pannonum regem scripsit. Item de homine & eius partibus, impressum Basileae apud Frobenium. Apologeticum contra Georgium Merulam. De doctrina promiscua librum, varia multiplicisque eruditione referunt, excusum Florentiae per L. Torrentinum 1548. in 8. char. 30.

Galfredus (alias *Galferrudus*) de monte imperiali Falco, à Francisco Pedemontano allegatur: scripsit autem de herbis.

Galfredus Alijeuante Anglus, Carmelitarum ordinis monachus, scripsit lectionem Sententiarum lib. 4. Commentarios in Lucam. Tabulam originalium. Sermones multos ad populum. Claruit anno Domini 1340.

Galfredus Arthurus Monemuthensis, monachus Benedictinus, scripsit de rebus Britannicis lib. 8. praedictionum Ambrosij Merlini lib. 1. vaticiniorum Merlini Caledonij lib. 1. vitam Arthuri Anglorum regis. Breuiarium Gildae. Diuersi generis carminum lib. 1. Polydorus Vergilius ait, Galfredum Arthuri libellum mendacem de Britonibus scripsisse, an vero de hoc ipso authore loquatur ignoro, idem tamen nomen esse videtur Galfredi & Galfredi. Historia eius simul cum praedictionibus pridem excusa est Lutetiae à Badio in quarto, Claruit anno D. 689.

* *Galfredus* Babion, Anglus, sacerdos, scripsit sermones, lib. 1.

* *Galfredus*, abbas Burtoniae, Anglus, scripsit vitam Moduennae virginis Hybernicae, lib. 1.

* *Galfredus* Babion concionator in Anglia, scripsit super potestate regia lib. 1. Sermones quoque plures lib. 1. Balus.

Galfredus Chaucerus Anglus, eques auratus, Boethium de consolatione Philolophiae transtulit in linguam Anglicam poemate vario. Scripsit Trophaeum Lombardicum lib. 1. De principum ruina. Emblemata moralia. Amatoria carmina. De curia. Veneris. Chryseidae testamentum. Chryseidae querimoniam. Laudes bonarum mulierum. Cleopatrae vitam. Vitam Thysbes Babylonicae. Vitam Didonis Carthaginensis. De Hypsipyle & Medea. Vitam Lucretiae Romanae. De Ariadna Cretensi. De Philomela Atheniensi. De Phyllide Thracensi. De Hypermetra Aegyptia. Somnium Chauceri. Volucrum conglobationem. Urbanitatis florem. Misericordiae sepulturam. De Augea & Telepho. Choream Dominarum. De astrolabij ratione. Querimoniam Nigri militis. Feminarum encomion. Narrationes diuersorum. De Troilo & Chryseida. De Cayce & Halcyone. In obitu Blanchiae ducissae. Tragedias, uem Comedias multas, ac elegias poemataque varia. Claruit anno Domini 1450.

* *Galfredus* Clareuallensis, ordinis Cisterciensis, scripsit super Cantica Canticorum, lib. 1.

* *Galfredus* Eglyne Anglus, congesit Quaedam prophetias lib. 1. Balus.

Galfredus Grammaticus, natione Anglus, scripsit in Doctrinale Alexandri lib. 1. In Ioannis Garlandi Synonyma, in Aequiuoca eiusdem. Hortum vocabulorum lib. 1. medullam Grammaticas lib. 1. quae omnia Londini & Parisijs impressa. Claruit anno Domini 1490.

Galfredus Grandfelde Anglus, B. Augustini ordinis monachus, scripsit sermoneum Dominicallium lib. 1. determinationes Theologiae. Claruit anno Domini 1370.

Galfredus Hardeby Anglus, monachus Augustinianus, scripsit aduersus Armachanum lib. 1. Ordinarium quaestionum lib. 1. postillationes scripturarum lib. 1. conciones per annum. Claruit anno Domini 1370.

* *Galfredus* Hemlingtonus monachus, scripsit De gestis Macedonum lib. 5. Claruit anno 1550. Balus.

* *Galfredus* Hyngham legisperitus, scripsit summam legis ciuilibis lib. 1. Super actione vendentis lib. 1. De hereditario iure lib. 1.

Galfredus Rilmynton, Anglus, Oxonij sophista, scripsit sophismata subtilissima lib. 1.

* *Galfredus* Lyngce, Anglus, minorita, scripsit Chronicorum opus lib. 1. Anno à creatione mundi 2390.

* *Galfredus* Marshal monachus Glascoiencis, scripsit Repertorium Dialectices. Repertorium Geometriae. & alia consimilia.

* *Galfredus* Monemuthensis archidiaconus, genere Britannus, transtulit in patrium sermonem, Britannorum hystoriam lib. 8. Praedictiones Ambrosij Merlini li. 1. De exilio Ecclesiasticorum li. 1. Composuit prosa & carm. In fragmentum Gildae lib. 1. De corpore & sanguine Domini lib. 1. Vitam Merlini Caledonij lib. 1. Commentarios in Merlinorum prophetias lib. 1. Arthuri Regis gesta lib. 1. Ad Gualterum Oxoniensem lib. 1. Diuersi generis carmina lib. 1. Claruit anno 1152.

Eius libri 9. de origine & gestis Britannorum impressi

Impressi sunt Parisijs ab Ascensio 1517. Baleus.

Galfridus Romeuallis, Cisterciensis ordinis monachus, scripsit sermones aliquot, lib. 1.

Galfridus Vinelauf Normānis parentibus in Anglia generatus, edidit De arte dicendi lib. 1. & Guilhelmu Cancellarium lib. 1. De noua patria lib. 1. De statu Rom. curiæ lib. 1. Modiam in obitum Regis lib. 1. Ad Cæsarem pro eo liberando lib. 1. De rebus ethicis lib. 1. Claruit anno 1199. Baleus.

Galfridus Vuaterton, scripsit Homilias Dominicales lib. 2. De salutatione angelica li. 1. Mariale uocatum lib. 1. Moralitates Psalterij lib. 1. Collationes monasteriales li. 1. Claruit an. 1350. Baleus.

Galenus imperator cum oratione & poemate in omnibus ingenuis artibus clarus fuit. Extrat ut epithalamium carmen quod inter centum poetarum epithalamia præcipuum habitum fuit. Idem in fragmentis Gregoriani cod. allegatur.

Gallio quidam multa existimatur author es thetorices ad Herennium.

Gallio frater Senecæ, quem inter eloquentiæ lumina posuit D. Hieronymus, multas declarationes scripsisse dicitur: ex quibus fragmenta uerædam sunt apud Senecam. Vixit tempore Ieronis.

Gallio quidam citatur à Plinio, qui ex eo uerædam in 20. Naturalis historiæ librum transtulit.

Gallus abbas monasterij Aula regie in Boænia, ordinis Cisterciensium, natione Germanus, scripsit Dialogum inter patrem & filium quem uocauit Malogranatum, distinctum in lib. 3. Sermones ad fratres lib. 1.

Gallus Ancipatus, scripsit de laudibus Aureo-
claudij imperatoris temporibus.

Galli Dresleri scholæ Magdeburgensis cantōnis, decem & noue cantiones quatuor & quinque uocum. Magdeburgi apud Kirchnerum 1569. Cantiones 90, quatuor & plurium uocum. Ibidem 1570. Item 14 Cantiones quatuor & plurium uocum Ibidem.

Galli Etschenreiteri liber Germanicus, de natura uiribus & effectis balnearum & salubriū fontium qui per Germaniam noti & celebres sunt. Argentinae 1571, octauo.

Gallus Milo, qui Caroli Calui nuncupati, tempestate floruit, ad eum ipsum de sobrietate carmina scripsit. Condidit & sancti Amandij uiram, cuius cœnobij ipse antistes fuit, anno Domini 880.

Gallus Presbyter abbas, ex Scotia claris parentibus ortus, scripsit in electione Ioannis discipuli sui orat. 1. Gubernandæ Ecclesiæ formam lib. 1. Obijt anno 640. Baleus. Ab hoc cœnobium & oppidum S. Galli in Heluetijs nomen habent.

Galli in Tantalū hexastichon extat lib. 4. Anthologij Græcorum epigrammatum.

Gallnani de Bononia, differentiæ legum & canonum, impressæ sunt olim sesquifolio in 4.

Galterius episcopus Pictauiensis, ordinis fratrum minorum, scripsit per anni circulum Sermonum lib. 1. super sententias lib. 4. quodlibetorum lib. 1. Claruit anno D. 1250.

Galterus Disse, natione Anglicus, ordinis fra-

trum beatæ Mariæ de monte Carmeli, nuncius & legatus Bonifacij papæ noni, scripsit contra Lolhardos lib. 1. de schismate quoq; lib. 1. in alia quos Psalmos lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Domini 1390.

Galterus episcopus Magolensis, ex Insulis oppido Flandriæ oriundus, scripsit super Psalterium lib. 1. & quædam epistolas, & alia quædam.

Galterus, uide Gualterus.

Galuagnus Beneuentanus I. C. scripsit Contrarietates, & de differentijs inter ius ciuile & canonicum.

Galueneus Flamma scripsit quædam historias, ex quibus Baptista Fulgofus aliquot exempla de dictis factisq; memorabilibus recitat.

* *Gamaliel*, legis doctor, D. Pauli olim Apostoli præceptor, & illustrator corruptæ Hebreorum linguæ, Grammaticam Hebraicam fecit, lib. 1.

Gammarius scripsit de scientia iuris: nescio an Petrus, aut Andreas Gammarius, de quibus suo loco agitur.

Gandinus scripsit de iudicijs & tortura, siue tractatum maleficiorum.

* *Gandulphus* quidam doctor iuris, citatur in decretalibus & à Ioāne Andrea in præmio Spec.

Ganfredus uel Gaufridus Antisiodorensis monachus, Cisterciensis ordinis, scripsit contra Petrum Abelardum, cuius olim discipulus fuerat, lib. 1. in Apocalypsin Ioannis lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno Domini 1160.

Ganfredus de Trana, subdiaconus ecclesiæ Romanæ, scripsit super titulos decretalium lib. 5. quæstiones varias lib. 1. & alia quædam.

Ganisij, siue Calisij scripta citantur apud Plutarchum in uita C. Cæsaris.

Gannius antiquus poeta, citatur à grammaticis, secundo, quarto & sexto libro.

Gaon Mehar Israel, scripsit librum Therumath, id est, de oblationibus, qui inter Iudæorum Thalmudicos habetur.

Gaphar astrologus, scripsit librum quem inscripsit Maior introductorius, librum commentariorum, & Flores, item librum experimentorum.

* *Gartias* ab Horto, Proregis Indiæ medicus, scripsit Lusitanica lingua per Dialogos historiæ aromatum & simplicium aliquot medicamentorum apud Indos nascentium: quos deinde Carolus Clusius Atrebas Latinos fecit, & in Epitomen contraxit. Anruerpiæ Plantinus in octauo.

Garcia Lopij Lusitani medici, commentarij de varia rei medicæ lectione.

Gargilius Marialis de hortis opus perscripsit, ut Seruius docet in 4. Georg. Idem de Cæsariibus scripsit, cuius rei Aelius Lampridius in Alexandro est testis, & Fl. Vopiscus in uita Probi.

Garioponti medici antiqui libri octo, de morborum particularium à capite ad pedes, & febrium quoq; causis, accidentibus, & curationibus, excusi Basileæ apud Henricum Petri, ann. 1531. & 1536. Hoc opus impressum est etiam Lugduni apud Antonium Blanchardum, anno Domini 1516, in 4. chartis 28. Hoc titulo Passionarius Galeni de ægritudinib; à capite ad pedes, id

quinq; libros diuisus: vnà cum tractatu februm earumq; symptomatibus. Ratis, vt ab anonymo quodam in præfatione adducitur, testatur hunc librum Galeni esse, Garioponto autem iudeo à quibusdam ascriptum, quod in ipsum additiones nonnullas scripserit.

Garmi Babyloniorum regis epistoliū ad Neogyndam Indorum regem, inter Apollonij epistolas habetur, in Græco Aldino epistolarū codice.

Garsius natione Hispanus, scripsit super decretalibus lib. 5. & in legibus plura. Claruit anno 1290.

Gaspas Ammonius, theologiae doctor, prouincialis Augustiniane familie in Laugingē, scripsit grammaticam Hebraicam, in quinque libros distinctam. Primus est De literis, syllabis, & punctis omnibus. 2. De nomine prima parte orationis, cū pronomine. 3. De verbo & participio secunda parte orationis. 4. De consignificatio quadruplici, tertia parte orationis: & omnium trium partium inter se constructione & regimine. 5. De prosodia, hoc est de triplici accentu & carmine componendo. Singulis libris sua capita cum argumentis præponuntur. Ab initio autem operis extant epistolæ Vuolfgangi Capitonis, & Ioannis Oecolampadij ad auctorem, qui hoc ipso præceptore in sancta lingua vsi sunt. Opus hoc manu auctoris conscriptum extat Tiguri, apud D. Conradum Pellicanum.

Gaspas de Arengueria scripsit in 2. ff. veteris. & in tit. de iudicijs.

Gaspas Böhneri Hanensis Germani, professoris Lipsensis Analogia, hoc est, declinandi & coniugandi formulæ, Lipsiæ à Nicolao Fabro sapius edita: demum à Michaele anno Do. 1539. chartis 17. Idem scripsit libellum de stellis, Indices in Ptolemæi geographica, & in Sabellici historiam copiosissimos fecit. Mortuus Lipsiæ ann. D. 1547.

Gaspas Bruschius Egranus, poeta Laureatus, scripsit complura, quorum catalogus Engelberti abbatis Admontensis libello ab ipso adiunctus est, sunt autem hæc. Progymnasmata excusa Tubingæ ab Ulrico Morhardo quaternionibus 6. Sunt autem capita doctrinæ Christianæ versu elegiaco comprehensa. Tabula philosophiæ partitionem continens, ab eodem excusa, anno Do. 1537. Epitaphia in Eberhardum Barbarum ducem Vuirtembergensem, addita orationi funebri Ioach. Camerarij ibidē excusa. Tabula prædicamentum qualitatis prolixè explicans, Vlmæ excusa apud Sebastianum Francum. Tabula descriptionem montis Piniferi, & quatuor ex eodem nascentium fluuiorum explicans, ab eodem excusa. Salomonis prouerbiorū duo capita priora, versu reddita elegiaco ac paraphrastico, ab eodem excusa. Cationale Piccardicum Germanicum cum Bruschij versibus annexis in fine. Vlmæ excusum. Ad Ferdinandum Rom. regem, carmen Paræneticum, de suscipiendo aduersus Turcas bello. Norimbergæ excusum. Carmina quædam addita in capite & calce Harmonijs ordinarum Horatij: Encomia Hubæ Slaccenualdensis, & thermalium Carolinarum apud Bohemos, cum libro elegiarum & epigrammatum, Vitæbergæ apud Iosephum Klug, quatern. 6. Querela

afflictae Germaniæ, versu elegiaco, cui additum est septimum prouerbiorum Solomonis caput, versu elegiaco redditum, & epigrammata in laudem Caroli V. Cæsaris. Ratisponæ excusa, anno D. 1541. Narratio tumultus cuiusdam Magdeburgi à monacho quodam Carmelita excitauit. Heroico carmine scripta, excusa Vitæbergæ cū elegiæ & epitaphijs quibusdā. Narratio calamitatis quam perpeffa est vrbs Slaccenualdensis, anno D. 1542. versu elegiaco scripta, Vitæbergæ excusa apud Petrū Schirlencz. Vita Io. Auentini cū lib. 1. Chronicorum eius Germanice impressa Norimbergæ. De monte Pinifero, & Egra fluuio, & Egra ciuitate, liber Germanicus ibidē excusum. De Mauricio Saxonum duce elegia, Vitæbergæ edita. Syluarum liber primus Lipsiæ excusum. Epigrammata pia & sacra, cum dialogis Bibliis ex Genesi excerptis, ibidem excusa. De Mulda Misniæ fluuio elegia, ibidem. In laudem Bibliorum elegia, ibidem exc. Dominicalium euangeliorum breues Lutheri expositiones, Latinitate donatæ à Bruschio, ibidem exc. Catechesis Philippi Melanchtonis ex Latino in Germanicum versa, ibidem exc. Oda tres de S. Gregorij festo, Erfordiæ excusa. Vita D.N. Iesu Christi ex Ammonio Alexandrino, cum prolegomenis Bruschij, ibidem exc. Carmen venatorium, ibidem. Epistola Philippi Melanchtonis ad comitem de Vueda, in Germanicum versa, Lipsiæ exc. De autoritate verbi Dei, Georgij Maioris libellus in Germanicum versus. Epistola Abgari, Lenæuli, ac Pilati de Christo Iesu, in Germanicum versa. Philippi Melanchtonis Postilla, ex Latino in Germanicum versa. Prolegomena quædam, Querela Lazarorū versu elegiaco, Egloga Chloris dicta, Erfordiæ exc. Libellus Bartholomæi Georgiuiucij in Germanicam linguam conuersus. De maxilla Samsonis carmen. Prognosticon perpetuum è sacris literis Germanice & Latine. Ludus septem sapientū Germanicis rhythmis compositus, Norimbergæ exc. Epitaphion Comitissæ Oeringensis, ibidem. Epigrammata in laudem Caroli V. & Ferdinandi fratris, Augustæ exc. De omnibus totius Germaniæ episcopatibus Epitomes tomus primus, Archiepiscopatum Moguntinum cum alijs 12. episcopatibus qui Moguntino subsunt comprehendens. Norimbergæ excusum à Montano ostern. 33. & dimid. anno D. 1549. Consolationum D. Martini Lutheri opusculum, Latinitate donatum ab eodem exc. Prolegomena in Cationes quædam ab eodem editas. Epigrammata de Carolo V. & Ferdinando aucta. Encomium Scholæ Regiæ, versu elegiaco, Augustæ exc. Encomium sacelli regij, ibidem exc. Monasteriorum Germaniæ præcipuorum, ac maxime illustrium Centuria prima, Ingolstadij excusa, in fol. chartis 108. Minuta quædam poemata Viennæ excusa. Epigrammata & Idyllia varijs libris addita. Descriptio Egranæ ciuitatis & motis Piniferi, totiusque circum sitæ prouinciæ, inserta Cosmographico operi Sebast. Munsteri, De Laureaco ac Pataula, & vtriusque loci archiepiscopis & episcopis lib. 2. Basileæ apud Oporinum, ostern. 24. Prolegomena in Tilianum Io. Philonij, apud eundem exc.

cul. De Murbacensis monasterij origine ele-
a, ab eodem exc. Idyllion de laudibus typogra-
porum Basiliensium. Prolegomena in Engel-
piam vulgi querelam, dicentis incertum esse
quid cuique credendum sit: vbi ostenditur quom-
modo quis de fide certus esse possit. Dillingæ, an-
no Domini 1573. in quarto Germanice,

Georgius Fabricius Chemnicensis ex Misnia
 Germanus carmine varia scripsit. Odarum ad
 Deum omnipotentem lib. 3. quinquagintano-
 uem carminū generibus, Oporinus impres. Ba-
 sileæ, anno Domini 1552. Hymnorum libros 2.
 carmine Iambico dimetro. In primo hymni 24.
 de historia & meditatione mortis Christi. In se-
 cundo 27. de vſitatis festis & temporibus ecclesiæ
 continentur Oporinus excudit anno 1553. Victo-
 riarum cœlestium elegiaco carmine librum v-
 num: in quibus angelici, heroici & hostiles tri-
 umphi, ex veteri testamento desumptis historijs
 describuntur. Pietatis puerilis librum vnum ele-
 giaco & mixtis quibusdam carminum generi-
 bus. Oporinus eodem anno excudit. Itinerum
 librum vnum carmine heroico, epistolis sex. Iter
 Romanum primum, Neapolitanum, Romanū
 secundum, Patavinum, Chemnicense. Argento-
 ratense, Valentinus Papa Lipsiæ excudit anno
 1547. & Oporinus Basileæ anno 1551. additis lo-
 corum veterum et recentiorum appellationibus. 20
 Epithalamiorum librum vnum Papa Lipsiæ ex-
 cudit anno 1549. & 1551. chartis 4. Consolatio-
 nem ad Valentinum Grauium de morte Helenæ
 vxoris, idem impressit anno 1550. Disticha de hi-
 storicijs & chronographis Germanicis, Item de
 quibusdam Musicis, & septem Græciæ sapienti-
 bus, de quatuor ætatibus, de quatuor virtutibus,
 Argentorati Ioan. Scottus excudit 1546. Elegiam
 ad Philippum Melanchthonem De infante, qui 30
 quinto ante partum die plorauit in vtero matris,
 anno Domini 1551. Precationem ad Deum spi-
 ritum sanctum, excusam Lipsiæ & Norinbergæ.
 Urbis Romæ descriptionem edidit, vno & vi-
 ginti capitibus, ad optimorum authorum lectio-
 nem apprime vtilem & necessariam. Oporinus
 excudit, anno Domini 1551. octernionibus 12. An-
 tiquitatis aliquot monumenta, ex ære, marmo-
 ribus membranisque veteribus descripsit atque
 collegit, & in duos libellos distinxit, edita Argen-
 torati à Blasio Fabricio, anno Domini 1540. ite-
 rum auctiora & correctiora Lipsiæ à Valentino
 Papa. Syntaxin Græcam cum examinatione regu-
 larum, & ordine orationis. Item de verbis ano-
 malis. Impressit Argentorati Vuendelinus Ri-
 helius anno 1546. octern. 8. & Vratislaviæ An-
 dreas Vuinclerus anno Domini 1549. octern. 12.
 Et Parisijs Guilielmus Morelius, Scholasticos a-
 liquot libellos edidit. Elegantiarum puerilium,
 ad conficiendas epistolas ex Ciceronis epistolis
 libros tres collegit, impressos sapius à Valentino
 Papa Lipsiæ, & ab Andrea Vuinclero Vratisla-
 uia. Elegantiarum poeticarum ad facienda car-
 mina, ex Ouidio, Tibullo, Propertio, librum v-
 num, distinctum in 217. titulos cum libello de syl-
 labarum quantitate. Formularum loquendi ad
 vsum sermonis communis & cotidiani, ex Plau-
 to & Terentio libros duos. Sententias præterea
 Mimis similes secundum ordinem literarum. Li-
 psiæ excudit Iacobus Berualdus 1550. Addidit
 aut (vt ipse in præfatione testatur) Publij versus
 viginti in impressis exemplaribus hætenus deside-
 ratos, præterea multas alias sententias ex anti-
 quis poetis collectas, primum ex Latinis Li-
 uio, Ennio, Accio, Pacuio, Lucilio, Plauto, Cæ,

ilio, Terentio, Pomponio, Varione, Titinnio,
 Laberio, Catullo, Seneca, Martiale, Aufonio. De
 inde ex Græcis Euripide, Aristophane, Menan-
 dro, Theophrasto, Cleanthe, quorū versiculos
 partim Cicero, partim alij scriptores Latini tran-
 sulerunt. Emendauit aliquot ex veteribus au-
 thoribus, quales sunt Terentij fabulæ, impressæ
 Argentorati apud Rihelium, cum explicatione
 castigationum, in quibus multorum locorum
 obscuritas declaratur, & veterum imitatio in ple-
 risque ostenditur, anno Domini 1548. Hanc eius
 editionem secuti sunt Iodocus Vuillichius Franc-
 fordix, anno Domini 1550. Item Ioachimus Ca-
 merarius Lipsiæ, qui in epistola ad lectorem hæc
 editionem Fabricianam alijs omnibus præstare,
 & singulari laudem atque prædicationem me-
 reri ait, siue diuturnum in apparando studium,
 & elaborationis multiplices curas, seu omnium
 vndique adiumentorum ad perfectionem operis
 conquirendi ingentem & sollicitam industriam,
 seu in cogitando & perpendendo, & sua conse-
 rando cum aliorum traditis, maximam sedulitatē,
 seu etiā in dijudicando, & disponendo grauitatē,
 & quod est caput in reponendo, mirandoq; & ijs
 quæ cognouisset atque vidisset referendo, fidem
 spectes. Virgilij opera maiora ab eodem corre-
 cta, cum annotatiunculis lectionis emendatæ, ex-
 cudit Valentinus Papa Lipsiæ, anno Domini
 1551. & castigationes in eundē poetam Rihelius
 edidit, Virgilij quoque interpretes Seruium, Ho-
 noratum & Tiberium Claudium, Donatum, e-
 mendauit & vberiores edidit. In Seruium copio-
 sum indicem, Hiobus Magdeburgus, in Donatū
 Fabricius collegit. Basileæ excudit Henricus Pe-
 tri anno Domini 1551. cum operibus Virgilij. Fla-
 uij Sosipatri Charisij grammatici lib. 5. ex vetu-
 stis grammaticis, & collatione locorum in ipso
 authore similium emendauit, & primus in Ger-
 mania edidit, Basileæ ex officina Frobeniana. Bre-
 uiter etiam Helenium Acronem Horatij interpre-
 tem (cuius codicem manuscriptum vetustissimū
 habet) longe emendatiorem in publicum edet.
 Q. Horatij Flacci poemata, ab eodem illustrata
 argumentis & castigationibus, Lipsiæ 1571. in o-
 ctavo. Poetarum veterum ecclesiasticorum ope-
 ra Christiana, & operum reliquias ac fragmenta,
 collegit, emendauit, digessit, & cōmentario quo-
 que exposuit. Oporinus impressit anno 1564.
 in quarto. Continentur autem illo volumine po-
 emata Alcimi, Ambrosij, Amœni, Aratoris, Co-
 lumbani, Cypriani, Damasi, Dracontij, Drepa-
 nij, Fortunati, Gregorij, Hilarij, Hymnogra-
 phorum, Iuueni, Lactantij, Mamerti, Merobau-
 dis, Paulini consularis, Paulini episcopi Nolani,
 Prosperi, Prudentij, Rustici, Sedulij, Tertullia-
 ni, Victorini Afri, Victorini Pictauiensis, Victo-
 ris Massiliensis, Incertorum quorundam aucto-
 rum. Virorum illustrium sacræ historiæ libri no-
 uem. Lipsiæ, anno Domini 1569. Regum As-
 mongorum & Idumæorum vsq; ad deuastatio-
 nem vrbs, historiæ sacræ liber decimus. Lipsiæ,
 anno Domini 1570. Rerum Misnicarum libri
 septem: Electorum Saxonix lib. 1. Marchionum
 Misnensium lib. 1. Annalium vrbs Misniæ lib. 3.
 Siffredi Misnensis presbyteri epitomes lib. 2. Lip-
 siæ cur

curante Ern. Voegelino in quarto. Grammaticorum veterum libelli de proprietate & differentiis Latini sermonis: ite de verbis apud Terentium ipso collecti & editi, Lipsiæ 1569, in 8. Elegiarum ex Plauto & Terentio, lib. 2. Publij mimum & sententiarum ex poetis antiquis similiū lib. 1. cum eiusdem & Erasmi expositionibus, Basileæ 1555. Elegiarum puerilium ex M. Tullij Ciceronis epistolis lib. 3. Ibidem. Georgij Fabri Epitomes prosodiarum, & elegantiarum poetiarum liber, additis exemplis, Lipsiæ in octavo.

* Georgius Ferrerz Iurifconsultus è Gallico sermone in Latinum vertit leges quæ dicuntur, statuta magnæ chartæ, lib. 1. Claruit anno 1552. Baleus.

* Georgij Fladeri interpretatio Psalmi quarti, Germanica. Budissinæ 1569, in duodecimo.

* Georgij Flori Baldini de oratione & precibus compendium, excudit Henricus Petrij Basileæ in micropresbytico, anno Do. 1551. Vixit an. 1500.

* Georgius Folberius scripsit Epigrammata quædam, lib. 1. Diuersi generis carmina, lib. 1. Elegantes conciones, lib. 1. Claruit anno 1530. Baleus.

* Georgius Forbergerus & Hieronymus Haluerius historias Pauli Iouij ex Latina in Germanicam linguam transtulere. Francofurti 1570.

* Georgij Franciotti, medici Lucensis, tractatus de balneo Villési, in agro Lucensi posito, impressus à Venetijs à Iuntis cū aliorum scriptis de balneis.

* Georgij de Frikenhausen aduersus iniuriosam in se inuectiuam apologia.

* Georgius Gemistus Pleto Constantinopolitano, multa & varia Græcis literis mandauit, quæ in Italij bibliothecis seruantur: & omnia eiusdem opera Diegus Hurtadus habet. Sicut autem hæc: Ad regem liber: de virtutibus lib. 1. paraphrasis in demonstrationibus, epicedion in reginam Helenam, liber de generatione deorum, Aduersus librum pro dogmate Latinorum (nimirum quod ad spiritum sanctum) demonstrationes naturales de Deo, mensuræ & annorum ordo, ac dierum recensio, oracula magica sectatorum Zoroastris: quæ & Parisijs impressa sunt Græcè & Latine seorsim 1538, absq; nomine Græci interpretis, qui Georgius Gemistus est. historica & Geographica quedam huius authoris, ut sunt Chorographia Peloponnesi & Thessalig, idem Diegus Hurtadus habet, quæ etiã extant in bibliotheca Regia. De gestis Græcorum post pugnam ad Mantineam per capita tractatio, duobus libris explicata: Græcè impres. in Aldi officina Venetijs, deinde Latine M. Antonio Antimacho interprete, Basileæ apud Rob. Vuinter, cum alijs quibusdam. Libellus de ijs, in quibus Aristoteli cū Platone non conuenit, & quod potior sit Platonis sententia: excusus Venetijs apud Scotum, cum Bernardini Donati Veronensis Paraphrasi. Libellus contra Georgij Scholarij argumenta pro Aristotele, Bononiæ apud S. Saluatorè, sed imperfectus extat. Eiusdem elegans ac breuis quatuor virtutum explicatio Adolpho Occone physico Augsta, interprete, excussa Basileæ apud Oporinũ, anno 1552.

* Georgius de Gemyngen, natione Germanus, præpositus & canonicus Spirensium, scripsit de ratione duelli lib. 1. de machinis bellicis lib. 1. de cura equorum & militum lib. 1. orationes quasdam in synodis & alibi habitas. Annotatiunculas pro

confessoribus, excusas Argentinæ apud Schurorium, anno Domini 1509. Claruit anno 1494.

* Georgij Genebrardi, de sancta Trinitate lib. 3. contra huius æui Trinitarios, Antitrinitarios & Antitheanos. Parisijs an. 1569, in octavo. Symbolum fidei Iudæorum è R. Mose Aegyptio, Precationes eorundem pro defunctis, è libro Mahzor, G. Genebrardo interprete. Ibidem. Chronographiæ sacræ liber, Parisijs in folio, Louanij duodecimo 1570. Trium Rabbiorum commentaria in canticum canticorum Solomonis, in Latinam linguam conuersa: cum obseruationibus eiusdem. Parisijs, anno Domini 1570. in quarto. Hebræorum breue Chronicon de mundi ordine & temporibus ab orbe condito vsque ad annum Christi 1115. Addita sunt Mosis Maimonidis F. Iacobi Solomonis F & Eliæ Leuitæ scripta de Messia, omnia ab eodem translata. Parisijs anno Domini 1573.

* Georgius Greterus ex Augustana confessione & eiusdem apologia, ac Lutheri & Melancthonis aliorumque scriptis, collegit articulos quibus complures qui Augustanam confessionem iactant aperte contradicunt. Dillingæ impress. anno Domini 1573. Germanice in quarto.

* Georgij Hamaxurgi Orationes duæ, vnâ ad Hieronymum Vuolsium præceptorem, vt suos in officia Mar. Tul. Ciceronis commentarios in publicum edat: altera Encomium Bibliothecæ Augustanæ ad Scholarchas: editæ cum commentarijs Vuolsij in officia. Eiusdem quoque carmen Græcum iisdem commentarijs præfixum est.

* Georgius Hartmannus Perspectiuam, quam communem vocant, summa cura & diligentia emendauit & edidit, restituit etiam in quibus deficiebat demonstrationibus. Petreius excudit Norimbergæ, anno Domini 1542, in quarto. Idem in epistola dedicatoria promittit se breui Opus suum de Vmbris in lucem editurum, quod an hætenus præstiterit ignoro.

* Georgius Hauerius aliqua Erasmi adagia transtulit, non ad verbum, sed ad phrasin Germanicam cum alijs quibusdam Ioan. Mürmellij.

* Georgius Henisch in Germanicam linguam transtulit historiam Contareni de bello Selimi contra Venetos. Petrus Perna impressit, anno Domini 1573.

* Georgij Hizleri Giengensis, Tubingæ oratoriam & Græcas literas profitentis, oratio elegantissima de vita & obitu Leonardi Fuchij medici clarissimi, impressa Tubingæ in quarto.

* Georgius Hugo philosophus, curator Altaichij inferioris (cœnobium est D. Benedicto dicatum) iussu Georgij ducis Latine perscripsit Boios, vt Auentinus testatur.

* Georgius Hermonymus Machometi vitam ex Græco in Latinum vertit: Robertus Vuinter excudit Basileæ.

* Georgij Holonij Leodiensis, Laurentias, trægædia de martyrio constantissimi leuitæ, D. Laurentij, Romæ sub Decio passi. Antuerpiæ impressa apud Ioannem Bellerum, anno Domini 1536.

* Georgij de Hōnestis Florentini, super antido-
tario Melusæ.

Georgij Ioachimi Rhetici narrationē primam
de libris reuolutionum Nicolai Copernici To-
rannæi, quibus terram circa cælum moueri asse-
ritur, item eius encomium Borussiae, Rob. Vuin-
ter impressit Basileæ, 1541. Præfationem in Ar-
ithmetice excudit Crato Mylius Argentinae,
cum Philippi Melanchthonis declamationibus.
Eius orationes de astronomia & geographia, &
de physica, Norimbergæ excusæ sunt anno Do.
1542. Ephemerides nouæ ad annum 1551. ab eo-
dem exquisita ratione & accurato studio elabo-
ratae, secundum doctrinam Copernici, excusæ
sunt, anno Dom. 1550, chartis 5. Eiusdem canon
doctrinæ triangulorum ibidem excusus est an-
no Domini 1551. Recens inuentum eiusdē qua-
ratione per rectarum linearum meteorologica
instrumenta 5. vel 10. pedum, obseruationes ca-
pianur non minus exacte ac si 100. aut 200. pe-
dum essent, excusum est appēdicis vice cum sex-
to libro Pandectarum Conradi Gesneri, de geo-
metria. Præter hæc iam edita promissit Commen-
tarios in Phænomena Euclidis, Commen-
tarios de astronomia lib. 9. Tabulas angulo-
rum & laterum triangulorum in planicie, Nouos
canones in tabulas eclipsium Copernici. De
Astronomiæ principijs lib. 2. Libros de ecli-
psibus & designationibus *ἡμετέριων ἀπὸ τῆς ἀρκτικῆς
σφῆρας*. Tabulas inæquabilium motuum. Hæc qui-
dem in editione nouarum Ephemeridum anni
1551, studiosis promissit: verum in epistola quam
ad Petrum Ramum scripsit ann. 1568, ita de suis
libris scribit. Quæ sequuntur opera Rami par-
tim perfeci, partim adhuc sub incude habeo.
Primò cum iudicarem à fundamentis mihi A-
stronomica & Geographica tractanda, de fabri-
ca Canonis doctrinæ Triangulorum 3. libellos
conscripsi, & ex Algebraicis industrijs radices ca-
nonis exquisiui. Porro minimum Canonem con-
didi pro vsu quotidiano, ad partes eius quæ ex
centro seu diametri lineam centum millium. Ma-
iorem vero pro exquisitiori Geometrico scruti-
nio partium centies millies centenum millium.
At primam Canonis seriem adhuc plurimum par-
tium esse volui, iuxta hos characteres Indicos
100000. 100000000000. 1000000000000000.
Et omnes non tantum ad partes lineæ ambitus,
& partium scrupula prima, sed & ad Decades se-
cundorum scrupulorum sunt exquisitæ. Labor
12. annorum, cum ad hos labores semper aliquot
Arithmetici mihi alendi fuerint. Secundo con-
scripsi nouem librorum opus de doctrina Trian-
gulorum globi cum angulo recto & sine angulo
recto. Huic accedit vnicus liber decem præcepto-
rum de Triangulis in planicie, quem similiter ad
nouenarium librorum numerum augere consti-
tui, si Deus viram dederit. Tertio hos subsequi-
tur opus nouem librorum *τὰ πρῶτα ἰσοπέδων*. In his
primo veras rationes capiendarum obseruatio-
num ostendam, quibus exacte cognoscamus ve-
ra loca syderum, luminum, planetarum, come-
tarum, necnon omnium quæ conspiciuntur in
sublimi, Secundo Geographica etiam exercitia,
Astronomicis subiungo. In hoc opere placuit

nobis quasi per lusum varias rationes ostenderē
multarum nouarū Tabularū Astronomicarum
& Geographicarum. Demonstrō tamen quo-
modo per solam Triangulorum doctrinam, à no-
bis traditam, & nostro Triangulorum Canone
sine alijs tabulis omnia non minori facilitate ex-
quiratur. Si Mercatores & Mercatorum logiste,
tantum, vt apparet operæ & diligentie collocant
in suas logísticas industrias, quas Italicas vocant
Practicas, & alias omnis generis regulas, cur nos,
qui sublimiora his tractamus, nō similiter etiam
logísticas nostrarum supputationum industrias
exquisierimus? In hoc etiam opere exempla om-
nium parergorum Geometricorum Procli in-
troducuntur. Quarto nunc primum accedam
ad hoc opus, quod & tibi in mentem venit, vt hy-
pothesibus artem Astronomicam liberem, solis
contentus obseruationibus. Atque vtinam habe-
remus omnium ætatum obseruationes, idque iux-
ta nostras capiendi obseruationes, rationes tra-
ditas, quas omnino iudico easdem esse, quibus
primi artis indagatores vsi sunt, & talem tabu-
larum modum exquisierimus, quod non per-
petua opus haberent emendatione. His subiun-
gemus tabulas inæquabilium motuum, ex quibus
loca syderum & omnia Phænomena, simili
facilitate atque ex ipsis Ephemeridibus elicerim-
us. In his omnibus ego longe iniquior sum
Ptolemæo, quam tu Euclidi, illumque magis fla-
gello quam tu Euclidem. Nam sicut se habent do-
munculæ quas pueri luto & arena edificat, ad Vi-
truuij edificationes, seu palatia florētis Romæ ita
se habent magnæ Ptolemæi constructiones, quas
potius maximas destructiones appellaueris, ad
veram & solidam de motibus siderum doctrinam,
quam & Aegyptiorum Astronomiam dixeris,
qui suis RADIIIS, (quos Græci per imperitiam
obeliscos vocabant) diuina plane mente prædi-
ti, has tractabant scientias, &c. Clarissime Rame
me in his subsistere cogito, nisi quod Germanis
meis Germanicam Astronomiam condo. In ca-
vero parte quæ est, de Effectibus siderum, Pande-
ctas Astrologiæ in ordinem redigo. Sed & eius
propriam condidi artem, antiquissimis artis fun-
damentis exquisitis, Habeo etiam præ manibus
nouas de rerum natura philosophandi rationes,
ex sola naturæ contemplatione, omnibus anti-
quorum scriptis sepositis. Idem in arte medica
factito. Et cum plurimum Chemicæ delester, ad
eius artis fundamenta penetraui, vt septem de ea
libros delineauerim. Tot & tanta sunt quæ tra-
cto, & ad quæ mihi hætenus ars medica, meus
Mæcenas sumptus suppeditauit, &c. Hæc Rhe-
ticus ipse, atque magnam horum librorum par-
tem iam absolutam se vidisse, ante quadrienniū
ad me scripsit, ornatissimus vir Ioannes Lascius
Polonus.

* Georgius Iodocus Benacū carmine descripsit.
Georgius Ioye Bedfordiensis, transtulit ex lin-
gua Latina in Anglicam Psalteriū Dauidicum
ex Felice, Prouerbia Salomonis, Ecclesiasten et
eiusdem, Esaiæ vaticiniū, Hieremiæ prophetiam,
Hortulum animæ, Melanchthonis de Coniugio
librum. Zuuinglium de vera & falsa religione.
Scripsit præterea sua quoque lingua, hoc est An-
glica, li-

glica, librum De labefactata ecclesia Mori. Ad priorum de Neuuenham lib. 1. Compendium passionis Christi. Apologiam ad Tyndale. De cena Domini, De baptismo & Eucharistia. Matrimonij defensionem. Onera caeremoniarum. Commentarios in Daniele. Contra Gardineri articulos. Refutationes eorundem, & alia multa. Claruit anno Domini 1548.

Georgius Kraut medicus, Galeatij de S. Sophia practica correxerit, & in lucem protulit, adiecto libro in artem paruum Galeni de principiis vniuersalibus totius medicinae, tam theoricæ quam practicæ, qui ex doctrina Auicennæ & aliorum congestus, vt habet inscriptio, in tabulas magna ex parte digestus est.

Georgij Lapithæ Cyprij versus morales Græci numero 319. Venetijs in bibliotheca S. Antonij extant.

Georgij Lauterbeci, de quæstionibus seu tortura, quomodo à iudice illa vtendum ex Guido de Susaria, & quarto libro Grillandi, breuis explicatio Germanica. Norinbergæ, anno Domini 1570.

Georgij Lautherij, liber de Missa contra Cysriacum Spangenbergium. Monaci, anno Domini 1568, in octauo. Eiusdem refutatio falsæ gratulationis Iacobi Andreæ, quod concionatores & doctores ducatus Bauariæ Lutheranam doctrinam receperint. Germanice. Monaci anno Domini 1569. Conciones tres, Prima vbi quærenda sit beatitudo: Secunda de salutari perceptione sacramenti corporis & sanguinis Domini. Tertia de vera penitentia. Monachij 1572.

Georgij Lecapeni de constructione verborum liber, excusus Venetijs, apud Aldum, anno Domini 1526. Lecapeni & Zaridæ Andronici epistolæ technologumena, *Επιτομή των τεχνολογιων*, (nescio an eiusdem Georgij) seruantur in Italia Græcè, & in bibliotheca Regis Gallorum.

Georgius Leonbergerus Ratisponensis, l. C. locos aliquot scripsit ad omnia Virgilij opera. Liber impressus Ingoldstadij, anno Domini 1542. chartis 5. Eiusdem epicedion Elegiacum in Iohannem Romanum imperij Marschalem in Badenheim, impressum cū Io. Agricole Ammonij commentarijs in libellum Galeni de inæquæ intemperie, Basileæ apud Vuesthemerum. Descriptio Circeniæ regionis quæ subest imperio episcopi Frisingensis, impressa cum Ioan. Agricole aphorismis nouo ordine digestis. Promittit etiam locos Ouidianos se breui editurum.

Georgius Læus, Ioannis Strobæi sermones à Conrado Gesnero Latinitate donatos, in linguâ Germanicam transtulit. Excusus Basileæ apud Ioan. Oporinum, anno Domini 1555. Idem Epigrammata varia eruditissime scripsit, quæ forsitan aliquando in lucem venient. Floret adhuc in aula illustrissi, principis Palatini Othonis Henrici eius vt vocant Cancellarius.

Georgius Lieblerus Tenzlingensis, Tubingæ physica professor, Epitomen librorum Aristotelis physicorum præclaram scripsit, quæ Tubingæ & alibi explicari solet.

Georgius Lilius scripsit Pontificum & Cæsarium Romanorum Laconica breuitate seriem,

Item de regibus Angliæ chronicon, Venetijs apud Michaellem Tramezinum excusum, anno Domini 1548. Idem edidit tabulam Britanniarum. Claruit anno Domini 1548.

Georgij Logi carmen elegans ad Aeternam sapientiam pro editione Nicephori Callisti Xanztopuli, subiungitur epistolæ dedicatoriæ Ioan. Langi interpretis, in historiæ Nicephori editionem. Eiusdem extant; præfatio in Gratium poetam & carmina quædam.

Georgius Mactopedius Germanus, scripsit comœdias & tragœdias aliquot, ex quibus apud Ioan. Gymnicum Colonia excusæ sunt, Andrisca, Hecastus, Rebelles, Aluta, Asotus, Petrus, De passione Christi, & de Susanna. Eiusdem Bassarum, & Lazarum mendicum, Hermannus de Borculo excudit Traiecti, anno Domini 1541. Eiusdem Calendarium, versu herico præcipuas ecclesiæ festiuitates complectens syllabarim, Henricus Petri excudit cum libro Hadriani Iunij de anno ac mensibus. Eiusdem Calendarium chironometricum, item computus ecclesiasticus, cum breui calculandi ratione, edita sunt anno 1541. Eiusdem methodus conscribendi epistolas, impressa est Francofurii, anno Domini 1568. cum Lippo Brandolino de ratione scribendi.

Georgius Maior sacre Theologiæ professor in celeberrima Academia Vuitebergensi, plurima scripsit, quæ Vuitebergæ edita sunt, ex his quædam in vnum coniuncta sunt, tomis tribus in folio, quorum primus continet Enarrationes epistolarum sancti Pauli. Secundus Homilias in Epistolas dierum dominicorum & festorum. Tertius, Homilias in Euangelia dominicalia & dies festos. Porro præter hæc separatim edita sunt, Commonestatio ad ecclesiam catholicam, orthodoxam, de fugiendis & excorandis blasphemis Samosatenticis, Ariatis, Eunomianis, & alijs, contra Blandratam, & alios nonnullos huius sectæ renouatores, Adiecta est doctrina de sancta Trinitate refutationis loco, Vuitebergæ per Ioannem Lufft 1569. Repetitio, & postrema declaratio doctrinæ de iustificatione hominis corâ Deo, Germanice 1567. Oratio de confusionibus dogmatum veteribus & recentibus in ecclesia exciatis ab hominibus Fanaticis. Enarrationes epistolæ ad Hebræos, Consolatio contra terrorem mortis, Germanice. De Germanica Bibliorum interpretatione admonitio, & confutatio causarum ob quas eorum lectio Laicos arceat Papiæ, item mendaciorum quæ spargunt contra Lutheri translationem. Septem partes homiliarum in Euangelia Dominicalia, & dierum festorum, Vuitebergæ apud Ioannem Lufft in octauo. Admonitio de extremo iudicio ad consolationem fidelium & terrorem impiorum necessaria hisce afflictis temporibus, Vuitebergæ in quarto Germanice. Explicatio trium sacrorum carminum noui fœderis, Beatæ virginis, Zachariæ, & Simeonis, Vuitebergæ ann. D. 1565, in 8. Germanicè. Annotationes in Iustini historias, quæ impressæ sunt Colonia apud Gymnicum, an. Do. 1537. & 1549. Vita patrum excusa Vuitebergæ 1544. cum præfatione Marrini Luth. Tabula in Rhetoricam Philip. Melanchtonis, & D. Erasmi Rot. libros de copiâ

impressa Argentorati, cum Petri Mosellani schē
matibus, apud Egenol. & Parisijs apud Vuchel.
Elegantiores aliquot parabolæ, ex Erasmi Rotē.
similibus in puerorum vsum selectæ, & in locos
communes redactæ, indicatis auctorum locis, ex
quibus singulæ sunt conquisitæ. liber impressus
Magdeburgi 1537. Sententiæ veterum poetarum,
per locos communes digestæ, ibidem 1537. Et Ar
gentinæ apud Riheliū, an. 1538. mox etiā Parisijs
in parua forma. De origine & autoritate verbi
Dei, & quæ pontificum, patrum & conciliorum
sit auctoritas admonitio: Catalogus docto
rum ecclesiæ Dei à mundi initio ad nostra tem
pora, Libellus excusus primum Vuitēber. & de
inde Basileæ, an. 1550. Refutatio horrendæ pro
phanationis Cœnæ Domini edita est Vuitēber
gæ, chartis 26. De arbore cōsanguinitatis & affi
nitatis regulæ eiusdem, & tabellæ, eodem anno
excusæ Vuitēbergæ octern. 40. Quæstiones
rhetoricæ ex Cicerone, Quintiliano, & Philip po
Melanchthone excerptæ, excusæ sunt cum ora
tionibus aliquot, Tubingg apud Morhardū 1550
* Georgij Mekardi concio funebris habita cum
funus duceretur Augustæ Vindelcorum D. Ca
tharinæ comitissæ Orrenburgi: Item alia Con
cilio de persona & officio Christi. Augustæ, anno
1570. in octavo.

Georgius Merula, patria Alexādrinus, vtriusq;
linguæ eruditissimus, scripsit Ludouici Sfortiæ,
suorumq; maiorum res gestas multis volumini
bus. Cōmentaria in Iuuenalem, in Statiū, atq;
alios plures, emisit ceteris quasdam, epistolarū
libros multos. Eius cōmentarij in orationē Ci
ceronis pro Q. Ligario, impres. Basil apud Rob.
Vuinter. Et apud Oporinū, an. 1553. cum alijs di
uersorum in omnes Cic. orationes cōmentar. In
Epistolā Cicero. ad Lentulum Spintherē accura
ta interpretatio; cum Cōmentarijs Vbertini Cle
rici in omnes Cicero. familiares epistolas 1455.
Venerijs impress. Annotationes breues & sparse
in Martialis epigrammata, super ijs præcipue locis
quos Domitius Calderinus perperam exposuisse
ei visus est: impressæ Venerijs, & ipsis Domitij
cōmentarijs passim interpositæ 1493. Enarratio
nes priscaurum vocum: quæ in libris de re rustica
Catonis, Varronis, Columellæ & Paladij inueni
untur, ordine literario: indicatis vbiq; locis, qui
bus apud illos authores leguntur: cum iisdem au
thoribus excusæ Lugduni apud Gryphum 1555.
De gestis ducum Mediolanensium, siue de anti
quitatibus Vicecomitum, lib. 10. ad Ludouicum
Sfortiā, excusi Romæ. Montis ferrati descriptio,
impressa opinor. Conflagratio Vesui montis,
ex Dione trāsata, & impressa primum ab Aldo,
deinde Basileæ à Frobenio cum Suetonio, &c.
Ex Dione transtulit vitas Cæsatum, Neruæ, Tra
iani, atq; Adriani: quæ etiā impressæ sunt. Epi
stolæ eius duæ leguntur vndecimo libro episto
larum Angeli Politiani. Claruit anno D. 1494.
Alexandri Aphrodisei Problematum sectiones
5. in Latinam linguam transtulit, Parisijs excu
dit Ioan. Petit. anno Domini 1520.

Georgius Molitoris Nurenbergensis, scripsit
super sententias lib. 4. de passione Domini lib.
1. Sermones multos lib. 1. quæstiones varias, &

alia complura. Floruit anno Domini 1484.

Georgij Morgenstern Decretorum Doctoris,
professoris Lipsensis, Sermones contra omnem
mundi peruersum statum, Lipsiæ impressi à
Vuolfgango Monacensi, anno D. 1501.

Georgij Mylij Bornensis elegiarum libri duo,
impressi Lipsiæ à Valentino Papa, anno D. 1551.

Georgius Natta scripsit in 6. Decretal. de pactis.
c. quamuis. Item in Clem. de verborum signifi
catione. Sæpe.

* Georgij Nigrini Battenburgensis Carmen e
legiacum de captiuitate Cereris. Marpurgi 1555.
Eiusdē ludæorū hostis, de fructibus ludæorū Tal
mudistarū qui nostra ætate per Germaniam ha
bitant, 1570. Confutatio secundæ Centuriæ Ioan.
Nasi. Examē enchiridij Ioā Nasi De ludæorū ho
nestate & grauitate. Vrsellis tres hi libelli separa
tim impressi sunt 1571. Chronologia ab origine
mundi ad nostra vsq; tēpora, ex sacris biblijs &
20 probaris historijs desumpta 1570. Vrsellis. De ve
ra nobilitate & eius recto vsu, adhortatio ad nobi
les adolescētes. Ibidē 1572. De ordinaria electione
& vocatione ministrorum ecclesiæ, atq; vnde eorū
ministerium efficax sit. Ibidem 1573. Conciones
60 in Apocalypsim, additis figuris & earum ex
plicatione carmine Latino & Germanico, ibi
dem, omnia Germanice 1573.

Georgius Nothouer scripsit carmen contra Phi
lomusum, scholasticæ Theologiæ contemptorē.

* Georgij Oldouini Cremonensis, De primor
dio felicitq; successu vrbs Venetæ lib. 3. elegiaco
carmine. Elegiarum lib. 4. Epigrammatum lib.
3. Venerijs apud Franciscum Marcolinum 1551.

Georgius Præpositus Neoburgensis, varia &
iucunda in astronomia elaborauit: quæ feruntur
extare Viennæ in Austria.

Georgius Pachymerius, qui Hieromnemone
gnominatur, scripsit philosophiæ compendium,
quod extat in bibliotheca Medicum. Eiusdē Epi
tome totius physicæ tractationis, fortassis idem
liber superior, Romæ extat in Vaticana biblio
theca & expositio in logica, Historia. Com
mentarij in libros de auscultatione naturali, ibi
dem seruantur, & apud Diegum Hurtadum Ven
etijs: qui etiā habet Paraphrasin huius au. horis
in mechanica Aristotelis. Paraphrasis in Diony
siū Arcopagitam, Romæ in Vaticana. Epistola
eius Græcæ, in quadam Italiae bibliotheca extat.
De sex Philosophiæ definitionibus, De diuisione
philosophiæ, De quinque vocibus. De decem præ
dicamentis, Latine impressa Basileæ per Io. Ope
rinum, cum Porphirijs, vocibus, & Aristotelis
prædicamentis, &c. à Ioachimo Periono versis.
Eiusdem commentarij aut paraphrasis in libros
Ethicorum extat Græce apud Hurtadū Mendo
zam. Fertur aut in omnia ferè Aristotelis opera
paraphrasim scripsisse. Extant etiam eius 13. li
bri historici, manuscripti, in Italia vt opinor.
Pachymerij in organum Aristotelis copiose ex
positiones Græcæ manuscriptæ, in bibliotheca
Sambuci. Eiusdem lib. 12. Græc. manuscr. para
phrasis totius philosophiæ Aristotelicæ, in bi
bliotheca Augustana. In catalogo bibliotheca
Thergius nominatur. Paraphrasis eius in Areo
pagitam Græce, edita est Parisijs cum operibus
Dionysij

ionysij Areop. 1562. in octauo. Eiusdem Historiæ & Logica problemata, Græce in bibliotheca regis Gallorum seruantur. Item de anima, de sensu, memoria, somno, vigilia, insomnijs, &c. Ibi etiam. Eius Epitomè seu Paraphrasim in vniuersum ferè Aristotelis philosophiam, Philippus Beuius è Græco in Latinum conuertit, Basileæ anno Domini 1560. in folio.

Georgij Paneuphemi, præfecti Africæ, de Asceria, quæ à Catholica ecclesia defecerat in Alexandria: Græce Romæ in Vaticana.

Georgius Perpinianus scripsit quædam contra hæreticos.

Georgius de Peurbach, Germanus, scripsit varias: sed quæ diligentia Andreæ Stiborij ad postereros venerunt, sunt: Theoricæ planetarum, opus insignis, sex primi libri epitomatis Almagesti tabulæ eclipsium super meridiano Vienensium, collectio tabularum primi mobilis, & quarundam noua compositio cum singulari vsu, canones astralabij, introductorium in arithmeticam, extensio organi Ptolemæi pro vsu horarum Germanicarum ad omnia climata, cum demonstratione, canones gnomonis cum noua tabula pulcherrimâ, compositio compassi, cum regula ad omnia climata, compositio nouæ virgæ visorig, cum lineis & tabula noua. instrumentum pro ves coniuñtionibus Solis & Lunæ, in quo vetus instrumentum de insufficientia taxat, noua tabula sinus de decem minutis in decem, per multas millenarias partes, cum vsu: quæ plurimarum rerum nouarum in astronomiâ occasio fuit motus componendi & demonstrandi tabulam altitudinis Solis, modus describendi horas ab occasu in pariete, tabulæ æquationum motuum planetarum nouæ, nondum perfectæ, tabula noua proportionis parallelorum ad gradus æquinoctialis, cum compositio eiusdem, tabula noua stellarum fixarum, almanach perpetuum cum annotationibus reduxit ad nostra tempora. plura de quadratibus, Calculauit & Almanach pro annis pluribus. fecit sphaeras solidas, & alia plura instrumenta, hæc ex primo tertio libri cuiusdam Astronomici descripsimus. Elementa arithmetices practicæ: & Algorithmus de numeris integeris, fractis, regulis communibus, & proportionibus. Liber excusus Vuitenbergæ apud Iosephum Klug 1536. cum elementis Geometricis ex Euclide, per Ioannem Vægelin, cum præfationibus Philippi Melanchtonis. Theoricæ nouæ planetarum cum suis figuris ibidem impressæ, 1535. Eadem prius excusæ erant Ingoldstadij ex castigatione Petri Apiani, 1528. cum figuris: & Venetijs, anno 1495. cum expositione Francisci Capuani de Manfredonia, apud Simonem Beuius laquam, & deinde cum eiusdem commentarijs 1499. & 1491, apud Gulielmum de Tridino, sine commentarijs. Vide plura in Francisco Capuano, & in Ioann. de Sacrobusto. Tractatus super propositiones Ptolemæi de sinibus & chordis, impressus Norimbergæ 1541. cum alijs quibusdam. Tabulæ eclipsium, impressæ Viennæ Austriæ, ni fallor, cum Ioan. de Monteregio tabulâ primi mobilis. De epitome Almagesti, partim à Georg. Purbachio, partim à Ioan. de Regiomontano

te confecta: vide in Ioan. de Reg. Eiusdem canones pro compositioe & vsu gnomonis, seu quadrati geometrici, excusi sunt Norimbergæ anno Domini 1544. in quarto cum Ioann. Regiomontani libello de Torquetò, Astrolabio armillari, &c. Et seorsim ibidem in folio chartis 5. anno Domini 1516.

* Georgij Phædronis Rodochei medici, Chirurgia minor, hoc est omnium vlcerum perfectæ curationis methodus anno 1562. Halopyrgicæ siue iatrochemica pestis epidemicæ curatio. Item Chirurgia: Basileæ cum libris Theophrasti de spiritibus Planetarum edita sunt, anno Domini 1571. in quarto. Contra hunc scripsit Bernardus Dessennius.

Georgij Pictorij Villingani, apud regiam curiam Enshchemij superioris Alsatiæ archiatrui, rueridæ sanitatis ratio, septem dialogis per sex rerum nõ naturalium ordinem conscripta, & de nouo locupletata. Eiusdem successuarum lectionum dialogi 9. Coniuiorum libri tres. Henricus Petri excudit Basileæ in octauo, anno Domini 1544. De tuenda sanitate dialogos, idem antea anno 1549. excudit. Rei Medicæ compendium. Musices epitome cum quinque vocibus. De cura omnium morborum. Separati sermones. Sanitatis tuendæ methodus. Regulæ generales omnium morborum. Medicinales quæstiones. De dæmonibus ac Epitome Magiæ ceremonialis vel Goætiæ. Et An sagæ mulieres ignis multa sint damnandæ. Scholia in Theodorici Vlasenij Frisij libellum de Pharmacandi comprobata ratione. Scholia in Marbodei Galli poetæ dactylotheam. Carmen in laudem molaris & cotis lapidum. De peste & papulis puerorum, &c. Omnia hæc impressa Basileæ apud Henricum Petri. De fontibus medicatis 38. Germanice. De dolore capitis præseruatiuum & curatiuum. Medicinæ simplices & comp. ad omnes partium corporis affectus. De ratione mitendi sanguinem & cucurbitularum vsu. *Zooloçogon* quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes continens. Scholia in Oppiani Halieutica. Commentaria in Q. Serenium Sammonicum. De apibus, cera, melle & quæ ex his conficiuntur. Sermonum coniuualium ap primè vtilium libri decem, de quæ ebriitate lusus quidam. Item de sublunarium dæmonum ortu, natura & illusionibus, & quomodo pellendi sint Ilagoge. Basileæ; anno Domini 1571. in octauo. Gynæceum, in quo docetur qua ratione grauidæ multa pericula euitare queant. Germanice, Francofurti, anno Domini 1569. Physicarum quæstionum Centuriæ 3. His accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra opiniones philosophorum, quis verus Deus, vnde Gentiles Dij, etc. vna cum ecclesiæ ad Christum Threnodiæ, cum tribus dialogis Basileæ per Henricum Petri, anno Dom. 1568. in octauo. Opera noua, in quibus mirifica, iocosa, fælesque, poetica, historica, & medica libris quinque complectitur. Basileæ, anno Domini 1569.

Georgius diaconus magnæ (vt ait Suidas) ecclesiæ, eiusque archiui præpositus, hoc est, vt Græci

dicunt, chartophylax, cognomēto Pisides dictus, Hexameron carmine Iambico tribus versuum millibus conscripsit: & ad Heraclium regem, bellum Persarum. Scripsit item soluta oratione Abarica, & encomium in Anastasium, qui pro Christiana pietate occisus est. Georgius Pisides, scripsit iambis pulcherrimis contra Monophysitarū hæresim, teste Nicephoro.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΠΙΣΙΔΕΩΣ ΤῆΣ ΠΙΣΙΔΕΩΣ, inscriptio trimetra Iambica libri, qui nescio in qua Italiæ bibliotheca latet, varia opuscula continens: de æstate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de sensibus nostris, Physiologiam de plantis, auiibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus, & herbis. De generibus animalium. De locusta, de hirundine, de malo Punica.

Georgius Pruner ex Ruspach, pulcherrima instrumenta, & libros quosdam in astrorum scientia collectos post se reliquit, quæ Viennæ Austriæ in bibliotheca facultatis arrium extant.

Georgius Pylander, Germanus, transtulit Hippocratis lib. 4. de morbis, quos Vuechelus excudit Parisijs. Idem de morbis mulierum scripsit. Item annulum Astronomicum aut sphaericum, excusum Mediolani apud Vincentium Medam, an. 1544. quatern. 5. Obijt Mediolani eodē ann.

Georgius Reischius, Carthusianus, scripsit Margaritam philosophicam excus. in 4. ex recognitione Orontij cum appendicibus, anno 1535. Basileæ. Eiusdem (vt puro) liber artis metiendi, seu Geometr. praxeos, excusus Parisijs à Guiljelmo Morelio, vænit 6. denariolis Gallicis.

Georgius Relmisius, scripsit rationarium euangelistarum.

Georgius Riplay, Anglus, sub D. August. titulo Canonicus regularis, scripsit Philosophorum secreta. De rerum temperaturis Historiam compassionis Mariæ. Alchymistarum mysteria, Compendium Alchymix, Vitam D. Ioan. Brydlynghon. Vitam D. Botulphi De magia naturali. Theoricam quandā, li. 1. Concordantias Guidonis & Raimundi, lib. 1. Castellū 12. portarū, lib. 1. Hoc opus est de calcinatione, Solutione, Separatione, coniunctione, putrefactione, cōgelatione, multiplicatione, projectione, & similibus. Practicam Ceremoniale li. 1. Dictarā Aegri, lib. 1. Dialogorū quoq; li. 1. De lapide philosophico li. 1. Carmina & epistolas, lib. 1. Et alia Claruit, an. 1492.

Georgij Richaymeri, de orbis terrarū situ compendium, excus. est Norinbergæ à Petreio, anno D. 1538. Eodem anno ab autore scriptū Viennæ.

Georgius Rotallerus, Hesiodi opera & dies Latine carmine elegiaco reddidit, & epigrammatum librum conscripsit, Petrus Brubacchius excudit Francoforti, anno 1546. octern. 8. & dimidio. Idem Sophoclis fabulas tres, Alexandram, Electram, & Antigonem, carmine Latino transtulit Gryphius excudit, anno 1550. Idem postea Sophoclis tragædias quotquot exiant Latino carmine reddidit. Antuerpiæ Guiljelmus Syluius, anno 1570. in octauo.

Georgius Sabinus Brandeburgensis, Philippi Melanchthonis gener, Isocratis orationē De concordia domi constituenda, & bello in Asiā transferendo contra Barbaros, Latinam fecit: quæ ex

cusā est 1531. Edidit quoq; Poemata aliquot excusa Argentorati apud Cratonem Mylium, 1538. Eius etiam oratio de vtilitate studiorum eloquentiæ habita in gymnasio Francfordiensi, inserta est Phil. Melanchth. declamationibus excusis Argentiniæ apud Crato. Mylium. Idem conscripsit libellum de electione & coronatione Caroli V. Romano. Impera. excus. Colonie apud Hen. Meranum. Item præcepta de carminibus ad veterum imitationem artificiose componendis: impressa cum Mycilli ratione examinandorum versuum suum, Francofurti 1569. Præterea Ioan. Funccius in Chronicis refert eundem scribere, quæ & quantā per ordinem Teuthonicorum militum sint gesta, & contra infideles barbaros perpetrata.

Georgij Sauromani, equitis Germani, oratio panegyrica de laudibus Maximiliani Aug. nuncupata Carolo & Ferdinando: impressa Basileæ apud Ioan. Frobeniū, anno 1520. cum panegyricis aliquot veterum. Eiusdem oratio ad principes Christianos, de religione ac communi concordia: impressa est Romæ, anno 1529.

* Georgij Saxonix dncis Epistola ad Lutherū impressa Ingolstadij, anno 1572.

* Georgij Schaller Germanicis rythmis descriptis omnium animalium bipedum & quadrupedum naturas atq; proprietates, Francofur. 1569.

Georgius Scholarius, defensionem pro Aristotele scripsit, à Georgio Gemisto refutatus, vt supra diximus. Georgij Scholarij in quinque vocces Porphyrij, Item Monodia in dormitionem S. Marci archiepiscopi Ephesini. Venetijs in bibliotheca ad S. Antonium manuscripta extant Græce.

* Georgij Schroegeij Boij Elegia ΕΞΕΡΜΙΑΣΙΝ in CL. vrbe Belgarum Handoterpiam, cum oda eiusdem argumenti. Plantinus excudit in quart.

* Georgij Schuuaiger moduli aliquot sacri cantau elegantissimi, Monachij 1572.

Georgius de Selua, episcopus Vaurenensis, octo vitas Græcorum & Romanorum ex Plutarcho transtulit. Liber impressus, an. 1548. in 16. apud Ioannem de Tournes. Eiusdem epistola in volumine epistolarum clarorum virorum habetur.

* Georgij Seifridi medici, Genealogia principum Brandenburgensium, Vujtenbergæ 1555.

Georgij Seifridi Sultzuelten, diarium typis excusum.

Georgij Sibuti Daripini, Germani, poemata de Maximiliani Cesaris aduentu Coloniam, Quentel Colonienensis impressit anno 1505. Addita ad eundem epigrammata Iacobi Spigelij, Petri Bonomi, Nicolai Marscalci, Henrici Einhorni, Ioannis Murmellij, Iacobi Canteri, Bernardi Greuingi, Theodorici Vlsenij, Ioannis Antonij Lucilij, Gualteri Tangerij. Idem Sibutus, scripsit artem memoratnam, concionatoribus & iuris peritijs vtilē, li. 1. Vitā D. Annæ carmine, li. 1. Claruit an. D. 1506. Hæc eius opuscula sunt impressa.

* Georgius Silber Schlag, Germanice edidit concionem de extremo iudicio, atque damnatorum pœnis & gaudio piorum, ex Cyrillo magna parte desumptam. Erdfurdi, anno 1572.

Georgius Simler Vuimpinensis, scripsit comœdiantarium non indoctum in comœdiā Ioan. Reuchlini præ-

ini præceptoris sui, quæ inscribitur Sergius, vel Capituli caput, impressum Phorceæ, 1580. Scripsit etiam obseruationes de arte Grammatica. Item de literis Græcis, & diphthongis, quemadmodum ad nos veniant, Quæ vnâ excusa sunt Tubingæ, per Thomam Anshelmum, anno D. 1512.

Georgij Spintleri Regimen spirituale, seu vera præseruatio & cura pestis, vbi ostenditur an, quomodo & quo fugienda sit pestis. Germani. Norinbergæ 1569. Explicatio Germanica in 17. caput Ioann. Ibidem 1570. Conciones quadraginta, de penitentiâ, confessione, absolutione, cena Domini, passione Christi, Ibid. 1573. Germani.

Georgij Steinhart, Ornamentum Christiani Synæci: explicatio Euangelij in visitatione Mariæ virginis. Francfurti, anno 1568.

Georgij Syngeli historiæ ab Adamo ad Alexandri Comuenu, Græce extat Romæ in Vaticana.

Georgius Technicus, grammaticus Græcus, numeratur inter illos auctores, ex quibus suum Cornucopiæ Phauorinus Camers collegit.

Georgius Trapezontius, Apostolicus secretarius, scripsit Rhetoricorû li. 5. excus. Basileæ apud Curionem, an. 1522. Dialecticam breuè quidem, sed absolutâ, quæ est impressa Coloniae apud Gymnicum anno 1530. & rursus ibidem, cum scholijs Nouiomagi, an. 1538. & mox Argentorati. Commentaria in orationes Ciceronis Philippicas: excusa Parisijs apud Ascensium, & Basileæ. cû alijs in Ciceronè cõmentarijs apud Rob. Vuinter. Et apud Oporinû an. 1553. Comparationes Aristotelis & Platonis, Venetijs an. 1523. in 8. Præfert aut Aristotelem longo interuallo. ideoq; ei pro Platone respondu Bessarion. Opusculum in locû illum Euangelij: Si volo cum manere donec veniam. quid ad te? & quod S. Ioa. Euangelista non dum sit mortuus, impress. Basileæ. 1543. apud Rob. Vuinter. cû alijs quibusdâ. Eiusdè in Cl. Ptolemæi centum sententias cõmentariû, & librum de Anificijs, in quorum ratione fata sua reijcit. item cû astrologorum iudicia plerûq; fallant: omnia excusa Coloniae 1544. & Venetijs. posteriores duo cum Omar de natiuitatibus, an. 1525. in 8. apud Ioan. Gymnicû, cum Ioan. Pontani dialogo, quatenus credendû sit astrologiæ. Transiit ex Græcis in Latiniû sermonem, Cyrilli cõmentarios in Euangelium Ioannis. & eiusdè Thesaurum, siue de Trinitate li. 14. Rhetoricorû Aristot. lib. 3. qui cû cæteris Aristotelicis operibus Latinis habentur. Eusebij de euangelica præparatione libros. Almagestû Cl. Ptolemæi, impressum apud Henr. Petri. Præterea trãstulit Arist. libros, de animalibus. Chrysostomi homilias in Math. 81. posteriores. Gregorij Nysseni mysticam Mosaicã victiæ enarrationem. Scripsit etiam Isagogen & cõmentaria in magnam compositione Ptolemæi, De diuina substantia secundum Aristot. doctrinam. De veritate fidei Christianæ. Epistolas in Psalmum 44. quorum quædam extant Venetijs ad S. Antonium. Claruit anno D. 1435.

Georgij Thymi Zuiicauensis, Hymni ex vârijs auctoribus collecti, cû melodijs Marrini Agricolæ, & Pauli Schalen reuereri. Impressi Zuiicauicæ 1552. Eiusdè catechismus Græcis catinibus scriptus, impressus Lipsiæ.

Georgij Valagufæ, Bononiensis, flosculi epistolarum Ciceronis, lingua Italica expositi, Venetijs impressi apud Cominum de Tridino Montisferati, anno Domini 1549. octern. 4.

Georgius Valla Placentinus, scripsit multa præclara volumina, de quibus extant subiecta. De orthographia li. 2. de quâritate syllabarû lib. 1. de figuris oratorum & poetarû lib. 1. in Ciceronè de vniuersitate li. 1. in eudè de fato li. 1. in Topicorû lib. eiusdè li. 1. in rhetoricâ ad Herenniu li. 1. in Luuenalè lib. 1. in poeticâ Horatii li. 1. de ratione disserendi lib. 2. De rebus expectendis & fugiendis li. 1. epistolarû ad diuersos lib. 1. Orationes varias. Eius de expectendis & fugiendis rebus magnum est opus, quo hæc continentur: de philosophiâ & mathematica in genere lib. 1. de arithmetica lib. 3. vbi quædâ a Boetio prætermittitur tractantur, de Musica li. 5. & primo de inuentione & cõmoditate eius, de Geometria lib. 6. in quibus elementorû Euclidis difficultates omnes ferè exponuntur, vbi etiâ de Mechanicis, spiritalibus, catoptricis, ac optiis, deq; quadrato circuli habetur, tractatus de tota Astrologia lib. 4. in qua fabrica, vsusq; astrolabij exaratur, & quæ signorû in exhibitio medicaminibus sit habenda obseruatio. De physiologia lib. 4. vbi & Metaphysices quædâ, lectu dignissima, de medicina lib. 7. vbi de simpliciu natura per ordinè literarû. Problematarû lib. 1. de Grammatica li. 4. de dialectica li. 1. de Poetica li. 1. de Rhetorica li. 2. de Morali philosophia li. 1. de Oeconomia, siue administratione domus li. 3. in quibus, de Architectura, req; rustica suus est locus, politicû vnicum volumen, vbi de iure ciuili ac pontificio primû, mox de legibus in vniuersum, inde de re militari agitur. De corporis cõmodis & incõmodis li. 3. quorû primus totus de anima, secundus de corpore, tertius verò de vrinis ex Hippocrate, ac Paulo Aegineta, deq; Galeni quæstionibus in Hippocrate. de rebus externis lib. 1. ac vltimus, vbi de gloria, amplitudine, & cæteris huiusmodi, hæc summam: sed insunt & alia plurima, quæ legendo licet cognoscere. Verum eius librationes separatim, varijs etiam locis, excusæ sunt. Nam liber de Orthographia, vnâ cû eiusdè de epistolari caractere, deq; imitatione atq; exercitatione præceptuiculis, Basileæ. 1541. De expedita ratione argumendi libellus, ad Nicephori imitationem: Basileæ apud Adamum Petrû, & Robert. Vuinter; & Coloniae apud Soterè. Philosophiæ moralis compendium ex Georg. Valla, Apianus Bernæ excudit. de inuenta medicina, & in quot partes distributa sit: Argentorati, de vrinis ibidem. De tuenda sanitate per victû, & quæ secundû cuiusq; naturâ in victu sequenda aut fugienda sint, cum P. Aegineta de ciborû facultatibus: ibidè. de corporis partibus libellus, cum Ioan. Andernaci anatomia, Basileæ apud Rob. Vuinter, 1536. de corporis cõmodis & incõmodis, de pulsuum differentia, Argentorati apud Henr. Sybold. cum Parthenij Dialogo de anatomie. de vniuersi corporis purgatione: ibidem De institutione rhetoris lib. 2. ibidem. Cõmentarij in Ciceronis dialogum de oratoria partitione, Lugduni à Gryphio. Et Basileæ à Roberto Vuinter, cû diueriorum cõmentarijs in libros rhetor

ricos Cicerohis. Commentarij in Almagestum Ptolemæi. Cémentarij eius in quadripartitum Ptolemæi, excusi sunt in Italia. Porrò ex Græcis Latinos fecit: Magnorum moralium Aristotelis libros duos, Nemesij de natura hominis lib. 1. Alexandri Aphrodisæi de febriũ causis & differentijs opusculum, Rhazæ librum de peste, & Pelli de victus ratione, Procli Diadochi hipotyposes astronomiearum positionum, Nicephori libellũ de cõpediaria arte differendi, Cleomedis de mundo, vel de meteoris librũ. * Problemata Auerrois, quæ venetijs excudit Anto. de Strada, an. 1488.

* Georgij Veneti Minoritæ Harmonia mundi totius.

* Georgius Viuiennus edidit Enchiridion de verborum & rerum significatione, hoc est titulum XVI, libri Digestorum L. P. collatũ cum Pandectis Florentinis & manuscriptis exemplaribus, adiectis scholijs & Antinomijs, Coloniae 1570. in 8. Item D. Iustiniiani lib. 4. Institutionum iuris, multo succinctiores quo facilius memoria reddantur, emendatioreſque repræsentavit singulis paragraphorũ initijs obseruatis. Ibidem. Tabulas institutorias in quatuor libros institutionum Iuris ciuilis. Partes duæ. Colonig, anno Domini 1571. Compendium de diuersis regulis Iuris Cæsarei: Digestorum libri L. titulus XVI. serie alphabethica. Ibidem.

* Georgij Vualtheri libellus precum, in vsum eorum qui morbo alijsq; tentationibus affliguntur, addita est doctrina de precibus quæstionibus aliquot comprehensa. Lipsiæ in 8. German. Regulæ vitæ Christianæ ordine decalogi adiunctis selectissimis sententijs & causis impulsivis, ex verbo Dei excerptæ. Vuitebergæ 1572. Consolationes parentum in morbo aut morte liberorũ. Norimbergæ. Consolatorius libellus. Francofurti in 12. Consolatio peccatoris sua peccata agnoscentis & petentis veniam, Ibidem. Consolatio eorum qui dolent mortem amicorum, coniugũ, liberorũ. Ibidem. Libellus de confessione peccatorum. Canticum Simeonis, explicatum ad consolationem & tollendum metum mortis. Præcipui articuli Christianæ doctrinæ, quæstionibus cõprehensi, & verbo Dei, ac Lutheri & Melancthonis dictis declarati & confirmati. Magdeburgi Fons Christianæ vitæ, è quo hauriantur causæ Christiane viuendi & respiscendi à peccatis. Ibidem. Causæ triginta quæ omnes Christianos à peccato deterrere & ad piã atq; sanctã vitã incitare debent. Francofurti. Omnia hæc Germanice ædita sunt. Quarta pars præcipuorum dogmatum Christianæ doctrinæ, Magdeburgi, anno Domini 1573. Germanice.

* Georgij Vuerberi musici, Cantiones sacræ quatuor, quinque & sex vocum, Germanice. Mulhusij in Thuringia.

Georgij Vuerneris Silesij, libri aliquot carminum editi. Item epistola eius, cum de fonte Smolnicio, cuius aquæ ferri consumendi vis inest, tum de alijs in Pannonia vndarum miraculis. Eiusdem liber De admirandis Hungariæ aquis, excusus Viennæ in quarto.

Georgius Vuicelius, Germanus, scripsit librum pro defensione bonorum operum, excu-

* *Guilhelmus* Pepin, Gallus, Dominicanus, scripsit de sanctorum imitatione lib. 1. Sermones quoque lib. 1. Expositionem Euangeliorum quadragesimalium, excusam Venetijs apud Graciosum Perthacinum 1569. in octauo. super Genesim partes duas. Item in septem psalmos penitentiales. Venetijs 1573. Claruit anno 1510.

* *Guilhelmus* Peregrinus, Anglus poeta, scripsit Odaeponicon Ricardi Regis. Floruit anno 1200. Baleus.

Guilhelmus Peralt siue de Petra alta, natione Gallicus, ordinis fratrum praedicatorum, Episcopus Lugdunensis, scripsit de eruditione religiosorum lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Item commentarios de vitijs & virtutibus, qui vberem materiam concionantibus suppeditant, quos Ia. de Voragine postea in epitomen redegit. Volat. Eius summa virtu-

tum ac vitiorum impressa est Antuerpiae 1573 octauo. & Venetijs, 1557, octauo, tomis duobus.

* *Guilhelmus* Perinus Dominicanus, sub specioso Eucharistiae titulo, quatuor sermones edidit. Pro magno Deo Mayzim lib. 1. De papistica Misfa quoque lib. 1. Vixit anno 1556. Baleus.

* *Guilelmi* à Perno Syracusani, commentarij in Fenda, & in aliquot pragmaticas & priuilegia eiusdem singularia habentur inter consilia Feudalia.

* *Guilelmi* Petrei Tolosatis, Morosophia, centum tetrastichis, Lugduni Matheus Bonhomme 1553.

* *Guilhelmus* Petroburgensis monachus, scripsit Distinctiones Theologiae lib. 1. Commentarios in Cantica lib. 1. Homilias notabiles lib. 2. Euphrasticam expositionem lib. 1. Opus partium lib. 1. Interpretationes vocabulorum lib. 1. Claruit anno 1188. Baleus.

* *Guilhelmus* Petri, Baiocensis, Tolosae Dominicanus, scripsit sermones multos lib. 1. Eratque Cardinalis S. Ceciliae. Claruit anno Dom. 1320.

* *Guilhelmus* Petite vel Paruus, monachus, scripsit Historiam de gestis Anglorum lib. 5. De Anglorum regibus lib. 2. In Cantica canticorum lib. 1. Commentarios alios lib. 1. Sermones eruditos lib. 1. Claruit anno 1200. Baleus.

Guilhelmus Philander Castilionus, scripsit castigationes atq; annotationes pauculas in duodecim lib. Institutionum M. Fabij Quintiliani, specimen quoddam futurorum in eisdem commentariorum. Gryphius impressit Lugduni, 1535. Eadem cum M. F. Quintiliani libris, sparsim adiectae suis locis, ab eodem Gryphio, 1536. impressae sunt. Scripsit etiam annotationes in Vitruuium de architectura, excusas Argentinae apud Georgium Macheropœum, anno 1550. & prius Romae apud Io. Andream Dossena Taurinensem ann. D. 1544. & Parisijs apud Michaelem Fezandant, anno 1545. Post ampliores apud Ioan. Tonasium Lugduni, in quarto. In praefatione promittit libros aliquot à se inchoatos, absoluturum se & editurum. De sectione & polituris marmorum. De pictura & certa colorum compositione. De infectoria & fullonica. De figulina. De surina. De vitraria. De textrina quae radio, quae quælae, id est pondusculis perficitur.

Guilhelmus ciuis Placentinus, scripsit de vniuersali medicina libros 4. in chirurgia lib. 1. Et alia quaedam. Extat eiusdem liber de scientia medicinali, pro perfectis praecipue scriptus, qui Summa conseruationis & curationis appellatur, & vulgo *Guilhelmina*. item Chirurgia, impressa Venetijs 1502. apud Octavianum Scotum. * *Guilhelmus* Placentini de Saliceto, Practica manuscripta. M. Dresserus.

Guilhelmus Plancius, Cenomanus medicus, Galeni commentarios in aphorismos Hip. Latinitate donauit, & annotationibus illustrauit: excusos Lugduni in 8. Idem transtulit ex Plutarcho de viuuium 7. sapientum, item libellum de superstitione. Gryphius excudit, anno D. 1552. in octauo. Conuiuium etiam Graece additum est innumris locis emendatum. Item transtulit Io. Chrysostomi libellum. Neminè ex viuus aut mortu-
anath

mathemate feriendum. Libellus excusus est
ueritatis. Emendauit etiam epistolas Græcas
idæi, & Græce præfatus est, Vuchelus excu-
t, anno 1540. Conuertit quoque easdem, ve-
nondum (quod sciam) edidit. Præterea Syne-
honiã, & omnia Philonis opera nunc trã-
re dicitur.

Guilielmus Pontanus Perusinus super 1. & 2.
fortiati: item super 1. & 2. Digesti noui.

Guilielmus Postellus Barentonius, scripsit al-
naberum, introductionem, & legendi modum, 10
guarum duodecim characteribus differentium:
impe Hebraicæ, Chaldaicæ, Chaldaicæ recen-
oris, quam à trãstũ fluminis vocant: Samarita-
e, que prisca Hebraica est: Arabicæ, vel Punicæ,
ius integra Grammatica sub compendio tra-
ur: Indicæ, Græcæ, Georgianæ, Tzeruianæ,
eronymianæ, vel Illyricæ, Armenicæ, Latine,
singulis autẽ illis rarissimas Christianorum in
uersis orbis partibus agentium historias habes, 20
ibus illæ linguæ (præter Arabicã, Hebraicã
Samaritanã) sunt in sacrorum vsu ac grãmati-
communes. Excudit Parisijs Dionysius Les-
ier, 1538. Scripsit etiam de originibus, seu de
ebraicæ linguæ & gentis antiquitate, deq; va-
rum linguarum affinitate librum, ibidem im-
essum. Grammaticam Arabicam, Arabicis ty-
s eodem loco excusam. De magistratibus A-
eniensium librũ, excusum Basileæ apud Io. O-
rinũ, anno 1543. Item de repub. Turcica, ad 30
anciscum Gallorum regem lib. 2. de Orbis ter-
cõcordia lib. 4. Basileæ apud Oporinum, an-
1544. Πανθηρολογία de compositione omnium dis-
iorum, circa æternam veritatem, aut verisimi-
adinem versantium. Vocat autem Tubæ pe-
ltimæ stridorem, & se Heliam Pandocheũ no-
nat, libellus excusus ab eodem. Candelabri-
pici in Mosis tabernaculo iussu diuino expref-
reuis ac dilucida interpretatio, Venerijs excus-
1548. de Natiuitate mediatoris vltima, nunc fu- 40
ra, & toti orbi terrarũ in singulis ratione præ-
is manifestanda. Liber excusus Basileæ à Io.
porino, anno Do. 1547. quatern. 23. Abscondi-
rũ à constitutione mundi clavis, qua mens hu-
ana tã in diuinis quàm in humanis pertinget
interiora velaminis æternæ veritatis. Liber
eodem excusus, chartis 6. & dimid. in 16. Eius-
m opus iuste magnitudinis, quod inscribitur,
oscondita à cõstitutione mundi, De naturæ hu-
ang restitutione, in eam conditionẽ quam ante 50
ccatũ habebat, nunc ad futura in inferioribus
m magno fœnore: in quo hæc cõtinentur, Clas-
scripturarũ, qua ad interiora itur velaminis:
rtiũ apertum æterni mysterij: Septẽ Sigillorũ
ri ab agno aperti referatio: Eũagelion æternũ,
u naturæ & gratiæ coniugiũ: ad Concilium di-
nicus coactũ vbiuis: liber nondum editus, ex-
t apud Io. Oporinum, Basileæ: aliquando in lu-
m edẽdus, cũ Deus voluerit. Commentariũ in
storiã Ruth. Euangeliũ Jacobi fratris Iesu
hristi, de admirabili natiuitate & incunabulis
rginis matris Mariæ, & ipsius Iesu, è Græco ve-
stissimo cõdice translaturũ. Impressum Basileæ à
Oporino in 8. cum Theodori Bibliãdri libro
vita Marci euangelistæ. De originibus, seu de

varia, & p̄driis, orbi Latino ad hanc diẽ incogni-
ta, aut inconsiderata historia, cum totius Oriẽtis,
tum maxime Tarrarorũ, Persarum, Turcarũ, &
omnium Abrahami & Noachi alumnorũ origi-
nes, & mysteria Brachimanũ reterente: Quod ad
gẽtium literarumq; quibus vtuntur rationes atti-
net, ex libris Noachi & Hanochi, totiusq; auitæ
traditionis à Mosis alumnis ad nostra tẽpora ser-
uata, & Chaldaicis literis conscriptæ, à Postello
posteritati eruta, expõsita, atq; propõsita. Liber
impressus ab Oporino chartis 8. & dimid. in 8. cũ
tabula vnus chartæ, ann. D. 1553. De æterno Chrĩ-
sti in interiorib. regno, & sacro Petri primatu, iã
ab Adamo per Noachum, Abrahamũ, Mosen &
Christum ad nos vsq; deducto: ex Zoharis, seu il-
lustrationis scripturarum sententia tam clara, v̄
sententiæ Euangelij instar sit: è 72. Seniorũ Mo-
sis spiritu donatorum doctrinã, à sancto Symeõ-
ne Iusto primum publicẽ expõsita. Admirabi-
lis Iudæorum clausorum, seu 10. tribuum Israel;
sub Turcarum & Ismaelitarũ potentia reductæ-
rum historia. Demonstratio, quod præcipua e-
ius doctrinæ, quæ nomine Aristotelis circumfer-
tur, placita, sint cõtra sensum & rationem tam ist
mente quàm humanis & diuinis literis expref-
sam, sola autoritate maxima mundi ingenia ob-
cæcante introducta, summiq; mali, id est, pertur-
batæ hætenus in vniuerso pacis causa. Chaug, seu
Euz matris omnium viuentium admirabilis, &
super omnes doctrinas mundi, secũdũ Euange-
licam veteris & noui Testamenti veritatem am-
plectendæ prophetiæ, cõscriptæ à Raziẽle, Ada-
mi primi parentis angelo, & ex libro Behir, id est
lucis purissimæ, excerptæ. Præfixa est Apologia
ad Christi veros alumnos, vt ratio tãtũ exponatur
mysterij, &c. De admirandis numerorũ Platonĩ-
corũ secretis, & diuina virtute intelligentiæ in il-
lis absconditæ: Ex Platonis Pythagoræq; præce-
ptorum commentarijs. Scripsit præterea multã
alia Postellus, quorum catalogum ad nos trãsmi-
sit, è quõ sequentia fermẽ omnia desumpta sunt.
De formidando Eliã aduentu nunc in spiritu fu-
turo, sicut in Ioanne erat in mente sua virtute &
spiritu. Opus est compactũ ex priscais patrum 72. 3
Mosis auditorũ doctrinis, ad docendum, quod va-
ni us solius Messiæ siue Christi opera necesse est
restitui ea omnia quæ Satanas destruxit in isto
mundo inferiori. De æterna rerum dispositione
opus, complectens & paucis exponens vniuersũ
historiã, ac demonstrans quomodo in figuratiuã
Geneleos historia est expressum, non solũ quid-
quid postea à Iudaica & Christiana repub. con-
tingit, sed multo maxime ibi exprefũ esse, quic-
quid in Gẽtili siue Esauina, & quicquid in Ismae-
litica politica cõtigisse videtur, & vnquã postea
continget. Nam hoc est verissimũ, omnia in figu-
ris contingebãt illis. Versio arboris diuinæ dispõ-
sitionis, seu diuinorum nominũ ex Hebræis antẽ
mille annos manuscriptis, vbi ostẽditur innume-
rorũ argumentorũ fontibus, fore omnino com-
plẽdã restitutionẽ omnium in virtute decimĩ nomi-
nis Dei, quod est Adonai, in quo delitescit intelle-
ctus potẽtialis, siue possibilis aut passibilis virtus;
Liber Gallice scriptus de fœminæ naturæ excellẽ-
tia, in quo finaliter docet, inter ceteras ingenio &

pietate singulari feminas, vnam necessario dari
 Christo instar cordis cum cerebro coniunctissi-
 mam, quæ sic super omnes feminas mundi post
 virginem matrem excellat, salua diuinitate, sicut
 Christus omnibus hominibus antecellit. De mo-
 narchiæ rationibus & iure, tam ex diuinis quam
 ex humanis & cœlestibus decretis constituto: Li-
 ber Gallicè scriptus, ostendens ad tollendas mun-
 di tyrânides nullum esse expeditius remedium,
 quam vt iureretur ad monarchiam in eius princi-
 pis verba, qui diuino, cœlesti & humano iure vi-
 debitur electus, & si erit in hac recessator, proxi-
 me aut tertio loco succedentem in ordine, etiam
 in munere successorem accipiat. Volumen pro-
 phetiarum itidem Gallicè scriptum, & ab Ara-
 bum, Syrorum, Armeniorum, aliorumq; popu-
 lorum orientalium sacris, ab omnibus receptis
 placitis hoc ipsum de monarchia confirmas. De
 Galliæ originibus, Latine scriptum opus, osten-
 dit hoc ipsum de monarchia. Eiusdem operis
 parasceue idem confirmat. Opus de summo La-
 tinæ aut humanæ historiæ capite, in quo tam ex
 Macrobio & authoribus humanis, quam ex Mo-
 se describitur vita Iani seu Noachi parentis mun-
 di, vt vniuersus orbis ad rationem pacti sempiter-
 ni cum eo initi, & seculi aurei vitam ab eo olim
 institutam obseruandam in vera concordia exci-
 retur. Libellus opusculumue de summo à no-
 bis in hac vita apprehensibili, ad facultatē theo-
 logicam Parisiensem. Ostenditur autem pau-
 cis in hoc scripto, in nobis esse quatuor elementa
 spiritualia sicut sunt corporalia. Mentem quæ
 igni aut luci respondet, spiritum qui spiritui, &
 hæc cœlitus extrinsecus in nos venire, vt in-
 tellectus agens & possibilis. Animam autem ra-
 tionalem seu partem superiorem; quæ rectius a-
 nimi nomine vocatur, aquæ respondere, & ideo
 in aqua lustrari & repurgari cum fide in media-
 torem: Harmoniam autem temperamenti hu-
 mani, seu partem inferiorem quæ nobis & bru-
 tis communis est, terræ respondere. Opus de
 orbe terrarum in duodecim sedes primarias, sub
 monarchia Christianissima, diuidendo, & 71.
 præfecturis administrando. De forma Eupolis-
 tiæ siue reformationis opus eodem tendens, vt
 ad seculi aurei vitam, duce euangelio, redeatur.
 Apologia pro Gallia contra eos qui eius gloriæ
 detrahunt, aut silentio in suis scriptis, aut male-
 dicentia: Gallica lingua scripta. De expeditio-
 nibus à Gallis versus orientem susceptis liber, in
 quo origines, progressus & rerum Gallicarum
 consistentiam retexendo, ostenditur, qua nam ra-
 tione, postquæ dux ratio illos capaces fecerit reli-
 gionis veræ & repurgatæ, possit exercitus Chri-
 stianorum in Ismaelitas ferri & Christo parere
 regnum. Liber Gallicus de admirandis Indiæ
 & noui orbis historijs, in quo exponitur situs pa-
 radisi terrestri in oriète Syriaco positi, & quam
 late Christi religio sit nostris seculis & prolata
 & propagata. Liber Gallicus de sacris ritibus,
 potissimum auitæ traditionis rationes explicas.
 Liber de aurei siue futuri seculi doctrina, expli-
 cans duce ratione, Christianæ professionis com-
 pendium. Lex Gallica reuellens errorem com-
 munem Gallorum, qui Salicam suam primam le-

gem pro Gallica nominat, & non agnoscunt in-
 tra ipsum diluuium iam fuisse Gallos, quum sint
 progenitores (teste Solino) Vmbrorum priorum
 populorum mundi, & qui ab aquis siue imbris
 diluuij dicti sunt. Opus de Satanicæ monar-
 chiæ destructione super Danielis prophetiam,
 demonstras maximum peccatum mundi, quod
 necesse est esse Antichristi solius, non posse esse
 aut fieri cõmittiue ab alio, quam ab eo qui sum-
 mam totius mundi auctoritatem habeat, & ta-
 lem impietatem nunc fore disturbandam. Con-
 sultatio qua ratione fieri possit, vt Germani pe-
 nes se æternum habeant, faciantq; imperium, ad
 Germaniæ principes & gentem Germanicam.
 Contra atheos & omnes euangelij euersores de-
 monstratio, quod ea doctrina quam Christus au-
 thoritate sua instituit, non tantum est secundum
 naturam rationalem omnibus doctrinis mundi
 præferenda, sed ex ipsis Hebræorum interpreti-
 bus ipso Christo tempore superioribus, videtur
 omnino esse conformis illi, quæ iam à Mosis tẽ-
 poribus ad Christi vsq; tempora per veras inter-
 pretationes peruenerat. Discussio qua tenus sit
 aut neotericorum Iudæorum sensibus, aut sepa-
 tuaginta interpretum transcriptioni in absoluta
 & nunquam postea mutanda bibliorum versio-
 ne inhærendum. De filio perditionis & suis as-
 seclis, qui vnâ cum eo eleuatur supra omne quod
 dicitur Deus, & quando corruet eius potentia
 De Turcarum & cæterorum Ismaelitarum fati-
 De raris & posteritati notandis historijs. De
 admirandis rebus quæ à quinquaginta annis con-
 tingerunt, vsque ad annum salutis 1553. & quæ in
 de ad annum 1583. contingent. Vitæ illustri-
 nostri seculi hominum, & eorum maxime quæ
 inuenisse ea videntur quæ nunquam antea cog-
 nita creduntur. Imagines cœli ad puras sine fi-
 bulis figuras reductæ. Zoharis opus super le-
 brum Genesios ex Chaldæo translatum, in quo
 innumera latent secreta & mysteria, ac ostendi-
 tur priscam priscorum Mosis auditorum doctri-
 nam, omnino esse conformem doctrinæ euangeli-
 cæ, & reformationi Iudaicæ, à Christo inculca-
 tæ & suo sanguine confirmatæ. Liber Behiræ
 Chaldæis translatus, in quo successus regni Chri-
 sti videtur. Commentarius super Abdiām, in
 quo demonstratur quod omnino necesse est
 quod Aedomi, siue gentilitatis impietati addidit
 & genus & vires, tanquam Satanae membra co-
 ficiantur à fidelibus, tam per sacra quam per ra-
 tionalia arma, ita vt etiã ab occidentalibus (v-
 tã prius aut victricæ imperij Zarphar, hoc e-
 Gallia) fiat expeditio in terræ sanctæ recupera-
 tionem, ad hoc vt ipsa Christi proprietas nõ ta-
 tum spiritualis, sed literalis & temporalis vind-
 cetur à fidelibus, & fiant in mundo duo loca sa-
 cra, vnum ad Noachi sepulchrum pro temporali-
 bus Romæ, alterum ad sepulchrum Adami.
 Syria, imò ad Adami noui Iesu Christi monu-
 mēta clarissima, vbi orientales Christiani ita ce-
 tas expectant occidentalium Christianorum si-
 petias, vt olim Iudæi in Aegypto opem diuinam
 Quatuor Davidis psalmi super lilium testimonij
 decãtati, expositi de lilio 22. in candelabri fabri-
 ca, & maxime in septem verticibus collocato,

ostendendum ex illis certissimam Christi per sua membra de vniuerso victoriam, & ad notandum quod est impossibile vnquam ad veram & realem monarchiam perueniri in Occiduo orbe, priusquam aut rex Galliarum adipiscatur imperium; aut aliquis imperator subigat ita Galliam, vt primæ expeditionis vires ex Gallici populi in monarchiâ conducti motu assurgant, & ad Christi proprietatem asserendam pergant. Etsi enim in hoc conflictu totis 500. annis fuerit Occidentalis Christianismus, tamē magis dominandi libidine quam imperiū Christi promouendi, multi vtrinque contenderūt. Commentaria in Apocalypsim, opus ad illustrationē spiritus & mentis conditū. Commentaria instituta in vniuersos sacræ scripturæ libros, in quibus ratio cum autoritate sacra coniungitur, vt aut quælibet sacra veritas probetur, secundū leges naturæ, aut quicquid cōtra illam à quibuscunq; dicatur aduersarijs, destruat. Preter hos aut libros, quorū aliqui editi sint in igno-
 ramus, sequētes typis excusi extāt. De Eururige regionis quæ prima in orbe Europeo habitata est, originibus, institutis, religione & morib. & in primis de aurei seculi doctrina & vita præstantissima, quæ in diuinationis sacræ vsu posita est, G. Postelli cōmentatio. Excusa Florētiæ, ann. D. 1551. in 4. De Fœnicū literis, seu de prisco Latinæ ac Græcæ linguæ caractere, eiusq; antiquissima origine & vsu cōmentatiūcula: in qua ostēditur quomodo ex vna Fœnicū linguæ & Latini & Græci characteres ortū ducant, vt hac ratione exciteur Christianismus ad primæ linguæ mundi admirationē. Excusa Parisi, apud Martiū Iuuenē, anno 1551. De vinculo mundi liber, in quo fidei summa capita naturalibus rationibus probatur. Ab eodem excusus, ann. 1551. Cosmographia, siue de vniuersitate liber, Excusus Parisijs apud Io. Guellartū 1552. Compendiū de monarchia lingua Gallica scriptū, Ibidem excusum apud Sebast. Nuellium, ann. 1552. Syriæ descriptio, seu chorographia terræ sanctæ, cū Calendario secundū prisca Noachi tēpora restituto. Exponit hic liber nō solum chorographiā terræ sanctæ, sed quare quæ ibi tam sub patribus quam tēpore Christi cōigerunt, & quomodo rerū in toto orbe iuncturā, ea omnia figuræ fuerint. Gallice excusa sunt Parisijs, cū nouo testamento Gallice edito. Tabulæ in astronomiā, arithmeticam theoreticā, & musicā theoreticam, excusæ Parisijs, ann. 1552. Singulæ singulis folijs. Abrahami patriarchæ liber Iezrah inscriptus, id est formatio, ex Hebræo in Latinū translatus à Postello, excusus Parisijs anno 1552. Exponitur autē hoc libro creationis mundi opificium, sicut ante mundi constitutionem Deus ordinauerat in sua sapiētia, tā æterna quam creata, illa videlicet quæ ab initio & ante secula non tantum erat, sed etiam creata erat, quæ à philosophis dicitur aut mens aut intellectus, agens & possibilis in vnum coniunctus. Euersio falsorum Aristotelis dogmatū, authore Iustino martyre, Postello interprete, excusa Parisijs apud Nuellium, anno 1552. Liber de causis seu de originibus & principijs naturæ vtrinque, in quo ita de æterna rerum veritate agitur, vt & autoritate, & ratione, non tantum vbiuis particularis Dei

providentia, sed & animorum & corporis immortalitas, ex ipsius Aristotelis verbis recte intellectis, & non detortis, demonstratur clarissime, Postello authore. Ab eodem excusus. Aduerxi præterea idē Postellus ex peregrinationibus suis duabus in Syriam, & regiones ad Orientem sitas, quamplurimos optimos libros, Arabice & alijs linguis externis scriptos, qui à nobis sparsim suo quique loco indicantur. Iudicium Postelli de stella peregrina quæ anno 1572 apparere incēpit, impressum in 4.

Guilhelmus Puteanus, scripsit defensionē Ioan. Mesuæ medici, Aloen aperire ora venarum, aduersum Ioan. Manardum, & Leon. Fuchsiū, & alios, impressam Lugduni 1537. Eiusdem libri duo, de medicamentorum purgantium facultatibus, quorum prior eam facultatem quæ à substantiarum similitudine succos trahere & purgare medicis multis dicitur, ab omnium purgantium consortio explodit. Posterior autē omnium purgantium medicament. veram & germanam rationem, certa methodo, atque ordine nosse demonstrat: Excusi sunt Lugduni apud Matthiam Bonhomme, anno D. 1552. in 4.

Guilhelmi de Quercu, theologi, mentionem facit, qui Io. Tritemij ecclesiasticis scriptoribus appendicem adiecit.

* Guilhelmus Radynges, Carmelita, scripsit Examinationes Templariorum libr. 1. Ordinarias quæstiones libr. 1. Claruit anno 1312. Baleus.

Guilhelmus Ramesey, Anglus, Benedictinus, scripsit vitam Guthlaci eremita, & Gesta sui cōnobij, Vixit anno Domini 1360.

Guilhelmus Realis Luuere, scripsit de arbore iurisdictionum.

* Guilhelmi Redoani tractatus de rebus ecclesiæ non alienandis. Venetijs 1572, in folio. De spolijs ecclesiasticis tractatus (forte idem cum superiore) Romæ 1569, quarto.

Guilhelmus Rhieuallensis, Anglus, monachus Cisterciensis, scripsit Chronicorum opus. Claruisse fertur anno Domini 1160.

* Guilhelmus Rimston monachus, dialogū scripsit contra Vuicleuistas libr. 1. Conclusiones catholicas libr. 1. Ad quendam Anachoretam libr. 1. Vixit anno 1390. Baleus.

* Guilhelmus Rishanger, monachus Benedictinus, composuit Chronicorum opus libr. 1. De belis Leuues & Euesham libr. 1. Super electione Scottorum Regis libr. 1. De Iohanne Balliolo rege li. 1. De iure regis Anglorum ad Scotiam libr. 1. Continationes Mathæi Parisij li. 1. Annales Eduardi primi libr. 1. Claruit anno 1312. Baleus.

Guilhelmi Rondeletij, doctoris medici, & medicinæ in schola Monspelienſi professoris regij libr. 18. de piscibus marinis in quibus veræ piscium effigies expressæ sunt, excusi Lugduni ann. D. 1554. apud Matthiam Bonhomme, in fol. chartis 156. Continentur autem his libris hæc. Primum quæ ad vniuersam piscium omnium cognitionem pertinent, libris quatuor explicatur. Deinde sequuntur singulorum piscium descriptiones, quorum singula genera singulis libris explicantur: ijs igitur cōprehenduntur, Lati & cōpressi & squamosi pisces, Saxatiles, atq; his proximi maxima ex parte

lati atq; cōpressi. Pisciculi vt aphyarum genera,
& quæ his figura proxima sunt, etiãsi magnitu-
dine differant, Lacertorum genera: Pisces ferè ro-
tundi & non compressi, squamosi. His rotundio-
res, rubescentes crassoq; capite. Plani non cartila-
ginei. Plani cartilaginei. Longi. Peregrini. Ceta-
cei, beluæ marinæ, monstra. Hæc sunt genera pi-
scium sanguine præditorum, quibus subiungun-
tur pisces sanguinis expertes. Molles & Crusta te-
nui contexti. Atq; hæc in hoc opere continetur, 10
quib. propediè se additurū promittit reliqua ge-
nera quæ sanguine vacant, scilicet, Quæ testacea
vocantur, cōchæ suæ vnica, suæ duplici testa con-
stans. Turbinata & cochleæ, Insecta & Zoophy-
ta. Tum etiã tractabit De piscibus Marinorum
stagnorum. Lacuum magnorū. Fluuiorum. De
Palustribus & terrenis. De amphibijs. Idem au-
ditoribus suis multas subinde doctissimas, vtilis-
simasq; obseruationes suas dictare nõ desinit; di-
ctauit autem hæcenus Librum de compositione 20
medicamentorum secundum genera. Librum de
compositione medicamentorum secundū locos
affectos. Cēsuras in theriacā antidotū Androma-
chi. Promisit etiã librum De formis remediorū.
Commentaria in Dioscoridem, & quædam alia,
quæ vt in lucem aliquando prodeant, harum re-
rum studiosi exoptant. Eiusdem Methodus de
materia medicinali, & cōpositione medicamen-
torū. Patavij Hieron. de Gilbertis 1556, Eiusdē De
ponderibus, siue iusta quãtitate & proportione 30
medicamentorū liber, Lugduni 1560. De cogno-
scendis morbis. De morbo Gallico. De febribus
Methodus curandorum omnium morborum,
De compositione medicamentorum. Pharmaco-
polarum officina. De fucis. Omnia simul im-
pressa Parisijs in 8.

* *Guilhelmus* Rotthuel, Dominicanus Theo-
logus, composuit commentarios in Paulum ad
Romanos lib. 1. Ad Cor. lib. 2. Ad Galatas lib. 1
Ad Ephes. li. 1. Ad Philip. li. 1. Ad Colos. lib. 1. Ad
Thes. li. 2. Super sententias li. 4. Postillā in Iudicū 40
lib. 1. In Regum historiā lib. 4. In Psalterium Da-
uidis lib. 1. In Ecclesiasticum lib. 1. Cōciones plur-
res li. 1. De principijs naturæ li. 1. De intellectu li.
1. Quæstiones scholasticas lib. 1. Quidam putant
eum claruisse circiter annum 1360. Baleus.

Guilielmi Rouilij, promptuarij iconum insi-
gniorum à seculo hominum, subiectis eorum vi-
tis per compendiū ex probatissimis authoribus
desumptis, partes duæ, prima à condito mundo 50
ad Christū, secunda à nato Christo ad nostrā vsq;
tempora pertingit. Excusus est hic liber ab ipso
authore Lugduni, ann. D. 1553 in 4. maiorjs folij.
Primæ partis chartæ sunt 24. Secundæ 32. Eius-
dem descriptiones iustitiæ & iniustitiæ.

* *Guilhelmus* Roye, scripsit in patria lingua, in-
ter patrē Christianū, & filium contumacē, Dialo-
gū Christianum lib. 1. Aduersus Cardinālē Vuol-
fium lib. 1. Claruit anno 1530. Baleus.

* *Guilhelmus* Rusbrouke, de ordine Minorum, 60
scripsit de gestis Tartarorum lib. 1. Itinerarium
Orientis lib. 1.

* *Guilhelmus* Safontis, Tolofanus, de ordine E-
remitarum D. Augustini, scripsit super Senten-
tias lib. 4. De trino & vno lib. 1. De idiomaticum

differentia lib. 1. De diuersitate rerum lib. 1. Etã
lia. Claruit anno Domini 1350.

Guilhelmi Saliceti, medici, de salute corporis
tractatus, Lipsiæ impressus, anno D. 1495.

* *Guilhelmus* Salisburius Britānus vel Cābrius,
scripsit Dictionariū Cābricæ linguæ li. 1. De An-
glica pronunciatione lib. 1. Antiquitates & leges
Houuelis lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* *Guilhelmus* de Samuco, natione Syrus seu Pa-
lestinus, Eremita montis Carmeli, Saracenorum
violētia ab Acchonensi vrbe fugatus, ad Cyprū
peruenit, ac tandem scripsit Chronicon de perdi-
tione monasteriorum terræ sanctæ, ac de multi-
plicatione sui ordinis per Europam li. 1. In regu-
lam sui ordinis lib. 1. Decretales religiosorū lib. 1.
Super sententias lib. 4. Vixit anno 1280.

* *Guilhelmus* de sancta fide, Carmelita, scripsit I-
nitiaciones Theologorum lib. 1. Determinationes
lib. 1. De conceptione Marię lib. 1. Quodlibet
ta quoq; lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Obijt
anno 1372. Baleus.

* *Guilhelmus* de Sauiniliaco, Gallus, patria To-
lofanus, Carmelita, scripsit Decretales religiosorū
lib. 1. In textum sententiarum lib. 4. Quæstiones
Sententiarum lib. 4. Expositionem missæ lib. 1.
Super quatuor Decretales lib. 1. Sermones per an-
num lib. 1. Et alia. Obijt Parisijs anno Do. 1348.

* *Guilhelmi* Sarcerij Concionēs funebres. Isle-
bij 1568 in octauo Germanicæ. Eiusdem, Infer-
nalis tristitia & luctus spiritus, vbi ostenditur
Satanam sub specie falsi gaudij, pleni terroris
& tristitia, omne verum gaudium turbare: vna
cum explicatione Psalmi 47. Ibidem in quarto
Item alia concio de palæstra Christi & fidelium
quomodo Christus cum Satana certarit eum
que vicerit nostra causa, &c. 1572. Victoriarum
Christi aduersus Satanam & omnes impios de-
scriptio 1573. Herbarium spirituale, in quo com-
memorantur omnes plantæ quarū in sacris lite-
ris & scriptis Lutheri mētio fit, & quomodo cō-
siderandæ sint exponitur. Frācofurti 1573, in folio.

Guilhelmus Sengham, natione Anglus, scripsit
de fide & legibus lib. 1. de professione nouitiorū
lib. 1. Annotationes scripturarum lib. 1. Claruit
anno Domini 1280.

* *Guilhelmus* Senonēsis, archiepiscopus, scripsit
Contra prauam doctrinam Petri Lombardi Pa-
risiorum episcopi, qui dicebat quod Christus
quod homo, non est aliquid lib. 1. Claruit ann.
Domini 1160.

* *Guilhelmus* Seyton doctor medicinæ, scripsit
De curatrice chirurgia lib. 1. Baleus.

* *Guilhelmus* Shirburne Philosophiæ & Theo-
logiæ cultor, scripsit Quodlibeta theologica lib.
1. Claruit anno 1390. Baleus.

* *Guilhelmus* Shiruode, scripsit Lecturā sente-
tiarū lib. 4. Distinctiones Theologiæ lib. 1. Con-
ciones aliquot lib. 1. Obijt anno 1249. Baleus.

* *Guilhelmus* Slade monachus, Cisterciensis se-
ctæ imitator, scripsit Super vniuersalia li. 1. Quæ-
stiones de anima lib. 1. Quæstiones Ethicorum
lib. 10. In Physica Aristotelis lib. 8. Super senten-
tias lib. 4. Moralium flosculos lib. 1. Claruit ann.
1380. Baleus.

* *Guilielmi* Sooni, Auditor, siue Pomponij
Me

Mela disputator, de situ orbis. Adiecti sunt ad finem orbis terrarum noui incolae. Coloniae. 1572. in 8.
 * *Guilhelmus* Staphylhart Carmelita, scripsit lectiones in Esaiam lib. 1. In Canticum Mosi lib. 1. In aliquot Psalmos lib. 1. Sermones ad Clerum Oxon. lib. 1. De materia paupertatis lib. 1. Ordinarias quaestiones lib. 1. Docuit Oxonij, anno 1456. Baleus.
 * *Guilhelmus* Starnefeldius, Cantianus, Carmelita, scripsit Historiam cœnobij sui lib. 1. Lecturas & conciones lib. 2. Claruit anno 1390. Baleus.
 * *Guilhelmus* Stubbes, Anglus, qui praeses erat Collegij Iesu Catabrigie, scripsit inductorium Logices li. 1. Declarationem Scoti in secundo li. Et alia. Claruit anno Domini 1490.
 * *Guilhelmus* Stephanides Cantuariensis monachus, scripsit De vita & passione Thomae lib. 1. De visionibus post mortem lib. 1. De miraculis eiusdem lib. 1. Aëtus Henrici secundi lib. 1. Claruit anno 1190. Baleus.
 * *Guilhelmus* Sudberij, monachus Vuestmonasteriensis, scripsit summam de proprietatibus sanctorum lib. 1.
 * *Guilhelmus* Surflet, Anglus, Carmelita, scripsit de vitijs & virtutibus lib. 1. Conciones plures lib. 1. Obijt ad fanum Botulphi, anno Domini 1466.
 * *Guilhelmus* Southampton, monachus Dominicanus, composuit super sententias lib. 4. Postillas in Esaiam lib. 1. In moralia Gregorij lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Quaestiones Theologiae lib. 1. Claruit anno 1340. Baleus.
 * *Guilhelmus* Sutton astrologus, scripsit De iudicij reuolutionum lib. 1. Floruit anno 1450. Baleus.
 * *Guilhelmus* Taylour, Anglus, Vuideui discipulus, scripsit contra inuocationem sanctorum lib. 1. & Conciones multas. Ob fidei confessionem Londini combustus est, anno Dom. 1422.
 * *Guillemi* Tardiui Ancienensis, rhetoricae artis & oratoriae facultatis compendium, typis excusum in Gallia. Adijciuntur & praxis exordiorum, ex grauissimis autoribus excerpta.
 * *Guillemi* Tardiui de puteo ad Carolum octauum Gallorum regem liber de arte accipitrum seu falconum, quem transtulit ex Latinis libris regis Danici (qui primus inuenit & scripsit artem falconum) & Moami Guillini, & Guicennasii. Impressus in octauo.
 * *Guillemi* Textoris, Itinerarium terrae sanctae, manuscriptum in bibliotheca Tigurina. Eiusdem sermo de cœna Domini, & quidam alij citantur, nescio an impressi, Vixit circa annum 1485.
 * *Guilhelmus* Thorney, Anglus, monachus Benedictinus, scripsit quorundam duorum vitas. Vixit circa annum Domini 1334.
 * *Guilhelmus* Thorpe, Anglus, ob sanioris fidei confessionem in carceres coactus, & a Londinensi antistite liberatus, scripsit ad impositos sibi articulos lib. 1. Testamentum vitae vltimum. Glossas in Psalterium. In carcerem coactus, non sine suspitione interijt. anno Dom. 1407.
 * *Guilhelmus* Thyone Chauceri opera restituit;

scripsitq; Castigationum Chauceri lib. 1. Claruit anno 1542. Baleus.

* *Guilhelmus* Tripolitanus, Acchonenensis cœnobij in terra sancta, Dominicanus, scripsit ad Theobaldum Leodiensem postea Gregorium decimum, De statu Saracenorum lib. 1. Claruit anno Domini 1270.

* *Guillemi* de Tulalto, super 2. Digesti veteris, Pro socio. l. societatem. paragr. arbit.

Guilhelmus Turnerus, Anglus, omni bonarum literarum eruditione Latinus & Graecus, Rhetor & poeta clarissimus, scripsit de naturis herbarum li. 1. Historiam auium succinctam. In Catonis disticha moralia lib. 4. Sententiarum flores ex varijs lib. 1. Ad vnionem dissidentium lib. 1. de arte memoratiua lib. 1. in Publij Mimi versiculos lib. 1. Pro insequenda Romana vulpe lib. 1. de Missa papistica lib. 1. de Hierosolymorum excidio lib. 1. Epigrammata diuersa. Pro Statione ad Papam carmen iocosum. Epitaphium Gisberti Longolij, Transtulit Urbani Regij colationem nouae doctrinae ad veterem, in linguam Anglicam. Claruit anno Dom. 1548.

* *Guilhelmus* Tyndale in sermone Britanico haec absolute pietatis opuscula edidit. Obedientiam Christiani hominis lib. 3. In Mammonis parabalam lib. 1. Practicas Praelatorum lib. 1. De Ecclesia aduersus Morum lib. 1. Contra Mori dialogos lib. 1. Super Testamento Tracy lib. 1. In tria Matthaei capita lib. 1. Aduersus Ioi calumnias li. 1. Semitam ad scripturas lib. 1. In Epistolas Iohannis lib. 3. De sacramentis & signis lib. 1. De purgatorio parochi lib. 1. Praefationes Biblicas lib. 1. In linguam vernaculam transtulit Pentateuchum Mosi lib. 5. Iosue Iudicum & Ruth lib. 3. Historiam regum lib. 4. Paralipomenon lib. 2. Esdras & Nehemiam lib. 4. Prophetiam Ionae lib. 1. Nouum Testamentum Christi lib. 27. & quaedam opuscula Lutheri & Erasmi. Martyr inuictus occubuit anno 1535. Baleus.

Guilhelmus Tyrius, Archiepiscopus Metropolitani, scripsit Belli sacri historias libris 23. quibus comprehendit ea quae in terra sancta ac vniuersa penè Syria per occidentales principes Christianos ad Balduinum vsq; quarti regnum per annos 84. gesta sunt Liber impressus Basileae per Nicol. Brillingerum & Ioan. Oporinū, ann. Domini 1549. Idem scripsit ad Bernardum Antiochenum, Epist. plures. Obijt anno 1130. Baleus.

* *Guilhelmus* de Valle, de anima. Sorbona.

Guillemi Varignanae secreta sublimia ad varios curandos morbos, additis nonnullis flosculis, impressa Lugduni anno 1526. Eiusdem opera medica de curandis morbis particularibus & vniuersalibus, febribus, apostem. & vlcerebus, de venenis, de faciei & totius corporis mundificatione, Henricus Petri excudit, ann. Domini 1545. in octauo.

* *Guillemi* Varronij, decisiones de sacramentis, Vixit anno 1272.

Guilhelmus de Velde, patria Gelrensis, canonicus ordinis regularium S. Augustini in Franckental, scripsit Statuta forcerum ordinis sui lib. 1. Opus de toto vniuerso, id est de mundi principiis medio & fine, quod praenotauit Empyreale in 2

ius lib. 24. Compendium huius operis Empyreale minus lib. 7. Tabulas quoque multas in diuersis materijs non minus vtilis quàm subtiles. Sermones ad populum. Epigrammata & diuersa carmina. Quaedam non abijcienda in mathematica. Epistolas plures. Et alia nonnulla quæ suo tempore venient ad lucem. Claruit anno Do. 1495. Tritt. de script. Germ.

* *Guilhelmus Vorilonge*, Gallus, minorita, scripsit super sententias lib. 4. Opus est Parisijs impressum. Claruit anno Domini 1490.

Guilhelmus Vuellys, Anglus, monachus S. Augustini, scripsit actus curiosos libr. 1. disputationum Theologicarum lib. 1. distinctionum in Psalterium lib. 1. postillationes Euangeliorum lib. 1. declamationum lib. 1. Obijt Linuæ, anno Domini 1421.

* *Guilhelmus Vuetley*, scripsit commentarios in Boetium de cōsolatione lib. 5. De disciplina scholarium lib. 1. super diuisiones eiusdem lib. 1. Epistolae ad diuersos, lib. 1. Baleus.

Guilhelmus Vuhyte, Anglus, *Vuicleui olim discipulus*, scripsit de vero sacramento lib. 1. de baptismo & confirmatione lib. 1. de Confessione & remissione. De æqualitate iurisdictionum. de Antichristi sacerdotio. de libera nubendi lege. de virginitate & coniugio, Ad Parlamentum regium lib. 1. Speculum caputiatorum. Aduersus mendicantes. de ciborum delectu. de ceremoniarum abusu. de festiuitatum obseruatione. de subtrahendis decimis. de reliquijs & tumulis. de possessionibus auferendis. de cultu sacrilego. Sermonum ad plebem lib. 1. Pro fidei confessione autem Norouici demum combustus est, anno D. 1428.

* *Guilhelmus Vuhittingham*, transtulit in Latinum sermonem Liturgiam Geneuensis Ecclesie lib. 1. Assertionem Ridlæi de Eucharistia lib. 1. Prorestorationem eiusdem Ridlæi lib. 1. Viuit. Baleus.

* *Guilhelmus Vuickham*, Eboracensis Archiepiscopus, scripsit Memoriale quoddam lib. 1. Obijt anno 1285. Baleus.

Guilhelmus Vuoderforde, Anglus & minorita, scripsit contra *Vuicleui* Trialogum lib. 1. contra XVIII. articulos eiusdem lib. 1. Aduersus *Gualterum Britte*. Determinationes Oxonienses. de Conformitate nostra ad Christum. Quæstionum LXXII. de Eucharistia lib. 1. de *Vuicleuo* damnando lib. 1. pro conseruandis clerici possessionibus, &c. vixit anno D. 1396. Libellus contra 18. articulos *Vuicleui*, impres. est Coloniae, ann. 1535. cum *Aenea Syluio* de concilio Basiliensi.

* *Guilielmus Xylander Augustanus*, Aristoteles philosophiæ in Academia Heidelbergensi professor, plurima è Græca lingua in Latinam conuertit. *Tryphiodori* *ἱστὸρία ἀποικίας*, Latinis hexametris ita vt versus versus respondeat: id opus iuuenis adhuc circiter 16 annos natus in scola Augustana fecit, Oporinus ipso in scio edidit. Verum idem opusculum denuo heroico carmine vertit, annotationibus additis, quibus pleraque loca corrupta restituntur, multa explicantur; sed ea versio non est edita. Pfellii de quatuor disciplinis mathematicis opusculum, adiectis annotationibus, & carmine de philosophia. Oporinus 1556. in octauo. *Dionis* historiam Romanam, cum

annotationibus. Oporinus 1558, in folio, & Lugduni Rouilius in octauo. *Plutarchi* *Parcellæ* seu vitas, annotationibus additis. Heidelbergæ *Ludouicus Lucius* 1561, in folio. Eas recognitas per occasionem, vel per partes Deo volente edet. *Plutarchi* de Homero & audiendis poetis libellos, quos etiam annotationibus locupletibus explicauit. *Cedreni* historiam ab origine mundi vsque ad annum 1200. Basileæ in magno folio Græce & Latine cum annotationibus 1565. *Marci Antonini* imperatoris libros 12. de seipso. Tiguri in octauo, apud *Gesneros* fratres. Eisdem libellos denuo recognouit & edidit, additis alijs libellis. *Antonij Liberalis* transformationum congerie. *Phlegontis* fragmento de Olympiadibus, & de admirandis, & *longæuis*, *Antigoni* historijs mirabilibus, quæ omnia Græce & Latine excudit Basileæ *Thomas Guarinus*. *Euripidem* Latinum *Philippum Melanchtonis*, id est ex eius lectionibus negligenter excerptum, correxit, addita de suo quantum deerat *Hecuba*: impressit Oporinus 1558, 8. *Ludou. Lucius* recognitam cum *Philippæa Hecuba* 1561. *Theocritum* in octauo cum Græci scholijs in 18. *piora Idyllia* correxit, additis suis in reliqua annotationibus 1558. *Oporinus* *Brunbachio*, *Euclidis* sex primos libros in linguam *Tetricam* nostram transtulit, typisq; & cōmentarijs illustrauit. Basileæ 1562. *Plutarchi Cheronei* moralia, de Græca in Latinam linguam transtulit. Basileæ. *Guarin*. 1570, fol. *Strabonis* rerum Geographicarum libros 17. recognouit, emendauit & Latinos fecit, additis annotationibus. Basileæ in officina *Henrici Petri* 1571, in folio. *Stephanum* iridem de urbibus recognouit & transtulit. Scripsit præterea nondum quod sciat edita. Variarum lectionum libros. Tabulas Græcæ grammaticæ absolutissimas, *Algebra*, *Euclidea*, *Geometrica* & *Astronomica* varia. Annunc sacros *Noui Testamenti* libros è Græca lingua in Germanicam quàm accuratissime transtulit, & annotationes adiungit. Transtulit etiam *Diophanti* libros arithmeticos nondum editos.

* *Guitmundus* episcopus *Auersanus*, scripsit libros aliquot contra *Berengarium* qui Colonia cum *Lanfranco* *Algero*, & alijs eiusdem argumenti scriptoribus impressi sunt. 1060

* *Gundisalvus* de *Villadiego*, De hæreticis & eorum pœnis. De origine dignitate ac potestate Cardinalium S. R. ecclesie, eiusque *Vicerecellarij*.

Gybertus. vide *Gilbertus*.

Gybertus Longolius *Vetricensis*, natione *Batuus*, scripsit scholia in *Erasmi* libellum de ciuitate morum puerilium, excusa Parisijs apud *Vichelum*. Annotationes ad dilucidam claramq; editionem quindecim libris *Metamorphoseon* *Quidij* adiectas. Io. *Gymnicus* impressit Colonia 1534. & 1538. Annotationes in obscura & difficilia loca rhetoricorum ad *C. Herennium*, ibidè impressas 1535. Scholia quedam in *Plautum*, ibidè excusa. *L. Vallæ* *Elegantiarum* libros omnes scholijs quibusdam, vbi hætenus mendosi fuerent illustrauit, cum alijs doctorum annotationibus, ibidè 1537 excusi.

excusæ. de Apollonij Tyanei vita Philostrati
libros, ab Alemano Rhinuccino translatos, ad
Græcū exemplar emēdauit, & annotationes pas-
sim marginibus adiecit: impressas 1532. cū Euse-
bio Contra Hierocle. Plutarchi opuscula aliquot
moralia, hæc enī non conuersa, trāstulit, ibidem
impressa 1542. sunt autē hæc: Num seni sit geren-
da respublica. de parentū erga liberos amore. cau-
sarum naturalium lib. 1. disceptatio, vtrum ignis
an aqua sit vitior. Stoicos magis mirabilia quā
poetas asserere, de tribus reipub. generibus, mo-
narchia, democratia, & oligarchia, de odio & in-
uidia. Dialogum de auibus, & earū nominibus
Græcis, Latinis, & Germanicis, non minus festi-
uū quā eruditū, & ad intelligendos poetas vti-
lē. Tractat autē solū de auibus, quas pulueratrices
vocat: nam institutū de reliquis etiā perscriben-
di mors præpediuit. ibidē impressum, 1544. circa
finem, studiosorum aliquot in eius mortē epi-
graphia adijciuntur: & ipsius G. Longolij carmen
elegiacū, protrepticum ad bona studia. Idem con-
ciliū Nicenū impressum Coloniae, ann. D. 1540.
ex Græco in Latinum trāstulit. Aemilij Probi
vitas Græcorum imperatorū scholijs illustrauit,
appositis locis quos Probus ē Thucidide vertit
& trāstulit. Liber impressus Coloniae, Lexicon
Græcolatinum excusum Coloniae à Io. Prael, an-
no 1533. in 8. adiectioe vocabulorū circiter mil-
le auxit, quæ adiectis asteriscis signata sunt.
Gymnastus super Exodū, citatur in summa Al-
berti Magni, Forfan Primastus legendum.

H

HAbakuk propheta sub impio rege Manasse
prophetauit contra Nebuchadnezar regem
Babyloniae, qui Iehuda multa damna intulerat.
Vocat prophetiam suam Onus, quod infaustum
ac infelix vaticinium fuerit regno Chaldeorum.
Numeratur inter prophetas minores, & absoluit
suam prophetiam capitibus tribus. Eius vitam
describit Epiphanius.

H. B. P. medicus, scripsit annotationes breues
in Dioscoridem (quod ad noticiam singulorum
simpliciu attinet,) ex Mathioli Senensis comen-
tario ferè translatas, cum translatione Io. Ruel-
lij, adiectis etiam figuris. Balthasar Arnolletus
excudit Lugduni in 8. anno Dom. 1552.

R. Haccados Iudæus (alius à R. Iuda, quem Iu-
dæi etiam R. Haccados, id est sanctū nominant)
doctrina & spiritu prophetiae claruisse dicitur,
ac multa & quidem admiranda de Christo scri-
psisse, præsertim librum inscriptum Gale razeya;
id est reuelator secretorum. Vixit annis aliquot
ante Christum natum.

Haggai propheta, quem nostri Haggum vo-
cant, excitatus fuit à spiritu prophetico, post
quam populus redijt à Babylonica captiuitate:
quem propheta vrgens ad reedificationem tem-
pli Dei, & minans, quādiu illius extruccioni
non instarent, nihil illis prosperè successurum.
Huius historiam Epiphanius quoq; in vitis pro-
phetarum paucis attingit. Prophetia eius inter
minores veteris Testamenti prophetas in duo
per breuia capitula diuiditur.

Hagnoclis Rhodij Coronistæ fabula, aut poc-
mation, citatur ab Athenæo.

* Halcarius, episcopus Cameracensis numero
decimus, scripsit de pœnitentia lib. 6. Claruit sub
Carolo Magno, anno D. 840. Fortè Halitgarius
Halthonus à nonnullis scribitur, quem supra
nominauimus Aitonum.

Hali filius Abbas, discipulus Abimeher Moy-
si filij Seiar, librum conscripsit Regalis disposi-
tionis titulo, &c. regi cuidam nūcuparum, libris
20. à Stephano philosophiæ discipulo in Antio-
chia ex Arabico sermone in Latinum trāstulatum,
anno Domini 1127. cum Michaelis à Capella sy-
nonymis medicis, Excusum Lugduni, 1523. apud
Iacobum Myt.

Hali Abbas, & Ioan. Serapionis compositio
pharmacorū, Arabice extant apud Guilelmum
Postellum.

Hali filius Abenragel Arabs, cui aliquādo Al-
bohazen prænomen additur, præter librum cō-
pletum in astrorum iudicijs, scripsit etiā librum
Signalium astronomiæ, & tabulas proprias 36.
capitum. Liber cōpletus de iudicijs seu fati stel-
larum, impressus Venetijs apud Erhardum Rat-
dolt. 1485. Huius opera emēdata, & latinius red-
dita, excusa sunt Basileæ apud Henricum Petri,
opera Stupæ, 1550.

Hali Rodoham Aegyptij commentarij in ar-
tem paruum Galeni, impressi Venetijs cum Ioan-
nitio. Eiusdem commētarij in Cl. Ptolemæi Cen-
tiloquium & Quadripartitum, ibidem excusi a-
pud Octavianum Scotum, 1493. cum aliquot a-
lijs astrologicis Arabum opusculis. Scripsit et-
iam duo opuscula, vnum de proiectione radio-
rum, & alterum de tribus natiuitatibus, quarum
primam de seipso fecit, quæ superioribus com-
mentarijs adiuncta sūt.

* Halitgarij episcopi quinque libri pœnitentia-
les ad Ebonem episcopum, manuscripti extant
in bibliotheca Tigurina.

R. Hamā vel Hamai filij Hamina liber Specu-
lationis: est autem Cabalisticus liber quem citat
Reuchlinus, & Corn. Agrippa. Eiusdē liber qui
dicitur eloquentissimorum capitū in cabala. Li-
ber de reconditis Psalini 19.

Hammonus à quibusdam aspiratur, nos in pri-
ma litera sine aspiratione ponere maluimus.

Hammularius vel Amalarius Fortunatus, ar-
chiepiscopus Treuerēsis, Germanus; monachus
Luxouiensis, & R. E. Cardinalis, scripsit inter cæ-
tera, de ecclesiasticis officijs lib. 1. ad Ludouicum
de eadem re lib. 4. de misterijs missæ lib. 1. ad di-
uersos epistolas lib. 1. Claruit anno Dom. 813.

Hamulus episcopus Lugdunensis in Gallia, scri-
psit opus insigne ad Carolum, contra Iudæos.
Floruit anno D. 830.

* Hamuel quidam chymicus scriptor commen-
tator senioris, citatur ab Hortulano philosopho.

* Hanardi Gamerij Mosæi, Bucolica, ad imi-
tationem principum poetarum Theocriti, &c.
conscripita, Antuerpiæ Plantinus 1568. octauo.
Eiusdem Satyra contra impudens Iacobi An-
dree Smidelini de Lutheranorū concordia meff-
daciū. Item Spōngia aduersus fallaces Vuolff-
gangi Martij ineptias. Coloniae 1569.

* *Hanibaldus* Romanus, theologiae doctor, quē aliqui Cisterciensem, alij Carmelitam scribunt, scripsit *Lecturam sententiarū* lib. 4. Quodlibeta scholastica lib. 1. Atq; alia. Claruit anno Domini 1170.

* *Hanibaldus* alter, etiā Italus, professione Dominicanus, scripsit super sententias quoq; lib. 4. Ille magister Parisiensis fuit.

Hannonis Peripplus, id est, circumnavigatio *Libyæ*, impressa Græcè Basileæ apud Froben. 1533. 10 cum alijs quibusdam Græcis geographicis: Et *Latine* Contr. Gesnero interprete cum Ioan. Leonis Africa.

Hanno quidam citatur à Plinio, qui *Naturalis historiae* lib. 5. & 18. eius scriptis vsus est.

Harmodij Lepreatæ librum de legibus in *Phigalia* Athenæus citat.

Harpali scripta citantur à Plinio, qui ex illis quædam in librum *naturalis historiae* 18. transtulit.

* *Harpocratio* Aelius dictus, sophista, scripsit de ijs quæ videantur à rhetoribus ignorata esse: & argumenta orationum *Hyperidis*: Eminentiam esse *Herodoti* historiam: De ordinibus seu aciebus apud *Xenophontem*: De arte rhetorica: De ideis seu figuris, seu dicendi generibus. *Suidas*.

* *Harpocratio* Argivus, Platonicus philosophus, Cæsaris familiaris, scripsit commentariorum in *Platonem* libros 24. *Vocabulorum Platoniorum* lib. 2. Idem. 30

* *Harpocratio*, Caius dictus, sophista, scripsit de *Antiphontis* figuris, de *Hyperidis* & *Lysiae* orationibus, & alia. Idem.

Harpocratio Mendesium, de placentis scripsit ut meminit Athenæus.

* *Harpocratio* & *Cyrani* liber *πρωτοῦ δυνάστη* Romæ in *Vaticana*.

Harpocratio, *Valerius* dictus, rhetor *Alexandrinus*: vocabula decem *Oratorum*, & *Floridorum* collectanea, scripsit. *Suidas*. *Harpocratio* 40 *tionis* *Dictionary* Græcū, de dictionibus rhetorum per ordinem literarū, impressum est *Venerijs* apud *Aldum* cum *Vlpiani* Comment. in *Demosthenem*. Eiusdem De dictionibus *Isocratis*, liber ibidem excusus cum *Isocrate* Græco.

* *Hartmann* Beier quæstiones in sphaeram *Sacrobulsti*. *Frankofurti* in octavo.

* *Hartmannus* Dulichius, Germanus, transtulit è Germanico in linguam Latinam, de veteri ac novitio *Deo*, seu de idololatriæ origine librum 1. Opus est impressum. Claruit ann. Domini 1520.

* *Hartmannus* *Hartmanni* I. C. & *Bernardus* *Vurmserus*, in iudicio *Camæ* imperialis & in consistorio *Electorum* *Ludouici* & *Friderici* *Palatinorum* principum, collegerunt libros duos *Præctiarum* observationum. *Basileæ* *Thomas* *Guarinus*, in fol.

* *Hartmannus* *Miles*, scripsit *Annales* qui citantur à *Ioanne* *Stumpffio* *Helueticarum* rerum scriptore. 60

Hartmannus *Scedel* *Nurenbergen*. scripsit inter alia ex *Iacobo* *Pergomæsi* & alijs historiographis, addens nonnulla, maximè de rebus Germanorum, opus grande & insigne, quod conti-

net *Historias* temporum. Claruit anno Domini 1494. *Hartmanni* *Schedelij* consilium de peste & alia medicinalia.

* *Hartmanni* *Schoepperi* *Panoplia* omnium liberalium artium genera continens, breuiter & dilucide confecta: Carminum liber primus cum mira varietate rerum vocabulorumq; nouo more excogitatorum copia. Accesserunt imagines venustissimæ, omnes omnium artificum negotiationes ad viuū repræsentantes. *Frankofurti* 1568.

Hartmundus monachus monasterij *S. Galli*, ordinis *Benedictini*, *Rabani* *Mauri* quondam auditor, Græcè Latine & Hebraice peritus, & Arabice non ignarus, scripsit tam metro quam prosa multa præclara opuscula. Feruntur autem super quibusdam *bibiæ* libris commentarij eius non abiiciendi. Item epistolarum ad *diuersos* lib. 1. Sermones quoque, cantus, hymni, & varij in scripturis sanctis tractatus, quos studiosus quisque inquirat. Claruit anno Domini 870. *Tritt. de script. Germ.*

Haryngbus *Sifridi* *Sinnatna* de *Hagis* *Phrysiæ* oriundus, qui vulgò *Hermannus* appellatur, scripsit super titulos *Codicis* lib. 12. super tit. ff. veteris lib. 24. super tit. ff. infortiati lib. 14. super tit. ff. noui lib. 12. super tit. autenticorum lib. 1. in vsus feudorum lib. 1. de pace constantiæ lib. 1. super tit. institutionum lib. 4. super tit. *Decretalium* lib. 5. Floruit anno Domini 1494.

* *Hasso* de *Contractibus* manuscript.

Haymo *Anglus*, in *Cantuarum* comitatu non longe à *Cantuarina* natus, minorita, scripsit *Breuiarium Romanum* lib. 1. in *sententiarum* lib. 4. *Sermones* per annum. Vixit ann. Domini 1260.

Haymo *Archidiaconus* *Cantuariensis*, scripsit librum de fructu incarnationis 1. de sanctorum imitatione lib. 1. *Pugnam* virtutum ac vitiorum. de quibusdam martyribus. Floruit anno Domini 1040.

* *Haymo*, monachus *Floriacensis*, scripsit vitam *Abbonis* *Abbatis* olim *Floriacensis* lib. 1. Claruit anno Domini 1020. Inuenio etiam *Haisionem* vel *Haymonem*, *Floriacensem* monachum scripsisse *historiam* à *Iustiniano* ad *Carolum* *Magnum* lib. 1.

Henricus Euticus, Francus orientalis, scripsit carmine doctissimo scommata, seu vrbanos & lepidos iuuenum iocos, in medicina opuscula plurima. Satyram in sophistas & dialecticos, & humanitatis studij inimicos: in laudes beatæ virginis. Epigrammata varia & multas ornatissimas epistolas, publico stipendio conductus Francfortiæ. Claruit anno Domini 1494.

Henrici Fabri introductio ad Musicam practicam, non modo præcepta sed exempla quoque ad vsum puerorū accommodata, quam breuissime complectēs. Mulhusij Doringorū 1568. in 4.

Henricus Fabricius Laurentij Suriij Chronicon ex Latina lingua in Germanicam transtulit. Coloniae 1668. in folio. Item Catechismus Romanæ ecclesiæ, ex maiore Catechismo Tridentini concilij excerptum. Ibidem.

Henrici Fabricij de Tabernis montanis, Græculatio Heidelbergæ, ad Illustriss. principem D. Casimirum comitem Palatinum Rheni, &c. & Generosissimam Heroinam Elizabetham, Illustriss. Saxonix principis Augusti Filiam. Heidelbergæ 1570.

Henrici Farnesij Leodiensis VI. Doctoris, de imitatione Ciceronis libellus. Antuerpiæ apud Henricum Loicum. 1571.

Henricus Flicker, scripsit compendium calculorum, seu proiectiliū ratiocinationis, excusum Coloniae annō 1550.

Henricus Florentinus, carmine descripsit potentiam Friderici primi Imperatoris. Citatur a Felice Malleolo.

Henricus de Frimaria, qui est pagus Turingiæ prope Gotam, scripsit de Decem præceptis, de Perfectione spirituali hominis interioris, de Passione Domini, Sermones breues de tempore, Sermones de sanctis, Expositionem decretalis illius vbi de sacramentō altaris agitur, Commentum ethicorum, Tractatum de instinctibus. Omnia hæc manuscripta in bibliothecis Turingiæ habentur. Arbitror hunc esse eundem qui Henr. de Vrmaria nominatur.

Henricus de Gandauo archidiaconus Tornacensis, Germanus, scripsit summam Theologiæ libr. 1. super Sententias libr. 4. de virginitate libr. 1. quodlibeta libr. 2. de penitentia libr. 1. in Metaphysicam libr. 14. in Physicorum libros 8. Et in alios Aristotelis libros multos. Sermones quoque varios & diuersas in sacra pagina lecturas. Eius summæ quæstionum ordinariarum excusæ sunt Parisijs 1520. in folio. Claruit an. Dom. 1299.

Henrici de Gandino tractatus magnus de iure: manuscriptus. M. Dresserus.

Henricus de Gauda, Germanus, scripsit super

sententiarum libr. 1. de celebratione missarū libr. 1. orationes varias. Quæstiones disputatas, & alia quædam. Vixit anno D. 1435.

Henricus de Geilnhusen, monachus cœnobij Spånheimensis, gymnasijs Erfordensis baccalaureus, scripsit ad Nouitios monasterij portæ Mariæ, ordinis S. Vuilhelmi, longam & instructam epistolam de profectu & institutione spirituali libr. 1. Vitam S. Benedicti abbatis carmine elegiaco libr. 1. Sermones de tempore & de sanctis libr. 1. Contra pluralitatem beneficiorum libr. 1. Et quædam ad diuersos epistolæ. Obijt anno Domini 1488. Tritt. de script. Germa.

Henricus Loricus, Glareanus, Heluetius, ex pago Glarona, poeta laureatus, scripsit multa quibus nomen suum posteritati consecrauit, quæ diuersis locis typis excusa sunt, ex quibus hæc habentur. Aelij Donati methodus scholijs eius illustrata, ac eiusdem subsequentijs octo tractatibus aucta. 1. de generibus nominum 2. de nominum declinationibus. 3. de gradibus comparationibus. 4. de heteroclitis. 5. de verborum coniugationibus & formis: item de defectiuis & anomalis. 6. de constructionis regulis & syntaxi. 7. de syllabarum quantitate, pedibus, & carminum generibus. 8. de figuris: opus impress. Tiguri apud Froshouerum. Isagoge in Arithmeticam, vel Epitome de Arithmeticae practicæ speciebus: impressa Friburgi Brisgoiæ, anno 1539. Descriptio de situ Heluetiæ & vicinis gentibus: de quatuor Heluetiorum pagis: pro inuitissimo Heluetiorum fœdere Panegyricon: ad Maximilianum Augustum Panegyricon. Omnia versibus heroicis, cum commentarijs Osualdi Myconij doctis & vtilibus in 3. priora opuscula: Liber impress. Basileæ apud Ioan. Frobenium, anno 1519. idem quadrienniō ante apud Adamum Petrum Basileæ, sine Myconij commentarijs exiuerat. Isagoge in Musicam, impressa Basileæ 1516. de geographia liber vnus, ab ipso auctore tertio recognitus, impressus Friburgi Brisgoiæ anno 1533. iudicium in P. Terentij carmina per omnes comœdias: Liber impressus Lugduni, anno 1540. in Q. Horatium Flaccum Annotationes, impressæ Friburgi Brisgoiæ, anno 1539. Eadem anno 1540. ibidem cum ipsius Horatii operibus, impressæ sunt, adiectis vbi que argumentis, carminum rationibus, & alijs quibusdam. Eadem annotationes rursus impressæ sunt seorsim Basileæ 1543. Annotationes in P. Ouidij Metamorphoses, impressæ. Annotationes in M. T. Ciceronis librum de senectute, impressæ Basileæ apud Brylingerum 1544. in C. Crispi Salustij quæ adhuc extant historiæ fragmenta, annotationes: impressæ Basileæ apud Cratandrum 1538. in C. Iul. Caesaris commentarios annotationes, excusæ Lugduni apud Gryphium 1540. & ab auctore recognitæ & auctæ. Friburgi anno D. 1544. octern. 9. & dimid. in T. Liuium annotationes, & Chronologia in totam Romanam historiam, impressa Basileæ cum ipso Liuiio: Lugduni autem seorsim, anno 1542. Dionysium Halicarnassum recognouit, & annotationibus illustrauit: & Chronologiam temporum in Dionysij historia comprehensorū adiunxit, vè supra diximus in Dionys. Elegiarū li. 2. ad Huldæ

Erasm. l. 1. Ep. 5. p. 11.

rychum Zuinglium, excusos vnâ cum Musica ipsius in 4. De arte Musica libros aliquot doctissimos excusos Basileæ apud Hen Petri, an. 1549. in folio. Item de ponderibus ac mēsuris librum, impref. Basileæ apud Isingrinium, anno 1550. item Annotationes in Valerium Maximum excusas Basileæ ab Hen. Petri anno 1553. cū Valerio Maximo. Præterea in Suetonium & Lucanum, Scripsit præterea Annotationes in Eutropium impref. Basileæ 1555. Henrici Glareani epistola ad Ioannem Heruagium, qua continetur apologia aduersus Caroli Sigonij maledicta in ipsum: & iudicium de illius doctrina & emendationibus Liuianis. Huic præfixa est epistola Ioannis Iacobi à Ritzburg ad lectorem. Patavij Gratius Pezarchinus 1557.

* Henricus Goeldlin Tigurinus, scripsit Germanice de pestilentia: etiam contra puncturam lateris, vt Germani vocant.

Henrici Grammatei libellus de arte uasandi, 20 impref. Viennæ. Eiusdem arithmetica Germanica cum regulis Col. excusa.

Henrici Grauij annotatiunculae in Cæc. Cypriani opera, cum eisdem impref. Coloniae apud Quentel. 1544.

Henricus Gorrickem, natione Germanus, scripsit Conclusiones sententiarum lib. 4. de superstitionibus li. 1. contra Hussitas quoq; lib. 1. de festorum celebratione lib. 1. summarium sancti Thomæ lib. 1. sermones & collationes lib. 1. quæstiones & determinationes in super varias, lecturas, libros & diuersos tractatus edidit. Eiusdem tractatus de superstitionibus quibusdam vt videntur casibus, seu caeremonijs ecclesiasticis, impref. est in 4. chartis 2. & dimid. Tractatus de celebratione festorum, in idem in 4. excusos, totidem chartis. Vixit anno Domini 1460.

Henrici Greue de Oetingen disputationes & explicationes paruorum logicalium, in Academia Lipsensi.

Henrici de Grimma Misniaci, Labyrinthus, in quo continentur sermones de tempore & sanctis.

Henricus Gulpen, abbas monasterij S. Aegydiij Nurenbergæ, ordinis D. Benedicti, Germanus, scripsit de pœnitentia lib. 1. super de consecratione lib. 1. de passione Domini lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1417.

Henricus Gundelfinger, canonicus ecclesiæ Bazonenfis, scripsit librum de thermis Badensibus in Heluetia, ex quo Conradus Gesnerus quædam in suos libros de thermis transtulit.

Henricus de Hachenburg, ordinis fratrum prædicatorum, natione Germanus, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1.

* Henricus de Hanna, Carmelita, scripsit elegantes epistolas lib. 1. Conciones aliquot lib. 1. Ordinationes conuentuum lib. 1. Obijt an. 1299. Baleus.

* Henricus Harkelci, scripsit super Magistrum sententiarum lib. 4. De Transubstantiatione li. 1. Quæstiones Theologiæ lib. 1. Determinationes lib. 1. Quodlibeta quoq; lib. 1. Claruit anno Domini 1396. Baleus.

Henricus de Harena, natione Anglus, patria Nordouolcas, Carmelita, dictauit suis scribendarum epistolarum formulas, postea editas. Scrip-

sitque de ordinationibus locorum lib. 1. Obijt Stanfordiæ anno 1399.

Henricus de Hassa iunior, ordinis Carthusiensium, scripsit Super Sententias lib. 4. in Genesim lib. 1. in Exodum lib. 1. in Parabolas Salomonis lib. 1. in Apocalypsin Ioannis lib. 1. dialogum inter episcopum & presbyterum lib. 1. sermones vtriusque lib. 1. Item librum contra disceptationes & contrarias prædicationes fratrum mendicantium, super conceptione S. Mariæ virginis, & contra maculam S. Beinhardo mendaciter impositam, impref. um alicubi in Germania. Item regulas ad cognoscendam differentiam inter peccatum mortale & veniale: excusas cū Antonini opere de eruditione Confessorum 1483. Præterea Theoricas planetarum, & alia quædam in Astronomia. Scripsit etiam librum de Contractibus, & de ordine censuum, qui Germanis libris annexus est. Idem scripsit explanationem super orationem dominicam. Mortuus est anno 1397. Henrici de Hassa, super 4. lib. Sententiarum de Habitudine causarum, & influxu naturæ superioris respectu inferiorum: de verbo incarnato: de clauibus ecclesiasticis ligandi & soluendi: de disseretione spirituum: manuscrip. apud M. Dresle. Item Expositio orationis Dominicæ & Angelicæ saluationis, & super prologum Bibliæ.

Henricus de Herph, ordinis fratrum minorum S. Francisci, Germanus prouinciæ Coloniae. Scripsit volumen magnum & inf. gne, de præceptis decalogi lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones per aduentum lib. 1. de tribus partibus pœnitentiæ lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Domini 1460.

* Henricus Holzschullerus Modista, edidit libellum Latinarum & Germanicarum scripturarum Basileæ 1551.

* Henricus Horneby Lincolnensis, Cantabrigiæ academiæ theologus, edidit Historiam nominis Iesu lib. 1. Historiam visitationis Mariæ lib. 1. Claruit anno 1510. Baleus.

* Henricus Houerde, Surriæ Comes, Anglici metricis elucidauit Ecclesiasten Solomonis lib. 1. Psalmos Dauidis aliquot lib. 1. Vergilij Maronis Aeneida lib. 1. Pro Duce Richemundia lib. 1. Contra Londinenses ciues lib. 1. Carmina iuuenilia li. 1. Londini decollatus fuit an. 1547. Baleus.

* Henricus Huntingtonensis archidiaconus, historicus egregius, scripsit Historiam rerum Anglicarum lib. 10. Historiam breuiorem lib. 1. Seriem regum orbis lib. 1. Seriem regum Britannia lib. 1. De imagine mundi lib. 1. De appetitu mundi lib. 1. De contemptu mundi lib. 1. De sanctis Angliæ lib. 1. Super Beati immaculati li. 1. De summis rebus lib. 8. De origine rerum Britaniæ lib. 1. Profecutiones Bedæ lib. 1. Ad consorium Guaher lib. 1. Epigrammaton li. 8. Lusus amatorios li. 8. De herbis, aromatibus, & gemmis lib. 8. De ponderibus & mensuris lib. 2. De lege Domini ad Ptroburgenses lib. 1. Laudes Alphredi & Elsted. lib. 1. Carmina diuersi generis lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Claruit anno 1148. Baleus.

* Henricus de Huecta, Alemanus, Carmelita, scripsit breuiarium sententiarum lib. 4. Quæstiones scholasticas lib. 1. Claruit anno Domini 1390.

* Henrici Institoris contra Valdenses. Item co-

ra errores nouissimos. Cōtra Monarchiam An-
tonij Roselli, Venetijs 1499.

Henricus Isaac musicus, citatur in musica Glæ
reani.

Henricus de Kalkar, natione Germanus, ordi-
nis Carthusiensis, & Prior domus S. Barbaræ in
Colonia Agrippina, scripsit exercitatorium mo-
nachale lib. 1. Loquagium de rhetorica lib. 1. Cæ-
uagium de musica lib. 1. de ortu ordinis sui lib. 1.
& quædam alia. Claruit anno Domini 1390.

Henricus Kalyfen, archiepiscopus ecclesiarū
Nydrosiensis & Cæsariensis, ordinis fratrum Præ-
dicatorum, patria Confluentinus, scripsit sermo-
nes de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. ser-
mones per quadragesimam lib. 1. super Magnifi-
cat lib. 1. quæstiones varias lib. 1. collationes ad
clerum, & alia complura. Floruit anno Domini
1495.

Henrici Knauff Nidhartus, sine de inuidia li-
bellus. Francofurti 1569. Germanice. Idem Lu-
ciani libellum de Calumniâ in Germanicam lin-
guam transtulit. Ibidem. Propædia in leges &
præcepta prosodiæ, facillimis versibus memò-
riæ adiuuandæ gratia reddita. Erphordiæ 1573
in octauo. Erotemara Christ. Phrislebij in In-
stitutiones iuris in Germanicam linguam trans-
lata. Francofurti.

Henricus Knyghton edidit De gestis Anglo-
rum lib. 1. Baleus.

Henrici Kyspenningij Velonenſis de medita-
tione mortis, & varijs, eos qui mortem lentam
subitamue vel violentam obeunt, consolandi
modis, libri septem impressi Coloniae 1573. in
octauo.

Henricus de Langenstein, dictus de Hassia, na-
tione Germanus, scripsit super Sententias lib. 4.
in Genesim & prologum lib. 5. de Antichristo
& schismate lib. 1. de eruditione sacerdotij lib. 1.
de anima cōtemplatiua lib. 1. de cōtemplati-
one lib. 1. speculum animæ lib. 1. de horis canoni-
cis lib. 1. contra Astrologos lib. 1. super oratione
dominica lib. 1. super Aue maria lib. 1. super Sym-
bolo Apostolorum lib. 1. de contemptu mundi
lib. 1. contra fratrem Telesphorum lib. 1. contra
quendam Vuicestram lib. 1. ad canonicos regu-
lares lib. 1. de proprietate monachorum lib. 1. ser-
mones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1.
In Cantica canticorum lib. 1. epistolarum ad di-
uersos lib. 1. Claruit anno 1400.

Henrici de Lubeck ordinis Prædicatorum
Quodlibetum, manuscriptum M. Dresserus.

Henrici Luytenij sacrae theologiae baccalau-
rei enarrationes Euang. Dominicalium ab Adu-
uentu vsque ad Septuages. Item Explicatio de
natiuitate Domini nostri Iesu Christi, ex secun-
do cap. D. Lucæ. Item De septem donis spiri-
tus sancti. De quatuor virtutibus cardinalibus.
De octo beatitudinibus: cum libello De Spiri-
tus sancti missione. Antuerpiæ in officina Pla-
tini in octauo.

Henrici Mamerani Lucemburgensis Gratula-
torium carmen in serenissimi principis Philip-
pi regis Angliæ, &c. aduentum in Germaniam
anno Domini 1549. in Angliam verò anno
1554. in Belgicum anno 1555. Item Epithala-

mium nuptiarum eiusdem cum serenissima Ma-
ria Angliæ regina. Coloniae Iacobus Soter ex-
cudit, anno Domini 1555. Eiusdem Sirena Cæ-
lendis Ianuarij anno Domini 1556. ad patronos
& amicos: Est autem carmen de leone & asino.
Eiusdem carmen quid significet apud Hispanos
Beso Las manus. Antuerpiæ, anno Domini
1556. De prisca moneta libellus, Coloniae excus-
us ab authore, anno Domini 1551.

Henrici Marionouiensis, Germanus, propè
Pannoniam Carmelita, qui teste Baptista Mana-
tuano, astrorum ac cœli scientia clarus erat, scri-
psit De Syderum cursu lib. 1. Contra Symoniæ-
cos lib. 1. De ordine suo, lib. 1. Episcopus claruit
anno Domini 1440.

Henrici de monte Marris, Summa in iuris cæ-
nonici certos quosdam titulos, numero 62, For-
te Henrici Boyth.

Henrici Mediolanensis de Controuersia hō-
minis & fortunæ libri ab interitu vindicati, &
cum commentarijs in lucem editi per Cypria-
num à Popma. Coloniae excus. anno Dom. 1570.

Henricus Meduual. scripsit de natura Comæ-
diam lib. 1. Claruit anno 1490. Baleus.

Henricus Memmius V. C. consiliarius regiū
& libellorum supplicum magister in Galliâ;
plurimos vereres auctores manuscriptos Græ-
cos & Latinos collegit, quorum aliquot suis lō-
cis nominauimus.

Henrici de Merſenbach summa iuris.

Henrici Molleri, professoris linguæ Hebrææ
in Academia Vuittebergensi, commentarius in
Malachiam prophetam. Vuittebergæ excu. apud
Ioannem Lufft, anno Domini 1569. Enarratio
Psalmorum Dauidis, ibidem, anno Domi. 1573.
in octauo.

Henrici Molleri Epithalamion Dauidi Chy-
trao scriptum, excusum, anno Domini 1553. Eius-
dem in nuptijs Vlrici ducis Megalburgij & Eli-
zabethæ Danicæ reginæ, carmen Epithalamium
Rostochij impressum, anno Domini 1556. Scri-
psit multa alia.

Henricus Morley nobilis, in Anglico sermone
edidit Comædias & Tragædias libros plures, vi-
tas sectariorum lib. 1. Claruit senex, anno Domi.
1540. Baleus.

Henrici Mylij Historia passionis Iesu Christi,
Græco heroico carmine reddita. Lipsiæ.

Henricus Mortheymensis, Germanus, scrip-
sit opus præclarum metro & prosa ad Fredericū
Marchionē Mysnig, ac ducē Saxonig, quod Dio-
metromachiam nominauit. Item de virtutum &
vitiolorum conflictu lib. 1. Claruit anno Dō. 1494.

Henricus octauus Anglorū rex, scripsit ad Leo-
nem pontificem eius nominis X. assertionem sa-
cramentorum lib. 1. Impress. Lipsiæ 1541. ad epi-
stolam Lutheri lib. 1. de Christiani hominis in-
stitutione lib. 1. de instituenda pube lib. 1. senten-
tiam de Mantuanō Concilio li. 1. de iusto in Scō-
tos bello lib. 1. ad ducēs Saxonix, Erasum Rō-
terodamum & alios magni nominis viros doctis-
simos, epistolas disertissimas. Obijt anno 1547.

Henricus de Oyrā, scripsit de contractibus red-
dituum annualium: liber manuscriptus apud
M. Dresserum. Annexus etiā est hic liber Ge-
s

sonis operibus. Idem scripsit articulos contra magistrum Albertum. Sermonem de omnibus sanctis. De conceptione Mariæ, de eius natiuitate, purificatione, annuntiatione: magistrales tractatus de anima & potentijs eius.

* *Henricus* de Oxonia, Anglus, Minorita, scripsit sermones feriales lib. 1. Sermones dominicales lib. 1. Baleus.

* *Henricus* Pantaleon, Basiliensis, medicinæ doctor, poeta laureatus, historicus, & Comes Palatinus, multa & varia, Latina & vernacula lingua scripsit, de quibus hæc sunt in publicum edita, *Epicedia* in obitus doctissimorum & clarissimorum virorum, *Desiderij Erasmi Roterodami*, *Ioannis Oecolampadij*, *Simonis Grynæi*, *Andræ Carlostadij*, *Hieronimi Gemusæi*, qui omnes Basileæ sepulti sunt: edidit autem singula hæc separatim, excusa ab Erasmo Xiloteſto, anno Domini 1544. Scholia in *Publij Syri Mimos*, additos *Catonis distichis*, quæ eodem anno à Xiloteſto quoque excusa sunt. Epigrammata in varios auctores, eorumque libros composuit cum illis edita: veluti in *Grammaticam Oecolampadij & Urbani*, *Simonis Lemnij eglogas*, *Balei scriptores Anglicos*, *Palingenium*, *Cælium De amplitudine misericordiæ Dei*, & alios. *Philargyrus comædia* versibus iambicis conscripta, de *Zacheo publicano* Christum hospicio excipiente: excusa apud hæredes *Cratandri*, anno Domini 1546. *Chronographia ecclesiastica*, excusa à *Brylingero* anno Domini 1550. *Historia martyrum Galliarum, Germaniarum & Italiarum*: addita hæc est secundi tomi loco, *Commentario Ioannis Foxi de martyribus Angliarum*: excusa ab eodem anno Domini 1563. De pestis præseruatione & remedio libellus: ibidem excusus anno Domini 1564. *Prosopographia illustrium virorum Germaniarum*, tomi tres separatim & diuersis temporibus editi Latine & Germanice, anno Dom. 1565. & duobus sequentibus in folio. *Diarium historicum* lib. 12. in folio, ab *Henrico Petri* anno Dom. 1572. *Omnium regum Galliarum vitæ* versibus elegiacis anno D. 1574. Præterea ex Latina lingua in vernaculam Germanicam sequentes libros transtulit. *Ioannis Sleidani historiam* anno 1556. Quam etiam tribus libris continuauit Germanice & Latine: editam in officina *Brylingeri* anno D. 1562. *Cardani opus de varietate rerum*, & eiusdem libros de subtilitate prius à se in compendium redactos: excudit hæc *Henricus Petri* anno D. 1557. *Paulij Louij historias*, & eiusdem scripta de *Turcis & Moschis*: Perna excudit, anno D. 1560. & 1564. *Martini Cromeri historiam Polonicam* ab eodem excusam anno D. 1562. *Sigismundi liberi Baronis ab Herberstein Moscouiam*: excusam à *Brylingero* anno D. 1563. *Pet. Pauli Vergerij* varios libellos, de *Iubilæo*: *Francisci Spieræ historia* & similes. *Ioannis Ludouici Viuis* opus de veritate Christianæ fidei: apud hæredes *Brylingeri* excusum anno D. 1571. *Nicolai Gillet historiam Gallicam* cum *Nicolao Falknero* conuertit: apud eosdem excus. an. D. 1572. Adhæc *Naucleri historiam*, & *Gesneri partem secundam Euonymi* in Germanicam linguam

transtulit, qui libri nondum quidem editi, breuiter tamen volente Deo publicabuntur. Postremo varios auctores restituit, & præfationibus additis edidit, veluti *Metochiarum physica*, *Rauisij Epitheta*, *G. Tyrij bellum sacrum*, & alia diuersis temporibus edita: & adhuc multa alii huius generis assidue molitur, quæ suo tempore publicabit.

Henrici de Palma, *Meditationes* ante & post celebrationem *Missæ*, & in cæteris actionibus quotidianis.

* *Henricus* Parker *Carmelita*, composuit in *Metœora Aristotelis* lectiones 34. lib. quatuor. *Dialogum diuitis ac pauperis* lib. 1. *De Christi paupertate* lib. Claruit anno Domini 1470. Baleus.

Henricus Penia, gesta *Sophi Persarum regis* contra *Turcas*, anno Domini 1514. descripsit, Basileæ apud *Ioannem Frobenium*, anno Domini 1515. cum aliquot alijs opusculis.

* *Henricus* Petrus *Robenstock*, *Hecastum* comædiam tragicam in Germanicam linguam transtulit. *Francofurti* 1568.

Henricus de Piro, *Colonienſis*, ordinis *Carthusiensium*, scripsit super institutis lib. 4. ad nouitios quoque lib. 1. consilia in diuersis casibus lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. & quædam alia. Idem scripsit de contractu annui census cum pacto redemptionis. Claruit anno Domini 1470. Nominatur alicubi *Henricus Brunonis* de Piro.

Henrici Pistoris theologi *Parisiensis* sequentia, ut vocant, de quibus in elucidatorio ecclesiastico.

Henricus Plantagenet, secundus eius nominis *Anglorum rex*, scripsit *Legum & statutorum* lib. 1. ad *Hadrianum* 4. pontificem, ad *D. Bernhardum Clareuall. Alexandrum* 3. *Pont. Max. Thomam Cantuariensem*, *Ioan. Carnotensem*, *Ricardum Cantuariensem*, & alios, epistolas. Obijt anno Domini 1189.

* *Henricus* Potini, *Normannus*, *Carmelita Rothomagensis*, & episcopus *Philadelphienſis*, *Carolo Francorum regi* acceptus, scripsit *Lecturas sententiarum Parisijs*, lib. 4. *Conciones ad Clerum & populum* lib. 2. *Quadragesimale* coram rege *Carolo* lib. 1. Obijt *Rothomagi* anno Domini 1502.

Henricus Primæus *Gymnasiarcha* apud *Monasterienses* in *Germania*, *D. Erasmi Roterodami* de octo orationis partium constructione libellum scholijs illustrauit: liber impressus *Tiguri* apud *Froschouerum*.

Henricus cognomento *Prudens*, ordinis *Carthusiensium*, *Prior*, domus vallis iuxta *Brugam* in *Flandria*, scripsit *Tetralogum* deuotionis lib. 3. Claruit anno 1484.

Henricus *Regius Paderbornensis*, *provincia Saxoniarum S. Crucis* alumnus, *Guardianus Suerinensis*, scripsit *Biblia* alphabetica, opus & locupletius & commodius ad inuentionem quam sint *Concordantiæ* maiores, *Novesianus* excudit *Coloniæ*, anno Domini 1535, in 4. chartis 112. Claruit anno 1535.

* **Henrici Ribischij** I. C. de re Turcica ad Vienna m. epistola historialis ad Hen. Stromerum. Lipsiæ Nicolaus Faber exc.

* **Henrici Rhoti**, Conciones catechisticæ iuxta Lutheri catechismum. Islebij 1572. Pars altera catechismi. Ibidem 1573. Germanice.

* **Henrici Rijsuwichij** I. C. Paratitla & notæ breues in titulum de diuersis regulis iuris antiqui, ex vetustissimis alijsque interpretibus coccinnatæ. Adiectus est liber singularis regularum præmissarum, ex varijs libris depromptus. Colonia 1572. octauo.

* **Henricus Sachsus**, libros tres de contrarijs in specie vtriusq; Testamenti locis, edendos curauit: impressos Colonia apud Ceruicornum, 1540. cum Honorij commentarijs in libros Salomonis.

* **Henrici de Saxonia**, Alberti Magni discipuli, liber de secretis mulierum, impressus Augustæ, anno D. 1498. per Anronium Sorg.

* **Henricus Schoffer** edidit epistolam consolatoriam ad D. Franciscum Stancarum captiuum Cracouia, quæ adiecta est orationi Ioan. Cosminij ad vulum 111. de concilio.

* **Henricus Scotus**, scripsit Francisci Spieræ historiam, qui ob abiuratum fidei confessionem in summa incidit desperationem. Excusam Basil. cum doctorum aliquot virorum præfationib. 1550.

* **Henricus de Segusia**, postea Cardinalis Hostiensis, iuris summam complexus est. Edidit præterea Lecturas in 5. libros Decretales. Floruit anno 1255. Summam eius ab erroribus repurgatam, & annotationibus illustratam, Basileæ edidit Guarinus 1573. in folio.

* **Henrici Sensij** selectæ epistolæ ante annos 200. scriptæ ad quosdam religiosos, vt vocant. Dillingæ Germanice 1569.

* **Henricus de Seclim**, Flandrius, poeta Gandensis, homo doctissimus, Carmina scripsit lib. 1.

* **Henricus de Soliaco** Henrici regis ex Adalæ nepos, monachus, scripsit ad Auunculum regem De inuentione corporis **Arthuri** lib. 1. Claruit anno 1190. Baleus.

* **Henricus Stafforde**, Buckinghamiæ Ducis filius, in Anglicum sermonem vertit Vtriusq; potestatis differentiam lib. 1. Obijt anno 1558. Baleus.

* **Henricus Stain** Vtinensis præpositus, iureconsultus, Henrici duodecimi reguli Boiorum res gestas temporibus suis literis commendauit.

* **Henricus Standicius** Minorita, Asaphensis Episcopus, edidit Sermones ad vulgum lib. 1. Contra versiones Erasmi lib. 1. Claruit delirus senex anno 1520. Baleus.

* **Henricus Stapedius**, Agrippinas, medicus Lugdunensis, edidit Decades duas paradoxorū Laurentij Iouberti.

* **Henricus Steinheyll**, scripsit librum de curatione pestilentia.

* **Henrici Sihenij** Munderi Epithalamion Davidi Chytreo scriptum, excusum Vuitebergæ 1553.

* **Henricus Stephanus**, Roberti filius, scripsit emendationes in Dionis Romanæ historiae li. 23. quæ cum ipso Dione à patre impresso habentur.

* **Ciceronianum Lexicon Græcolatinum**, id est Lexicon ex varijs Græcorum scriptorum locis à

Cicerone interpretatis collectum. Additi sunt loci Græcorum auctorum cum Ciceronis interpretationibus an. 1557. in octauo. Epigrammata Græca selecta ex Anthologio, catmine interpretatus est. Comicorum Græcorum sententias Latinis versibus reddidit & annotationibus illustrauit 1569. in duodecimo. Epistolam de sua typographiæ statu, Item quam misera sit veterum scriptorum conditio, in quorundam typographorum prela incidentium: Artis Typographicæ querimoniam, de illiteratis quibusdam typographis, propter quos in contemptum venit. Epitaphia Græca & Latina doctorum quorundam typographorum. Theaurum linguæ Græcæ in quo præter alia plurima, vocabula in certis classes distributa sunt multiplici deriuatorū serie ad primigenia, tanquam ad radices reuocata. Geneuæ an. 1572. in folio. De Anticæ linguæ, seu Dialecti idiomatis commentarius, editus cum duobus veteribus glossarijs 1573. in folio. Virtutum encomia, siue gnomæ de virtutibus, ex poetis & philosophis vtriusque linguæ Græcis versibus edidit, adiecta sua interpretatione. Inter Latina autem carmina quædam sunt elegantissima, à paucissimis adhuc lecta, 1573. in 16. De abusu linguæ Græcæ, in quibusdam vocibus quas Latina lingua vsurpat 1573. in 8. Psalmi Dauidis metro Anacreontio & Sapphico, minima forma, Lyricorum carmina Latine reddidit, in 16. Anacreontis odæ aliquot eodem metri genere expressè Annotationes in Anacreontem in 4. Herodoti, Thucididis, & Xenophontis scripta, corūq; Latinas interpretationes recognouit, & pro Herodoto Apologiam scripsit: Xenophonti autem orationem præfixit de coniungendis cum Marte Musis, exemplo Xenophontis. Sexti philosophi Phyrthoniarum hypotyposeon libros 3. nunquam ante editos publicauit, & in Latinam linguam transtulit. Annotationes in Sophoclem & Euripidem: quibus variæ lectiones examinantur, & pro mendosis emendatæ substituuntur. Addita sunt, Tractatus de orthographia quorundam vocabulorum Sophocli cum cæteris tragicis communiunt: & Dissertatio de Sophoclea imitatione Homeri. Animaduersiones in Erasmicas quorundam Adagiorum expositiones. In M. T. Ciceron. quam plurimos locos castigationes: partim ex eius ingenio, partim ex vetustissimo quodam & emendatissimo exemplari. Colloquiorum seu dialogorum Græcorum specimen. Præterea optimos quosque auctores Græcos, Latinos, Theologos, Medicos, Poetas, quam elegantissime & emendatissime excudit, & plerisque annotationes adiecit. Floret adhuc Geneuæ.

* **Henrici Stromeri** sermo panegyricus, Petro Mosellano dictus. Eiusdem algorismus linealis, excusus Lipsiæ à Martino Lansberg. anno Domini 1505. Eiusdem alij aliquot libelli & disputationes in medicina, ibidem impressi, vt, De morte hominis decreta medica, De senectute, De peste.

* **Henricus Saltercyensis** monachus, scripsit super purgatorio Patricij lib. 1. De pœnis purgatorij. Vixit anno Domini 1146. Baleus.

*probris ac eruditus
adolescens. P. V. B.
1. Ep. p. 55.*

Henricus de Topelstein medici, De iudicio a-
strorum, De curatione pestilentiae, De anatomia
vtriusq; sexus.

Henrici de Veldich Turingi, historia totius
Troiani belli, & Aeneas in Italia gesta, Germanis
rhythmis, ante annos 450. aut eo plures descri-
pta. Floruit enim sub Hermanno Turingiae Lād
grauio. Liber extat apud Georgium Fabricium.

Henrici Vranij compendium Hebraeae grāma-
ticae recognitum & auctū, Hen. Petri excudit an. 10
1541. octer. 6. & dim. * Eiusdem de seruilium lite-
rarum apud Hebraeos vsu & officijs, de nominū
diuersitate, de mutandis punctis, de inueniendā
radice, libellus impressus Coloniae 1570. Com-
mendatio Graeae linguae. Coloniae 1571, octauo.
Oda, sapienti mortem velus malum aliquod non
esse timendam. Coloniae 1569. Epitome de re nu-
maria, mensuris & ponderibus, ex Budæo, Por-
tio, Agricola. Coloniae 1569.

Henricus de Vrimaria, ordinis fratrum eremi- 20
tarum S. Augustini, natione Germanus, scripsit
super sententias lib. 4. quodlibeta quoq; lib. 1. de
decem praeceptis lib. 1. flores ex collatione patrū
lib. 24. de perfectione hominis lib. 1. de incarna-
tione verbi lib. 1. de quadruplici instinctu lib. 1. de
exemptione li. 1. expositio decre. de cele. mis. li. 1.
sermōnes de tēpore li. 1. sermōnes de sanct. li. 1. in
libros Ethicorum lib. 10. & alia multa. Additio-
nes eius in libros Sententiarum, cum Aegidij de
Roma in eisdem commentarijs, &c. impressae 30
sunt Coloniae, 1513. Idem scripsit Expositionem
orationis Dominicae, & salutationis Angelicae:
de Nocturnis illusionibus & remedijs, de mortifi-
catione propriae voluntatis: manuscripta. M.
Dresserus. Claruit anno Domini 1340.

Henricus Vruchterus Olphenius, ex Diogenis
Laertij de vitis philosophorum libris sententias
& apophthegmata excerptit, & suis scholijs illu-
strauit, liber impressus Coloniae apud Ioā. Gym-
nicum, anno D. 1530. octer. 10.

Henrici Vuulpij Lingensis in Academia Ro-
stochiana publici artium professoris libellus, de
communibus & vtrius Arithmeticae practicae
regulis, impressus Coloniae, 1544. apud Io. Gym-
nicum. Eiusdem libellus de minutijs physicis, &
practicis astronomicae arithmeticae regulis, ibidē
eodem tēpore excusus. Claruit anno 1543.

Henricus de Vuerlis, ordinis fratrum minorum,
scripsit super sententias lib. 4. de potestate eccle-
siastica lib. 1. sermōnes quoq; varios lib. 1. & alia 50
complura. Vixit anno 1490.

Henricus Vuichyngham Anglus, scripsit in E-
saiaam prophetam lib. 1. in Apocalypsim Ioannis
lib. 1. sermōnes de tēpore & sanctis per totum
annum. De quadruplici aduentu lib. 1. de conce-
ptione Mariae lib. 1. decessit Nordouici an. 1447.

* Henrici Vuickij De sacramentorum natura,
officijs & numero liber. Louanij 1571 octauo.

* Henricus de la Vyle doctor publicus Oxonij,
scripsit in Aristotelem de Anima lib. 3. Baleus. 60

* Henrici Xenandri Altkirchij Epithalamion
in nuptias illustrissimi principis D. Iohannis Ca-
simiri Comitis Palatini Rheni. &c. & nobilissi-
mae Heroine D. Elisae Illustrissimi Saxoniae prin-
cipis Augusti filiae, Heidelbergae 1570.

* Henricus Zellius edidit Prussiae tabulam Dab-
tisci, & Germaniae tabu. Argentinae.

* Henrici Zolners medicinalia & alia notata
digna.

* Henrici de Zommerer, de Haereticis.

Hentishertus Anglicus, scripsit Sophismatum
subtilissimorum libr. 1. de arte Dialectica libr. 1.
Grammaticae praeceptiones, & alia. Floruit anno
Domini 1380.

* Hephastion Sophistae meminuit Eunapius
fuit autem aequalis Epiphanijs & Diophanti.

Hephastion Alexandrinus Grammaticus, en-
chiridia scripsit versibus, metrorum differen-
tias, de poematum perturbationibus, Comica-
rum dubitationum solutiones, item Tragicarum,
& alia plurima, & de pedibus metrorum,
Suidas. Eius autem enchiridion excusum Ve-
netijs, anno Domini 1526. Ex illo enchiridion
desumpta epitome de nouem metris, Aristopha-
ni Graeco cum commentarijs impresso praefi-
xa est. Hephastion interpret Sophoclis Tra-
gædiarum, ex cuius scholijs aliqua verba citat
Calepinus in patronymico Pedes: quanquam
Scholia Graeca in Sophoclem haecenus impres-
sa anonyma sint. Enchiridion eius de poemata-
tibus & metris, excusum Parisijs à Guilhelmo
Morelio, varit 4. solidis Gallicis.

Hephastionis cuiuscum scripta Athenæus citat
paulo post medium libr. 11. quæ aetherum no-
minibus suppressis sibi adscripsit.

Ex Hephastionis Thebani apotelesmaticis, &
aliorum veterum de nomenclatura & facultate
duodecim partium Zodiaci, libellus, cum varijs
astrologicis opusculis opera Ioachimi Camera-
rarij editis, & impressis Norimbergae apud Ioan-
nem Petreium, anno Domini 1538.

* Hephastionis Thebani *απειρολογίαι*, libr. 3. serua-
tur in bibliotheca Strozæ.

Heracleon Ephesius, in Athenæi Dipnosophi-
40 sis ter aut quater citatur.

* Heracleon Glauconis filius citatur à Step-
hano libri nomine non expresso; alibi tamen ab eo-
dem adducitur Heracleon in duodecimo Ody-
seæ.

* Heraclides Alexandrinus Persicarum propri-
tatum scriptor. Laertius.

* Heraclides Bargileites, dialecticus, scripsit con-
tra Epicurum. Idem.

* Heraclides Cilix, interpret Homeri. Camera-
50 rius.

* Heraclides Cretensis in libro de vrbibus Gra-
eciae, citatur ab Apollonio in mirabilibus.

* Heraclides Cumanus, scripsit Persica libri
quinque. Laertius, Eius Parasceuaistica & Persica
citantur ab Athenæo.

* Heraclides Cumanus Calius à priore) orato-
artes rhetoricas scripsit. Laertius.

* Heraclides Hierophilus, Erythraeus, medicus
Apollonij qui Mys cognominatur, discipulus
Straboni coætaneus. Strabo 14. *hous*

* Heraclide Lycij Sophistae meminere Philo-
stratus & Suidas, & post hos Volaterranus.

* Heraclides Magnesium, scripsit Mithri datic
Idem.

* Heraclides monachus, scripsit inter ceter
opu

pūs insignis, de vita & cōuersatione sanctorū
patrum in eremo, vel in cōnobijs degērium sub
regula, cui titulus est Paradisus. Claruit ann. Do
nini 380.

Heraclides Mopseates grammaticus ex Mopse
stia Ciliciæ, laudatur à Stephano.

Heraclides Nicesus medicus, commemoratur
Laertio.

Heraclides Oxyrinchites, philosophus Sera
pionis F. cognomento Lembus. Fuit sub Pro
mæo VI, & fœdus cum Antiocho factum scri
psit. Scripsit & philosophica, & alia. Suidas,
eundem Laertius Callicianum siue Alexandri
um vocat, & sex libris successione explicat
e, orationemque Lembeuticam, vnde & Lem
bus cognominatus sit. Idem citat Heraclidem
serapionis in Epitome Satyri, & in Epitome suc
cessionum Sorionis.

Heraclides Ponticus, Eutyphronis F. ex He
raclæ Ponti oriundus, Speusippi primū postea
Aristotelis auditor, huius ingenij monumenta
re à Laertio commemorantur. Dialogi, quorū
quæ ad mores instituendos faciunt sunt hæc: de
iustitia tres, vnum de temperantia, de pietate, de
fortitudine, communiterque de virtute vnum,
de felicitate. 1. de principio. 1. de legibus. 1. de
his finibus. 1. de nominibus. 1. pacta. 1. Inuitus ama
toris, & Cl inias. 1. Naturales vero, de mente, de
anima, seorsumque de anima. 1. & de natura. & i
maginibus seu simulachris, aduersus Democri
um, de cœlis. 1. de his quæ sunt apud inferos, de
vitis. 2. de causis morborum. 1. de bono. 1. aduer
sus Zenonem vnum, aduersus Metronem vnum.

Grammatici vero, de Homeri & Hesiodi ætate
1. de Archilocho & Homero. 2. Musici vero de
his qui apud Euripidem & Sophoclem reperiu
ntur. 2. de musica duo. Solutionum Homericarum
1. Theorematicus. 1. de tribus tragicis. 1. Figuræ. 1.
de poetica & poetis. 1. de coniectura. 1. de præcien
tia. 1. Heracliti enarratiōes. 4. in Democriū enar
ratiōes. 1. Solutionum quæ in contentionem ve
niunt. 2. Proloquium. 1. de speciebus. 1. Solutiones
1. monita ad Dionysium, Rhetorici. 2. de orato
ris officio, siue Proragoras. Historici, de Pytha
goreis, & de inuentis. Scripsit etiam de Geome
tria & de Dialectica. Tragedias item vt Aristo
tælus testatur, quas Thelpidis titulo prænota
uit. Allegoriæ Heraclidis in Homeri fabulas de
dijs Græcæ olim impressæ sunt ab Aldo, cum
Græcis Aesopi fabulis, & Latine apud Ioannem

Oporinum 1544, ex conuersione Conradi Ges
neri, adiectis etiam Græcis. Heraclidis politiæ
siue rerumpublicarum descriptiones Romæ ex
cuscæ sunt cum Aeliani varia historia, & cum ea
dem Latine Basileæ Iusto Vultcio interprete.
An autem Ponticus Heracl. huius libri auctor
sit, non possum affirmare, quum in catalogo o
perū eius Laertius legem quidem mentionem
faciat, nusquam autem Rerumpublicarum. In
uenio autem citari hos libros Heraclidis. Librū
in quem collegit priscos Musicos eiusque artis
inuentores, citat Plutarchus in lib. de Musica
Athenæus citat libros, de iustitia, de voluptate, de
Musica, de amatorijs. Laertius citat alibi li
bros de principatu, *ἠπὶ ἀρχῆς*, in Heraclitum de

natura, *ἠπὶ φύσεως* & *ἠπὶ νόμων*, & de legibus. Cles
mens Alexandrinus librum de oraculis. Stephea
nus Heraclidem de insulis citat, nullo addito co
gnomine.

Heraclides Ponticus alius, Heraclides gram
maticus, Didymi clarissimi doctoris Alexandria
ni auditor. Hic cum Aprum Aristarchi disci
pulum Romæ celebrem & Didymum frequen
ter perstringentem audiisset: Sapphico siue
Phalæcio versu tres libros scripsit explicatu dif
ficiles, multamque dubitationem propositarum
quæstionum continentes, quos Leschas seu Nu
gas appellauit. His Romam allatis & Apro
propositis, ibi mansit: ac scholas habuit sub
Claudio & Nerone. Scripsit & versu heroico
multa. Suidas. Huius etiam meminit Laer
tius & cum Pyrrhicas nugasque composuisse
refert.

* *Heraclides* Ponticus, historiographus ex Os
desse Ponti oriundus laudatur à Stephano.

* *Heraclides* quidam qui de Astrologia scripse
rit, à Laertio commemoratur.

* *Heraclides* poetæ duo commemorantur ab
eodem, quorum prior *ἠπὶ ποικίλων*, alter Epigram
mata scripsit. Extant autem quædam Hera
clidæ Epigrammata in Græco Anthologio, in
quorum vnus titulo Sinopeus cognominatur.

Heraclides Syracusani duo huius nominis Op
sartytica scripserunt teste Athenæo à quo et
iam Heraclidæ Syracusani liber *ἠπὶ θεοῦ* alle
gatur.

Heraclides Tarentinus medicus Mantia disci
pulus, qui postea Empiricorum sectam elegit, de
pharmatis & quædam alia in medicina scripsit.
Testatur autem Galenus ipsum, de Comptoria
scripsisse, quæ deinde Crito coaceruauit. Scri
psit etiam quædam de medicamentis simplici
bus teste Dioscoride, & de pharmacorum appa
rati & delectu. Citatur à Plinio libro 12. &
eodē libro citatur Heraclides medicus tanquam
diuersus ab hoc, & libro 23 & quatuor sequenti
bus. Athenæus quoque, lib. Heraclides Ta
rentinus (inquit) in Symposio cuumerem vo
cat hedygæum.

Heracliti Ephesij vitam Diogenes Laertius
describit ab initio li. noni, & epistolā Darij Hy
staspis filij ipsum accersentis, cum Heracliti re
sponso addit. Vide etiam Suidam in *ἠπὶ ἀρχῆς*,
& in proverbio *Δαρὶς ἠπὶ ἠπὶ ἠπὶ*. Eius epistolæ sex,
excusæ Venetijs apud Aldum, in Græco volu
mine epistolarum. Scripsit hic Heraclitus li
brum in tres partes diuisum, in quo de vniuersa
so, de republica, & theologia differuit. In scri
bitur autem à quibusdam hic liber De natura,
alij Musas, alij Diligens gubernaculum ad vitæ
regulam, vel amissum, alij Morum sententiam,
quidam Ornamentum morum vnus omnium,
nominant.

Heracliti cuiusdam scripta, in quibus Hesio
dum reprehendit, citantur apud Plutarchum in
Camillo.

* *Heracliti* Apotelesmata, in bibliotheca Card.
Carpensis.

* *Heraclitus* Halicarnassens Elegiæ poeta, in
quem carmen Callimachi refert Laertius.

* *Heraclitus* Lesbicus scripsit Macedonum historiam. Laertius.

* *Heraclitus* poeta Lyricus, alius à superioribus, scripsit duodecim deorum laudes. Laertius. *Heraclius* sub Commodi Severique imperio in Apostolum Commentarios composuit. Hieronymus.

Heraciti fabulam *Xenizonta*, Athenæus allegat lib. 10.

Heræ Capadocis medici fragmenta plurima, nobis salua sunt in libris Galeni de compositione secundum locos & genera: fuit autem hic senior *Andromacho*, iunior *Musa* & *Menecrate*, teste Galeno.

Hercij cuiusdam hexastichon in 3. libro *Floris* legij Græci.

Herculanus, cum aliquot alijs cœpiscopis, autor secundæ & duodecimæ epistolatû apud *Cyprianum* libro 1.

* *Herculis* Bonacossi de humorum exuperantium signis, ac serapijs medicamentisque purgatorijs opportunis liber. Eiusdem varia auxilia experimento comprobata. De compositione theriacæ cum eius substitutis. De modo præparandi aquam *Guaiaci*. De catarrhi curatione. De curatione pleuriticidis, liber ex veteribus. De dysenteria, Bononiæ 1553. & alijs temporibus impressa.

* *Herculis* Seueroli, de remissionibus litigatorum.

Herculis Strozæ libri carminum, Elegiarum, Epigrammatum, excusi sunt in Italia.

Heræas Megarensis, citatur apud *Plutar.* in vita *Thesei*.

Herbertus de *Holcham*, Anglus, scripsit de rebus gestis *Becketi*, quem *Stephanus* Langton Cardinalis D. *Chryfogoni* in numerum sanctorum retulit. Vixit anno 1183.

* *Herbertus* *Losinga*, monachus, composuit *Sermones* octodecim lib. 1. De prolixitate temporû lib. 1. De fine mundi lib. 1. Cõstitutiones Monachorû lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Ad *Anselmum* contra Sacerdotes li. 1. Obijt anno 1120. *Baleus*.

Herennius *Modestinus* vetus I. C. scripsit responsorum lib. 19. Pandectarum lib. 12. Regularum lib. 10. differentiarum lib. 9. de pœnis 4. singulares 9. de præscriptionibus, de inofficioso testamento. de manumissionibus, de legatis & fideicommissis, de testamentis, de heurematicis, de enuclearis casibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. Excusationum præterea sex libros dicitur reliquisse, idem forte opus cum eo quod de Excusatione tutelæ & curæ, fertur de Græco vertisse in Latinum, ipsis Legum verbis interdum positis, si qua incurrisent parum apta Latinitati. *Alexandri* Imp. ætate floruit, eiq; familiaris & consiliarius fuit. Versus etiam fecit, quorum extant in *Virgilij* libros argumenta, falso quoniam tributa *Ouidio*. Hæc *Bernhardinus* *Rutilius*, de vitis Iureconsultorum.

* *Herennius* *Philon* in *tois ia* *lexois*, citatur à *Stephano* in *Dyrrachio*, & in *Cyrtos* in *tois ia* *lexois*. *Herennij* *Philonis* Biblij in *tois ia* *lexois* per alphabetum: extat in biblioth. *Strozæ*

Herennius *Senecio*, ex *Bethica* natus, scripsit *Helvidij* *Prisci* vitam, acceptis ab vxore *Fannia* comētarijs, cuius rei causa à *Domitiano* occisus est.

Herennius de *Boyo*, natione *Brito*, ordinis fratrum beatæ *Mariæ* de monte *Carmeli*, scripsit sententias lib. 4. Et varias quæstiones.

* *Herigerus* abbas *Lobienfis* cœnobij, ordinis sancti *Benedicti*, scripsit dialogum insignem sub persona sui & *Adelboldi*, inscriptum de dissonantia ecclesiæ lib. 1. vitam *S. Vrsari* metrice lib. 1. ad *Hugonem* de quæstionibus lib. 1. de diuinis officijs lib. 1. gesta episcoporum *Lobienfis* lib. 1. de corpore & sanguine Domini lib. 1. Et alia plura. Claruit anno 590.

* *Herillus* *Carthaginensis*, vel vt alij *Chalcedonius*, *Zenonis* auditor, finem statuit scientiæ; meminere eius *Cicero* *Plutarchus* & alij. Libri eius à *Laertio* hi esse dicuntur, de *Exercitatione*, de *Perturbationibus*, de *Opinatione*, *Legumlator*, *Obstetricius*, *Antipheron*, *Præceptor*, *Paras*, *Dirigens*, *Mercurius*, *Medeæ*, dialogi quæstionum moralium.

Herimbertus quidam scripsit libros de rebus à *Carolo* Magno gestis.

Hermachus *Age machi* *F. Mitylenæus*, *Epicuri* successor, scripsit de *Empedocle* epistolas 22, de disciplinis aduersus *Platonem*, item aduersus *Aristotelem*. *Laertius*. *Hermachi* quædam citat *Stobæus* in sermone de morte.

* *Hermagoras* *Amphipolitanus* philosophus, *Persei* discipulus. Dialogi eius sunt: *Miso cyon*, id est canum seu *Cynicorum* osor: *Vnus* liber de calamitatibus: *Eechyrum*, id est effusum, tractat oruorum inspectionem: De *sophistica*, seu ratione docendi, aduersus *Academicos*. *Suidas*.

Hermagoras *Tenni* *Aeolensis* *F. cognomen* *Carion*: scripsit *Rhetoricos* libros quinque, de expolitione, de decoro, de genere dicendi, de figuris. *Romæ* docuit vna cum *Cæcilio* sub *Cæsare* *Augusto*: obijt prouecta ætate. *Suidas*.

* *Hermagoras* *Crafi* ab *Obernburgo*, edidit tabulam geographicam peregrinationis *Pauli* apostoli, quæ impressa est *Zagrabia*, anno Domini 1527. & 1535.

Hermannus. Vide *Harynghus*.

* *Hermannus* quidam, in superiori *Germania*, de fratrum mendicantium famosis nequitijs opus edidit, quod ecclesiæ lachrymam vocabat lib. 1. Claruit circa annum Domini 1370.

* *Hermannus* *Altaichij* inferioris abbas, non indiligenter *Boiorum* annales scripsit.

* *Hermannus* de *Bare*, *Teutonicus*, I. C. de for mandis libellis.

* *Hermannus* *Baumgartner*, scripsit libellum quem spiritualem statuam *Mercurialem* seu vi indicem inscripsit, in quo ex *Blosij* scriptis in *Germanicum* translatis ostendit quæ sit via ad ecclesiam & salutem æternam. *Dillingæ* 1572 duodecimo. Idem *Lindani* dialogum *Reuuarum* in *Germanicam* linguam transtulit.

* *Hermannus* *Bodius*, collegit *Vnionem* dissidentium in sacris literis locorum, opus vtilissimum impressum *Coloniæ* apud *Ioan. Gymnicum*, 1637.

Hermannus *Bonus*, descripsit sanctorum quorundam martyrum vitas, impressas *Halæ* *Suorum*

Canon?

torum, anno 1536. Ioannis Carionis Chronicam Latinam fecit. Vide Carionem. Idem scripsit Lubeci Chronicorum libros tres, quos Iustinus Golerus Latinos fecit. Claruit anno Do. 1530. Hermannus Bonni Enarrationes succinctæ locorū insigniū, præsertim è Paulinis & aliorū Apostolorū epistolis desumptorum, quæ singulis diebus Dominicis proponi solent. Eiusdē liber de Oratione vera & Christiana. Bas. apud Episc. 1571. 8.

Hermannus Brucken Nothufiani, ordinis Minorum, Sermones de sanctis, proprii & communes. Vixit anno Do. 1376.

Hermannus Buschius Passiphilus, Germanus, methodū Donati octo partium orationis Commentario luculentissimo illustravit, ex Prisciano, Diomede, Seruio, Capro, Agratio, Phoca: liber impressus Basileæ, per Thomam Platerū, 1540. Eiusdem Decimationes Plautinæ, impressæ. Epistola, primā Persij Satyrā explicans, impressa Passiphili apud Vuchelum. Ars memoratiua, nescio in publicata. Vallum humanitatis, liber impressus in Silium italicū annotationes excusæ, Basileæ apud Thomā Vuolsium. Commentarij in primū librum Martialis, obscænis carminib. reiectis, excusi Colonia. Hypanticon versibus heroicis, antistiti Spirensi, Georgio Comiti Palatino Rhēni, super solenni suo in Spirā urbē introitu, dicatū, Cratander impressit Basileæ, 1520. De singulari autoritate veteris & noui Instrumēti, actorū ecclesiasticorūq; testimoniorū farrago, in libros 2. diuisa, & impressa Marpurgi, 1529. Idem scripsit Epigrammatum libros tres, ex quibus tertius Lipsiæ impressus est, anno D. 1504. quatern. 11. cum diuersorum epistolis carmine & soluta oratione scriptis. Extant etiam eius annotationes in Persium & Iuuenalem.

Hermannus monachus in Campo, Cisterciensis ordinis, in diœcesi Monasteriensi, Vuespharus, scripsit pro defensione Basiliensis concilij consensum, De vocibus diffinitiuis in concilio generalilib. 1. de potestate papæ & concilio lib. 1. de schismate quoq; lib. 1. de neutralitate lib. 1. Claruit anno Do. 1440.

Hermannus, comes à Nuenare, scripsit de origine & sedibus priscorum Francorū, liber impressus Basileæ, 1532. cum aliquot alijs historicis, apud Petruagiu. Annotationes aliquot herbarum, cum primo tomo Herbarij Othonis Brunfelsij impressæ 1530. adiecta eiusdem autoris formula quadā excudendi Herbarij: quo pacto in explicandis herbarum descriptionibus atq; viribus procedi oporteat. Idem scripsit de morbo sudorio. Orationem ad Carolū V. imperatorem electum. Multas epistolas, quarum nonnullæ inter Reuhlina epistolas impressæ sunt. Carmina in quibus historia mortis Iesu Christi in septem horas distributa est, impressa Lipsiæ, anno D. 1532. cum hymnis Georgij Fabricij.

Hermannus Contractus, comes Veringensis, clauus, filius Volfradi comitis, Cuspiniani monachi, nobilis sancti Galli, ordinis diui Benedicti, Germanus, scripsit de musica lib. 1. de monochordo lib. 1. de sex ætatibus mundi lib. 1. de cōpositione astralabij lib. 3. de vtilitate astralabij lib. 1. de eclipsis lib. 1. de computo lib. 1. de quadratura circuli lib. 1. de cōflictu rhythimachiæ lib. 1. de phisionomia lib. 1. Vitas pluriū sanctorum li. 1. Compositus etiam cātus & prosas pulcherrimas, è quibus est illa de beata virgine Maria, Saluæ reginæ: & Alma redemptoris mater, & cæteræ quarum copiosus est numerus. Transtulit etiam nonnulla Græcorum philosophorum & Arabum astrologorum volumina in Latinum. Eius Chronicō impressum Basileæ apud Henricum Petri, 1536. cum Eusebio, & alijs aliquot Chronicorum scriptoribus. Obijt anno Domini 1054.

Hermannus Cruserius Campensis, aliquot Cl. Galeni libros Latinitate donauit, nempe de differentijs pulsuum lib. 4. de dignoscendis pulsibus lib. 4. de causis pulsuū lib. 4. de præfagitione ex pulsibus li. 4. In primum & tertiu libris Hippocratis de morbis vulgaribus, Comment. 6. In librum de salubri diætā, Commentariū. Impressi sunt omnes cum noua Galeni Latini editione, Basileæ apud Frobenium. Idem Vitas Plutarchi transtulit, impressas Basileæ à Guarino 1573. in folio. Item Plutarchi moralia ab eodem excusa.

Hermannus Dalmaria, vertit in Latinum sermonem ex Arabico, de generatione Mahūmer & nutritura eius lib. 1. item Chronica mendosa & ridiculosa Saracenorum, de vita Mahūmeris & successorum eius. Ioan. Oporinus impressit Basileæ, cum Alchorano, 1543.

Hermannus Figuli Hirsfeldiani, in opera Horatij Lyrica annotationes, impressæ apud Christianum Egenolphum Francoforti ad Mœnum, oct. 47. anno D. 1546.

Hermannus à Folkersheim, Frisus, nobili genere natus, & omnibus ingenij corporisq; dotibus ornatissimus, adhuc adolescens in Latinam linguam conuertit Marini Proclum, editum Tiguri cum Antonini Imp. libris. Audio cum superiori anno in Gallia cum Rotomagum peteret ut inde in Angliam traiceret, ab improbis quibusdam latronibus trucidatum esse.

Hermannus Kerfsenberg, descripsit bellum Monasteriense.

Hermannus Kissuick, scripsit multos libros hereticos, ut Bernardus Lutzenburgus ait, cū quibus in inferiore Germania combustus est.

 bibliotheca. Hic alibi Philocerdus nominatur.
 Dubito autē de hac inſcriptione & forte legendū
 Hypſiclis anaphorica. Alibi lego Hipparchi E-
 thica ſeruari Florentiæ.

Hipparchus Stragiritis philoſophus, Ariſtoteli
 familiaris & cognatus, ſcripſit, quid apud Deos
 ſit mas & fœmina, & quæ nuptiæ, & alia quæ-
 dam. Suidas.

* Hippasus Lacon, rempublicam Lacedæmonio-
 rum quinq; libris deſcripſit. Laertius.

* Hippasus Metapontinus, Pythagoreus philo-
 ſophus, commemoratur à Laertio: quem tamen
 Demetrius nullum opus reliquiſſe refert.

Hippias Diopithis filius, Elienſis ſophiſta &
 philoſophus, Hegeliſdami diſcipulus, qui autar-
 cian, id eſt uirtutem rebus ſuis contentam, ſinem
 bonorum deſiniebat, multa ſcripſit. Suidas. Eius
 librū Synagoge inſcriptum, Athenæus citat li.
 13. Eiuſdem ſcripta citantur etiam apud Plutara-
 chum in uita Lycurgi.

* Hippie Erythræi hitoria de patria ſua citatur
 ab Athenæo.

* HippoReginus, de locis quę res incidentes per-
 dunt, citatur ab Antigono in tongerie mirabi-
 lium narrationum.

* Hippobotus, in deſcriptione philoſophorum,
 & libro de ſectis, citatur à Laertio.

* Hippocratem in libro de Cnidia ſactis: item in
 Depoſito citat Pollux.

Hippocratis Coi, medici uetuliſſimi, & omniū
 aliorū principis, libri qui extant, impreſſi Græce
 Baſil. in officina Frobenian. 1538. & Latine apud
 Cratandru. Sunt autē hi: Hippocratis genus & vi-
 ta, ſecundū Soranum, iuſurandū Hippocratis.
 De arte, de priſca medicina. De medico, medicinæ
 officio. De probitate & honeſtate. De mente ſen-
 ſiue. De præceptis medico ſeruandis. De lege me-
 dici. De natura hominis li. 1. in quę Galeni duos
 cōmentarios habemus. de ſemine, uel genitura,
 Polybi liber, vt placet Galeno: & eiuſdē de ratio-
 ne uictus ſalubris. De natura fœtus. De carnibus,
 membrorum uel creatione. De ſeptimeſtri partu.
 De octomeſtri partu. De ſuperfœtatione. De ex-
 traſtione fœtus in utero mortui, de ueri dēritiō-
 ne. De anatome. De corde. De glandibus per om-
 nia mēbra. De natura oſſū. De locis in hominē.
 De cœli qualitate, ſiue de aere aquis & locis. De
 uictus ratione priuatorū li. 3. De languentiū in-
 ſomnijs. De præſagijs ex inſomnijs. De alimēto.
 De uſu humidorum. De natura. De humoribus.
 De ſtibus. De ſacro morbo. De morbis li. 4. De
 affectibus. de internarū partū affectibus, de uir-
 ginū natura. de morbis uirginū, de natura mulie-
 bri. de morbis mulierū li. 2. de ſterilibus mulieribus:
 ſuppoſitiua quædā calci primi libri de mōſ-

bis mulierū adscripta. de epidemijs, id est passim
 grassantibus morbis lib. 7. de ratione victus in
 morbis acutis & grauibus, ptisanarūq; laudibus,
 lib. 4. de iudicijs morborū, liber imperfectus. de
 diebus decretorijs, de morborum septimanis die
 bus. de portionibus medicis. de veratro. de lauatio
 nibus. de re venerea. Aphorismi, id est, breues &
 distinctæ sententiæ, sectionibus seu libellis septē
 conscriptæ. prognostica, id est præfagia, vel præ
 notiones, tribus libris scripta. Prorethica, id est,
 prædictiones li. 3. Coacæ præcognitiones li. 1. de
 vulneribus capitis. de vulneribus letalibus, sine
 perniciosis & periculosis. de fracturis. de articu
 lis. de luxatis. de medici vulnerarij mu nere. mo
 chlicon, id est, de curandis luxatis, siue de luxato
 rum fractorumue ossiū repositione. de vlceribus.
 de fistulis. de telorū extractione. de hæmorrhoi
 dibus. de salubribus rebus. de furore, seu insaniam.
 de lotij signis & differentijs, de melancholia, vel
 atræ bilis agitatione. de visu, oculiue acie. Episto
 læ Hippocratis & aliorū. sunt aut istæ: Artaxer
 xis regis magni epistola ad Pæru. Pæri ad Artaxer
 xen. Artaxerxis ad Gistanem hyparchū Hel
 lespōti, Hystanæ ad Hippocratē. Hippocratis ad
 Hystanē. ad Demetriū. Hystanæ ad Artaxerxen.
 Artaxerxis ad Coos, Coorū respōsum, senatus &
 populi Abderitarū ad Hippocratē pro curan
 do Democrito. quem insanire putabant. Hippo
 cratis ad Abderitas. ad Philopœmenē. ad Diony
 siū. ad Damagerū. ad Philopœmenē iterū. ad Cra
 teuam herbariū, vt simplicia medicamina colle
 cta mittat. ad Damagerū alia prolixa. Democriti
 ad Hippocratē. huic epistolę statim postponitur
 libellus de insaniam, in quo citat & librum de sacro
 morbo a se scriptū, & quintum epidemiorū. Hip
 pocratis ad Democritū. ad eundē de helleboris
 mo, ad filiū Theffalum. Democriti ad Hippocra
 tē de natura humana, Hippocratis ad Demetriū
 regem præceptū salubre. Atheniensū decretū in
 Hippocratis honorē & immunitatem. de simula
 chro genij Hippocratis super tumulū apparētis.
 Theffali Hippocratis filij oratio, quæ legatio di
 citur, habita in senatu Atheniensī, cum patriæ ex
 cidium deprecaretur. de septimestri partu, fra
 gmentū nothum & imperfectū. adiectę sunt eidē
 editioni ad finem glossæ, siue obscuriores apud
 Hippocratē dictiones alphabeti ordine per Ga
 lenum expositę. Alios aut sex huius nominis me
 dicos Suidas refert, omnes Coos, ex eadē familia,
 & medicinæ scriptores: vnū nostri Hippocratis
 auum paternū, duos ex Theffalo & Dracone fia
 lijs nepotes, duos Thymbraei filios, & vltimum
 Praxianactis filium. Ceterū hexecōrabilis nomi
 ne, omnes sexaginta Hippocratis libros compre
 hēdit Suidas: totidē enim, aut circiter, habemus,
 etsi minima illa opusculorū aliquot initia nō ad
 numerētur. Porro Hippocratis duæ epistolę in
 principio Marcelli medici, a Frobē. Basil. excusi.
 Hippocratis breuissimā dietā per singulos anni
 menses, Schottus excudit Argētor. 1544. cū Tro
 tula, Hildegardi, &c. De medicamentis purgato
 rijs libellus, nuper inuētus, & excus. Basil. apud
 Rob. Vvinter, epistolę eius Gręcę etiam in volu
 mine epistolarum, quod Aldus olim excudit, ha
 bentur. Hippocratis opera Latina Iano Corna

P. An. l. 5. Ep. p. 290.
 646.

rio interprete, Basileę euulgata sunt nuper in of
 ficina Froben. ex eiusdē Iani Corn. recognitionē
 in 8. duobus tomis. Eiusdē epistolę Rainuno
 Florentino interprete, excusæ sunt Basileę ab O
 pori. in Farragine epistolarū Laconicarū. Eius
 dem libellus de hominis structura editus est Ve
 netijs ann. 1552. in 4. apud Gryphiū, cū Meletio,
 Polemone, Diocle, Melampo, Nicolao Perreio
 Corcyrao interprete. Eiusdē aphorismi cū com
 mentarijs Fuchsi, excusi sunt in 4. ab Oporino.
 Aphorismorū genuina lectio ac fideiis interpreta
 tio, Gręcę & Latine, per Io. Morisotū ab eodē
 excusa est. De insomnijs liber cū quinto aphorif
 mo Gręcę castigatus & explicatus per Iustū Vel
 sium, ab eodē exc. De natura hominis cū comē
 tarijs Eustathij Querçetani ibidem excusus est.

Hippocratis cuiusdam scripta Gręcæ in mulo
 medicina, cum Abfyrio & alijs, Basileę apud
 Vualderum excusa.

Hippocratis sententia de mulieribus castigandis,
 apud Ioā. Stobæū de præceptis nuptialibus.

Hippodami, Pythagorei fragmenta aliquot in
 Ioannis Stobæi Collectaneis extant.

Hippolytus scripsit comētarios in visiones Dani
 elis, & in Prouerbia Solomonis. Itē rationē pas
 schæ, temporūq; canones, vsq; ad primū annū
 Alexātri Imp. & Eusebio, qui super eodē pascha
 canonē decē & nouē annorū composuit, occasio
 nē dedit. Scripsit etiam comētarios in Hexaeme
 ron, & in Exodū, & in Canticū canticorū, in Ge
 nestim, & in Zachariā, de Psalmis, in Esaiā, de Da
 niele, de Apocalypsi, de Prouerbijs, de Ecclesiast.
 de Saul, de Phytionissa, de Antichristo, de resurre
 ctione, cōtra Marcionē, de Pascha aduersum om
 nes hæreses, Prosomilias, id est colloquia, de lau
 de Domini Saluatoris, in qua præsentē Origene
 se loqui in ecclesia significat, in huius æmulatio
 nē, &c. * Hippolyti de Apostolorum peregrina
 tione & martyrio libellus, in Biblioth. H. Mem
 mij. Hippolyti episcopi & martyris oratio, de
 consummatione mundi, ac de Antichristo, & se
 cundo aduentu D. N. Iesu Christi, Latine edita
 est Parisijs à 1557. Ioanne Pico interprete.

Hippolyti Brylli de Lendenaria, opusculum de
 vermibus, impressum Venetijs in officina Eras
 miana 1540.

* Hippolytus Capilupus, Mantuanus, multa ele
 ganter Latino & Hetrusco carmine scripsit.

* Hippolytus Fantonus vel Fontotius Delp
 hus Perusinus, minorita, scripsit & habuit orati
 nem de laudibus liberalium artium. Patauij Iac
 bus Fabrianus 1553. Item Metrica artis metho
 dum, & parergon de punctis, Venetijs 1542.

Hippolyti de Marsilijs iurisperiti opera omnia
 impressa sunt. Seorsim autem citata reperiuntur
 in primum ff. no. de re iudi. l. de vnoque, in pri
 mum Cod. de prob. in secundum Cod. de rap
 virg. l. 1. Consilia, Consilia criminalia, de fidei
 foribus, practica iuris. de quaestionibus, de sic
 carijs, & de parricidis. Et de fal. & l. vnica. dere
 publi. in C. de proba. & tract. Noua singularia
 & alia. Impressa sunt etiam eius Consilia (qui
 bus omnia ferē continentur quæ ad reorū de
 fensiones pertinent.) Venetijs, anno Domin
 1573. in quarto.

Hippolyti Papæ Romani expositio in Apocalypsin D. Ioannis, Græce extat apud Ioan. Oporum, nondum excusa.

Hippolyti Riminaldi, Ferrariensis Iureconsulti acutissimi, in libros institutionum imperialium commentarij, docti iuxta & elegantes. Lugduni sub Sebastianum Bartholomeum Honoratum anno 1555. Eiusdem Commentaria in primam Igesti veteris partem, cum summarijs eiusdem, indice. Venetijs apud Franciscum de Portorij 1570, in folio.

Hippolyti Saluiani Typhernatis medici Romani, de Aquatilibus liber primus: impressus omæ in authoris ædibus 1557, in folio magnæ cartæ, cū iconibus centū æri eleganter insculptis.

Hippolyti Thebani de cognatione Christi lubricatiuncula, ex opere eius Chronico decerpta, Græce extat Romæ in bibliotheca Vaticana. Forssis idem hic episcopus est, de quo iam diximus D. Hieron.

Hippolytus Thebanus cōscripsit Chronicon, quo Ioannes Sambucus desumpsit & tractat libellum de ortu & cognatione Virginis Mariæ. Patavij Gratius Perrachinus 1556.

Hipponactus Ephesij poetæ senarios aliquoties offert Ioan. Stobæus. Athenæus etiam eius Pædiam & Synonyma citat. Vide Suidam. Prius & secundo Iamborum citatur à Polluce.

Hippostratis senarius apud Stobæum in sermone de superbia: quanquam in alijs exemplaribus Hippochoontis legitur.

Hippostratus in libello de Minoe citatur à Phleonte Tralliano.

Hippochoontis senarij de inuidia apud Stobæum sermone eiusdem argumenti: item

Hippochoi cuiusdam versus aliquoties ab eodem citantur.

Hypis Rhegynus, qui Persarum temporibus aruit, scripsit Parodian & Choliambon. Scripsit & Siculorum gesta, quæ postea Myes in cōpendium redegit. Scripsit item Italica & Sicelica bris quinque, & Argolica libris tribus. Item chronica libris quinque, & insuper alia.

Hirnerius: vide Vuernherus.

Hirtij epistola ad Ciceronem legitur libro 15. pistoriarum ad Atticum.

Histri (alias Istri, sine aspiratione) insignem de tragœdia librum aliquoties in recētorum scriptis citatum legimus, tanquam adhuc extet, Citatur & ab Higino. Vide Ambrosij Calepini Dictionarium in Calathis ciuitate.

Homar, alias Omar, vel Aomar, astronomus insignis, scripsit librum de natiuitatibus & interrogationibus, in quo de natiuitate, de morte, de fortuna cæterisq; rebus artificiose tractat. Liber est impressus Venetijs, anno 1503.

Homerus poeta tragicus iunior, patria Byzantius, scripsit tragœdias LXVII. apud Ptolemæum, vnus è septem qui Pleiades nominantur. Hunc Hesiodi poetæ æqualem fuisse dicunt, licet nonnulli primum affirmant. Hæc Tzetzes Lycophronis interpres.

* *Homeri* & *Hesiodi* certamē, nunc primum luce donatum, H. Stephanus edidit 1573. cum *Maetronis* & aliorum parodijs.

Homeri poemata Græca, nempe *Ilias*, *Odyssæa*, *Hymni*, & *Batrachomyomachia*, Venetijs apud Aldum excusa sunt, item Florentiæ, & Argent. apud Cephalæum, anno 1534, & 1525. vnâ cum vita *Homeri* per Herodotum, Plutarchum, & Dionem. *Ilias* aut & *Odyssæa* seorsim Louanij exiure, maiusculis versus interuallis: item Basileæ apud Heruagium in paruo folio, adiectis cōmentarijs Græcis ad suos vbiq; versus. *Batrachomyomachia* etiam cum *Aesopi* fabulis à Frobenijs excusa est. *Plinius* tradit, *Homerum* de *Acocorum* gente priuatim volumina condidisse, cui astipulatur Pius etiam Pontifex cap. 10. in descriptione *Asiæ*. Eadem paulo antè commemorata *Homeri* opera Græce & Latine è regione, ex diuersis doctissimorum virorum translationibus, thematibus verborū difficiliorū passim per margines assignatis: excusa sunt Basileæ apud Nic. Bryllingerum, anno D. 1551, in fol. Porro *Ilias* ab Eobamo Heflo Latino carmine expressa, & *Odyssæa* itidem à Simone Lemnio, excusa est apud Ioan. Opori, Basileæ, 1549. *Homeri* poemata Græce excusa sunt Parisijs apud Adrianū Turnebū, an. 1554. in 8. typis regijs. Eadē Rom. an. 1550. excusa sunt cum cōmentarijs Eustathij. Item Basileæ. Porro elegantissime *Homeri* poemata cum alijs poetis Græcis heroici carminis principibus excudit Henr. Stephanus in fol. grandibus literis. Fertur *Homerus* præter ea quæ hodie extant plura alia poemata scripsisse, è quibus enumerantur hæc à

Gyrardo, *Amazonia*, *Ilias* parua, *vesoi*, *Epicic* *hliades*, *Iambi*, *Gruū* pugna, *Aranearū* certamē, *Cæramis*, *Amphiarai* descensus, *Pægnia*, *Sicilię* captiuitas, *Epithalamiū*, *Cypria*, *Epigonus*, *Margites*.

Homerus Sellius cognominatus, scripsit *pægnia*, *hymnos* de personis comicis, & *Menandri* fabularum argumenta.

* *Honetor* in libro cui titulus est, *An pecunia sum oporteat esse sapientem*, citatur à *Laertio* in Platone.

* *Honorius* de Florentia, Italus, professione Augustinianus, Florentinæq; ecclesiæ archiepiscopus, scripsit super *Euangelia* lib. 4. In *Acta* apostolorum lib. 1. *Sermones* ad virumq; statum lib. 1. & alia. Claruit anno Domini 1430.

Honoratus epistolæ 2. & 4. & 12. apud *Cyprianum* author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Honorati à *Tucca* verba apud *Cyprianum*, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Honoratus Bonhor, scripsit de bello & duello.

Honoratus Constantinæ Africæ ciuitatis episcopus, scripsit ad *Arcadium* quēdā, qui pro confessione fidei catholicæ exulabat, epistolam ad labores pro Christo ferendos hortatoriā. *Gennad.*

Honoratus Draco I. C. scripsit elementa iuris ciuilibus carmine, item de iuris prudentiæ studio & laudibus sylvam. Louanij excudit *Martinus Rotarius*, anno Domini 1552.

Honoratus Fastellus, scripsit insigne poemā ad heroinam *Piscariæ*.

Honoratus Massiliensis episcopus, scripsit multa ad fidei sanioris propagationem, & maxime contra *Hæreticorum* peruersitatem, qui suo tempore Christi ecclesiam inuaserant. *Gennad.*

Honorius Augustodunensis ecclesię presbyter

& scholasticus, scripsit opus valde necessariū de Christo, de ecclesia, & de futura vita, quod vocavit Elucidarium, distinctū in lib. 3. de libero arbitrio lib. 1. sigillum sanctæ Mariæ lib. 1. speculum ecclesiæ, siue sermonum lib. 1. offendiculū de sacerdotibus lib. 1. summā historiarum lib. 1. gemā animæ, de officijs diuinis lib. 6. de imagine mundi lib. 2. in Cantica canticorum lib. 1. de luminari bus ecclesiæ, siue scriptoribus ecclesiasticis lib. 1. de corpore Domini lib. 1. in hexameron lib. 1. de Deo & vita æterna lib. 1. de anima li. 1. scalam cœli de gradibus visionū lib. 1. clauē physicæ de naturis rerum lib. 1. de toto Psalterio lib. 1. in Euangelia homiliarū lib. 1. de Papa & Imperatore li. 1. dialogum ex opusculis Augusti lib. 1. refectiōē mensū de festis lib. 1. pabulū vitæ de sanctis lib. 1. Epistolarū ad diuersos lib. 1. Huius libri de imagine mundi, de ecclesiæ lu. de temporibus: Mathesis, de philosophia mundi lib. 4. de affectibus solis, de ætatibus mundi, Chronic. & de hæresibus, impressi sunt Basileæ apud hæredes Cratan dri, anno 1544. Cōmentarij in libros Solomonis nunquam antea visi, & nunc primum excusi Colonia apud Ceruicornū, anno 1540. cum tribus libris Oppositorum in speciem vtriusq; Testamenti locorū, authoris innominati. Verum quidam adscribūt de imagine mundi libros duos, Anshelmo Cantuariensi. Honorij Augustodunensis Chronicon maius opus (nam epitome illius excusa tantum est) manuscriptum, nondum que euulgatum, habet Vuolgangus Lāzius medicus & historicus Viennensis. Claruit Honorius anno D. 1120.

Honorij Cæsaris aliquid in Codice Theodosij habetur.

Honorij Traumani, ducis Germani, ad milites suos oratio pulcherrima, ex Germanico sermone in Latinum conuersa, excusa est anno Domini 1553. quatern. 2.

* Horatij Augerij à Monte sancto de sanguinis missione libri 3. Venetijs 1570. in octauo.

Horatius Desulo, citatur à Plinio libro Naturalis historiæ decimo.

Horatius Limanus, Galeni aliquos libros, Venetijs impressos cum cæteris Galeni operibus in officina Iuntarum, anno Domini 1550. Latinitate donauit, nempe, de sophismatis quæ in verbis contingunt, An qualitates incorporeæ sint. An animal sit id quod in vtero est.

* Horatij Lutij de Calio Iurisconsulti, annotationes marginales in Concilij Tridentini canones & decreta. Antuerpiæ apud Plantinum 1570.

Horatius Romanus, Nicolai quinti Romanorum pontificis precibus fatigatus, primus fuit qui Homeri Iliadem è Græco in Latinum sermonem transferret.

* Horatius Tuscanella, collegit Ciceroniana epitheta, antitheta & adiuncta: libellus excusus in Italia & Antuerpiæ apud Plantinum. Idem Catulli, Tibulli, Propertij, & Cornelij Galli opera in indicis ordinem adduxit & disposuit: quibus accedunt etiam alia documenta admodum accommodata, Basileæ anno 1569.

Hormisda Papa, natione Campanus, scripsit decretum synodale lib. 1. ad Iustinū Augustū epist.

1. ad clerics secundæ Syriæ epist. 1. epistolas plures ad diuersos lib. 1. Eius decreta cū reliquis Pontificijs excusa sunt. Epistola vero ei falso inscripta ad Possessorem episcopum, cum operibus Fulgentij & Maxentij impressa. Claruit an. D. 521.

Hortensianus epistolæ 2. & 12. apud Cyprianū author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Hortensiani à Laribus verba apud Cyprianū, in sententijs episcoporū de hæreticis baptizandis.

Hortensius orator Romanus, pro C. Rabirio, citatur à Charisto.

Hortensius Tranquillus, Mediolanensis, scripsit Dialogum, cui titulus est, Cicero relegatus, Quæstiones quas à villa Fortio Fortianas nominauit, Orationem aduersus cœlibatum, Conciones 2. de baptismo vnam, & alteram de precibus. Disquisitiones in selectiora loca scripturæ. Explicationem symboli apostolorum, orationis dominicæ, & decalogi.

Hortensij Landi, quæstiones miscellaneæ excusæ sunt Venetijs, anno D. 1551. apud Iolium. Eiusdem paradoxa Italice excusa sunt.

* Hortulani philosophi commentarius super tabulam Smaragdinam Hermetis, impressus in 8.

Hori Apollinis Niliaci Hieroglyphica Græce, & Latine Bernhardino Trebatio Viëctino interprete, Petrus Vidouæus Parisijs excudit, anno D. 1521. Eadem Latine solum eodem interprete, Heuagius excudit Basileæ 1534. cum Augustini Nihilii libris duobus de Augurijs.

Hori scripta citantur apud Plinium lib. 30. & 37. Naturalis historiæ.

Hosea propheta, vide Oseas.

Hostilius annales populi Rom. carmine vt Ennius scripsit.

Hostilius quidam mimographus fuit.

Hostius poeta antiquus, bellum Histricum carmine conscripsit. Eius liber secundus citatur à Macrobio.

Hubaldus nepos Milonis monachi, insignis musicus, de multis sanctis cantus regulari modulatione cōposuit: Sigisbertus in Chronicis. Sed id videtur esse, qui ab alijs Hugbaldus nominatur.

Hubertinus de Casali, ordinis fratrum minorū scripsit insigne volumen, quod vocauit arborem vitæ crucifixæ lib. 5. sermones & epistolas, & quædam alia. Claruit anno Domini 1200. Prætere quæ Tritemius exhibet, scripsit de septem statibus ecclesiæ lib. 1.

Hubertinus Clericus Crescentinas, scripsit commentaria in epistolas Ciceronis familiares lib. 16. in officia eiusdem lib. 3. in Metamorphoseos Nafonis lib. 1. epistolarum quoque lib. 1. carmina multa lib. 1. quæ omnia Venetijs impressa sunt, anno 1491. Claruit anno 1480.

Hubertinus Florentinus, præsul Pistoriensis, olim S. Domini monachus, scripsit commetario in Metaphysica. Volatecr.

Hubertus, (vnde Hubertinus diminutiuum) ab alijs Humbertus, vel Hymbertus, vel Vbertus, vt etiam Vbertinus, scribi solet.

Hubertus Barlandus Galeni librum de medicamentis paratu facilibus transtulit, quæ translatio inter cætera Latina Galeni opera habetur impressa, Eiusdē Velitatio in medicina, lib. impres

Hubertus

Hubertus de Bobio I C. de ordine iudiciorum lib. 1. Quæstiones & determinationes.

Hubertus de Bonacurso, Italus, I. C. scripsit de præludij causarum lib. 1. Et de iudicijs quædam.

Huberti Goltzj Herbipolitæ Venloniani, Vingt omnium fere Imperatorum imagines à C. Julio Cæsare vsq; ad Carolū V. & Ferdinandū eius fratrem, ex antiquis veterum numismatis solertissime, sicut vtilim ab alijs, sed vere ac fideliter adumbrata, acta, mores, virtutes, vitia, suis coloribus historico penicillo delineata. Opus excus. Antuerpiæ an. 1557. in folio. Cura eiusdem Goltzj Lat. & Germ. Eiusdem G. lul. Cæs. siue Historiæ Imperatorum Cæsarumq; Roma. ex antiquis numismatibus restituta liber primus: in folio impressus eodem Goltzio Brugis Flandrorum. Eiusdem Imperator Cæsar Augustus siue historiæ Imperatorum Cæsarumq; Rom. ex antiquis numismatibus restituta liber secundus. Fasti magistratuum & Triumphorum Ro. ex antiquis tum marmorum tum numismatum monumentis restituti. Itinerarium per Germanias, Italiam, Gallias, cum mularum rerum maxime memorabilium prætorumq; liquot monumentorum, & plurimarum antiquitatis reliquiarum obseruationibus, antiquariorumq; virorum doctorum per singulas vrbes & ciuitates nomenclaturis: additis Topicis Regionum & Locorum quorundam descriptionibus ac tabulis, alijsq; figuris iconicis.

Hubertus Leonardus, episcopus Dariensis, ordinis fratrum B. Mariæ de monte Carmeli, Germanus, scripsit de Genealogia nobilium Francorum, & gestis eorum, ad Ludouicum episcopum Leonensem lib. 1. in euangelium Lucae lib. 1. de regimine principum lib. 3. de immunitate ecclesiastica lib. 3. Contra hæreticos Niuellet li. 1. qui octo & viginti propositiones principales continet, sermones varios lib. 1. Quadragesimale lib. 1. De Perseoouis filio lib. 3. Commentarios sententiarum lib. 4. Et alia complura Claruit anno D. 1490.

Hubertus de Lōbardia scripsit tractatus duos; primum de nomine Iesu, alterum de amore eiusdem.

Huberti Scuteputæi, Institutio beatæ vitæ & puris sacrarum literarum ac orthodoxorum patrum fontibus concinnata. Antuerpiæ Ioan. Bellerus an. 1570. in 12. Eiusdem, Flores selecti ex omnibus Gregorij magni operibus. Parisijs 1572 in 16.

Huberti Susannæi Stiessionensis Dictionarium Ciceronianum, in quo definitiones plurimæ & vocabulorum multorum interpretationes continentur, impressum Venetijs, & Parisijs, venditur: solidis Gallicis. Eiusdem, Epigrammatum libellis, Ludorum libri, Carmen de resurrectione D. N. Iesu Christi, quo animorum immortalitas validis scripturæ testimonijs asseritur. Collectanea in contextum totius artis versificatoris quam Ioan. Despauterius carmine complexus est Adiectum est Epithalamium quoddam, Ecloga Syluius inscripta, & carminum farrago. Collectanea vberissima in Despauteri figuris, Scholia in Virgilij Moretum. Omnia hæc excusa sunt Parisijs. Emendauit etiã Quantitates Alexandri de villa Dei, multis expunctis, & quæ omissa erant ab auctore additis, libellus ibid. excus. venditur 18. denariolis Gallicis; Europæ lamentatio carmine Lugduni 1538.

Huberti Thomæ Leodij commentariolus de Germaniæ inferioris populis, vt Tungris, Eburonibus, & alijs; vtilis ad historiam Cæsaris de bello Gallico rectè intelligendam; Rihelius Argentoratensis excudit 1541. Claruit anno D. 1540.

* *Hubertus* Vualterus Sarisburiensis episcopus composuit Constitutiones synodales lib. 1. In coronationem regis lib. 1. Inuentiones in Gyraldum Romæ lib. 1. Epistolas & sermones lib. 2. Obijt anno D. 1205. Baleus.

* *Hucarius* ad Fanum Germani in Cornubia, Leuita, Anglus, studiose in compendium redegit, Egberti Eboratensis archiepiscopi opus, De constitutionibus ecclesiæ lib. 1. Scripsit etiam Exceptiones quasdam lib. 1. Homilias centum & decem. Claruit anno 1040. Baleus.

Hugbaldus nomen proprium apud Germanos, ab alijs Hugualdus scribitur.

Hugbaldus monachus Eluonensis cœnobij ordinis S. Benedicti, Gallus, cōscripsit ad Carolū Caluum imperatorem mirabile opus 136. versuum, in quo omnia verba ab vna litera C incipiunt: vt, Carmina clarionæ caluis cantate camœnæ, cui titulum fecit, de laude caluorum lib. 1. de arte musica lib. 1. gesta sancti Leuini lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Vitas etiã multorum sanctorum descripsit, & cantus in honore ipsorum dulci & regulari melodia composuit. Eius egloga de caluis, impressa Basileæ apud Nicolauum Lamparter, anno D. 1516. & rursus anno D. 1546. apud Ioan. Paracum. Claruit anno Domini 880.

Hugonis de sanctuario & tabernaculo Dei liber, extat Viennæ Austriæ apud Vuolffgan. Laziū.

Hugo Argentoratensis, ordinis fratrum prædicatorum, scripsit in sententias lib. 4. Theologicæ veritatis compendium lib. 6. Sermones multos. Quodlibeta, Quæstiones, Disputationes, & varias in diuinos libros explanationes, vixit circa annum Domini 1296.

Hugo Babetus, scripsit eclogam in mortem nobilis pueri Guilhelmi à Balma Perani, excusam Basil. ab Opor. cū Burgundia Gilberti Cognati.

Hugo Barchinonensis, ordinis prædicatorum, ecclesiæ Ro. tituli S. Sabinæ presbyter Cardinalis, scripsit in Genesim lib. 1. in Exodum lib. 1. in Leuiticum lib. 1. in Numeros lib. 1. in Deuteronomium lib. 1. in Iosue lib. 1. in Iudicum lib. 1. in librum Ruth lib. 1. in Regum lib. 4. in Paralipomenon lib. 2. in Esdram & Neemiã lib. 3. in Tobiam lib. 1. in Iudith lib. 1. in Hester lib. 1. in librum Iob, li. 1. in Psalterium li. 1. in Prouerbia li. 1. in Ecclesiast. li. 1. in Cantica canticorum li. 1. in librum sapientiæ lib. 1. in Ecclesiasticum lib. 1. in Esaiam prophetam lib. 1. in Hieremiã lib. 3. in Ezechielem lib. 1. in Danielẽ lib. 1. in 12. prophetas minores lib. 12. in libros Machabæorum lib. 2. in euangelium Matthei lib. 1. in Euangelium Lucae lib. 1. in Euangelium Ioan. lib. 1. in epistolas apostoli Pauli lib. 14. in Actus apostolorum lib. 1. in epistolas canonicas lib. 7. in Apocalypsi Ioannis lib. 1. summam de casibus li. 1. Huius Hugonis expositione in Psalmos egregia, videmus Alexandro de Ales Venetijs nuper supposita, vniuersis scriptis libris per Germaniã & Galliam rentibus. Floruit aut Hugo an. D. 1240. Hugo- nis 1. Cardinalis ordinis prædicatorum. Speculum

sacerdotum & ecclesie, Lugduni excudit Guilhelmus Rouillius 1554. Eiusdem Compendium theologicę veritatis, habens septem libros pariales, manuscriptum apud M. Dresserum extat. Hic est primus postillator bibliorum, copiosius scribens super omnes libros sententiarum, de cuius tractatibus & postillis postea multi multa hauserunt.

* Hugo Catididus, Italus, vt apparet, Cardinalis Roma. ecclesie, scripsit in comitijs Vuormatiensibus, tragœdiam quandã de scelestâ Hildebrandi vita, lib. 1. Claruit anno Domini 1075.

* Hugo Campodenus e Gallica lingua in Anglicam vertit historiã de Boccho Maurorum & Getulie rege, & de quodam Sydraco. Baleus.

Hugonis Carnotensis episcopi epistola contra Adelmãnum episcopum Brixensem, excusa est Louanij apud Perrum Phalesium cū alijs eiusdem argumenti libellis, anno D. 1551.

Hugo monachus Corbeiensis, ordinis S. Benedicti, scripsit de claustro materiali lib. 1. de claustro spiritali lib. 1. de claustro animæ lib. 1. de claustro paradisi lib. 1. Et quædam alia. Hic etiam Hugo Folietanus nominatur. Floruit anno D. 1120.

* Hugonis Donelli Iurisconsulti in titulum de Usuris in Pandectis, & sequentem, cõmentarius, ordine hæc capita iuris cõplectens. De usuris De nautico fœnore. De fructibus causa & accessionibus. De mora. Luterig apud Vasco sanum 1556. Eiusdem ad titulum Digestorum de rebus dubijs commentarius. Biturigibus anno 1571. in octauo. Ad Titulum C. de pactis & transactionibus. Parisijs, anno 1573. in octauo.

Hugo de ductona, Anglus natione, Dominicanorum instituti theologus, scripsit Scholasticorum certaminum lib. 1. Lecturas Theologiæ lib. 1. Canticum popularium lib. 1. Vixit ann. 1350.

Hugo Eterianus, natione Tuscus, scripsit de hæresibus quas in Latinos Græci deuoluunt, ad Ardoinum Cardinale lib. 1. De immortalitate Deo lib. 40. 1. De anima corpore iam exuta, siue de regressu animarum ab inferis lib. 1. excusum Colonie apud Gymnicum, an. 1540. Libri aut de hæresibus, quas Græci ad Latinos deuoluunt, tres, alio titulo, de Spiritu sancti processione contra Græcos, excusi sunt Basileæ apud Robert. Vinter, anno Domini 1543. Floruit anno Domini 1160.

* Hugo de Euesham, Medicus, scripsit super opere Febrium Isaac lib. 1. Medicinales canones li. 1. Problemata quædam lib. 1. Claruit 1287. Baleus. 50

* Hugonis Falcandij historia de rebus in Sicilia gestis. Parisijs in quarto.

* Hugonis Fauolij Hodeporici Byzantini li. 3. carmine heroico. Seruatus Sassenus Louanij, anno 1563. in octauo.

* Hugo, Floriacensis monachus, natione Gallus, professione Benedictin. scripsit Chronicõ lib. 1.

* Hugonis Frideuallis, De tuenda sanitate libri sex. Antuerpiæ apud Planinum 1568.

* Hugo de Hybernia, minorita, scripsit Itinerarium quoddam, lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

* Hugo Kirkestede Cisterciensis instituti monachus, scripsit Cisterciensium historiam lib. 1. Claruit anno 1220. Baleus.

Hugo Latimerus Cantabrigie, antistes olim

Vuigorniensis, scripsit eruditã orationem, quam habuit apud totum ecclesiasticorum conuentum, antequam consultiatio publica iniretur de regni statu per Euangelium reformando, sub Henrico octauo. Excusa est Basileæ apud Robertum Vuinter, anno D. 1537. Claruit anno Domini 1548.

* Hugo Legat monachus, scripsit super Archieremum lib. 9. In Boethium de consolatione lib. 5. Epistolas ad diuersos lib. 1. Claruit anno Domini 1400. Baleus.

Hugo de Mancestria, Anglus, fratrum minorum per Angliam prouincialis, scripsit Philippi Francorum regis iussu contra quædam impostorum Fanaticorum deliria, ac compendium Theologiæ. Claruit anno Domini 1294.

* Hugo Matifconus poeta: scripsit De clarorum militum gestis memorabilibus lib. 1. Baleus.

* Hugo de sancto Neoro, Carmelita, edidit in Luteciam Euangelistam lib. 1. De conceptione Mariæ lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Quæstiones disputatas lib. 1. Obijt anno 1340. Baleus.

* Hugo Nouant, Normannus, Lichefeldensis Episcopus, scripsit Historiam mirabilem lib. 1. Ad Ricardum Londinensem epist. 1. Obijt 1198. Baleus.

* Hugo de nouo castro, scripsit De victoria Christi contra Antichristum lib. 1. Baleus.

* Hugo Pisanus episcopus, Italus natione, scripsit Deriuationes magnas lib. 1.

Hugonis de prato florido Dominicani, sermones de tempore & sanctis, impressi sunt anno 1486. in folio, tomis duobus.

* Hugo Rechadingensis Abbas, scripsit Quæstiones lib. 1. Ad Perrum Blesensem, Epist. plur. Claruit anno 1180. Baleus.

Hugonis Saxonis liber De natura animalium Physiologus dictus, manuscriptus apud Casparum Vuolfsum. Inuenio etiam citari Hugonem monachum De natura animalium.

Hugo Senensis, natione Italus, scripsit super primo Auicennæ lib. 1. super Aphorif. Hippocratis lib. 1. super regni Galeni lib. 1. Et alia complura. Eius super quart Fen. primi canonis Auicennæ commentaria, vsq; ad paragraphum in capite de enæmate, Forma verò. deinceps autem cõmentaria Marsilij vsq; ad finem: opus excusum Venetijs, anno 1485. & Papiæ 1496. cū annotationibus Iacobi de Parribus, & aliorum insignium medicorum: additum est etiam capitulum de phlebotomia, secundum expositionem Hugonis nuper inuentum. Omnia eius opera simul excusum sunt. Eiusdem Consilia seorsim excusa, & libe de Febribus seorsim. Commēt. eius in Hippocratis Aph. & super commentum Galeni, eius interpretis, excusa in folio Ferrariæ anno 1499. Claruit anno Domini 1430.

Hugo de Slestadt, Germanus, scripsit Quæstionum sententiarum lib. 4. Et quædam alia. Vixit anno 1452.

* Hugonis Solerij Scholia in duos priores libros de simplicibus Aerijs.

Hugo Sotouagina Archidiaconus Eboracensis Ecclesie, scripsit de vera amicitia lib. 1. Distinctiones metrorum lib. 1. Baleus.

* Hugo Suerchus, monachus Dominic. scripsit De arte prædicandi lib. 1. Sermones etiam plures lib.

Hugo Verceilen, citatur in summa Angelica; inter scriptores in iure canonico, vel civili: & ibidem nescio quis Hugo nominatur, qui multas lottas scripserit in Decretum.

Hugo de Verneco, Gallus Narbonensis, Amiani cœnobij Carmelita, magister Parisiensis, scripsit opus sententiarum lib. 4. Determinationes quoque lib. 1. Obijt Parisijs, ann. Domini 1340. Johannes Triffa.

Hugo presbyter & monachus S. Victoris Parisiensis, ordinis canonicorum regularium Augustini, & abbas, natione Saxo, scripsit summam sententiarum suarum lib. 1. De anima Christi lib. 1. De sacramentis lib. 12. Didascalion lib. 6. De aranimæ lib. 1. De modo orandi lib. 1. De laude charitatis lib. 1. De institutione nouiorum lib. 1. in regulam sancti Augustini li. 1. de mystica arca Noe b. 5. in Ecclesiasten hom. 16. lib. 1. in Canticâ cancorum lib. 1. in Threnos Hieremiæ lib. 1. in Hierarchias Dionysij lib. 14. De laude patrum lib. 1. De perpetua virginitate S. Mariæ lib. 1. super Magnificat lib. 1. super Tota pulchra es lib. 1. De amore sponsi & sponsæ lib. 1. De medicina animæ b. 1. De meditatione lib. 2. De incarnatione uerbi lib. 1. De sapientia Christi li. 1. De vanitate mundi lib. 1. De substantia dilectionis li. 1. De septem orationis spiritus sancti lib. 1. De disciplina lib. 1. in uinq; libros Moyfi lib. 1. De mysterijs ecclesiæ b. 1. De spiritu & anima li. 1. De oratione dominica lib. 2. De confessione lib. 1. in Ezechielé prophetâ lib. 1. epitoma philosophiæ lib. 1. in quosdâ psalmos lib. 1. De nuptijs & concupiscentia lib. 1. De natura Dei simplici lib. 1. De triplici uoluntate in Christo lib. 1. De potestate & uoluntate Dei b. 1. De sacra scriptura lib. 2. De natura animalium b. 1. De contemplantione lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. sermones etiâ composuit plures, & alios inter eos uariosq; tractatus, Omnia eius opera in Italia impressa sunt, seorsim autem lib. 1. de Trinitate, Idiota, de statu religiosorum, de claustro animæ, & allegoriæ in utrunq; Testam. De institutione uerò nouiorum lib. de operibus trium dierum, Soliloquium de arra animæ, de laude charitatis, de modo orandi, expositiones orationis dominicæ, de quinq; septenis, de donis sancti Spiritus, simul excusa sunt Parisijs apud Henricum Stephanum, ann. 1506. didascalion uerò impressum cum uocabulario Vuenceslai Branck, anno 1483. Tritermius hunc Hugonem, Dionysium etiam Areopagitam exposuisse memorat. Clauit anno 1330.

Hugo Vyrley Anglus, Nordouicensis cœnobij Carmelita, scripsit figuras historiarum, Commentarios in Mathæum, collationes XVIII. determinationes XCVI. Quæstiones ordinarias, placita Theologica, Lectiones scripturarum, sermones uarios. Vixit anno 1344.

Hugo Vuhyte, Anglus, professione Benedictinus monachus, scripsit historiam Petroburgensem luculentissimam.

Hugolinus patriarcha Constantinopolitanus, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, scripsit super sententias lib. 4. quodlibetorum lib. 1. de differentia idiomatum lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Vixit anno 1250.

Hugolinus de la Fontana, glossator iuris ciuilibus: Ioan. Fichardus Hugolinum quendam in uitiis iureconsultorum commemorat cum Bulgaro, & alijs, quorum nulla omnino (inquit) monumenta extant.

Hugolini de monte Catino physici, librum de balneorum Italiæ proprietatibus & uirtutibus; Iuntæ impresserunt Venetijs, anno D. 1553. cum diuersorum authorum scriptis de balneis.

Hugolinus quidam comœdias aliquas scripsit, ex quibus Albertus de Eyb in Margarita sua alia quot sententias affert.

Hugotonem, qui de animalibus aliquid scripserit, nominat Steuchus cap. 11. super Leuiticū annotationum, uñ cum Alberto Magno.

Huldricus uel Hudaltricus, episcopus Augustanus, scripsit aduersus Nicolaum Papam primum, quod sacrificulis coniuges interdixerit lib. 1. Vuestheimerus.

* **Huldrici** Baronis, à Leukirco, certa experimēta contra quosuis hostes, præcipue uero Christi nomini & fidei aduersarios, ex scripturis ad consolationem piorum, & peccatorum emendationem collecta. Monachij 1569. in quarto; Germanice.

* **Huldrici** Campelli de Rætia antiqua & alpina libri duo: quorum priore regio ipsa & oppidorum, arcium, pagorum, montium, fluminum, &c. loca & situs, ueteres familiæ, respublica & gentis mores: posteriore uero res gestæ memoratu dignæ describuntur. Breui in lucem edendi.

* **Huldrici** Fabricij Iuriconsulti, Processus iudiciarius, cum præfatione Iustini Gobleri, in qua & de eiusdem Fabricij uita & moribus nonnulla.

* **Huldrici** Molitoris de Lamijs & pythonicis mulieribus.

Huldricus Mutius Hugotius uel Durgetus, Basiliensis gymnasijs professor, scripsit de studiorum suorum proœmio libellum, excusum Basileæ. Item epistolam ad omnes qui Christum ex animo quærunt, impressam Basileæ, anno 1522. De Germanorum prima origine, moribus, institutis, legibus & memorabilibus pace & bello gestis, libros 31. impressos Basileæ apud Henricum Petri. anno 1539. Cœpit etiam scribere de agricultura; & alia multa nobis incognita. Floruit Basileæ anno 1551.

Huldricus Huttenus, eques Francus, Germanus, multa audacter & liberè in Pœticijs Romanenses dixit & scripsit, multa etiam in principes & magistratus ciuitatū. Eius opera poetica ex diuersis eius monumentis in unū collecta, Francofordiæ impressa sunt anno 1538. sunt autem hæc: epigrammata uaria. in tēpora Iulij secundi, Satyra. ad Maximilianum Imper. exhortatoriū, ut bellum in Venetos prosequatur. de piscatura Venetorum; carmen heroicum. Marcus, heroicum. de non degeneri statu Germanorum. epistola Italiæ ad Maximilianum Imp. responsoria Maximiliani Imper. ad Italiā, authore Helio Eobano Hessio. ad Cardinalem Adrianū pro Capnionē intercessio. Triūphus Capnionis. Panegyricus in laudem Alberti archiepiscopi Mogūtini. in **Pepericorni**

*Budeg ad Erasmo.
l. 2. ep. 20. p. 88.*

vitam & obitum. Vtis, id est, Nemo, carmen iu-
cundū. Vir bonus, de arte versificatoria. de Gua-
iaci ligni medicina & morbo Gallico liber, im-
pressus Moguntia apud Ioan. Schæffer, 1519. flo-
res obseruati ab H. Hutteno in libris Q. Curtij de
rebus gestis Alexandri, cum eisdem impressi sunt
Coloniam apud Ioan. Gymnicum, 1538. Eius su-
per interfectione propinqui sui Ioannis Hutteni
equitis, à Vuirtenbergenſi duce Vlrico, Deplo-
ratio, heroicis versibus: item ad Ludouicū Hut-
tenum, super interemptione filij Consolatoria o-
ratio: item in Vlrichum Vuirtenbergenſem ora-
tiones quinque inuestiuæ, in eundem dialogus,
cui titulus Phalarismus: item apologia pro Pha-
larismo, & aliquot ad amicos epistola: item ad
Franciscum Galliarum regem epistola, ne cau-
sam Vuirtenbergenſis tueatur, Exhortatoria, &
epistolæ aliquot ad amicos: omnia hæc simul ex-
cusa in arce Stekelberkâ, 1519. expositio cum
Des. Erasmo, impressa cum Brunfelsij responsio-
ne ad Erasmi spongiam pro Hutteno. Audio &
alias orationes ab eo editas esse, quarum tituli sint,
Monitio prima, Monitio secunda, & alia quæ-
dam: nec dubitauerim, Dialogum illum Philale-
this cuius Vtopiensis de facultatibus Romanen-
sibus nuper publicatis, eodem authore conscri-
ptum esse: & Orationem ad Christum pro Iulio
secundo Ligure Pontifice, & Pasquillos nonnul-
los, veluti sunt: Dialogus Bulla inscriptus, siue
Bullicida, Prædones, Momus, Carolus, Pietatis
& superstitionis pagna, Conciliabulum Theolo-
gistarum aduersus bonarum literarum studio-
sos, Apophthegmata Vadisci & Pasquilli de de-
prauato ecclesiæ statu, Huttenus captiuus, Hut-
tenus illustris. Eiusdem exclamatio carmine
scripta, in incendium Lutheranum, impressa est
cum alijs quibusdam in quarto. Item epistola
ad Bilibaldum Pirckheimerum. Pars quædam
inuestiuæ in Hieronymum Aleandrum. Episto-
la ad Marinum Caracciolum. Oratio ad cardina-
les, episcopos, abbates, præpositos, & vniuersum
sacerdotum concilium, Vuormatiæ Lutherum
& veritatis ac libertatis causam impugnantes.
Oratio ad Carolum V. & alia quædam, impressa
sunt cum secundo tomo operum Lutheri. Eius-
dem præfatio in declamationem Laur. Vallæ
contra donationem Constantini, impressa est Co-
loniæ cum concilij Basiliensis descriptione, anno
Domini 1535. Claruit anno 1523. Eiusdem epi-
stolæ aliquot de schismate extinguendo, & vera
ecclesiæ libertate asserenda, impressæ sunt.

Huldrici Regij Arithmetices vtriusque epitoma:
liber impressus Friburgi à Stephano Gra-
uio 1550.

* Huldricus Richental, cuius Constantiensis, des-
cripsit gesta Concilij Constantiensis Germanice,
impressa Augustæ, & ni fallor Latine etiam.

Huldricus Vannius Augustanus, scripsit car-
men heroicum de passione Christi, impress. anno
Domini 1512. in 4. chart. 1. & dimid.

* Huldrici Vlmer fraternitas cleri.

* Huldrici Vuolffhart de peste liber Germa-
nicus.

Huldricus Zwinglius Toggius, natione Helue-
tius, ecclesiæ Tigurinae antistes, scripsit multa,
de eius morte, quomodo in acie ceci derit, vide
Epist. Card. de Collij ad Sadoletum l. 7. Ep. 7. Ep.
Sadol. p. 274.

quæ primū separatim, post mortē autem eius in
quatuor tomos digesta, Tiguri apud Froſcho-
uerum, anno 1545. excusa sunt. In primo tomo
continentur: Opus articulorum, siue conclusio-
num 67. pargensis ad communem Heluetiorum
ciuitatem, ne Euangelicæ doctrinæ cursum im-
pediant, nec licitis sacerdotum connubijs offen-
dantur. Supplicatio quorundam apud Heluetios
Euangelistarum, ad R. D. Hugonem episcopum
Costan. ne se induci patiatur, vt quicquam in
præiudicium Euangelij promulget, neue scorta-
tionis scandalum ultra ferat, sed presbyteris vxo-
res ducere permittat. Apologeticus Archeteles
appellatus, quo respondetur parænesi à R. D.
Constantiensis ad Senatum præposituræ Tigur-
inæ missæ. Suggestio deliberandi super propo-
sitione Hadriani Pont. Rom. Nerobergæ facta
ad Principes Germaniæ. Apologia, qua in pu-
blicas Heluetiorum comitijs Bernæ congregatis,
ad quædam falso sibi intentata crimina respon-
dit. Epistola ad Senatum & populum, totamque
ecclesiam Toggiorum. Epistola ad communem
Heluetiorum societatem, qua docet, Compaten-
nitatem matrimonij vsus non impedire: simulque
monet, ne sese externorū insidijs turbari patian-
tur. Parænesis ad vetustissimam Suiuentium rem-
pū. vt principum amicitias & insidiosa alieni-
genarum munera caueat. De certitudine & cla-
ritate verbi Dei lib. 1. De Canone Missæ Epiche-
resis. De Canone Missæ libelli apologia. Aduer-
sus Hieronymum Emserum canonis Missæ af-
fertorem, Ansbolon, Ad Fridolinum Lindoue-
rum Bremgartensem concionatorem, super pu-
blica de gratia per Christum hallucinatione Ex-
positio. Christiana & orthodoxa prudentis-
Tigurinorum Cos. totiusque Senatus responsio
ad Constantiensis episcopum, de idolis & mis-
sa. ad Valentinum Comparem archigrammate-
Vranienſem responsio, de Euangelio, Doctori-
bus, vel panum autoritate, de imaginibus, &
Purgatorio. Isagoge in Euangelicam doctrinam
à prudentissimo Tigurinorum Senatu cunctis
ecclesiarum tam in vrbe, quam in agro ministris
exhibita, vt ea instructi Euangelium purè præ-
cent. Quo pacto ingenui adolescentes formandi
sint, præceptiones. Pastor, quo docetur quibus-
notis veri pastores à falsis discerni possint, &
quid de vtriusque sit statuendum. De duplici iu-
stitia, diuina & humana, liber vnus. De delectu
libero ciborum esu, de offendiculo, item & scanda-
lo liber: de casta, intemerata, semperque virg-
ne Maria, sermo. Anamnema de prouidētia De-
i ad illustrissimum Cattorum principem. To-
mus secundus continet τὰ ποικίλα, id est pugna-
quæ ipsi cum aduersarijs suis intercesserunt.
est, in Catabaptistarum strophas elenchus. Eccle-
siastes, id est, de ratione & officio concionandi
ber, contra Catabaptistarum seditiosas concio-
nes conscriptus. De baptismo & eius prima in-
tutione, anabaptismo, & pædobaptismo, id est
paruulorum vel infantium baptismo liber, diu-
sus in tres tractatus. Ad Balthazaris Huebme-
Pacimontani libellum de baptismo editum re-
ponſio. Ad Petrum Gynoræum epistola, in qua
de Fabro, Eccio, & Balthazare Catabaptista quæ-
da

bus à D. Io. Caluētum libellus: ibidē impressus.

Humberti Mōimōretani, Sylua de laudibus superioris Burgundiæ, impressa est cū descriptione Burgundiæ *Gilberti* Cognati.

Humbertus monachus Tullenſis, ordinis S. Benedicti, quicquid Constantinopoli contra Nicetam monachum Græcorum errores defendentem coram imperatore Constantino & Michaeli patriarcha disputando dixit, aut fecit, luculenter conſcripſit sub nomine Romani & Constantinopolitani, Dialogorum more li. 1. impressum Coloniae 1521. Scripsit etiam quædam alia. Claruit anno 1150.

Humbertus ordinis Prædicatorū, patria Viennensis, scripsit super regulam S. Augustini lib. 1. summam prædicantium lib. 3. gesta fratrum prædicatorum lib. 5. de officijs sui ordinis lib. 1. de tribus substantialibus reli. lib. 1. epistoliarum ad diuersos lib. 1. Item De gradibus contemplationis, De nomine Christi. Claruit anno 1250.

Hunfridus cognomento Bonus, regum Anglorum Henrici quarti filius, Penbrochiæ comes, & Gloceriæ dux, scripsit de rebus Astronomicis lib. 1. Claruit anno 1447. quo ab hostibus suis etiam culcitra plumea suffocatus interiit.

* *Hunfredi* Lhuyd, Denbygiensis, nobilis & eruditi viri, Epistola de Mona Druidum insula, antiquitati suæ restituta: & de armamentario Romano in Hollandia: excusa est cum Theatro orbis terrarum Abrahami Ortelij. Eiusdem Angliæ regni tabulam, & Cambriæ Chorographiā Ortelius se aliquando publicaturum promisit. Eiusdem Commentarioli Britanicæ descriptionis fragmentum. Coloniae 1572. octauo.

* *Hunfridus* Neckton, Carmelita, edidit Sermones Dominicales 14. lib. 1. Ordinarias quæstiones lib. 1. Lecturas scholasticas lib. 1. Super articulis theologicis libr. 1. Mortuus est anno 1303. Baleus.

* *Hunbertus* Deirus (aliqui Vuicbertum appellat) Angloſaxo, monachus, scripsit De vita Ceolfredi lib. 1. Epistolas quoque fecit lib. 1. Claruit anno 730. Baleus.

Hungarij fratris minorum conuētus Pesthienſis sermones de sanctis 120. Biga salutis inſcripti, sumptibus Ioannis Rimani impressi Haganoræ per Henricum Gran, anno Domini 1497.

* *Hunibaldus* Francus, ex carminibus & scriptis flaminum suæ gentis continuauit Vualthaldi historiam per annos 926. vsque ad vltimum Clodouei regis annum scilicet Domini 514. Scripsitq; rerum gestarum libr. 18. Claruit anno prædicto. Tritemius in Compendio.

Hygeni Gromatici libri duo, cū alijs limitum scriptoribus, Parisijs à Morelio impressi 1554. In catalogo Scipionis Tetti librorū manuscriptorum veterum, legitur Hygeni Grom. liber de munitionibus castrorum.

Hygini epistolæ duæ leguntur cum recognitionibus Clementis: alij Higinum scribunt. De C. Iul. Higinio iam diximus.

Hylas qui de augurijs scripsit, citatur à Plinio lib. 10. naturalis historię.

* *Hylas* Horesuitha Eduuici Northūbrorum regis neptis, edidit contra Agilbertum Parisien-

sem ac Vissifaxonum episcopum, Pro veterum rituum obseruatione libr. 1. Meditationes quoque suas lib. 1. Ex hac vita decessit, anno 685. Baleus.

Hypathia Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & vxor Isidori philosophi, scripsit commentaria Astronomica. Claruit autem sub Imperatore Arcadio.

Hypatij cuiusdam verba citantur in Epiphanijs episcopi scriptis Latine impressis Basileæ.

Hyperides Atheniensis rhetor, scripsit orationes numero 56. Suidas, qui etiam ab Antipatro rege ipsum occisum testatur. Quarta ex orationibus Aeschini, quæ Deliaa dicitur, eius linguam & stilum mentiri videtur, & à plerisq; Hyperidi tribuitur. Inter orationes Demosthenis, quæ de conuentis cum Alexandro inscribitur, Libanio videtur Hyperidem authorem sapere. Athenæus eius orationes tres allegat, Deliacam, Contra Demadem, Contra Demosthenem. & apud Ioan. Stobæum etiam aliquot eius verba & fragmenta referuntur. Eiusdem scripta citantur apud Plutarchum in vita Demosthenis. Hyperidis fragmenta quædam orationum extant apud Paulum Bornemiza episcopū in Hungaria.

Hyperochi cuiusdam poetæ, *Κυριακή*, id est historia Cumana, citatur ab Athenæo lib. 12.

Hypsei cuiusdam scripta semel & iterum Athenæus citat in suis Collectaneis.

* *Hypsicrates* citatur à Varrone libro quarto de lingua Latina.

Hypsielis anaphorica Græcè extant Romæ in Vaticana biblioth. & S. Fioræ, eadem Latine excusa sunt cum elementis Euclidis Latinis editione Campani.

I

Iacobus author Arabs, vt videtur, in Tacuinis Eluchasem medici citatur.

Iacobatij cardinalis liber de cōcilio excusus est alicubi in Italia.

Iacchus citatur apud Plinium, qui in libr. 37 quædam ex eo transtulit.

Iacobinus à S. Georgio iuris peritus, scripsit super 1. & 2. ff. veteris, in primum & 2. Codicis, super Feudis, De legatis officialibus, castris, castellanis, & confederatis, de Inuestitura & eius clausulis. Eiusdem comment. super C. & ff. impressa sunt Lugduni, anno Domini 1521. Super feudis impress. in octauo.

* *Iacobini* Malafossij Enarratio super primis sententiarum D. Ioannis Scoti, in qua 150. contradictiones Scoti dissoluuntur. Patauij 1560. fo.

Iacobus apostolus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, post passionem Domini ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quæ septē Catholicis est. Hieronymus. Iacobi fratris Dom. Proteuangelion, historiā de natiuitate seincunabulis Mariæ & Christi, Guilielmus Perrellus ex Græca lingua in Latinam transtulit. Oporinus excudit cum scholijs Theodori Bliandri.

Iacobus I. C. Vide in Triboniano.

Rabbi Iacob scripsit libros quatuor Thuringorum

uorum primus inscribitur Sebah, secundus Daad, tertius Ebenhazer, & quartus Hofchen annispat.

Iacobi monachi sermones qui dam Græci in Italia bibliothecis seruantur, nepe in conceptionem diuæ Mariæ, de 12. tribubus Israel. Iterum in conceptionem & generationem, in sancta sancto-
i, *Elc vñ p' isodop' tou vas, vñ as ra' isus, Eis rōp' zap' ista idp, &c.*

Iacobi Acontij Tridentini, De methodo, hoc est, de recta inuestigandarum tradendarumque scientiarum ratione liber. Basileæ apud P. Pernam 158. in octauo. Eiusdem Satanae stratagematum lib. 8. Quibus accessit eruditissima epistola de ratione edendorum librorum ad Ioannem Wolfsum. Ibidem 1565. Item Ars muniendorum oppidorum Italice primo descripta & postea in Latinam linguam translata: Præterea libri Dialectica, cepti quidem scribi sed ut arbitror non absoluti. Obijt in Anglia, ni fallor, a. n. 1566.

Iacobus Actiolus inter nostri temporis poetas Gyraldo laudatur.

Iacobi Aegidij, additiones ad Bartolum de reprobatione.

Iacobus de Aiallo Neapolitanus quædam in re scripsit, de iure adh. & subsidij.

Iacobellus, quare *Iacobus* Misnensis.

Iacobus de Al. I. C. præceptor Hostiensis, citatur à Ioan. Andrea.

Iacobi Alaxini medicæ aliquot disceptationes, excusa Parisijs apud Vucheluin.

Iacobus de Albegana I. C. cuius meminit Abbas, in c. quæris extra de ætate, &c.

Iacobi Alegreti Forliuensis bucolicum carmen non indoctum extat. Blondus.

Iacobi Alkindi philosophi liber de gradibus medicæ minum compositorum, impressus Argentorati, 1531. cum Tacuinis sanitatis Elluchalem, &c. Alkindi etiam de radijs stellis opus in manu extat. De naturæ secretis lib. 1.

Iacobi Allindi Senonensis Expositio in decisionibus quæstionum M. Guilielmi Occami super potestate summi pontificis. Parisijs Claudius Heuallonius 1536.

Iacobus Almain monachus de potestate Papæ contra Caietanum, 1514. Colonia.

Iacobus de Altauilla, Germanus, patria Rinouensis, scripsit super Sententias lib. 4. quæstiones quoque varias lib. 1. Claruit anno 1360.

Iacobus Aluarotus Patavinus, scripsit commentaria super Feudis, quæ impressa sunt Francofar 1570. in folio: à multis ac varijs mundis reputata. Eius scripta sine prænomine citantur in ff. et. de pactis. l. rescriptum. parag. si quis. item consilia eiusdem. Claruit anno 1453.

Iacobus Andrea D. Præpositus & cancellarius Academiæ Tubingensis, multa Latina & Germanica lingua conscripsit, è quibus, hæc mihi nota sunt. Disputationes in Academia Tubingensi propositæ diuersis temporibus, De Trinitate, De iustificatione, De consilijs, De sacramentis, De euangelio, De persona Christi, de vnione personali in Christo, & idiomatum communicatione, veraque præsentia corporis & sanguinis Christi in cæna. De duabus naturis in Christo & eandem idiomatum communicatione; De viri-

bus humanis seu de libero arbitrio. De substantia peccati originalis. De lege. De ecclesia. De discrimine vtriusque testamēti. Responso I. ad Bezam & ad propositiones Ingolstadt. Pia breuis & perspicua expositio controuersie de duabus naturis in Christo, deque vera præsentia corporis & sanguinis eius in Eucharistia: in qua responsum D. Theodori Bezæ de carnis Christi omnipræsentia, contra D. Ioan. Brentium inscriptum, refutatur: & eaque Bullingerus contra eiusdem Recognitionem anno superiore in lucem edidit, refelluntur. Tubingæ 1565. in 4. De maiestate hominis Christi, eiusque in eucharistia præsentia: & concilij Tridentini decreto de fide iustificante, Responso breuis, contra maledicum scriptum Scholastici Speringij, Iesuitarum Ingolstadtij docentium discipuli. Ibidem 1565. Ad libellum Friderici Scaphyli responso, 1562. Apologia capitum disputationis de maiestate hominis Christi, 1564. in 4. Expositio cœnæ Dominicæ, in octauo. Defensio de usu calicis in Synaxi contra Bartholomæum Latomum, De discordia & concordia Augustanæ confessionis Germ. in quarto. Gratulatio quod concionatores & doctores ducatus Bavarici Lutherani facti sint. Tubingæ 1568. Germanice, quarto. De cæna Domini conciones aliquot Goeppingæ scriptæ. Oratio de principum officio in Collegijs monasticis tuendis, & studijs literarum fouendis, 1571. De Christiano consensu theologorum in intelligenda Augustana confessione, per superiorem & inferiorem Saxoniam & Sueuiam, declarata in Synodo convocata Zerbstæ 10. Maij. Germanice. 1570. quarto. Concio de pia consensione theologorum Augustanæ confessionis, Dresdæ habita, 1571. Palinodia aduersus Lautherium & Nasum, quod monachi & sacerdotes ducatus Bavarici, contra testimonium propriæ conscientiæ, & manifestam veritatem Papatum retineant, 1569. quarto, Germ. Conciones 33. de præcipuis controuersijs religionis, habita Eslingæ. Tubingæ 1568. in quarto, Germ. Conciones tredécim de Turcis, in quibus de eorum imperij ortu, religione & Alcorano agitur, & id confutatur. Ibidem Ger. 1568. Refutatio falsarum causarum propter quas nonnulli ad Augustana confessionem ad Papatum deficiunt, contra Iesuitas Dillinganos, & Gasparum Francum, 1568. Germ. Conciones aliquot in aliqua Euangelia Dominicalia, 1562. Germ. Postremo nuper duas conciones edidit habitas Memmingæ, 1573. & plura alia mihi ignota.

Iacobus Angelus, Florentinus, Cl. Ptolemæi libros Latinè reddidit, nempe Cosmographiam, Quadripartitum, & 100. fructus.

Iacobus Anglicus nomine & natione; Cisterciensis familiæ monachus, scripsit in Cantica Salomonis, Conciones Euangeliorum, Lecturasque scholasticas, Vixit anno Domini 1270.

Iacobus Angelus de Scarparia, vitam Cæsaris à Plutarcho scriptam ad Latinos deduxit: habetur inter cæteras vitas Plutarchi Latinè impressæ.

Iacobi Angeli Vlmensis, artiū magistri & medicinæ licentiati apud Leopoldum ducem Austriæ, tractatus de cometis, impressus olim in Germania in quarto, chartis 4:

Iacobi Antiquarij epistolæ aliquot, iunguntur Angeli Politiani epistolis, libro 4: 6. 9. & vndecimo.

Iacobi Antonij Marcelli epistolæ quædam impressæ Basileæ apud Rob. Vuinter, cum Gilberti Cognati epistolis.

Iacobus de Ardizono scripsit Summâ de Feud. *Iacobus* de Arena, Parmensis, edidit in Iure civili super Codice lib. 9. super ff. nouo. lib. 24. super ff. veteri lib. 12. super ff. infortiati lib. 14. de excusationibus lib. 1. disputationes varias lib. 1. de dilationibus in l. 1. ff. Si quis cautio. De exceptionibus, De expêdio, De positionibus. De positionibus & interrogationibus, Eius commentarij super 1. & 2. ff. Veteris, non impressi, habentur Brixie in domo Gabiani. Claruit autem anno 1306.

Iacobi Achonenfis episcopi historiam orientalem, citat auctor libri qui inscribitur Hortus sanitatis. Citatur etiam alibi liber De vita Mariæ Ongiensis. 1278

Iacobi Artisanij Latine Grammaticæ primæ rudimenta, impressa Lutetiæ à Richardo Britanno, anno Domini 1551.

* *Iacobus* Afaa, de primogenitura.

* *Iacobus* Aurelianensis I. C. scripsit in libros Feudorum, de quo Aluorotus in proæmio.

Iacobus Baldeuini, scripsit super Codicem lib. 12. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo lib. 12. super ff. infortiati lib. 14. teste Tritemio. Verum Fichardus in Iureconsultorum vitis, nullum eum post se scriptum reliquisse, sed per Odofredi discipuli sui scripta potissimum in memoria remansisse refert. Claruit anno 1240.

* *Iacobi* Basilij Marcheti, Despotæ Sami, breuis & verâ narratio de Morini quod Terouanam vocant, atque Hedini expugnatione, deque prælio apud Rentiacû, & omnibus ad hunc vsque diem vario euentu inter Cæsarianos & Gallos gestis, Antuerpiæ Ioannes Bellerus 1553.

* *Iacobi* Bauni ars scribendi.

* *Iacobus* de Bayfio I. C. frater Guidonis Archiepiscopi.

Iacobi Bedroti Pludentini, natione Germani, viti Græcæ & Latine linguæ doctissimi, qui magna laude vtriusque linguæ opt. quosque autores Argentinæ ante annos 12. professus, immatura morte præreptus est, præfatio extat in historiam Flori, & in Athenæi Symposiacâ, quæ cum Christiano Herlino castigauit. Idem in Latinam linguam transtulit libellum de imaginibus à ministris Argentinensis ecclesiæ conscriptum. Liber excusus est Argentinæ in 4. Claruit anno Domini 1534.

Iacobus de Beluisio, scripsit in authenticis lib. 1. de vsu feudorum lib. 1. additiones in nouellis lib. 1. & disputationes varias, & alia multa. septies libros Feudorum publicè prælegit, & in illos decem Commentarios conscripsit: præterea practicam iudiciariam in Criminalibus, & librum Quæstionum edidit. Inuenio præterea huius auctoris allegari scripta, De excommunicatione, Practicam Iuris, in 6. Decret. de foro compet. c. Romana. parag. contrahentes. Floruit ann. 1270.

Iacobus Berengarius Carpenfis, scripsit tractatæ

tum de fractura cranei, excusum Venetijs anno Domini 1535.

Iacobus Bergomas. Vide *Iacobus* Philippus Berg.

* *Iacobi* Bessoni Galli, de absoluta ratione extrahendi olea & aquas è medicamentis simplicibus: liber editus. Vide eiusdem Geometrica, & Mechanica quædam manuscripta.

Iacobi Beurlii Oratio de incarnatione filij Dei Tubingæ habita, & ibidem cum alijs orationibus impressa. 1557.

Iacobus Biffrons municeps Samadeni in valle Engadina anno D. 1552. catechismum religionis Christianæ è Germanico sermone transtulit in vernaculum Rhetorum, quem Romanum appellant Rheti Heluetijs confederati, Italico asinum, sed valde corruptum, quo ante ipsum scribere nemo solebat. Libellus eodem anno impressus est Pusclauj apud Rhetos. Scripsit epistolam de operibus lactarijs.

* *Iacobus* Billius S. Michaelis in Eremo abbas omnia opera Gregorij Nazianzeni Latina fecit & his scholia adiecit, Parisijs apud Claudium Fremys, & Colonia apud Ioannem Birkmanum 1570. in folio.

Iacobi Blanchoni Vcessiensis aduersus Ludouicum Beneuentanum abbatem Selestensem defensionum liber, in quo varij generis questionum cognitum non indignè explicatur. Excus. Lugduni apud Ioannem Tornæsium anno Do. 1550. Eiusdem de summo hominis bono libri 2. ibidem excusi sunt in 4. Extemporanei lusus, siue Epigrammata. Tolose 1542. Idem vertit in Latinam linguam Naphsi Phileloai κατὰ γλῶσσαν & in ea scripsit commentarios. Lugduni excudit Tornæsium anno 1553.

* *Iacobus* Boiour, scripsit schematismos axiomatum primi libri Pandectarum, vbi legum aliquot ænigmata explicantur.

40 * *Iacobi* Bononiensis scripta quædam in Salustium impressa sunt cum historia Salustij. Basileæ 1564.

Iacobus Bonus Epidaurius, scripsit de rapto Cerberi libros 3. Rob. Vuinter excudit Basileæ 1544. cum Bartholomæi Bolognini Epitome Ouidium. &c.

Iacobus Bophart, scripsit de studio literarum in iuuentute erudienda libellum, excusum Tubingæ apud Ulricum Morhardum, anno Domini 1552. in octauo.

* *Iacobi* Boucherou flores Aristotelis. Lugduni in decimosexto.

* *Iacobus* Boulenchus. super 2. Digesti noui, Lpænis l. capitalium. parag. famos.

Iacobi Bracelli Geneuensis historici libri quæ de Bello Hispano, impressi Haganoæ apud Ioan. Secerium, 1530. cum Ioan. Iouiani Pontæ de bello Neapolitano libris sex.

* *Iacobi* Brocardi, Partitiones oratoriæ, quibus rhetorica omnia Aristotelis præcepta breuiter & dilucide explicantur. Venetijs apud Ioannem Andream 1558, Eiusdem Paraphrasis in artè rhetoricam Aristotelis.

* *Iacobus* Brokes Doctor Oxoniensis, scripsit super Angliæ defectione à Papa li. 1. Vixit an. 156. Ba

* *Iacobi*

* *Jacobus de Brugis*, Flandriensis, Carmelita, Gotfredi Cornubiensis auditor ac discipulus erat Parisijs, vt habet Ioannes Bacontorpius 2. lib. sententiarum, dist. 29. Quæst. 1. Hic scripsit: De impassibilitate animæ lib. 1. De motu intellectus lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1310. Iulianus Gasart.

Jacobi Brunsvicensis catechesis puerilis carmine reddita, in vsum scholæ Blasianæ Brunsvicensis, anno Domini 1546. excusa.

Jacobus Bugelius scripsit in aliquot M. Tullij orationes Commentarios, nempe in orationem De lege agraria contra Rullum primam. Post reuocatum in senatu. Pro domo sua. Pro Sextio. De provinciis consularibus. Pro rege Deiotaro. Impressæ sunt Basileg apud Rob. Vuinter, cum commentarijs in omnes M. Tullij orationes.

Jacobus Bumannus, chirurgus Tigurinus, edidit Germanica lingua compendium anatomiae Vesalij, cum elegantibus figuris in ære sculptis. Norimbergæ.

Jacobi à Burgundia apologia ad Carolum Cæsarum, qua reddit rationem fidei suæ, excusa est Geneuæ in quarto.

Jacobus de Butrigarijs, scripsit super Digesto veteri, super Codice quoque; Lecturas duas, veterem & nouam. Item commentatus est super tit. de actionibus, in Institutionibus. Edidit etiam plures disputationes, vt refert Baptista Cacialupus. Claruit anno 1320. Lecturæ eius super Codicem impressæ veniunt. Inuenio autem peculiariter ab eo scripta citari, super 1. & 2. Codicis, in primū veter. Si quis cauitio. l. 1. de oppositione compromissi. De renunciationibus iuris ciuilibus.

Jacobus Cagnacinus nostri temporis poeta pateticus & facilis, recensetur à Gyraldo.

Jacobus Calcus, de Papiæ Italiæ natus, Carmelita, scripsit de diuortio. Hærici octauis Anglorum regis li. 1. de incerto Purgatorij loco li. 1. de impunitate spiritus li. 1. de Genealogia Christi li. 1. de fine hominis lib. 1. & alia multa. Claruit anno 1533.

Jacobus de Canibus, scripsit de modo studendi in Iurè.

Jacobus Candidus, scripsit Commentariorum Aquileiensium libros 8. quos Alexander de Brionis impressit Venetijs, anno 1521.

Jacobi Cardinalis Papien. epistolæ in 8. lib. epistolarum Angeli Politiani. Vide *Jacobi Piccolomini*, &c.

Jacobus Carpentarius scripsit Epitomen physices ex Aristotelis libris sumptam. Item Epitomen Categoriarum & Perihermeneias Parisijs in 4. dem Aristotelis libros 14. de secretiore parte diuinæ sapientiæ secundum Aegyptios, recognouit & scholijs illustrauit. Ibidem 1571. in 4. Idem Aristotelis artē dicendi de integro Latinā fecit: ibidem edita. Scripsit etiā Comparationē Platonis cum Aristotele in vniuersam philosophiā Ibidem 1573.

Jacobus Carpus, Chirurgiæ professor olim Bononiæ, scripsit Isagogen in humani corporis anatomiam, quæ impressa est Argentinæ, per Henricum Sybold cum figuris.

* *Jacobi Carthusiensis* disputatio pro vtraque parte concilij Basiliensis, manuscr. M. Drefferus. Videndum an sit *Jacobi Gruytrode* Carthusiensis.

* *Jacobi Cartier* de nouo orbe liber Italicus.

Jacobus de Castaldo geographus Venetijs confecit in mappa descriptionem totius Vngariæ, Transyluanie, Valachie, cum parte Polonie, Podolie & Russiæ, & totius Silesiæ, Morauie, Austriæ, cum parte Franconiæ & Baurie, item Bulgariæ, Bossinæ, Seruiæ & Romanie, & parte Italiae: totiusque Sclauonie. * Item orbis vniuersi typum magna forma, & eandem minori forma. Item Asia, Africa, Hispania, Italia, Sicilia, & Pedemontanæ regionis tabulas. Matthæus Paganus Venetijs excudit.

* *Jacobus de Casculis*, Dominicanus, inter alia scripsit, de ludo scaccorum moraliter lib. 1. Nicolaus Brigam.

Jacobi Cauæi Parmensis in exilium cupidinis dialogus, excusus est in 4. Eiusdem Lupa dialogus extat.

Jacobus Cæporinus Tigurinus, vir tribus linguis doctissimus, scripsit compendium Græcæ Grammaticæ, & Hesiodi Georgicon illustrauit scholijs, obiter Græcorum Carminum rationem reddens. Ad hæc epigrammata quædam lepidiora Græca. Froschouerus excudit Tiguri, 1539. & Ceruicornus Coloniae 1553. Extant etiam eius Scholia in Dionysij descriptionem orbis, & in Arati astronomicon, cum eisdem authoribus, impressa Basileæ apud Thomam Vuolsium, 1534. & Belium 1523. Eiusdem compendium Hebraicæ grammaticæ manuscriptum extat Tiguri.

Jacobus Ceratinus Lexicon Græcū auxit, excusum Basileæ apud Frobenium, 1524. Scripsit de literarum sono.

Jacobi de Cessolis, ordinis Prædicatorum, ludus Schacorum, seu regimen morum ac humani generis.

* *Jacobus Cisterciensis* cognomine ac natione Anglicus, monachus, scripsit in Cantica canticorum lib. 1. Lecturas scholasticas lib. 1. Conciones Evangeliorum lib. 1. Claruit anno 1270. Balus.

* *Jacobus de Clusa* ordinis Carthusiani, theologiæ professor, scripsit tractatū de apparitionibus animarum post exitū a corporib. & de earundem receptaculis, Impressum in oppido Burgdorf in folio, anno 1475.

* *R. Iacob Cohe*, & *R. Ithac* Commentarius in scriptis Explanatio nominis sancti.

* *Jacobus Columbi* de Regio, doctor iuris, laudatur ab Aluoroto in proæmio feudorum.

* *Jacobus Concenarius*, I. C. Bartoli commentaria in duodecim codicis libros à capite vsque ad calcem ab innumeris mendis expurgauit, & Locorum communium & obscuriorum interpretationes in margine adiecit. Basileg in officina Frobeniana. Idem scripsit Questionum iuris singularium libros 4. in quibus causarum forensium apices, iudiciorum difficillimi nodi, ac *diuipolop* dissolutiones resoluuntur. Lugduni Guilielmus Rouillius 1556.

* *Jacobus Cornerus* Apellem comædiam de calumniatoribus & delatoribus à Mycillo scriptam Germanicè reddidit. Francofurti 1569.

Jacobus Cornetanus Soldanellæ herbæ volumine dicato laudes eius hepaticis prædicauit.

Jacobus Cornicius physicus in Emda vrbe Fris

sia, scripsit dialogum prophylacticum aduersus pestiferę huius contagia, excusum Vuitebergę anno D. 1551. in 8. Item librum de morbi Gallici remedio per radicem Chynam. Item compedium rei medicę forma dialogi.

Jacobus Crellius scripsit Græco carmine argumēta in omnes veteris ac noui testamēti libros.

Jacobus Cremonēsis, Archimedis lucubrationes mathematicas cum Eutocij Ascalonitę commentarijs Latinitate donauit, editas Basileę, vt supra est dictum.

Jacobi à cruce Bononicensis annotata in Ouidium, Virgilium, Persium, Lucretium, Papinij Syllas, Senecę tragœdias, Horatium, Martialem, Silium Italicum, Ciceronis epistolas familiares, Rhetoricos Ciceronis, Sallustij Catilinam & Iugurtham, T. Liuium, Valer. Maximum, Suetonium, Epistolas Plinij, Tusculanas quæstiones, Gellium & Donatum, eiusdem Jacobi prælectio in Liuium & Silium Italicum, prælectio in Boetium Severinum, prælectio in Iuuenalem & Valerium Maximum: Ascēsius Parisijs cum quibusdam alijs excudit olim.

* *Jacobus Cruquius* Horatij Saryrarum lib. 2. ex antiquissimis XI. codicibus manuscriptorum cum antiquis commentarijs, in finicis locis expurgauit & clarius explicauit: præterea sua in eosdem libros commentaria addidit. Antuerpię excudit Plantinus, 1573. in 8.

* *Jacobus Cuiatius* Iuriconsultorum omnium posterioris ætatis facile princeps, scripsit Notas in Titulos siue fragmēta Vlpiani, Iulij Pauli sententias, & libros 4. institutionū. Item Commentarios in Titulū de Vsupacionibus, de testamentis, de pactis, de restitutionibus, & alios plerosque qui Lugduni impressi sunt apud Ioan. Tornęsiū 1559. Scripsit & in libros tres posteriores Codicis, De verborū obligationibus, de præscriptionibus, Tornęsius excudit 1562. De excusationibus tutorum, G. Rouillius Lugduni. De feudis, &c. Sennetonus Lugduni. In nouellas Iustiniani expositionem. Ad Africanum tractatus V. excudit idem. Quibus omnibus commentarijs inserti sunt libri 11. observationum, quibus veterum auctorum loca plurima emendantur & explicantur. Ad Africanum reliqui tractatus. 6. 7. 8 & 9. Observationum libri XII. XIII. & XIII. Ibidem 1573. in folio. Paratitla in libros L. digestorum & libros XII. codicis Lugduni apud Rouillium. & Coloniaę 1570. à Gualthero Fabricio, à quo etiam eiusdem expositionis Nouellarum excusa est: Vertit ex Græco libros LX βασιλικῶν, & Codicem Theodosianum. veterum I. C. fragmenta ampliora & emendatiora edidit. Lugduni apud Rouillium Scripsit & alia quædam, hodieque in restituenda & illustranda veteri Iuris prudentia totus est.

* *Jacobi Curionis* dialogus, in quo primum de umbratico illo medicinę genere agitur quod in scholis ad disputandum non ad medendum comparatum videri potest: deinde de illo recens ex Chymicis furnis natio altero. Basileę apud Pernam 1570.

Jacobus Curtius Brugenſis I. C. Institutionū iuris ciuilibus libros 4. ex Theophili Antecessoris.

paraphrasi Græca Latinos fecit. Excusi sunt Pissauij, anno 1539. item Colonia & Louanij. Idem scripsit *επιστολῶν* id est cōiecturalium Tomos duos excus. Louanij apud Petrum à Colonia 1554.

Jacobus Curulus. Vide supra in Bartholomæo Facio.

* *Jacobus Dalechampsius*, Cadoniensis medicus, scripsit De peste lib. 3. Lugduni excudit Rouillius 1553.

10 *Jacobus Dauentriensis* descripsit Frisiam à Sebastianiano Munſtero Cosmographico suo operam insertam. Idem Brabantię, Hollandię, Gellrię, Frisię, Zelandię, tabulas descripsit & edidit Mechlincę.

* *Jacobus Dieſthus*, Flandrius, rector Guilhemitarum Brugensium, scripsit Chronicon Flandrię lib. 1. *Jacobus Meier*.

Jacobi de Dondis, qui & Aggregator Patavinus cognominatur, liber aggregationis in medicina, impressus alicubi in Italia. Eiusdem liber de causa falsedinis aquarum, & modo cōficiendi falsis ex eis, impressus est Venetijs apud Iuntas, cetera diuersorum authorum scriptis de balneis, anno Domini 1553. Idē scripsit de fluxu & refluxu maris. Citatur etiam liber eius de viribus simplicium, & forsan is est qui Arnolde de Villa noua à quibusdam attribuitur, quem tamen Arnolde non esse certum est.

* *Jacobi Eisenbergij*, cur hominis vita sit breuis & misera, ac quomodo Christianus hominum suorum obitum lugere, seque consolari debeat Vuitebergę 1571. Getmanice.

Jacobi de Erfordia Carthusiani, de arte curandorum viriorum tractatus.

* *Jacobi Enſigeri*, Disciplina militaris.

* *Jacobi de Esculo*, Quodlibetum, manuscriptorum.

Jacobus Faber Strapulensis, celeberrimus noni seculi philosophus, ac totius Gallię decus, scripsit multa, quę hinc inde typis excusa sunt. In aribus autem liberalibus extant: paraphrasis in logicam Aristotelis miro artificio elaborata, physicam Aristotelis introductio & paraphrasis in Ethicam eiusdem paraphrasis & introductio in Oeconomica commentarius, in Politica commentarius & introductio, in Arithmeticam Iordanii commentarius & demōstrationes, in Severini Boetij libros arithmeticos epitome, in Metaphysicis quædam, in astronomicum introductorium Iohannis de sacro Busto cōmentarius, Astronomici theoretici corporū cęlestium li. 2. introductio in sex lib. Metaphysicę Aristot. & in eandem cōmentarius. In Theologia etiā multa traduxit & scripsit, ex quibus habentur, Ioan. Damasceni translatio, commentaria in Ricardum, de Trinitate, commentaria in Ecclesiasten, cōmentaria epistolas Pauli, scholia in Dionysij Areopag. opera de ornatu spiritualium nuptiarū, cōmentaria in Hugonem de S. Victore, item Grammatica, & Gramatographia, Arithmetica Severini Boetij in compendium redacta, siue Introductio Arithmeticam speculatiuam Boetij, cum Iudo Clichthouei cōmētario, & Astronomico libri Fabri, & quibusdam Caroli Bouilli lucubrationibus: Henr. Stephanus excudit Parisijs, 1560.

Viri in leges et exu diſtus ab Erasmo
in Cat. Lucubr. p. 24. Conf. li. 2. ep. 1
p. 70. l. 2. ep. 2 p. 22. et ep. 3. p. 123.

adem introductio in Arithmetica Boetij simul & Iordani, alicubi in Germania olim excusa est sine commentarijs: Item Basileæ apud Hen. Petri, cū Christierni Morssiani arithmetica præctica, anno Domini 1536, & anno Dom. 1553. cum difficultiorum locorum explicationibus & figuris, quibus antea carebat, per Ioan. Scheubelium adornatis & adiectis: & rursus apud eundem in Appendice Margaritæ philosophicæ. Arithmetica decem libris demonstrata: sunt autem commentarij in libros Iordani Nemorarij: Musica libris quatuor demonstrata. Epitome in libros arithmeticos Boetij. Rhythmicæ ludus qui & pugna numerorum appellatur. Omnia hæc simul excusa sunt Parisijs, anno Domini 1496. in fol. chart. 36. Commentarij in libros de sphaera Io. Sacrobusti, excusi Venetijs, 1495. cum aliorum commentarijs in eosdem. Omnes libri Logicorum Aristotelis cum introductione Porphyrij, ad archetypos recogniti, cum nouis ad literam commentarijs: impressi Parisijs apud Petrum Viouæum, 1540. Philosophiæ naturalis totius ferè paraphrasis, cum introductionibus in physicam & metaphysicam: Iacobus Giunsti impressit Lugduni, 1536. & Petrus Vidouæus Parisijs, cum scholijs Iudoci Clichtouei, vterque ex Francisci Vatabli recognitione. Introductio eius in ethicam, cum tribus aliorum versionibus excusa est Parisijs apud Simonem Colinæum, a. 1535. Politicorum libri octo, & Oeconomicorum libri duo, Leonardo Aretino interprete; cū commentarijs Iacobi Fabri, & Annotationibus ad singula capita. Hecatonomiarum libri sex eisdem, eiusdem. Oeconomicorum publicorum liber vnus, eodem interprete, sine commentarijs. Leonardus Aretini explanationis in Oeconomicorum libri duo, volumen impressum Parisijs apud Henricum Stephanum 1506. Commentarij in quatuor Euangelia, excusi Basileæ apud Cratandrum, anno 1523. & Coloniae apud Ieronicum, 1541. in omnes Pauli epistolas commentarij, impressi Coloniae. & Parisijs apud Henricum Stephanum anno Domini 1512. in fol. chartis 145. Ponuntur autem primo loco epistolæ Pauli ex vulgata translatione, his è regione apponitur Intelligentia ex Græco, hoc est, Iacobi Fabri translatio de verbo ad verbum ex Græco sermone. Subijciuntur his commentarij in singulas: Item epistolæ Paulo inscriptæ, vna ad Laodicenses, sex ad Senecam. Postremo Lini epistolæ, de passione Petri & Pauli lib. 2. Præterea in initio operis ponitur Apologia Fabri, quod non sit Hieronymi: Deinde Canones siue tabulæ argumentorum in omnes epistolas Pauli. Canones ad articulos fidei ex epistolis Pauli confirmandos. Canones contra hæreses. Commentarij in epistolas catholicas, Iacobi 1. Petri 2. Ioannis 3. Iulianæ 1. impressi Basileæ apud Cratandrum, 1527. Quincuplex psalterium, Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus, Conciliatum: excusum Parisijs apud Henricum Stephanum, anno 1513. Conemplationes idiotæ, impressæ Lugduni apud Paganum. Argumenta scripsit in epistolas vnde sim Ignatij Antiocheni antistitis; & vnam beati

Polycarpi: liber impressus Basileæ 1520. apud Adamum Petri. Eiusdem de tribus Magdalenis, & de vnica Magdalena liber impressus. Ioannis Damasceni de orthodoxa fide libri 4. Ia. Fabro interprete, impressi sunt Parisijs apud Hen. Stephanum, anno 1570.

Iacobus Ferdinandi Bariensis, scripsit libellum de regimine à peste præseruatiuo, impressum Craouiæ, anno Domini 1543.

16 Iacobi fratris præpositi Augustiniani; Historia vtriusque captiuitatis, impressa.

* Iacobi Feuchtij Defensio articulorum Bauaricorum aduersus Lucam Osiandrum. Ingolstadij 1572. Germanice. Item Monachij 1573.

* Iacobi Follizij, Edinburgensis calamitosæ pestis elega deploratio, & alia plura poemata, impressa Parisijs apud Gormuntium.

Iacobi Fontani iudicis appellationum populi Rhodiensis, de expugnatione Rhodi epistola ad Adrianum v. Pont. max. impressa Basileæ 1538. cū Iacobi Sadoleti oratione de bello Turcis inferendo, & alijs quibusdam, apud Thomam Platterum. Belli Rhodij historia tribus libris conscripta, impressa Lutetiæ apud Vuchelum. Eiusdem scholia in Iustiniani Codicem, & in Constitutiones Bonifacij & Clementis, Vita Ioannis 22. ex varijs authoribus collecta: Lutetiæ edita sunt.

Iacobus Forliuensis, philosophus & medicus; scripsit de extensione graduū forma. lib. 1. in primū cānonem Auicennæ lib. 1. in Aphorif. Hippocratis lib. 1. in tegni quoq; lib. 1. & quædam alia. Eius Commentarij super aphorismos Hippocratis, in primi Canonis Auicennæ Feti duas, in librum Technæ Galeni: impressi sunt Venetijs 1490. Commentarij in tres libros Artis paræ Galeni, cum quæstionibus in eisdem numero 91. Papiæ olim seorsim impressi sunt. Expositio super primo Canonis Auicennæ, cū quæstionibus 60. impressa Papiæ. Eiusdè expositio in Auicennæ aureū capitulum de generatione embry, cum quæstionibus super idem, excusa est Venetijs apud hæredes Octauiani Scoti, ann. D. 1518. in fol. cum Dino, in idem, & in librum Hippocratis de naturâ fœtus, Claruit a. 1430.

Iacobus Foscafenus, patricius Venetus, trāstulic Pselli introductionē in sex philosophiæ modos. Eiusdem compendium quinq; vocum & decem prædicamentorum. Item Blemmidæ commentariolum de quinq; vocibus cur non plures neque pauciores his: Et Georgij Pachimerij de 6. philosophiæ definitionibus & de 5. vocibus & 10. prædicamentis, è Græco transtulit. Liber impressus Venetijs Græce & Latine apud fratres de Sabio, anno D. 1532. octern. 8. Et Latine solum Basileæ apud Oporinum.

Iacobi Frachæi Salligniæsis Borbonij, Comædia nostri temporis imaginem ad viuum exprimens, eleganti carmine descripta, impressa Lugduni à Gryphio anno D. 1550.

* Iacobi Freidang, Biblia laicorum, in quib. præcipuæ historiæ vtriusq; testamēti breuiter describuntur & explicantur rhythmis Germanicis. Adiecta est adnotatio Septenarij numeri ex biblicis libris & historijs fide dignis. Francofurti 1569.

* *Iacobi Freigij* exempla logistucarum suppurat
tionum. Norimbergæ 1569. Germanice.

Iacobi Gandésis Dominicani passio Iesu Chri
sti magistralis, impressa est.

Iacobus Gassorus scripsit de via (ex Gallia) Con
stantinopolim, vt Petrus Bellonius citat.

Iacobi Gengeri consilium de pestis regimine,
præseruatione, & cura, Philippus Vthardus ex
cudit Augustæ 1535. Sunt autem capita 27. Cla
ruit anno 1534.

Iacobus episcopus *Genuensis*, vel *Ianuenis*, or
dinis fratrum Prædicatorû, scripsit volumen ma
gnum de vita & gestis multorum sanctorum,
quod vocauit Legendam auream, siue speculum
sanctorum, vulgo dicitur Legenda seu historia
Lombardica. item *Mariale* de sancta Maria lib. 1.
chronicam *Genuensium* lib. 1. de opusculis S.
Augustini lib. 1. sermones de tempore lib. 1. ser
mones de sanctis lib. 1. sermones quadragesima
les li. 1. sermones de sancta Maria li. 1. De vitis san
ctorum dictionarius impressus Vlmæ per Ioan
nem Zainer. Vixit anno 1290.

Iacobus de S. Georgio, scripsit super Pandectas
& Codicem. Vide *Iacobinus* de S. Georgio.

* *Iacobus Gentilis*, de ordine iudiciorum.

* *Iacobi Geuschelij* Vitodurani Troporum &
schematum sacræ scripturæ lib. 7. Basileæ Hen
ricus Petri.

* *Iacobus Girardus Treuorchianus*, Titulos to
tius Cæsarei iuris & pontificij per tabulas iuxta
literarum ordinem seiuictim digessit; lectionûq;
varietatibus, & scholijs illustrauit: è regione po
sitis librorum indicibus ac numeris, cum eotun
dem tum ipsorum quoq; titulorum: inscripsit
autem librû, Anchoram titulorû vtriusq; iuris.

Iacobus Gislenuus Thalassius, breuissimum dia
lecticæ compendium edidit, excusum Augustæ
Vindelicorum apud Hen. Steiner, anno 1532. Flo
ruit anno Domini 1536.

* *Iacobus Goffredi I. C.* scripsit Summâ, aliquan
do *Goffredus* absq; prænomine citatur.

Iacobus Gohonhemez, Ostofrancus, edidit ali
quid in defensionem astrologiæ.

* *Iacobi Gorscij* Prælectionum Plocensium li
ber primus, siue de Baptismo recens natorû. Co
loniæ 1572. octauo. Eiusdem De figuris tum Gra
maticis tum rhetoricis libri quinque. Cracouiæ
1573. octauo. De dialectica lib. 10. in octauo. |

Iacobus Goupylus edidit annotationes in Alex
xandri Tralliani lib. 12. Græcos, & Rhaze librû
Græcum de peste. Robertus Stephanus cum ijs
dem operibus excudit, anno Domini 1548. Lute
tiæ in fol. In præfatione promittit eosdem Tral
liani libros à se conuersos breui se editurum. I
dem Dioscoridem cum suis castigationibus Gre
ce & Latine è regione edidit, seruata tamē Ruel
lij translatione. Parisijs an. D. 1549, in 8. Scripsit
Paraphrasim epistolæ ad Romanos, & quedam
alia in sacris opuscula.

* *Iacobi Grevini* Claromôtani Bellouaci, Pari
siësis medici de venenis libri duo Gallice scripti,
& postea opera Hieremię Martij Aug. in Latinû
sermonē conuersi. Antuerpiæ apud Plant. 1571,
quarto. Eiusdem partiû corporis rû simplicium
tum compositarû, breuis elucidatio. Antuerpię.

* *Ioannes Grodecius*. P. & I. V. D. Decanus Glo
gouieſis, Vratislauerſis, Varmienſisq; canonicus,
Latinitate donauit Cyrilli archiepiscopi Hiero
solymorum Catecheses illuminatorû Hierosoly
mis 18. & mystagogicas quinque. Antuerpiæ in
officina Plantini.

Iacobus de Gruyrode, Germanus, ordinis Car
thusiensû, scripsit de veris virtutibus lib. 3. de ses
ptem peccatis mortalibus li. 1. de quatuor nouis
simis lib. 1. de vita Domini Iesu lib. 1. de præpara
tione ante missam lib. 1. de diffinitione nominis
monachi. li. 1. meditationes passionis Domini li.
1. lectionarius mensæ lib. 1. speculum prælatorum
li. 1. speculum subditorû li. 1. speculû sacerdotum
lib. 1. speculû seculariû hominû li. 1. speculum ses
neturû lib. 1. colloquiû Iesu & monachi li. 1. collo
quiû Iesu & prælati lib. 1. colloquium Iesu & ses
nis lib. 1. colloquiû Iesu & eremiteli. 1. colloquiû
Iesu & discipuli lib. 1. contemplatio sanctę Marię
lib. 1. coronula S. Mariæ li. 1. dialogus crucifixi &
peccatoris lib. 1. dialog. Mariæ & peccatoris lib. 1.
Dialog. alius Marię & peccatoris li. 1. meditatio
nes cõpasionis Mar. li. 1. de nomine Iesu & Ma
riæ lib. 1. sermones de tẽpore lib. 1. sermon. de san
ctis lib. 1. Epistolarû ad diuersos lib. 1. & alia multa.
Cl. ann. 1472. * Idem scripsit, De septem
statibus ecclesię in Apocalypsi descriptis: De au
thoritate ecclesiæ eiusquẽ reformatione. De ma
lo. De abusionibus clericorum. Quod prælati vi
tia curare debeant. De causis & remedijs passio
num animi. De erroribus modernorum.

Iacobi Grypholi Lucianensis enarrationes in
artē poeticã Horatij, excusæ sunt Floretiã à Tor
rentino, anno D. 1550. in 4. Demosthenis oratio
nes Olynthiacæ 3. Philippicæ duæ priores & de
pace, eodem interprete ibidem excusæ sunt, ann.
D. 1550. Eiusdem, Defensiones Ciceronis contra
Cælij Calcagnini disquisitiones in eius officia,
excusæ sunt Venerijs apud Aldum ann. D. 1546.

* Eiusdem Enarrationes in artem Horatij rece
gnit, defensis locis omnib; quos temere Iason de
Nores improbauerat, excusæ sunt Venet. 1562
Ad finem libri ab eodẽ declaratur Rhetorices li
bros ad Herenniû scriptos ad M. Tulliû Cice
ronē nihil omnino pinere. Eiusdẽ orationes varia
uarijs in locis habitæ, excusæ Venetijs 1557. in 4.
* *Iacobus Guislanus*, patria Hannoniësis, scripsit
de rebus Hannoniæ lib. 1. Iacobus Meier.

Iacobus Hæconius Vitodurenſis Ael. Donat
methodum recognouit. Liber excusus Basilea
apud Hen. Petri. 1533. Scripsit etiam de tropis &
figuratẽ dictis scripturæ sacræ, ex Hebraicæ Gr
cæque lingvę proprietate librum, apud eundem
Hen. Petri Basileæ impressum.

Iacobus Haryson, natione Scotus, scripsit de
amplectenda in Christiana religione concordia
librum, ad Eduardum ducem Somersetensem, se
premium Anglorum regis protectorem. Clarui
anno 1548.

60. *Iacobi Henrichmanni* Sindelfingensis gram
maticæ institutiones, impressæ Tubingæ anno
1515. cû exhortatione eiusdem ad iuuenes, vt bar
bariem eliminent, & eloquentiæ studeant. Eius
dem prognosticon in omne æuum, impressum
cum facetijs Bebellij.

* *Iacobus*

* Iacobi Heinrichmanni Responsorum tom 3. Eorundem Consiliorum appendix & Summaria. Dillingæ 1566. in folio.!

* Iacobi Herbradi Disputationes in Tubingensi Academia habitæ, De noua religione seu fide contra errores & blasphemias papistarum. De sacra scripturæ canonicæ auctoritate. De electione & prædestinatione diuina. Contra Purgatorium. De scriptoribus ecclesiasticis quos Patres vocant, eorumque auctoritate. De miraculis. De magia, ex cap. 7. Exodi. Quæ & ubi vera Dei ecclesia sub regno Pontificio superioribus temporibus fuerit, & etiamnum hodie sit. De Gratiâ. De Catholica & catholicis. De traditionibus. De indulgentijs. De sacrificijs Leuiticis. De Missa pontificia. Omnes separatim impressæ Tubingæ in quarto. Eiusdem concio ex nono capite Zachariæ de veteri & noua fide, ibidem impressa Germanice 1569. Oratio funebris de vita & morte Brentij, Episcopi doctorum virorum, 1570. Eiusdem Compendium theologiæ quæstionibus methodi tractatum. Tubingæ 1573. in 4. Item Comment. in quinque libros Moysi.

* Iacobus Hertelius Curienfis, Nariscus, Comitorum Græcorum numero L. quorum opera integra non extant, sententias quæ supersunt collegit, & in certos locos dispositas Græcè & Latine edidit. Basileæ 1560. in 8. Idem collegit Marini Lutheri Allegoriarum, Typorum veteris Testamenti lib. 2. Basileæ 1562. in 8. Sententiarum moralium lib. 8. Græcæ poemata quæ à Christo nato scripta sunt: Item Christianæ poesios librum, ni fallor, & quædam alia.

* Iacobi Herculei De conuersione & iustificatione hominis peccatoris liber. Item quomodo homo iustificatus adeptam iustitiam conseruare & vitam æternam adipisci possit. Ingolstadtij 1573, in quarto.

Iacobi Hieronymi Carthusiani, Festæ conciones. Parisijs apud Cheualonium 1538.

* Iacobi Hochstrari Colonienfis Dominicanum Contra octo Lutheranorum blasphemias. De fide & operibus. De purgatorio. Coloniae, 1525.

Iacobus Hollerius Stempanus, scripsit de materia chirurgica librum, impressum Parisijs apud Vuchelum, anno 1543. Idem liber excusus est cum Tagaultij Ambiani de chirurgica institutione lib. 5. Lugduni à Guilielmo Rouilio anno Domini 1547. & Tiguri à Gesneris fratribus, cum alijs diuersis de chirurgia auctoribus, anno Domini 1555. Eiusdem De morbis internis libri duo, illustrati eiusdem auctoris scholij & obseruationibus antea non excusis. Item Ludouici Duret in eundem aduersarij, & Antonij Valerij exercitationibus. Eiusdem Hollerij de Febribus, de Peste, de Remedijs uariâ ratione in Galeni libros. Omnia Antonij Valerij opera castigatiora & auctiora. Parisijs 1571. octauo. & Venetijs 1572. Galeni librum de remedijs paratu facilibus enarrauit publice, unde translatio Andernaci est emendata & annotatiunculis illustrata.

* Iacobus Horstius libros Leuini Lemnij in Germanicam linguam transtulit, 1572. Lipsiæ.

* Iacobus de S. Iacobo scripsit Concordantias mihores Bibliorum, Speculum de institutionibus

Clericorum, Tractatus de penitentia, de officio Missæ, de Pugna virtutum & vitiorum. Manuscripta M. D. I. Messerus.

Iacobus Iaspar Danus Arrusiensis, scripsit carmine consolatoriū ad principē Orangiæ super morte filie primogenitæ, & epitaphiū. In Genethliaco Renati principis Orangiæ. Excusa sunt hæc cum descriptione Burgundiæ Gilberti Cognati.

Iacobum Ianuariū scripsisse quædam quæ de eius doctrina testentur, refert Henricus Corn. Agrippa, in præfatione in artem breuem Lulli.

Iacobus Iunterbuck, Germanus, ordinis Carthusiensis, scripsit de anno subileo lib. 1. de causis multarum passionum lib. 1. de moribus Christianorum lib. 1. de triplici statu hominum lib. 1. Consolationem malorum huius seculi lib. 1. de modo seruandi interdicitū lib. 1. Apologeticū religiosorum li. 1. de cautelis diuersorum statuum lib. 1. de cognitione secretorum lib. 1. de ueritate dicenda vel tacenda lib. 1. de cogitationibus lib. 1. de contrariis lib. 1. de malis huius seculi li. 1. de obedientia monachorum lib. 1. de arte moriendi lib. 1. de stabilitate monachorum lib. 1. de refrenatione cogitationū lib. 1. Soliloquium hominis ad animā li. 1. de arte curandi uicia lib. 1. de septē peccatis mortalibus lib. 1. de eisdem mentalibus lib. 1. de potestate dæmonū lib. 1. de dignitate prælatorum li. 1. de dignitate sacerdotij li. 1. de obseruantia mandatorum li. 3. de sabbato li. 1. de statu securioris uitæ li. 1. de intentionis directione li. 1. de profectu uitæ spiritualis li. 1. de indulgentijs li. 1. sermones varios lib. 1. De bono morali & remedio contra tentationes li. 1. De duabus uirtutibus Hierusalem & Babylone li. 1. Directoriū ordinis sui lib. 1. De confirmatione statutorum ordinis Carthusiensis li. 1. De his qui frequētē uel tardē celebrāt lib. 1. Modus tentationib. resistendi li. 1. Quæstiones & dubia pro religiosis uilia. De tērationibus & consolationibus religiosorum. De plactu & consilio peccatorū. Oculū religiosorum. Formulā reformandi religionē collapsas. Tractatū de bonâ uoluntate. De perfectioe religiosorum. De uirtutibus religiosorum. De confessionibus. De sanctificatione sabbathi circa molendina. De inchoatione festorum, & de uia toribus & uectoribus. Collationes capitulares ad morē Carthusiensem. Aliæ Collationes factę solenniter in uniuersitate Cracouiensi. Collationes in cœtu uisitationis. De cruoribus in diuersis locis repertis post Christi resurrectionē. De cruore in Vuesenato. Quæstionē, an bona tēporalia monachi præsertim strictiorē ordinem profitentis personā sequantur an non. Igniculū deuotionis. Colloquium hominis ad animā suam. De contrariis ad redemptionē & ad uitā. De partitione redditū inter religiosos. De dignitate pastorū & cura pastorali. De septē statibus mundi dupliciter. De habitibus acquisitis & infusis, & de charitate. De malo per omnes seculi ætates. De cōparatione religionū & de requisitis ad eas. De censibus & prouentibus monialium & eorū receptionibus. Attisamentū ad Papā pro reformatione ecclesiæ. De statu & officio ecclesiasticarū personarū. De beneficijs ecclesiasticis & erroribus circa beneficia ratione curiæ. De actionibus quantum ad malitiam & bonitatem. De theologia my

Erasm. 1. 4. Ep. 13. p. 201.

stica. Solutiones quorundam dubiorum. De potestate absoluendi Carthuf. De contractu reuenditionis & emptionis. De bono morali. De erroribus & moribus Christianorum. De potestate demonum & illusionibus eorum. De restitutionibus iniuste acquiritorum. De statu securiori incedendi in hac vita. De arcta & lata via. De apparitionibus animarum separatarum. Speculum aureum institutionum ad beneficia ecclesie. De frequentatione sacrae communionis. Super quatuor libros Sententiarum. De montibus Gelboe. Sermones de tempore & sanctis. Passio Domini secundum quatuor Euangelistas. Deuota meditatio eiusdem. Sermones, de animabus, de penitentia, de dedicatione, de cena Domini, de modo comunicandi, de corpore Christi. De solutionibus debitorum. Confessionale. De votis. De desiderio moriendi. De preparatione ad mortem. De iudicijs diuinis & humanis. Vtrum prelato omnia imputentur quae subditis committit. Quodlibetum fallaciarum humanarum. Scrutinium scripturarum. Claruit anno Domini 1466.

* *Iacobi Kerle Musici*, Petrarchae Italica carmina musicis modulis ornata. Venetijs Anton. Gardane 1570. Selectae quaedam cantiones sacrae modis musicis quinque & sex vocum compositae. Norimbergae 1571. Sex Missae partium quatuor, partim quinque vocibus concinendae. Praes pro successu Concilij, Musicis figuris & modis ornatae. Venetijs 1562. Eiusdem liber modulorum sacrorum V. & VI. vocibus, quibus addita est recens cantio de sacro foedere contra Turcas. Monachij 1572. Liber motetorum 4. & 5. vocum, adiuncto in fine, Te Deum laudamus. Ibidem 1573.

Iacobi Koebelij, Germani, declaratio astrolabij, Germanice impressa Francofordiae apud Egenolphum, 1536. & Parisijs apud Cauellat 1554. Scripsit & arithmetica Germanice, & de virga visoria, ut vocant, & alia quaedam, impressa ibidem anno 1531. Claruit anno 1530.

* *Iacobi Kleist Pomerani*, Feudalium conclusionum decades quatuor, quibus insigniora doctrinae de iure feudorum beneficiorum capita explicantur. Francofurti 1568. in octauo.

Iacobi Laberi, Formulae communes loquendi in puerorum usum, ex varijs optimisque auctoribus conscriptae: addito exercitio breui sacrarum & moralium sententiarum. Norimbergae 1572. Forte Lacheri erit.

Iacobum Labinium & *Iacobum Turbelinum* aliquid in Musica scriptum reliquisse puto. Nam *Iacobus Faber* in praefatione super elementa sua musicalia, clarissimis veterum Musicorum enumeratis subiungit: Inter quos, duos praecipuos meos *Iacobum Labinium* & *Iacobum Turbelinum* annumero, tanquam ea arte posteritati viros.

* *Iacobi Labitti* I. C. Index legum omnium quae in Pandectis continentur. In quo singulae ad singulos Iureconsultorum libros, ex quibus desumptae sunt, ut earum monet inscriptio, referuntur. Item locorum omnium quibus Iureconsulti, in Pandectis, Justiniano Codice, & Institutionum libris, ac nouellis constitutionibus citantur. Postremo in

dicis usus. Venet. apud Jordan. Zilletum 1556. in 4.
* *Iacobi Lacheri*, libellus precum, cui additae sunt quaestiones confessuris proponendae. Regenspurgi 1568. & 1571. Germ. Consideratio sex partium Christianae doctrinae, & quaestiones nonnullae de Evangelio, peccato, & peccatorum remissione. Norimbergae 1568. Germ. in octauo.

Iacobi Latomi de trium linguarum & studij theologiae ratione dialogi duo, impressi in Germania: item de confessione secreta liber, excusus Basileae 1525. cum alijs quibusdam. Scripsit praeterea contra articulos M. Lutheri. Responsum ad libellum a Luthero emissum, pro articulis a Theologis Louanienibus damnatis, de primatu Pontificis aduersus Lutherum, de varijs quaestionum generibus, quib. certat ecclesia intus & foris. de ecclesia, de ratione obligandi humanae legis, de confessione secreta. Ad helleborum Ioannis Oecolampadij responsio. de fide & operibus. de monachorum institutis, votis & obligationibus. de trium linguarum & studij theologiae ratione dialogus. Pro dialogo de tribus linguis apologia, aduersus librum D. Erasmi de scienda ecclesiae concordia, consultationum aduersus Guilielmum Tindalum libri 3. de matrimonio, de quibusdam articulis in ecclesia controuersis, disputatio quodlibetica tribus quaestionibus absoluta. Haec omnia excusa sunt Louanij, anno 1550. apud Bartholomaeum Grauium. Claruit anno 1520.

* *Iacobus Latomus iunior*, triginta psalmos Davidis in quibus septem sunt quos vocant Penitentiales, in carmen conuertit. Opor. Basileae exc. 1555. in octauo. Item alios psalmos carmine editit, excusos Antuerpiae a Plantino 1571.

Iacobus Lebetius Ferrariensis, canonicus regius D. Augustini, ordinis S. Saluatoris Bononiae: scripsit poemata quaedam & epigrammata, nondum edita.

Iacobi Lernsuheri liber de dignitate iuris civilis, impressus Lutetiae 1542.

Iacobus de Laude, ordinis minorum, in summa Angelica numeratur inter Summistas.

Iacobus Locher Philomusus, Germanus, scripsit compendium rhetoricis ex Tulliano thesauri deductum. Syntaxim de componenda oratione funebri. Renatus Beck excudit Argentiniae, anno 1518. Item Epodion de morte Plutonis & reliquorum daemonum. Carmen de nocte, vino, & muliere. Dialogum super eminentia quatuor doctorum ecclesiae, Gregorij, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, versibus sexcentis. Liber impressus. Idem scripsit annotationes in Fulgentij Mythologias, quibus affectata verba & loca obscuriora declarantur, cum ipsis mythologijs impressas Augustae anno D. 1521. in fol. Scripsit etiam Ludicum de sene armato, Anticategoriam, Defensionem poetices, Naeniam de morte Sigismund archiducis Austriae. De annunciatione angelica De cometa. Item scripsit scholia in orationem Ciceronis pro Milone excusa Basileae ab Oporino cum diuersorum authorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs, anno Domini 1553. Claruit anno 1510.

Iacobus Lodoicus Strebæus, Rhemenfis, natione Gallus, scripsit nuper de verborum electione & col-

& collocacione oratoria libros duos: Robertus Vinter excudit Basileæ. anno 1539. Scripsit præerea doctiff. commentaria in Ciceronis libros de Oratore ad Q. Fratrem. De Oratore perfecto d. Brutum, in Partitiones oratorias, quæ excusa sunt Basileæ à Roberto Vinter, anno Domini 1541. in folio, cum diuersorū authorū in omnes rationes Ciceronis cōmentarijs. M. Fabij Quinliani 2. 3. & quintum librum Partitionum oratoriarum in compendium redegit, quod Parisijs excudit Thomas Richardus. Aristotelis & Xenophōtis æconomica in Latinam linguam conuertit, ac annotationes adiecit. Liber excusus Parisijs à Vascofano, anno Domini 1544. quatern. Item Politica Aristotelis ab eo conuertā idem excudit anno Dom. 1542. quatern. 41. & dimid. cum animaduersionibus, in Io. Perionij translationis priores tres libros. Præter hos etiam ex Aristotele vertit libros Ethicorum, Analyticorū, categorias, & quædā alia, quæ subinde iam post eius obitum eduntur. Claruit nostra ætate Parisijs.

Iacobi Lodouici Rhemi Defensio in quendā iudimagistrum. Eiusdem Anticategoria. Parisijs Vascofanus., anno 1536.

Iacobi à Logenhagen Annotationes in epistolam canonicam Iacobi. Louanij excus. anno Domini 1572. in duodecimo.

Iacobus Lopis Stunica, Hispanus, vide Def. Eufemi epistolam ad Ioānem Borzheimium, operibus ipsius Erasmi præfixam.

Iacobus Lotharius in Summa Angelica citatur, inter scriptores iuris canonici, vel ciuilib.

Iacobi Lugdunensis tractatus de corpore Christi, scriptus circa annum D. 1428.

Iacobus de Lusanna, ordinis fratrum prædicatorum S. Dominici, scripsit in Genesim lib. 1. in Exodus lib. 1. in Leuiticum li. 1. in librum Numerum lib. 1. in Deuteronomium lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermo 40 es quadragesimales lib. 1.

Iacobi Machelli Bononiensis I. C. Patrocinia.

Iacobus qui dicitur Magnus, patria Toleranus, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, scripsit volumen egregium & insigne de sermone & acquisitione sapientiæ, quod vocauit Sophologium, distinctum in lib. 3. qui licera antiquissima sunt impressi. Claruit anno D. 1400.

Iacobi Mandelli de Alba I. C. Super 1. Digesti veteris, Si certum petatur. l. 1. bene est. Super 2. Digesti noui, De verborum obligationibus. Eiusdem Consiliorum pars prima. Venetijs, anno D. 1573. in folio.

Iacobus Manlius scripsit vitas Imperatorum & Pontificum, in quibus hæc septem indicat: Annum quo imperium acceperint, Progeniem & nomen, Mortem proprietatem, Tempus quādiu regnarint, Aetatem quādiu vixerint, Genus mortis, Rerum gestarum magnitudinem.

Iacobus Mantinus, medicus Iudæus, ex Auicenna quædam transtulit in linguam Latinam, quæ Venetijs impressa sunt, anno 1543. Item Auicennæ quartam Fen primi, ex Arabico in Latinum sermonem conuertit, impressa est Haganoæ, anno 1532. Idem in Latinum conuertit Auerrois expo-

sitionem in introductionem Porphyrij. Eiusdem quatuor priores libros expositionis in Topica Aristotelis. Paraphrasim in librum poeticæ Aristotelis. Paraphrasim in libros Platonis de re publica. Proæmium in libros physicorum Aristot. Paraphrasim in lib. 4. de partibus animalium: Commentum 5. & 36. libri tertij de anima: Paraphrasim in lib. 5. de generatione animalium: Proæmium in duodecimum metaphysicorum: Epitomen in libros metaphysicorū Aristotelis: Libri quinti Colliget capita 57. 58. & 59. Leui Gersoni dis annotationes in introductionem & Auerrois expositionem. Item in librum de interpretatione & Auerrois expositionem. Omnia hæc ab eo translata excusa sunt Venetijs à Iunctis cum reliquis Auerrois operibus, anno D. 1552.

* *Iacobi* Marchantij liber De rebus Flandriæ, Antuerpiæ apud Plantinum in octauo.

Iacobi Marthani Pictauiensis de Guilhelmo Budæo commentariuncula, impressa Parisijs, anno Domini 1540.

Iacobus Marchepallti quidam, scripsit de animabus incolentibus purgatorium, an possint per Papam dispensari.

Iacobus Mazochius edidit antiquas inscriptiones vrbis Romæ, liber ab ipso excus. Ro. in folio.

* *Iacobi* Meilandi musici Cationes Germanicæ quatuor & quinque vocibus continendæ. Norimbergæ 1569. Eiusdem selectæ cantiones sacræ, quinque & sex vocum: ibidem 1572. & correctiores atque auctiores 1573.

* *Iacobi* Menochij Iuriconsulti excellentissimi, tractatus de arbitrarijs iudicum questionibus & causis cū summarijs & indicibus. Venetijs 1569. & Coloniae 1573. in folio. & Florentiæ 1571. in quarto. Eiusdem Commentaria de adipiscenda & retinenda possessione. Venetijs 1571. in folio. Et Coloniae in 8. Eiusdem Responsa causæ Finariensis à multis Italiæ Iureconsultorum collegijs reddita: excusa Venetijs in quarto, anno 1572. cum eius commentarijs in Constitutiones de recuperanda possessione. Sunt etiam Commentaria eius de recuperanda possessione, Coloniae edita in octauo. Consiliorum liber primus, Venetijs primum in lucem editus, anno Domini 1572. in folio.

Iacobus Merlinus theologiæ doctor, in vnum volumen congescit concilia omnia, generalia & prouincialia, cum illis quæ Isidorus olim congegesserat, multa adiecit. Coloniae excudit Quentel. tomis 3. Idem scripsit apologiam pro Origenes lib. 1. Et alia, Contra istum suos dialogos scripsit Christianus Masseus, Cameracenus. Masseus.

Iacobus Meyerus Balliolanus, scripsit Chronica Flandriæ: Ioan. Petreus excudit Norimbergæ anno D. 1538. Item epistolas de viris illustribus lib. 1. Et alia.

Iacobus Micyllus Argëtoratës, vir in bonis literis & vtraq; lingua doctiff. scripsit epigrammata varia, Græca & Latina, & alia quædā, excu. Vitenberg. 1542. epigrammata in Icones Imperatorū, impress. Argent. & deinde Lugduni. Epigrammata quædam Græca, impressa Basileæ cum alijs quibusdā Græcis carminibus 1538. apud Heruag. Annotationes edidit in Io. Bercarij Genealogia

Deorum, apud eundem excusas. Ad P. V. Martialis obscuriores aliquot locos scholia per margines adiecit; excusus est liber ab eodem Heruagio, & a Fröschouero nuper Tiguri. Luciani opera aliquot Latinitate donauit, adiectis etiam scholijs, quæ cum omnibus Luciani scriptis per varios interpretes traductus, Francoforti apud Egenolphum impressa sunt. Eiusdem rationem examinandorum versuum, ad usum & exercitationem puerorum compositam, idem Egenolphus excudit Francoforti, & de re metrica libros tres, 1539. Item Calendarium. Scripsit præterea de ruina arcis veteris Heydelbergensis, quæ facta est anno 1537 ad Ioachimū Camerarium carmine elegiaco, præfixis aliquot carminibus, quæ eius rursus annum ac diem ostendunt. Auxit etiam Philippi Melanctonis Grammaticam, excusam absq; eius nomine Francofordiæ apud Egenolphum, anno 1540. Præterea scripsit annotationes in omnes Ouidij libros excepta Metamorphosi, addidit tamen quædam commentarijs Raphaëlis Regij in metamorphosin, Basileæ excudit Heruagius. Item in Lucanum poetam annotationes edidit, excusas Francofordiæ ab Egenolpho anno Domini 1551. Terentianum Maurum de metris emendauit, & ubi corruptum aliquid aut omissum esse videbatur asteriscos adiecit, & lectionis diuersitatem in margine notauit. Liber ab eodem excusus est anno Domini 1532. quarta. 12. Elegia de duobus falconibus & pica, ite 30 epigrammata de eisdem, excusa ibidem anno D. 1539. Eiusdem arithmeticam logisticam Oporinus impressit. Claruit anno 1551.

* Iacobi Midden Dorpij, officiorum scholasticorum libri duo, quorum prior docentis, posterior auditorum officia complectitur. Coloniae apud Maternum Cholinum 1570. Academiæ orbis totius Christiani lib. 2. quibus præter earum institutionem & progressionem, Noachi post diluuium, & sanctissimorum Apostolorum in Europam aduentus, & Coloniae describuntur. Ibidem anno 1572. in octauo.

Iacobus Milichins, Friburgensis Brisgaviæ, mathematicum ac philosophiæ professor in schola Vitenbergensi, scripsit commentarios in secundum librum Plinij de historia mundi, qui ab ipso recogniti, Halæ Sueuorum apud Petrum Brubachium impressi sunt, anno 1536. recusi sæpius postea, etiã Parisijs. Adiecta est in fine oratio de dignitate astrologiæ, ab ipso dicta in promotione magistrorum. Item de vita Galeni oratio Philippi Melanct. declamationibus inserta: & alia de utilitate dialecticæ, iisdem adiecta. Scripsit etiam Orationem de cordis partibus & motibus. Quæstionem vitum potus intra sitim continendus sit, an largius rigandum corpus. Claruit anno 1551.

Iacobi minoris Hebræi prologus in Moysen, excusat impressus.

* Iacobus Misnensis quem quidam Iacobellum vocant Ioan. Hussi socius, scripsit De communione sub vtraque specie.

Iacobi Moderni musici liber motetorum excusus est Lugduni.

* Iacobus de Moguntia, Germanus, scripsit Chronicon de suis temporibus lib. 1. Et claruit anno

Domini 1510. Ioannes Nauclerus.

Iacobus Montanus Spirensis, scripsit de passione Christi, carmine elegiaco lib. 4. impressos Basileæ apud Heruagium. Eiusdem hymni per dies festos totius anni vario terminum genere, impressi sunt Coloniae & Monasterij. Eiusdem Heros Tarsensis de vita D. Pauli carmine heroico, liber excusus in 4. Item castigationes in Ambrosij Calepini Lexicon, vnã cum Calepini dictionario excusæ Coloniae, apud Ioannem Prael, anno 1534. Claruit anno 1538.

Iacobus Mugiassini filius, scripsit grammaticam linguæ Samaritanæ ex Oriente à Postello allatam. In grammaticis Hebraicis (inquit Postellus) nihil habeo preciosius vno Samaritanæ grammaticæ hoc est vere Hebraicæ libro, à sacerdote Iacob filio Mugiassini olim scripto: in quo positis exemplis Samaritanis Arabice & Arabica methode explicatur grammatica Hebræa prisca.

Iacobus Mycreus Rhetus epistolas aliquot selectiores Basilij Magni antea non versas è Græco in Latinum transtulit. Excusæ Parisijs venduntur solido Gallicò.

* Iacobi Natlanti Episcopi Clodiensis opera omnia Venetijs apud Iuntas in folio 1567. Eiusdem opus doctum ac resolutum, in quatuor tractatus seu quæstiones distinctum. De creatione rerum, Immortalitate animæ, Contingentia in vniuerso, Vigore infinito in primo principio: ex naturali lumine & Peripatetico fonte. Venetijs impress. 1557. in octauo. Scripturæ medulla. Venetijs anno 1561. in quarto.

* Iacobi Nariguani Iuriconsulti, De oratore ciuilitate instituendo: liber impressus Tolosæ apud Guidonem Bondeuillum 1554.

Iacobus de Nigris scripsit in ff. veteris, de officio eius. l. mandata. & l. & si prior. & l. cognitio. Item de offic. assess. consiliarij. Et rursus in eundem locum, l. omne officium. Item l. libent. l. si eadem l. diem functo. Et in 2. ff. ver. Si certpetatur. l. 1. Et in 2. Inforciati, de legatis l. 1.

* Iacobi Noguerae libri duo de ecclesia Christi impressi Dillingæ in folio. Docuit theologiae Viennæ.

* Iacobi de Notarinis Enarrata in l. vnicam, professoribus, & in vrbe Constant. Libri 12. Lugduni 1558. in quarto.

* Iacobus Nouarius Ferrariensis poeta nostri temporis laudatur à Gyraldo.

* Iacobi de Nouello Veneti l. C. Practica & theoricæ causarum criminalium Lugduni Ioan. Tencipotalis excudit. Eiusdem Regulæ iuris cum Paulentij. De concordia, pace & treuga & eorum privilegij. De iure prothomiseos. Regularum liber secundus. Francofurti.

Iacobus Obrecht Belga, citatur in musica Glare

Iacobi Oliuarij scholia in Ioannis Vrsini medici prosopopœiam animalium, excusa sunt Viennæ in Gallia, anno Domini 1541. in quarto.

Iacobus Omphalius Andernacensis, natione Germanus, l. C. doctissimus, scripsit commentarios in M. T. Ciceronis orationes tres, pro A. C. Cinna, pro lege Manilia, in L. Pisonem, impressi sunt Basileæ apud Robertum Vuinter, in volumine commentariorum super omnes Ciceronis orationes.

rationes, & apud Oporinum anno Domi. 1553. Eiusdem Nomologia, Lutetiae impressa, Item de locutionis imitatione ac apparatu lib. 1. impressa Froben. Basileae an. 1537. Idem etiam de Officio & potestate principis in Repub. bene & sancte gerenda lib. 2. edidit, Basileae apud Opor. anno 1550. & de usurpatione legum, & coru studijs qui iurisprudentiae professionem sibi sumunt, lib. 8. eodem & eodem anno excusos. De civili Politia lib. 3. Coloniae anno Do. 1563. in folio. Claruit anno D. 1551.

Jacobus Ottherus Nemetensis, Ioannis Geyley Keyferspergij concionatoris Argentinensis Naviculam, siue speculum fauorum collegit, cui adiecta est eiusdem Geyley vitae descriptio per Beat. Henanum. Liber impressus Argentorati, anno 1513. Sermones Ioã. Keyferspergij de oratione Dominica, ab eodem collecti, impressi sunt Argentorati, anno 1510. Idem scripsit Germanica lingua explicationem primi libri Moysis, editam Hagodunorum anno 1528. in quarto, Claruit anno D. 1509.

Jacobi Pacini Bononiensis, de tenuis humoris ebrem facientis ante purgationem per artem in cassatione: necnon Graecorum super hoc cum Arabibus conciliatione, peracuta disceptatio, his pleraque alia ad medicam artem spectantia diecta sunt. Eiusdem quaesitum, num in morbis iuxta Hippocratem & Galenum causa continens concedatur.

Jacobi Paleologi Chij de Ripetano iudicio Romanorum, & de damnatione optimorum & innocentissimorum hominum temporibus Pauli 1111.

Jacobus Pamelius Brugensis sacrae theologiae licentiat, edidit Micrologum de ecclesiasticis obseruationibus. Antuerpiae Plantin in 8. ex aedit. Scripsit etiam Catalogum comentariorum veterum selectiorum in vniuersa Biblia, editum à Cassiodori libro institutionis ciuinaru lectioem. Antuerpiae apud Plantin. Item Annotationes in Cyprianu, quae operibus illius sparsim interiectae sunt. Antuerpiae in officina Sicelsij 1568.

Jacobus Papà, Ipranus, carmine quaedam edidit. Jacobus Paré vel Perez, vide Jacobus de Valét.

Jacobi de Paradiso theologi, ordinis Carthusiensis, tractatus de animabus à corporibus exutis, excusos est Basileae in 4. chartis 5. Eiusdem de veritate dicenda aut tacenda liber est impressus in folio. Collatio pro diuinae scientiae commendatione. Inuenio etiam Iacobi Carthusiensis lectionem super primum & secundum sententiarum, quam eiusdem auctoris esse arbitror.

Jacobi de Partibus opera quaedam in re medica, impressa sunt in Italia, & Lugduni 1496. apud Ioan. Trechsel. Commentarij in quartam Fen primi Auicennae excusi. Ex Io. Mesuae operibus tabulam congeffit, ipse summulam inscribit, medicaminum compositorum, secundum ordinem alphabeti, & affectuum singulorum quibus illa medentur. Habetur excusa in appendice operum Mesuae. In Alexandri iatri Tralliani Sophistae libros glossam reliquit interlinearem. Auicennam Iacobi de Partibus expositione sunt tres manum scripti.

Jacobi Passauantij additiones in comentarios Thomae de Valois in August, de ciuitate Dei, excusi sunt.

*Excusi sunt olim cum iisdem comentarijs in folio. * Iacobi Peletarij Cenomani, medici, & mathematici, Comentarij tres. I. De dimensione circuli. II. De contactu linearum: & de duabus lineis in eodem plano neque parallelis, neque concurrentibus. III. De constitutione horoscopi. Basileae apud Oporin. 1563. in folio. De conciliatione locoru Galeni sectiones duae. De peste libellus. Demonstrationes in Euclidem. Algebra Latine & Gallice. Tabulae Astronomice nondum editae, vti & alia plura Mathematica, poetica, medica. Oratio in funere Henrici VIII. Anglorum Regis Lutetiae habita. Cohortatio pacificatoria ad principes Christianos. Eiusdem annotationes in arithmetica Gemmae Frisij: item compendium de fractionibus astronomicis: & de cognoscendis per memoriam calendis, idibus, nonis, festis mobilibus, & loco Solis & Lunae in Zodiaco: Parisijs impressit Guilielmus Cauellat, anno Domini 1549.*

Jacobus Pelusius Castrensis Praemisliensis, leges seu statuta ac priuilegia regni Poloniae hactenus dispersa ac sibi pugnancia in ordinem digessit & conciliauit, ita vt vna lex sit de quouis negotio: & Poloniae imo vero optimae reipublicae forma omnibus suis partibus descripta appareat. Adiectae sunt etiam praefationes & commentaria ex regum decretis, consuetudinibus regni, variisque scriptoribus seu legislatoribus conflata. Diuiduntur omnes leges in libros VII. Primus est de personis, de rege & magistratibus regni, de militibus, de mercatoribus, opificibus & agricolis, item de seruis, vagis, & mendicis, de ludaeis & paganis. II. De rebus fisci regij. III. De rebus spiritalium & secularium. IIII. De actionibus terrestribus iudicij. V. De ducibus regno vnitis, foederatis & externis, item de pace & obedientia, ac de legationibus. VI. De re militari. Excusum est hoc opus Cracouiae anno Domini 1553. in folio chartis 253. verum propter praefationes ab auctore additas opera episcoporum suppressum est. Obijt auctor Cracouiae circa initium anni 1554.

Jacobus Philippus Bergomensis, ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, scripsit opus historiarum ab initio mundi, vsque ad annum Dom. 1486. quod vocauit supplementum chronicorum, in libros 15. diuisum. Excusum est hoc opus Parisijs eruditorum quorundam opera diligentissime repurgatum, addita etiam accessione breui, quae nostrorum temporum historias ab anno Do. 1500. ad annum 1535. complectitur. Venit 40. solidis Gallicis. Idem auctor scripsit librum de preclaris & electis mulieribus. Claruit anno D. 1494.

Jacobus Philippi, Friburgensis & Basiliensis theologus, scripsit librum de reformatione sacerdotum. sermones sacros infinitos. Idem scripsit libellum qui praecordiale sacerdotum inscribitur, & alia quaedam. Claruit anno Domini 1495.

Jacobi Philippi Portij, Consiliorum libri 4. Summaria singulis responsis adiecta sunt. Venetijs primum excus. anno D. 1568. deinde Francofurti anno 1569. in folio.

Iacobi Piccolomini Cardinalis Papien. epistolę elegantissimę, rerumq; reconditarum referatissimę, & variarum historiarum, vnā cum luculentissimis commentarijs res gestas sui tēporis continentibus, excusę Mediolani, ann. Domini 1521.

Iacobi Poggij historia de origine & rebus gestis Florentinorum, libris VIII. descripta, extat in bibliothecā Card. Crymani prope Venetias. Vide in Poggio.

* *Iacobi Pręfecti Natini* de diuersis vini generibus liber. Venetijs 1559. in 8.

Iacobi Prępositi prioris Antuerpiensis, historia vtriusq; captiuitatis propter verbum Dei.

* *Iacobus Predianus*, vir sua ætate in historijs peritus, composuit historiam quandam lib. 1. *Iacobus Meyer*.

Iacobi Publicij Florentini, ad Tarentinum Hispaniæ ducem artis epistolędi, breuis libellus. Eiusdem panegyricus ad eundem principem. Epitome artis rhetoricę. Ars memoratiua.

Iacobus Comes Purliliarum, scripsit de generosa liberorum educatione opusculum, impress. Basileę apud Robertum Vuinter, 1541. cum alijs diuersorum eiusdem argumenti libellis. Eiusdem de re militari lib. duo, ad ætatis nostrę bellandirationem apprimē vtiles ac necessarij, impressi Basileę apud eundem, anno 1537. Claruit anno 1480.

* *Iacobi de Puteo*, Disputatio in materia mutationis monetarum, habetur in tract. Alberti Brunide augmento.

* *Iacobi Rammingi* liber Germanicus, Quaratione iurisdictionum & prædiorum proprietates, & feuda renouanda sint. Item de Registraturæ, ædificijs, architectis & Administratoribus, &c. Heidelbergę 1571.

Iacobus de Rauenna, Lotharingus, scripsit in Codicem lib. 9. super ff. veteri lib. 14. super ff. nouo lib. 12. super digestis infortiati lib. 14. disputationes varias in iure. multa simpliciter tradita maioribus, reduxit ad dialecticum arguendi modum: vt per Cynum in 1. quicunq; C. de seruis fug. Claruit anno Domini 1300.

Iacobus Ratz scripsit propositiones contra Iudæos & Iudaizantes Christianos excusas Halæ Sueuorum, anno Domini 1546. in 4. Idem scripsit de clandestinis matrimonijs. Item de ieiunio libellum Germanicum excusum Argentingę, anno Domini 1554. in 8.

Iacobus Rebuffus scripsit super tribus libris Codicis.

Iacobi Regij epistola ad Maximilianum Imp. in qua non pauca de reformatione ecclesię tractantur, excusa est Colonia in Fasciculo Ortuisni Gratij.

* *Iacobi à Regio* consilia medica.

* *Iacobus Reimolanus*, Flandrius, Cœnobij Gandensis Carmelita, Mathematicus, rhetor ac poeta, scripsit Odas de S. Ioachim lib. 1. Epithalamium ad Boscium lib. 1. Idyllion de bono coniugali lib. 1. Epistolas carmine lib. 1. Vitam D. Ioachim lib. 1. De puritate Marię lib. 1. Epigrammata quędã lib. 1. Isagogen ad sententias lib. 1. Exhortationes Christianorum lib. 1. Epistolas ac poemata lib. 1. Atque alia, Obijt tandem Romę, anno Domini

1508. Hunc in suis scriptis extulerunt Gagninus Tritermius, ac Badius.

* *Iacobus Renaldus* I. C. quędam scripsit super 2. Codicis.

* *Iacobi Reuardi* Antecessoris Duacęni De Auctoritate Prudentum liber singularis. Antuerpię apud Plantinum in octauo. Eiusdem ad leges XII, Tabularum liber singularis. Item Varronum, siue de luris ambiguitatibus lib. 5. Brugis in officina Goltziana, in octauo. Eiusdē Protribunaliū liber singularis. De præiudicijs libri duo. Coniectaneorum libri 7. De iure liberorum liber singularis. Hi commemorantur in indice officinę Goltzianę anno 1565. propediem excuderidi. Commentarius, ad titulum Pandectarum, de diuersis regulis luris. Antuerpię apud Plantinum, anno 1568. in octauo.

* *Iacobus de Rhegiõ*, Italus, prouincię Venetię Carmelita, Hebraice, Gręce, & Latine peritus, scripsit Sermones per Quadragesimam optimos lib. 1. Carmina diuersi generis lib. 1. Orationes & epistolas lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1490. Tritermius de laude Carmelitarum.

* *Iacobi Ritij* in Pauli Veneti Logica expositiones & quęstiones.

Iacobus Rosetus Rincauiensis, scripsit carmen aduersus Philomusum, theologos scholasticos lacerantem.

Iacobus Rubertus Vitodurensis, doctissim. iuuenis, scripsit orationes & epistolas aliquot eruditione singulari refertas. In Demosthenem instituerat Annotationes, & quędam alia, que immatura morte subreptus imperfecta reliquit. Vixit nostra ætate, ante annos plus minus 18. mortuus.

Iacobus Rueff, vrbis Tigurinę chirurgus, catalogum scripsit, quo continentur medicorum ferę omnium & astrologorū nomina cum figuris Edidit & Germanice ephemerides, siue calendaria, vt vocāt: & comędiam de Vuilhelmo Thello, fœderis Helueticı auctore: quę excusa est Quatuor item alias fabulas Germanicis metri composuit, quę inscribuntur: De felici & infelici statu fœderis Helueticı: de Vinea Domini, quę acta est Tiguri 1539. postridie Pentecostes. de thupro Paulinę, nobili ac pudicissimę matronę Romanę, dolo sacerdotū in gēde Isidis illato, cuius meminuit Iosephus libro 18. Antiquitatum, & Hegsippus li. 2. de excidio Hierosolymorum cap. 14. De passione Domini comędia, ex quatuor Euangelistis, per paucis præter historiam expressandiectis. Scripsit & interpretationes ostentorum aliquot. Eiusdem de conceptu & generatione humanis & ijs quę circa hæc potissimum considerantur lib. 6. excusi Tiguri apud Froshouerun anno Domini 1554. in quarto, Latine & Germanice. Claruit anno 1554.

Iacobi Rufini carmen doctissimum de horrendo obitu Bartholomęi Elię Patauini, eiusdemq; vxoris luctu in funere trium natarum, excusum Venetijs anno D. 1553. selquicharta, in quarto.

Iacobus Sadoletus episcopus Carpentoratenfis, vir doctissimus, scripsit de pueris recte ac liberaliter instituendis, impress. Basileę apud Robertum Vuinter, 1538. cum Erasmi Roterodami opusculo de Ciuilitate morum. item Argentingę apud Robertum Vuinter, 1554. in quarto. *Ioan. Al. Sadoletus ad Sadolet. l. 1. p. 1. p. 300. Et Sadolet. l. 9. p. 6. ad Sadolet. p. 355. P. Man. l. 5. p. 299.*

an. Albertum 1535. Eius de Laudibus philosophi-
 hic liber impressus Basileæ apud Brylingerum.
 de regno Hungariæ ab hostibus Turcis oppres-
 & capto, Homilia, item Basileæ, cum Alcora-
 apud Ioan. Oporinum. Oratio adhortatoria
 bello Turcis inferendo, ad Ludouicum Gal-
 arum regem, impressa ibidem apud Thomam
 laterum anno 1538. Commentariorum in epi-
 olam ad Romanos libri 3. Lugduni apud Gry-
 hium (qui & alia pluraque eius opera excudit) 10
 anno 1536. Interpretatio eius in Psalmos, Misere-
 mei Deus, & Deus ultionum, &c. item Hom. 2.
 tera de morte Frederici Fregosij Cardinalis, al-
 ra de Vngaria à Turcis capti: ibidem impressæ
 nt. Epistola ad Ioan. Sturmium, impressa Ar-
 ntorari apud Riheliū, cū Sturmij epistolis, De
 endatione eccles. epist. ad S. P. Q. Geneuensem,
 na in obedientiam Rom. Pontificis eos reduce-
 conatur: impressa Argent. apud Riheliū, 1539.
 m Ioan. Caluini responsione. Eius quoque epi- 20
 larum lib. xvi. ad Paulum Sadoletum episto-
 rum lib. i. excusi sunt Lugduni à Gryphio, an-
 o. in 8. Adiecta est eiusdem vita per Antoniū
 orebellum. Sadoletus in Catalogis scriptorum
 iure citatur, super tit. de Confessis. Eiusdem poe-
 ata Curtius & Laocoon excusa sunt Lipsiæ a-
 d Valentinum Papam anno D. 1549.
 Iacobus Salodorensis scripsit libros aliquot cat-
 inum: citatur à Felici Malleolo.
 Iacobi Sannaazarij opera omnia, excusa Lugdu- 30
 apud Gryphium, anno Domini 1537. & Basileæ
 apud Oporinum. P. Man. in Pref. p. 616.
 Iacobus presbyter cognomento Sapiens, Nesti-
 næ Perfarum ciuitatis episcopus, vnus ex nu-
 ero sub Maximiano persecutore Cōfessorum,
 eorum qui in Nicena synodo Arianā peruer-
 atem homousiou oppositione damnauerunt,
 ipisit de fide aduersus omnes hæreses, de chari-
 tate generali, de ieiunio, de oratione, de dilectio-
 erga proximum speciali, de resurrectione, de 40
 ra post mortem, de humilitate, de pœnitentia,
 satisfactione, de virginitate, de ascensu anime,
 circuncisione, de azymi benedictione: de Chri-
 o, quod filius Dei sit, & consubstantialis patri:
 castitate aduersus gentes, de constructione ta-
 rnaculi, de gentiū conuersatione, de regno Per-
 rum, de persecutione Christianorum. Compos-
 it & Chronicon minoris quidem Græcorum
 riositatis, sed maioris fiduciæ Moritur Cōstan-
 temporibus, secundū Gennadium. Tritemius 50
 rd eum claruisse ait anno Domini 330.
 Iacobus Schegkianus Schorndorfensis, German.
 blicus in Academia Tubingensi philosophiæ
 rofessor, vir vtraque lingua doctissimus, scripsit
 philosophiæ naturalis, siue Acroamatum Ari-
 otelis omnes disputationes, ac vniuersam tra-
 ationem, lib. 2. quibus & scholia siue annotatio-
 es in locos obscuros adiecit, & Erotemata huius
 ientia propria, quæ velut epitome sunt præces-
 etium librorum: in eorum gratiam qui primū 60
 ysticis operam dare incipiunt: opus impres. Tu-
 n. apud Vltricum Morhardū, 1538. Ex Aristot.
 e Anima lib. 3. Græcis, & è prolixis Simplicij
 mmentarijs, breues excerpit interpretationes
 ræcas: excusas Basileæ apud Heruagium, anno

Domini 1544. item Alexandri Aphrodisiæi li-
 brum de mixtione interpretatus est, impressum
 Tubingæ. Item de causa continente librum ibi-
 dem impressum 1540. de animæ principatu dia-
 logum. Aristotelis & Galeni rationes proferens,
 quibus ille cordi, hic cerebro principatum astrix-
 buit: impressum Tubingæ apud Morhardum,
 1542. cum Ioan. Velcurionis commentarijs in v-
 niuersam Physicam. Aristotelis librum de lincis
 infecabilibus Latinum fecit: quæ translatio in
 vltima editione omnium Aristotelis librorum
 Basileæ publicata habetur. Theognidis Megaren-
 sis sententias Elegiacas Latino carmine expres-
 sit, excusas Basileæ apud Ioan. Oporinum, vnâ
 cum Eliæ Vineri versione ad verbum. Extant e-
 iusdem etiam commentarij in Aristotelis Physi-
 ca, Parua naturalia, & Ethica, Basileæ excusa a-
 pud Ioan. Heruag. Idem Arriani Nicomediensis
 de Epicteti philosophi dissertationibus lib. 4. in
 Latinam linguam transtulit, & annotationes ad-
 didit, Ioan. Opor. Basileæ excudit in quarto, an-
 no Domini 1554. Græce & Latine. Scripsit præ-
 terea (vt audio) libros de anima, siue de immorta-
 litate animæ, item de demonstratione: quæ vt brê
 ui edantur, bonarum artium studiosi exoptant.
 * De causa continente medicorum liber, quo
 docet, eam esse in morbis: refellens opinionem
 scriptoris cuiusdam anonymi, qui eam profus
 in morbis nullam esse contendit, Basileæ. De
 demonstratione libri xv. qui sunt loco luculen-
 tissimi commentarij in duos posteriorum analy-
 ticorum Aristotelis libros Basileæ anno 1564.
 in folio. Commentaria cum annotatis & repeti-
 tionibus quibusdam, in Organi Aristotelis li-
 bros ad artis partem Analyticam pertinentes, in
 librum Prædicabilem, in librum Prædicament.
 in librum Perihermenias, in libros duos Analy-
 ticorum priorum. Tubingæ anno 1570. in folio.
 Commentarij in VI. & VII. librum Topicorum
 Aristotelis, quibus perfecta & absoluta definiti-
 di ars tractatur & exponitur. Ibidem anno 1556.
 in quarto. Aduersus Antitrinitarios li. 2. De vna
 persona & duabus naturis Christi. Ibidem in 4.
 Responsio ad libellum Anonymi interpretis li-
 bri sui de vna persona & duabus naturis in Chri-
 sto. Ibidem anno D. 1566. in quarto. Responsum
 ad Simonis Simonij libellum, quo conatus est li-
 brum de vna persona & duabus naturis in Chri-
 sto refellere. Respondetur etiam Erasto quo ex-
 plicatur Schegkium nō consentire cum Erasto:
 Tubingæ anno 1568. in quarto. Prodromus Ana-
 tisimonij 1571. Anatomie respōsi Simonij ad Prō-
 dromum anno 1572. Antisimonius, in quo refel-
 luntur supra C C C. errores Simonij, quibus suū
 librum Antischeggianorum referit. Eiusdem
 Apologeticus, oppositus calumniæ G. Gene-
 brardi, qua Scheggium in quodam scripto Sa-
 bellianismi accusat. anno Dom. 1573. in quarto:
 Scripsit etiam quædam contra CL. V. Petrum
 Ramum.
 Iacobi Schenck enarratio in epistolam D. Pau-
 li ad Titum, in Academia Lipsensi publicè præ-
 lecta, & ibidem impressa à Nicolao Vuolrab, an-
 no 1542. Eiusdem postilla totius anni ab eodem
 excusa est, Tractatio contra scortationem; Edis

dit & alia opuscula, & inter Antinomos vnus ex præcipuis fuit.

* *Iacobus Schlusserus* historiam tumultuum rusticæ plebis anni 1525. in Germanicam linguam transtulit, impressam Basileæ à Sebastiano Henrici Petri.

Iacobus Schæpperus Tremonianus scripsit Mönomachiam Dauidis & Golizæ, Tragicocomædiam, excusam Tremonizæ apud Melchiorem Soter, anno 1550. * Item Euphemum poema. Præterea Comædias & tragædias sacras. Coloniae 1562. Item, Institutionis Christianæ summam concionibus aliquot succinctis comprehensam. Coloniae 1568. Præterea Postillam Latine primo editam, & postea à Christiano Hippario in Germanicam linguam conuersam. Coloniae 1561.

Iacobus Schöll Argentinensis, vulgarem medicinæ Fasciculum, ut vocant, theses aliquot rei medicæ simplicioris breuissimè complectentem, integritati astronomicæ restituit: Liber impressus Argëtorati apud Iacobum Cammerlander 1537. cum Astrologiæ ad medicinam breui applicatione, deq; conuenientia earundem Canonibus aliquot.

Iacobus Schonheintz mathematicus & physicus Herbipoli, scripsit apologiam Astrologiæ contra Ioan. Picum, satis eleganter stylo: Liber impressus Norimbergæ anno 1502.

* *Iacobi Scutellarij*, medici Parmensis, Commentarius in librum de natura humana. Parme 1568. apud Seth Viottum in quarto.

Iacobi Sentini Ricinensis, Appendix de quibusdã lyricis versibus, impressa Norimbergæ, 1520. cum nescio quo poemate, ni fallor.

* *Iacobi Simancæ* Pacensis episcopi, Collectanea neorum de republica libri nouem, ex illustribus theologis legumlatoribus, Iurisconsultis, Philosophis, Poetis, Historicis alijsque bonarum artium peritis collecti. Venetijs apud Bologninum 1569, in quarto. Eiusdem Praxis hæreseos, siue Enchiridion iudicium violatæ religionis. In qua perspicuo ordine, singulariq; doctrina, hæresis materia pertractatur. Venetijs apud Iordanum Zilleri 1568, in octauo. Eadem Praxis denuo excusa est Venetijs & Antuerpiæ 1573, additis duobus opusculis, Annotationibus in Zanchinum cum Animaduersionibus in Campegium: Item De dignitate episcopali.

Iacobi Sobij I. C. oratio ad Carolum V. Imperatorem nobilium Germanorum nomine habitata Francofordiæ, Impressa est Coloniae. T. L. uius huius etiam opera emendatus est, Dialogus Philalethes ciuis Vtopiensis huius esse à quibusdam existimatur. Literas aliquando cum Moselano & Aesticampiano docuit Fribergi in Misnia, & post Coloniae cum Cæsario.

* *Iacobus Soldus*, Italus natione, patria Florentinus, ordinis seruorum D. Mariæ, in theologia atque arte medica eruditus, scripsit ad magnificum ciuem Ioan. Bartholomæum Ghezo Placentinum, opus insigne, de *Enthypia* commentarium lib. 1. Medicinæ canones lib. 1. De signis prognosticis lib. 1. Claruit anno Domini 1490. Opera eius sunt impressa.

* *R. Iacob Solomonis* filij Collectanea de rebus Christi regis, edita Parisijs à Genebrardo, cum

R. Mose & Eliæ Leuitæ scriptis, 1573, in octauo

Iacobus Spiegelus Selestadiensis I. C. Caroli Imp. & Ferdinandi Rom. regis consiliarius & secretarius, scripsit explanationem in Ioan. Reuchlini progymnasmata: Liber impressus in Germania. Ioan. Francisci Pici carmen de mysterijs Dominicæ crucis nup̄ in Germaniam delapsus, enarrauit: impressum Tubingæ, anno 1512. Richardi Bartholini Austruadios libros duodecim, & Guntheri poetæ opus de rebus gestis Cæsaris Friderici, scholijs illustrauit: volumen publicatum Argentinæ, anno 1531. Antonij Panormitæ de dictis & factis Alphonsi regis Aragonum libris quatuor scholia adiecit: liber excusus Basileæ 1538. apud Heruagium. Iuris ciuilibus Lexicon ex varijs probatorum authorum commentarijs congestit. Liber impressus aliquoties Argëtorati 1538. apud Ioanem Schottum, & Lugduni apud Gryphium anno 1541. & Basileæ apud Heruagium anno D. 1548. cum magna accessione, alijs aliquot opusculis in fine adiectis.

Iacobus Sprenger, Germanus, ordinis fratrum Prædicatorum prouincialis Colonienfis, scripsit volumen contra maleficas mulierculas, diabolica instrumenta, pro cautela simplicium, quod vocauit Malleum maleficarum, in lib. 3. distinctum Liber impressus. Vixit anno Domini 1494.

Iacobus de Strada, Mâtuanus, antiquarius, Lugduni anno Domini 1553, edidit epitomen Theophrasti sauri antiquitatum, hoc est IMPP, Rom. Orientalium & Occidentalium iconum, ex antiquissimis quàm fidelissime delineatarum Promittit autem in præfatione etiam alterum Tomum in quo aueriæ numerum imagines continentur, & in præfatione multa ostendit quæ præter cæteros ante ipsum huius argumenti ceteros libros, tum diligentius maioriq; fide & iudicio, tum copiosius præstiterit. Promittit præterea integrum opus aliquot Tomis absoluendum de vitis imperatorum cum imaginibus. Scripsit etiam scholia in Pontani librum de immanitate, ipse de se testatur.

Iacobus de Stralen, Germanus, scripsit in Apocalypsin Ioannis lib. 1. Vixit anno D. 1490.

* *Iacobi Strasburgi* carmen de beata migratione ex hac vita in cælum. Parisijs in octauo.

* *Iacobus Straus*, ecclesiastes Isennaci in Turingia, doctor, scripsit Germanice, super verbis Pauli 1. Cor. 11. Probet seipsum homo & ita copane comedat & de calice bibat. Itē de vera confessione & pœnitentia cum refutatione tyrannidis & confessionis. Impressi separatim in quarto. Claruit anno 1523.

Iacobus Stuart Scotorum rex, qui postea Robertus tertius à quibusdam appellatus est, scripsit in exilio suo carminum lib. 1. composuit (magnificus enim insignis erat) cantilenas multas, & alia. Claruit an. 1436. quo à suis etiam occisus est.

* *Iacobi Suederici* Custodis Misnensis, Franciscani, De origine religiosorum. Vixit anno 1433.

Iacobus Syluius Ambianus, medicus, insignis Gallus, scripsit de ordinis ratione in legedis Hippocratis & Galeni libris, opusculum impressum Parisijs apud Vuchelum anno 1539. & Basileæ Galeni libros aliquot, Scholijs adiectis illustrauit: nou

it: nonnullis & tabulas quasdam isagogicas præ-
xit. Impressi sunt Parisijs apud Vuchelū, singu-
seorsim, vt hic subiiciuntur: Cl. Galeni cōmen-
tariū in Hippocratis librum de natura huma-
na. de temperamentis libri tres, cum libello de in-
quali intemperie, de naturalibus facultatibus
lib. 3. cum epitome in eisdem. Introductio in pul-
sū ad Theuram. De pulsū vsu. De motu mus-
culorum lib. 2. De vsu partium li. 17. De alimen-
tium facultatibus li. 3. cum libello de attenuan-
tibus victus ratione. Methodū quoq; sex librorū Ga-
leni de differentijs & morborū & symptomatum,
tabellas sex paulō fufius, ne breuitas obscura
cōtorem remoretur & fallat, scripsit. Item de si-
gnis omnibus medicis, hoc est salubribus, insalu-
tibus, & neutris, Commentariū omnino neces-
sarium medico futuro: impressum Parisijs apud
Vuchelū, 1539. Eiusdem Methodus medicamen-
tū cōponendi, ex simplicibus, quatuor libris di-
tributa, impressa Parisijs apud Vuchelū 1541.
De medicamentorū simplicium delectu, præpa-
rationibus, mistionis modo li. 3. impressi Parisijs
apud Iacobum Gasellū, 1542. & Lugduni apud
annem Tornæsium, ann. 1548. in 16. in linguā
italicam Isagoge, Item Grammatica Latinogal-
lica: opus excusum Parisijs apud Rob. Steph-
anū, anno 1531. Eiusdem morborum internorum
tractatū breui Methodo comprehensū, ex Galeno
pripue & M. Gatinaria, excusa est Venetijs a-
pud Vincentiū Valgrisiū, anno D. 1548. octer. 30
& dimid. Et Tiguri apud Gesneros fratres, an-
no D. 1554. in 8. cum alijs in enchiridio rei medi-
cæ. Eiusdem depulsio vgsani cuiusdam calumnia-
rum in Hippocratis Galeniq; rationem anatomi-
am, excusa est Parisijs, ann. D. 1551. Eiusdem in-
terpretatio canonum vniuersaliū simpliciu me-
dicinarum Mesue, atq; antidotarij, in quo & pon-
derum varietatē annotauit, impressa est Vene-
tijs cum operibus Mesue, anno D. 1549. Io. Mesue
libri tres ab eo Latinitate donati, excusi sunt
Parisijs, anno D. 1542. * Institutiones anatomi-
cæ, Venetijs 1572. octauo. De febribus cōmen-
tariū ex libris aliquot Hippocratis & Galeni par-
tibus plurima selectus. In Galeni de differentijs fe-
brū commentariū Item in Hippocratis elemen-
tariū. De mensibus mulierū & hominis generatio-
ne. Quæstio de vini exhibitione in febribus. Ob-
seruationes quædam in varijs corporibus secandis.
In quinque libros Galeni priores de locis affectis,
& in libros aliquot de morborū & symptomatu
differentijs & causis, commentarij manuscripti.
Obijt anno salutis 1555.

Iacobi Theodori Tabernomōtani, methodus
certa expertaq; curandi morbū laterale. Itē metho-
dus curandi pestem Item Consiliū de curanda fe-
bre pestilentiali, cum dolore capitis, & similibus
symptomatibus. Heidelbergæ 1573. Germanice.

Iacobus de Theramo, vel Tranēsis, canonicus
Aprucinus, & archidiaconus Auerfanus, scripsit
Dialogū de redemptione generis humani, Belial
vulgariter nuncupatū, quē vocauit Consolatio-
nem peccatorū lib. 1. In Clementinis dicitur scri-
psisse lib. 1. & quædam alia. Vixit anno D. 1390.
Item scripsit librū Monarchialem Papæ, quem
Carolus Molinæus blasphemū librū nominat.

Iacobus de Thessalonica, ordinis fratrum Prædi-
catorum scripsit opus insigne, de moribus homi-
num, & officijs nobilium ac popularium, mæte-
riam præferens De ludo schacorum lib. 4. sermo-
nes varios lib. 1. & alia.

Iacobus Toletanus monachus eremita, fertur
plurima scripsisse.

Iacobus Tufanus, natione Gall. publicus Græ-
cæ linguæ professor Parisijs, transtulit quædam ex
Theodori Gazæ Grāmatica in Latinum sermo-
nem: Græca item, quæ in Angeli Politiani libris
reperiuntur. Guiel. Budæi epistolas Græcas ver-
tit, & scholia adiecit ex ipsius Budæi respōsis. Cra-
tand. impres. Basil. Idem scripsit annotationes in
sphærâ Procli, impres. Paris. Composuit etiam le-
xicon Græcum in quo phrasæ Græcæ exponun-
tur, excusum Parisijs à Carola Guillarda.

Iacobi Tymæi Amsfordensis, artium & Theo-
logiæ doctoris, Coloniae in Būrſa Laurentiana,
commentaria in Aristot. de generatione & cor-
ruptione, & in tres libros meteororum, Henr.
Quentel. Coloniae impressit, anno D. 1497. Huic
30. versibus epitaphium fecit Rodolphus Lan-
gius, canonicus Monasteriensis.

Iacobi Perez de Valentia Christopholitani epi-
scopi, & ordinis Eremit. D. August. expositio in
omnes Psalmos Dauidis: item in Cantica officia-
lia, seu vt ipse scribit, serialia simul & euāgelica, &
reliqua ecclesiastica, Benedict. Magnificat, Nunc
dimittis, Gloria in excelsis: & SS. August. & Am-
brof. canticum, Te Deum laudamus, extat. Acces-
sit ad hæc Tractatus contra Iudæos. volumen ex-
cus. Paris. apud Ascensium, & Lugd. apud Steph.
Gueynard. an. 1512 & Venetijs 1568. in 4. Eiusdē
expositio in Cātica cānicorū Solomonis & Que-
stionis finalis discussio, vtrū solus Christus sit me-
trū & mensura & largitor omnium bonorū & re-
parator humanæ naturæ. Liber impres. Paris. a-
pud Ascensium, & Lugd. 1513. Claruit anno 1468.

* Iacobi Varinerij I. C. Enchiridiōn.

* Iacobi Veldij Augustiniani Tabulæ compen-
diōsæ in Euāgelia & epistolas quæ per totam
quadragesimam, in ecclesia pōpulo proponi so-
lent. Venetijs, anno D. 1566. in octauo. Paraphra-
stica enarratio Euāgeliorum quadragesimæ.
Antuerpiæ, anno D. 1570: Paraphraſtica enar-
ratio in passionem Domini nostri Iesu Christi.
Antuerpiæ excus. apud Plantinum, anno 1570.
Commentarius in Epistolas quæ sacro quadra-
gesimæ tempore fidelibus solent proponi. Loua-
nij, anno D. 1572. in octauo.

* Iacobi Venenti tractatus de annuâ præstatio-
ne anno 1569.

* Iacobus de Villa sancta, alias de Castillo, scripsit
de Duello.

Iacobus de Viterbio, archiepiscop. Neapolit. or-
dinis fratrum eremitarū S. August. scripsit ad Cle-
mentem Papam quintū, de regimine Christiano-
rum lib. 1. super sententias lib. 4. Quodlibeta
quoq; lib. 1. Et nonnulla aliā. Vixit anno 1310.

Iacobus de Vitriaco, episcopus Achonenſis, &
Eccles. Rom. Cardinalis, episcopus Tusculanus,
scripsit historiam orientalem libro vno, Vitam Ma-
riæ de Oegines libris tribus. contra Sarracenos
li. 1. de sanctis mulieribus Leodiensib. lib. 1. Epi-
E

rolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno 1220.
* Iacobi Vngarelli Parauini Additiones in sum-
mam Angelicam. Venetijs 1569. in 4.

Iacobus de Voragine episcopus Genuensis, or-
dinis fratrum prædicatorū, scripsit volumen ma-
gnum de vita & gestis multorū sanctorum, quod
vocant Legendam auream siue speculum sancto-
rum, vulgo dicitur Legendā seu historia Lom-
bardica. Item Mariale de sancta Maria lib. 1. Hi-
storiā Genuensiam lib. 1. De opusculis sancti
Augustini lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Sermo-
nes de tempore lib. 1. Sermones quadragesima-
les lib. 1. Sermones de sancta Maria lib. 1. Guilie-
mi Peralt Galli commentarios maximos de vi-
tijs & virtutibus in epitomen redegit. Sermones
eius typis excusi sunt anno D. 1484. in folio.

Erasm. l. 2. Ep. 3.
p. 72.

Iacobus Vuitphelingus Slerstatensis, presby-
ter ecclesiæ Spirensis, scripsit versu & prosa quæ-
dam preclara opuscula, e quibus extant: Ad Ber-
tholdū archiepisc. Moguntinum opus celeberrim-
um, elegiaco versu elegantissimè compositum,
de triplici candore, in laudē diuæ Marię lib. 1. præ-
cepta rhetorices lib. 1. Laudes Spirens. ecclē. lib.
2. de spiritu sancto orationē lib. 1. ad regem Fran-
ciæ orationem lib. 1. de arte poetica lib. 1. Carmi-
na varij generis multa. Extat eius etiam Solilo-
quium pro pace Christianorum: liber impres-
sus. de nuncio Angelico carmen heroicum. Ad
Philippum Comitem Palatinum, heroicum. Ad
Ludouicum eius primogenitum Elegia: impres-
sa anno Do. 1494. item Stylpho: dialogi quinque
impressi. Sermo ad iuuenes qui sacris initiantur,
impressus apud Heruag. Eiusdem elegantias ma-
iores, Rhetoricā pro pueris, Matthias Hupfuf ex-
cudit Argentinæ, anno Do. 1515. Adolescentiam,
opus egregium, continens præcepta ad mores in-
genue formandos, partim ab ipso auihore scrip-
ta, partim ex varijs & optimis scriptoribus quin-
quaginta numero collectam, & in locos digestā:
idem impressit 1514. cum additionibus Gallina-
rij. Epitome rerum Germanic. opus impressum
Basileæ apud Heruag. 1532. cum Vuitichindi Sa-
xonis historia, & alijs pluribus. Idem scripsit Ex-
cusationem ad Iulium II. Pontificem, ad instan-
tiam fratrum Augustinensium, quod scripserit
Augustinum non fuisse monachum aut fratrem
mendicantem. Librum de vita & moribus epi-
scoporum, aliorumque prælatorum & principū,
excusum Argentinæ, anno Domini 1512. qua-
tern. 4. De hymnorum & sequentiarum aucto-
ribus, generibusque carminum quæ in hymnis
inueniuntur, libellum impressum sesquicharta.
Postillam breuem in symbolum Athanasij. Pro-
thimologiam de bono modo prædicandi. De fa-
ciliiori puerorum institutione. Epigrammatum
librum. Carmen heroicum ad Eberhardum du-
cem Vuirtenbergensem. Contra fratrem Penfan-
tem manus, conceptionem Dei genitricis & Ba-
siliense concilium impugnantem, epistolas ali-
quot. Epistolas multas ex persona Palatini comi-
tis, & episcopi Spirensis, ac aliorum. Ad reipub.
Argentinensem lib. 2. in quorum priore Argenti-
nam & cæteras Rheni ciuitates nunquam Gal-
lis fuisse subiectas validis argumentis ostendit:
in secundo reipublicæ instituendæ præcepta tra-

dit: impressos Argentinæ chartis 4. Oratio hæc
de annunciatione dominica, ibidē excusam. Phi-
lippicam, in laudem principis Palatini dialogos
sex, excusos Argentinæ anno Domini 1498. qua-
tern. 2. & dimid. Orationes contra inuafores sa-
cerdotum, Pro immunitate ecclesiastica, ad Car-
dinalem Tornacensem, ad Raimundum nunciū
indulgentiarum. Ad gymnosophistas Heidelber-
genes de S. Catharina, Ad eosdem de spiritu san-
cto, De assumptione diuę Parthenices, ad Syno-
dos, Vuormaciensem, Spirensē, Schlerstatensē,
& alias complures: scripsit quoque vitam Dietheri
archiepiscopi Moguntini, vt Spiegelius testatur.
Floruit apud Nemetes, anno 1494.

Iacobus Zenus, patricius Venetus, scripsit de ge-
stis summorum pontificum lib. 1. Et quædam
alia. Claruit anno 1477.

Iacobus Zieglerus Landauus, Bauarus, librum
scripsit de constructione solidæ spherę, cum scho-
lijs in opusculū Procli de spherā: & de canonicis
per spheram operatione, & de hemicyclio Bete-
si. Impressus est Basileæ apud Vualderum, 1536. It-
C. Plinij de Naturali historia librum secundum
cōmentarium, quo difficultates Plinianæ, præse-
tim astronomicæ, omnes tolluntur: item Orga-
num, quo catholica siderum, vt apud Plin. est, m-
ra arte docetur: excusum Basileæ apud Henr. Pe-
tri 1531. cum alijs. Edidit etiam Terræ sanctę, quę
Palæstinam nominant, Syriæ, Arabiæ, Aegypti
& Schondiæ doctissimam descriptionem, vn-
cum singulis tabulis earundem regionum top-
ographicis, item Holmiæ, planē regię vrbs, cala-
mitosissimam cladem, cuius titulus est: Christie-
ni secundi regis Danarchiæ crudelitas, perpe-
trata in proceres Suetiæ, & populū Holmen-
sem. volumen impress. Argētorati apud Vuenc-
Rihelium 1536. cum alia descriptione Terræ sa-
ctæ iuxta ordinem alphabeti, ad scripturā pro-
ximè directā, auctore Vuolfgango Vuëiffenbu-
gio. Scripsit etiam lib. de rebus Indicis, item, Co-
ceptionū in Genesim & Exod. cōmentaria. Su-
per Arbitrio humano exempla & scripturas. Ti-
tatum de raptu Pauli Apostoli in tertium cœli
ex epistola ad Corinthios. De solenni festo Pa-
sche. In historiā Iudith elucubrationem, & Chro-
nographicam censurā. Hæc vnā cum alijs qu-
busdam libellis impressa sunt Basileæ apud Co-
porinum, anno 1548. Idem scripsit aduersus Ia-
cobi Stunicæ maledicentiam pro Germania l-
bellum excusum Basileæ, anno Domini 1523. i-
octauo. Acta Papalia nondum euulgata. Com-
mentaria in Sapheam. Cōtra Vualdenses lib-
er quinque. Et quædam alia. Claruit anno Domini
1549. quo etiam fatis concessit.

Iacobus Zochi, scripsit in quartum Decretalium
Qui filij sint legitimi, c. per venerabilem: & i-
quintum de pœnit. & remiss. c. omnis.

Iacobi Zouitij Brædani (aliàs Driefchari, vel
Triturbis) natione Zeladi, comœdia Ruth ex
tere testamento, excusa Antuerpiæ apud Mich-
Hillanium, anno Do. 1533. Item ouis per dita, cō-
mœdia sacra ex nouo testamento, excusa apud
annem Gymnicum Colonia anno 1539. item L-
dascalus comœdia impressa Antuerpiæ anno
1540. Claruit anno 1539.

Iaderis à Midila confessoris & martyris verba
 apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de
 hæreticis baptisandis.

Iaffredi Cherienfis I. C. Semita recta, id est tra-
 ctatus plurimarum decisionum, per modum con-
 clusionum: qui semita recta causidicorum & iu-
 dicum appellatur. Iaffredi Lanfranci Decisionū
 Centurię quinque cum sexag. fragmento, impres-
 sa Francofurti anno D. 1573. in folio.

Iamblichus liberrinus, scripsit *Babylonica*, siue
 de amore Rhodini & Sinonidis lib. 39. Et de Zo-
 ara eunucho, amatore pulcherrimæ Mesopotræ.
 Iamblichus alius ex Chalcide Syriæ philoso-
 phus, Porphyrij discipulus, scripsit librū de my-
 sterijs Aegyptiorum, Chaldaeorū, & Assyriorū,
 qui Græce seruat in multis Italiæ bibliothecis,
 dem Latine, Marfilio Ficino paraphraste, excu-
 sus est Venetijs apud Aldum, & Basileę apud Be-
 lium, 1532. & Lugduni apud Ioan. Tornæsum
 n. 1549. in 16. cum Mercurij Trismegisti & Pro-
 di libris quibusdam. Scripsit etiam de Pythago-
 ra secta lib. 3. qui cum Simplicij commentarijs
 Romæ in bibliotheca Vaticana habentur. Item
 rotrepicas orationes, quas Ioann. Alexander
 rassicanus se in possessione sua habuisse memo-
 rat. Eius multa fragmenta, præcipuè ex episto-
 lis ad Sopatrum & Dexippum, passim in Ioan-
 nis Stobæi Collectaneis citantur. * Iamblici de
 pythagorica secta lib. 3. De fato liber, Quomodo
 recibus Deus concilietur. Logi 4. Item Ad-
 ortatorius ad philosophiam De cõmuni ma-
 thematici scientia. Responso aduersus Porphy-
 rum. De mysterijs Aegyptiorum. Omnia hæc
 manuscripta Gr. seruantur in bibliotheca Regis
 Gallorum. Audio etiam alicubi seruari eiusdem
 brum de Nicomachi arithmetica, & epistolas.

Iambus epistolæ 2. & 4. apud Cyprianum au-
 thor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Iambi à Germaniciana confessoris verba apud
 Cyprianum, in sententijs episcoporum de hære-
 ticis baptisandis.

Iammetius Textor. Vide supra F. Iammetius.

Ianduei cõmentaria in physica, excusa in Italia.

Ianotius quidam scripsit de dignitate vel ex-
 cellentia hominis librum, qui Basileę impres. est.

Ianotti quædam de republica, excusa in Italia.

Ianuarius, epistolæ 4. & 12. apud Cyprianum

author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Ianuarij à Lambese verba apud eundem, in sen-
 tentijs episcoporum de hæreticis baptisandis.

Ianuarij Muzulensis verba apud eundem, eod-
 em loco sunt &

Ianuarij à Vico Cæsaris.

Iani Anyfij Sententiæ morales singulæ singū

is senarijs absolutæ, ad Inachum Mendozã Car-
 dinalem, impres. Basileę 1539. apud Rob. Vuinter;

et L. Vitruuij Roscij libro de docendi studendiq;

modo. Eiusdẽ varia poemata, & Satyras, ad Pom-
 peium Columnã Cardinalem, impres. Neapoli

Ioan. Sulzbachius Hagenouensis anno 1531.

Ianus Antoniatius, Vide Ioan. Guinterium An-
 dernacum, eundem enim authorẽ esse conijcio.

Ianus Cornarius Zuicauensis, Germanus, vir

doctissimus, partim scripsit proprio Marte com-
 plura, partim aliorum Græca scripta in Latinū

sermonẽ traduxit. Ex quibus sunt de conuiuiorū
 veterū Græcorū & hoc tẽpore German. ritibus;
 moribus & sermonibus. Item de amoris præstan-
 tia & de Platonis ac Xenophontis dissensione.
 Item Platonis & Xenophontis symposia, eodem
 interprete. Opor. excudit Basileę 1548. octern. 12.
 & dimid. Vniuersæ rei medicæ epigraphæ, enu-
 meratio, & breuis Isagoge, impressa Basileę apud
 Froben. anno 1534. De peste lib. 2. pro totius Ger-
 man. imò omnium hominum salute, Basileę per
 Ioan. Heruag. 1551. Marcelli authoris antiqui, de
 varijs medicamentis opus, plerisq; locis integritã-
 ti suæ restituit. Macri poema de plantis, & incera-
 ti cuiusdã authoris itidem de plantis, animalium
 partibus, ac terræ speciebus: & Merboldi de lapi-
 dibus ac gemis carmina emendauit, & annotatiõ-
 nes adiecit. Hippocratis in medicina Græcos li-
 bros omnes vetustis exẽplaribus collatos emen-
 dauit: & eiusdẽ aliquot libellos conuertit, qui
 impres. sunt Basileę apud Io. Opor. 1543. His adie-
 cit orationes duas à se cõscriptas, quarũ vnã in-
 scribitur Hippocrates, siue doctor verus: alterã,
 De rectis medicinæ studijs amplectendis. Hippo-
 cratis epistolas transtulit, excusas Coloniæ apud
 Gymnicum 1542. ex Cl. Galeno venit lib. 9. videlicet
 de respirationis causis lib. 1. de respirationis
 utilitate lib. 1. de respirationis difficultate li. 3. de
 vteri dissectione lib. 1. de fœtus formatione lib. 1.
 de semine lib. 2. quæ translationes cum Marcelli
 operẽ de medicamentis Basileę apud Frobeniũ
 publicatæ sunt 1536. Ex eodem venit de compõ-
 sitione pharmacorū secundum locos lib. 10. ac to-
 tidem in eos cõmentariorum libros adiecit, opus
 excusum Basileę in officina Frobeniana 1537. Cę-
 terum interpretatio seorsim enchiridij forma,
 aut Lugduni aut Parisijs impressa est. Actium
 medicum in Latinum sermonem traduxit, im-
 pressum Basileę apud Frobenium: sicut etiam
 Hippocratis omnia opera; ibidem excusa. Con-
 stantino Cæsari inscriptos lib. 20. de agricultura;
 ex eius translatione, eadẽ officinã publicauit.
 Adamantij sophistæ physiognomica: eodem in-
 terprete, à Rob. Vuinter impressa sunt. Parthenij
 etiam liber de amatorijs affectionibus Græcus &
 Latinus, Iano Cornario interprete, excusus Basileę
 apud Froben. cui subnectitur oratio Cornarij in
 laudem peregrinationis. Basileę magni opera om-
 nia Latina fecit; item Basileę & Gregorij Naziani
 zenij epistolarum volumen. Epiphaniij episcopi
 Constantiæ Cypri Panariũ contra octoginta hæ-
 reses, Anchorã fidei, libellum de mēsuris ac pon-
 deribus, &c. Latinitate donauit, impress. apud
 Rob. Vuinter Basileę, item Ioan. Chryostomi
 dissertationem cum Basilio Magnõ, de episcopa-
 lis ac sacerdotalis muneris præstatiã, impressam
 Basileę apud Ioan. Opor. 1544. Ex epigramatis
 Græcorum non pauca Latino carmine expressit,
 quæ aliquando etiam edẽur in lucem. Eiusdẽ
 oratio de rectis medicinæ studijs amplectendis
 excusa est Francofordiæ ab Egenolpho, anno D.
 1543. Eiusdẽ carmen propempticon ad Franci-
 scum à Sitten in Liuoniam abeuntem, excusum
 Marpurgi. Claruit anno 1551. * Dioscoridis de ma-
 teria medica lib. 5. & vnum de bestijs venenifri-
 ciaculantibus, alterum de letalibus medicamentis

tis, Latinos fecit: prioribus quinque Emblemata addidit, posterioribus expositiones. Synesij Cyrenæi Prolemaidis vr̄bis episcopi, scripta quæ apud nos extant vniuersa, in Latinam linguam transtulit. Basileæ excuderunt Frobenij.

Ianus Damascenus: vide in Ioāne Damasceno.

Iani Damiani Senensis Elegia ad Leonem X. pontificem de expeditione in Turcas suscipienda, impressa Basileæ apud Ioan. Frobenium, cum aliquot alijs opusculis.

Iani Dubrauij Silesij, hominis eruditi, & qui monumeta aliqua ingenij in publicum dederit, Ioachimus Vadianus meminit in commentarijs suis super Pomponij Melæ Sarmatia.

Ianus Lascaris. Vide Andreas Ianus.

Ianus Lacinius Calaber Pŷchro-neus Minorita, edidit pretiosam margaritā nouellam, de thesauro ac preciosissimo philosophorum lapide, artis huius diuinæ typum ac methodum, ab auctore collectam ex Arnol̄do, Raimundo, Rasi, Alberto & Michaelē Scotto. Liber excusus est Venetijs apud Aldum, anno Do. 1546. in octauo. In præfatione promittit methodum in omnes libros Raimundi Lulli.

Iani Pagnini scholia in libros Tusculanarum quæstionum Ciceronis, anno D. 1544. Basileæ apud Ioannem Oporinum impressa.

Iani Pannonij Quinq; ecclesiensis episcopi Syluapanegyrica, & epigrammata quædam, excus. Basileæ apud Ioā. Froben. 1518. Eiusdem poemata excusa sunt Venetijs apud Gualterum Scottum, 1553. in 8. cum Lazari Bonamici carminibus nonnullis. Item Basileæ ab Oporino in 8. chartis 16. Sunt autem hæc. Ad Guarinum Veronensem Panegyricus. Ad Iacobum Ant. Marcellū Venetum Panegyricus. Ad Fridericum 111. Imp. pro pacanda Italia carmen. Diomedis & Glauci congressus, ex Homeri 6. Iliados Latino carmine redditus. Elegiarum liber vnus. Epigrammata. Additæ sunt his elegiæ duæ Baptistæ Guarini iunioris ad Iannum Pannonium. Eiusdem Panegyrici duo, & Epigrammata vltra omnes editiones alias à Ioanne Sambuco edita Patavij.

Ioannes Chaundeler, scripsit De stau naturæ
humanæ lib. 1. Laudes Bathoniæ ac Vuellix lib.
1. De laudibus Thomæ Beckingtoni lib. 1. Gestæ
Guilhelmi Vuickami lib. 1. Epistolarum opus
lib. 1. Claruit anno 1460 Baleus.

Ioannes Checus, eques auratus, patria Catabria-
gientis, transtulit ex Græco sermone D. Iō. Chry-
sost. homilias contra obseruatores notuilunij, de
dormientibus in Christo, de prouidentia Dei
homilias 3. de fato homilias 3. Idem transtulit in
linguam Latinam librū Thomæ Crammeri An-
glice scriptum de sacramētis. Excusus est Londi-
ni 1553. Item ex Græca lingua in Latinam transtū-
lit, Demosthenis Olynthiacas, Philippicas, con-
tra Leptinem, & aduersarias orationes Demosta-
henis & Aeschinis, Iosephum, Leonis Imperat.
librum de apparatu bellico. impressum Basileæ.
Euripidis & Sophoclis quædam, Asceticum Ma-
ximi monachi. Aristotelem de anima Præterea
scripsit librum de pronuntiatione Græce linguæ.

Commentaria in Psalmū Domine probasti, Parnegyricum in natiuitatē Edoardi principis. Correctiones quasdam Herodoti, Thucididis, Platonis, Demosthenis, & Xenophōtis lib. plurimos. Damnū ex seditione lib. 1. An liceat nubere post diuortū lib. 1. In Psalmū 139. De eucharistiæ Sacramēto lib. 1. Epitaphiorū lib. 1. Super obitu Bucerii lib. 1. De ludimagistrorū officio li. 1. Introductionē Grāmatices lib. 1. In obitum Antonij De neili 1. De fide iustificāte lib. 1. De aqua lustrali, cineribus & palmis ad Vintoniensem li. 1. Collegitque dicta Parliamenti super re Eucharistica lib. 1. Claruit anno 1554.

Ioannes Chelmeſton Anglus, ex Eboracēsi comitatū oriū dus, scripsit quæſtiones ordinarias li. 1. determinationes theologicas lib. 1. sermones & collationes, ac alia multa. Claruit anno 1290.

Ioannis Cheradami cuiusdam præfationes, Græcæ in nouem Aristophanis comædias, singulæ in singulas: excusæ Parisijs apud Gormuntium, cum ipsis comædijs.

* Ioannes de Chiniueto, Gallus, doctor Metēſis, Carmelita, scripsit Speculū institutionis ordinis sui lib. 1. Sermones de tempore li. 1. Sermones de sanctis li. 1. Quadragesimale quoq; lib. 1. Atq; alia. Claruit ann. Dom. 1340. Tritemius in laude Carmelitarum.

* Ioannis Choreandri Vera & aurea ars bene moriendi, vbi quam simplicissime explicantur duo articuli fidei nostræ de resurrectione carnis & vita æterna. Magdeburgi in octauo. Germanicæ.

* Ioannis à Choul dialogus in quo hæc sunt animalia, Formica, Musca, Papilio, Aranea. Eiusdē alter de Antiquitate. Item historia quereus & descriptio montis Pilati in Gallia. Lugduni impressa.

* Ioannes Chrystofersonus, Lancaſtriēſis, episcopus Cicestriēſis, scripsit patrio sermone Obedientiæ exhortationē li. 1. E Græco in Latinum transtulit Philonē ludæum: De mundi fabricatione li. 1. De decem præceptis lib. 1. De principe deligendo lib. 1. De officio iudicis li. 1. Transtulit etiam in Latinā linguā historiæ ecclesiasticæ scriptores Græcos, Eusebium Pamphilū, Socratem, Theodoretū, Hermiam, Euagrū. Colonie apud hæredes Birkmanni. Claruit anno 1556. Baleus.

Ioannes Chrystophorus Caluetus Stella, scripsit de Aphoridifio expugnato, quod vulgo Aphricā vocant, commentarium excusum Antwerpæ apud Martinum Nucium, anno D. 1551. Eiusdem Encomium ad Carolum V. cum præfatione Corneli, Scepperi. Item Itinerarium Philippi Hispaniarum principis in Belgieum.

Ioannes Chrystophorus, ordinis fratrum prædicatorum, scripsit in Euangelium Matthæi lib. 1. in Marcum lib. 1. in Lucam lib. 1. in Ioannem lib. 1. in omnes epistolas Pauli lib. 14. Et alia multa. Claruit anno 1260.

Ioannes monachus & presbyter, cognomento Chrysoſtoas, natione Damascenus ex Syria, scripsit Græco sermone cōtra Leonē imperatorem imagines sanctorum spernentem lib. 2. & quædam alia. Claruit anno 730. Est & alius Ioan. Damascenus, de quo inferius.

* Ioannis Chryſſippi Fauiani de arte metallica

metamorphoseos liber singularis: quo omnia quæ ad philosophici lapidis opus pertinent describuntur.

Ioannis Chryseſtomi archiepiscopi Constantinopolitani opera, quæ hæcenus versa sunt omnia, quam emendatissimè impressa sunt Basileæ apud Frobenium, anno 1533. TOMUS V. in quorum primo continentur aduersus Iudæos orationes 15. de Lazaro homiliæ 4. item de Ioseph, de visione Esaiæ, & Osia rege lepra percusso, homil. 5. de beato Philogonio, deq; digne sumēda Eucharistia. in epistolam Pauli ad Philippenses homil. 2. de orando Deum lib. 2. in Acta Apostolorum homilia 4. in epistolam Pauli ad Corinthios primam homilia 4. 4. in secundam homilia 29. in epistolam ad Galatas. liber cōtra gentiles, Babyliæ episcopi vitam continens. de libello repudij. TOMO II. continentur homilia 45. Item de sacerdotio libri sex. de compunctione cordis libri duo, ad Beatum Demetrium, de prouidētia Dei ad Stargitium monachum arreptitium li. 3. quorum secundus de angore animi inscribitur. sermo 36. de incomprehensibili Dei natura, contra Anomæos, absente episcopo, homil. 5. Parænesis prior ad Theodorum lapsū, vel de reparatione lapsi. in dictum Apostoli, Vnam tolerassetis paulum quiddā insipientiæ meę. de patientia Iob homilia 5. de pœnitentia homilia 10. ex quibus ea quæ antea numero secūda erat, nūc habetur inter homilias in Genesim 1. præterea homil. 29. diuersi argumenti, aduersus vituperatores vitæ monasticæ lib. 3. TOMO III. continentur, commentariotum in Euangelium Matthæi homilia 89. cōmentarij in Euangelium Matthæi, incerto authore, vsq; ad caput 25. reliquorum enim explanatio desideratur. commentariotum in Ioannis Euangelium homilia 87. TOMO IIII. continentur, de laudibus Pauli apostoli, homilia 8. Explanatio in epistolam beati Pauli ad Titum, homilia 6. in epistolam Pauli ad Philemonem, homilia 3. in epistolam beati Pauli ad Hebræos, homilia 4. Ex notis edita post eius obiū a Constantino presbytero Antiocheno: in epistolam beati Pauli ad Timotheū primā, homil. 18. in secundam ad eundem epistolam, homilia 10. homilia 80. ad populum Antiochenum potissimū habitæ. TOMO V. continentur: in Genesim, vel in 50. capitula Genesim, homilia 67. quarum prima peculiari titulo inscribitur: Sermo admonitorius, sub initiū sanctę quadragesimę, in qua opus sex dierum enarrare cepit. Item Plegmata quadam. Post V. TOMVM sequuntur, in Acta apostolorum homilia 55. & omnium insigniter ab eo dictorum index. Cōmentarij D. Chrysoſt. in omnes S. Pauli epistolas, quotquot apud Græcos extant Latinitate donati, quorum bona pars, quæ hæcenus desiderabatur, recens a D. Vuolfgango Musculo traducta est: opus excusum Basileæ apud Heruagium, 1536. Ex his quædam enarrationes in Frobeniana etiam editione habentur, vt est, Enarratio in primam ad Corinthios epistolam, in secundam ad Corinthios, in epistolam ad Hebr. in epistolam ad Timotheum, in epistolas ad Titū & Philemonem: item in epistolā ad Rom. Ephesios, Philippenses, Colossenses, & Thessalonicenses. *comendat eum Sadolet. l. 3. differratio Ep. 5. p. 101. it. l. 6. Ep. 100. p. 113.*

Translatio cum Basilio Magno, de episcopalis ac
 sacerdotalis muneris præstantia, Iano Cornario
 interprete, seorsim excusa est Basileæ, 1544. Io.
 Chrysoft. oratio de patientia, & consummatio-
 ne huius seculi & secundo aduentu, &c. Ioanne
 Theophilo interprete, impressa Basileæ apud
 Rob. Vuinter, homilia eius duæ, habentur cū
 ceteris patrū varijs homilijs ab Alcuino collectis.
 Chrysoftomi missa Græcolatina, impressa Pari-
 sjs, 1537. de orando Deum libri 2. Græce & Lati-
 ne, Des. Erasmo interprete, impressi Basileæ apud
 Frobenium, 1525. de providentia Dei oratione
 ex Græcæ, ibidem impressæ, 1526. de Babyla mar-
 tyre, oratio Græca cum duabus epistolis Des. E-
 rasmi, ibidem impressa 1527. Enarrationes Græcæ
 a omnes epistolas Pauli, ante aliquot annos ex-
 cusa sunt Verong. Epistolæ Io. Chrysoftomi seorsim
 impressæ, Latine. D. Diegus Hurtadus multa
 huius autoris Græcas lucubrationes habet, &
 inter cæteras Epistolam in Olympiadem, & o-
 usculum de bona & recta ordinatione, item ho-
 milias multas. Epistolarum libros duos, & com-
 mentarios in prophetas. Extant præterea Chry-
 softomi in Quadragesimæ introitum, homiliae
 3. Andriantes & margaritæ, Ethica, id est mora-
 lia. Explicationes in Esaiam, Venetijs: & ali-
 quot alij sermones nondum editi, ibidem seruan-
 tur. Sermones 2. in Hrm (Hieremiam fortassis les-
 endum) manuscripti, Bononiæ in bibliotheca
 Saluatoris. Romæ in bibliotheca Pontificia cō-
 untur Chrysoftomi scriptorum volumina qua-
 tuor Græca: & inter cætera, contra Theodorum
 sermones 2. homiliae in *reor. lib.*, à tertia vsque ad
 trigessimam octauam, in Ioan. Euangelium, & a-
 lia plura. Chrysoftomi diuersa in *sanctos* enco-
 mia, Ioan. Alexander Brassicanus se in bibliote-
 ca sua habere testatur. Plura de hoc scriptore, vi-
 ta, moribus, ac libris eius, vide apud Suidam. Flo-
 rit autem, vt scribit Tritemius, anno Domini
 341. Ioannis Chrysoftomi orationes De prou-
 identiâ, De auaritia, De ingluuie, De anima, De pul-
 chritudine & vxore, De diuitijs & paupertate, De
 ecclesia Dei non contēnenda, & mysterijs, De hu-
 militate animi, De aduersa valetudine. Excusa
 sunt Basileæ ab Oporino Græce & Latine Marti-
 no Cromero & Vito Amerpachio interpretibus.
 Eiusdē homilia quod neminē viuente aut etiam
 ita functū, anathemate dirisue insectationibus
 infectari oporteat, Græce & Latine exc. est Parisijs
 Guilielmo Plancio interprete. Eiusdē sermo-
 nes 4. de patientia Iob, & 10. de pœnitentia Lilio
 Tifernate interprete excusa sunt Lipsiæ anno
 1538. De laudibus D. Pauli homiliae 7. excusa
 sunt Latine cum operibus Bedæ. Homiliae qua-
 rum ante non excusa, editæ sunt Coloniae cum ho-
 milijs Maximi Taurinensis anno 1536. Omnia
 vero opera eius Basileæ à Frobenio emendatio-
 na quam ante excusa sunt anno Domini 1547.
 Ioannis Chrysoftomi Græce hæc seruantur in
 bibliotheca Regia. Homiliae in Genesim 30. De
 sacerdotio orationes sex. Alię homiliae in Genesim.
 Sermones qui dicuntur Margaritæ. Homiliae quę
 dicuntur *avspiatæ*. Homiliae in Euangelia. Inter-
 pretatio in Mathæum. Epistola ad Cyriacum e-
 piscopum. Interpretatio in Esaiam, in epistolam

ad Corinthios. Orationes sex in Iudæos. Oratio-
 nes de adoratione crucis. Sermones de pœnitentiâ,
 de ieiunio, de sicca rida, de elemosyna, de pro-
 ditione, de cruce & latrone. Oratio Parænetica
 ad Theodorum episcopum. Epistolæ eius ser-
 uantur Venetijs ad S. Antonium, & multa apud
 Io. Sambucū. Prothectoria in psalmos. D. I. Chry-
 softomi & Basilijs sacrificij seu missæ ritus, ex sa-
 cerdotali Græco in Latinam linguam transtu-
 lit Gencianus Heruetus: Venetijs excudit Bru-
 ciolus 1548. Opera eius post alias editiones rur-
 sus edita sunt Parisijs apud Guilielmum Morlin,
 1570. in folio. innumeris locis (vt titulus pollice-
 tur) ad collationem exemplariorum vtriusq; lin-
 guæ nunc primum restituta & aucta Philippo
 Montani opera. Libri duo de orando Deum
 Græce editi sunt Coloniae, 1573.

Ioannes Chrysoftomus Soldus, scripsit vitam
 Salustij historici, & Summam historiæ belli lu-
 gurthini à Salustio descripti, quam & Ascensius
 suis annotationibus in Salustium, Parisijs ab i-
 pso excusum apposuit.

Ioannes Chrysoftomus Zanchus, Bergomas,
 Basilijs Zanchi frater, scripsit libros tres de origi-
 ne Orobiorum, siue Cenomanorum, ad Petrum
 Bembum: & Panegyricum ad Carolum V. impe-
 ratorem, eleganti stilo.

* Ioannes Chylmarke Martonensis collegij ad
 Idis vadum socius, mathematicus, scripsit De
 actione elementorum lib. 1. De motu lib. 1. De al-
 teratione lib. 1. De augmentatione lib. 1. De acci-
 dentijs Planetarum lib. 1. Claruit anno 1390.
 Balesus.

Ioannis Cinglatij, elegia in nuptijs Michaelis
 Teuberi Doctoris, excusa Vuitenbergæ, anno
 1550. Eiusdem alia elegia in nuptijs Iacobi Sybol-
 di, ibidem anno 1551.

Ioannes monachus Cisterciensis, edidit defen-
 sorium iuris.

40 * Ioannes Ciriæus Parisiensis I. C. de primoge-
 nitura.

* Ioannis Claij Hertzbergensis, carminum sa-
 crorum libri tres 1568. Eiusdem Profodiæ siue
 de cognoscenda syllabarū quantitate, & carmi-
 num ratione apud Latinos, Græcos & Hebræos
 libri tres. Vuitebergæ apud Cratonem, 1570. Ca-
 techesis minor Lutheri Germanice, Latine, Græ-
 ce, Hebraice, ab eodem edita, 1572. Explicatio-
 num anniuersariorum Euāgeliorum libri IIII.
 50 Poematum auctoris tomus primus. Lipsiæ 1572.
 Elementa linguæ Hebrææ pro incipientibus cō-
 scripta Vuitebergæ.

* Ioannis Claij Aprutini I. C. Consilia duo in
 materia feudali, habentur in volumine Consilio-
 rum Feudalium Brunii.

Ioannis Claij Phileremi Elchinentis de D. Ana-
 na carmen, excusum Norimbergæ à Friderico
 Peipus, anno Domini 1529.

60 * Ioannes de Clarauo, patria Cathalanus, profes-
 sione Carmelita, doctor & episcopus Bosnensis
 in Sardinia, scripsit Sermones coram Papa in A-
 uenione lib. 1. Commentarios sententiarum li-
 4. Lecturas in theologia lib. 1. Et alia. Obijt tan-
 dem in suo episcopatu, anno Domini 1340. Ioan-
 nes Triffa.

- * *Ioannes Clarke* latine composuit *Meditationem* erga mortem lib. 1. *De mortuorum resurrectione* lib. 1. *De Italica verborum declinatione* lib. 1. *De Gallica verborum declinatione* lib. 1. *E Gallico sermone* transtulit, *Opus de nobilitate* lib. 1. In turri Londinensi captiuus fertur cingulo seipsum strangulasse anno 1552. *Baleus.*
- * *Ioannes Claymundus* presbyter, edidit *Commentarios in Plautum* lib. 1. In omnia opera *Plinij* lib. 37. In *Noctes Atticas* *Auli Gellij* lib. 20. *Orationes latinas* lib. 1. Ad *Simonem Grynæum* epistolas lib. 1. Claruit anno 1510. *Baleus.*
- * *Ioannis Clerick* Angli pro *Henrico VIII.* Angliæ regis defensione, oratio Romæ habita ad *Leonem X.* Pont. Max.
- * *Ioannes Climacus* Abbas in monte *Sinai* de triginta gradibus *Scalæ cœlestis*, *Venetijs* 1518. octavo. 346
- * *Ioannes Clipston* *Noringamiensis* cœnobij *Carmelita*, composuit *Exempla scripturæ factæ* lib. 1. *Postillas in Ioannem* lib. 1. *Expositorium Bibliorum* lib. 1. *Quæstiones sententiarum* lib. 4. *Disceptationes scholasticas* lib. 1. *Sermones hymales* lib. 1. *Sermones æstiuales* lib. 1. *Sermones per aduentum* lib. 1. *De sanctis per annum* lib. 1. *De communi sanctorum* lib. 1. Claruit ann. 1378. *Baleus.*
- * *Ioannes Clynne* *Hybernicæ nationis* conscripsit *Annalium Chronicon* lib. 1. *De regibus Anglorum* lib. 1. *De custodijs prouinciarum* lib. 1. 30 Claruit anno 1550. *Baleus.*
- * *Ioannes Cochleus* *Norimbergensis*, scripsit *Rudimenta Grammatices*, impressa *Argentorati* 1519. apud. *Io. Knoblauch.* *Aduersus nouam in ecclesiæ reformationem Senatus Bernensis* apud *Heluetios* ex postulationem, impressam *Lipsiæ* apud *Nicolaum Fabrum*, anno 1534. de *canonicæ scripturæ & catholicæ ecclesiæ autoritate* libellum ad *Hen. Bullingerum*, impressum *Ingolstadtij* 1543. *Sacerdotij ac sacrificij nouæ legis* defensionem, aduersus *Vuolfgangi Musculi* assertiones, ibidem impressam, 1544. in quatuor *Andræ Oslandi* coniecturas de fine mundi, vel itationem: ibidem impressam, 1545. de *animarum purgatorio*, librum impressum *Ingolstadtij*, aduersus locos communes *Melanchtonis*, item *Philippicam* sextam contra *Melanchtonem*, impressam. de nouis *Hebræorum translationibus* sacre scripturæ, disceptationem, impressam. Eius etiã *Libelli Germanici Lipsiæ* impressi, 1537. de potestate generalis concilij, triginta testimonia firma & irrefragabilia, per quinque discrimina: *Refutatio* 30 articulorum, qui *Vuitenbergæ* disputati sunt: septuaginta sententiæ in generali concilio. De factis & dictis *M. Lutheri* libros aliquot, *Moguntia* impressos. Præterea scripsit, *De Petro & Roma*, contra *Velenum*, *Breues confutationes*, contra quingentos articulos *Lutheri* ex 36. sermonibus eius excerptos. *Commentarium* in libellum *Lutheri* contra seditionem rusticam. *Catalogum* seditionum per diuersas *Germaniæ* partes exortarum. *Contra epistolam Pomerani* ad *Anglos* scriptam. *De Christo* pro & contra. *Ad Bernenses* contra disputationem ne fieret. *Librum* qui inscribitur *Lutherus Septiceps*. *Dia-*

ad eum epistola
Padol. l. 11. ep. 6. 7.
octava

logum de bello contra *Turcas* ubi biceps est *Lutherus*. *Apologiam* pro duce *Georgio* ad electorem *Saxoniam*. *Responsionem* contra mendacia *Lutheri* pro duce *Georgio*. *De missa & transubstantiatione* contra *chronica Franci*. *De missa & consecratione sacerdotum* contra *Lutherum*. *De 21. articulis anabaptistarum*. *Ad Iustum Ionam* de missa contra *Lutherum*. *Ad regem Scotia* contra *Alesium & Melanchtonem*. *De auctoritate conciliorum*. *Contra catechismum Moibani*, *Contra Araneas Morysini Angli*. *Contra Ioannem Sturmium* de cõsilio cardinalium delectorum. *Relationem compendiosam* ad regem. *Epistolam* ad principes & status partis catholicæ. *Philippicas* 4. cõtra *Melanchtonem*. *Cõtra eiusdem apologiam, & Confutationem Didymi Fauiæ*. *De matrimonio regis Angliæ*. *Defensionem* *Roffensis episcopi & Mori*. *Propositiones* 153. aduersus 70. propositiones *Lutheri* contra *Ananios*. *Libellum* *Vtrum is qui non est ab episcopo aliquo consecratus, Euchariistiam per verba cõsecrationis cõficere queat*. *Colloquium cum Luthero habitum Vuormatiæ*. *An liceat duas habere uxores simul*. *De vera ecclesia*. *De ordinatione episcoporum & presbyterorum & de eucharistiæ consecratione*. *Philippicam* quintam. *Contra* 18. articulos *Vuitebergensium* de peccato originali, & 21. de fide iustificante. *Defensionem* ceremoniarum ecclesiæ contra tres libellos *Ambrosij Moibani*. *Quadruplicem rationem concordie super confessione Augustana*. *De inuocatione sanctorum eorumque intercessione, & de reliquijs imaginibusque eorundem*, contra *Bullingerum*. *Historiam de vita Theodorici regis Ostrogothorum & Italiæ*. *De modo & vsu orandi antiquo*. *Miscellaneorum* lib. 3. qui diuersos continent tractatus 30. *Considerationem* de concordie tractatu contra duo scripta *Lutheranorum*. *Replicam* in *Musculi Antiochiam*, & in *Antibolen Bullingeri*, atque in quædam scripta *Eucerii*. In *Nycticoracem* noui euangelij. *De veneratione reliquiarum*, contra *Caluinum*. *De Interim* contra eundem. *De seditionis appendices* 3. ad librum *Bruni*. *Historiæ Hussitarum* lib. 12. *Philippicam* 7. in *Melanchtonem*. *Speculum antiquæ deuotionis* circa missam. *Rudimenta Musica & Geometriæ*, in quibus vrbs *Norimbergensis* laus continetur. *Commentationem* in metora *Aristotelis*. *Exhortatio* ad *Germaniam* de inuocatione sanctorum. *Responsio* ad singula puncta *Confessionis Protestantium principum Augustæ* exhibitæ. *Discussio* omnium confessionis & apologiæ *Augustanæ* articulorũ. *Omnia hæc diuersis in locis, plurima tamen Moguntia excusa sunt*. *Obijt* *Viennæ* anno Dom. 1552.

* *Ioannis* de *Coconato* *I. C.* *Consilium* in materia feudali, habetur inter *Cõsilia* feudalialia *Bruni*.

* *Ioannes Cogelerus* verbi diuini minister *Stertini*, imagines elegantissimas & quæ multum lucis ad intelligendos doctrinæ *Christiani* locos adferre possunt, partim ex *Melanchtonis* prælectionibus partim ex patrum scriptis collegit, & edidit. *Vuitenbergæ* 1561. *Idem* scripsit *explicationem* obiectionum, quæ in epistolis *Domini* calibus occurrere possunt, ita accuratam vt intergra

enarrationis vice fungi possit. Francofurti a
ud Nicolaum Bassum 1571. Item Obiectiones
solutiones in epistolam D. Pauli ad Galatas.
uitebergæ 1564.

Ioannes Colerus, Anglus, scripsit de puerili in-
stitutione lib. 1. de moribus componendis lib. 1.
narrationū in Paulum lib. 14. in Prouerbia Sa-
monis lib. 1. in Euangeliū Marthæi lib. 1. de re-
rmidatione Christi lib. 1. in symbolum fidei li.
n precationem dominicam lib. 1. conciones or-
narias lib. 1. conciones extraordinarias lib. 1.
reuilogium dictorū Christi. disputationem
ntra Erasmus & Roterod. Obijt anno D. 1519.

Ioannes Collæus, Carmelita, latine scripsit De
udibus Apostolorum lib. 1. De Christi passio-
ne lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Sermones ali-
os lib. 1. Claruit anno 1440. Baleus.

Ioannis de Colonia Agrippina, ordinis mino-
m, quæstiones Magistrales in Scoti volumina,
rentiarum, quodlibetorum, metaphysices, de
ima, & posteriorum, excusa Basileæ apud A-
m Petri, 1510. Eiusdem extat postilla æstiuālis
hyemalis.

Ioannes Colton, scripsit De causa Schismatis
De remedio eiusdem lib. 1. Claruit ann. 1410.
Baleus.

Ioannes Colubinus, scripsit carmen cōtra Phi-
nusum, scholasticos theologos contemnentē.

Ioannis Columbini, episcopi Almirensis, sus-
ganeus, de sacramento Confirmationis instru-
& exhortatio, Germ. Dillingæ 1572. in 8.

Ioannes de Columna, patria Romanus, ordinis
rcum prædicatorum, archiepiscopus Messa-
nsis, scripsit mare historiarum lib. 10. episto-
ad diuersos lib. 1. & quædam alia.

Ioannis Columberij locorum communium li-
secundum alphabetum, qui inscribitur Scala
lmi, Vlmæ impressus per Ioannem Zainer anno
omni 1480.

Ioannis Comitæ, Sacrensis epistola scripta ab
pheso ad reges; qua docet, quid egerit vbi syno-
m cōuenit, habetur in Cyrilli libro Apolo-
tico, pro 12. anathematismis.

Ioannes ex Comitibus, Catechismum concilij
identini, in 4. libros, certaq; capita distribuit;
summarijs capitum, pluribusq; ad marginem
ipruratum ac Parium testimonijs illustrauit.
loniæ 1572. in quarto.

Ioannis de Concoregio Mediolaneni. Lucida
m, & flos florum medicinæ nuncupatū. item
mmula eiusdem de curis febrium secundum
diernum modum & vsum compilata: liber
pressus Venetijs, 1561. Claruit anno 1438.

Ioannes de Condetō, Hannonienſis, Valence-
arum Carmelita, scripsit lecturam sententiarū
o. 4. in Canonicam Ioannis lib. 1. Sermones de
mpore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Et alia.
laruit anno Domini 1380. Arnoldus Boscius.

Ioannes Cono Norimbergensis, natione Ger-
anus, ordinis Dominicani monachus, Hiero-
ymi libris, cum primum Basileæ excuderentur,
ræca addidit. Vertit orationem Gregorij Na-
azeni in Greg. Nyssenū, & Basilij Magni libel-
de differentiā vsq; & hypostasis; & Greg. Nyssē
librū de homine, natiuo splendore restituit; &c.
rasm. l. 2. Ep. 1. p. 67.

* Ioannes Conradus Vlmerus, quære in C. litera
Conradus Vlmerus.

Ioannis Consiliarij oratio Tridenti dicta in die
Ascensionis Christi, de triumpho Christi.

* Ioannes Constabile rhetor & poeta, scripsit
Querelam veritatis lib. 1. Epigrammata quoque
lib. 1. Claruit sub Henrico Octauo. Baleus.

* Ioannis Cōtracti Sermones de cœna Domini,
Putatur vixisse circa annum 1373.

10 Ioannes episcopus Constantinopolitanus, na-
tione Cappadox, scripsit Græco sermone ad san-
ctum Leandrum episcopum Hispalensem, de sa-
cramento baptismi lib. 1. epistolarum ad diuer-
sos lib. 1. Eius libellus fidei, impressus Colonie, in
magno volumine Conciliorum. Claruit anno
Domini 600.

Ioannis Copi de fructibus libri quatuor, impres-
si Parisijs apud Vuchelum, cum oratione eius-
dem de restitutis a Francorum rege literis.

20 Ioannes Corasius, Tolosanus, scripsit paraphra-
sim in Parag. nihil commune, impressam Lugdu-
ni apud Parmenterium, ann. Domini 1542. Idem
scripsit commentaria in rub. C. de impub. & a-
lijs substit. Scholia in priores titulos Pandecta-
rum, quibus magistratum potestatem ad antiq-
quam sinceritatis fidem explicat. Commenta-
rium in titulum Digestorū de seruitutibus. Coma-
mentaria in legē frater a fratre. ff. de cond. ind. In
rub. ff. de verb. obligatio. In rub. C. de iur. emph.

30 In l. quoties. C. de rei venditione. In l. final. C. de
posthumis. In l. filium. C. famil. erc. In l. admo-
nendi. ff. de iure iur. In titulum. ff. de senatorib. In
l. Gallus. ff. de lib. & post. In rub. l. 1. & 2. & l. si
constante. ff. solut. mar. In l. 1. C. de summa trinit.
Interpretationes in alias quinque leges ex nobi-
lioribus primæ partis Codicis. Scholia in l. vi-
num. ff. si cert. petat. Item in l. si emancipati. C. de
collatio. * Miscellaneorum iuris ciuilibus libros
sex Colonia excusos, 1570. in octauo. De iuris ar-
te, in quarto. De actionibus in octauo. De iusti-
tia & iure, in folio. Super ff. ver. in folio. Quæ-
stiones, in octauo. Excusa sunt hæc Lugduni ab
Anton. Vincentio.

* Ioannes Corbichon, Gallus, Augustinianus, a
Carolo Quinto Gallorū rege inuitatus, Bartho-
lomæū de proprietatibus rerū in Gallicā linguā
trāstulit. Claruit anno D. 1370. Ioan. Lelandus.

Ioannes Cordigerus, scripsit carmen cōtra Pla-
centiferum.

50 * Ioannes Cornubiensis theologus, scripsit ad A-
lexandru Papam Eulogiū li. 1. De homine assum-
pto lib. 1. De virtute crucis li. 1. Super Canonem
Missæ lib. 1. Disceprationes quædam li. 1. Episto-
las ad diuersos lib. 1. Cōmentarios scripturarū
lib. plur. Claruit anno 1170. Baleus.

Ioannis Cosminij aut Cosmij regij cōcionato-
ris in Polonia, epistola ad ministros verbi Dei, ve-
se se & in ministerio prædicationis synceros, & in
vitæ officijs probos ac imitatione dignos præ-
beant, excusa Cracouia chartis 6. & dimid. in 8;
Eiusdem Oratio ad Iulium III. Pontificē Rom.
pro indicoendo libero & catholico concilio, ac re-
formatione canonica in ecclesia faciendā. Ibi-
dem est excusa, anno 1550. omisso auctoris no-
mine. Addita est etiā epistola consolatoria D.

*Ejus vitam ac
citra le' descripsi
ipse Eras. l. 15.
Ep. l. 12.*

Henrici Schofferi ad D. Franciscum Stancarum captiuum.

Ioannes Cospius Bononiensis, Diocletiani Romanorum imperatoris vitam, à Ioane Monachò Græce conscriptâ, in Latinam linguam transtulit.
* Ioannis Costori Commentariolū breue in Vincētij Lyrinensis aduersus hæreses libellum, Coloniae 1569. duodecimo.

Ioannes Cotta apud Alieniacū pontem, id est oppidum supra Athesim, ortus, scripsit elegantem libellum epigrammatum excusum Venetijs. Item orationes aliquas quæ extant. Sed chorographiæ opus nobile versibus inchoatum, & in Plinium erudita scholia perierunt. Quædam eius carmina impressa sunt in libro Illustriū poetarum, Venetijs & Florentiæ.

*F. P. Vid. l. 2. Ep. p. 77.
75.*

* Ioannes Crato, Vratislaviensis medicus, scripsit Methodum therapeuticam ex Galeni & Ioannis Montani sententiâ. Item Ideam Hippocraticam, & Methodum de humore melancholico: quæ omnia excudit Basileæ Oporinus. Eiusdem elegia de angelis, & 6. Psalmus Dauidis carmine reditus, excusa sunt Lipsiæ, anno 1550. Idem scripsit In Galeni libros methodi medendi Periochen methodicâ, in qua perspicua breuitate quæ obscura sunt explicantur, & quæ reprehensionem habuerunt confirmantur. Analogismum suæ demonstrationem, quomodo ex generali methodo, exercitatio siue singulorum morborum curatio petenda sit. Epistolam qua recte Galenum legendi ratio ostenditur. Ioannis Baptistæ Montani consilia prius edita correxit & integra fere centuria auxit. Eiusdem Montani in Rhafis 9. lectiones prius editas emendauit & auxit. Libros de putredine contagionæ & pestilentibus morbis, Item De arte destillandi, id est, extrahendi spiritum naturalem è plantis, earum partibus, & productis: præ manibus habuit, qui an editi sint ignoro. Viuit in aula Imperatoris Maximiliani duorum iam Impp. medicus.

Ioannis Cregelij Vualsrodensis de victoria ecclesiæ, elegia, Vuittenbergæ impressa.

* Ioannis Couchij Animaduersiones in Officia Ciceronis. Apud Plantinum. 1568.

* Ioannes Cremonensis, Italus, sacerdos, in bonis authoribus feliciter versatus, scripsit sui temporibus historiam libr. 1. Abbas Urspergensis & Nauclerus.

* Ioannes Cressye, Carmelita, Mariæ Christiparæ Magnas edidit laudes libr. 1. Homiliaeque per annum libr. 1. Claruit anno 1450. Balcus.

* Ioannes Crestonus, Placentinus, Italus natione, Carmelita & doctor Papiensis, Græce ac Latine peritus, scripsit Lexicon Græcum libr. 1. Vocabulare Latinum libr. 1. Grammaticam Græcam libr. 1. Orationes & epistolas libr. 1. Psalterium è Græco in Latinum transtulit, ad Ludouicum Donatum, episcopū Bergomensem. Claruit anno Domini 1480. Huius eruditionem commendat Guilhelmus Tardius, Bonus Accursius, Franciscus Philelphus, ac Ptolemæus Spagnolus. Eiusque opera sunt impressa. Tritemius in laude Carmelitarum.

* Ioannes Crigingerus edidit tabulam Bohem

miæ, Misniæ, Turingiæ, & collateralium regionum, impressam Pragæ, 1568.

* Ioannes Crispianus, scripsit super Constitutiones & pragmaticas Regni Siciliae.

* Ioannes Crispinus Atrebas collégit & in publicum edidit Actiones & monumenta eorū qui à Vuiclefo & Husslo ad nostrâ hanc ætatem pro Christo mortui sunt. Genetæ 1560.

Ioannes Crispus de Montibus, scripsit in Arbo rem actionum Instit.

* Ioannis Croneri Concio de quadraginta duobus pueris qui Heliseo illuserunt: Mulhusij Turingorum 1570. Germanice. Item de Coniugio ex 14. capit. Iudicum. Conciones 18. de historia diluuij. Erdfurti. Germanice 1568.

Ioannes Crotus, de Monteferrato, scripsit super Tit. primi ff. veteris de iustitia & iure. l. omnes populi in 2. ff. veter. de condi. tritic. l. in hac. & l. quod certo loco. in primum ff. noui. de rei iud. l. Pomponius. parag. cum quis: & ibidem, de vsucapio. l. si is qui pro emptione. super 2. ff. noui. in primum infortiati. R. soluto matri. l. si constante. in secundum infortiati. de legatis 1. l. nemo potest, & ibidem, de legatis 1. l. 1. & rursus de legatis. 3. l. re coniuncti. Idem scripsit de constitutionibus c. 1. de rescriptis c. 1. de testamentis c.

* Ioannis Croti Rubeani, Hallensis Canonici Apologia contra calumniatores Alberti Moguntini episcopi.

Ioannes Cruceus Picardus, scripsit Paraphrasim in Tit. de actionibus. de quintuplici substitutione libellum, Testandi methodum, de liter. Pythagoræ: quæ omnia Gryphius coniunctè excudit Lugduni, 1536.

Ioannes Cuba, medicus olim Francfordiæ a Mœnum, de simplicibus medicamentis Germanice scripsit, quem librū postea Eucharius Rhodion pater, & eiusdem vrbs medicus emendauit & auxit, cum alijs tum inserto passim Hieronymi Brunsvicensis libro de liquoribus destillatis. Idem, aut propemodum idem, opus esse putat quod nuper Theodoricus Dorstenius Botanice titulo Latinum dedit, sed multis locis auctius impressa sunt hæc volumina aliquoties ab Egenolpho cum imaginibus.

Ioannes Cuelliacus, scripsit in Porphyrij prædicabilia: liber excusus est Parisijs, 1539. de constitutione artis logicæ, liber ibidem excusus, 1540.

Ioannes Culmanus Gœppingensis, indicem omnium Hippocratis libros copiosissimum vtilissimumque confecit: in singulos quoque Hippocratis libros argumenta fecit. Viuit in aula Vuiterbergica Illustris. princip. medicus.

* Ioannis Culsameri Ratio triplicis doctrinæ
* Ioannes Curio recognouit & auxit Opusculum scholæ Salernitanæ & enarrationes Arnoldi Neuicomensis in illud. Francofurti impresserunt hæredes Egenolphi 1557.

Ioannis Curopalati cõpendiū historiariū, incipiens à morte Nicephori regis, vsq; ad regnū Isaacij Cõmeni: liber est Græcus, & seruatur in bibliothecis Italicis, & Venetijs nuper impressus, 1570. i. fol. Sunt autem omnia ferè ad verbū ex G. Cedreno descripta, exceptis paucis folijs in fine libri.

Ioannes Curtusius, Repertoriū in iure edidit.
 Ioannes Cufannus, scripsit de arte memoratiua.
 Ioannes Cuspinianus, ex orientalis Franciæ op-
 tido Sueinfordia oriūsus, scripsit de Cæsaribus
 atq; imperatoribus Romanis opus insigne, im-
 pressum Argentorati apud Cratonem Mylium,
 1540. adiecto indice triplici imperatorum ad finem
 operis. Scripsit etiam ad Ferdinandum re-
 gem Consulum historiā, & Austriæ descriptio-
 nem, quæ à Ioanne Oporino excusa sunt. Item
 Hungariæ tabulam, quam F. Apianus edidit, vt
 uictor est Lazius in sua Hungariæ tabula.
 Ioannes Custos Brechtanus, Alexandri gram-
 matici versus emendauit.
 Ioannes Cybenius, Germanus, vir eruditus,
 scripsit Lexicon historicorum libr. 1. Opus est
 impressum.
 Ioannis Cytri contra dogmata Latinorum li-
 ber Græcus manuscriptus.
 Ioannes Daima Baiōnensis, scripsit quædam
 in iure: nisi fallor, in Concordata Romanæ sedis
 & Regis Francorum.
 Ioannes Dalton, Anglus, vtriusque iuris do-
 ctor, scripsit super Decretales libr. 1. Londinensis
 bibliotheca.
 Ioannes Damascenus, filius Mesuæ, scripsit Ca-
 nones vniuersales de correctione medicamentorum
 purgantium, & de purgatione in genere, de
 simplicibus pharmacis libr. 1. de re medica libr. 3. à
 Iacobo Syluio versos, & excusos Parisijs, anno
 1542. Eius quedam opuscula excusa sunt Lugdu-
 ni cum Anudotario Nicolai, & ratione medendi
 Cophonis, & Summula Iacobi de Partibus,
 claruit anno Domini 1558.
 Ioannes Damascenus medicus alius à filio Mes-
 uæ scripsit Aphorismos medicos. Ascribuntur
 iam ei, De februm causis, notis, & curationis
 liber. De morbis ac vitijs localibus secundū
 ca lib. 5. De compositione pharmacorum libr. 1.
 verum falso, hi enim libri Io Serapionis sunt.
 Ioannes monachus & presbyter Damascenus
 ui & Manzurim nominatur, scripsit Græce Tra-
 ctationis orthodoxæ fidei libr. 4. historiā Barlaam
 & Iosaphat libr. 1. scripsit etiam philosophica, &
 diuinam scripturam parallelis delectos, & cæ-
 ni destinatos canones cum iambis, tum prosa. Io.
 Damasceni editio orthodoxæ fidei, & liber de ijs
 qui in fide dormierunt, & quomodo sacrificijs ac
 elemosynis pro se factis adiuuentur: excusus
 Græce Veronæ, 1531. apud fratres Sabios. Iidem
 conuersi Latine à Iacobo Fabro Stapulense, im-
 pressi sunt Parisijs apud Henr. Stephanum, 1507.
 & Basileæ vnā cum alijs eius operibus, apud Henr.
 Petri, 1548. de resurrectione & de paradiso,
 libellus Græce excusus Parisijs apud Vucche-
 am, anno 1541. Ioannis Manduri monachi Da-
 masceni, Primæ dogmatū institutiones, De dua-
 bus Christi naturis & voluntatibus. Hæresum
 quæ ad illius tempora exciterent catalogus: O-
 nia hæc Græce & Latine excusa sunt Parisijs,
 Iacobo Perionio interprete, an. Dom. 1544.
 De Sententiæ, Parallela, Capita centum de hære-
 sibus, Sermo de immaculato corpore. Do. itē Lo-
 gica, theologica, & philosophica varia, liber phi-
 losophicus alias capita philosophica & dogmati-

ca, *ὀκτώ βιβλία*, Romæ extant Græce in Pontificia bi-
 bliotheca. Libellus de rebus gestis in Perside, &
 Hymni quidam, seruantur Græce in Italia, Flo-
 rentiæ opinor. Logica & theologica capita, Die-
 gus Hurtadus habet. Volaterranus testatur hunc
 etiam in Aristotelem quædam scripsisse. Fuit
 autem, vt apud Suidam legimus, contemporane-
 us ei Cosmas Hierosolomitani. Licet recen-
 tiores quidam eundem cum Mesua, aut ei contem-
 poraneum fuisse putarint, sed falso, cum Mesua
 in idem Damasco natus, sub Friderico Barbarossa
 vixerit, anno videlicet Domini 1563. Damasce-
 num floruisse Tritemius ait, anno Domini 390.
 * Idem, inter alia scripsit elementarium, vel ad-
 monitionem recti sermonis libr. 1. Epistolares li-
 bellos libr. 1. Hymnos & Cantica libr. 1. Panegyri-
 cos sermones libr. 1. Homilias longiores libr. 1. De
 imaginū cultu libr. 1. Ioannes Hierosolymitanus,
 Ioannes Damascenus vt Eustathius in Diony-
 sium refert scripsit *τὸ δῶμα τῆς σωτηρίας*. Eiusdem
 extant *διόκλειος φωνὴ καὶ ἀβυρτος, ἕρσι ποικίλοισι*. Extat
 etiā physica eiusdē in bibliotheca Regia. Ioan-
 nis Damasceni libri tres Aduersus eos qui ima-
 gines traducunt, in linguam Latinam translati à
 Godefrido Tilmanno. Antuerpiæ 1556.
 * Ioannes de Dambaco, quæ est villa Thurin-
 giæ, ordinis Dominicani, scripsit librum de gra-
 tia. Tractatum de ingrato commodo sacerdotū.
 De sensibilibus delitijs Paradisi. Librum puella-
 rum. manuscr. M Dresserus.
 Ioannes Danck de Saxonia; natione Germa-
 nus, scripsit canones Eclipsales libr. 1. canones ta-
 bularum libr. 1. de astrolabio libr. 1. de incensio-
 nibus libr. 1. Claruit anno 1330.
 * Ioannis Danitzeri de arborum insitione liber
 Germanicus.
 Ioannes Dantiscus, scripsit Soteria versibus he-
 roicis, ad Sigismundum de Erberstein equitem
 auratum, feliciter à Moscis reuersum: impressa
 Cracouiæ, de Sigismundi Poloniæ regis victoria
 parta contra Vayeuodam Moldauiæ, libellus im-
 pressus Basileæ apud Frobenium. Eiusdem de
 nostrorum temporum calamitatibus sylua ele-
 giaco carmine conscripta, excusa est Coloniae,
 anno D. 1530. sesquicharta in 8. Claruit anno 1531.
 Ioannes Dantzius Astensis, natione Germa-
 nus, scripsit Tabulam simplicium medicamen-
 torum, quæ apud Dioscoridem & Galenū sunt.
 His accedunt dialogi quatuor de facultatibus
 simplicium in genere, de quæ ijs tum ratione, tum
 experientia inuestigandis: quæ sunt absoluta Es-
 pitome vndecim librorum Galeni de facultati-
 bus simplicium medicamentorum. Opus impres-
 sum Basileæ apud Henr. Petri, anno Dom. 1543.
 Idem scripsit tabulas in canones vniuersales Ioā-
 nis Mesuæ, cum Iacobi Syluij annotationibus in
 eosdem, & quæ plurimis ex Galeni libris de sim-
 plicium medicamentorum facultatibus. Idem
 Dioscoridem Germanice reddidit, qui & cum fi-
 guris publicatus est. Obijt Francforti circa an-
 num Domini 1546.
 * Ioannis Darcij Venusini poema cui titulus Ca-
 nes. Eiusdem Epistola Deidamiæ ad Achillem
 Elegiaco carmine, cum aliquot Epigrammatibus
 Parisijs Colinæus 1543.

- * Ioannes à Dari I. C. Super 2. Codicis. Quæ sit longa consuet. l. ij.
- * Ioannes Dastinus alcumista, composuit Super arte Alcumistica lib. 1. Visiones adhuc alias lib. 1. Secreta Secretorum lib. 1. Speculum philosophorum lib. 1. Sapientem Aurinum lib. 1.
- * Ioannes Datus, de Imola, natione Italus, professione Augustinianus, atque tandem episcopus Imolensis, scripsit in priora Aristotelis, lib. 2. In posteriora eiusdem lib. 2. De potentijs animæ lib. 1. De attributis in diuinis lib. 1. In Augustinum contra Faustum lib. 1. In eundem de trinitate lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1420. Ambrosius Choriolanus.
- Ioannis à Dauentria exegetis euangelicæ veritatis. Liber impres. scripta cōtra Lutherū varia.
- Ioannes Dauienus, Alexandri Aphrodisici problemata illustrauit, quæ Neobarius nuper excudit Parisijs.
- * Ioannes Dedecus, Anglus, magister Oxoniensis, scripsit in Ethica Aristotelis lib. 10. Ioannes Lelandus.
- * Ioannis Dee Londinensis, De præstantioribus quibusdam naturæ virtutibus *Προσὰ τὴν φύσιν ἀποειρημένα*. Henr. Suttonus Londini cudebat 1558. in 4. Eiusdem, Monas. hieroglyphica. Antuerpiæ apud Syluium 1564. in quarto. Speculum vnitatis, Apologia pro Rogerio Bachone Anglo, 1557. Aphorismi ad Parisienses, 1562. Aphorismi propædeumatici, impressi Londini 1558.
- * Ioannes Deirus, septentrionalium Angliæ partium magister insignis, scripsit Peram spirituum li. 4. Super historijs scripturæ lib. 1. Baleus.
- Ioannis Demarati Ambianais Paronomasia & discriminale lexicon, quadrifidis præcipue differentijs nominum substantiuorum, adiectiuorum, verborum simplicium & compositorum distinctum, cum Homæomeria & abundantia verborum, Vænit Parisijs solidis 3. & 6. denariis Gallicis. Eiusdem opusculū peri archōn grammatices, ibidem excusum vēditur 10. denariolis.
- * Ioannis Demerlierij, De linearum rectorum per quadratum Geometricum dimensionibus. Parisijs 1563. in quarto.
- Ioannes Denckius scripsit quædam quæ excusa puto. Epistola eius ad Oecolampadium cum epistolis Zuinglij & Oecolampadij excusa est.
- Ioannes Dencok, ordinis fratrum S. Augustini, ex Saxonia oriundus, scripsit super sententias lib. 4. Quæstiones variorum positionum Pragæ disputatas lib. 1. Sermones de tempore & sanctis lib. 2. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno Domini 1360. Tritt.
- Ioannes de Deo, Hispanus, scripsit summam cauillationum lib. 7. Aliam prænotatam iudicium lib. 4. Tabulam decreti lib. 2. tabulam decretalium lib. 1. concordantiã decreti & decretal. lib. 1. quæstiones varias. Idem scripsit super nouis & veteribus decretalibus. * De dispensationibus secundum diuersos personatus & dignitates. Liberum pœnitentialem constantem aliquot tractatibus 1. de confessione generali. 2. de pœnæ impositione. 3. de origine peccatorum. 4. qualiter cōfessor se habeat ad confitentem. 5. de pœna personarum quæ sunt in dignitatibus in statu spiri-

- tuali. 6. de his qui sunt in statu seculari. 7. de pœna religiosorum, & vtilitate pœnæ: de differentiâ peccatorum mortalium & venialium & quomodo vitetur peccata. Liber manuscriptus. M. Dresferus. Claruit Bononiæ, circa annum 1240.
- * Ioannes Derlington Dominicanus ac tandem archiepiscopus Dubliniensis, scripsit Concordantias magnas Anglicanas lib. 1. Sermones ad vtrunque statum lib. 1. Disceptationes scholasticas lib. 1. Obijt anno 1284. Baleus.
- Ioannis Despauterij Niniuitæ cōmentarij Grammatici, impressi Parisijs apud. Rob. Stephanum, 1537. Gymnicus etiam Coloniz, rudimenta Despauterij, & grammaticam seorsim excudit. Verificatoria, seorsim Parisijs impressa, 1528. apud Ioan. Petit. Eiusdem Grammatica, Syntaxis, & Profodia in compendium redacta. Antuerpiæ apud Plantinum, 1568. in octauo.
- * Ioannes Destigio, Anglus, exemplo Alexandri Neckam, scripsit Super vocabulis Bibliorum lib. 1. Londinensis bibliotheca.
- * Ioannes Deuros, Anglus, homo admodum eruditus, multos edidit tractatus. lo. Frumētarius.
- * Ioannis Dhumbert super 1. & 2. Codicis explicationes, Latine & Gallice.
- Ioannis Diaconi philosophi Pediafimi explicatio in illud quod ab Aristotele in demonstratio nū libris scribitur, *ὅτι οἱ θεοὶ κυβερνοῦντες*, extat in quadam Italica bibliotheca Græce. vide lo. Chartophylax: nam idem est.
- Ioannis Diaconi Hispani Flos decretorum, cum decretis impressus.
- * Ioannis Diemairi Aphorismus iuris de criminibus, eorumq; pœnis. Ratisonæ, 1568. in 8.
- Ioannes Dieppurg dictus de Frankfordia, natione Germanus, scripsit contra Hussitas lib. 1. contra Feymeros lib. 1. de contractibus lib. 1. de prædestinatione lib. 1. sermones multos lib. 1. coram rege Angliæ orationem, coramduce Sabaudiz orationem, coram rege Franciæ orationem, quæstiones varias, epistolas complures, orationes diuersas. Claruit anno 1430.
- Ioannis Dietbergij Phimoistomus, editus Augustæ, anno 1530. Adiectus est tractatus eiusdem auctoris de Diuortio: opus excusum Coloniz apud Petrum Quentel. 1532. Vixit anno 1532.
- Ioannis Dilceti Durantis, Tractatus de arte standi & cautelis vltimarum voluntatum, cum sumtarijs ad singulas cautelas. Louanij, 1566 duodecimo. Eiusdem de Cautelis alius liber.
- * Ioannes Diophylax, Flandrius, Carmelita Gandensis, luuenis ad pœsin natus, carmine scripsit Christomachiam lib. 1. Chaldaicam fornacem lib. 1. Catacresin Israeliticam lib. 1. De laude lucii lib. 1. Erotema religionis lib. 1. Carmen de Flandria lib. 1. Odas de Christi natalitio lib. 1. De virgine beata lib. 1. Epigrammata quædam lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Et alia plura. Omnia eius opuscula, impressa erant Lugduni cum expressa eius effigie, ann. Domini 1527. vbi eodem anno obiit, 26. annorum iuuenis.
- Ioannis Diurij Bellouaci medicinæ professoris Scrinium medicinæ, siue aphorismi & collectiones medicinales, impressæ Paris. puto. char. 15 & dimic

dimid. Idem opus Argentinæ editum est à
ualthero Rizzo, qui in præfatione scribit non-
nulla se adiecit & detraxisse quædam, ann. Do-
mini 1542. in folio, chart. 27. Claruit ann. 1519.

Ioannis Docci Lauduensis episcopi, lib. de æter-
na generatione filij Dei & temporali natiuitate
eiusdem filij hominis, excusi sunt Parisijs anno
domini 1554, apud Carolum Perier, in 4. Enar-
tio dominicæ passionis. Parisijs Viuantius
ualtherot, 1552. Eiusdem resurrectionis Domini
enarratio, 1560, in 4. Parisijs.

Ioannes Doceus, scripsit de vita, passione, sepul-
tura Christi martyris Areopagitæ Dionysij, so-
rorumq; eius, liber excusus est, forte Docæus.

Ioannis Doltz, Aragonensis, Cynabula omniũ
re scientiarum & præcipue physicalium diffi-
cultatum in proportionibus & proportionali-
bus. Montalbani, 1518.

Ioannes Dominici, tituli sancti Sixti Cardinalis,
agustinus dictus, patria Florentinus, ordinis fra-
trum Prædicatorum, scripsit in Ecclesiasten lib.
in Cantica canticorum li. 1. in Euangeliũ Mar-
ci lib. 1. super magnificat lib. 1. in epistolam ad
romanos lib. 1. Lucula noctis prænotatus lib. 1.
Itinerarium deuotionis lib. 1. de amore charita-
tis lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de
noctis lib. 1. sermones per quadragesimam lib. 1.
quædam alia. Claruit ann. 1418.

Ioannes Dominicus Methonus mappas alia-
rum geographicas confecit, Europam & vniuer-
sam, impressas Venetijs, anno Domini 1545.

Ioannis Donati Cicondelli de S. Angelo, Ora-
tionum aliquot, partim funebres, partim nup-
tiales & festorum dierum. Venetijs apud Geor-
gum de Rusconibus, 1518.

Ioannis Donati à Fina Sangrensis, Enchiridion
conclusionum & regularum viriusque ius-
tius, diuisum in quinque libros; in quibus tracta-
tur, 1. De contractibus. 2. De vltimis voluntati-
bus. 3. De iudicijs. 4. De criminalibus. 5. De
communibus. Venetijs, 1573. in 8.

Ioannis de Dondis, physici, Paduani ciuis, Fa-
brica astrarij, siue opus Planetarum, in quo in-
strumenta ad motus eorum facilius percipiendos
conficere docet: & diuiditur in duas partes.
Prima docet componere ipsum opus seu instru-
mentum: secunda est de doctrina aprandi opus
ost completam ipsius compositionem, ac etiam
considerandi ea quæ sciri poterunt & cognosci
per ipsum benerectum. Eiusdem liber de fontibus
salinis agri Patavini impressus est Venetijs à Iuni-
ano ann. Domini 1553. cum diuersorum auctorum
scriptis de balneis.

Ioannes Dornstein, ordinis S. Augustini, scripsit
quæstiones sententiarum lib. 1. de vitijs lin-
guæ lib. 1. sermones de tempore & de sanctis lib.
de Cognitione angelorum, Consolatoriũ con-
tra mortis metum. Vixit anno 1475.

Ioannis Dorpij super summulas Ioannis Buzi-
dani.

Ioannes Draconites, natione Germanus, præ-
ceptor theologiæ Marpurgi, sacros aliquot veteris
Testamenti libros ex Hebræo transtulit, &
succinctis cõmentarijs explicauit, ex quibus hæc
sunt, commentarius in Psalmos aliquot, & capi-

tula Geneleos de Christi regno: excusa Marpur-
gi, 1537. in officina Egenolphi. Psalterium ex He-
breo versum cum scholijs seorsim adiunctis, ibi-
dem 1543. cõmentarius in Danielem ex Hebræo
versum, cum oratione & indice, ibidem excusus,
1544. In psalmum CXII. Laudate dominũ om-
nes gẽtes, enarrationes, excusæ Ratisbonæ apud
Ioannem Kol, an 1541. Sunt & Germanice quæ-
dam eius nomine edita; quorum hic nulla men-
tio. commentaria Euangeliorum de Iesu Christo

16 filio Dei libri duo; quorum primo continentur
Euãgelia ab aduentu vsq; ad Ascensionem: alte-
ro, ab ascensione vsque ad aduentum. Catechis-
mus præterea adiectus est. Excusa Basileæ apud
Robert. Vuinter. Idem scripsit Commentaria
in Obadiam, & psalmum 137. excusa anno 1538.
Item comment. in Ioseph. In diuersos prophetas
interpretationes; impressas Rostochij. Amos
prophetam ex Hebræo in Latinum conuertit.

20 Edidit etiam orationes funebres, In obitum Eo-
bani Hessi, super illud 1. Theff. 4. Ne dõleatis. In
obitum Gerardi Nouiõ magi super illud 1. Cor.
15. Christus resurrexit à mortuis. In obitum do-
ctoris Nicolai Magni. In obitum doctoris Marti-
ni Lutheri. In obitum Elizabethæ Blanconen-
tiæ. Item Orationem in peste super illud Iob.
19. Scio quod redemptor meus viuit. De catechis-
mo super euangeliũ Marci 10. De euangelico
concionatore. De officio principis & concionato-
ris. De victoria principis super psalmum 149.

30 De Christiana fide super verbum Dei fundata;
ad Bremenses. Defensionem coniugij sacerdotæ-
lis ex scripturis, Defensionem concionatorum eu-
angelicorum ad Colonienfes. Contra Eberardum
Billicum. De numeris oratorijs librum;
Carminum librum. Claruit ann. 1554. Rostochij.
Postilla per annum 1545. in folio. Ioannes
Draconites Prouerborum Solomõnis textui
Hebraico subiicit quatuor aliarum linguarum
40 versiones, & annotationes: idem in aliquot pro-
phetis præstitit.

* Ioannes Drenlerus recognouit & edidit Con-
silia, & paraphrases feudales Sigismundi Loffre-
di, Francõfuti, 1573.

* Ioannis Driborck super quinq; libros Decre-
talium: liber manuscriptus. M. Dresserus.

* Ioannes Dritonus ex illustri Anglorum fami-
lia procreatus; theologus & philosophus, scripsit
contra seductores fratres lib. 1. De tribus princi-
pijs lib. 1. De relatione quoque lib. 1. De princi-
pijs theologis li. 1. Conclusiones scholasticas li.
1. Claruit anno 1260. Baleus.

Ioannis Drosæi Samaritani I. C. grammaticæ
quadrilinguis partitiones, in gratiam puerorum
excusæ sunt Parisijs à Vuchelo, anno Domini
1544. in quarto. Latinæ, Græcæ, Gallicæ & He-
braicæ linguæ. Eiusdem methodus Iustiniã-
næ; vbi totum ius explicat grammaticæ, diale-
ctice, & rhetoricæ, excusa Parisijs, anno Domini
60 1543. in octauo.

Ioannis Driedonis de gratia & libero arbitrio
liber, impressus Louanij 1536. de concordia libe-
ri arbitrij & prædestinationis, de captiuitate &
redemptione humani generis, de scriptis ecclesie-
siasticis lib. 4. ibidem impressi.

Ioannes Dryander, natione Germanus, scripsit Anatomem capitis humani, in Marpurgensi Academia publice ab ipso exhibitam: vbi & excusus est liber cum figuris, 1536. Annulli astronomici structuram atque explicationem, excusam Marpurgi, 1537. Disputationem quandam medicam, typis excusam. Cylindri astronomici instrumenti explicationem Germanicam, editam Marpurgi, 1537. Sphaerae materialis siue globi caelestis explicationem Germanicam, ibidem impressam. Cosmographiae introductionem, cum quibusdam Geometriae ac astronomiae principijs, ad eam rem necessarijs: liber excusus Ingolstadtii primum, deinde Coloniae apud haeredes Gymnici, 1544. Astronomiae atque cosmographiae instrumentum vna cum canonibus. Pinxit duos globos astriferos, figuris & circulis egregie ornatos. De horologiorum solarium varia compositione librum, excusum Marpurgi apud Egenolphum, anno 1543. Idem edidit libellum Germanicum de thermis Emsensibus, non protulit a Confluentia sitis, excusum anno 1535, chartis 4. Librum Petri Aponeusis de venenis recognouit & edidit, qui excusus est Marpurgi, anno 1537. Abrahami Iudaei libellus itidem recognitus, eodem anno ibidem excusus est, chartis 8. Ioannis Scaesleri cosmographicae aliquot descriptiones, & de ipsepha cosmographica conficienda, cum quibusdam alijs in Ptolemaei Geographiam, ab eo edita sunt Marpurgi, anno 1537, chartis 9. Vniuersalis praesens omnium morborum particularium edita est Germanice Marpurgi, & Coloniae, eodem anno chartis 12. De vsu instrumenti nocturnalis pro captandis horis ex stellarum inspectu, libellus excusus anno 1538. Atrolabij canones, Latine eodem anno excusi chartis 3. Quadrantis explicatio, edita anno 1540, chartis 2. Eurij Cordi duo libri Germanici De calculo curando, & De vrisinarum iudicio, editi sunt Francfordiae a Dryander, anno 1538. De Christiano viu medici & medicinarum, libellus Germanicus excusus Francoforti, anno 1543, chartis 3. Libellum de peste edidit, anno 1553, cui nunc alterum eiusdem argumenti adiungere cogitat. Liber de Anatomia capitis humani & liber de annulis ab eo secundo recogniti sunt & magna accessione aucti. Praeter haec autem scripsit quaedam quae an edita sint in honore nempe Anatomem matricis, vbi quaedam neque veteribus neque recentibus obseruata excutiuntur. De vulgatissimi horologii solaris (quod compassum vocant) structura, vsu, & de magnetis mira facultate, atque astronomis necessario vsu. De diuersis rotatis tam automatis quam appenso pondere se mouentibus horarijs, ferreis lignisque. Conseribit etiam librum de abditis rerum miraculis, partim ex sua obseruatione, partim ex aliorum scriptis, tum publicis, tum priuatim ipsi communicatis. * Scripsit etiam Canones in Sapheam. In Organon Ptolemaei de compositione & vsu duos libros. Cylindri in poculo, vt pote in argenteo Cypho efformandi rationem & vsu. Atrolabium toti Europae inseruiens, vbi nec opus est adhibere rete, lineam fiduram, nec quicquam aliud, nisi praetenuis filum, cum nodulo mobili. Quadrantem, Sexagenarium instru-

mentum dictum. Quadrantis Apiani copiosam explicationem & vsu.

* Ioannis & Lucae a Duarecum, Descriptio totius Galliae Belgicae locorumque vicinorum.

* Ioanna Dudley Henrici Durotrigum marchionis & Sudouolgiotum ducis filia, scripsit ad quendam veritatis desertorem lib. 1. Colloquium cum Freckenhamo monacho Ad sororem Catherinam exhortatione. Precationes pias in carcere. Querimoniam peccatricis. Quid Christianum hominem deceat. Innocens vna cum marito occisa, ann. 1554. Bal.

Ioannis Dugonis Philonij Tilius, vel de scientia bene moriendi liber. Eiusdem breue scriptum de regimine sanitatis, Item Xenocratis de contemnenda morte liber ab eodem translatus. Simul excusa sunt haec a Ioan. Oporino anno Domini 1553. in 8.

* Ioannes Dumbleton, Oxoniensis sophista, composuit De logica intellectuali lib. 9. De philosophia naturali lib. 9. Summam theologiae maiori lib. 10. Summam theologiae minore lib. 1. Summam artium lib. 1. In Philosophiam moralem lib. 10. Comentariorum in Cantica lib. 1. Claruit anno 1320. Bal.

Ioannes Dans, natione Scotus, ordinis fratrum minorum, scripsit super sententias lib. 4. quodlibeta quoque lib. 1. de cognitione Dei lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. commentarios in Euangelium & apostolum Scripsit praeterea commentarios Oxonienses lib. 4. reparationes Parisienses lib. 4. in metaphysicam quaestionum lib. 12. quaestiones vniuersalium lib. 2. quaestiones praedicamentorum lib. 1. in analytica posteriora lib. 1. in Aristotelis physica lib. 8. in Categorias eiusdem lib. 1. Lecturam in Genesim lib. 1. de rerum principio lib. 1. commentariorum in Evangelia lib. 4. in epistolas Pauli, collationes Parisienses Terragrammatum lib. 1. & alia Claruit anno 1308. Eius autem expositio super quatuor libros sententiarum Petri Lombardi, & quaestiones quodlibetales, impressae Venetijs, ex castigatione Philippi de Bagnacavallo, apud Andream Asulanum, 1503. Ioan. Scoto sententiarum interpreti, primam nam sacramentissimam Dionysij translationem ascribunt: cum alteri enidam Ioan. Scoto, qui istum multis seculis antecessit, & Athenis Graece didicit, accepta referri debeat. de morte huius scriptoris, vide apud Petrum Crinitum lib. 24. de Honesta disciplina cap. 11. vbi etiam affirmatur, Dionysij libros a eo conuersos esse.

Ioannes de Duren, ordinis fratrum minorum S. Francisci, natione Germanus, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. quaedam dragemiale lib. 1. de septem peccatis mortalibus lib. 1. de occultis vitijs librum 1. de confessionum librum 1.

Ioannes de Dufeldorp, natione Germanus, ordinis fratrum beatae Mariae de monte Carmeli prior Argentinenis, scripsit tractatus, quorum titulos nunc ad memoriam reuocare non potui. Vixit anno 1494.

* Ioannis de Eberhausen lectura in processu Ioan. de Aurbach Canonum doctoris.

* Ioannes Ebram a Vuilnberg, equestris ordinis decurio, praefectus Burkhufianae arcis curator

uratore Hedwigæ vxoris ducis Georgij, au-
dicijs Imp. Friderici III. Cæs. Aug. de rebus Bo-
orum, patrio sermone, magna cura & impensis
descripsit: teste Auentino.

Ioannes Eccius, Sueuus natione, scripsit Lati-
e & Germanice multa, ex quibus sunt homilig,
pus excusum. Tomi quatuor, nescio cuius ope-
is, super Aggeum commentarius, impressus Co-
niæ, 1538. apud Ioannem Soterem. de primatu
etri, siue Pontificis, aduersus Lutherum: liber
npressus Coloniae. epistola de ratione studio-
um suorū scripta, & impressa Ingolstadtij, 1543.

Ioannes Sigismundum Poloniae regem; de sacrificiō
Missæ contra Lutheranos lib. 2. impressi 1526. de
missa lib. 3. impressi Coloniae apud Quentelium.
pistola quædam, excusa Augustæ 1529. Enchir-
dion locorum communium aduersus Luthe-
um & alios, cum annotationibus P. Tilmanni:
npressum Ingolstadtij, anno 1535. Chrysopassus,
ue de prædeterminatione centuriæ sex, impressæ

Augustæ Vindelictorum, 1514. Postillæ, siue ho-
niliæ de tempore & de sanctis, Germanico ser-
none tribus tomis conscriptæ, & editæ postre-
mo ab autore, anno 1530. Ingolstadtij 1531. epistola
d Helucios Germanice scripta, de fide Luthe-
ana & Huldryco Zuingliō, &c. impressa in op-
ido Landshut. Claruit anno Domini 1546.
dem scripsit apologiam aduersus Bucerum, &
pologiam pro Concilio, excusæ Coloniae,
anno Domini 1542. Excusationem ad Philippum

Melanchthonis de theologica disputatione Li-
sica. De iuramentis. De celebratione paschalis.
De primatu Papæ. Elementarium dialecticæ.
Commentaria in 8. libros physicorum Aristot-
elis, excusa Augustæ anno Domini 1518. char-
is 56. in folio. Commentaria in 4. libros de cœ-
o, in duos de generatione, in 4. meteororum,
bidem excusa, anno 1519. chartis 63. Commem-
arios in libros De anima, De sensu, & sensato,
De memoria & reminiscencia, De somno & vi-
gilia, De longitudine & breuitate vitæ, ibidem
excusos, ann. Domini 1520. chartis 40. Io. Eccij
Oratio funebris, in obitum D. Ioannis à Vuir-
berg Decani Eistertensis, 1537.

Ioannes de Eedenberg, Flamingus, ordinis præ-
dicatorum, scripsit lectionem super sententias: po-
stillas super tota Biblia.

Ioannes Edgus genere Vuallus patria Herefor-
densis, Franciscanus, composuit Commentarios
in Longobardū li. 4. In Logicam Aristotelis li.
In Physicam eiusdem lib. 8. Lexicon originalium
lib. 1. Fasciculum virtutum ac virtutum lib. 1. Lectu-
ram in Apocalypsin lib. 1. Conciones varias lib.
a. Mortuus est anno 1406. Baleus.

Ioannes Edé Cosmographus & alchimista, scri-
psit De navigationibus Portugalensium li. 1. Tran-
stulit Petrum Martyrem Anglerensem, De insu-
lis nuper inuentis lib. 1. Claruit ann. 1556. Baleus.

Ioannes Eligerus de Gonderleuē, natione
Germanus, scripsit de compositione astrolabij
lib. 1. de vtilitate astrolabij lib. 1. de vtilitate quæ-
drantis lib. 1. de magnete quoq; lib. 2. de astroge-
metro lib. 1. Et alia plura. Claruit anno 1350.

Ioannes Elinus patria Nordonolgianus, Caræ-
nelita, composuit in Apocalypsin lib. 1. Ad vula-

gū conciones li. 1. Quodlibetales quæstiones li. 1.
Lecturas scripturarū li. 1. Obijt ann. 1379. Baleus.

Ioannis Elij odę spirituales, liber impressus: sic
enim habet catalogus officinæ Heruagij.

Ioannis Elisij medici de balneis totius Campa-
niæ, item Achariæ insulæ, eiusdemq; mirabili in-
cēdio, Neapoli impressus liber, & Venetijs à lun-
tis, cum diuersorum authorū scriptis de balneis.
Idem de curatione morbi Gallici scripsit contra
barbaros & vulgares empyricos.

Ioannes episcopus Carnotensis, scripsit contra
monachos mendicantes.

Ioannis episcopi Constantinopolitani, cōmen-
taria in epistolas D. Pauli Apolloli, & eas præci-
pue quæ ad Philemonem ab illo scriptæ sunt,
Mutandō Scholastico interprete, extant Viennæ
Austriæ apud Vuolf. Lazium.

Ioannis episcopi Romani liber, aut potius epis-
tola, de duabus Christi naturis aduersus Eury-
chianistas, apud Hebr. Petri Basileæ excusa, 1528.

Ioannis Episcopi liber de virtutibus & de inuesti-
nis, Græce manuscriptus in bibliotheca Regis
Gallorum.

Ioannes Episcopus Comædias Terentij Ger-
manice transtulit, rythmis. Francofurti 1568. Id-
dem scripsit Germanice comædiam de seruo im-
probo & nequam. Ibi dem. Præterea Historiam
Cæsarium Germanicis rythmis scripsit. Roten-
burgi, 1569.

Ioannes de Erdfordia, Thoringus, ordinis fra-
trum minorum, scripsit tabulam iuris lib. 1. sum-
mam de casibus lib. 1. Elegantes aliquot sermo-
nes. Summam confessionum: quæ forte eadem
est cum priore Super 4. lib. sententiarum.

Ioannes Ernesti, Germanus, scripsit quæstiones
sententiarum lib. 1. quæstiones disputatas lib. 1.
sermones multos lib. 1. de natiuitate Domini, o-
rationem lib. 1. de ieiunio ad vniuersitatem lib.
1. orationes multas & varias lib. 1. de auctoritate
concilij lib. 1. & alia complura. Vixit ann. 1440.

Ioannes Erghom Anglus, ordinis D. Augusti-
ni, scripsit Compilationes vaticiniorum lib. 1. in
carmina Ioannis Canonici lib. 1. sermones ad vul-
gum. Vixit anno 1490.

Ioannes Ericius Terentij Eunuchum in stu-
diosorum adolescentum gratiam enarrauit, ad-
iecit etiam scholia, quæ artificium argumentaq;
& locos nec non insigniores loquendi formulas
monstrant, Lugduni impressit Ioannes Tempo-
ralis, anno Domini 1533. in 8.

Ioannes Erigena Britannus natione, vel Gual-
lus, Anglicus, scripsit de immaculatis mysterijs
lib. 1. de fide contra Barbaros lib. 1. de corpore &
sanguine Domini li. 1. de instituentis nobilium
filijs lib. 1. Visionum Dionysij lib. 1. in moras
lia Aristotelis lib. 9. in Hierarchiam com men-
tariorum lib. 4. in theologiam mysticam lib. 1.
Paraphrasticos Tomos, dogmata philosopho-
rum. Ioannes dictus Erigena, monachus, iuberi-
tæ, Carolo filio Ludouici, fratre Lotharij impera-
toris, transtulit in Latinum, Hierarchiam & li-
bros Dionysij lib. 4. scripsit super eisdem lib. 4.
& quædam alia. vide Ioannes Scotus. Claruit an-
no 850.

Ioannes Erœuelden Monheimius, Ioannis Dē-
H 2

Spauterij Grammaticam in methodum redegit, excusam Coloniae, item Des. Erasmi opus de conscribendis epistolis in compendium redegit. Tiguri excusum, & Basileae apud Robertum Vuinter, 1541. Idem scripsit Compendium grammaticae Graecae quod impressum est Coloniae, anno Domini 1341. Elementorum physiologiae lib. 4. excusos ibidem. Methodum arithmeticae ibidem impressam. Epiomen dialectices & rhetorices ex optimis scriptoribus excerptam, excusam Coloniae anno Domini 1545.

Ioannes Esculanus de Esculo, ordinis fratrum minorum, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis li. 1. epistolas plures ad diuersos lib. 1. & quaedam alia Vixit anno 1270.

Ioannes Esler Magnutius, scripsit libellum exiguum, in quo conatus est demonstrare, punctum vernalis aequinoctij praecessisse arietis initium, quod in tabulis est gradibus quatuor & dimidio, anno octauo supra 1500. * Ioannis Esler Speculum Astrologorum, Basileae 1569. cum Theoricis Peurbachij. Vixit circa annum 1500.

Ioannes Estuidij, natione Anglicus, scripsit opus insigne astrologiae iudicialis, de accidentibus mundi, quod vulgo appellatur summa Anglicana libr. 2. impressos. Claruit anno Domini 1347.

Ioannes Estuode, vel vt alij vocant, Aschendero, natione Anglus, scripsit de mundi accidentibus lib. 1. Elucidarium planetarum lib. 1. Flouit anno 1547.

Ioannes Etrobis transtulit in Latinam linguam commentarium seu potius diarium expeditionis Tunetanae a Carolo V. Imp. anno Domini 1535. susceptae. Libellus excusus Antuerpiae anno Domini 1547.

* Ioannes Eueriden, Monachus Buriensis, scripsit Seriem temporum li. 1. De regibus & Episcopis Angliae lib. 1. Concordantias diuinae historiae lib. 1. Legum medullam carmine li. 1. Concordia Decretorum lib. 1. Claruit anno 1336. Balcus.

* Ioannis Fabri Angelismensis, breues commentarij in Codicem Iustiniani, qui vulgo appellantur breuiarium Ioannis Fabri. A Ialoue perspicacissimus doctor appellatur.

Ioannes Fabri ab Heylbrun, scripsit de fructibus quibus dignoscuntur haereticus, deque eorum nominibus ex Philastrio, Epiphanio, Augustino, Eusebio, &c. & quibus armis vincendi. liber excusus anno 1551. Ingolstadij, apud Alexandrum & Sam. Vueyssenhorn. Eiusdem libellus quod fides esse possit sine charitate, excusus est anno Domini 1548. Augustae, quaternionibus 6. * Enchiridion Bibliorum, Concionatori in popularibus declamationibus vtile. Coloniae 1568. & Augustae 1549. Recta via qua fidelibus eundum est vt aeterna pace & quiete fruantur. Dillingae 1569. Eiusdem Expositio ex scripturis & Patriibus, quid sit Evangelica Missa. Ibidem. Germanice ambo.

Ioannes Faber, episcopus Viennensis, scripsit multa, ex quibus circunferuntur commentarij super instituta. excusi Lugduni 1534. super primum & secundum codicis, de fide & operibus, liber impressus Coloniae apud Quentel. aduersus

doctorem Balhafarum Pacimontanum, anabaptistarum nostris seculi primum autorem, orthodoxae fidei catholica defensio, impressa Lipsiae. De victoria parta inter Heluetios libellus Germanicus, que Hen. Bullingerus medacij publico scripto arguit. Redargutio sex articulorum Huld. Zuinglij, exhibita Badenae in Heluetia, in publica disputatione, anno 1526. liber Germanicus, eodem anno impressus Tubingae, epistola Germanica Dialogi instar composita, ad Huld. Zuinglium, qua cum redarguit, quod in disputatione Badenae non appareat. De Eucharistia libellus impressus Coloniae, 1537. de lege Moscovitarum, Basileae. Idem scripsit ad praesulem Tridentinum de bello Turcis inferendo. Orationem de origine, potentia ac tyrannide Turcarum, ad Henricum VIII. Angliae regem Londini publice habitam. Impressa sunt haec Coloniae, anno Domini 1535. in Fasciculo Ortuini Gratij, Opus homiliarum Coloniae impressum, in folio, anno 1541. De potestate Papae contra Lutherum. Item quare secta Lutheranæ non adhaereat. Opus aduersus noua quaedam dogmata Martini Lutheri. Romae, 1522. in folio. Idem scripsit malleum haereticorum lib. 6. Sermones de Eucharistia lib. 1. De victoria aduersus Turcas lib. 1. Pro coelibatu contra coniugium lib. 1. De patientia lib. 1. De baptismo paruulorum lib. 1. Orationes funebres lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1536. Balhafar Vuerlinus.

* Ioannes Faber Mechliniensis, scripsit contra Alciati sententiam in quaestione, virum iuramentum seruandum sit, si iurans non alienare fundum dotalem, postea cum iureiurando contraveniat. Coloniae, 1569.

* Ioannis Fabri Vuerdensis de recta pronuntiatione. Item de arte mentica.

* Ioannes de Fabriano, Italus, ordinis Eremitarum D. Augustini, inter caetera scripsit. Expositiones Euangeliorum libr. 4. De concordia Platonis ad scripturam lib. 1. In Ethica Aristotelis libr. 10. In politica eiusdem libr. 8. Et alia. Claruit anno Domini 1340. Ambrosius Choriolanus.

Ioannis de Fabrica, ordinis minorum, tractatus de indulgentijs pro animabus in purgatorio.

* Ioannis Fabricij Bolandi libri 10. de motu Monasteriensis, Elegiaco carmine scripti. Coloniae apud Gymnicum, 1541. Idem Psalterium Davidis Lyrico carmine reddidit.

Ioannes Fabricius Germanus, ex Berkema Alsatiae inferioris natus, scripsit dispositiones in epistolas Iacobi, Petri, Ioannis, & alias canonicas. Ac carmine historiam Vuilhelmi Thellij, ac Conradem Fellicanum. Eius elegia de Thellio inficio auctore Berne deprauate excusa est. * Propterea edidit De differentijs animalium quadrupedum secundum locos communes librum ad animalium cognitionem vtile. Impressum apud Gestrors fratres, 1555. Poemanum librum ibidem impressum De prouidentia Dei dialogum. a Froshouere excusum. Orationem qua docetur Conciliū Tridentinum sine scelere a Christianis hominibus frequentari non posse. Apud Oporinum in quarto. Defensionem iustam pro Christi Ecclesia, ad

ta, aduersus improbas Fontidonij & Cardilli Hispanorum, pro concilio Tridentino calumniae. Geneuæ, 1565, in 8. Item Germanice Explicatione Symboli, & in 1. ca. Abacuk. Tiguri.

* Ioannis Fagioli, additiones & apostillæ super Constitutionibus & pragmaticis regni Siciliae.

* Ioannis Fasoli De summarij cognitione.

Ioannes de Faucona vel Fantona, inter canonicos vel ciuilibus iuris scriptores, in Summa Angel. citatur.

Ioannes Fauentinus præmisit aliquod breue scriptum decreto, in quo explicat differentias inter Decretum, Canones, Decretales, Consilium, & Præceptum, & ponit originalia concilia & dispositionem decreti, Lib. manuscriptus, M. Dresserus.

Ioannes de Fauentia, Franciscanorum Guæranus Parchiensis in regno & insula Cypri, scripsit vitam Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani, Carmelicæ, lib. 1. Claruit anno Domini 1370. Ioannes Baleus.

Ioannes de Fauno ordinis Prædicatorum, Lombardus, scripsit summam iuris, Tabulam super Decretales. Manusc. M. Dresserus. Forte Ioannes de Faucona.

Ioannes Faxioli, scripsit Summam, cuius meminit Aluorotus in proæmio Feudorum.

Ioannes Felde ciuis Londinensis, scripsit ad articulos à Moro, Roffensi, Rastello, impositos Responiones eruditæ lib. 1. De seruo hominis arbitrio li. 1. Contra quosdã Pseudo monachos li. 1. Eristolas ad Frithum & alios lib. 1. Patriarum lectum collectiones lib. 1. Obijt anno 1456. Baleus.

Ioannes Feldner Germanus, uaria & iucunda in Astronomia elaborauit Viennæ Austriae.

Ioannes de Felicitate I. C. scripsit super Instituta.

Ioannes Felton Homiliarij vel concionatoris nomen accepit, scripsit Sermones Dominicales 6. Alphabetum Theologicum li. 1. Lecturas scripturarum lib. 1. Claruit anno 1440. Baleus.

Ioannes Feraldi, scripsit de priuilegijs regum Franciæ.

Ioannis Ferinarij Institutiones Christianæ, in interrogationibus & responsionibus vsitatis in catechetica methòdo ita explicatæ, vt breuem sed integram hypotyposim doctrinæ purioris complectantur, in Academia Vuitebergensi traditæ. Vuitebergæ 1571. octauo.

Ioannis Fernelij Ambianatis, Cosmotheoriæ libri duo, impressi Parisijs apud Colinaum. de naturali parte medicinæ lib. 7. ibidem impressi, anno 1542. Et Venetijs anno 1547. in 8. chartis 35. & dimid. Monalosphærium ibidem excusum, anno 1526. de proportionibus libri duo, ibidem impressi, anno 1528. Eiusdem de vacuandi ratione liber, excusus Parisijs apud Vuechelum anno 1545. & Venetijs 1549. in 8. chartis 8. De abditis rerum causis libri 2. ab eodem excusi in fol. Eiusdem Medicina ad Hêricum 2. Galliarum regem, excusa Lutetiæ apud Andream Vuechelum anno 1554. in magno folio, chartis 158. Continentur autem hæc: physiologiæ libri 7. quorum primus est de partium corporis humani descriptione. 2. De clementis. 3. De temperamentis. 4. De spiritibus & innato calido. 5. De animæ facultatibus.

6. De functionibus & humoribus. 7. De hominis procreatione atq; de semine. Pathologiæ lib. 6. quorum primus inscribitur de morbis corûmque causis. 2. De symptomatis atq; signis. 3. De pulsibus & vrinis. 4. De febribus. 5. De partium morbis & symptomatis. 6. De partium quæ sub diaphragmate sunt morbis. 7. De externis corporis affectibus. Item Therapeutices vniuersalis seu de medendi ratione libri 7. excusi 1569.

10 Ioannis Feroni liber de armis siue insignibus, Gallice scriptus vt opinor, citatur à Bellonio.

* Ioannis Ferrandi senioris, medici Pictauiensis, collectanea, de Nephritis & Lithiasis, seu de renum & vesicæ calculi definitione, causis, signis, prædictione, præcautione & curatione. Parisijs 1570. in octauo.

Ioannes Ferrarius Montanus, cõscripsit annotationes in quatuor libros Institutionum Iustitiani, impressas Lugduni apud Gryphium, 1536. commentarium de Appellationibus, supplicandi vsu, restitutione aduersus rem iudicatam, Exceptionibus quæ sententijs obijciuntur, impedimentis executionum, recusationibus iudicij, &c. Liber impressus ibidem, 1542. commentarij integrum ad Tit. Pandectarum de regulis iuris, ibi de impressum, 1537. & prius Marpurgi, 1536.ENCHIRIDION de iudiciorum præexercitamentis, & ijs quæ ad ius dicentis officium, atque etiam causas disceptantium modestius studium pertinent. Sebastianus Gryphius Lugduni ann. 1555. De república bene instituenda Paræneses. Exc. in folio.

* Ioannis Ferrault, De priuilegijs regum Francorum.

Ioannis Ferrerij Pedemontani librum de verâ cometæ significatione, contra Astrologorum omnium vanitatẽ, Vascosanus excudit Parisijs 1540. Eiusdem dissertatio Academica, auditum visu præstare, cõtra vulgatum Aristotelis placitum, ibidem impressa 1539. item, Ciceronem poetam

40 etiam elegantem fuisse, assertio: cum declaratio ne versiculi, O fortunatam natam, &c. ibid. 149. Eiusdem editi sunt etiam alij libri, videlicet De animorum immortalitate ex sexto M. T. Ciceronis de repub. libro Academica enarratio, à Vascosano excusa anno 1539. Entelechia excusa cum Io. Francisci Pici de animæ immortalitate digressione, Parisijs apud Ioan. Roygni, anno Domini 1541. in 4. De officijs non vulgaribus vitæ religiosæ, id est Christianæ, liber excusus Romæ, anno 1540. Donati Acciaoli commentaria in libros ethicorum Aristot. castigauit. Item opera Senecæ. Præterea scripsit quædam alia nondum edita vt puto. nempe, Chorographiam Taurinæ: quæ vrbs est ad alpes caput Pedemontanæ regionis. Duos libellos, vnum epigrammatum ad diuersos, alterum tumulorum, Librum selectarum introductionum ad logicen. Nouam de re veteri commetationem, hoc est de Prænomine, Nominis, Cognomine & Agnomine. Assertionem diligentissimã quod P. Vergiliũ Maronem recitantẽ nec viderit nec audierit M. T. Cicero: vbi multa obiter apud scriptores quamplurimos parum intellecta felicissime explicantur. Praxim numerandi ad commoditatem studioforum in cõpendium redactam, Tumultuarium de syllaba

rum ratione compendium. De ideis Platonis librum, in quo Aristotelis aduersum Platonem argumenta dissoluuntur. Contra æternitatem mundi quam conatus est astruere Aristoteles, ex principijs ipsius argutam ac veram demonstrationem. De periclitatione humanæ vitæ inter virtutes & vitia lib. 2. De vera felicitate secundum Aristotelem lib. 1. Veræ & semper amplectendæ Christianorum felicitatis lib. 9. Bibliothecam omnis generis scriptorū. Annotationes & obseruationes in Aristot. & Ciceronem. Descriptionem vniuersi orbis varijs modis quater confecit, & proprijs manibus depinxit. Floret Paris, anno 1554.

Ioannes Ferus, Franciscanus, multa Latine & Germanice scripsit, & quotidie adhuc scribit Moguntia, e quorum numero sunt: Commentaria in euangelium Ioannis. In primâ epistolâ Ioannis. In librum Esther. Precationum libellus, omnia excusa sunt Moguntie. * Enarrationes in Acta Apostolorum: in forma enchiridij, excusa Parisijs, 1568. Postilla, in qua singulis Dominicis & festis diebus decem conciones attributæ sunt. Moguntia 1569. in folio. Germanice. Eiusdem Opuscula aliquot in vnum volumen congesta. Lugduni apud Rouillium 1567. in octauo. Quadragesimalia duo: alterum in duo posteriora capitula. 1. Esdræ, & historiam Euangelicam de muliere peccatrice: alterum de filio prodigo, per Ioannem Latomum Berganum e Germanico in linguam Latinam trãslata. Antuerpiæ 1554. Postilla. Passionale. Commentarij, in Ioannem, Item in epistolam ad Romanos. Singula hæc separatim impressa Lugduni apud Vincentium. Commentaria in Genesim Latina, & postea in Germanicam linguam translata à Ioan. Flaminio. Annotationes in Exodum, Numeros, Deuteronomium, librum Iosue, librum Iudicum. Colonia, 1571. Epitome sermonum Dominicalium Ioan. Feri, edita à Ioan. à Via Colonia, 1571. Additæ sunt Feri conciones in threnos Ieremiæ. Explicatio historię Iobi in 114. conciones distributa. Colonia, 1571. octauo Latine, & in folio German. In Esdræ & Nehemiam conciones Germanice in quarto Moguntia. Examen ordinandorum: ad quæstiones sacrorum ordinum candidatis proponi consuetas aptæ & piæ responsiones. Lugduni Guilielmus Rouilius, 1555.

Ioannes Fiberius, seu Castorius, Anglus, Visionsmonasteriensis collegij monachus, scripsit Anales Anglorum.

Ioannis Fichardi Francofurtensis, Perioche vitæ recentiorum iureconsultorum, ab Irnerio vsque ad Huldricum Zasium: præterea indices duo omnium scriptorum in iure tam Pontificio quàm Ciuili, à veteribus & recentioribus iureconsultis ad hæc nostra vsque tempora editorum, per Ioan. Neuzanum, Lud. Gomessium, & Ioan. Fichardum collecti, Ioannes Oporinus impressit Basileæ, vna cum veterum iureconsultorum vitis per Bernardinum Rutilium descriptis, & eiusdem Decuria Ex Cl. Galeni libris Græcis Latinitate donauit, de libris proprijs, de ordine librorum suorum, de præfagijs ex insomnijs, quomodo morbum simulantes sint deprehendendi. De exercitatione parugpilæ, Consiliū in morbo

Comitiali. Cratander primū excudit Basileæ, 1532. * *Ioannes Filpotus* illustris generis homo, scripsit Hebraicas epistolas lib. 1. De proprietate linguarum lib. 1. Disputationem synodicam lib. 1. Suas examinationes lib. 1. Apologiam aduersus Arrianum lib. 1. De vero Christiani sacrificio lib. 1. Transtulit in linguam vulgarem, Homilias Caluini lib. 1. Chrysostomum contra hæreses lib. 1. Combustus fuit anno 1555. Baleus.

10 * *Ioannis Findeling* Antilutheranus. *Ioannes Fischerus*, episcopus Roffensis in Anglia, scripsit contra Oecolampadium, contra Lutherum pro Missa, contra Clichthoueam de vnica Magdalena.

Ioannis Flamingi, Boppardiensis presbyteri, ad Christum crucifixum epigramma, in libello epigraphiorum quem Ioannes Adelphus collegit.

* *Ioannis Flamini* vitæ prædicatorū. Bononia, 1529. in quarto.

20 *Ioannes Flaminus* Commentaria Ioan. Feri ex Latina lingua in Germanicam transtulit.

* *Ioannes Flasboriensis* scripsit historica quadam, citatur à Nauclero fol. 765.

* *Ioannes Flete* Vuestmonasteriensis cœnobij presbyter, De fundatione sui cœnobij & ecclesię, congestit Insigne Chronicon lib. 1. Homilias aliquot lib. 1. Baleus.

* *Ioannes Fleischerus* Aristotelis & Virellionis doctrinam de Iribus, certa methodo comprehendit, & necessarijs demonstrationibus auxit. Vuitebergæ, 1571. octauo.

30 * *Ioannes Florianus* in Latinam linguam conuertit Ioannis Leonis Africani de totius Africa descriptione lib. 9. Antuerpiæ, 1556. & Tiguri apud Gesneros fratres.

Ioannis Fœnifecæ quadratum sapientiæ, continens in seseptem artes liberales veterum: circulos Bibliæ 4. in quibus metaphysica Mosæica. Commentaria horum, Philosophia de moribus. Algorithmus subalternus. Physica Medicina subalterna. Liber impressus Augustæ Vindelicorū, anno D. 1515. in 4. chartis 5. cum varijs figuris. Eiusdem epistolium quo explicat rationem Psychomachia Prudentij, ibidem excusum est cum Prudentio, anno 1506.

40 *Ioannes Folschæ* Nordouocas, Anglus, Carmelita, scripsit Isagogen Metaphysicæ, Quæstiones Theologiæ, Moralitates rerum, De arte prædicationis, De matrimonio, Flores ex Chrysostomo, Colationes per annum, in Anshelmum indices. Obijt Nordouici, anno 1348.

Ioannis de Fonte, ordinis minorum, lectoris in monte Pessulano, conclusiones supra libros 4. sententiarum.

* *Ioannes de Forda* in prouincia Deuoniorū abbas Fordensis cœnobij Cisterciensis ordinis, scripsit Homilias 120. li. 1. Super Threnos Hieremiæ li. 1. Introductorij eorundem lib. 1. De triplici cruce li. 1. Vitæ Vuolfriici presbyteri lib. 1. Sermones duodecim lib. 1. De contemptorib. mundi lib. 1. Expositionem in Hieremiã lib. 1. Acta quadam regis Ioannis lib. 1. Claruit anno 1210. Baleus.

60 * *Ioannes Forsterus* Augustanus, theologiæ doctor & professor Hebrææ linguæ in Academia Vuitebergensi, scripsit Dictionarium Hebraicum nouum

ouum, non ex Rabinorum commētis, sed ex ip
s thesauris Bibliorum & accurata eorūdem lo
rorum collatione depromptum, cum phrasibus
ripturæ veteris & noui testamenti diligenter
notatis. Basileæ id excusum est in officina Fro
eniana, anno D. 1557. in folio.

Ioannis Foucherij arbor omniū actionum ci
ilium. Practica iudicialia curiarum Gallia.

Ioannis à Fossa partitiones oratoriarum, item de ar
poetica: excusæ sunt Parisijs.

Ioannis Fouleri Locorum communiū Theo
gicorum liber, in quo sigillatim descripta sunt
ca omnia, quæ in D. Thomæ summa compre
nduntur, seruatim ubiq; eadem profus metho
: adiectis paucis aliquot locis, quæ ad horum
mporum controuersias spectant. Singulis los
spacia vacua relicta sunt, vt studiosi illuc repo
re possint quicquid de, quolibet argumento,
el legerint vel audierint. Louanij, 1572. in folio.

Ioannis Foxi, Angli, commentarij rerum in ec
lesia gestarum, maximarumque per Europam
persecutionum à Vuiclesi temporibus ad hanc
que ætatem descriptio. Liber primus excusus
argentina, anno Domini 1554. in 8. Additi sunt
calce aphorismi Vuiclesi, cum collectaneis qui
isdam Reginaldi Pecoki episcopi Cicestriensis,
m *in suo papia* quædam ad Oxonienses. * Locorū
mmunium tituli & ordines 150. ad seriem præ
camentorum 10. descripti, in quos ceu certos
odos & capsulas, quæcunque sunt vsque ex au
oribus colligenda, lectores congerant studiosi.
cedunt his prædicamentorum tabulæ, ex qui
a cura ac multiplici rerum accessione adauctæ
quibus totius negotij methodum, rerum om
um genera & species & differentias, quacunq;
re definienda & iudicanda inuenies. Basileæ
ud Oporinum in octauo. Ad inclitos Angliæ
oceres pro afflictis fratribus supplicatio. Item
erum in ecclesia gestarum, quæ postremis &
riculosis his temporibus euenerunt, maxima
mq; per Europam persecutionum, ac sancto
m Dei Martyrum, ceterarumque rerum si que
signioris exempli sint, digesti per regna & na
ones Commentarij. Pars prima de rebus per
ngliam & Scotiam gestis, excusa est Basileæ,
9. in folio. Eiusdem Gratulatio ad Angliam,
e ecclesia & eius pastoribus. Dere eucharisti
e. De lapsis recipiendis. Expostulatio Christi
m genere humano. Aduersus deliri theologi
lumnias. De excommunicatione.

Ioannis Francisci Carraræ oratio, qua princi
es ad bellum contra Selimum excitantur post
ctam classē Turcicam. Venetijs 1572. quarto.

Ioannes de Francfordia, scripsit contra Hussitas
o. 1. contra Scabios lib. 1. De contractibus li. 1.
e prædestinatione lib. 1. orationem contra re
em Franciæ. Claruit anno 1430.

Ioannes Francfordianus, alius forte à superiore,
scripsit Aurei compendij veteris & noui Testa
enti libros 5. in tabulas digestos, per Ioan. Ru
enium, 1541.

Ioannes Franciscus, Arcuates, Sutrius Iurecon
ultus, scripsit de aduentu Caroli Francorum re
is in Italiam, libellum excusum Romæ; anno
omini 1514.

Ioannes Franciscus Balbus ab Auillana I. C. de
præscriptionibus.

Ioannis Francisci Benedicti epistola, in sexto li
bro epistolarum Angeli Politiani legitur.

Ioannis Francisci Brancholeonis Neapolitani
Dialogus de balnearum vtilitate cum ad sanita
tem tuendam, tum ad morbos curandos, ex Hip
pocrate, Galeno, cæterisq; medicorum peritiss
mis decerptus, editus Parisijs apud Vuchelum,
10 1536. Claruit anno 1535.

Ioannis Franciscus Brixianus monachus, ordi
nis S. Benedictini de Obseruantia, collegit opus
de quatuor religionibus monachorum, impres
Rotomagi in 4. anno 1510. chartis 67.

Ioannes Franciscus Burana Veronensis, Aristō
relis priora Resolutoria Latino sermone dona
uit, & commentarijs illustrauit. Vuchelus im
pressit Parisijs, anno D. 1539. Et Octauianus Sco
tus Venetijs. Idem Latinitate donauit Auerrois
mediam expositionem in libros priorum resolu
toriorum Aristorelis. Item eiusdem magna com
mentaria seu expositionem maximam. Item ex
positionem mediam in posteriorum resolutoriō
rum libros. Omnia hæc impressa sunt Venetijs
apud Iuntas, cum reliquis Auerrois operibus,
anno D. 1552.

Ioannes Franciscus Camœnus Perusinus, scrip
sit Maradouiæ lib. 2. in quibus continentur Eglō
gæ, Epithalamium, Elegiæ, Epicedia, & epistolæ.
Heroicum carmen de raptu Philenis. Epigram
mata, Disticha, & Odæ aliquot. Hæc omnia ex
cusa sunt Venetijs per Vuilhelmum de Fontane
to, anno 1520.

* Ioannes Franciscus Decianus I. C. Dictionariū
iuris tam Ciuile quā Canonici Alberici de Ro
sate, plus MDCCC. additionibus auxit & loca
pletauit, Venetijs 1573. in folio.

* Ioannis Francisci Faræ tractatus de Essentia in
fantis, proximi infanti, & proximi pubertati. In
quo noue, aliter quā huc vsq; senserint scriben
tes, declarantur, quis sit infans, proximus infan
ti, & proximus pubertati, atq; multa alia, Flo
rentiæ apud Iunta 1568.

* Ioannis Frācisçi Lombard. Neapol. Synopsis au
ctorum omnium, qui hæctenus de balneis, alijsq;
miraculis Puteolanis scripserunt, vna cum scho
lijs super locis obscurioribus.

* Ioannes Franciscus Marius Molfa. Vide Fran
ciscus Mar. Molfa.

50 Ioannes Franciscus Ozerius I. C. scripsit super
Instituta.

Ioannis Francisci de Pauinis Relatio ad Pont.
max. de canonizatione Bonauenturæ de Balneo
regio, qua ostendit illum mereri vt inter sanctos
referatur, impress. in Italia. Ioannis Francisci de
Pauinis, baculus pastoralis.

Ioannes Franciscus Picus Mirandula, Galeotti
Pici filius. Græce & Latine doctissimus, multos
libros ipse conscripsit, & quæ patruus imperfec
ta reliquerat, ea collegit, & absoluta typogra
phis tradidit. Scripsit autem de rerum prænoio
ne libros 9. pro veritate religionis contra super
stitionis vanitates. De morte Christi & pro
pria cogitanda libros 3. de studio diuinæ & hu
manæ philosophiæ li. 2. de diuini amoris imagi
H 4

*Commedat eum Sado
lebr 1. 3. Ep. 13.*

natione, ad Maximilianū Cæsarem, de vita Ioan. Pici patris libri, in quo copiose de eruditione ipsius, ac scriptis tum absolutis tum inchoatis ab eo, disserit. Defensionē opusculi quod patruus scripserat de ente & vno, ad Ant. Faentini quartam epistolā, Iustini philosophi & martyris sermonem admonitorium gentium, ex Græco transtulit, excusum Basileę apud Henricum Petri, anno 1551. cum alijs vetustissimorum quorundam authorum opusculis. Declarationē cap. In Christo pater, & Christus in nobis, quod ex octavo de Trinitate lib. Hilarij sumptū est, & positū à Gratiano in decret. de conse. dist. 2. Staurostichō, poema Heroicum de mysterijs Dominice crucis, nuper in German. delapsis. De fide & ordine credendi theoremata, ad Iulium 11. pont. max. Epistolarum lib. 4. in quibus cum ipsius Ioā. F. Pici, tum aliorum aliquot suę ætatis doctorū leguntur epistolę. Scripsit præterea historia suorum temporū vniuersam. De prouidentia librum, excus. in Italia. De dialectica ad filium lib. 5. Hymnos carmine hexametro. Dialogum de serena conscientia. Transtulit ex Græco sermone Theophrasti librum de igne. Hymni heroici & opus de prouidentia, Basil. apud Heruag. Examen vanitatis doctriinæ gentium, & veritatis Christianæ disciplinæ, lib. 6. conscriptū: quorū tribus omnem philosophorum sectā vniuersim, reliquis Aristotelicā, & Aristotel. armis particulatim impugnat, &c. Opus excusum Mirandulę 1520. In eius fine habetur epistola, omnia huius authoris opera recensens. De appetitu primę materię lib. 1. de elementis lib. 1. de imitatione stili liber ad P. Bembum, quem scripsit Rom. an. 1512. Item Petri Bembi de imitatione liber: opus impres. Basil. apud Ioa. Frob. an. 1518. Eius epistolę duę ad Santem Pagninum, excusę sunt in principio Bibliorum à Sante translationum. De immortalitate animæ docta & arguta digressio, excusa est Paris. anno. Dom. 1541. in 4. cum Ioan. Ferrerij libro de Entelesia. De reformandis moribus oratio, excusa est Colonia, in Fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum. * Ioannis Franc. Pici opera omnia, nūc primum restituta & in vnum corpus redacta, Basil. excusa sunt in officina Henr. Petri 1573. vna cum operibus Ioannis Pici.

* Ioannis Francisci Poggij, de potestate Papæ & concilij.

Ioannes Franciscus Ponzinibius, Placētinus, scripsit de statu, quādo res dicatur habere originem à contractu. De lamijis. De excellentia vtriusque iuris.

Ioannis Francisci Purpurati opera in lure, impressa, Eiusdem commentarij seorsim impressi anno D. 1531.

Ioannes Franciscus Quintianus Stoa, scripsit Threnos in mortem regis Galliarum: impressi sunt. Eiusdem disticha in omnes fabulas P. Ovidij Metamorphoseon. Elegia & Monodia, quibus desinet Philippum Beroaldum. Threni & Monodia in reginæ Annæ immaturū fatū, & regis Scotiæ epitaphia cum Monodia: liber impressus Disticha in Metamorphosim Robert. Vuinter impressit, cum Bartholomæi Bolognini & Francisci Nigri compendijs in eandem. Tragædiæ de

passione Domini Theodrochanatos inscriptam. Opor. excudit Basil: cū alijs Dramatibus sacris. Idem scripsit Syluam in laudem Marini Beciche mi. Epographias sex diuersis in locis excusas, eas postea recognouit & auxit additis etiam duabus alijs. Orpheos lib. 3. Theandrogenesim oedam, cum Prothionesi & Prothyridio suo in nauitatem domini. Theanastasim syluam in domini resurrectionem cui addita est Agathēbasia & Theoanabasis. Theocrisim tragædiam, cum threnodia in vltimum iudiciū, & Parthenoclea ac Orphnologia in laudem D. virginis. Pataclesim ad Ludouicum XII. Galliarum regem, & aliam in obitum Beroaldi. Cleopolitā Syluā in gloriam vrbs Parisiorum. Orationes duas in Horatij & Plauri prelectionibus. Atque hæc quidem sunt impressa, quæ verò ad annum 1548. conscripsit nondum tamen edidit, sunt hæc: Mirandorum lib. 30. in quibus naturæ totius miranda à mundi incunabulis ad nostram vsq; ætatem comprehenduntur. Epographiæ octo recognitæ. Exemplorum muliebrum lib. 6. Q. Curuus suę integritati restitutus. Libri octo de Veneris & Martis concubitu. Grippi 10. de omnibus numeris, ad imitationem ludicri Ausoniani. Monosyllaborum lib. 5. Lucernæ 20. in totidem libro: noctium Anticarum Gellij. Geographiæ lib. 30. per quos omnium regionum, vrbiū, fluminum, montium, sylvarumque vetusta nomina edocentur, & quo nunc nomine appellentur cum erroribus eorum qui aliquid de geographi scrij serunt. Commentaria in Iulium Sobnum Ephemerides 20. in quibus ostenditur quas mercedas incurrerint qui hæstenus quicquam elucubraru. Dialogi 3. videlicet, quantum à diuipauper distet. Quantum noua ingenia veteribuscédant. Quantum præstet pulchro nomine nupari. Diariorum lib. 12. in duodecim mensibus seueri, mensibus in suos dies capitulatum digestis. Ludicrorum lib. 2. Publicorum errorum libri tres. Endecasyllabon in mortem Erasmi. Annotationes in Caprum & Agreptium. Citationes omnium poetarum, cum adnotamentis & scholijs. De literarum prononciatione lib. 1. De syllabarum prononciatione lib. 1. De distionum tonore lib. 1. Orthographiæ veteris lib. 1. Orthographiæ nouæ lib. 2. Encomium vrbs Venetiarum. Linologiæ lib. 6. In quibus à seminio a chartarum vsque vsum omnia quæ de lino sunt describuntur. Quintij & Polyphylæ historis Dubitationum lib. 3. De dissidio authorum lib. Parallelicarum historiarum lib. 2. Mysticorum lib. 4. Christianarū metamorphoseon li 8. Vi D. Quintiani Araernorum episcopi. Facetiarum lib. 2. Tetraistica in omnes Pontifices & Cæsares. De omnibus metris lib. 5. De accentibus lib. 1. De figuris poeticis lib. 2. Dichronia in disthongs. Myrmecomyomachia. De institutione poetica lib. 1. De eiusdem venustate lib. 1. Apologia pro poetis. Hektoridos lib. 3. Minuarum lib. 3. De membrorum priuilegijs. Præter scribit se in depopulatione Ticinensi amissis hos libros: Heracleæ lib. 12. Plinianorum studiorum 3. Crisis 4. Vigilias in Laurentium Vallarum In quibus animalia homini concordent lib.

Ioannis Forgius in Vibium Sequestrum. Proprietarum lib. 2. Nouorum inuentorum 2. Quae historiarum loca numeris concordent & congruant. De Aruernis lib. 1. Prognosticorum lib. 3. Epigrammatum lib. 5. Naniarum lib. 2. in quibus 200. virorum illustrium epitaphia continentur. Itinera lib. 4. Tragedias quarum hi sunt tituli: Innocentes, Pompeius, Caesar, Marius, Neto, Tullius, Iulius, Sophocles, Homerus, Hippolitus, Lylius, Sylla, Cato, Alexander, Icarus. Comedias 10. Iulius, Lesbiam, Ceraunos, Furruos, Sorores, Conobrinos.

Ioannes Franciscus de Ripa, l. C. scripsit lecturas, liber impressus in Gallia.

Ioannis Francisci Rotae philosophi ac medici Cononensis, De introducendis Graecorum medicaminibus liber: commentarius sane in Galeni lib. 1. primum de compositione medicamentorum per genera, Bononiae, anno 1553. De tormentariorum vulnere natura & curatione liber. Ibidem. Floruit anno 1554.

Ioannis Francisci Scaglioni, commentarii in ritibus magnae curiae vicariae regni Neapolitani. hinc Constitutionem de cessione bonorum.

Ioannis Friburgensis Summa maior, vel summa praedicatorum, ex cuius scriptis multa sumpta qui summam rudium edidit. Impressa Reutunga per Ioannem Otmar, anno Do. 1487. Eiusdem, Summa confessionis seu confessorum, manuscriptorum.

Ioannis Friderici, Saxoniae electoris, & Philips Landgrauij Hassiae, commemoratio causarum scriptae iustae & necessariae defensionis, contra Henricum iuniorum Brunsvicensem, edita 1542.

Ioannis Friderici Celestini concio & explicatio Psalmi 85. habita Altenburgi durante colloquio 1570. Eiusdem iudicium de praefatione Ioannis Pfeffingeri in qua de praesentibus controversiis religionis nostrae agitur. Iena anno 1570.

Ioannis Friderici Anatomia papae, cum praecipuorum argumentorum quibus Papista, Turca & aliae sectae vtuntur, confutatione. Regenspurgi anno 169. in 4. partes duae. Omnia Germ. Aduersus asparum Francu apostatam liber German. quo iustas defectionis eius ad papam confutat. De holis liber, cur multi in locis dispersa sint, & quomodo restitui possint. Argent. 1568. Germ. de dijudicando spiritu sacramentario lib. Germ. responsio ad blasphemos libellos Ioan. a Via Carri Macri, & Ioannis Nasi quartam centuriam 50. VrSELLIS in quarto Germanice.

Ioannis Friderici Lumnij Strena Evangelica, de vita & passione Christi. Carmine. Antuer. apud Plantinum 1568. in 8. Eiusdem libri duo de extremo Dei iudicio & Indorum vocatione. Venetijs 169. in quarto.

Ioannes Frisius Tigur. Maturini Corderij vtilissimum opus Latinogallicum de corrupti sermonis mendatione, Latinogerman. reddidit: quod imref. est Basileae apud Vuesthem. Dictionarij Latinogallici, quod Rob. Steph. Lutetiae excudit, cum Latinogermanicam effecisset bonam partem, reliqua Petro Colino absoluenda reliquit. ex D. Heinrichi Bullingeri Commentarijs in Mattheu, tractatum de Resurrectione vernaculo sermone

interpretatus est, excus. Tiguri. Dictionarij ia dicti Epitome quoq; Latinogallicam, ab eodem Rob. Steph. excus. vbi voces nudae locutionibus omissis in puerorum vtilitate continentur, interpretatione German. auxit: ita vt ex vno libro, eoq; no magno tres linguas condiscere liceat. Transtulit etiam in linguam German. alium tractatum, ex Commentarijs Hein. Bullingeri in Ioan. Euangelium, De iustificatione. Compendium Grammaticae Graecae Iacobi Ceperini castigauit, & auxit, adiectis ijs quae maxime desiderabantur, cuiusmodi sunt: Nominum contractorum integra exempla. Comparationum formulae, Nomina mensura, Quatuor coniugationum in d, & verborum in absoluta paradigma. Nomina verbalia in suum ordinem redacta, verba anomala & defectina, pronominum diuisio. Quaedam aduerbia, praepositioni & coniunctioni addita, Constructionis ratio locupletata. Idem scholia Iacobi Ceper. in Hesiodi opera & dies auxit, Isagen Musicae primum in tabula edidit & deinde libelli forma, in qua editione prior accesserunt omnia Horatii carminum genera: ite Heroica, Elegiaca, &c. quatuor vocibus ad aequales, in studioforum adolescentum gratiam composita. Liber excusus a Froshouero, an. D. 1554. Tavianii & Theophili Alexandrini libros contra gentes, ex Italia aduexit & Tiguri excudi curauit. Dictionarium Latinogermanicum locupletissimum conscripsit, quod a Froshouero denuo excusum. Nomenclatorem edidit curauit. Hesiodi opera & dies vertit in Latinam linguam & annotationes adiecit. Claruit Tiguri, anno D. 1564.

Ioannes Frish, Anglus, Londinensis, scripsit contra purgatorium lib. 3. subsidium contra Rastel lib. 1. de fide Eucharistiae lib. 1. de coena Domini contra Morum lib. 1. de sua examinatione lib. 1. ad imitatores Euangelij lib. 1. Speculum de cognitione sui ipsius lib. 1. super Testamento Tracij lib. 1. transulit de reuelatione Antichristi lib. 1. antichristi ad Papam lib. 1. & alia propter fides suae confessionem damnatus est ad ignem Londini, anno 1533.

Ioannis Froshij opusculum rerum Musicarum, totam eius negotij rationem mira industria & breuitate complectens, publicatum Argentorati 1535. Eiusdem de origine & principijs naturalibus impressionum in singulis aeris regionibus nascentium, maxime vero ignitarum lucentium quae significationibus, liber excus. anno 1532.

Ioannes Frossardus, Hanonius, scripsit Rerum suo tempore gestarum lib. 4. De Philippa regina lib. 1. Claruit anno 1400. Vide supra Frossard.

Ioannes Frumentarius Anglus, monachus Benedictinus, scripsit ad Glocestriae ducem de rebus diuersis libros plures, & commentarios scripturarum. Vixit anno 1440.

Ioannes Fust, natione Germanus, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones feriales per quadragesimam lib. 1. Claruit sub Carolo 4. Imp.

Ioannis Funckij Norimbergensis Chronologia, hoc est, omnium temporum & annorum ab initio mundi, vsque ad annum a nato Christo 1553. computatio: in qua methodice enumerantur omnium populorum, regnorum memorabilium origines

ca successiones: item omnes eorum reges, quādo quisq; cœperit, quā diu regnarit, quid dignum memoria gesserit: quis status populi Dei fuerit: ac quemadmodū trāslata sint imperia à populo in populū. Eiusdem in Chronologiam suā commentariorum lib. 10. In quibus cū ordinis obseruati in chronologia suis locis ratio redditur: tum difficilia quædā sacrosanctæ scripturæ loca, com mode explicantur. Adiunctis obiter ijs historijs quæ in ipso chronologiæ opere ascribi nequiverunt, verū tamen multas ob causas necessariæ videbātur. Excusa sunt hæc primū in Prussia, dein de Basileg ab Opor. in 4. maioris folij, chart. 114. ann. D. 1554. & Vuitebergæ 1570. in fol. Idem author scripsit vitā Viti Theodorici, impressam Norimbergæ. Item Commentaria in Apocalypsim Ioannis, & Vitam Andreae Oslandri, quæ breui ipsū in publicū editurū speramus. Enarrationes in Psalmum 9. & 103. Germanice. Vera narratio de exordio controuersie Oslandri, & declaratio de iustificatione. Claruit anno 1554. in Prussia.

Ioannes Fischer Anglus, Rossensis episcopus, scripsit in septem Psalmos pœnitētiales lib. 1. homilias ad plebem. aduersus XL1. Lutheri articulos li. 1. contra captiuitatem Babylonicam lib. 1. confutationes Lutheri, pro Missa, contra Oecolampadiū. Defensionem sacerdotij, Conuulsionē Veleni, Precationum lib. 1. pro vna Magdalena contra Fab. lib. 3. contra Clichthouēum pro eadem lib. 1. pro defensione regis in Lutherū lib. 1. de matrimonio eiusdem lib. 1. de VII. sacramentis lib. 1. pro Lutheri damnatione lib. 1. anno 1535. capite senex truncatus est.

Ioannes Gabriel orator Senensis, clausulas quāsdam ex familiaribus epistolis Ciceronis excerpit, ac generatim digessit. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1541.

Ioannes Godefsden Anglus, scripsit Rosam Anglicam librum 1. practicas medicinæ lib. 1.

Ioannes Gagneus theologus, scripsit scholia in quatuor Christi euangelia & Acta Apostolorum, ex Græcis Latinisq; commentatoribus selectissima quæq; colligens, quæ à Ioanne Benedicto emendata atq; excusa sunt Parisijs apud Carolū Perier, anno Do. 1552. Commentaria in epistolas Pauli ibidem impressa. Idem Psalmos Davidis 75. in lyricos versus seruata ecclesiasticæ versionis veritate redegit, Parisijs excudit Nicolaus Diues, anno D. 1547. Item edidit hendecasyllabon de sacro Christi corpore in eucharistia. Præterea ex Diuionensi bibliotheca Alcimum Auitum: & ex Barbarenfi Cl. Mariū Victorem, poetas Christianos edidit, Lugduni anno Domini 1536. impressos per Melchiorem & Casparem Trechsel fratres. Primasium in omnes epistolas Pauli edidit, & eundem in gratiā regis Francisci in linguam Gallicam transtulit. Itemq; libros quosdā Tertulliani, & Guerrici sermones, & alia.

* Ioannes Galli collegit Decisiones Parlamenti Parisiensis, quæ editæ sunt cum annotationibus Caroli Molinæi.

Ioannes Galensis Anglus, scripsit librum de origine & progressu & fine Machumeti, & quadruplici reprobatione prophetiæ eius. Excusum

Argent. apud Iacobum Lucūdum, anno D. 1550. Georgius Fabricius, qui eum in dissipatis bibliothecis inuentum edidit, in præfatione, & alios eius auctoris libros à Trincemio & Iacobo Philippo Bergomate omisso recenset, vi De vita & moribus philosophorum lib. 10. Collationum seu locorum communium ex sacris prophetarum auctoribus lib. 7. Argentorati impressos à Iacobo Lucundo anno Domini 1550. & Parisijs anno 1516. Vide Ioannem Valensem.

* Ioannes Galendi I. C. laudatur in Speculo, & à Ioan. Andreae, in c. quam sit, de Elect.

Ioannes Galliculus, de musica & compositione cantus, libellos edidit Lipsiæ impressos, anno D. 1520. & Vuitenbergæ anno 1548.

Ioannes de Ganduno. vide Ioan. de Ianduno.

Ioannis Iacobi Gabiani Romanengium victoria carmine heroico descripta & impressa in 4. chart. 6. anno Domini 1550. Eiusdem Officium D. Columbani abbatis & laudes eiusdem carmine, Mediolani in 4. anno 1548. Item Tetraſticha sanctorum, Disticha de moribus, Christiana oratio, & ad Theotocon elegia, excusa sunt in 4.

Ioannes Iacobi, natione Gallus, scripsit de moribus particularibus lib. qui intitularur Thesaurarium medicinae.

* *Ioannes* Iacobus Grynæus historiam ecclesiasticam Eusebij, Ruffini, Socratis, Theodoret, Euaagrii & Dorothei, ex fide Græcorum codicum illustravit, & chronographia, ac lectionis sacrae historia luculenta exornauit, Basileæ ex officina Episcopij. Idem Irenei opera capitum argumentis & varia lectionis obseruatione illustravit. Ibidem, 1571.

* *Ioannes* Iacobus Huggelius, scripsit de salutariis Germaniæ balneis librum Germanicum.
* *Ioannis* Iacobi de Leonardi I. C. Cōsilia quatuor, habentur in volumine Consiliorum Alberti Bruni. Eiusdem audio extare libros aliquot de re militari.

Ioannes Iacobus Manlius, scripsit luminare maius, &c. Libellus excusus Lugduni, cum Quirico de Augustis, &c. anno 1528.

* *Ioannis* Iacobi Rhabus ad Ludouicum patrem pro fide catholica, ac sua ad eum accessu epistola Apologetica. Coloniae. Eiusdem Admonitio ad contreraneos suos Catholicos Vlmenses ne se à Romana ecclesia abduci patiantur. Ger. Confutatio concionis 26. Ianuarij, anno 1579. Argentinæ habitæ de officio episcopi, & instructio quomodo Christianus episcopus se gerere debeat his temporibus. Ger. Concilij Tridentini decreta in Germanicam linguam transtulit & argumenta addidit. Coloniae Alehenicus pro veritatis ac anatomiae Luthericae defensione, aduersus porcos recetes Albimontios. Coloniae 1569. Responso ad quaestionem, quomodo Catholicus salua conscientia saepius comunicare possit. Coloniae, 1568. Germ. De miraculis sanctorum in Papatu, contra Ioannem Marpachium. 1572.

* *Ioannes* Iacobus Vucker Basiliensis, confecit tabulas medicinae theoricæ & practicæ impressas Basileæ in folio. Idem Alexij Pedemontani libros ex Italica lingua in Latinam transtulit, atq; etiam in Germanicam.

Ioannis de landuno, Gadauenſis peripatetici, quaestiones in libros physicorum Aristotelis, quas edidit Parisijs, recognita, cum tribus quaestionibus Heliae Hebraei Creientis philosophi & medici, annexis, de primo motore, de efficiencia mundi, de esse essentia, & vno: ite annotationes nonnullae in pluriima Commentatoris dicta, per singulos sparsim libros physicorum notatu dignissima: opus impressum Venet. 1506 ab eodem Helia castigatum. & Florentiæ, 1485. Eiusdem commentarij in 12. libros metaphysicorum Aristotelis, impressi Venet. quaestiones in tres libros Aristotelis de anima, excusa Vincentiæ, 1486. in libros de

caelo & mundo Aristotelis, opus excus. in Italia. Scripsit & in alios quosdam Aristotelis libros.

Ioannis de Ianua ordinis praedicatorum summa dicta Catholicon, impressa olim in magno folio.
* *Ioannis* Ianuensis rei grammatices lib. 4. extat apud Gilbertum Cognatum.

Ioannes Igneus iurisperitus, scripsit in secundum ff. noui de regulis iuris. l. Contractus. & l. Quatenus. in primum Codicis lib. 7. c. de contrahe. et p. l. dudum. de donat. inter vir. l. donationes. in secundum Cod. de liber. praeter autem, ex causa, disputationem, an rex Francie recognoscit imperatorem.

Ioannes Imbertus Rupellanus, scripsit opus institutionum forensium Galliae penè totius, tertio recognitum ab autore. Anto. Vincentius impressit Lugduni, 1542. Item Enchiridion iuris Galliae. iuris concinniorum ordine digesti sect. 1.

Ioannes de Imenhusen, natione Germanus, scripsit super sententias lib. 4. sermones elegantes lib. 1. Vixit anno Domini 1360.

Ioannes de Imola, patria Bononiensis, iureconsultus, scripsit super tribus lib. decretalium lib. 3 super 6. decretalium lib. 1. super Clementinis lib. 1. super ff. infortiati lib. 14. super ff. nouo. & quaedam alia.

Ioannes de Indagine, vide *Ioannes* Hagen.

* *Ioannis* Ioliueti tabula Galliae, impressa Parisijs, aut Lugduni.

* *Ioannes* longus transtulit in Latinum sermonem Cranmerum De Eucharistia lib. 1. Redmanum de gratia lib. 1. Baleus.

Ioannes Iordanus medicus, Theophrasti de historia & causis plantarum libros à Theodoro Gaza olim translatos ad Graeca exemplaria contulit & emendauit, Lugduni impressit Guilhelmo Gazeius, anno Domini 1552. in 8.

Ioannes Iouianus Pontanus, Alphonsi iuniori Neapolitani regis praceptor, & epistolarum magister, philosophus, orator ac poeta insignis, scripsit multa quae Venetijs impressa primum sunt apud Aldinum, cuius editionem postea Cratandem imitatus est Basileus, qui libros eius soluto sermone scriptos in tres tomos distinxit, ann. 1538. Poemata seorsim excudit. Sunt autem in primo tomo De obedientia libri quinque. De fortitudine libri duo. De principis officijs, vel educandi principum praepcepta ad Alphonsum Calabriae ducem li. 1. De liberalitate lib. 1. De beneficentia. De magnificentia. De splendore, & splendidi hominis suppellectile, ornamentis, apparatu, cultu atque ornamento corporis. De conuiuertia. De prudentia libri quinque. De magnanimitate libri duo. De fortuna libri tres. De immanitate & partibus eius liber. Secundo Tomo continentur: de aspiratione lib. 2. dialogi aliquot, Charon, Antonius, Aetius, Aegidius, qui dimiditur in 10. colloquia. colloquia vndecim, inscriptione Asini, quibus autor in eiusdem ingratitude inuehitur. De sermone lib. 6. De bello Neapolitano li. 6. Tertio tomo continentur, centum Ptolemaei sententiae in Latinum sermonem traductae, & commentarijs illustratae. Caeterum poemata eius extant haec: De stellis libri quinque. meteororum liber 1. De horris Hesperidum, siue de cultu citrorum malorum lib. 6. Lepidina

50

60

di dina, siue pastorales pompæ 7. Bucolica, Melif
æus, Mæon, & Acon, amorum libri duo. De a-
more coniugali lib. 3. tumulorum libri duo. De
diuinis laudibus lib. 1. Hendecasyllaborum, seu
Batarum lib. 2. Iambi de obitu Lucij filij. versus
Lyrici de rebus varijs, Eridani libri duo. Dialogus
Io. Pótani, quatenus credendū sit astrologiæ,
impressus Colonia apud Gymnicum, 1544. Ac-
norū, Tumulorū & Hendecasyllaborum libri,
impressi sunt etiam Argēting apud Ioan. Knob-
och, anno 1515. Claruit anno 1503. quo etiā obiit.

Ioannis Irenei laus matronarum & confuta-
tio vulgariū prouerbiorum quibus muliebris
sexus notatur. Germanice 1568. Lipsiæ.

Ioannis Isaaci amplissimi Senatus Colonien-
sis publici professoris, Grammatica Hebræa abso-
lutissima, in duos libros distincta, necnon in or-
dinem studiosis commodiorem digesta, ac plus
quam in locis locupletata. Antuerpiæ in officina
Plantini in quarto. Eiusdem Physica Hebræa.
Coloniz, 1555. in octauo.

Ioannis Itali philosophi varia ad Logicen per-
tinentia, Græce supersunt apud D. Diegum Ven-
etijs.

Ioannis Irenensis tractatulus de peste & epide-
mia, deque præseruatione & cura ipsius, impres-
sus est.

Ioannis Iustiniani Cretensis epistolæ familia-
res: Scholasticas siue Morales, & Declamatorias.
Eiusdē de D. Nicolao Smyrnæ episcopo sermo-
nem. Item breuem commentariolum memora-
bilis facti Sereniss. principis Maximiliani Bohe-
miæ regis, &c. Oportinus excudit Basileæ, anno
Domini 1554. in 16. cum alijs diuersorum epi-
stolis.

Ioannis Iusti Lansbergij Bauari, Carthusiani e-
narrationes in euangelia & epistolas, impressæ
unt Colonia, anno Domini 1541. * Diuini a-
noris pharetra, varijs orationibus, ignitisq; aspi-
rationibus referta. Item Iesu Christi ad animam
idelem alloquium. Louanij, 1572. duodecimo.
Eiusdem opera minora impressa Colonia apud
Nouesianum 1554. Sunt autem hæc, Homilig 56.
de passione Domini. Theoremata & conciones
7. de beneficijs Christi, & malefactis que pro his
nobis recipit. Elucidatio in passionis textum.
Demonstratio veræ religionis Dialogi inter mi-
item Lutheranum & Ioanem monachum. Spe-
culum Christianæ perfectionis. Conciones Para-
neticæ 91. Eiusdem sermones in præcipuis anni
festiuitatibus impressi Colonia 1536. In omnes
Dominicales epistolas & Euangelia paraphra-
ses & exegetes. Antuerpiæ 1570. in octauo.

* Ioannes Iuuenalis Vrsinus, scripsit super Dige-
sti veteris De iur. om. iud. Imperium.

Ioannes Kaczchius collegit quædam ex Gale-
no ad sanitatem conferuadam, excusa Lipsiæ per
Michaelē Blum, anno Domini 1549.

Ioannes Kanneman, ordinis fratrum mino-
rum, natione Germanus, scripsit defensorium
sui lib. 1. De passione Domini lib. 1. sermones va-
rios lib. 1. quæstiones quasdam lib. 1. & alia com-
plura. Vixit anno 1460.

Ioannes de Karthan, aliàs Keihā, natione Ale-
mannus, scripsit Fasciculum medicinæ lib. 1. De

venenis li. 1. De anatomia & vrinis lib. 1. Eius fa-
sciculus medicinæ impressus Venetijs, 1495.

Ioannis Kentmanni medici Dresdensis doctis-
simi, Obseruationes in duas Centurias stirpium,
quarum imagines (plerasq; hætenus non publi-
catas à quoquam) partim in Italia, partim in alijs
nationibus collectas, ad viuū expressit, nō dum
editæ. Eiusdē liber Germanicus de peste impres-
sus Dresdæ per Nicolaum Vuolrab, anno 1553. in

4. & Vuitebergæ 1568. * Nomenclatura sexcen-
tarū herbarū quas Illustris, princ. suo erudite de-
pictas in vnum volumē congeffit. Calculorū qui
in corporis ac membris hominū innascuntur ge-
nera 12. depicta descriptaq; cū historijs singulorū
admiradis. Tiguri apud Gesneros fratres. Nomē
clatura rerum fossilium quæ in Misnia præcipue
& in alijs quoq; regionibus inueniuntur. Ibidem.

* Ioannes Kent-vel Cayleg composuit carmine
& prosa, De rebus sacris lib. 1. De herbarum natū-
ris lib. 1. De animalibus lib. 1. De re medica lib. 1.
De Goetia ac theurgia lib. 1. Tabulas Astrono-
miæ lib. 1. Claruit anno 1482. Baleus.

* Ioannes Kenyngale Carmelita, scripsit Cōcio-
nes 12 Paschales lib. 1. In Aristotelem de anima-
libus lib. De suo itinere ac legatione lib. 1. Obijt
anno 1451. Baleus.

Ioannes Kesselerus Gyslingensis presbyter, na-
tione Sueuus, scripsit de laudibus diui Nicolai e-
piscopi, carmine saphico. Item de sancto Andrea
Apottolo, eodem carminis genere. Vixit an-
no 1495.

* Ioannes Keufnerus. vide Ioan. Kuefnerus.

* Ioannes Killynguorth philosophus, astrono-
mus ac medicus insignis, edidit De iudicijs A-
stronomiæ lib. 1. Tabulas Astronomicas li. 1. De
Crepusculis lib. 1. De ascensionibus nubium lib.
1. Arithmeticum opus lib. 1. Algorismum quoq;
lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

* Ioannis Klangi tractatus de febris, manu-
scriptus. M. Dresserus.

* Ioannis Knefelij Laubensis Cantiones dulcis-
simæ numero 32. quinque sex & septem vocum,
ita factæ vt tum humanæ voci, tum musicis in-
strumentis aptæ esse possint. Norimbergæ apud
Gerlazenum 1571.

Ioannes Knipshouius scripsit cōtra Andream
Osiandrum de iustificatione hominis.

* Ioannes Knoxus Scotus, Anglice scripsit ad
Londinenses & alios lib. 1. Ad Euangelij profes-
sores lib. 1. Qualiter sit orandum lib. 1. In Psalmū
ad matrem lib. 1. Contra missam Papiasticam lib.
1. Doctrinale Missantium lib. 1. De fide Eucharis-
tiæ epist. 1. Ad ecclesias afflictas epist. 1. Ad Sco-
tiæ reginam Mariam epist. 1. Consilium in his an-
gustijs epist. 1. Buccinæ afflatum primum lib. 1.
Appellationem à sententia Cleri lib. 1. Ad popu-
lares Scottæ lib. 1. Floruit anno 1558. Baleus.

Ioannis Kœlner de Vauichel I. C. summaria &
conclusiones tam glossatum quàm doctorum cir-
ca sextum Decretal. in florentissimo studio Colo-
niensi collecta, anno Domini 1463. Item summa-
ria & conclusiones in Clementinas, impressæ Co-
loniæ per Io. Kælhof Lubecensem. ann. D. 1484.

* Ioannis Kœl tractatus de iustificatione.

Ioannes Komberak, scripsit congestorium artis

ficioſæ memoriæ librū 1. excuſum Venetijs 1533. per Melch. Seſſam.

* *Ioannis* Kreichij pharmacopolæ hortus manuſcriptus.

Ioannes Kuefnerus Trochoreus medicus apud Salinas Oeni in Germania, congeſſit pharmacopoliterion: ſic enim inſcripſit librū, in quo medicamēta compoſita, in pharmacopolijs uſitata, enumerat ſecundum alphabeticum ordinem ſingulorum affectuum, quibus illa medentur. Liber impreſſus Ingolſtadij, 1542. Eiuſdem autoris liber, de vitanda & proſtiganda epidemica contagione, impreſſus 1544. vna cum tabula curatiua. Eiuſdem de alijs peſtis remedijs libellus ex antiquiſſimis medicis excerptus, excuſus eſt ibidem eodem anno.

Ioannis Kugelmanni concentus trium vocum, eccleſiarum uſui in Prussia præcipue accommodati, excuſi Auguſtæ.

* *Ioannes* Kuſthuert Vuiffenſtatenſis ex M. Antonij Sabellici Enneadibus excerptit hiftoriam Hebræorum, in qua eius gentis ritus, leges & geſta ab orbe condito ad Jeſu Chriſti tempora ſuccincte comprehenduntur. Liber excuſus Baſilæ anno Domini 1515. in folio, chartis 57. & eodem etiam anno Pariſijs.

Ioannes Kynnyngham Anglus, ſcripſit leſuræ ſententiarum lib. 4. commentarios Metaphyſices lib. 12. in Threnos Hieremiæ lib. 1. in Ezechielem prophetam. in Canonicam Iacobi. Scripturæ præconia. De natura Angelica. Contra propoſitiones Vuicleui. Aduerſus idæas eiuſdem. De temporis ampliacione. de eſſe intelligibili. De nativitate Chriſti. de paſſione eiuſdem. De Spiritu ſancto. ſermones de tempore & de ſanctis. Obijt apud Anglos, in Eboracenſi cœnobio, anno Domini 1399.

* *Ioannis* Lælij de poeticorum ſtudiorum utilitate in Orationem Ciceronis pro Archia poeta. Antuerpiæ, 1560. in octavo.

Ioannis Lagreni Labinienſis rudimenta grammatices, excuſa Pariſijs, venduntur 3. denariolis Gallicis.

* *Ioannes* Lalamantius apud Auguſtodunum Heduorum medicus, Sophoclis tragædias quot quot extant, ſeptem, Latinas fecit. Pariſijs excudit Federicus Morellius, 1557. Idem edidit Colationem rationis anni exterarum fere omnium & præcipuarum Gentium, cum Romano anno. Genevæ apud Crispinum 1571. octavo. Hippocratem de hominis ætate, ex extremo fine libri de carnibus. De ſeptimeſtri item de octimeſtri partu. tranſtulit & enarravit, additis problematibus aliquot ab hac tractatione non alienis. Idem Crispinus excudit.

Ioannis Lamolæ oratio in laudem pudicitie & caſtutatis. Item alia de artiū & ſcientiarum commendatione.

Ioannes Lambert, ſeu Nicols, Anglus, patria Nordouicenſis, ſcripſit de veritate Euchariftiæ, argumenta pro eadem, ſcripturarum locos communes, Claruit anno 1538.

Ioannes Lamptenus Rhenanus librū Georgij Vuicelij de ſacroſanctiſſima Euchariftia eccleſiæ Jeſu Chriſti, ex Germanico ſermone in Lati-

nūm tranſtulit. Liber recognitus & locupletatū ab auctore, excuſus eſt Colonia à Ioan. Quentel anno Domini 1549. in octavo.

* *Ioannis* de Lando Additiones ſuper conſtitutionibus regni Siciliae.

* *Ioannis* Landſperger libellus Germanicus de decimis & cenſibus. Epitaphiū Miſſæ. De dextera Dei. De anabapitiſmo. & quædam alia Germanice. Obijt Bernæ.

* *Ioannes* Langdene monachus, & tandem episcopus Roſſenſis, collegit ex diuerſis hiftorijs Anglorum Chronicon lib. 1. Sermones aliquot lib. 1. Claruit anno 1420. Baleus.

Ioannes Langer de Bolkenham, preſbyter Vratislavienſis, edidit opus in ſigne ad Georgium de lapide, dominum Steynauia, ita inſcripſum, de cenſibus & reemtionibus lib. 1. epistoliarum ad diuerſos lib. 1. carmina multa, & alia quædam. Claruit anno 1494.

* *Ioannes* Langham Auguſtinianus, ſcripſit Inſtitutiones Logicales lib. 1. Scholaſticas diſputationes lib. 1. Baleus.

Ioannes Langius Lembergius illuſtriff. principum Palatinorum Rheni, &c. medicus, ſcripſit Miſcellanea medicinalium epistoliarum, varia ac rara cum eruditione, tum rerum ſcitu digniſſimarum explicatione reſerta, vt earum lectio non ſolum medicinae, ſed omnis etiam naturalis hiftoriæ ſtudioſis plurimum ſit emolumenti allatura. *Ioannes* Oporinus excudit Baſilæ anno Domini 1554. in 4. chart. 49. Epistolæ ſunt 83. quarum argumenta initio operis ordine deſcribuntur. Eiuſdem ſecunda epistoliarum medicinalium editio, 1560. Medicum de republica Sympoſium. Theoremata Chirurgica XI. ex epistolis deſumpta in opere Chirurgico à Geſneriſ fratribus impreſſa ſunt Tiguri. Oratio de laude literarum.

* *Ioannes* Langlonde episcopus Lincolnienſis ſcripſit ad Henricum Octauum Anglorum regem, Sermones in ſextum Pfalium lib. 1. Claruit anno Domini 1530. Baleus.

* *Ioannes* Langtonus, Carmelita, ſcripſit Actus ſuos ordinarios lib. 1. Examen doctoris Crump lib. 1. Contra errores eiuſdem lib. 1. Claruit anno 1400. Baleus.

Ioannes Langus, Sileſius, Conſiliarius regius Nicephori Calliſti Xantopuli eccleſiaſtica hiftoriæ lib. 18. è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit. Io. Oporinus excudit ann. D. 1553. cum indice chart. 252. Adiecta ſunt etiam ab eo alicub breuia ſcholia in difficiliore Nicephori locos. Idem Gregorij Nazianzeni ſententiarum lib. 3. Græco in Latinum vertit, libellus ab eodem excuſus Græce & Latine in 8. chartis 4. Idem operi Iuſtini Martyris tranſtulit & annotationes adiecit. Baſilæ in folio. Scripſit etiam contra Sraphylum à quo hæreſeos damnatus fuerat quod Chriſtum ſecundum carnem creaturam negaſſet.

Ioannes de Lanſhem Vuormaciens, ordinis S. Auguſtini monachus Kiſgartenſis, ſcripſit diſtinctione & utilitate fraternitatis roſarij D. Mariæ. Speculum miſſæ, ſpeculum nouiſſimorum, Arram æternæ ſalutis, & alia. Vixit anno Domini 1495.

Ioannes de Lapide, Germanus, ordinis Carthusiensis, domus Basiliensis, scripsit quæ extant, inductorium græmaticæ lib. 1. Dialogum de arripuandis lib. 1. De propositionibus exponendis lib. tract. 1. de arte dissoluendi sophistica argumenta tract. 1. explanationem omnium librorum logicæ Aristotelis lib. 1. explanationem librorum hysicæ eiusdem lib. 1. sex librorum Metaphysicæ eiusdem lib. 1. De his quæ ad dignum sacerdotem exiguntur tract. 1. resolutorium dubiorum circa missam occurrentium tract. 1. summam passionis Iesu Christi tract. 1. De ascensione Domini inter sermones Messret ser. 1. in sermones Messret de conceptione immac. virg. tract. 1. sermones tam ad clerum quàm ad populum plurimos. Orationes & epistolas varias lib. 1. Multa præterea diuersorum autorum libros per tractatus & capitula distinxit, singulis argumenta remittens, quibus quæ in illis sit scribentis intentione dilucide possit agnosci, è quibus sunt libri Ciceronis de officijs, de amicitia, de senectute, de omnino Scipionis: item libri logicæ Aristotelis, libri eiusdem de anima, & libri Metaphysicæ, item libri Effrem diaconi, libri Ioannis Chrysostomi de compunctione cordis, libri diui Augustini de contritione cordis, liber epistolarum eiusdem, & omnes ferè libri sancti Ambrosij episcopi. Explanationem eius in quinque voces Porphyrij, & omnes libros logicæ Aristotelis, & in 10 lib. Perretanù de sex principijs, cum tractatu de propositionibus exponibilibus, & altero de arte soluendi importunas sophistarum argumentationes, Ioanes Amerbachius impressit Basileæ, in volumine. Eiusdem resolutorium dubiorum circa missarum celebrationem occurrentium, excusum est Basileæ à Ioanne Frobenio, anno Domini 1492, in 8. chart. 5. Claruit anno 1494.

Ioannes Lascaris, qui & Ianum se vocat, vide Ianus.

Ioannes de Lasco, Polonus, vir singularis eruditionis & pietatis, scripsit libellum de Cœna Domini, in quo explicat genuinam sententiam veterum. Accipite, hoc est corpus meum. Eius breuis & dilucida de sacramentis ecclesie Christi tractatio, in qua & fons ipse, & ratio totius Sacramentariae nostri temporis controuersie paucis exponitur: naturaq; ac vis Sacramentorum compendio & perspicue explicatur, excusa Londini per Stephanum Myerdmannum, anno Domini 1552. in 22. & dimid. Epistola eiusdem continens in se summam controuersie cœnæ Domini breuiter explicatam, impressa est Londini, anno Domini 1551. cum libello Heinrichi Bullingeri de sacramentis ab eodem edito. Consensio de nostra cum Christo domino communione & corporis item sui in cœna exhibitione, ad ministros ecclesiarum Frisicæ orientalis, excusa est, charta 1. Epistola ad Bremenses ecclesie ministros, in eadem excusa, Contra Memnonem Cata baptistarum principem libellus impressus Bononiæ in 8. chartis 10. De recta ecclesiarum institutione ad regem Poloniae Sigismundum, eius senatum & omnes regni ordines, in qua doctrinae ministerij fidem, ac nominis sui existimatio-

nem, contra Vuestphali, Timanni, & Pomernani, qui cum erroneam appellarent, calumnias vindicat, 1556. Purgationem ministrorum in ecclesijs peregrinis Francofurti, qua demonstrat ipsorum doctrinam de Christi Domini in cœna sua præsentia non pugnare cum Augustana confessione, ut aduersarij eos accusabant, deinde quamuis id faceret, non ideo tamen damnandos, si possint dissensionem suam ab illa verbo Dei approbare, 1557. Responso ad virulentam calumniam que ac mendacis consarcinatae Ioachimi Vuestphali epistolam, qua purgationem ecclesiarum peregrinarum Francofurti conuellerè conatur, Obijt anno Domini 1560.

* Ioannes Lascius Polonus, vir pius & eruditus, errores nouorum Samofathenianorum & Arianorum lingua Polonica eruditè & solide ut audio confutauit: Scripsit etiam Latine de eadem controuersia ad Andream Dudium.

* Ioannes Lathbery Rheadingensis cœnobij Franciscanus, scripsit Commentarios in Hieremiam lib. 1. In Lamentationes eiusdem lib. 1. Super Acta Apostolorum lib. 1. Alphabetum morale lib. 1. Explanationem Psalmorum lib. 1. Lectiones scripturarum lib. 1. Distinctiones Theologicæ lib. 1. Coniunctiones varias lib. 1. Claruit anno 1460. Baleus.

* Ioannes Latomus Berganus ex Germanica lingua in Latinam trãstulit Quadragesimalia duo Ioannis Feri.

* Ioannis Lautrbach Enchiridion veteris & noui Testamenti lib. 7. comprehensum: in quo vtriusque instrumenti historiarum & doctrinarum argumenta doctissimis concinnata distichis comprehenduntur: additis etiam tetrastichis Germanicis, & figuris elegantissimis, Francofurti 1573, in octauo.

* Ioannes Lector, scripsit Summam, cuius meminit Aluototus in proæmio feudorum.

* Ioannis Leisentricij Libellus precationum ex sacra scriptura & probatis ecclesie Doctorum scriptis congestus. Item libellus de celebratione Missæ, 1541, in octauo. Eiusdem formæ verba in lingua copulandi ritè desponsatos, secunda dum catholicæ ecclesie ritum: adiuncto tractatulo causarum matrimonialium, Budissinæ 1549: in quarto. Forma Germanico idiomate baptizandi infantes, secundum Catholicæ ecclesie ritum cum explicatione ceremoniarum, quæ circa Baptismum fiunt. Ibidem Informatio, quæ ratione Catholici sacerdotes sanctæ Missæ sacrificium ritè celebrare, horas canonicas absoluerè, & absolutionem confitentibus dicere debeant, vna cum appèdice de vera Christi ecclesia, 1570. in octauo. Cursus piarum quarundam vereque Euangelicarum præcum, quibus per totius anni circulum omnes Christiani pie viuere volentes singulos dies finire debent. Cui præfixum est cum horoscopo nouum Calendarium perpetuum ecclesiasticum, Budissinæ, 1571, octauo.

* Ioannes Lelandus, Antiquarius Londinensis, apud Anglos, scripsit Ericomiasticon, sales & iocos, Epigrammatum aliquot libros, Cygneam cantionem, Generhliacon Eduuardi principis, Næniæ in mortem Thomæ Viati, Bononiæ

Gallomastigen, Encomium pacis, De antiquitatibus Britannicis lib. 50. De viris illustribus lib. 4. De pontificibus Britannicis lib. 1. De insulis Britannicis lib. 6. De nobilitate Britannica lib. 3. vitam Sigeberti regis, de Academijs Britannicis, De origine & incremento literarum, Antiphilarchiam contra Pigium, De topographia Britannicis, De vetustis nominibus. Eius nœnia in mortem Viati, Cygnea cantio, Genethliacon Edoardi, Encomion pacis, & quædam alia excusa sunt Londini, * Præterea scripsit Epigrammata quædam lib. 1. In coronatione reginæ lib. 1. Ad Annam Cliuensem lib. 1. Ad viros eruditos lib. 1. Pro pace inter Papam & Cæsarem lib. 1. Pymcomachiam librum 1. In declamationes Quintiliani lib. 1. Panegyricon ad Cardinalem lib. 1. Antiquitates Britannicæ librum 1. Descriptionem Angliæ librum 1. Itinerarium Lelandi librum 1. Collectanea eiusdem librum 1. Antiphilarchiæ dialogum librum 1. Contra Polydori defensorem librum 1. De regis ad Scotiam titulo librum 1. De imperio Anglorum in Scotos lib. 1. Correctiones historiæ Polydori librum 1. In Hectorem Boetium quoque librum 1. Itinerarium Cantinæ librum 1. Commentarios in Martialem librum 1. Dictionarium Britannicolarum librum 1. Et alia plura. Obijt Londini 18. die Aprilis, anno Domini 1552. Ad S. Michaelem in querno sepultus. Ioannes Baleus.

* Ioannis Lenkeri Norimbergensis, Perspectiua noua, in qua optica ratione res absque ductu linearum & punctorum designantur. Norimbergæ 1572. Germanicæ.

* Ioannis Leonardi, Sertorij Pedemontani, Tabularum duarum legis Euangelicæ, Gratiæ, Spiritus & vitæ libri quinque. Item Commentaria in Apocalypsim, Gladius versatilis. Omnia simul impressa sunt Basileæ in 8. anno Do. 1553. Claruit anno Domini 1555.

* Ioannis Leonis Africani de totius Africæ descriptione lib. 9. quibus non solum Africæ regionum, insularum, & oppidorum situs, locorumque interualla accurate complexus est, sed Regum familias, bellorum causas & euentus, resque in ea memorabiles tam à seipso diligentibus obseruatione indagatas, quam in ueris Maurorum annalibus memoriæ traditas, copiose descripsit: recens in Latinam linguam conuersi Ioanne Floriano interprete. Antuerpiæ Ioannes Latius 1556. & Tiguri Gesneri fratres. Idem scripsit De lege Mahumetana. Epitomen Chroniæ Mahumetanae, ut ipse testatur: cæterum an hi libri editi sint ignoro.

* Ioannes Leo cognomento Poctinus, Mutinensis, scripsit Perseidos lib. 3. versu heroico, Elegias, Epigrammata, & alia. Giraldu.

* Ioannis Leuu Tigurini libri duo de peste Germanicæ manuscrip. extant apud Gasparum Vuolphium medicum.

* Ioannes Leuita Romanus, scripsit vitam Gregorij Magni PP.

* Ioannes Leuuenklaius in vtraq; lingua exercitissimus, quamuis adhuc iuuenis multa eruditionis & diligentia suæ testimonia in publicum edidit. Nempe Epigramma de nuptijs Illu-

striffimi herois Ioannis Casimiri Friderici VII. Viri F. Palantis Rhenanæ principis, ducisq; Boiorum, & Illustris, Heroinæ Elizabethæ Augusti VII. viri F. Saxonum, Misensorum, Turingorum principis. Basileæ 1570. De consolatione libri duo, quorum prior ipsius est, alter Plutarchianus, ipsius opera in Latinam linguam transcriptus. Prodierunt ex officina Oporini 1565. Nysseni liber de hominis opificio. Edidit idem 1567.

10 Xenophontis opera de integro Latinam in linguam conuersa. Edidit Thomas Guarinus Basileæ 1568. Nysseni libri 15. in Canticum canticorum & ad Flavianum epistola. Edidit Episcopus Basileæ, 1570. Claudij Cardinalis Guisani duodecim quæstiones & Græcorum ad eas responsiones: ex ipsius interpretatione. Item Commentarius de Moscorum bellis aduersus finitimos gestis, ab annis iam LXX. quibus antea per Europam obscure paulatim innotuerunt. Ambo iuncta sunt Commentarijs rerum Moscovitarum Sigismundi Baronis Herbersteinij. Ex Officina Oporiniana anno 1572. Operum Nazianzeni tomi tres. Horum primo continentur, Vita Nazianzeni ab ipso met descripta 2000. versuum, nunquam hætenus editorum: orationes Nazianzeni XIX. cum totidem Eliæ Cretensis antistitis hætenus incogniti commentariorum libris: oratio in honorem festium, & aduersus Arianos, de libris manuscriptoris eruta: omnia nunc primum per Leuuenklaium Latinam in linguam descripta. Altero continentur XXXII orationes eiusdem, cum Nicetæ Serronij in aliquas commentarijs, Nonni in duas aduersus Iulianum iuuestiuas enarrationibus, epistolis & poematibus Nazianzeni prius editis Iacobo Billio interprete. Tertio comprehenditur liber Cygneorum Nazianzeni carminum, qui super 7000. versuum antea non editorum completitur: Pselli de difficultum Nazianzeni locorum in VI. orationibus, intellectu librum: Casarij germani fratris Nazianzeni, Dialogos quatuor, omnia per Leuuenklaium conuersa & nunc primum edita. Annotationes in Nazianzenum. Ex officina Heruagiana per Episcopium, anno 1571. Michaeli Glycæ Siculi annales ab origine mundi, Græce per scriptos, vsque ad Ioannem Comnenum imperatoré. Constantini Manassis Chronicon, idem Græce scriptum, cum historiæ Byzantinæ supplemento. Libri sunt hætenus typis expressi, 1572. in octauo. Idem præmanibus habet breui edendos: Origenis Philocalig lib. 50. bro duos, à se conuersos. Poemata Nazianzen Græce & Latine, partim è manuscriptoris libris insigniter emendata, partim nunquam edita, cum antiquis & elegantibus scholijs Græcis, in vsum scholarum Christianarum. His adiungitur Carminum sacrorum liber Græcolatinus, ab ipso ante X. annos scriptus.

10 Ioannes de Lignano Mediolanensis scripsit super Clementinis librum 1. & quædam alia. Eiu autem nomine citantur super 2. Decret. De amicitia, De bello & duello, De pluralitate beneficiorum, De censura ecclesiastica, De horis canonicis, De interdicto ecclesiastico, De repressalijs disputatio de secreto, alia de permutatione. Item

ectura super primo, secundo & tertio decretal.
 Ioannes de Lignerijs, philosophus & astronomus, scripsit canones primi mobilis li. 1. tabulas eiusdem lib. 1. de Sphæra quoq; lib. 1. Claruit anno 1350.

Ioannis Lindholz de Munchberg in parua naturalia explicatio, seu breuile quium, impressum Lipsiæ à Vuolfgango Monacense, anno Domini 1502. & Francoforti, 1509.

Ioannes Lithocomius, scripsit erotemata grammatice.

Ioannes Ludouicus Brassicanus, natione Germanus, scripsit Cōmentaria in Angeli Politiani Nutricia, impressa Norimbergæ apud Ioan. Perreitū, 1538. item Carmen hōdæporicum Pannonicū ad Ioachimū Camerariū, quo describit iter iuum ex Tubinga in Pannoniam, exc. Argentorati, anno 1541. cum elegijs Hōdæporicis Ioachimi Camerarij, apud Cratonem Myliū. Cōmentaria in Ciceronis lib. 3. de Legibus & Institutio-
 nes in titulum totum ff. de re militari. Idem cō-
 dit quædam de armaturis conscribere, sed imma-
 tura morte præuentus non absoluit, verum frag-
 menta horum aliquando se editurum Vuolfgangus Lazijs pollicetur. Claruit anno Dōm. 1538.

Ioannis Ludouici Vivaldi, ordinis Prædicatōrum liber de veritate contritionis, impressus octavo.

Ioannes Ludouici Häuuenkenteri epistolularum Ioannis Sturmij Clāssicarum & Academicarum. Argentorati, 1571. quarto. Adagia classica scholis Argentinensibus digesta. Ibi-
 dem 1573.

Ioannes Ludouicus, Viues Valentini, natione Hispanus, scripsit de ratione studij puerilis epistolas duas, quibus absolutissimam ingenuorum adolescentum & puellarum institutionem dōctissima breuitate complectitur. Introductionem ad eram sapientiam. Satellitium animi, siue sym-
 bola, ad omnem totius vitæ, maximè principum
 institutionem mirè conducentia: quæ opuscula
 sunt impressa Basileæ apud Robert. Vuinter, an-
 no 1537. & Lugduni apud Trechsel, anno 1532. De
 conscribendis epistolis libellum, impressum an-
 no 1536. cum Erasmi Roter. compendio eiusdem
 argumenti, & Colonia apud Gymnicum. Latine
 linguæ exercitationem, ibidem excusam, an-
 no 1538. & 1541. cum alijs eius opusculis. In Buc-
 oica Vergilij interpretationem, excusam apud
 Rob. Vuinter, anno 1389. de somno & vigilia li-
 brum, quem excudit Frobenius Basileæ, an. 1521.

Rhetoricæ, siue de recte dicendi ratione libros
 tres, ite de Consultatione lib. 1. Rob. Vuinter Ba-
 ileæ, 1537. & Gymnicus Colonia. De corruptis
 artibus ac tradendis disciplinis libros 20. excusos
 Antuerpiæ apud Mich. Hellenium, anno 1531.
 Brugis 1531. Colonia apud Gymnicum 1532. & a-
 libi. Librum contra Pseudodialecticos, excusum
 Elestadij, apud Lazarum Schurerium. De virtū
 e fucata librum excusum. De Anima & vita li-
 bros tres. Basileæ apud Rob. Vuinter, anno 1538.
 Declamationes sex: De præsentis statu Europæ,
 & bello Turcico, diuersa opuscula, impressa Ba-
 ileæ apud Vuinterum, anno 1538. De concordia
 & discordia in humano genere libros 4. de pacia

ficatione lib. 1. de Christianorum vita miserissima
 sub Turca lib. 1. impressa Lug. 1532. de subuentio-
 ne pauperum, siue de humanis necessitatibus, li-
 bros 2. ibidem impressos anno 1532. & Parisijs a-
 pud Colin. 1530. Sacrum diurnū de sudore Chri-
 sti, Concionem de nostro & Christi sudore, Me-
 ditationem de passione Christi in Psalmum 37.
 ibidem excusa. De institutione fœminæ Christi-
 næ libros tres, Basileæ apud Robert. Vuinter, an-
 no 1538. De officio mariti librum, ab eodem excu-
 sum, item, Excitationes animi in Deum, Præpa-
 rationem animi ad orandū, cōmentaria in ora-
 tionem Dōminicā, Precationes & meditationes
 quotidianas ac generales: quæ simul excusa sunt
 apud eundem, 1540. de veritate fidei Christianæ
 libros 5. excusos Basileæ apud Ioannem Opori-
 num, anno 1543. & 1544. Cōmentaria in Au-
 relium Augustinum de ciuitate Dei. impressa a-
 pud Frobenium, anno 1522. Argumenta in ple-
 rosq; libros Philosophiæ Aristotelis. (in Opori-
 ni potiss. gratiam collecta, cum is Aristotelico-
 rum operum Latine simul edendorum consiliū
 primus cœpisset) cum ipsis operibus Aristotelis
 impressa Basileæ. Transtulit etiam Iocratidis du-
 as, Areopagiticam & Nicoclem, impressas Basile-
 æ apud Robert. Vuinter, anno 1538. cum alijs qui-
 busdam eius opusculis. Scripsit præterea vsurū
 linguæ Latine. De cōmuniōne rerum, De sudore.
 Progymnasmata. Item descriptionem tempo-
 rum & rerum Romanarum sub Ioannis Vuarse-
 nij nomine Louanij editam, paucis mutatis, an-
 no 1534. Libellum de charitate Dei & proximi,
 nondum editum. Desideratur etiam Farrago
 Epistolularum eius, & quædam alia, quæ fortassis
 dante Deo aliquando publicabuntur. Idem scri-
 psit de prosperis & aduersis, Epistolam ad Hen-
 ricum VIII. Angliæ regem de Francisco Gallo-
 rum rege à Cæsare captō. Item alia de pace inter
 Cæsarem & Galliarum regem, de quæ optimo regnā
 statu. De tempore quo natus est Christus. Cly-
 pei Christi descriptionem. Triumphum Chri-
 sti. Orationem de paræ. Veritatem fucata. A-
 nimam senis. Inicia festatum & laudes philoso-
 phiæ: Fabulam de homine. Præfationem in Ge-
 orgica Vergilij. Item in Ciceronem de legibus.
 Genethliacōn Christi. Aedes legum Pompeium
 fugientem. Claruit anno 1540. Epistolæ eius sele-
 ctiores opera Simonis Virrepæl editæ sunt An-
 tuerpiæ anno 1577. Omnia eius opera quotquot
 in lucem edita voluit præter cōmentaria in Au-
 gustinum de Ciuitate Dei, duobus tōmis edita
 sunt Basileæ apud Episcopium iuniorem anno
 1555. in folio. In his præter ea quæ commemorā
 uimus quædam continentur.

Ioannes episcopus Lombardien. Germanus, pā-
 tria Basiliensis edidit super Sententias lib. 4. ser-
 mones diuersos, & quædam alia. Multas præter-
 rea orationes & collationes fecisse dicitur ad cle-
 rum, & coram summo Pontifice, ac cœtū Cardia-
 nalium, nondum, quod sciam, editas.

Ioannes Lonicerus, Germanus, multa & suo
 Marte scripsit, & e Græcis vertit, ut sunt hæc: Cæ-
 techesis de bona Dei voluntate erga quemuis
 Christianum, deq; sanctorum cultu & inuocatio-
 ne: liber impressus, Methodus Græcæ grammæ

tices, excusa Basileæ apud Vuesthemerum, anno
 1336. & recognita æ locupletata, anno D. 1540.
 Francfordiæ apud Egenolphum. Artis dicendi
 methodus ex optimis virisq; linguæ authori-
 bus depropra: item Demosthenis oratio fune-
 bris, Græcæ linguæ encomium, Concio Cyri Per-
 sarum regis ex secundo Cyri pædiæ apud Xeno-
 phontem; Concio Cleocriti, è secundo *ἱεροκλῆς* e-
 iusdem: Vuesthemerus excudit Basileæ, an. 1536.
 Scholia in Dioscoridis libros de materia medica,
 cum nomenclaturis Græcis, Latinis, Germani-
 cis & Hebræicis: liber impressus 1543. Francofur-
 ti. Compendia librorum aliquot Aristot. nempe
 de physicâ auscultatione, De generatione & cor-
 ruptione, De longitudine & breuitate vitæ, De
 vitâ & morte animalium, De anima, De moria-
 bus ad Nicomachum. Encomion philosophiæ
 naturalis. Epithalamium Græcum in Iusti Stu-
 dai gratiam, cum Latina versione Eobani Hessi:
 Egenolphus excudit Marpurgi 1540. Demosthe-
 nis oratio de classibus; siue *πρὸς οὐνοπόλει* Græca,
 & Latina eodem interprete, cum philosophiæ
 encomio, Robertus Vuinier impressit Basileæ,
 1537. Isocratis orationes ab eo translatae & reco-
 gnitæ, cum vita eiusdem ex Plutarcho, Philostrato,
 & Dionysio Halicarnass. impressæ Marpur-
 gi, 1540. In Pauli ad Romanos epistolam Exege-
 sis veteris cuiuspiam Theologi, (cuius nomen
 expressit in Græco exemplari non erat, quanquã
 Theoduli nomen in primo quaternione lace-
 rato additum esset, his verbis, *ἡ βιβλίον τοῦ θεοδούλου*)
 eodem interprete, ex Græcis Theologis desum-
 pra: Rober. Vuinier excudit Basileæ, 1537. Theo-
 phylacti enarrationes in omnes D. Pauli episto-
 las, & in prophetas aliquot minores Latinitate
 donauit. Nicandri Theriaca & Alexipharmaca
 transtulit sermone soluto, & scholia adiecit. So-
 ter impressit Cöloniæ, anno 1531. Pindari Olym-
 pia, Pythia, Nemea, Isthmia, ab eodem Latine ver-
 sa oratione prosa, impressa Basileæ apud Cratan-
 drum, anno 1528. Eadem deinde translatio adhibi-
 tis enarrationibus, è Græcis scholijs, & doctissi-
 mis vtriusq; linguæ authoribus, desumptis, ibi-
 dem impressa est, anno 1535. Lycurgi aduersus
 Leocratem orationem è Græco in Latinum ser-
 monem transtulit, excusam Basileæ apud Ioan-
 Oporinum, cum Demosthenis oratione de Pa-
 ce. Idem in Latinam linguam conuertit Sopho-
 clis Aiacem flagelliferum. Callimachi hymnos
 Iouem & Appollinem Latinis versibus reddi-
 dit. Scripsit etiam Generthiacon Vuilhelmo iu-
 niori Cathorum principi. Epithalamion Græ-
 cum & Latinum Creucero. Orationem fune-
 brem Ioanni Ficinio Hessiæ cancellario. Omnia
 hæc impressa sunt. Item commentaria Græca in
 Psalmum 118. ni fallor, quæ nunc Basileæ excu-
 duntur in octauo. Præterea totum Psalterium ex
 integro conuertit addita etiam exegesi. Magenti-
 num in analytica Aristotelis transtulit, & com-
 pendium in meteorologiam Aristotelis conscri-
 psit. Floret Marpurgi anno D. 1554.
 * Ioannes Longouallius, scripsit super 1. Digesti
 veteris, De iur. om. iud. L. imperium.
 Ioannis de Lopis Repetitio l. si pater. de hæ-
 red. institu. liber impressus anno D. 1536.

Ioannis Lorichij Hadamarij, natione Germani
 ænigmatum libellus ex varijs authoribus cum
 sacris tum profanis conigestus, & carmine reddi-
 tus, impress. Marpurgi, anno 1540. apud Egenol-
 phum. Ecclesiasticus ab eo carmine redditus, ex-
 cusus Francoforti apud eundem. Iobus patientiæ
 spectaculum, in Comædiam & actum Comici
 redactus, excusus Marpurgi in officina Egenol-
 phi anno 1543. Eiusdem catalogus iuriconsulto-
 rum veterum, quotquot aut vita aut scriptis cele-
 bres sunt, elegis eleganter descriptus, excusus est
 Basileæ à Ioane Opor. anno D. 1545. in 4. chartis
 6. Additis etiam recentioribus iuriconsultis per
 Matthæum Gribaldum. Item elegia de lupo, ex-
 cusa Ingolstadij, anno D. 1548.

Ioannes Louue Vuigorniensis, ordinis S. Au-
 gustini, scripsit sermonum librum ad regem Hen-
 ricum eius nominis sextum, Conciones per an-
 num, Collectiones tēporū, Disputationes Theo-
 logicas. Vixit anno 1436.

* Ioannes Loney vel Loueye, Carmelita, scripsit
 De Spiritu sancti missione lib. 1. Lecturas solen-
 nes quoque lib. 1. Claruit anno 1390. Baleus.

Ioannes Lubicensis, scripsit de antichristi ad-
 uentu & de Messia Iudæorum.

* Ioannis Lucae de Pontremulo, lecturæ super
 Decretalibus.

* Ioannis Lucetnæ Sumula in quartū decretaliū.

* Ioannis Luc Burgundi Epigrammata Basileæ
 Iacobus Parcus impressit anno 1556.

Ioannis Lucidi Samosatheij, de emendationibus
 temporum ab orbe condito vsq; ad hanc ætate
 nostram, iuxta veram ac rectam chronographiā
 ex antiquis & probatissimis authoribus, liber in-
 pressus Venetijs, 1537. apud Lucam Anto. Iun-
 tam. Insunt autem hæc: Emendationes tempo-
 rum ab orbe condito, Canonēs in tabulam per-
 tuam temporum, De vero die passionis Christi
 Epitome emendationis calendarij Romani.

Ioannes Lucilius Santritter Heilbronnensis
 D. Alphonsi astronomi tabulas in ordinem fa-
 cillimum redegit, & tabulas aliquot ipse addidit
 cum quibusdam regulis. Scripsit etiam librū d
 iudicijs natiuitatum. Hęc in sua officina excudi-
 etiam Venerijs, anno 1494.

* Ioannes Lucius Parisiensis edidit Placitorum
 summæ apud Gallos Curig libros duodecim. C
 rolus Stephanus impressit Lutetiæ 1556.

Ioannes Luck, natione Anglus, scripsit de scri-
 pturarum ambiguis lib. 1. dissertationes verita-
 tis. Dialogos ad Vualdenum, & alia nonnulla.
 Vixit anno 1420.

Ioannes Lupus de Palatijs Rubeis, Segobiens
 Hispanus, l. C. scripsit De bello & duello. De li-
 bertate ecclesiastica. Consiliū post suam rep. e
 donatione inter vi. & vorem. vbi defendit incu-
 patū de hæresi. Super loco quarti Decretal. Qu
 fil. sint legit. c. per venerabilē. & super Rubric
 eiusdem, de don. inter virum & vxorē. c. per ve
 ostras. Tractatum de confederatione principum
 impressum Argentinx apud Schotum, anno D
 1511. Repetitio eius super Rubricā de donat. &
 impressa est Francofurti, anno Domini 157
 in folio, vna cum additionibus & indice.

* Ioannes de Lutria, Germanus scripsit super se-
 tentia

entias lib. 4. sermones varios lib. 1. quæstiones disputatas lib. 1. & quædam in philosophia lib. 1. Vixit anno 1479.

Ioannes Lutterell scripsit aduersus disputata Ockami Determinationes quasdam li. 1. Ad quem Romæ disputantem lib. 1. In vesperijs Magistrorum lib. 1. Prælectiones Oxonienses lib. 1. Claruit anno 1340. Baleus.

Ioannes Lydgate, Anglus, ordinis S. Augustini, multa trāstulit ē Gallico sermone in patriam linguam, & scripsit etiā suo Marte multa: vt sunt, Genealogia deorum lib. 15. de illustrium virorum casibus lib. 9. de capta Troia lib. 6. de choro Machabæi lib. 1. parlamentū volucrū, Dialogum auis & rustici, Vitā Eadmundi regis, Vitā thelstoni regis, Acta Guidonis Vuaruicis. De Arthurij rotunda tabula, Eclogas seu Bucolica, Odas, Satyras, ac alia poemata, Præceptiones linguæ Gallicæ. Claruit Burie, anno 1470.

Ioannes Lylleshull, cœnobij eiusdem cognominis monachorum præses, composuit opus ad instruendum suos quod vocat Enchiridion lib. 5. Baleus.

Ioannes Lyleton, Anglus, legisperitus, scripsit abbreviationes legum Anglicarum, li. 1. opus est impressum.

Ioannis Matri Santinei I. C. De prosperis Galorum successibus libellus, quo pariter differitur de tributorū exactioibus, tum de iure, quo Gallos sibi vendicant prouincias quas repetunt. Cum scholijs Ioannis Blondi Diuionensis, & Ioannis Sepiani Auenionensis. Eiusdem Panegyricus de audibus Mandubiorum, quo etiā retunduntur extraneorum in Gallos calumnia. Cum eodem scholijs, Item Indicarum historiarum exculatis & fidelissimis testibus percepturum lib. Omnia hæc excusa Parisijs apud Guilielmum Guillard anno 1555. in 8.

Ioannes Machabæus ex præclara quadam Scotorum familia, scripsit De vera & falsa Ecclesia lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

Ioannes Mackbray natione Scotus, scripsit Anglorum Ecclesiæ Originem & progressum lib. 1. Explicationem suæ fidei lib. 1. In Germania floruit anno 1558. Baleus. Forte idem cum Machabæo.

Ioannes de Magistris in Physicam, Sorbona.

Ioannis Magni Gothi, sedis apostolicæ legati, Suetiæ & Gothiæ Primatis ac archiepiscopi Vpsalensis, libri De omnibus Gothorū Suecorumq; regibus, qui vnquā ab initio nationis existerent, eorumq; memorabilibus bellis late varieq; per orbem gestis, opera Olai Magni Gothi fratris eiusdē auctoritate ac etiā archiepiscopi Vpsalensis, in lucem editi, Romæ 1554. in folio. Eiusdem liber de episcopis Suetiæ eodem tempore Romæ excus. est.

Ioannes Mairosius cognomine ac natione Scotus, Alcuini socius, scripsit Super canones Arzathelii lib. 1. Ad Carolum regem lib. 1. Versus diuersi generis lib. 1. In Euang. Matth. lib. 3. De officijs humanis lib. 8. De officijs diuinis lib. 1. Dialogum de natura lib. 1. De naturæ diuisione lib. 1. De primo rerū principio lib. 1. De Eucharistia li. 1. Cōmentarios scripturarū lib. 1. Homilias eruditissimas lib. 1. De German. iuxta Irenicum lib. 1. Claruit anno 792. Baleus. Idem libros Dionysij

Areopagitæ in Latinam linguam transtulit. Carmen eius ad Carolum Magnum de laudibus Iesu Christi; manuscriptum extat apud M. Dresser.

* Ioannis Maierij tractatus de differentijs schismatum & conciliorū in ecclesia: & de vtilitate ac præ eminentia conciliorū S. ecclesiæ Gallicanæ. Inseruntur res aliæ iucundæ, vera item historia principis Syach Ismael, appellati Sophi, &c. Lipsiæ anno 1572. in octauo. Vide Ioan. Maire.

* Ioannis Maioris Ioachimi, Simsonis cū Christo collatio, in qua ecclesiæ status omnium temporū depingitur. Pompa mortis & vitæ. Querela nummi perditii. Omnia carmine heroico. Elegiarū liber in quo continentur, Rosa, Viola, serpens insignis medicorū, Salmadra, Regulus, Epicediō de Martha, Halcyō, Expositio Psal. 72. Epitaphiū Margaritæ, Asinus Noe, Epicedion Marianæ, Norimberg. impress. 1555. in 8. Fasti Christiani carmine.

Ioannes Maior, Hadynge-tones, natione Scotus, scripsit decisiones sententiarū li. 4. Sophisticas Parisiensis. Placita Theologica. Cōmentarios in Matth. Historiarū maioris Britan. lib. 6. Cætonū Anglū transtulit lib. 7. Claruit Paris. an. 1520. Eius historia maioris Britannicæ, id est, tam Angliæ quàm Scotiæ, ē veterū monumentis concinnata, excus. Paris. apud Ascens. Ioan. Maioris Glagornensis, citatur in Chryso passo Ioannis Eccij. Io. Maioris cōmentarij in sententias exc. sunt Paris.

Ioannes Mahusius Aldernardensis, scripsit epitōmen annotationum Erasmi in nouum testamentum, excusam Antuerpiæ anno D. 1538. in 8.

Ioannes Maire Belga, scripsit sermone Gallico Gallia illustratione, & de rebus Troiæ excellentibus, cum tractatu de hæresibus & concilijs, & historia de principe Syach Ismail nominato Sophi: opus excus. est Lug. 1528. apud Antō. de Ry.

Ioannes Manardus, medicus Ferrariens. scripsit Epistolas medicinales typis excusas. Annotationes & censuras in medicamina simplicia & composita Mesuæ excusas Basileg apud Bebelium, anno 1535. & apud Isingrin, anno 1540. Annotationes & Censuram eius in medicamina simplicia composita Mesuæ: item in primum Artis paruæ Galeni librum Cōmentaria, Bebelius impressit Basileæ 1536. Cæterum prima pars horū Cōmentariorum apud Cratandrum prius Basileæ impressa est, cum Psello de victus ratione. Claruit anno D. 1521. Forte de Monteuilla.

Ioannes Mandeuyle, Anglus, armatæ militiæ eques auratus, scripsit Itinerariū suum XXXIII. annorum, manuscriptum habet. M. Dresserus. De mirabilibus mundi lib. 1. Obijt Leodij anno D. 1372.

* Ioannes Manduith, Anglus, astrologus atque theologus, scripsit tabulas astronomicas, lib. 1. De corda recta & vmbra lib. 1. De doctrina theologica lib. 1. Claruit anno 1340.

* Ioannes Marbek musicus insignis, in vulgarem sermonem transtulit Maiores concordantias bibliorum lib. 1. Claruit anno Domini 1550. Baleus.

Ioannes Marcellus, Regiomontanus, collegit scripta publice proposita a professoribus in academia Vuitenbergensi, liber excusus Vuitenbergæ, anno Dom. 1553. apud hæredes Petri Seitzij

in octavo chartis 62. Extrat etiam oratio eius de Moysē feriente petram, excusa tomotertio declamationum Philippi Melanchthonis. Obijt Vuirtembergæ die natali D. N. Iesu Christi, inchoante annum 1552.

* Ioannes Marcheley Chordiger, scripsit super Marię cōceptione lib. 1. Quæstiones quoq; lib. 1. Obijt anno 1376. Baleus.

* Ioannes de Marchinellis, patria Leodiësis Carmelita, scripsit de pugna spiritali lib. 1. Ad omnes hominum status lib. 3. De vitijs ac virtutibus lib. 1. Sermones ad populum lib. 1. Quæstiones theologiæ lib. 1. Et alia. Claruit anno Dom. 1410.

Ioannes Mardeley, scripsit de glorioso Eduardi Somerferens, principis in Angliã reditu. De Scotorum ingratitude lib. 1. Claruit anno 1548.

* Ioannes Marfelde philosophus & medicus, scripsit Praxin medicinæ lib. 1. Baleus.

Ioannes Marre, natione Anglus, ex Eboracensisi comitatu natus, Carmelita, scripsit lecturã sententiarum lib. 4. tabulã originalium, Compendium originalium, In epigramata Martialis, Contra Vuicleuistas. Obijt Doncastrij anno 1407.

Ioannis Marię Caranæi, in C. Plinij Cæcilij Sec. epistolarum lib. 10. & Panegyricum, enarrationes, impressę Venetijs 1500. Idem Aphthonij progymnasmata ex Græcis Latina fecit: Ioan. Frobenjusz excudit Basileæ, 1521. & Vuichelus Parisijs an. 1531. Eiusdem poemata Genua, & Gothifredi ac Boemüdi expeditio seu bellum sacrum, 3^o à Gyraldo cōmemorantur. Claruit anno 1500.

Ioannis Mariæ de Monte, nunc Iulij 111. Rom. pont. oratio, descripta est in actis concilij Tridentini.

* Ioannes Maria Polutianus, Italus, Carmelita, doctor Bononiensis, vir facundus, scripsit Vitam D. Alberti Drepanensis lib. 1. Miracula eiusdẽ lib. 1. Vexillum Carmelitarum lib. 1. Mare magnum eiusdem lib. 1. Sermones per quadragesimam lib. 1. Orationes & epistolas lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1498. Iulianus Hafart. Opuscula eius omnia Venetijs sunt impressa.

Ioannes Maria Riminaldus, Ferrariensis, scripsit super 1. & 2. Digesti veteris: & super 1. & 2. Codicis. Obijt anno D. 1496.

* Ioannis Mariæ Rossi Motetorum liber primus quinq; vocum. Venetijs 1567.

Ioannis Mariæ, de Tholosanis, additiones ad Ioannis Lucidi emendationes temporum. Item brevis emendatio cãledarij Romani pro paschate rite celebrando, ad concilium Tridentinum directa. Impressa sunt hæc cū Ioan. Lucidi emendatione temporum. Ioannis Mariæ, nescio an eiusdem libellus de maxima solis declinatione.

Ioannes Maria Tricaelius Aquinas, lexicon Græcolatinum impressum Ferrariæ, anno Do. 1510. emendauit & auxit: lunulis per margines adiecta notauit. Præterea suo Marte confecit Latinogræcum lexicon, excusum chartis 39.

Ioannis Marię Velmatij poemata in tota biblia, 6^o excusa sunt in Italia.

* Ioannes Maria Verratus, Ferrariensis Carmelita, eiusdemq; gymnasij Decanus, patria Lombardus, scripsit de sermone domini in monte lib. 15. De iustificatione hominis lib. 1. Contra Lu-

theranos libros plurimos. Et alia multo plurã. Anno 1540. Clarus fuit. Omnia eius opera cum viua effigie, Venetijs sunt impressa. Commentaria eius in omnia Euangelia quæ ab aduentu Domini vsque ad Dominicam resurrectionis in ecclesia legi solent. tertio edita Venetijs & postremo 1571.

Ioannis de Marienberg Pruteni, sermo super articulos fidei ad Clerum, in festo annunciationis.

Ioannes Marius quidam archiducis Philippi & regis Castellæ historiographus fuit, cuius tamen scripra hætenus edita nulla vidimus.

Ioannes Marius Belgicus scripsit libros illustrationum Gallicarum & Troianarum, quorum secundũ de miranda antiquitate regum Germanie transtulit Gerardus Nouiomagus.

Ioannes de Marliano, scripsit de reactione, &c. lib. 1. de caliditate corporum lib. 1. de Antiperistasi lib. 1. & alia complura. Claruit anno 1430.

Ioannes Maronis, natione Anglicus, Carmelita, scripsit tabulam originalium li. 1. contra Vuicleffitas lib. 1. & quædam alia. Claruit Oxoniæ tempore Vuicleffi.

* Ioannis Marpachij Theologiæ doctoris, concionatoris & professoris Argentinenfis, De miraculis veris & falsis dijudicandis ex verbo Dei: & confutatio Canisiani miraculi, quod M. Eisengr in libello de virgine Otingana tantopere prædicat. Argentinæ 1571. in 4. German. Vera ex verbo Dei tractatio interioris & exterioris hominis Germanice. Concio de officio episcopi, & quis ad hoc munus debeat assumi anno D. 1569 Argenting in 4. De cœna Domini German. dum fallor crassa volumina, scripsit

* Ioannis Martini Astensis Ephemerides meteorologicæ anni 1570. Antuerpiæ.

* Ioannis Martini Poblacionis Compendium de vsu Astrolabi schematicis commodissimis illustratum: vna cum Procli & Nicephori Astrolabo. Luteriæ Guilielmus Cauellat 1554.

* Ioannis Massarij medici Harmonia.

Ioannes Matthæus ex Ferrarijs de Gradi, Mediolanensis scripsit in nonum ad Almafõre lib. 1. consilia varia lib. 1. super 2. Fen tertij Canonis Auicennæ. Eius autem practicæ prima & secunda pars, vel Cõmentarius textualis, cum ampliationibus & additionibus materiarum in nonum Rasii ad Almanforem, adiuncto etiam textu, Papiæ, anno 1497.

Ioannis Matthæi Lunensis opus de mulieribus claris, in quo præter eruditionem non vulgarem est etiam non inuicunda rerum varietas, excusum Parisijs anno Domini 1520.

Ioannis Matthæi Phrissemij scholia in Rodolphi Agricolæ Frisij de inuentione dialectica libros 3. cum ipso Rodolphi textu emendationem quam antea Ceruicornus excudit Colonia, 1533. Eiusdem epistola quædã cum omnibus Rodolphi Agricolæ operibus Colonia excusa est. Floruit Colonia, anno 1523.

* Ioannis Matthesij Expositio præcipuorum dogmatũ fidei nostræ. Explicatio Psalmi 133. Quæstiones de Confessione, Absolutione, Sacramento altaris. Item quam consolationem ex baptismo penitens homo capiat. Consolatio temporis

estis, ex 1. libro Paralip. 22. capite. Psalmo 91. & Psalmo 39. capite. Omnia hæc Germanice impressa Norimbergæ. Historia de vita, morte, resurrectione, ascensione in cælos, sessione ad dextram Dei patris, extremo iudicio, Domini nostri Iesu Christi. Norimbergæ in folio, Germanice. Concioniones quadragesimæ de salutari consideratione passionis & mortis Christi. Norimbergæ, 1570. Germanice octavo. Sæptæ, Expositio omnium verborum scripturæ sacræ in quibus aliqua rei metallicæ fit mentio: additum est Chronicon illis Ioachimicæ. Norimbergæ, 1571. in folio, Germanice. Eiusdem Postilla Germanica, seu expositio Evangeliorum Dominicæ et dierum festorum totius anni, 1571. Libellus precum Germanicus. Item alius precum libellus pro conuigijs: item de Christiana oeconomia, & mundo matronæ Christianæ. Ibidem 1568. De uoluntate Lutheri liber Germanicus, 1573. De sapientia, Iustitia, Sanctificatione. Germanice, in 8. 20
 Ioannis Maulborni Bruxellensis, abbatis Liuzacensis, Rosetum exercitiorum spiritualium & sacramentum meditationum, in quo est materia prædicabilis per totum annum. Ascensus in prædicatibus Parisijs, 1570.
 Ioannis Mauritiij, præfecturæ Burgundiæ senatoris, repetitio l. vnicæ. C. quò loco mulieres mura subire soleant. Gryphus excudit Lugduni, 1578. De restitutione in integrum.
 Ioannis Mauri commentarius in disticha P. Fau- 30
 di Andrelini, excusus Lugduni à Pagano, anno Domini 1535.
 Ioannes Mearus monachus, Benedictinus conuicit Lecturam sententiarum lib. 4. Concioniones lures lib. 1. Baleus.
 Ioannes de Mechlinia, Germanus, scripsit sententias libr. 4. in Psalterium libr. 1. quæstiones varias libr. 1. sermones & collationes libr. & alia complura. Eiusdem commentaria in arua naturalia Aristotelis, excusa sunt Colonia, 40
 anno Domini 1498. ab Henrico Quenel. Sectator fuit Alberti ut & Ioannes Tymæus. Vixit anno 1460.
 Ioannis Melberi, de Geroldshouen, vocabularius prædicantium, dictus veriloquus, ex sermonibus Iodoci Eichmanni de Calba, prædicatoris Heidebergensis, Liber excusus Argenting in 4. apud Knoblouchium.
 Ioannis Menæ liber inscriptus Lastezientas, cum commentarijs Commendatarij professoris 50
 Græci Salamanticæ, in folio. Hunc Menam Vires Hispanum poetam nominauit: ac Patriarchæ detrusco ab Hispanis comparatur.
 Ioannes Mennlin citatur in Chronicis Ioannis Cuspiniani. Manlius.
 Ioannes Mencilij Lipsensis, de perpetua doctrina regni Christi & ecclesiæ disputatio Lipsiæ excusa, apud Valentinum Papam, anno 1549.
 Ioannis Mensingi Prouincialis Dominicani in Saxonia, De iudicio ecclesiæ, De sacrificio Mis- 60
 sæ, De dignitate operum, Apologie contra Ioan-
 nem Frichansum, & Eberhardum Vuidenscher:
 libri in Lutherum, Ambsdorsum, Culsamerum.
 Ioannes Mensingus, scripsit defensionem Mis-
 sæ contra Lutheranos.

* Ioannis Mercerij I. V. D. Opinionum & obser-
 uationum lib. 2. Biturigibus anno 1573. in 8.
 Ioannes Mercerus Vticensis, trāstulit Hermend
 puli prochicon & Ori Apollinis hieroglyphicā
 & obseruationes adiecit, Vuelhelus Paris. excud.
 an. 1548. in 4. Græce & Latine. Idem magna cū
 laude Hebræas literas Parisijs docuit, ac scripsit
 Tabulas grammaticas linguæ Chaldeæ: editas
 Parisijs in quarto. Commentarios in librum Iob,
 editos Geneuæ apud Eustathium Vignon, anno
 1573. in folio. In Solomonis Prouerbia, Ecclesiæ-
 sten & Canticum canticorum. Ibidem, Scripsit
 & alia quædam nondum edita. Obijt superioribus
 annis, sub finem belli Gallici.
 * Ioannes Mercianus Chronographus, scripsit
 De Merciorum regibus li. 1. Claruit 1150. Baleus.
 Ioannes Mercurius Morsheimerus, scripsit de
 laudibus autumni carmen elegiacum. Claruit
 Heidelbergæ, anno 1552.
 * Ioannes De Merisco Grammaticus, edidit De
 varijs metrorum mensuris lib. 1. Genera verbo-
 rum & nominum lib. 1. Baleus.
 Ioannis Mesuræ opera Lugduni impressa cum
 Antidotario Nicolai, & ratione medendi Copho-
 nis & Summula Jacobi de Partibus. Canones v-
 niuersales de correctione medicamentorum pur-
 gantium, & de purgatione in genere, in aphorisa-
 mos digesti, de simplicibus pharmacis purganti-
 bus liber, in cuius prima parte agitur de illis quæ
 purgant abiq; veneni suspitione, in secunda ve-
 ro de vehementibus & noxijs. Eius etiā de re me-
 dica lib. 3. Iacobo Syluio medico interprete, excu-
 si sunt Parisijs, apud Vuelhel. in fol. anno 1544.
 chartis 47. Claruit anno 1158. Andreas Bellunen-
 sis duos Mesuræos commemorat, seniore cuius
 libri Arabicè tantum extant, & posteriorem no-
 stris notum, cuius libros negat se apud Arabes
 inuenire potuisse.
 Ioannis Metelli Sequani mentio fit ab Antio-
 nio Augustino Hispano.
 Ioannis Metropolitanæ Ephesi scripta quædam
 extant Græce in Vaticana bibliotheca Romæ,
 nempe Versus varij. Epistolæ varix 77. Sermo-
 nes varij 14. sermo compositus ex diuersis cano-
 nibus apostolicis, & synodicis, & alijs Scripturæ
 sententijs.
 Ioannis Metropolitanæ Russiæ ad Archiepisco-
 pum Rom. epistola, qua fidei suæ rationem red-
 didit, & Rom. ecclesiæ multos errores reprehensit,
 inserta est historiæ Moschouiticæ Sigismun-
 di Liberi Baronis, exc. Basil. apud Io. Opor. an.
 1551. Extat etiā in bibliotheca Regia Græca epi-
 stola Ioannis Metropolitanæ Russiæ ad Clemen-
 tem Papam Rom.
 Ioannis cuiusdam Metropolitanæ Russiæ, qui præ-
 pheta dictus est, Canones recitantur etiā in ea-
 dem historia.
 * Ioannis Metzleri, Germ. primæ Gramat. Græcæ
 partis rudimenta. Secerius excudit Hag. 1534. cū
 carminibus Pythagoræ Græcis, & Latine expo-
 sitis. Annotationes eius in libellū Ciceronis de
 Senectute, impres. sunt ite Hagan. & alibi. Idem
 in Latinam linguam trāstulit Plutarchi libellū
 de liberorum institutione, Francofurti 1554. Græ-
 cæ & Latine.

* *Ioannis Michaelis* liber de instituendo admodum nendiq̄ pastore. Anno D. 1564. in 8. Oratio de laude iurisprudentiæ.

Ioannis Michaelis Alberti, Carrariensis, de omnibus ingenijs augēdḡ memorię libellus impressus Bononiæ, anno D. 1591. in 4. chartis 3.

* *Ioannis Michaelis Bruci* oratio de rebus à Caro V. Cæsare Roman. imperatore gestis, Antuerpię Ioan. Bellerus, anno 1555. M. T. Ciceronis oratio num ab eodem emendatarū volumina tria: quibus accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum cōmentarijs. Lugduni apud Antonium Gryphium anno D. 1570. in octavo. Eiusdem Analysis cōment. Cæsaris, & Historica quædam breui edenda speramus. Claret Viennæ 1573.

Ioannes Michael, Germanus, Budorensis, Venetijs anno D. 1499. Rabi Abraham Zacuti almanach perpetuum per se emendatum, interpolatum, & auctum imprimi curauit.

Ioannis Michaelis Sauonarolæ in medicinam practicam introductio, siue de compositione medicinarum liber: item catalogus, continens tam simplicium quàm compositorum medicamentorum nomēclaturas, vsus, & summā: libelli impressi Argent. 1533. cum Bertrutij introductione in medicinam practicā, & Bartholomęi de Montagnana artificio componendi medicamina. Sauonarolæ phisici agud Leonellum Marchionē Estensem, de omnibus balneis, liber impressus Venetijs apud Christoph. de Pensis, item De arte conficiendi aquam vitæ simplicem & compositam, deq̄ eius admirabili virtute ad conseruandam sanitatem, & ad diuersas humani corporis ægri tudines curandas, libellus impressus Haganoæ, 1532. apud Valent. Kobiā. Eius practica impressa Venetijs, 1497. apud Othavianum Scouū. item Canonica de febribus. Summa de pulsibus, De vrinis, De egestionibus, De omnibus Italiæ balneis, Tractatus de vermibus, excusa Venetijs, 1498. apud eundē. Idem scripsit librum de Physiognomia quem vna cum libro de balneis Theodorius Gaza in Græcam linguam traduxit, vt auctor refert in libro de balneis.

* *Ioannis Milij* Cato Græcolatinus. Præcipua Christianæ pietatis capita &c. Lipsiæ 1568.

Ioannis Milis Repertorium, impressum Basileæ apud Nicolaum Kessler, 1488.

Ioannis Millei Boij, Syluigniaci magni aquarū syluarumq̄ omnium Francicarū quæstoris, Praxis criminis persequēdi elegantibus figuris illustrata, excusa Parisijs, veditur 12. solidis Gal. 1550.

Ioannis de Minda, supra epistolas dominicales, à prima dominica aduentus, vsq; ad Pentecostē.

Ioannis Misnensis decani, tractatus moriendi diuisus in partes tres. Idem passionem domini ex euangelistis collegit.

* *Ioannis Misnensis* episcopi *Quadripartitum* opus, in quo multa pulchra & rara incidentalia & accessoria tractantur, principaliter tamen agitur in prima parte de oratione in se, in 2. de oratione dominica, in 3. de horis canonicis, & continet de eis 140. dubia, in 4. de adorationibus. Liber manuscriptus M. Dresserus.

* *Ioannes Miramanda Tolosanus*, professione

Augustinianus, scripsit super primo Sententiarum lib. 2. In Euangelium Matthæi lib. 1. De quatuor virtutibus lib. 1. Et alia. Claruit anno Dom. 1340. Nicolaus Bertrandus.

Ioannis de Miza plebani Pragensis, ecclesiæ S. Galli, inhibitiones sacramenti Eucharistiæ collectæ, anno 1393.

* *Ioannes Moibanus* medicus Augustanus, Dioscoridis *ἰατρικὴ* in linguam Latinam conuertere cepit, sed morte præuentus opus non perfecit, verum Conradus Gesnerus eo ante obitum ab ipso id id postulante, absoluit librum & edidit Argentiniæ 1565.

* *Ioannes Molanus* vsuardi martyrologium auexit & annotationibus illustrauit. Louanij, anno D. 1568. & 1573. Idem edidit librum de picturis & imaginibus sacris: item Responsionem Quodlibeticam ad tres quæstiones, &c. Louanij apud Hieronymū Vuelleum anno Domini 1570. in 8.

* *Ioannes de Molinis*, Gallus, patria Narbonensis, Carmelita, doctor scripsit speculum historiale seu ordinis lib. 10. Conciones quinque lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1360. Tritemius. Speculum eius Venetijs est impressum.

Ioannis Monachi scriptoris Græci quædam extant, nempe Iambica, Historia, ex quibus vitam Alexandri Bartholomæus Cospus Latinam fecit. Ex eiusdem scriptis vitam Diocletiani transtulit Ioan. Cospus Bononiensis. Idem scripsit colloquium animæ & corporis. Vide Ioā. Zonaras

* *Ioannis Monachi* montis Sinai, Sermones exercitatorij, Græce manuscripti.

Ioannes monachus, scripsit super sexto Decretalium, & habentur Annotationes eius cum ipso textu impressæ. Ioan. monachus Cardinalis citatur in Summa Angelica.

Ioannis monachi liber de exceptionibus, in Iuris scientia.

* *Ioannes Monachus* S. Albani prope Moguntiam, natione Germanus, Chronicon scripsit, 1. Tritemius in Compendio.

* *Ioannis Monachi* Placentini versio Erotemar Constant. Lascaris, grāmatici Græci, impressa Madiolani 1480. cū præfatione Bonaccursij Pisani

* *Ioannes Mone*, Anglus natione, in Gallico sermone, valde eleganter edidit De arte amandi lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

Ioannes Monhemus, natione Germanus, videtur supra Ioan. Erueruelden Monhemus.

* *Ioannis Monlucij* episcopi Valentini, Reformatio, restitutioq̄ Cleri Valentini, & Dyensis Lutetiæ Vascofanus anno 1558. Eiusdem oratione habita in comitijs ordinum regni Poloniæ, quæ hortatur vt ducē Andriū Regem eligant, &c. edita anno 1573. in quarto.

* *Ioannis Monseni* Amsterdamsis, obscurorum aliquot sacræ scripturæ locorum per alios eiusdem diuinæ scripturæ sententias clariores & culentissima interpretatio. Coloniae Ioannes Remundanus, anno 1540.

Ioannis Moesch, artium & sacræ theologiæ professoris, & prædicatoris in ecclesia maiori Basiliensi tractatulus compediōsus de horis canonicis dicendis, impressus est Basileæ in octavo per Ioannem de Besikein. & Augustæ, anno 1480.

Ioannes Montaigne iuris peritus, scripsit De di-
 amia, de Parliamentis, & eorum autoritate ac
 precedentia: cum additionibus Nicolai Boes-
 & similiter de magni consilij autoritate, &c.

Ioannis Montani medici Parisiensis prælectio-
 es doctissimæ in multos Galeni libros ab ipso
 ceptæ, apud Casparum Vuolfium Tigurinum
 nonnullos alios ipsius auditores seruantur.

Ioannes de Monte ferrato, scripsit super prag-
 matica sanctione, cum glossa & eius cõmentario;

Ioannes de Montemerlo, inter canonici vel ci-
 lis iuris scriptores citatur in Summa Angelis.
 Alij nominant de Monte murlo, doctorem
 nonum.

Ioannis de Monte, Iesuis, seu vita Iesu Christi
 romine, Lutetia, Nicolaus de la Barre.

Ioannes de Regio monte, natione Germanus,
 scripsit Kalendarium notuum, quo promuntur
 coniunctiones veræ atq; oppositiones lumina-
 rum, itemq; eclipses eorundem figuratæ, loca lu-
 minarium vera quotidie, horarum tam æquum
 alium quàm temporalium discrimina duplici in-
 strumento ad quasuis dubitationes, ac alia pluri-
 scitu iucundissima. Ephemerides quas vulgò
 canant Almanach, ad 32. annos futuros. Cõmen-
 taria magna in cosmographiâ Ptolemæi: vbi ex-
 onitur fabrica vsusq; instrumenti Meteorosco-
 j, quo Ptolemæus ipse vniuersos ferme nūm-
 scotius operis sui elicit. Præterea descriptio-
 m sphaeræ armillaris, vnâ cum tota habitabili
 plano. Cõmentariolum contra Iacobi Angeli
 orientini translatione ad arbitros mittendum.
 heonis Alexandrini defensionem in sex volumi-
 bus contra Georgiũ Trapezuntium. Cõmenta-
 olum, quo cõmonstrantur placita Campani ex-
 ictione elementorũ Geometricorũ rejicienda.
 quinq; corporibus æqui lateris, quæ vulgò re-
 laria nuncupantur, quæ videlicet eorũ locum
 pleant corporale, & quæ non: contra cõmen-
 torem Aristot. Auerroë. Cõmentaria in lib. Ar-
 imedis, eos qui Eutocij expositione carent. de
 ictionibus contra Archidiaconũ Parmen. de
 ictione domiciliorũ cœli, contra Campanũ
 Ioan. Gazulũ Ragulinũ. de motu octauæ
 haræ contra Thebit, suosq; sectatores. Proble-
 ata astronomica, ad Almagestum totum spe-
 antia. de cometæ magnitudine, remotioneq; a
 rra. de loco eius vero, &c. problemata Geome-
 ica omnimoda. Radij visorij multorum gene-
 m cum vsibus suis. De ponderibus & aquæ du-
 ibus cum figuracionibus instrumentorũ ad eas
 necessarios. De speculis vsuorij. in officina
 brili astrariũ in continuo tractatu est, opus pla-
 e pro miraculo spectandũ. Ioã. de Monte regio
 pera quedã exc. Norim. 1533. Canon in Epheme-
 des, Canones super Albione, astrõlabio, torque
 o, & quadrato geometrico. Cõmentarij in ali-
 uot Archimedis geometræ libros: videlicet de
 onalibus & spiraliibus, De lineis sphaeralibus,
 e quadratura parabolæ. De arenæ numero. Cõ-
 ostio tabularũ sinuũ: quibus adiectæ sunt Ta-
 ulæ sinuũ duplices, eiusdẽ authoris; Io. Petreius
 scu. Norimb. 1541. de triangulis omnimodis li.
 cũ alijs quibusdã similis argumenti libellis, No-
 imb. apud Io. Petreius 1533. Tabula primi mobis

lis, cum Canonibus siue problematibus suis, &
 expositionibus eorundẽ, impressã cum Tabulis
 eclipsũ Georgij Peurbachij. Disputationes con-
 tra Gerardi Cremonen, deliramenta in Planeta-
 rum theoricis ab illo scriptas, excu. Venetijs. Epi-
 tome in Cl. Ptolemæi magnã compositione, con-
 tinens propositiones & annotationes, quibus to-
 tum Almagestũ dilucida & breui doctrina ita de-
 claratur & exponitur, vt mediocri quocq; indole
 & eruditione præditi sine negotio intelligere
 possint: opus excu. Basil. apud Hen. Petri, 1543.
 cum præfatione Hieron. Gemusæi, qua totius A-
 stronomiæ laus continetur, & huius compendij
 authores cõmendantur. Tabulæ directionũ per
 Lucam Gauricũ castigatæ, cum plerisq; additi-
 onibus, ac nouis tabellis, & compendioso eiusdem
 Gaurici: opus excu. Venetijs apud Luc. Anton.
 Iuntam, anno 1524. Meteoroscopium, excusum
 Marburgi, 1537. cum alijs quibusdã. item Calen-
 darium ab anno 1475. vsq; ad annum 1513. excu-
 sum. Eiusdem libellus de cometæ, impress. Basil.
 apud Oporinum cum Ziegleri conceptionibus
 in Genesim. Claruit autem anno D. 1477.

Ioannes Montonius, scripsit promptuarium
 vtriusq; iuris duobus voluminib. ordine alphab.

Ioannis de Monte uilla, Angli, peregrinationũ
 in terram sanctã & aliarum experientiarũ lib. 5.
 in quibus multa videntur inesse fabulosa. Eius-
 dem libri 5. Experientiarum è Latina & Gallica
 lingua in Germanicã translati sunt ab Othone
 Demeringo Metensi Canonico: impressi Argen-
 torati à Ioanne Knoblocho 1507.

Ioannis Montholonij, Eduensis, Promptuariũ
 diuini iuris, & vtriusq; humani, Pontificij & Cæ-
 sarei, celebriores eiusdem diuini iuris & historias
 & sententias; humanis iuribus tum annotatas
 tum elucidatas, sub alphabetica serie cõplectens.
 Liber excusus Parisijs, venditur 50. solidis Gall.

Ioannis de Moratua ordinis prædicatorum ser-
 mones quadragesimales.

Ioannes Morisotus, medicus Dolanus, scripsisse
 se affirmat, in Catalogo Colloquij suis adiecto
 & edito, De vera literarũ & accentũ origine li.
 2. de octo partibus orationis lib. 1. dialecticam in
 tabulas digestam, Rhetoricam per tabulas, Ora-
 tiones duodecim, nempe in laudẽ trium lingua-
 rum vnã, Galli gallinacæ vnã, Vnionis vnã,
 R. Cardinalis Frantisci Turnonensis vnã. D.
 Dionysij ex Michaele Syngello vnã, Hippocrã-
 tis 1. suasorias ad Iesum nasciturum duas. Ex De-
 mosthene tres, nempe Philippicam primam, de
 pace, Olynthiacam primã, pro Demonaeste phi-
 losopho vnã. De Arithmetica lib. 4. epistolã
 rum lib. 3. Colloquiorum lib. 4. horarum succis-
 uarum lib. 10. Herculanę historiæ li. 17. de poeti-
 ca lib. 3. de Parechemate contra Cicer. calumnia-
 tores lib. paradoxa Ciceronis adnotata & Græce
 versã. Hippocratis Aphorismorũ genuinam le-
 ctionem, & fidẽm interpretationem, quam etiã
 adnotationibus illustrauit. Epitomen in libros
 Galeni de elementis. Librorum Galeni de tem-
 peramentis, ac libelli quoque de inæquali tempe-
 ric epitomen, Græce primũ, deinde Latine con-
 scriptam. De decubitu ex Mathematic. sententiã lib.
 quem incredibili labore recognouit, & mox La-
 t.

tinitate donauit. Commentaria Græca in Hippocratem de aere, aqua, locis, & de flatibus. De compendiosa medendi ratione li. 3. reconcinnatione problematum Aristotelis, & in eadem commentaria Græca. Dialogos quatuor Ionice descriptos. Prouerbia. Quo iudicio legendus sit Maro lib. 1. de cæcitate lib. 3. de diuitijs li. 2. de otio li. 1. de voluptate li. 2. de calumnia li. 1. de silèrio li. 1. de morte li. 1. de vera hominis Philosophia li. 3. carmine verò scripsit Ethologiã, Eclogas 10. Eclogas aucupatorias 6. Ortali ad Catullũ *καρπουβίαρ*. Apologiam Egnatij, Canidias. Ibin. Catminum libr. 7. nempe Natalia, Laudes, Sales, Infortunia, Vltionēs, Nēnias, Tumulos, Herculeidos li. 2. Odysseę primum. Hesiodi opera & dies. Didus tragœdiã. Epigrammatum Christianorum li. 5. de vita Diuui Antonij lib. 4. quod opus Antonia da inscripsit. Eius colloquiorum li. 4. Basileã excusi sunt apud Io. Oporinum, anno 1550. Interpretatio in aphorismos Hippocratis, & Annotationes in Cornelium Cellum, item Trium Galeni librorum de diebus decretorijs epitome: simul excusa sunt Basileã, apud Oporinum, anno 1547. Marci Tullij Ciceronis Paradoxa recognouit, & Græce vertit, additis annotationibus, quibus & recognitionis ratio exponitur, & loci aliquot difficiliores explicantur. Libellus Basileã ab eodem excusus, anno 1547. Claruit anno 1551.

Ioannis Moris, Neapolitani, secretarij apostolici, apologia mulierum carmine scripta, in viros probrosos, excusa in thermis Antonini, oppidi Badensis, per Renarum Beck, anno 1511.

Ioannis Mulini Saltzburgerensis scribendarum epistolarum compendiolum impressum Basileã ab Oporino.

Ioannes Multiuallis, scripsit continuationem Chronicorum Eusebij, post Matthæum & Matthiam Palmerios.

* Ioannes Multon, Carmelita, scripsit Latine sermones 90. per annũ lib. 1. Claruit 1400. Baleus. 40

Ioannes Muntz ex Plabeirn, scripsit prognostica à stellis sumpta, quę suo tempore præ alijs omnibus in pretio erant. Obijt anno 1503.

Ioannes de Muris, Anglus, vt fertur, bonarum literarum magister, vt homines iustitiam sequentur, prophetiam edidit libr. 1. De Arithmetica speculatione lib. 2. Ioannis de Muris, Arithmetica speculatione lib. 2. emendatos, & exemplis formisq; nouis declaratos: Iuo Schæffer excudit Moguntia, 1538. Eiusdem de Musica practica tractatus, in quem epitomen scripsit Prosdociamus Parauinus. 50

Ioannes Murmellius Ruremudensis scripsit multa, inter quæ, Isagoge in prædicamenta Aristotelis, impressa Colonia cum dialectica Cæsarij. Sententiã, seu versus sententiosi ex elegijs Tibulli, Catulli, Propertij, & Ouidij decerptæ, singulæ eũ breui inscriptione argumētũ, Georgius Rhau excudit Vuitemberrg, 1533. tabulę Grammatices, impressæ Parisijs apud Vuechelum, tabulæ in artibus componendorum versuum rudimenta, ibidẽ excusæ, & Argentinã apud Iacobum Lucudum, 1538. Tabularum opuscula tria in epitomen redacta, impressa Lugduni, 1542. Nucleus, Papa, Libellus de arte verificatoria, & alius de generibus

nominum: item Commentarij, siue ecphrasis simul & scholia in A. Persij Satyras. Singula seorsim exiuerunt Colonia, ex officina Gymnici. Hi commentarij in Persium antea quoq; ibidem apud Ceruicornum excusi fuerant, 1534. cum Hermannij Buschij epistola. Commentarij in libros quinque Seuerini Boetij de Consolatione philosophiã partim Ioan Murmellij, partim Rodolphi Agricola, excusi Colonia apud Ceruicornum, 1535. Claruit anno D. 1513. Cõmentarij duo in D. Hieronymi epistolam ad Niciam Aquileiẽsis ecclesiã hypodicoonũ. Einsdem. ex epistolis D. Hieronymi liber selectarũ epistolarũ. Colo. 1505.

Ioannis Muscopij, Metanastę epithalamium in nuptijs Simonis Rostij, & Margarethę Antonij Turleri filię, excusum Lipsiã, anno D. 1548.

* Ioannes Muslerus, scripsit super 1. Digesti veteris De actu hominum, l. ij. Cum igitur.

* Ioannis Mütij Arellij Mantuani, hymnus in Ioannem Baptistam, Elegiã & Epigramata cõm morantur à Gyraldo & Mutius poema, quod nõ perfecit, à suis ciuibus occisus cum intemperantius se gereret.

Ioannis Mouron, musici motteti, excusi Lugd.

Ioannes de Mylbach, natione Germanus, scripsit in epistolas Pauli lib. 13. sermones varios lib. 1 in laudibus S. Hieronymi lib. 1. quæstiones diuersas, & alia quædam.

Ioannes Mylis vtriusq; iuris doctor, scripsit Rectorium Canonici iuris lib. 1. Baleus.

Ioannes Myluerton, Anglus, ex Bristollesi Carmelita, cõnobio theologus, scripsit contra Reginaldum Pecock Sermones per annũ, Symbolum fidei, De paupertate Christi, librum 64 epistolarũ ad diuersos. & alia multa. Obijt Londini, anno 1486.

Ioannis Myrica paraphrasis in aphorif. Hippocratis, edenda Basileã.

* Ioannis Myrinçę Louaniẽs. De coniugio Christiano sei monũ lib. 3. carmine heroico. Eiusdem Epithalamiũ in nuptijs Georg. Guilh. Sicking. * Ioannis Nasci musici. Lamentationes Hieroniæ ad æquales, cum Passione, & Benedictu Venetijs, anno 1564.

* Ioannis Nafs seu Nafi Catechismus Catholicus Ingolstadij, anno 1567. in octauo. Eiusdem Centuriã mendaciorum insignium quæ ab Euangelicis scriptæ sunt. Ingolstadij, 1569. in 8. Eiusdem sex conciones prima de matrimonio. 11. de vita monastica. 111. de vitijs vtriusque vitæ, 111

explicatio orationis dominicæ. V. de discrimine veteris & nouæ fidei. VI. summa præcipuorum capitum fidei Christianæ. Ingolstadij. Eiusdem Cõciones duæ de fructibus & proprietatibus veteris & nouæ fidei & de præcipuis capitibus veteris Christianis. Concio initio noui anni habita in qua verus vsus orationis dominicę exponitur. Item alia in VIII. cap. Matth. de tēpestate à Christo excitato sedata. Conciones 12. de sacramentalis. Item 5. de temporaria & æterna morte. At tigratulatio contra Iacobi Andree gratulation quod cõcionatores ducatus Bauarici Lutheri facti sint. Centuria quarta Euangelicarum veritatum contra Ioannem Frid. Cælestini Patheon. Centuria quinta Euangelicarum verita in q

qua Lutheri vita describitur: contra Cyriacū
pangenbergium & Ioan. Matthesium. Singula
de Ingolstadij Germanice edita in octauo. Item
de vestimento nuptiali conciones 3. Conciones
ortholicae 65. in octauo. De Nasi asino, eiusque
ero titulo contra G. Nigrinum responsio, 1571.
Postilla minor à Paschate vsque ad Aduentum,
67. Ingolstadij octauo, Germanice. Sex con-
ciones familiares seu domesticę iam secundo edi-
te, 1571. Concio ex Matth. 8. De victoria mari-
ma cōtra Turcam, 1572. Postilla minor ab Ad-
uentu vsque ad Pascha, 1572.

Ioannes Neomagus. Vide Io. Nouiomagus.

Ioannes Nider, ordinis fratrum Prædicatorum,
ermanus, scripsit de contractibus mercatorum
or. 1. de lepra. morali lib. 1. de præceptis decalo-
lib. 1. de formicis moraliter li. 5. de consolatio-
e timoratae conscientia lib. 1. speculum perfe-
tionis lib. 1. sermones de tempore li. 1. sermones
de sanctis lib. 1. quadragesimale lib. 1. & alia com-
ura. libri de formicis impres. Argentinae apud
an. Schottū, anno 1516. Eiusdem præceptorū,
impres. olim Vlmæ in folio. Claruit anno 1430.

Ioannis Naucleri præpositi Tubingensis Chro-
nica, succinctim comprehendentiā res memora-
bles seculorum omnium, ac gentium, ab initiō
mundi vsque ad annum Christi nati, 1506. cum
uictuario Nicolai Baselij ab anno Domini 1501.
annum 1514. & Appendice noua cursim mē-
morante res interim gestas, ab anno 1515. vsque
annum post Christum natum 1544. rhapsodis
artim Conrado Tigemanno, partini Bartholo-
æo Laurente. opus excusum Coloniae apud Pe-
trum Quentel, 1544.

Ioannes de Neapoli, ordinis Prædicatorū, theo-
logiæ scriptor, citatur in Summa Angelica.

Ioannis Nenij Orthographiæ ratio scriptorum
auctoritate constans. Item Index completens
æcorū & Latinorum vocabulorum rectam
pronunciationem. Antuerpiæ 1572. Eiusdem
De humanæ stultitiæ triumpho.

Ioannes Nerutius, scripsit super Rub. secundi
secretal. de re iudicata. c. 1. Et super Rub. tertij
secret. c. Raynutius.

Ioannis Nelsij Florentini, oraculum de nouo
seculo.

S. Ioannis Nesteutæ quædam ex Canonico Græ-
ce extant Romæ in Vaticana bibliotheca.

Ioannes Neuzanus I. C. scripsit Syluā nuptia-
em, & Indicem scriptorum in viroq; iure, quem
uxit Lud. Gomeffius, & postremo Ioan. Fichar-
us. Idem scripsit additiones in Rolandinā Item
Consilia edita aliquoties, & nuper multis locis
astigata. Venetijs 1573. in folio.

Ioannis de Nibach sermones in festis sanctorū.

Ioannis Niceni liber contra Armenios de rebus
idei, Græce seruatur Romæ in bibliotheca Va-
ticana.

Ioannes Nicolaus Arelatanus, scripsit in 1. Co-
dicis de secundis nuptijs. De hæreticis & eo-
rum pœnis. Ambo hi libri excusi sunt Lug-
duni, 1536. Adnotationes in lib. Alciati de præ-
sumptionibus.

Ioannis Nicolai Delphinatis, De iure patrō-
nis.

* Ioannes Nicolaus Gimonteus I. C. scripsit
de beneficijs ecclesiasticis, & horum collatione,
pluralitate & dispensatione super iisdem & per-
mutatione, de gratijs & expectatiuis.

* Ioannis Nicolai Stupani, Rheti, Oratio de Cœ-
lij secundi Curionis vita atque obitu, Basileæ, an-
no Dom. 1570. in quarto. Eiusdem nouum Ga-
leni theatrum nondum editum. Ex Italico trans-
lata. Francisci Patricij dialogi X. de ratio-
ne scribendæ legendæque historiæ. Basileæ ex-
tus. apud Sixtum Henricpetri. Alexandri Pi-
colhominei, De sphaera libri 4. De cognoscen-
dis stellis fixis liber 1. De aquæ & terræ ma-
gnitudine liber 1. Theoricarum Planetarum
libri 2. Ibidem apud Petrum Pernam excus.
Pandulphi Collenutij historiæ Neapolitanæ li-
bri 5. Ibidem. Item Ioannis Petri Contareni
historia de bello nuper Venetijs à Selimo II.
Turcarum imperatore illato. Ibidem in quarto.
Floret nostra ætate docens in inclita Basiliensi
academia.

* Ioannis Nisæi tabulæ locorum communium
theologicorum Philip. Melanchtonis impressæ
ab Oporino in folio.

Ioannes abbas monasterij Niucellensis, scrip-
sit Bibliorum ac canonum concordantias lib. 1.
sermones de tempore libr. 1. sermones de sanctis
lib. 1. epistolas & quæstiones varias.

* Ioannes Noayelge doctor iuris, laudatur à Bru-
no in institutionibus de obligationibus quæ ex
debito nasc.

Ioannes Noblet, Carmelita, natione Gallus, scri-
psit super sententias lib. 4. in epistolas canoni-
cas lib. 7. centiloquium ænigmatum lib. 1. ser-
mones varios lib. 1. Et alia complura. In multos
præterea Bibliæ libros commentarios mirificos
& elegantissimos scripsisse dicitur.

Ioannes Nortmāntus, scripsit rerum gestarum
ab exordio mundi vsque ad sua tempora histo-
rias, nondum euulgatas.

* Ioannes de Northamptona, Anglus, Carmeli-
ta, mathematicus peritus, composuit annulum
philosophicum, eius artifex primus, quem ec-
clesiasticum rite voces, qui perpetui Almanac
(vt vocant) vicem suppleat, aliaque plura fecit.
Claruit anno Domini 1350. Hunc specioso tra-
ctatu elucidauit Richardus Maydeston, doctor
eiusdem professionis, fecitque canones in eun-
dem lib. 1.

Ioannes de Notro ordinis Minorū Siculus, theo-
logiæ scriptor, citatur in summa Angelica.

Ioannis de Nouadomo tractatus de confessio-
nibus chartis 2. Eiusdem zni fallor) de constitu-
tionibus humani corporis libellus excusum Cra-
couiæ apud Hieronymum Vietorem, anno Do-
mini 1524.

* Ioannis Nouillei Louisuilli liber, cui titulus,
Hora. Hac autem hora æger & irrequietus ani-
mus sanitati, paci, & quieti restituitur. Parisijs
Christianus Vuchelus impressit 1537.

Ioannes Nouiomagus, alias Neomagus, natiō
ne Germanus, scripsit scholia in Dialecticam Ge-
org. Trapezuntij; Fran. Gryphius excudit Parisijs,
anno 1537. Eiusdem Arithmetica, siue de nu-
meris lib. 2. excusi Parisijs apud Vuchelum, &

D. Cyrilli cum Hermia Dialogorum de Trinitate lib. 7. Eiusdem argumenta, Quod spiritus S. sit Deus. De adoratione & cultu in spiritu & veritate Dialogus, Contra Iulianum Apostatam pro religione Christiana lib. 10. De recta fide in Christum lib. 1. Sermo de eo, Quod Deus factus sit homo, Defensio Anathematismorum contra reprehensionem Theodoretii, ad Euoptium, apud Cratand. Gennadij Patriarchæ Constantiæ nopolitani Epistola de Simonia. Gregorij Nazianzeni sermo de moderandis disputationibus. De audibus Cypriani. De amandis pauperibus. De audibus Machabæorum, apud Sigismundum Grim. Augustæ, 1520. Gregorij Neocæsariensis Episcopi metaphrasis in Ecclesiastæ Solomonis. Item Canones. Augustæ apud Sigism. Grim. & Basileæ apud Henr. Petri. Gregorij Nissenii oratio de vita Moysis. Ioannis Damasceni sermo, Quam defunctis prosint viuentium bona opera. Nicephori Carthophylacis Epistola de ligandi & soluendi potestate Petri Archiepiscopi Alexandriani Canones penitenciales. Ex his opusculis copulata in Microbresbyrico seu orthodoxographis continetur. Thalassij Hecatontades quatuor. Augustæ, anno 1520. Theophylacti Episcopi Bulgaricæ in quatuor Evangelia Enarrationes. Basileæ apud Cratand. 1544. In Germanicam linguam convertit libellum Basilij contra usurarios, & de regula monachorum, & alia quædam. Scripsit etiam multa alia, quæ hinc inde ab amicis eius euulgata sunt. Annotationes eius in Iob & prophetas in vnum volumen redactæ, Geneuæ editæ sunt à Ioanne Crispino. Basileæ, anno Domini 1531. pie in Domino obdormiuit, paucis post Zuinglij obitum diebus.

Ioannes Oldenecastel, Anglus, armatæ militiæ eques auratus, regulus de Cobham, scripsit contra monachorum & sacerdotum Sodomiam lib. 1. Agricolaæ querimonias lib. 1. symbolum iugis fidei. Londini ob fidei confessionem ferreis catenis suspensus, vitam in igne finit, anni. 1418.

Ioannes Oldendorpius, natione Germanus, iuræconsultus, multa edidit hætenus, quæ impressa sunt pleraque Coloniae apud Gymnicum: vt sunt, Practica actionum forensium absolutissima, vnde de cognitio vniuersi iuris relucet, quid actor persequatur, quid reus excipere possit, secundum æquitatem, in classes nouem distincta, ob commodiorem usum. Gymnicus impressus Coloniae tribus Tomis distinctas, anno 1540. Variarum lectionum libri aliquot ad iuris ciuilis interpretationem, excusi Lugduni à Gryphio, 1541. & Coloniae apud Gymnicum, 1540. Sunt autem isti: Sædoge seu elementaria introductio iuris naturalis, gentium, & ciuilis, in aliquot titulos diuisa, diuinae tabulae decem præceptorum enarratio ciuilis, Expositio in leges 12. tabularum, composita iuxta reliquias quæ extant apud Ciceronem in tribus libris de Legibus. In legem secundam ff. de origine iuris. scholia Vdalrici Zassij, ad huius aliquot ab Ioane Oldendorpio. Actionum iuris ciuilis loci communes. ad usum forensium secundum æquissimas legislatorum sententias ac commodata. De formula libelli, per quem editur actio, ad lectis exemplis: siue, de formandis libellis. formula

inuestigandæ actionis, per quã vnusquisque ius suum in iudicio persequatur, cum deliberatione æqui & boni. De probationibus dictorum factorumque apud iudicem præstandis. annotatio de nominibus quorundam imperatorum & iuriconsultorum. De rebus lib. Vscapionum & præscriptionum temporaria ex iure ciuili. ad conseruandam omnium rerum opportunitatem. De iure singulari siue privilegio breuis enarratio, ad cognitionem legum cum primis necessaria. De sententia seu pronuntiatione iudicis, quam iuriconsulti ab effectu seu fine rem iudicatam vocant. De iure & æquitate forensis disputationis, secundum quam ciuilis disciplina, cum in scholis tum in iudicijs recte tractari potest: Gymnicus excudit Col. 1541 & 1573 in 16. Collatio iuris ciuilis & canonici, maximam adferens boni & æqui cognitionem. explicatio l. Diffamari C. De ingenu. manu. De exetutoribus item vltimarum voluntatum: libellus ibidem excusus, eodem tempore: & Parisijs apud Vuchel. De copia verborum & rerum in iure ciuili, non ex desultorijs commentariorum adserionibus, sed ex constantissimis iuriconsultorum sententijs, indices, secundum boni & æqui rationem concinnati, omnibus in reipub. functionem suscipientibus, cum in scholis, tum in foro deseruientes: opus excusum Coloniae apud Io. Gymn. 1542. Restauratio politiæ orbis Rom. liber ibidem excusus. index Digestorum, ibidem. Eiusdem Adseriones ex iure & æquitate de his rebus sine quibus neque iudicia recte constitui, neque publica tranquillitas retineri potest. Item confutatio erroris perniciosi quo petitur hæreditas ex beneficiarijs ditionibus publici iuris. Liber impressus Marpurgi apud Andream Colibium, anno D. 1553. octern. 12. & dimid. cum responso iuris Lodouici à Gozadinis. Antinomiarum de diuersis regulis iuris antiqui, noua Antinemiarum explicatio. Francof. 1568. Claruit Marpur. 1554.

* Ioannes Oldus in patrium sermonem vertit multa, præcipue in D. Paulum ad Eph. Philip. Col. Theff. Tim. Tit. Phil. & Hebr. Erasmi paraphrases lib. 10. In epistolas canonicas lib. 7. Homilias de Antichristo Gualtheri lib. 1. De verâ obedientia Gardineri lib. 1. Compositit etiam confessionem antiquæ fidei lib. 1. Viuit nunc. Baleis.

Ioannes Olney, Anglus, monachus Carthusiensis, scripsit de miraculis diuæ Mariæ lib. 5. & Meditationes solitarias. Vixit anno 1350.

* Ioannes de S. Omero ex Nordouolgiæ comitatu oriundus, monachus, scripsit Norfolkianæ descriptionis impugnationem lib. 1. Claruit circiter annum Domini 1216. Baleis.

Ioannes Opizo, scripsit super 1. ff. veteris, nondum impressus.

Ioannes Oporinus Basiliensis, natione Germanus, ex Latinæ Græcæque linguæ professore temporum iniuria factus typographus, intra paucos annos aut excudit ipse plurimos, optimos & rarissimos libros, aut excudi per alios curauit, idque quam castigatissime. Scholia scripsit in priora aliquot capita C. Iulij Solini Polyhistoris, excusa cum Solino & Pomponio Mela Basileæ apud Robertum Vuinter. Scholia in libros Tusculanas questionum Ciceronis, anno 1544. impressa ab ipso authore, Iuuenis collegerat in omni

nes Demosthenis orationes, ex diuersis docto-
rum lucubrationibus annotata quædam, quæ ali-
qua saltem ex parte, videlicet ad orationem vsq;
de falso testimonio in Aphobum, excusa sunt cū
Demosthene apud Heruagium Basileæ: reliqua
apud ipsum adhuc manuscripta seruatur (quem-
admodum & priorum nominum ex diuersis
opt. quorumq; authorum scriptis Onomasti-
con, magno studio annis iam aliquot ab eo col-
lectum) per occasionem in publicum edēda. Co-
legit quoq; eodem instituto, in Laurentij Vallæ
elegantiarum libros, diuersorum doctorum cen-
suras, iustæ magnitudinis libellum: item annota-
tiones & Cōmentaria diuersorum in omnia M.
T. Ciceronis opera, seorsim tamen excusis pri-
mum ijs quæ ad Orationes, dein quæ ad Rhetor-
icos libros, post in Philosophicos, & Epistolas
tam Familiars quàm ad Atticum & Q. Fratrem
attinebant: quæ quidem & in Italia, Galliaq; &
Basileæ semel atq; iterum sunt excusa. Eandem
operam in Plinij quoq; Nat. historia, & quibus-
dam alijs classicis scriptoribus inchoatam, breui
(si Deus volet) & absoluet, & publico studioso-
rum vsui communicabit. Quin & Bucolicorum
Latinorum authores, quotquot à Vergilij ætate
ad nostra vsq; tempora eo poematis genere sunt
vsi, collegit: quorum tomū primum iam pridem
edidit, breui daturus & alterum, id quod & in re-
centioribus Comicis & Tragicis, tam sacris quàm
profanis, itēq; Satyrographis, & in vniuersum
poetis omnibus vno aliquādo volumine coniun-
gendis, sedulo curat. Plutarchi vitarū epitomen,
prius à Dario Tiberto equite Cæsate conscrip-
tam, ita ab innumeris quibus scatebat mendis
repurgauit, vt facilius ei fuerit de integro eam
ex Plutarcho colligere: id quod ei in Pausaniæ
Atticis & Corinthiacis à Domitio Calderino o-
lim conuersis, in Arriano de rebus gestis Alexan-
dri Magni à B. Facio Latinitate donato, Themis-
tio ab Hermo. Tucidide & Herodoto à L. Val-
la Latine versis, & à se recognitis accidit. Annot-
ationes ipsius in Tusculanas Cic. quæstiones,
vnā cum alijs excusæ sunt, mutato tamen nomi-
ne, è Græcis conuertit quædā ex Theocriti Scho-
liaste, in Xenophonte à Birkeimero inchoata
suppleuit. Hesiodi quæ extant opera ad verbum
expressit, adiectis etiam Annotationibus, quas
tamen nondum in publicum emisit: quemadmo-
dum & quas in totam Homeri Iliada ex Eusta-
thio & alijs Græcorū Latinorumq; scholijs, item
quas in Melam, & poetas aliquot Latinos à se iu-
uene prælectos collegit, necdum sub limam reuo-
cauit. Aristotelis opera primus omnium, vt quæ
quidem Græce extabant, Latine etiam coniungi
atq; legi à pluribus possēt, partim sua ipsius, par-
tim aliorum ad hoc ope vsus, curauit: collecto et-
iam locuplete tam Græci quàm Latini exēpla-
ris rerum & verborū memorabilium Indice: quā
operam prius etiam in Platone Græco, & Pollu-
ce, & Cælij Rhodigini antiquis lectionibus, &
Hermolai in Plinium castigationibus, ac pluri-
bus alijs Basileæ editis præstiterat: nec cessat
etiamnum præstare in optimos quosque libros,
ipsius fidei atq; industriæ cōmissos. Obijt 1568.
* Ioannes Oricellarius Florentinus, poeta He-

truscus, scripsit tragædiam Rosmundam ad imi-
tationem Hecubæ Euripidis. Primus hic in tra-
gædijs choros inuexit rhythmis solutis. Gyral-
dus.

* Ioannis Ornei medicina animæ, libellus con-
solatorius ad omnes fere tentationes & afflictio-
nes quæ Christiano homini accidunt. Franco-
furti anno 1571. in folio. Germanice.

* Ioannes Quinhelus Oxoniensis theologus, ex-
arauit Exempla scripturarum li. 1. Sermones per
annum lib. 1. Distinctiones rerum variarum lib.
6. Obijt anno 1438. Baleus.

Ioannes Oxenforde, Britānus, scripsit auream
historiam Pro rege Henrico II. contra Beckenū
lib. 1. orationes ac epistolas ad diuersos doctissi-
mas. Claruit anno 1174.

* Ioannes Oxrach, Anglus, magister Oxoniens-
is, scripsit in posteriora Aristotelis, lib. 2. Rame-
siæ bibliotheca.

20 * Ioannis Paduani Veronensis, opus de compo-
sitione & vsu multiformium horologiorum so-
larium pro diuersis mundi regionibus, idque v-
bique locorum tam in superficie plana horizon-
tali, quàm murali quorsumcumque exposita
sit pertractans. Venetijs anno D. 1570. in quarto.
Idem hæc quoque opuscula breui edenda postice-
tur. De supputandis tabulis pro formadis horo-
logijs inquantis superficie licet pendula sit & de-
cliuis. De Geometria. Horoscopium planum ad
omnes operationes Astronomicas toto terrarū
orbe inferuiens. Physionomiæ tabulas, & quæ-
dam alia. Eius Viridarium excusum est Venetijs
anno D. 1563. in quarto.

* Ioannes Pagliarenis I. C. præceptor Baldi.

Ioannis Palæologi epistola Græca ad Alexan-
driæ patriam: cham, extat in Italia.

* Ioannes Paleonydorus, seu de Aqua veteri, pa-
tria Hollandus, professione Carmelita, scripsit
ad suorum instantias, fasciculum triperitum
sui ordinis lib. 3. Manuale eiusdem lib. 1. In Boe-
tium de Consolatione lib. 5. Dialogum inter
Carmelitam & Carthusianum lib. 1. Epistolas
familiares lib. 1. De puritate conceptionis Ma-
riæ lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Ser-
mones de sanctis lib. 1. Quadragesimale quo-
quel lib. 1. Propugnaculum Carmelitarum lib.
1. Vitæ sanctorum sui ordinis lib. 1. Contra
Vuigandum pro Tritemio lib. 1. Collationes
feriales lib. 1. Prima duo opera Moguntie sunt
impressa. Et alia præterea scripsit. Obijt fe-
tur 74. annorum senex, anno Domini 1507.
Tritemius.

Ioannes de Palomar, Barchinonensis ecclesiæ
archidiaconus, edidit ad Ioannem abbatem mo-
nasterij Scotorum ordinis diui Benedicti Vuic-
nensis, de abstinentia carniū lib. 1. sermones &
quæstiones. Vixit anno 1420.

* Ioannes Palmer, Anglus natione, vtriusque iu-
ris peritus, scripsit contra articulos Bohemorum
lib. 1. Claruit anno 1433. Baleus.

Ioannes Palsgrau Londinensis, scripsit de il-
lustratione Gallicæ linguæ lib. 3. Annotationes
verborum ac participiorum lib. 2. Claruit 1530.

Ioannes de Palcz, ordinis prædicatorum, libri
2. sermonū qui inscribuntur Cæli fodina. Alter
ad Hecubam

ad Hermnanū Coloniēsem archiepiscopum, Latinus, alter ad Ioannem & Fridericum Saxoniae electores, Vulgaris. Martinus Lansberg Lipsiae excudit, anno 1516. Fuit hic autor aliquando in Sinebergo oppido; quod Montē niuis appellat, & eius metalli occasione ad scribendū inductus est.

Ioannes Papa Anglicus, qui eius nominis à Sauallico septimus, à Platina vero & Bocatio octavus numeratur, mulier doctissima, sub habitu virili, in scriptis reliquit perhibetur de Nigromantia librum, teste Ioan. Baleo. Claruit Romae in Pontificatu Maximo, anno 855.

Ioannis nomen aliquot habuere Pontifices, quorum decreta Coloniae excusa sunt, cum caeteris Pontificijs.

Ioannes Papa quartus, Severini successor, scripsit ad Anglos pro pascha celebrando, & contra elagianam haeresim, quae apud eos tunc reuiuerebat lib. 1. Claruit anno Domini 639. Beda de temporum ratione.

Ioannis Papae Romani epistola ad Photium patriarcham Constantinopolitanum, Graece manuscr. in bibliotheca Regia.

Ioannis vicesimi secundi constitutiones & exauiantes quaedam, cum Decretalibus impress.

Ioannis Papae XXIII. per Constantiense concilium in vinculis Manhemij detenti, querela carmine scripta, de varietate fortunae.

Ioannes Papa vicesimus, vide in Petro Hispano.

Ioannis Paponis Crozelij, Forensis prouinciae iudicis in Borbonias consuetudines commentaria. Lugduni Io. Torneusius, 1550. & 1568. in folio.

Ioannis Parceualij, professionis Carthusiensis, impendium diuini amoris, excusum Parisijs ad Vuchelum. Claruit anno 1450.

Ioannis à Parisijs Chirurghi, Chirurgia noua, vide ne forte sit Ioannis Tagautij.

Ioannes Parisiensis, Dominicanus, natione Gallicus, scripsit de Antichristo & eius temporibus lib. Commentarios sententiarum lib. 4. De verbo napanato ad Guidonem lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1310. Hic posuit remanere panem in tario post consecrationem, vt habet Ioannes Banthorpius in 4. sententiarum, distinctione 8. tract. 5. Ioannes Baleus.

Ioannes Parkins Anglus, in iure positio humano eruditus, adiuuenum informationem in facultate necessariam contexit explanationem XI. capitum. Io. Baleus.

Ioannes Parkhurstus V. doctissimus, epigrammata ultima adiecit ad calcē Distichorum Ioanis Scheuei in nouum Testamentum quae auxit & emendauit: congeffit quoque Ludicra seu Epigrammata iuuenilia lib. 1. Floret hoc tempore, anno 1573. ordouici episcopus.

Ioannes de Parma, ex Bononiae finibus oriundus, ordinis fratrum Minorum minister generalis, scripsit super sententias lib. 4. de conuersatione religiosorum lib. 2. Vixit anno Domini 1260.

Ioannes Paruus, scripsit assertiones quasdam, contra quas scripsit sermonem Ioannes Gerson. Claruit autem anno Domini 1426.

Ioannes Paschal, Anglus, ex Sudouolcarum nationis familia, professione Carmelita, scripsit Homilias 67. de tempore, homilias 80. de sanctis, de

Christi passione lib. 1. Conciones annuas, lectiones scripturarum, & disputationes complures. Obijt apud Landauenfes, anno 1361.

Ioannis Paseti musici, madrigali excusi.

* Ioannis à Pastura explicatio Psalterij Davidici. Louanij, 1560. in 8.

Ioannis Decani & canonici Patuuiensis in Germania epistolae duae, an statui & dignitati Ecclesiasticorum magis cōducatur, admittere Synodum nationalem, piam & liberam, quam decernere bello: impressae in Germania 1540. Videtur idem esse cum Roberto à Moshaim, cuius etiam huius argumenti quaedam sunt edita, & extant inter Miscellaneas epistolas ad Fridericum Nauensem Episcopum Viennensem, huiusmodi quaedam autoris huius.

Ioannes de S. Paulo, natione Gallus, scripsit de morbis particularibus lib. 1. de simplicibus lib. 1. & alia quaedam. * Item Breuiarium manuscriptum in bibliotheca Ioan. Dryandri medici. Eiusdem Medicina practica. Quidam nō Gallum sed Salernitanum vocant.

* Ioannis Pauli Lancelotti Institutionum Iuris Canonici li. 4. vna cum interpretationibus quas Glossas vocant. Venerijs 1570. quarto. Item Lugduni apud Rouilliū, 1571. Idem libri ab illustribus viris in aula Romana recogniti, & Canonum, Decretorum, ac Legum indicio & annotationibus opera Hieronymi Eleni I. C. illustrati, impressi sunt Antuerpiae à Plantino, in octauo.

* Ioannis Pauli Pernumia Patuuii, philosophia naturalis ordine definitiuo tradita, Patuuij apud Simonem Calignanum, in folio.

Ioannes Peckam, Anglus, Franciscanorum instituti monachus, scripsit commentarios sententiarum lib. 4. Aduersus incipientem lib. 1. in Cantica canticorum li. 1. Collectaneorum Biblicorum lib. 5. Apologiam. Statuta synodalia. Perspectiuam communem. De officio Trinitatis lib. 1. scripturarum locos cōmunes. de perfectione Evangelica lib. 1. de corpore Christi lib. 1. Et alia multa. Obijt Cantuariæ anno 1192. Videtur idem esse cum proxime sequente.

Ioannes Pechani Cantuariensis ecclesiae archiepiscopus, Collectaneum bibliorum, quinque libris sententias diuinæ scripturae ad certos titulos seu locos communes redigens, Melchior Nouesianus excudit Coloniae, anno 1541. Collectarium sententiarum Bibliorum Parisijs, 1514. Io. Frellon.

Ioannes Pediasimus. Vide Io. Chartophylax.

Ioannis Pedionei Rheti, Epicedium in Simonem Gryngem, vna cum epitaphijs quibusdam; Rob. Vuinter excudit Basileae, 1541. Extrat eiusdem carmen de bello Germanico, Ingolstadij, nisi fallor, excusum, 1549. Eiusdem hymnorum librum & odas 7. item orationem de Ciceronis & eloquentiae laudibus, Ingolstadij excudit Alexander Vuiffenhorn, anno Domini 1550. Item de claris oratoribus lib. 2. & elegiae duae ab eodem excusae sunt, anno Domini 1548.

Ioannis Pedij Tethingeri ludimagistri Friburgensis, Clasmata declinationum, item de praeteritis & supinis verborum, &c. Liber impressus Friburgi, 1543. in 8. chartis 6.

Ioannis Pellisonis Condriensis rudimenta prima Latina Grammatices, excusa Lugduni apud Sebast. Gryphium, 1531. & Luretiæ apud Rob. Stephanum, qui & reliqua Pellisonis impressit. Modus examinandæ cõstructionis in oratione, apud eosdem impressus. Despauterianæ grãmatices epitome, apud eosdem impressa. Idem opus inscribitur alijs, contextus vniuersæ Grammatices Despauterianæ, à Ioan. Pellisone autore recognitus & auctus. Oratio in laudem Cardinalis Turnonij, excusa apud Gryphium, 1534. Claruit anno Domini 1529.

* Ioannis Pellers examen chirurgorum.

* Ioannes Peña, Monsterijs prouinciæ Narbonensis non procul Aquis Sextijs oriundus, annos natus 27. Mathematicas artes Lutetiæ professus est regis auctoramento, Euclidis Opticis à se cõtineris de Græco, ac multis demonstrationibus locupletatis, præfixit Encomium Optices, in quo iucundissimæ disceptationes & in primis arduæ, de epicyclis, eccentricis, absidibus, apogijs & perigeis orbium & syderum, de quiete terræ & motu, omniumque parallaxeos, ex artis principijs excogitatis nouis argumētis expediuntur. Caroptica necnon Musica iam octingentos annos amissa neque dum Latina facta, innumeris mendosa, lacera, luxataque locis, luculentissimis adiectis demonstrationibus pristino nitore restituit. Sphærica Theodosij Laio donauit. Eius meditationes in Heronis mechanica, & lubricationes ad 15. libros Geometricos Euclidis, in eisdem methodus noua nondum lucem viderunt, morte præreptus, 1559. Cætera Vuchelus impressit in quarto.

Ioannis Peregrini Petroselani conuualium sermonum liber, iocis ac salibus non impudicis, neque lasciuis refertus: quibus admixtæ sunt nonnunquam iucundæ & veræ narrationes, eaq; omnia ex varijs cum veterum tum recetium monumentis decerpta. Impressus Basileæ apud Vuesthemerũ, 1542. vnâ cum Fortianis quæstionibus, in quibus varia Italorum ingenia explicantur, &c. Claruit anno 1541.

Ioannes Perentius Burenensis, natione Germanus, scripsit elegias de aliquot parabolis noui Testamenti, quæ excusæ sunt Vuitenbergæ.

Ioannes Perellus, natione Gallus, Theodori Gazæ librum de mensibus Atticis Latinum fecit, cui adiunxit explicationem de ratione Lunæ & epactarum, secundum Gazam, cum tabula perfecti ambitus annorum intercalarium, vel anni intercalaris Attici. Rober. Vuinter excudit Basileæ, anno 1536. adiecto etiam Græco Theodori libello. Claruit anno Domini 1535.

* Ioannis de Perusio Descriptio terræ sanctæ, cum tabula alphabetica omnium locorum. Extat manuscripta in biblioth. Grataroli. Fuit monachus & in illis locis vixit.

Ioannes Pesselius Tylanus. Vide in Ioan. Piscatorio.

* Ioannis Petrei Admonitio ne fides habeatur clamoribus Flaccianorum damnantium Misnicas ecclesias, sed vt ipsorum contentiones & rixæ caueantur. Vuitebergæ. Germanice 1571. Explicatio Psalmi 91. Lipsiæ Germanice.

Ioannes Petrucius Perusinus I. C.

Ioannis Petri Arluni commentatio, Vinumne mixtum an meracum obnoxijis iuncturarum doloribus magis conueniat, edita.

Ioannes Petrus Brachus Placentinus traduxit duas Demosthenis orationes, & Luciani dialogos quosdam. Præterea quædam scripsit carmine, & quædam ad ius civile pertinentia.

* Ioannis Petri Contareni, historia de bello nuper Venetijs à Selimo II. Turcarum imperatore illato, Italice primum scripta & edita, & postea in Latinum sermonem conuersa à Ioanne Nicolao Stupano. Eiusdem Europæ totius, partis Asiæ, ac littorum Africa descriptionio.

* Ioannis Petri Crassi episcopi Viterbiensis, Epistolæ duæ impressæ in volumine epistolarum clarorum virorum.

Ioannis Petri de Ferrarijs, de Papiæ, iuris vtriusque practica, impressa Lugduni apud Stephanũ Gueynard, anno 1515. Eadem practica illustrata additionibus Francisci de Curte: additis etiam rerum summis à Ioanne Riccio Veneto, Francofurti impressa est 1570.

Ioannis Petri Merendæ, Brixiani, de euacuatione liber impressus. Eiusdem de ratione victus in morbis commentarium. Ioan. Oporinus sul prælo habet.

Ioannis Petri Pascutij Bodiani artis metricæ tractatus. Eiusdem de componenda epistola tractatus cum capite vno de punctis & alio de accentibus. Eiusdem de stili imitatione tractatus omnia hæc Romæ excusa sunt, anno Dom. 1517 in 4. Et Venetijs apud Augustinum Mediolanensem, 1544. addito tractatu, De dignitate, cœpia, pedibus in oratione seruandis.

* Ioannes Petrus Pheretus Rauennas, episcopus Mylensis, multa iuuenis soluta oratione & carmine varij generis perscripsit.

Ioannes Petrus Valla, Georgij Vallæ Placentini filius, præfatus est in opus patris de Expectandis & fugiendis rebus. Succidanea medicamina vulgo adscripta Galeno, Latina fecit, quæ impressa habentur ex eius interpretatione. commentarios scripsit in Comœdias Plauti, vt à patre interpretante didicerat: impressos Venetijs, 1521. et Bernardi Saraceni quoque commentarijs, & Bononien. obseruationibus.

* Ioannis Petri Zuengel liber formularum Germanicæ 1568. Francofurti in folio.

50 Ioannes Petian, scripsit de Perspectiua, liber impressus.

Ioannis Pezibram Boemi tractatus de septem sacramentis & cæremonijs ecclesiæ, excusus cum historia Boemica Ioannis Cochlei. Eiusdem liber de articulis Vuiclephi, & de fidei professionibus, & alia quædam eiusdem argumenti allegantur Cochleæ in historia Hussij.

Ioannes Pheffinger, Lipsiensis ecclesiæ pastor scripsit de gradibus & vocatione ministrorum in ecclesia Dei, conclusiones ad disputandũ propositas, & excusas Lipsiæ, anno 1550. apud Martinum Papam. Item de capite V. Matthæi conclusiones, eum confessione doctrinæ & fidei: liber ab eodem excusus, eodem anno. Idem editum librum Germanicum de adiphoris, item alios con-

Danbauer. in
Idea B. In leg. p. 33. f. 44.

contra dolos & fraudes quibus diuinam veritatem quidam labefactare conantur. Præterea liberum consolationum desumptarum ex verbo Dei. Item concionem in funere Iusti Menij habitam. Vuitebergæ 1569.

Ioannis Pfefferkorn, baptizati Iudæi, Speculû dhortationis Iudaicæ ad Christum, impressum Colonia. Fuit inter aduersarios optimi viri Ioan. Reuchlini.

Ioannes Pfeffer de Vuidenberg, natione Francus orientalis, scripsit opus insigne super epistolas Pauli, quod publice lectum vocauit *Directorium* sacerdotale lib. 13. & alia complura. Vixit anno 1490.

Ioannes Phernandus, natione Germanus, scripsit de S. Ioanne Baptista lib. 1. orationes multas & varias lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. carmina & epigrammata plura. Item horas sanctæ crucis, & compassionis S. Mariæ virginis eleganter carmine, quæ Parisijs impressa circumferuntur. Vixit 1494.

Ioannes Philadelphius Lydus, scripsit de mensuris lib. 1. & alium de signis tempestatû, & mathematica nonnulla ad Gabrielum quendam hyarchum. Suida.

Ioannis Philippi Ingrassiæ Siculi, Rachelbusensis, De tumoribus præter naturam tomus prius, ex Græcis & Arabibus. Impressus Neapoli 1553. Promittuntur etiam sex alij tomi. Eiusdè, Quæstio de purgatione per medicamentum, atque iter etiam de sanguinis missione, an sexta mori die fieri possint, &c. Eiusdè Enarratio & curio casus Illustrissimi ducis Terræ nouæ: è quo tum penetrantis in thorace vulneris, tum fistulæ curandæ methodus elucescit: cum nonnullis alijs quæstionibus, de victus ratione in morbis, & de veterinaria medicina. Venetijs, 1568. in quarto. Iatrologia eiusdè ibidem apud Gryhium in 16.

Ioannes Philippus de Lignamine Messanensis Siculus, scripsit ad Sixtum Papam 1111. De vnoquoque cibo & potu, vtili homini, & nociuo & eorum primis qualitatibus.

Ioannis Philonij Dugonis Christianarum institutionum lib. 4. in quibus ad mores Christiani & homine Christiano dignos, pacemque & vnitatem ecclesiæ eleganter, erudite, modeste euocantur summi & infimi. Alexander Vuiffenhorn exaudit Augustæ Vindelicorum 1538. Vide in Ioanne Dugone Philonio.

Ioannes Phreas Britannus, vertit Synefium de aluitio. Impressa est hæc versio Basileæ apud Io. Frobenium, cum Moria Erasmi.

Ioannes Picardus, citatur in Chryso passo Ioan. Eccij.

Ioannis Picardi Confitendi formula excusa Parisijs à Petro Vidoueo, anno Domini 1544.

Ioannis Picardi Touteriani De prisca Celtobædia libri quinque, quibus admiranda priscom Gallorum doctrina & eruditio ostenditur. Matthæus David Parisijs, 1556.

Ioannes Pictauiensis antistes, natione Anglus, scripsit inuectiuas in Thomam Beckerum, & de defensionem Henrici 2. Anglorum regis. Claruit anno 1181.

Ioannes Picus, comes Mirandulanus, &c. scripsit multa, ex quibus extant: Heptaplus super principium Genesis, item, Nongentæ conclusiones philosophicæ. Apologia, item super Psalmos lib. 1. & alia. Eius opera impressa Argentina, anno 1504. sunt hæc: Heptaplus de opere sex dierum Geneseos, septemplici varia enarratione compositus, & in totidem capita distinctus. deprecatoria ad Deum elegiaco carmine. Apologia tredecim quæstionû, quæ inter 900. conclusiones eius continentur. Tractatus de ente & vno. Oratio de hominis dignitate, epistolæ plures. Disputationû aduersus astrologos lib. 12. Conclusiones nongentæ in omni genere scientiarum, quas olim Ioannes Picus iuuenili ardore impulsus Romæ disputandas proposuit, quarû quingentæ sunt in philosophia veterum, Mathematica, Cabala, Magia. Hæc seorsim (cum Panepistemone Politiani) excusæ sunt Norimbergæ apud Ioannem Petreiu, 1532. Opusculum de homine. De Christi regno & vanitate huius mundi. commentaria in Psalmum 15. De phantasia liber. Loci Christianam vitam breuiter complectentes. Horum aliquos impressit etiam Hen. Petri Basileæ, 1537. Claruit anno 1494. Opera eius impressa sunt Basileæ in officina Henrici petrini, 1573. in folio.

Ioannes Picus Cabalistarum selectiora obscurioraque dogmata, ex eorum commutationibus excerptis: quæ deinde Archægelus Burgonouentis luculentissimis interpretationibus illustrauit. Venetijs, 1569. octauo.

Ioannes Picus in senatu Parisiensi classium inquisitoriarum præses, Macarij Aegyptij Homilias quinquaginta è Græco in Latinam linguam trãstulit. Parisijs, 1559. in octauo. Item Beati Hippolyti episcopi & martyris orationem, de Consummatione mudi, ac de Antichristo, & secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi. Ibidem 1557. Item B. Theodoretii episcopi Cyrensis librum de quæstionibus selectis ambiguis sacre scripturæ. Marci eremitæ opuscula. Parisijs, 1563. in 8.

Ioannes Pierius Valerianus, Vergilium collatis varijs codicibus emendauit, cuius castigatio nes cum ipso Vergilio excusæ sunt Parisijs apud Rober. Stephanum, 1532. & Basileæ apud Bryalium, 1545. Eius poemata aliquot, impressa Basileæ apud Rob. Vuinter, 1538. sunt autem hæc: De studiorum conditione sermo. Epigrammatum lib. 1. Odarum alter, carpionis piscis lacui Verbanopeccularis fabula. Leucippi fabula. Protefilai ad Laodamiam epistola. Vitæ suæ calamitas. in Fran. Gritei obitum nænia. Præter hæc, audio Romæ nuper exiuisse libellum huius autoris, Ioan. has inscriptum. Ioannes Pierij pro sacerdotum barbibus defensio, excusa est Romæ apud Caluum, anno Domini 1531. F. Minutius Caluus in præfatione mentionem facit castigationum illius in Pandectas, Commentariorum de sacris Aegyptiorum literis, Elegiarum Hymnorum. Pierij Valeriani Amorum lib. 5. Appendix ex præludijs castigatio, Amicitia Romana, Carpionis fabula, Protefilai Laodamiae respons. Leucippi fabula. Impressa sunt hæc Venetijs à Gabriele Giolito, anno Domini 1549. in 8. chart. 15. Idem scripsit De fulminum

significationibus declamationem; quæ perperâ ante adnotata fuit, de fluuiorum significatione. De facione Croci. De Scarabeo commentarium. Hieroglyphica siue de sacris Aegyptiorum literis, commentariorum lib. 58. in quibus præter Aegyptiaca & alia pleraq; mystica, variæ historiæ, numismata veteresque inscriptiones explicantur, loci communes plurimi, & locutiones sacrarum literarum exponuntur. Basileæ in officina Lingrinij, 1556. in folio.

* *Ioannes Pinicierus* Vueteranus, scripsit librum piuum & eruditum de cœna Domini, editum Basileæ, in octauo.

Ioannis Piniciani Promptuarium vocabulorû, denuo recognitum, ædium partium, locorum, artificiorû, instrumentorum, multarum denique rerum nomina complectens. Addita est in calce adiectiuorum nominum & uerborum varia significatio. Sylluanus Otmar excudit Augustæ Vindellicorum, 1524. Extrat etiam eius breuis institutio de octo partibus orationis, cum Germanica interpretatione vocabulorum, item ad recte beneq; viuendum præcepta. quotidiani colloquij sylua, ordine alphabeti, cum Germanica interpretatione. Tabula puerorum. Dialogi duo adiecti, Virtus & vitium, discipulus & Magister. Sylluanus Otmar excudit Augustæ Vindellicorum 1522.

Ioannis Pini Tholosani epistola & epigrammata quædam in fine operum Antonij Codri leguntur, de laudibus ipsius Codri. Eiusdem libellus de vita Philippi Beroaldi Bononiæ excusus à Benedicto Hectoreo, anno Domini 1505.

Ioannes Pirrhus Anglebertus, scripsit super tribus libris Codicis. in 2. ff. vet. de actio. empt. l. si iactum retis. item, Si certum petatur. l. lectu super consuetudines Aurelianenses. de donatione mutua inter virum & uxorem. De regulis iuris. De sui iure & exiraneitate.

Ioannis Pisani Cameracensis liber de Optica, qui Perspectiua communis nominatur, emendatus à Georgio Hartmanno, excusus est Norimbergæ à Petreio, anno Domini 1542. in quarto.

Ioannis Piscatoris Neapolitani libellus arithmeticus, impressus Vuitenbergæ & Lipsiæ.

Ioannis Piscatorij Lithopolitani epitome omnium operum D. Aurelij Augustini, excusa Augustæ Vindellicorum apud Henr. Steiner, anno 1537. Eadem epitome recognita & aucta est per Ioan. Pesselium Tylanum, cuius etiam opera recens accessit ex eodem Augustino collectus de septem Sacramentis Tomus quartus. impressus Coloniae 1539. Idem libellum ex D. Augustino collegit, in quo probatur rationibus autoritatibus atque argumentis, ex immaculata semper virgine Maria, Christum, secundum veritatem carnis suæ, veram humanam assumpsisse creaturam: Simul etiam excutiuntur loci qui secus ac diuersum sonare videntur. Libellus excusus est Augustæ ab Henr. Steiner, anno 1544. in 8. chartis 3. Claruit anno 1554.

* *Ioannis Pistorij* de vera curandæ pestis ratione liber vnus. Francofurti per Hieronymum Feitabent, 1568. in octauo.

Ioannis Pistorij à Vuorden, primi exusti apud

Hollandos ob euangelium, vita & disputationes cum inquisitoribus hæreticæ prauitatis habitæ, potissimum super coniugio sacerdotali & hominum decretis, per Gul. Gnapheum. Item oratio apologetica pro captiuo Vuordenate de indico sacerdotibus cœlibatu. Excusa sunt Argentinae.

Ioannis Pistoris abbatis cuiusdam dialogus de fato & fortuna, cui nomen Paracletus.

Ioannis Pithsani Cantuariensis archiepiscopi liber De oculo morali, distinctus in 15. capita. Forasan idem cum Ioanne Pethsan.

* *Ioannes Placentinus*, Germanus natione, scripsit Catalogum episcoporum Tungensium lib. 1. Iacobus Meier.

Ioannes Placotomus scripsit commentaria in libellum Eobani Hessi de tuenda bona valetudine. Excusa Francofordiæ apud Egenolphum. * Eiusdem liber de Cereuisia, & propositiones de ebrietate & de causa continente, editæ cum commentarijs in Eobani librum de tuenda bona valetudine. Ratio docendi iuuentutem à primo institutionis anno, vsque dum in Academijs transmitti commode possit. Tradit autem gradus præceptorum, exemplorum & exercitiorum per quos pueri rectissime & breuissime ad mediocrè viriutem lingue & generalè philosophiæ moralis potissimum cognitionem cum pietate perducantur. Libellus excusus Lipsiæ in officina Vogeliana 1566. in octauo. Eiusdem de causa contemptis medicinæ. Examen sententiæ Leonhardi Fuchsij in secundo libro ipsius medicinæ institutionum proditæ. De destillationibus Chymicis. De temperamentis sandalorum & Camphoræ. Pharmacopœiæ compendium. Dispensatorium vsuatisimorum hoc tempore medicamentorum descriptiones continens. Aphorismi Hippocratis in locos cõmunes ordine doctrinæ dispositi in vsum tyronum medicinae digesti. Sententiæ præcipue ex Cornelio Celso. Thematata contra versores medicinæ in linguam Germanicam.

Ioannes Plaeth, natione Germanus, scripsit super primo c. Decretalium lib. 1. cõtra Bos & me lib. 1. quæstiones sententiarum lib. 1. sermones plures. quæstiones varias, & quædam alia. Claruit anno 1430.

Ioannes Plagiarius de Senis, inter iuris civilis vel canonici scriptores citatur in summa Angelica.

* *Ioannes Plantagenet* Anglorum rex, Henrici secundi iunior filius, scripsit Leges Reip. Anglicanæ lib. 1. Leges Hybernensium lib. 1. Chartarum libertatum Angliæ lib. 1. Statuta regalia lib. 1. Abarones de sua victoria epist. 7. Ad Cisterciensium monachos epist. 1. Ad monachos Burienses epist. 10. Ad monachos D. Albani epist. 1. Ad Episcopum Vuintonicensem epist. 1. Ad matrem Alinoram epist. 1. Ad Cantuarienses pro Grayo epist. 1. Ad Innocentium cõtra Stephanum epist. 1. Comminatorias ad eundem epist. 2. De sua submissione epist. 1. Super charta obligatoria epist. Concessionem inuestiturarum epist. 1. Ad episcopos Angliæ epist. 1. Ad Richardum Lõdiniensem epist. 1. Ad Vicecomites Angliæ epist. 1. Ad Stephanum Cantuariensem epist. 4. Ad Philip-
pum Fra-

Francorum regem epist. 1. Ad Northubriae
 mité epist. 1. Ad Cleru Vuigorniensem epist. 1.
 d regni magnates epist. plu. Ad Guilhelmu
 ndinensem epist. 1. Ad Eustachiū Elyngsem
 ist. 1. Ad Papā contra Barones epist. 2. Ad Lō
 nenses pro pratore epist. 1. Ad Hyppeuicēses
 ist. 1. Ad Dunuicēses epist. 1. Ad Nordouicē
 s epist. 1. Obijt veneno sublatu an. 1217. Baleus.

Ioannes de Platea Bononiensis, citatur in sum-
 ma Angelica, commentarij eius super insti-
 t. 1. Ad Dunuicēses epist. 1. Ad Tridini, 1519. item super
 10 bus libris Codicis. Lugduni, 1528.

Ioannis Platearij Salernitani practica breuis,
 impressa Venetijs apud Octavian. Scotū, 1497.
 m operibus Ioannis Serapionis, item liber de
 medicamētis simplicibus, ordine alphabeti, im-
 pressus Lugduni, cum Nicolai præpositi Dispen-
 sio, vt vocant.

Ioannes Plough patria Notingamiēsis, scripsit
 uersus Porcariū Apologiam pro Protestan-
 20 tibus lib. 1. Contra mitratos in regno Papistico
 .1. Tragicæ tubæ sonitū. Super aduerbijs Eu-
 aristicis. Vixit Basileæ anno 1558. Baleus.

Ioannes Poblatio, scripsit de vsu astrolabij.
 Ioannes de Podio, Gallus, inquisitor Tolosa-
 ns, scripsit Chronicon lib. 1. Et alia quedam. Ni-
 laus Bertrandus.

Ioannis Polanci theologi societatis Iesu, Direc-
 torium ad confessarij ac confitentis munus re-
 obeundum. Item de frequenti vsu Euchari-
 30 æ. Antuerpiæ, Ioan. Vuichagius, 1556. & Ves-
 etijs, 1554.

Ioannes Pole, Anglus, scripsit vitam S. Vualpur-
 e virginis, ac de miraculis eiusdem, Claruit an-
 o Domini 1430.

Ioannes Polestede, Sudouolcas Carmelita, scri-
 psit commentarios sententiariū lib. 4. in Aristo-
 lis physica lib. 8. Conciones per annum, indi-
 s in Augustinum. Obijt Eboraci anno 1541

Ioannes de Poliaco, doctor Parisiensis, & fra-
 40 tum mendicantium aduersarius, de iteradis pro
 parocho confessionibus illis quæ fratribus
 unt li. 1. Quodlibeta quoq; lib. 1. Et alia. Claruit
 anno Domini 1320. Baptista Venerus.

Ioannes Policatus, Italus, Carmelita, prouin-
 alis Bononiæ, scripsit insigne vocabularium li.
 Arnoldus Boscius.

Ioannis Pollicarij Cygnai, de recta & ordinata
 ocum compositione libri 3. siue Erotemata de
 50 ntaxi, Ioachimi Camerarij calculo approbata,
 impressa Basileæ, 1544. Eius carmina de benefi-
 cijs, quæ Deus per Martinum Lutherum orbi
 terrarum contulit, excusa sunt Vuittenbergæ,
 um historia de vita & obitu Lutheri per Philip-
 um Mel. anno 1549. apud Ioan. Lufft. Claruit
 Rochlicij, anno Domini 1544.

Ioannis Pollij Vuesphali, natione Germani, ec-
 clesiastæ in Vuesphalia sub ditione Conradi co-
 mitis ab Tëckenburg, poemata aliquot excusa
 Marpurgi apud Egenolphū, videlicet de tribus
 60 monstris ecclesiam vastantibus: de gratia Dei:
 de spe, & charitate: de ieiunio, prece, & cruce
 siorum. Ex epigrammatibus eiusdem, panegy-
 mica quedam ad Heroes Euangelij studiosos. E-
 pitome rerum memorabilium nostro tempore

gestarum. Eadem Tiguri excusa sunt, adiectis ea-
 iusdem auctoris Ecclesiastomoria, digesta sermo-
 nibus quatuor: Epistola ad Eobanum Hessum,
 & altera ad Iustum Vuintherum.

Ioannes Pollus, transtulit tres Galeni libellos,
 nempe de purgantium medicaminum facultate;
 de his quos purgare oporteat, &c. De pitana. Ha-
 bentur autem impressi cum cæteris Galeni ope-
 ribus Latinis. Emendauit etiam & suppleuit
 10 quedam in Græco exemplari desiderata, præser-
 tim in opusculo de pitana, quod ipse in epistola
 præfixa ostendit.

* Ioannis Polycarpi Seueritani, Monoregiæ lib.
 4. de humana vita. Venetijs apud Georgium de
 Rusconibus, 1522.

* Ioannes Ponetus in Catiōrum comitatu natus,
 episcopus Rossensis post Viintoniēsis, Anglicæ
 & Latinæ scripsit De Ecclesia ad regem Eduuar-
 dum lib. 1. De ministrorum coniugio li. 1. Defen-
 sionem eiusdem matrimonij li. 1. Apologiam in
 T. Martini blasphemias lib. 3. Catechismum La-
 tinum ad regem li. 1. Axiomata Eucharistiæ li. 1.
 Papistæ detectionem li. 1. De detortis eorum scri-
 pturis li. 1. Homilias per totū annum li. 2. In Pau-
 lum ad Colossenses li. 1. Ad Reginam interroga-
 tiones li. 1. Præmonitionem ad Anglos li. 1. Tran-
 stulit ex Italico sermone, Tragediam Bernardi-
 ni Ochini lib. 1. Homilias eiusdem plures lib. 1.
 Ex Græcis authoribus li. 1. Obijt pauper & exul
 Argentorati, anno 1556. Baleus.

* Ioannes Porthæsius, De verbis Domini, Hoc
 facite, pro Concilio Tridentino aduersus Illyricæ
 nebulas. Antuerpiæ, 1567. in octauo.

Ioannes consobrīnus, Portugalensis natione,
 Carmelita, scripsit insigne opus tripartitum de
 cōtractibus & commutationibus, quod vocauit
 de iustitia commutativa lib. 4. sermones varios
 lib. 1. & quedam alia. Vixit anno 1475.

* Ioannes Posselius Euangelia Dominicalia &
 40 Epistolas heroico Græco carmine reddidit, 1568:
 Vuirebergæ, 1572. in octauo.

Ioannes Potken præpositus ecclesiæ S. Geor-
 gij Colonienis, psalterium Chaldaicum Aethio-
 picis characteribus imprimi curauit: Adiungi-
 tur etiam alphabetum, & legendi modus circa
 finem operis.

* Ioannes Pouuel Britannus congeffit aduer-
 sus Lutheri captiuitatem Babylonicam, Propu-
 gnaculum Ecclesiæ li. 1. Claruit ann. 1530. Baleus.

Ioannis Prædicatorum ordinis monachus, scri-
 psit summam confessorum, quæ citatur in sum-
 ma Angelica.

Ioannes de Prato, scripsit in 2. ff. vet. Si certum
 peratur. l. certum. & l. omnia. & l. certi conditio.
 & l. si quis nec causam.

Ioannis Pselli versus aliquot Græci in tres san-
 ctos Hierarchas, Chrysostomum, Gregorium, &
 Basylum. Item in septem sanctas synodos: im-
 pressi cum Cyri Theodori Prodroimi epigram-
 matis. Basileæ.

* Ioannes Pulcher Schuandorfensis, in lucem e-
 didit fasciculum triciniōrum Christiani Hollan-
 di. Monachij, 1573.

* Ioannes Pullanus Eboracensis, scripsit Contra
 quosdam Arrianos lib. 1. Transtulit in Anglicā

metra compta ac nitide, Ecclesiasten Salomonis lib. 1. Historiam Susannæ lib. 1. Historiam Iudith lib. 1. Historiam Hester lib. 1. Testamenta 12. patriarcharum lib. 1. In Germania nunc viuit. Bal.

Ioannis Pupperi de libertate Christiana liber, impressus.

Ioannes Puruey, Anglus, Vuicleui olim discipulus, scripsit de oratione soli Deo dirigenda lib. 1. Concordiam scripturarum & canionum De obliquo statu cleri. De libera verbi functione. symbolum suæ fidei. Pro doctrina Vuicleui. Reuocationem septem articulorum. commentariū in Apocalypsim. De Eucharistiæ profanatione. Contra cleri iniustas possessiones. in Antichristi synagogā. De verbis sacramentorū vsu. De verbi diuini efficacia. De potestate clauium. De votis & medicitate De ministrorum correctione. Claruit anno 1421.

Ioannes Eyke Historicus, latine composuit De Regibus Anglosaxonum lib. 1. De regibus ex Danis lib. 1. Claruit anno 1115. Balus.

* Ioannes Pyrrhus Anglobermæus Iureconsultus Aureliensis, scripsit Additiones ad Petrum Rebuffum in tres libros Codicis. Tractatū Sui tatis, qui citatur à Fichardo in vita Angeli Perusini. Perijt vitiatas haustu pulueris præcordijs, quo tempore arx Mediolani de cælo tacta est, oppressis 120. custodibus. Alciatus in Parerg. hæc quoque Pyrrhi recensentur in Indice librorum iuris. De magistratibus Romanis. Item De regulis iuris. Comment. in Consuetudines Aurelianenses. Super 2. ff. veteris. Si cert. petatur. l. lecta. & De actionibus empt. l. si iactum retis. Item super 2. ff. noui. l. 4. Paragr. Cato. De Donatione mutua inter virum & uxorem.

* Ioannis Pysiensis ordinis Prædicatorum, Lectura super omnes libros sententiarum, contra corruptorium B. Thomæ. De transsubstantiatione panis & vini in sacramento. De vnitae esse & essentiae in creaturis. De aduentu Antichristi. Manuscripta apud M. Dres.

* Ioannes Quinquarboreus, Auicennæ libri tertij, Fen secundam, quæ est de ægritudinibus neruorum, ex Hebræica Latinam fecit. Parisijs apud Maternum luuehem 1570. in octauo. Item libri tertij Fen primæ tractatum quartum, in quo scribit de ægritudinibus capitis & noxa multa illarum in functionibus sensus & moderaminis, siue partis rectoris. Ibidem 1572. Eiusdem Grammatica Hebræa in 4. (ni fallor) excusa.

Ioannes Quintianus medicus, Italus, Galeni scripta nonnulla de diebus criticis redarguit. Claruit Venetijs, anno Domini 1546.

Ioannis Quintini theologi sermones dominicales excerpti ex doctore de Aqueuilla, impressi Parisijs & emendati à Ludouico Vafario.

Ioannes Quintinus Heduus, natione Gallus, Christianæ ciuitatis aristocratiam edidit, qua descriptio pontificij & regij imperij continetur, in ca. Nouit. de Iud. Obiter etiam hic aliquid annotatum in responsum Vlpiani de mero & misto imperio. Vuechelus excudit Parisijs. Eiusdem ex regis concilij cuiusdam generalis, in vno beneficiorum multitudinem vetantis, 3. lib. Decret. Gregorianarum, cap. 8. Tit. 5. ibidem excusa. Me-

litæ insulæ descriptio, impressa Lugduni apud Gryphium 1536. & Parisijs apud Vuechelū. Tractatus de ventis & nautica bixula ventorum indice, ibidem impressus apud Vuechelū. * Scholia in Tertulliani librum de præscriptionibus hereticorum Parisijs 1561. in 4. Commentarij in canon. Apostolor. & synodū Gangrensem. Ibidem.

Ioannis Rænerij ecloga quædam excusa est Basileæ ab Oporino.

10 * Ioannes Rænerius medicus, Practicam Dionysij Fontanoni, edidit, & singulis capitum inijs, morborū causas & signa ex Galeno, Paulo Aegineta, atque Aetio adiecit.

Ioannis Ragij Aesticampiani Lusatiæ Germani, Sapphicum carmen ad studiosos eloquentiæ, cum doctorum virorum epigrammatibus. Nicolai Vucedemani, Hieronymi, Vlrici Hutteni, Viti Vuerleri, Valeriatii Sifridi. Idem edidit præcepta Grammatica. In Martiano Capellâ præfatus est, & in quosdam Plauti comœdias. In libris oratorios Ciceronis. Scripsit Phelætium in librum Vuimpfelingi, De integritate.

26 Ioannes de Ragusio, ordinis fratrum prædicatorum, scripsit opus instructum ad patres concilij Basiliensis, contra Hussitas lib. 1. Vixit anno 1438. Scripsit etiam De communionem Laicorum sub vtraque specie lib. 1. Arnoldus Boscius.

36 Ioannes Raimundus Constantini Hermenopoliti epitomati iuris à Bertiaro Rey translato, adiecit indices duos, & breues annotationes. Liber excusus Lugduni anno Domini 1549. in 8.

* Ioannes Rainaudus, vel Rainaldus, scripsit Compendium feudale, super rub. & c. imperiale de prohi. aliena. per Fridericum. De origine iuris. De mensuris. De monetis & ipsarum valore. De nobilitate. De suitate.

40 Ioannis Rainerij oratio de ciuitatis recta institutione, de que reipub. tranquillitate & gloria seruanda, & de Lugdunensis vrbs origine, de que eiusdem laudibus, dignitate atq; præstantia: excusa Lugduni apud fratres Trechsel. 1531. De Remundi Pellisonis ac vrbs Camberij laudibus oratio, impressa ibidem apud Gryphium. Scholia in libros elegantiarum Laur. Vallæ, cum eisdem impressa Basileæ.

Ioannes abbas Raitensis, scripsit commendationem Ioannis Scholastici, & Climacis, libri ab eo editi, quæ cum eodem impressa habetur.

50 * Ioannes Ramus de Goes Hesiodi opusculum de Herculis clypeo Latinitate donauit. Oporinus cum cæteris Hesiodi libellis impressit. Vixit author anno 1550. Viennæ Austriæ.

* Ioannes Randæus Gallus I. C.

* Ioannis Rasch Cantica quædam ecclesiastica, de Natiuitate Saluatoris, In monte oliuarū, Cantiones paschales, Salue regina, Cantus choralis missæ paschalis. quatuor & plurium vocū. 1572

60 Ioannes Rastel, Anglus, mathematicus insignis, scripsit de natura naturata lib. 1. Astrologicos canones. Dialogos de purgatorio 3. Abrastionem Papismi. Claruit Londini, anno 1536. quæ etiam obiit.

Ioannes Raudeus Gallus, scripsit de casibus, in quibus summus pontifex non dispensat. Item, de dispensationibus per episcopos.

Ioannis Rauisij Textoris Niuernensis, siue Naarrensis, Officina, vel potius naturæ historia, in qua copiose dispositum est per locos, quicquid abent autores in diuersis disciplinis plurimi, quod & ad rerum, historiarum, & verborum cognitionem villo modo facere potest. Vuesthemensis impressit Basileæ 1538. & Gryphius Lugdunensis, 1541. Cornucopiæ, quo continetur loca diuersis rebus per orbem abundantia: excusum Parisijs, Basileæ apud Vuestheimerum 1536. vna cum libellis de re vestiaria & vascularia de cerptis ex Laro Bayfio: & alio de re hortensii. Specimen epinetorum, omnibus artis poeticæ studiosis maxime vtilium: liber impressus Lutetiæ, 1518. apud Ien. Stephanum, Basileæ vero apud Vuesthemem & Nicolaum Bryllingerum, anno 1550. Epistolæ quoque eius impressæ sunt Lugduni apud Aganellum. Eiusdem officina emendata, aucta, in longe commodiorem ordinem redacta, per Conradum Lycosthenem: item Cornucopiæ libellus, & epistolæ, excusæ sunt Basileæ à Vuesthemero anno Domini 1552. in 4. * Idem Rauisius scripsit Dialogos varios lib. 1. Epigrammata uadam lib. 1. Epistolas centum & sexaginta lib. 1. Præfationes quasdam lib. 1. Carmina diuer generis lib. 1. In Anglum & Romanum lib. 1. orationes elegantes lib. 1. Tragædias, Comædias, legos, Odas atq; alia. Obijt nõ sine magna suorum iactura, anno Domini 1524. Opera sunt Parisijs impressa.

Ioannis Raulini sermones de sanctis, excusis 1549.

Ioannes Raynaudus, scripsit super Rub. & c. imperialem, de prohi. fen. ob. per. fred. de nobilitate, de origine iuris, l. 1. 1. 2. Vide Ioannem Raulaldum.

Ioannis Redmãni Angli theologi de iustificatione opus, Eiusdẽ argumenti hymnus per eunem. Antuerpiæ Ioannes Vuithagius 1555.

Ioannes de Regio monte, Vide Ioan. de Monte Regio.

Ioannes Regius, frater Raphaelis Regij, vertit Gryllum Plutarchi, quo ille brutas animantes ratione uti contra Vlysssem asserit: impressus cum ceteris Plutarchi libellis Latinis, Basileæ & Lugduni.

Ioannes Regius, presbyter, Gallus, poeta infans, sed Baptistæ Mantuano aduersarius, inter cetera scripsit, Ad Quintinum Benedictum abbatem S. Guisleui, Parthenandriam D. Ioannis Baptistæ lib. 5. Vitam Hieronymi lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1510. Nicolaus Genton.

Ioannis Regij libellus consolatorius, Erfordiæ 1568. Germanicè.

Ioannes Regnaudus Auinionen. scripsit de sui tate & extraneitate. De mensuris, & cuius auctoritate fiant, Vide supra in Ioan. Rainaldò.

Ioannes de Regno, natione Gallus, Carmelita, scripsit super sententijs lib. 4. in Euang. Matthæi lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. quadragesimale lib. 1.

* *Ioannis Reidani* liber Germanicus de vtraque in Christo natura. Embricæ, 1573. in folio.

* *Ioannes Repingale* in Lincolnensi comitatu genus honestu ducens, Carmelita, scripsit sermo-

nes 83. Dominicales lib. 1. Sermones 42. de sanctis lib. 1. Conciones synodales li. 1. In visitationibus episcopi lib. 1. Claruit anno 1350. Baleus.

Ioannes Rcuchlin, Vide Ioan. Capnion.

Ioannis Reuschij Fontani medici de precauenda & vitanda pestilitate methodus. Eiusdem epistola apologetica contra Lipsiomastigas. Eiusdẽ ecloga in Eduardũ Leum D. Erasmi calumniatorẽ. Eiusdem declamatio, de vero philosopho, & philosophiæ origine, ac partitione. Hęc opuscula omnia Lipsiæ impressa.

Ioannes Reuscus Rotachensis, composuit melodias odarum Georgij Fabricij, quibus omnia apud Latinos carminum genera comprehendit, & ad vsum scholarum ex ecclesiasticis & prophænis poetis ad singulas odas annotauit. Lipsiæ excudit Vuolfgangus Guntherus, anno D. 1554.

Ioannis regis Portugalliæ epistola legitur libro 10. epistolarum Ang. Politiani.

Ioannes Rhellicanus Tigurinus, Gasparis Megandri catechismum è Germanico Latinum fecit, vt supra dixi. Homeri vitam ex Plutarcho Latinitate donauit; & annotationes marginibus adiecit: in fine carmẽ Stockhornias, quo describit iter animi gratia factum per montem eius nominis in agro Bernensi. Rob. Vuintter excudit Basileæ 1537. in C. Iulij Cæsaris & A. Hirtij seu Opij commentaria de bello Gallico, Cuius Pompeiano, Alexandrino, Africano, & Hispaniensi, annotationes, in quibus multa contextus loca partim exemplariorum collatione, partim coniecturis emendantur: impressæ Basileg, 1543. Eiusdem carmen quo Tigurum alloquitur, præfixum est annotationibus Zuinglij in euãgelistas. Item aliud de Bibliotheca Bernensi additum est annotationibus Megãdri in epistolam ad Galatas. Item carmen de tribus viris Badenæ ob euangelium decollatis. Claruit anno Domini 1538.

* *Ioannes Rhesus*, patria Vallus, Cambruis vel Britannus, eques auratus, pro suis Britannis plura aduersus Polydorum Vergilium scripsit latine, præsertim opus cui pro titulo addidit, Fidem Historiæ Britannicæ, Contra calumniantem Polydorum lib. 1. Pro rege Arthuro lib. 1. De varijs antiquitatibus li. 1. Tractatum de Eucharistiali: 1. Claruit anno 1550. Baleus.

Ioannes Ribitus, natione Gallus, transtulit opuscula quædam Xenophontis, quæ hactenus Latine reddita nõ habebatur, nempe Symposium, de repub. Atheniensium, de vestigalibus, & Hipparchicum. Ea cum reliquis Latinitate donatis operibus Xenophontis, Isingrinus Basileæ excudit. Item locos aliquot communes sacros ex vtroque Testamento & plurimis veterum Græcorum, collectos ab Antonio quodam monachò; Latinos fecit, excusos Tiguri apud Frofchouerum, anno Domini 1546. Eiusdem explanatio loci ad Hebræos 7. Lex nihil perfecit, excusa Basileæ apud Iacobum Parcum anno Domini 1554. Eiusdem Disputatio, an Iudas proditor cenæ Dominicæ interfuerit Basileg in 8. Epigrammata Cyri Theodori Prodroimi in Latinã linguam transtulit. Geneuæ excudit Crispinus.

* *Ioannis Richardi* Ofanæi, Disputatio canonica de decimis; Ingolstadij, 1572.

* *Ioannes Richardus* I. C. & mathematicus Argentinenſis. Philippi Melanchtonis declamationes optimo ordine in tres tomos diſtinxit, & edidit. Argentorati, 1570. Idem edidit Lud. Bebio- nis Erotemata in libros Inſtitutionum. Argenti- nae, 1571.

Ioannis Richij Annoueriaceſis carmen heroi- cum, de nuptijs Vualdecenſis Volradi & Anaſta- ſiæ comitis Suuarzeburgenſis filia, res geſtas quorundam comitum Vualdecenſium comple- tens. Item pſalmi 31. Paraphraſis elegiaca, liber impreſſus Marpurgi in 4. chartis 5. Eiuſdem epi- taphia duorum Locharingie ducum a dieſta ſunt deſcriptioni Gallia Gilberti Cognati. Eiuſdem carmen propempticum D. Franciſco à Stiten in Liuoniam abeunti, excuſum Marpurgi, anno Domini 1546.

* *Ioannes Riccius Venerus* I. C. doctiſſimas rerū ſummas practicae Ioannis Petri de ferrarijs adie- cit. Francofurti, 1570.

* *Ioannes Rideuall*, Franciſcanus, vel vt alij vo- lunt Auguſtinianus, ſcripſit ſuper Pſalterium li. 1. In Cantica Canticorum libr. 1. In Euangelium Ioannis libr. 1. In Episto- las Pauli libr. 14. In Augu- ſtinum de ciuitate Dei libr. 12. In Mythologicon Fulgentij libr. 3. In Valerium ad Ruſinum libr. 1. In Ouidij Metamorphoſim libr. 7. Quaſtiones 8. ordinarias libr. 1. De non ducenda vxore libr. 1. Ser- mones per annum libr. 1. Lecturas ſcripturarum libr. 1. Claruit anno 1330. Baleus.

* *Ioannes de Rippa* in Sententias manuſcriptus in Sorbona & apud M. Dreſſerum.

Ioannes de Ripolis, theologiae ſcriptor, citatur in ſumma Angelica.

Ioannis Riuij Arthendorienſis Caſtigatio- nes plurimorum ex Terentio locorum, in quibus o- biter quidā explicati ſunt: Io. Gymnicus impreſ- ſit Coloniae, 1532. Caſtigatio- nes locorum quorun- dam ex Bruto M. T. Ciceronis, & ex Oratore, & epiſtolis familiarib. eiuſdem, adiecta nonnullorū explicatione: Io. Soter excudit Salingiaci, 1537. Caſtigatio- nes aliquot locorū Salluſtij, Item librorū Ciceronis de Officijs, de amicitia, de ſene- ctute. Deſcriptio Marienbergi, impres. Lipſig, ann. 1541. De inſtaurata renouataq; doctrina eccleſiaſ- tica libellus, ibidē impreſſus. De ijs diſciplinis, quae de ſermone agunt, vt ſunt Grāmatica, Diale- ctica, Rhetorica, libri 18. exc. Lipſig, anno 1543. & Baſileae apud Ioan. Oporinum 1551. De fami- liari cuiuſq; genio, ſeu de praſidio angelico libel- lus impreſſus Lipſig. De conſcientia libr. 3. Aſſer- tio communionis ſub vtraq; ſpecie, contēta qua- tuor epiſtolis ad Io. Fabianum, epiſtola, de ſola fide, de ſpectris & apparitionibus vmbrarū, ſeu de veteri ſuperſtitione libr. 1. de conſilio Dei in ce- lando myſterio redemptionis humane libri tres, excuſi Baſileae apud Io. Opor. 1545. Quo pacto ſe iuuētus in hiſce religionis diſſidijs gerere debeat libr. 2. impres. Baſileae 1546. De ſtultitia mortali- um in procaſtinanda correptione vitæ. de Con- ſolanda ægrotantibus, iſdemq; ad mortem ani- mandis liber: de erroribus Pontificiorum, ſeu de abuſibus eccleſiaſticis: item excuſa Baſileae, an- no 1546. de ſeculi noſtri felicitate, & hominum erga Dei beneficia ingrati- tudine libr. 1. de titulo

& inſcriptione ſalutiferae crucis, libellus: de per- petuo conſultu piorum cum carne, mundo, dia- bolo, ſeu de luſta Chriſtiana: de officio paſtorali miniſtrorum eccleſia in pagis. De vero erga Deum amore: libri excuſi Baſileae, anno 1548. de perpetuo in terris gaudio piorum, libellus excu- ſus Baſileae apud eundem, anno 1551. Opera eius theologica ſimul impreſſa ſunt vno volumine ab Oporinio, in folio.

10 * *Ioannes de Riueforti*, Gallus, Carmelita, ſcrip- ſit Lecturam ſententiarum libr. 4. Quodlibe- ta quoque libr. 1. Determinationes libr. 1. De ſacra- mento altaris libr. 1. Atque alia. Claruit anno Do- mini 1400. Nicolaus Genton.

* *Ioannis Roberti* antecceſſoris Aurelij, receptae Iuris ciuilibus lectionis libri duo. Aureliae, 1571. quarto.

* *Ioannes Robyns*, Anglus, aſtronomus peritus, ſcripſit commentum de Cometis, libr. 1. Ex biblio- theca regis.

20 *Ioannes de Rochefort*, tractatus Gallicus ad eccle- ſiam Gallicanam Argentorati, cuius ſe mem- brum fatetur, de ſacramento cenæ & praſentia corporis Chriſti, in quo eorum qui corpo- ralem praſentiam ſtatuunt argumenta 13. ordi- nare refutat, libellus excuſus in octauo. chart. 7. anno Domini 1547.

* *Ioannes Rochus*, de Papia, Italus, Auguſtinia- nus, ſcripſit De aduentu Domini libr. 1. pro tem- pore quadageſimali libr. 1. Et alia. Mature tan- dem obiit, generalis obſeruantium ordinis ſui pa- ſtor, anno Domini 1471. Aetatis anno 74. Iacobus Bergomenſis.

30 *Ioannes Rode*, abbas monaſterij ſancti Matthiæ Treueris, ordinis diui Benedicti, ſcripſit pro re- formatione monachorum conſtitutiones vtilis- ſimum libr. 1. De qualitate abbatis libr. 1. Vixit an- no 1439.

40 *Ioannes Rodericus Caſtelli Albi Luſitanus*, ſcrip- ſit in duos libros priores Dioſcoridis exegema- ta: vbi ſingulis capitibus Dioſcoridis philologiae praepoſuit, id eſt nomenclaturas ſimplicium in varijs linguis, Hispanica, Luſitanica, Germani- ca, Teuthonica (ſic Germaniae inferioris lingui- vocat) & Gallica Italicaq; interdum: deinde iu- dicium quoq; ſuum quod ad res ipſas ſingulis ca- pitibus ſubiungit, Liber excuſus Antuerpiae apud viduam Martini Caſaris, anno Do. 1536. in fol. chart. 30. Hic ſe poſtea Amatium nominauit

50 *Ioannes Roditon*, monachus Anglicanus et Benedictinorum inſtituto, ſcripſit in librum ſententiarum 4. replicationes ſcholasticas, de- terminationes theologiae. Vixit ann. Dom. 1370.

Ioannes Rodophanta, miniſter eccleſiae Mar- purgenſis, edidit commentarios in Ioelem, excu- ſos Marpurgi anno Dom. 1536. Idem aliquot ap- logias contra Papistas diuulgauit.

* *Ioannes Rogerius de Mota*, ſcripſit ſuper 1. D- geſti veteris, De iudicijs. Super 1. Infortiati De t- ſtamenti. De pactis. Super 1. Codicis. Super 2. Decretalium, De cauſ. poſ. & propr.

60 * *Ioannes Rogerius Trocheus*, De officio iudi- cis in cauſis capitalibus ex bono & æquo deci- dendis. De differentia iudiciorum bonae fidei & ſtricti iuris.

Ioannes Rogers, transtulit omnes veteris ac novi testamenti libros in linguam Anglicam, scripsit historias à condito mundo ad sua vsque tempora, item Indices Bibliorum. Claruit ann. 1548.

Ioannis de Roias libri aliquot de vsu & compositione astrolabij excusi sunt Parisijs in 4. apud Ascolanum.

Ioannis Rokizanae Boemi, *Ioannis Hussi* discipuli, tractatus de septem sacramentis & caeremonijs ecclesiae excusus est Moguntiae cum historia Iustitica *Ioannis Cochlaei*. Eiusdem cum Praesentis decano coram rege & statibus illius inelyti regni disceptatio, facta anno Domini 1465. 1111. *Jonas* Februarij, de quibusdam articulis religionis, in qua disceptatione partium studio & clarioribus superiores sunt Decanus & sui. Contra *Rokizam* scripserunt epistolae aliquot *Io. Capi- rianus* & *Franciscus de Toletis*.

Ioannes diaconus ecclesiae Romanae, scripsit de *Ioannem Papam* septimum vitam *S. Grego- rij* Papae primi lib. 4. & quaedam alia. Claruit anno 870.

Ioannis Romani Cremonensis *Casalini* *Moritani* Somnium. Eiusdem *Carminum* liber. *Lugduni* *Petrus Luccius* princeps, 1540.

Ioannes Ronchegallus *Gioldus*, Ferrariensis, scripsit in tit. *Institutionum*, de bonorum possessio. & in 1. *Digesti noui*, De duobus reis.

Ioannis Rolae *Commētarius* in reliquias *Academiarum* quaestionum *M. Tullij Ciceronis*, & eiusdem quinque libros de finibus bonorum & malorum. *Francofurti*, 1571.

Ioannis de Rosellis *Epularium nouum*, de preparatione diuersorum ciborum, condimentorum, &c. *Italice*.

Ioannes Rossus *Vueruicensis*, *Guidenici* cluui colae, scripsit de *Academij* *Britannicis* librum, in *Mathesi* quaedam nobis ignota. Claruit circa annum Domini 1290.

Ioannis Royardi, ordinis fratrum minorum *Oldenordenensis*, id est veteribus *Neruijs*, hominibus in omnes epistolas dominicales iuxta litteras excusae sunt *Antuerpiae* à *Ioan. Steelfio*, anno Domini 1538. in 8. tomis duobus, quorum vnus yemalem alter aestiuam partem complectitur. Eiusdem homiliae per annum (nescio an aliq. à superioribus excusae sunt *Lugduni*, 1573. in 8.

Ioannes Rubus Hannonius, *Harmoniam* quatuor *Euangelistarum* in vnum historiae corpus congescit: adiecta suis locis ordinis ac consensus ratione. *Coloniae*, 1572. octauo.

Ioannis Ruellij medici *Suessionensis*, natione Galli, de natura stirpium libri tres, impressi *Lu- etiae* apud *Colinæum*, & *Basileae* in officina *Fro- beniana*, anno 1537. *Pedacij Dioscoridis* de medicina materia lib. 6. *Ioanne Ruellio* interprete, ab ipso recogniti, impressi *Basileae* apud *Isingri- um*, 1539. *Astuarij* de medicamentorum compositione liber, eodem interprete, impressus *Pa- risijs*, & *Basileae* apud *Rober. Vuinter. Scribonij* *Argi* de compositione medicamentorum liber, eiusdem opera à situ vindicatus, & impressus *Ba- sileae* apud *Cratadrum*, 1529. Ex *Apsyro* & alijs collecti veterinae medicinae libri duo, eodem interprete, impressi *Parisijs* apud *Simonem Coli-*

naum, 1530. Claruit anno 1536.

* *Ioannes Rufus*, monachus *Dominicanus*, scripsit *De Pontificibus Romanis* lib. 1. *De imperatoribus* quoque lib. 1. *Annales suae patriae* lib. 1. Claruit circa annum 1290. *Baleus*.

Ioannes de Rupe scissa, ordinis fratrum *Minorum*, scripsit in vinculis ad quaedam cardinalem, *Reuelationes suas* lib. 1. super sententias quoque lib. 4. * Scripsit etiam oraculum *Cyrilli* lib. 1.

10 In vinculis diu aquo suos mansit, quod praedixerit ecclesiae desolationem futuram. Ex *Albiana* bibliotheca. *Ioannis de Rupe scissa*, *De confidē- ratione quintae essentiae rerum omnium* opus egregium duobus libris distinctum, editum est *Basileae*, 1561. Vixit circa annum 1240.

Ioannes de Rupella, ordinis fratrum *Minorum*, scripsit super sententias lib. 4. summam virtutum & vitiorum lib. 1. *De anima* quoque lib. 1. Vixit anno 1250.

Ioannis Rusbachij opera omnia sunt excusa *Coloniae* apud haeredes *Quenteli*, anno Domini 1552. Sunt autem haec. *Summa vitae spiritalis*. *Speculum salutis aeternae*. *De tabernaculo Moysi*. *De praecipuis virtutibus* tractatus. *De fide & iudicio* libellus. *De quatuor tentationibus*. *De septem custodijs*. *De septem gradibus amoris*. *De nuptijs spiritualibus* lib. 3. *De perfectione filiorum Dei*. *Regnum amantium Deum*. *De vera contemplatione*. *Epistolae & cantiones*. Claruit anno Domini 1381.

Ioannis Rusberi de ornatu spiritualium nuptiarum lib. 3. *Primus* de ornatu vitae moralis & affectiuae. *Secundus*, de ornatu vitae spiritalis & affectiuae. *Tertius* de ornatu vitae superessentialis & contemplatiuae. Excusi *Parisijs* in officina *Colinaei*, venduntur 3. solidis *Galicis*.

Ioannes Rusbrock, *Prior* *canonicorum* *regu- larium* *Viridis Vallis* in *Brabantia*, natione *Ger- manus*, scripsit patrio sermone ad aedificationem simplicium quaedam opuscula, quae per alium post eius mortem in *Latinum* conuersa feruntur. de ornatu nuptiarum spiritualium lib. 3. de profectu religiosorum lib. 1. epistolas exhortatorias lib. 1. Et quaedam alia. Claruit anno 1390.

* Eius opera omnia *Coloniae* *Latine* excusa sunt in folio, *Laurentio Surio* interprete, anno Domini 1552.

Ioannes de Russel *commentarius* super cantica ca canticorum, nondum impressus.

Ioannes Ruthenus, *Constadianus* aut *Gnosto- politanus*, *Corpus emendatae structurae Latini sermonis* libris sex à *Thoma Linacro* conscrip- tum, in typos aliquot luculentissimos contraxit. Liber excusus à *Ioan. Oporino*, anno Domini 1554. in folio chart. 15. Eiusdem tabulae locorum communium praecipuorum veteris & noui testamenti, ab eodem excusi. Idem *Ioannis Francfordiani* *aurei compendij* veteris simul ac noui testamenti libros quinque in certas tabulas digessit. Claruit anno 1554.

* *Ioannes Ryckes* *Euangelij* luce apprehensa in Anglica lingua, scripsit *Imaginem diuini amoris* lib. 1. *Contra Papistarum blasphemias* lib. 1. *Transtulit* item, *Othonis Brunfelsij Prognosticon* lib. 1. *Obijt* anno 1536. *Baleus*.

Ioannis Rysen lectura super 1. 2. 3. & 4. Decretalium.

* Ioannis Sabinensis episcopi sermones de sanctis. In Psalmos. 1257

Ioannes Sacranus, scripsit de erroribus Ruthenorum.

Ioannis de Sacrobusto liber de sphaera, impressus Vuitenbergæ, & olim Venetijs, cum additionibus quibusdam. Eiusdem autoris computus, anni & mensium descriptionem continens, simul excusa in Germania, cum præfatione Philippi Melanch. Et Parisijs apud Gulielmum Richardum, anno Domini 1543. Ioannes Halifax, seu de sacro Bosco, Anglus, præter spheram, scripsit Algorismum quoque lib. 1. Et alia. Claruisse fertur, anno Domini 1240. Ioannes Lelandus.

* Ioannes Sachsus Germanicis rythmis, descripsit omnes status & conditiones hominum, liber impressus Fræcofurti cum figuris 1568. Idem multa alia eleganter Germanicis rythmis poetico more scripsit.

* Ioannes Sagittarius Burdegalenensis collegit Canones omnium conciliorum, excusos ab Oporino 1553, in folio.

* Ioannes Salius Austriacus medicinæ doctor carmine scripsit De situ totius Carinthiæ: De sylua Hercyia, & ciuitate montis D. Annæ. Oporinus, 1557.

* Ioannis Saliceti de pestilentia & eius fuga tractatus.

* Ioannes Sambucus Tirnauiensis V. CL. cum ipse multa erudite ac eleganter conscripsit, tum etiam veterum plurima scripta rara & inuentu difficilia maximis laboribus & sumptibus collegit, quorum non pauca edita sunt. Nos quæ ab eo vel propria vel aliena in lucem edita sint hic commemorabimus, reliqua suo loco ordine singula inseruimus. Expositio Methodi conscribendarum epistolarum incerti auctoris: item *ἑπιστολικὴ σύνταξις* Libanij. Versio concionum aliquot ex Cyri pædia Xenophontis, pro tyronibus Græcæ linguæ, cum orationibus Critiæ & Theramenis ad usum scholarum. Oratio quod oratores ante poetas a pueris cognoscendi sint. Carmina quædam, poematum a se edendorum specimen. Omnia hæc excusa sunt Basileæ apud Oporinum. Cæsarum Romanorum vitæ ab eodem castigatæ & auctæ. Argentina apud Cephaleum 1552. De imitatione Ciceroniana dialogi III. Parisijs, 1561. Orationes 6. Prima in natalem Christi cum aliquot hymnis. 2. De imitatione. 3. In laudem iuris ciuilis. 4. Vtrum poætæ oratoribus in scholis præponendi. 5. Funeris in obitum Iacobi à Stubenberg. 6. In obitum Generosi adolescentis Georgij Bona Cibiniensis, domini in Landsch. Orationis dominicæ simplex expositio. Chorographia noua Vngariæ. Oratio funeris in obitum Inuictis. Imperatoris Ferdinandi, &c. Viennæ. Tabula de LXX discipulis Christi & cuiusque loco, dignitate, morte, nomine, edita & Latine facta ex B. Dorothei vetustissimo libro. Epithetorum Græcorum liber. In Luciani dialogos tetraſtica mythologica. Carmina ethica X. quinternionū Patauij excusa. Appendix rerum Vngaricarum à Rege Matthia vsq; ad Impera-

tozem Ferdinandum Petro Ranzano adiecta. Narratio obsidionis Agriæ & Zigeth in Vngaria factæ per Turcam. Continuatio ad Bonfinium rerum Pannonicarum ad Maximilianum II. vsq; Paraphrasis & commentarij in artem poeticam Horatij. Emblemata CCL. de nouo aucta & excusa. Thucididis & Xenophontis conciones artificio explicatæ. Sententiæ & regulæ vitæ ex Gregorij Nazianzeni scriptis collectæ, & eiusdem iam bi aliquot nunc primum in lucem editi, 1568. Arcus aliquot triumphales & monumenta victoriæ classicæ in honorem Iani Austriæ Victoris non quieturi, 1572. Præterea in Latinum sermonem conuertit, Platonis Phædrum, Alcibiadæ, Axiochum. Hesiodi opera & dies cum Batrachomyomachia. Hippolyti Thebani libellum de ortu Mariæ. Nili oratiunculam contra Barbaros. Theophilactum in Apostolorum Acta. Eius item opera & ex illius bibliotheca editi sunt hi libri. Aristæneti quinquaginta epistolæ amatoricæ. Lærtius Diogenes, plus quam mille in locis restitutus ex fide dignis vetustis exemplaribus Græcis, Latine quidem editus, sed ita ut inde etiam Græcum exemplar possit restitui. Eunapius Sardiæ cum vitis philosophorum & Sophistarum, Hesyctius cognomento Illustrius de his qui eruditionis fama claruerunt. Hephæstion grammaticus. Liliij Tifernatis Epitome in Herodotum. Ianni Pannonij Panegyrici duo & epigrammata vltra omnes alias editiones Patauij. Chronica Petri Ranzani de rebus Vngariæ cum suo appendice. Bornij Salæ de patientia & ad mortem præparatione. Apollonij syntaxis mæca & mendosa ab ipso suppleta & correctæ. Philo de virtutibus. Bofinij de coniugali pudicitia dialogi tres. Eiusdem Decades quatuor & dimidia, quarum quarta & dimidia ante non fuerunt editæ. Postremo præter illos auctores veteres quorum suo loco mentionem fecimus, hi quoque ab eo possidentur, Catena copiosissima de vita S. Chrysostomi, Epistola 800. sacra nunquam editæ Nazianzeni Chrysostomi, Theophylacti, Basilij, Cyrilli, Bessarionis, Chrysoloræ. Item Basilij magni homiliae. Ad Chylum discipulum. Ad Simplicium. Ad Epitocos Italos & Gallos. In Christi natalem. In Sy-cophantas. Epistola ad desertorem solitariæ vitæ. & alia ad Hoptimium episcopum de cede Cain, & verbis illis, Per tuam ipsius animam penetrabit gladius. Sed hæc omnia singulatim commemorare non est huius instituti: nam ea est CL. viri diligentia & studium in colligendis veteribus libris, liberalitas in edendis, ut maximis principibus qui hac re laudè consecuti sunt merito queat conferri: maiorem autem laudem cum proprijs scriptis, tum emendatione veterum adeptus est, quam ut in hoc meo elencho pro merito prædicari possit.

Ioannes de sancta fide, Anglus, Carmelita, scripsit glossemata in Euangelium Ioannis, Encomium Ioannis, in canonicam Ioannis, collectiones scripturarum. in Euangelium Matthæi. Tabulam iuris. Concordantias Thomæ. Loca contrarietatum, sermones de tempore & de sanctis. Claruit Burnhamiæ, ann. 1359. quo etiam obiit. * Ioannis de Sancta Iulia, I. C. Consilium in materia

P. VII. l. 3. Ep.
p. 117.

ria feudali, habetur inter consilia Bruni.

* *Ioannes de sancto Georgio Bononiensis* I. C. allegatur saepe à Domin. Geminiano.

Ioannes Sadoletus, scripsit super secundo Infortiati. super tit. de legatis 1. l. hæc verba. & 1. l. 3. Super 1. ff. noui. De confessis.

Ioannes Sapidus Selestadiensis, natione Germanus, scripsit epigrammata quædam, & Epitaphia tum aliorum, tum Ioan. Oecolampadij, quæ Argenterati excusa sunt. eius Anabion, siue Lazarus rediuuius, Comædia noua & sacra, Argenterati, anno 1539. impressa est apud Cratonem Mylium. Et consolatio de morte Alberti Marchionis Badensis, ad Guilhelmum Bæcklinum præfectum Rubeaquentsem, impressa Argentinae, anno 1544. Floruit Argenterati.

Ioannis sapientissimi, Synopsis philosophiæ: tum Compendia quædam de theologia, & de meteoris, Græce extant Romæ in Pontificia bibliotheca.

* *Ioannes Saporta*, super 1. Infortiati de iniusto & rup. rest.

Ioannes Saracenus quidam nomine, transtulit omnes libros Dionysij martyris, excusos Coloniae, 1536. cum commentarijs Dionysij Carthulani in eosdem, apud Quentel.

Ioannes Saresberienensis natione Anglus, episcopus Carnotensis, scripsit Policraticum, siue de nugis curialium & vestigijs philosophorum lib. 8. quos imprimi curauit Constantinus Frandin, anno 1513. in Gallijs. Scripsit præterea opus pœnitentiæ. Res gestas Beckeri. Obiurgatoriam cleri. Cutheticum carmine. de membris conspirantibus. de tyrannorum exitu. Epistolas, Architrenium, Vitam Thomæ Cantuariensis: quem librum non solum arbitror à rebus gestis Beckeri, id enim fuit Thomæ Cant. cognome. atq; varij generis carmina. Claruit anno 1182. quo etiam obiit.

Ioannes Sartorius, Germanus, patria Hollandus, Hebraice, Græce & Latine peritus, scripsit Centurias syntaxeos li. 1. Grammaticam quatuor lib. 1. Selectarum orationum familiarium li. 1. Sylulam vocabulorum lib. 1. Assertiones fidei lib. 1. Ad Satanæ satellitium lib. 1. De fide ad Crocum lib. 1. De fide iustificante lib. 1. De fide Eucharistiæ lib. 1. Observationes in Matthæum lib. 1. Annotationes scripturarum lib. 1. Ab Hebræo in Latinum transtulit omnes minores prophetas, fecitque Annotationes in eosdem; Aliaque transtulit. Claruit anno Domini 1550.

* *Ioannis Salsceridis Vuermenhusani* Odarum siue Carminum sacrorum libri nouem. Quinque priores Davidicorum, sextus Biblicorum; reliqui tres recentium. Eiusdem carmen seculare pro ecclesia. Oporinus 1557. in octauo. Epicedion in obitum Christiani III. Danorum regis; in quarto.

Ioannes Saigneus, scripsit annotationes in Francisci Patricij Senensis de regno regisq; institutione libros nouem, excusos Parisijs cum ipso auctore, anno Domini 1519.

Ioannes Sauromanus, Silesius, Symbolum apostolicum, Orationem dominicam, Decalogum, de Baptismi sacramento, de Cœna Domini, carmine reddidit. Lipsiæ impressa. Idem Aeschylus

in Latinam linguam conuertit, qui breui ab Oporino in publicum edetur.

Ioannes de Saxo, ordinis fratrum Minorum, scripsit summam iuris lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Vide Ioan. de Saxonia. Ioan. Saxon scripsit super consuetudines Turonenses. Vixit anno 1350.

Ioannes de Saxonia, ordinis fratrum Minorum, natione Germanus, scripsit summam de casibus lib. 1. Vixit anno 1340.

Ioannes Saxonijs Hattstedius, scripsit commentariolum ad Titi Liuij Patuini historiarum ab vrbe condita librum XXI. & XXII. de secundo bello Punico: impressum Basileæ apud Io. Oporinum, anno 1547. Eius assertio de glossis Accursianis, & Bartoli consimiliumq; doctorum commentarijs; absq; eis ius ciuile intelligi recte non posse: excusa est Basileæ apud Io. Oporinum, anno 1548. commentarius in orationem Ciceronis pro Sextio Roscio Amerino; item oratio de utilitate studij dicendi; item alia de obseruandis legibus simul excusa sunt Basileæ apud Io. Oporinum.

Ioannes Saxonijs, alius à superiore, scripsit expositionem in Alehabitiij librum de iudicijs astrorum: impressam Venetijs, anno 1491.

* *Ioannis Schuuarti* concio funebris, impressa Mulhusij apud Turingos 1567.

* *Ioannis Scheitlichij* Germanica admonitio contra falsos prophetas 1570.

* *Ioannis Schelhameri* ministri Ewangelij Christi in templo Laurentiano Norimbergæ, Historia supplicij duorum martyrum Laurëtij & Polycarpi heroico carmine conscripta, Norimber. 1570.

Ioannes Scheubelius, Euclidis sex libros priores de Geometricis principijs, vnâ cum demonstrationibus propositionum absque literarum notis elaborauit, excusos Basileæ per Heruagiũ, 1550. Idem scripsit artem Cos seu regulas Algebrae, excusos Basileæ cum demonstrationibus in 6. libros Euclidis, & Parisijs separatim. Præterea Iacobi Fabri Stapulensis epitomen in arithmetica Boëtij emendauit, atque exempla, figuras & breues explicationes adiecit: Liber excusus est Basileæ ab Henrico Petri, anno D. 1553. in 8. Præterea Euclidis libros septimum, octauum, & nonum in Germanicam linguam transtulit & exemplis illustrauit. Augustæ 1555. in quarto. Arithmetica quoque, siue de supputandi ratione libellum edidit Latinum in 8. 1549. Floret Tubingæ; anno 1554.

Ioannes Schintel, natione Germanus, varia & iucunda in astronomia elaborauit, Vien. Austriae.

* *Ioannis Schneideuini* I. V. D. Commentaria in quatuor libros institutionum iuris, cum multis libellorum & actuum iudicialium formis, atque iuris Saxonici consensu & Antinomia. Argenterati 1571. octauo.

Ioannes Schonerus Carolo stadus, mathematicus, corripit & locupletauit tabulas astronomicas, quas vulgo, quia omni difficultate & obscuritate carent, resolutas vocant. Ex quibus cum erraticorum, tum etiam fixorum siderum motus; tam ad præterita quam futura, quantumuis etiam longa secula facillime calculari possunt. His accessit Ratio siue Apodixis 12. domorũ cœli Ioannis

de Monteregio, & præfatio Philippi Mel. in has tabulas, astronomiæ commendatoria. Io. Petreus excudit Norimbergæ, 1536. Præmittuntur autem his tabulis documenta generalia ex regulis Arithmeticæ de minutijs physicalibus, pro vsu harum tabularum necessaria. Eiusdem Globus astronomicus, libellus excusus cum ipso instrumento. Ioannis Schoneri opera mathematica in vnum volumen congesta, excusa sunt Norimbergæ à Montano & Neubero, ann. D. 1551. in folio. Sunt autem hæc. Isagoge astrologiæ iudiciariæ. De iudicijs natiuitatum lib. 3. Tabulæ resolutæ. De vsu globi cœlestis. De compositione globi cœlestis. De vsu globi terrestris. De compositione eiusdem. Libellus de distantijs locorum per instrumentum & numeros inuestigandis. De cõstructione torqueti. In cõstructionem atq; vsum Rectanguli siue Radij astronomici annotationes. In fabricam, & vsum magnæ regulæ Ptolemæi annotationes. Horarij Cylindri canones. Aequatorium astronomicum, ex quo erratum stellarum motus, luminariũ configurationes, & defectus colliguntur, appositis vbiq; planetarũ sphaeris, & terminorum expositionibus. Planisphaerium seu mercuroscopium, in quo singula quæ per motũ primi mobilis contingunt, inueniuntur. Organũ vranicum, è quo facillime absq; scrupulosa supputatione, veri medijq; planetarũ motus reperiuntur. Instrumentum impedimentorum Lunæ, per quod dies impediti facillime colliguntur, his apprime vtile qui Almanach conscribere gestiunt.

* Ioannis Schutz, Appellationes & Epitheta filij Dei quæ illi ratione vtriusq; naturæ attribuuntur, ex scripturis collegit & Germ. edidit. Islebij 1572.

Ioannis Schnotenbekij I. C. & regij consiliarij, de Turcarum militariibus magistratibus ad Maximilianum Cæsarem lib. 1. impres. cù Melchioris Soiteri opere de bello Pannonico.

Ioannes Schodehouen, natione Germanus, Carmelita, Prior Mechliniensis, scripsit opus insigne de vitijs & virtutibus, & omni materia prædicationis, secundum ordinem alphabeti, in duobus voluminibus, quod vocauit Polypodium lib. 2. sermones varios lib. 2. & alia.

Ioannes Scholasticus, abbas in monte Sina, Climacus cognomine, quod scalam scripserit 30. gradibus cælum petentem, opus sanè ipsa similitudine delectabile pariter & vtile, conuersum postea ab Ambrosio monacho Camaldulensi. Raph. Volaterranus. Extat Græcæ Romæ in Vaticana, scholijs etiam adiectis Græcis, per Heliã Cretensem. Scripsit & epistolas plures ad monachos li. 1. & quædam alia. Eius Climax impressus Venetijs, Ambrosio Camaldulense interprete, apud fratres de Sabio 1531.

Ioannes de Schonhouen, natione Germanus, ordinis Canonicorum regularium S. Augustini, scripsit exhortatorium spiritale li. 1. de cursu monachi lib. 1. de profectu monachi lib. 1. defensorium Ioan. Rusbrog lib. 1. sermones varios lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & alia complura. Vixit anno 1420.

* Ioannis Schram in Quodlibeto Erdfurdiensi quæstio fabulosa.

Ioannis Schreeteri Vinariensis, tabulæ astronomicæ, ex quibus quisq; facile discet, qua via prædictiones rerum futurarum elici debeant, in academia Viennæ Austriæ cõpositæ, & excusæ ibidem apud Aegidium Aquilam, anno Dom. 1551. in 8. chartis 7. & dimid. Eiusdem typus ex Hippocrate, Galeno, alijsq; bonis authoribus, per quem cognitio ex motu & cursu syderum mutationibus anni, vno intuitu de futuris inde morbis vnusquisq; facile prædicere poterit, ibidem excusus 1551. in 8. sesquicharta.

* Ioannis Schubeigeri Collegij ad D. Virginem, Francofurti scholastici Epitome 13. librorum confessionum D. Augustini. Colonia, 1569. duodecimo.

Ioannes Scrympsius, Heldburgenfis, scripsit librum de peccatis in Deum patrem, filium, & spiritum sanctum, in quo potissimum tractat cur hoc postremum irremissibile sit cum reliqua remittantur.

Ioannes Scotus: Vide Ioannes Duns Scotus, & Ioannes Mailrosius Scotus.

Ioannes Scotigina, Benedictinus, vni. pore Caroli magni, Dionysij martyris libros Latinos fecit: qui cum Dionysij Carthusiani commentarijs excusi sunt Colonia, 1536. Est Mailrosius.

Ioannes Scylax Constantinopolitanus, scripsit de Imperatoribus Constantinopolitanis. Raph. Volaterranus.

* Ioannis Sebastiani Poemata Tridentina. Venetijs, 1564. in octauo.

* Ioannis Seccerutij poetices professoris in Academia Tubingensi, Oratio quædam cum alijs eiusdem Academiæ professorum orationibus edita est, 1557.

Ioannis Seckerutij Vratislauenfis duæ elegiæ fictitiæ, Iacobi ad Esau fratrem, & responsoria Esau ad Iacobum, excusæ Vuitenbergæ, anno Domini 1550 chartis 2.

Ioannis Secundi Hagiensis Basia, impressa Lugduni apud Gryphium, anno 1539. Eiusdem opera impressa sunt Traiecti Batavorum, anno Dom. 1541. in 8. chart. 21. Sunt autem hæc: Elegiarum lib. 3. Funerum lib. 1. Epigrammatum lib. 1. Basilium lib. 1. Epistolarum lib. 2. Odarum lib. 1. Sylvarum lib. 1. Scripsit & alia nonnulla quæ à typographo, quod in principes quosdam (vt ait) acerbis dicta viderentur, omissa sunt. Ad finem additur Adriani Marj in mortem Ioannis Secundi Næpia.

Ioannis Secundi Hagiensis Regia pecuniæ, scholijs Petri Pigatij illustrata, impressa Lugduni Claudio Marchant, anno 1552.

Ioannes Segobienfis, Hispanus, librum Mahometis, quem vocant Alchoran, in nostram linguam de nouo conuertit, & ineptias eius versus viuis rationibus & argumentis explosit. Aeneas Syluius in Europa sua, cap. 42. Citatur etiam in Chronicis Ioan. Cuspiniani. Idem scripsit duæ magna volumina de actis cõcilij Basiliensis, quæ seruantur Basileæ manuscripta. Præterea colligit concordantias partium orationis indeclinabilem in Biblijs, quæ cum maioribus concordantijs impressæ habentur.

* Ioannes Seguarde rhetor ac poeta scripsit M...

ristenchuridion lib. 1. Cathemeron lib. 1. Decretum Apollinis lib. 1. De miseria hominis lib. 1. Carmina diuersi generis lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Claruit anno 1414. Baleus.

* Ioannis Scicij Fagini pro Conrado Vuimpina oratio, in defensionem sacrae theologiae, Lipsiae habita.

Ioannes de Selua iurisperitus, scripsit de beneficio, & de iureiurando.

Ioannes Semeca, Halberstatensis, primus auctus glossare decretum, quod ante eum nemo, & post eum nullus excellentius fecit, teste Alberto Cranio. Hic Clementi IIII. pontifici se opponens deimas per Galliam & Germ. exigenti, excommunicatus est. Obijt anno D. 1269.

Ioannes filius Serapionis, medicus, de simplicium medicinis mira conscripsit, & totam practicam medicinam compleuit: Antidotarium etiam celeberrimum compilauit: volumen impress. Argent. 1531. apud Georgium Vricher. Eiusdem practica dicta breuiarium: & Synonyma, siue Arabicorum vocabulorum explicationes ordine alphabeti, quae in paucis differunt a synonymis Rasis: item liberum de simplicium medicina: Octavianus Scotus impressit Venetijs 1497. cum Ioan. Platearij practica & Basileae per Henr. Petri 1543. Ioan. Serapionis practica, Andrea Alpago Bellunensi medico & philosopho idiomatici Arabici peritissimo interprete: Eiusdem Serapionis commentaria de facultatibus simplicium medicamentorum, Abrahamo Iudaeo & Simone Ianuensi interpretibus: Excusa sunt haec Venetijs, an. 1550. in folio. Claruit Leonis imperatoris tempore, circa annum videlicet Do. 742.

Ioannes Sermonera medicus, scripsit quaestiones in aphorismos Hippocratis, & in Technen Galeni, utrunq; opus impressum in Italia. Claruit Bononiae, anno 1430.

Ioannes Serranus collegit Dictionarium Latino-germanicum, quo singulae voces Latinae, Germanice simpliciter interpretantur: impressum Norimb. an. D. 1539. Eiusdem synonymorum libellus ex optimis Latinae & Graecae linguae scriptoribus congestus, ibidem excusus est, anno 1552.

Ioannes Seruilius edidit dictionarium Latino-germanicum pro Germanis inferioribus, item De rebus pace belloq; magnifice gestis. Antuerpiae an. 1568. Geldrogallicam conturbationem, impress. Augustae 1544. in octauo. De mirandis antiquorum operibus, opibus & veteris aui rebus magnifice gestis lib. 3. Antuerpiae exc. apud Vuithagium 1569.

Ioannes Setonus Cantabrigiensis, scripsit Erotemata dialectices, impressa Londini anno 1545. Vixit anno 1538.

* Ioannes Seuerle vtriusq; iuris professor, congestit Lecturas ordinarias lib. plures. Lecturam extraordinariam lib. 1. Baleus.

* Ioannes Sharpe philosophus & theologus, scripsit. Contra Vuideuistas li. 1. De orationibus sanctorum li. 1. De suffragiis viatorum li. 1. De vniuersalibus lib. 1. Quaestiones eorundem lib. 1. De anima quaestiones li. 1. De incarnatione verbi li. 1. Quod libera diuersa li. 1. In Quodlibeta Scoti li. 1. Ordinarias lectiones li. 1. Quaestiones Physicorum li. 8.

Abstractum à Burley super Ethica li. 8. De pluralitate beneficiorum li. 1. De potestate sacerdotij lib. 1. De adoratione imaginum lib. 1. De peregrinatione lib. 1. Vixit anno 1390. Baleus.

* Ioannes Shepraus monachus, vitam Ioã. Claymundi qui in Plinium commentarios scripsit, Latinis literis mandauit lib. 1. Libellum Basilij, Hercubam Euripidis, & Herculem furem, e Graeco in Latinum transtulit li. 2. Scripsit epistolam nomine Hippolyti, Ouidiana Phaedrae respondens. Scripsit Disticha 260. in nouum Testamentum lib. 1. Carmina quaedam erudita lib. 1. Obijt anno 1541. Baleus.

Ioannes Sichardus, Germ. egregios aliquot aucthores recognouit, & in lucem protulit: nempe Quintiliani oratorias institutiones ab eo castigatas, Iustini historici libros variorum exemplarum collatione recognitos. Aurelij Prudentij opera scholijs insuper illustrata, impres. apud Henr. Petri 1540. Quaedam etiam in Iure scripsit.

Ioannis Sicurrae primordia consequentiarum, Parisijs excudit Ioan. de Porta, anno 1514.

Ioannes Siliceus quidam reliquit aliquid scriptum in arithmetica, ut meminit Lud. Vives li. 4. de Tradendis disciplinis.

* Ioannes Siluanus, scripsit contra errorem Eurychae librum German. impress. in 8. Aduersus Ioan. Maepach, libros ni fallor duos. Hic postea in impiam haereseum Samosatren. seu Seruetan. incidit, & quaedam in illius defensionem scripsit quae tamen non sunt edita: caeterum ab illustri principe Palat. Rheno electore capite danatus, poenas blasphemiarum luit: fertur tamen agnouisse & recantasse suos errores.

Ioannes Simler Argentinenensis I. C. scripsit multas epistolas elegantissimas, & quaedam alia, teste Vuimpfelingo.

Ioannis Simonetae, Calabri, rerum gestarum Francisci Sphortiae Mediolanensium ducis libri 31. impressi Mediolani, anno 1486.

Ioannes Sinapius, Germanus, quaedam ex Luciano Latina fecit, quae extant impressa. Scripsit etiam Suinfordensis vrbis, patriae suae historiam, Cosmographico operi per Sebastianum Munsterum insertas. Idem edidit orationem aduersus ignauitiam eorum qui literas humaniores negligunt. Claruit anno 1550.

Ioannes Sinheimius, scripsit commentarios Dauentrig, ut testatur Beatus Rhenanus in vita Des. Erasmi.

* Ioannes Skeltonus poeta laureatus ac theologiae professor, edidit, partim Anglice, partim Latine. De statu honoris lib. 1. De peccatis fugiendis lib. 1. Viam honoris acquirendi lib. 1. Artem ornatè loquendi lib. 1. Artem bene moriendi lib. 1. Comcediam de virtute lib. 1. De rosario ac principio lib. 1. Creationem Arthuri principis lib. 1. De quotidiana perfidia lib. 1. Dialogos de imaginatione lib. 1. Grammaticam Anglicam lib. 1. De moribus Curiae lib. 1. Aduersus Robertum Gagwinum lib. 1. Inuestiuam in Guilhel. Liliu lib. 1. Contra linguas virulentas lib. 1. Ex Tullio Academicum lib. 1. De bona deliberatione lib. 1. Lauicam coronulam lib. 1. Angliae tubam lib. 1. Philippum passerulum lib. 1. Cur ad Curiam non venis lib. 1. Psittacum loquacem li. 1. Schedulam

superioritatis lib. 1. De magnificentia comœdiam lib. 1. Sales de Domina Margeria lib. 1. Peregrinationem vitæ humanæ lib. 1. Triumphos rubeæ rosæ lib. 1. Speculum principis lib. 1. De Aleonora Rummyngæ lib. 1. Ioannem Yuonem lib. 1. Colinum Clouute lib. 1. Cantilenas de Magistra Anna li. 1. Epitaphium Adæ nebulonis lib. 1. De porcorum grunnitu lib. 1. De gemitu acerinæ radicis lib. 1. Ad Mosi cornua precatione li. 1. Theatrales ludos lib. 1. De Rosomundo thalamo lib. 1. De Minerua & Oliua li. 1. De molitore ac sponsa lib. 1. Meditationes deuotas lib. 1. Declarationes Hymnorum lib. 1. Nationem stultorum li. 1. Apollinem fatiloquum lib. 1. De Virgine Cantiana lib. 1. Amasiorum testamentum lib. 1. Cantilenas consolatorias lib. 1. Meditationem de D. Anna lib. 1. Contra Pseudopœtam lib. 1. Accipitrem caue lib. 1. De bono ordine comœdiam lib. 1. Automedon meditandi amoris lib. 1. Diodorum Siculum transtulit lib. 1. Obijt anno 1529. Baleus.

* Ioannes Skuish Cornubiensis, ex multis authoribus collegit Abbreviationes Chronicorum li. 1. De bello Troiano lib. 1. Claruit an. 1530. Baleus.

* Ioannes Skegan edidisse fertur Comœdias quoddam lib. 1. Ad Curia proceres quoque lib. 1. Claruit anno 1480. Baleus.

Ioannes Sleidanus Philippi Commineii commentarios de rebus gestis Ludouici eius nominis vndecimi Galliarum regis, & Caroli Burgundia ducis, lingua Gallica scriptos, in Latinum sermonem transtulit, excusus Argentinae apud Cratonem Mylium, anno 1545. Idem transtulit in Latinam linguam eiusdem Comineii commentarium de bello Neapolitano lib. 5. impressos Argentinae à Rihelio, anno D. 1548. cum breui explanatione rerum & authoris vita in 8. chartis 16. Transtulit etiam ex Gallico in Latinam linguam Claudij Sefellij de repub. Gallorum & regum officijs lib. 2. Addidit etiam summam doctrinae Platonis de repub. & legibus: Liber ibidem excusus est eodemq; anno, in octauo, chartis 15. Præterea edidit orationes duas, vnam ad Carolum V. Cæsarem, alteram ad Germaniæ Principes omnes, ac ordines imperij, in quibus de papatu & de causa religionis tractatur, excusæ sunt ibidem, anno D. 1544. in quarto, chartis 22. Frossardi nobilissimi scriptoris Gallici historiarum opus omne breuiter collegit, & Latino sermone reddit. Colinæus impressit, anno Do. 1537. Præterea scripsit Commentariorum lib. 26. rerum in ecclesia & re publica Carolo V. Imperatore, gestarum, qui Latine primum in folio & octauo editi sunt, & postea in Germanicam, Gallicam & Italicam linguam translati, & sæpe varijsque in locis excusi. Eorundem librorum epitome, Geneuæ excusa est. Scripsit etiam de Monarchijs elegantem libellum excusum Argentinae in octauo. Obijt Argentinae, anno 1556.

* Ioannes Sloley Augustinianus, scripsit Sermones per annum li. 1. Quæstiones varias lib. 1. Mortuus est anno 1477. Baleus.

* Ioannes Smyth, aliàs faber ferrarius dictus, composuit De expolitione thematis lib. 1. Claruit anno 1540. Baleus.

Ioannes Sommerfelt, Germanus, Cracouie scri-

psit argumeta Latine editionis epistol. Libanij, * Ioannes Somer Franciscanus, composuit Calendarij castigationes lib. 1. Tertium Calendarij lib. 1. Astrorum canones lib. 1. De facultate metrica lib. 1. De quantitate anni lib. 1. Claruit anno 1300. Baleus.

* Ioannes Somertó, Anglus, Dominicanus Norwicensis cœnobij, scripsit sermones per annum lib. 1. Londinensis bibliotheca.

* Ioannes Sômerus Pirnensis, professor in schola Claudiopolitana, quædam Paradoxa scripsit, in sacra theologia, vt opinor.

* Ioannes vir solis, vel Sonnenman, Alemanus natione, cœnobij Casselensis in Hassia Carmelita, scripsit de decem præceptis lib. 1. Super Apostol. simbolo lib. 1. De præparatione cordis lib. 1. Contra superstitiones lib. 1. De contractibus li. 1. Contra receptiones censuum lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Atq; alia. Claruit anno 1460. Iacobus Vuimphelingius.

* Ioannes de Sophia Patauini liber Antidotorum. Eiusdem consilium contra sterilitatem. Practica medicinae in 180. capitula distincta.

Ioannes Soreth, Normannus, Carmelita, scripsit super sententias lib. 4. sermones varios, lib. 1. in regulam ordinis sui lib. 1. in eandem maius commentum lib. 1. constitutiones ordinavit lib. 1. Contra adulteros lib. 1. Epistolas ad Franciscanos li. 1. & alia. Obijt Andegavi anno 1471.

* Ioannis Sorealli, summa Pontificalium & synodaliū constitutionum, in locos communes, redacta. Louanij apud Betrum Zangrium, anno 1570. in octauo. Eiusdem & Horatij Lucij I. C. Annotationes Marginales in Concilij Tridentini canones & decreta. Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1571. in octauo.

* Ioannes Soule Carmelita Londinensis, scripsit Sermones ex Paulo lib. 1. Diuisiones thematum lib. 1. Conciones per annum lib. 1. Obijt anno D. 1508. Baleus.

Ioannes Spangenberius Herdessianus, verbi diuini præco Northusæ, Psalterium carmine elegiaco reddidit. Liber excusus Francofordiæ. Catechismum maiorem Martini Lutheri per quæstiones explicauit, & Postillam Latinam: vtrumque opus excusum Francofordiæ. Eiusdem Margarita theologica, præcipuos locos doctrine Christianæ per quæstiones breuiter ac ordine explicans: Liber excusus Basileæ, apud Vuesthemerum anno D. 1544. Sermones item de tempore & de sanctis per circuitum totius anni: de Martirionio liber, & alia multa, lingua Germanica.

Scripsit etiam quæstiones Musicae, excusas Norimbergæ apud Ioannem Petreum. Idem scripsit expositionem in epistolas ab aduentu ad pascha, per erotemata, excusam Madeburgi, anno 1546. in octauo. Item aliam à paschate ad aduentum, excusam Vuitebergæ. Præterea edidit conciones funebres 15. item 60. themata veteris testamenti quibus hæ conciones applicari possent, liber ab authore Germanice scriptus & à Reinhardo Loricchio Hadamario Latinitate donatus, excusus est Francofordiæ ab Egenolpho, anno 1548. in 8. Eiusdem erotemata grammaticæ, dialecticæ rhetoricæ, excusæ sunt anno Do. 1545. in 8. Artificio-

Artificioſæ memoriæ libellus, anno Dom. 1571. Vuitebergæ in octauo. Explicatiões Euangeli-
orum & epiſtolarũ, quæ dominicis diebus mo-
vſitato proponi in eccleſia populo ſolent, in
tabulas ſuccinctas & ad memoriã admodum
faciles redactę, vnã cum tabulis euangeliorum de
ſcriptis. Baſileæ apud Ioannem Oporinum in fo-
lio, anno D. 1564. & Erfordiæ 1572. in 8. Eiuſdem
ſcripta Germanica an. 1544. Lipſiæ, Expoſitio
ſermonum. duodecim hymnorum qui in eccleſia can-
untur. Vuitebergæ, anno 1545.

Ioannis Spangher Practica procedendi contra
hereticos, impreſſa cum Malleo maleficarum.

Ioannes Spreter multa Germ. edidit. De ſacra
ſcriptura. De vera Chriſtiana & fictitia antichri-
ſtiana eccleſia, eius capite & vicario. De prou-
identia & vocatione Dei atq; libero arbitrio. De
politico & ſpiritali magiſtratu, nobilitate, bellis
& militibus, de duobus gladijs cui comiſſi ſunt.
De redditibus, cenſibus, decimis, noualibus, vſu
ſeruentis & noui teſtamenti. Et nonnulla alia.

Ioannes Sporre, Germ. Carmelita Trëuerëſis.
collegit ex diuerſis authoribus, de caſibus matri-
monialibus opus nõtabile, li. 1. Arnold. Boſcius.

Ioannis à Spira, Fortalitiũ fidei. Vixit an. 1438.

Ioannes Spynne Carmelita Latine exarauit Cõ-
ones æſtiales lib. 1. Diſputatiões ſolennes li.
Obijt anno 1484. Baleus.

Ioannes Stabius Auſtriacus, poeta, & Maximi-
ani Cæſaris hiftoricus, hæc poſteris reliquiſſe

ſcribitur: Horoſcopion vniuerſale lineis heli-
cis, ite

nd lineis columnaribus. Inſtrumentum aſcen-
ſionis cum domibus & ſtellis fixis ad diuerſas ca-
uatiões, inſtrumentum horometrum ad om-
nia climata cũ vario vſu. Compoſitionẽ meteoro-
logij, pro accipiendã longitudine ciuitatis ignõ-
re, compediōſiori viã quã Ptolem. habet. Com-
poſitiones variarũ proiectionũ vniuerſaliũ Pro-
meti, pro toto globo. Varias chartas chorogra-
phicas, propria peregrinationis illuſtratione de-
ſcriptas, deſcriptionẽ variarũ modorũ pingendi ta-
bulas cosmographiæ Ptolem. ex veris principijs
artis picturę. Modum diſtantiã miliariorũ inter
diuerſa loca varijs inſtrumentis meñſurãdi. Mo-
dum conſtituendi tabulas cosmographiæ, quò tã-
to vno loco, quã à diuerſis ad diuerſa loca di-
ſtantiã miliariorũ ritẽ inueniatur, conſtitutionẽ
tabulæ cosmographiæ, ſub quo gradu ſigni, &
diſtantiã planetæ dominiũ quæuis habitatio ſit ſub
ſtã. Modũ faciendi horologiũ lunare, ad quam
diſtantiã; eleuationem & ſuperficiẽ in lineis heli-
cis, & alia plura mathemat. & quędam etiam tã-
rũine & proſa.

Ioannis Stadij Ephemerides ab anno 1554. vſq;
ad annum 1600. Colonia apud hæredes Arnol-
di Birkmanni 1570. Eiuſdem tabulæ æquabilis
apparentis motus cœleſtium corporum. Co-
loniæ, anno 1560.

Ioannis Stadij Hombergi Heſſi, deſcriptiõ re-
ſionis Antropophagorũ, Germ. Marpur. impr.

Ioannes Stafforde Franciſcanus congeſſit Lã-
tine Anglicã hiftoriã lib. 1. Baleus.

Ioannes Stamler preſbyteri Auguſtenſis, Ger-
mani, liber de ſectis diuerſarum gentium, impreſ-
ſus Auguſtæ Vindelic, 1508. eſt aut dialogus ab

ipſo adhuc iuuenẽ eodem tẽpore ſcriptus, ſermõ
ne non ſatis Latino & affectato, de Tartarorum,
Saracenorum, Turcorum, Iudæorum & genti-
lium ſectis & religionibus, cum eorundem con-
ſultatione, & approbatione noſtræ fidei hiftoriã
rum figurarũq; per vtriuſq; Teſtam. ſcripturas.

Ioannes Stanbery Carmelita, magiſter Oxoni-
enſis, Bangorenſis epiſcopus, ac Heresfordenſis
preſul, ſcripſit lecturam ſententiãrum lib. 4. De
laboris vniuerſi præmio. De ſymbolo fidei. De
dote eccleſiæ. De vigore decretorum. De ſanctiõ-
nibus eccleſiaſticis. De poteſtate põrificia. De di-
ſcrimine iuriſdictionum. De prærogatiua eccle-
ſiaſtica. De vigore ſcripturæ ſacrę. De caſu & for-
tuna. De vario ſcripturæ ſenſu. De fato & fortui-
tũ. De regimine celebrantium. De quatuor mini-
ſtris. in Auguſtini confeſſionale. in eundem ſu-
per Ioanne, in eundem de doctrina Chriſtiana, in
Enchiridiõ eiuſdem, de viſitatione infirmorum.

20 De cura pro mortuis agenda. De laude charita-
tis. De diſciplina Chriſtiana. ſermones multos,
& alia. Ludlouuiæ obiit, 1464.

* Ioannes Stanbrigius grãmaticus, ſcripſit Par-
uulorum inſtitutiones lib. 1. Vocabularium ver-
ſu lib. 1. De ordine conſtructionum lib. 1. Vulgar-
ia Stanbrigiana li. 1. Claruit anno 1510. Baleus.

Ioannes Standitius Anglus, minorita, ſcripſit
cõtra Eraſmi Rõterodami verſiones noui teſta-
menti. Vixit anno 1520.

30 Ioannes Staphileus, Dalmata, epiſcopus Sibe-
nicenſis, auditor Rotæ vt dicunt, ſcripſit tractã-
tum de gratijs expectatiuis & literis gratiæ & iur-
ſtitutiæ, Venetijs impreſſum anno D. 1540. Eiuſ-
dem extant quædam manuſcripta de bello & pa-
ce ad Vladislaum Pannoniæ & Boemiæ regem;

Ioannis Steindorfs lectura ſuper 6. Decretaliũ.
Eiuſdem conſilia & quædam alia extant.

Ioannis Stellæ Veneti liber de vita ac moribus
ſummarum põrificum à Petro apoſtolo vſq; ad
Iulium ſecundum, id eſt ad annum Domini 1503.
impreſſus Baſileæ per Michaelẽ Furter, anno
D. 1570.

Ioannes Stephanus, Italus, cardinalis Bononi-
enſis, ſuo labore & industria effecit, vt Ariſtorelis
magna moralia nobis communia fecerit Iaco-
bus Faber.

* Ioannis Stephani medici tractatus de quanti-
tate laxationis: ſiue de doſibus: liber manuſcrip-
tus. M. Dreſſertis.

* Ioannis Steurlini Schmalcaldiẽſis, muſici Can-
tiones quatuor & quinq; vocum. Viteber. 1571.

Ioannis Stigelij poetæ carmina quædã extant,
inter quæ, Epithalamium G. Sabini & Annæ ſi-
liæ Melanchtonis, in quo Apollo cum nouẽ Mu-
ſis intrõducitur, excuſum cũ Georgij Sabini poe-
matijs. Scripſit etiã de morte Euricij Cordi Epi-
cediũ, & alia quædã, quæ aliquando fortẽ ſimul
collecta prodibunt. Vertit carmine doctiſſimõ
multos Davidis regis Pſalmos, & hymnos alia
quõ. excuſos Lipſiæ apud Valentinũ Papã, an-
no 1548. & 1550. Eiuſdem prognõſtica anni 1536;
ex lunari eclipsi, item anno 1537. ex ſolari eclipsi,
item anno 1551. ex lunari eclipsi, & eiuſdem an-
ni de ſolis eclipsi, Epicedion in mortem Annæ
coniũgis comitis Philippi à Naſſa ſcriptum an;

60 Ioannis Stigelij poetæ carmina quædã extant,
inter quæ, Epithalamium G. Sabini & Annæ ſi-
liæ Melanchtonis, in quo Apollo cum nouẽ Mu-
ſis intrõducitur, excuſum cũ Georgij Sabini poe-
matijs. Scripſit etiã de morte Euricij Cordi Epi-
cediũ, & alia quædã, quæ aliquando fortẽ ſimul
collecta prodibunt. Vertit carmine doctiſſimõ
multos Davidis regis Pſalmos, & hymnos alia
quõ. excuſos Lipſiæ apud Valentinũ Papã, an-
no 1548. & 1550. Eiuſdem prognõſtica anni 1536;
ex lunari eclipsi, item anno 1537. ex ſolari eclipsi,
item anno 1551. ex lunari eclipsi, & eiuſdem an-
ni de ſolis eclipsi, Epicedion in mortem Annæ
coniũgis comitis Philippi à Naſſa ſcriptum an;

Do 1538. Ecloga Iolas de Carolo imperatore scripta, anno D. 1543. Carmen Panegyricum de Ioanne Baptista, in Ienensi academia scriptum 1549. Omnia hæc impressa sunt. Eiusdem oratio de Machabæis & alia de vita D. Hieronymi, impressæ in tertio tomo declamationum Melanctonis. Habet nunc in manibus Fastorū, lib. quos ut ali quando absolutos in lucem edat bonarum artium studiosi exoptant. Floret Ienæ anno Dom. 1554. Eiusdem poematum libri nouem, diuersis temporibus Ienæ separatim editi sunt. Explicatio in libellum Philippi Melanctonis de anima, Muhlshij Turingorum, anno D. 1570. in octauo.

Ioannis Stobæi physica Græca nondum euulgata, extant in Italia, apud Rodolphum Vincentiæ Cardinalem hoc tempore. Eiusdem Colectanea sententiarum ex varijs prophanis authoribus Græcis per locos digesta, excusa Venetijs per Bartholomæum Zanettum, anno D. 1535. & Tiguri apud Froschouerum, aliquot mendorum 20 milibus sublati per Conradum Gesnerum, vna cum eiusdem Latina interpretatione è regione anno 1543. Eadem anno 1550. Basileæ per Oporinum excusa sunt sumptibus Froschoueri, recognita ad Græca exemplaria. Et ibidem Germanice Georgio Læto interprete.

Ioanis de Stobniza, Poloni, introductio in Ptolemæi cosmographiam cum longitudinibus & latitudinibus regionum & ciuitatum celeberrimum, impressa Cracouiæ per Hieronymum Vie30 torem, anno D. 1519.

Ioannes Stockes Sudberiensis, ordinis Domini canorum, scripsit contra Carmelitas, pro sui ordinis dignitate. Ad rationes Hornebij lib. 1. Vixit anno D. 1373.

Ioannis Stœfleri Iustingensis, opus Ephemeridum à capite anni Christi 1532. in alios viginti proxime subsequentes, ad veterum imitationem accuratissimo calculo elaboratum, & excusum Tubingæ, 1533. item variorum astrolabiorū compositionis seu fabricæ lib. 2. cum explanatione vsuum eorundem, ex postrema authoris recognitione: Petrus Iordan excudit Moguntia, anno Do. 1535. in Procli Diadochi sphaeram mundi commentarius, excusus Tubingæ 1534. Calendarium Romanum magnum impressum à Iacobo Kæbelio, anno D. 1518. in folio, chartis 66. Tabula astronomica impressæ Tubingæ apud Thomam Anshelmum, anno D. 1514. in folio, chartis 12. Eiusdem Cosmographica aliquot descriptiones De sphaera cosmographica, hoc est, de globi terrestris artificiosa structura. De duplici terræ proiectione in planum, hoc est qua ratione cōmodius chartæ cosmographicae quas mapas mundi vocant designari queant. Edita hæc sunt à Ioanne Dryandro Marpurgi, anno 1537.

* Ioannis Stolini liber de baptismo puerorum, Coloniae 1559. in octauo.

Ioannis Stolsij, Vuittebergensis, oratio de Iona tha filio Saulis, excusa est Erfordia in 3. tomo de 60 declamationum Philippi Melanctonis. Eiusdem Somnium Lutheri, cui respondit Ioach. Camera rius, qui oblique hoc somnio carpebatur.

* Ioannes Stouue monachus Benedictinus Basiliensi synodo interfuit scripsitq; Acta eius concilij lib. 1. Disputationes solennes li. 1. collectionesq; varias lib. 1. Claruit anno 1440. Balcus.

I O A

* Ioannis Stramburgi, De ratione discendi docendiq; iuris.

* Ioannes Strafelius vir doctissimus Lutetia per annos plus minus sex & viginti Regius Græcæ linguæ professor, multa, ut audio, scripsit, nondum edita, sed pleraque paucis exceptis amissa, quæque non vulgarem descriptorem requirât. Huius explanationem in aurea carmina Pythagore Franciscus Thorius in lucem edidit, Parisijs, anno 1562. in quarto.

Ioannis Stratii Belgæ, oratio gratulatoria ad Leonoram Gallia reginam, de eius matrimonio cum Francisco Gallorum rege, impress. est Basileæ ab Io. Oporino cum Burgundia Gilberti Cognati.

* Ioannes Stuckey monachus Benedictinus, scripsit Lecturam sententiarum lib. 4. Cōmentarios scripturæ lib. 1. Sermones per annum li. 1. Balcus.

Ioannes Stumpff, verbi minister in agro Tigurino, Germanico sermone descripsit Vniuersale Concilium Constantiense, excusum Tiguri apud Froschouerum, anno 1541. Scripsit etiam Heluetiæ historiam Germanicam, cum tabulis locorum exquisitissimè pictis. Describit autem obiter etiam Germaniam, Galliam & Italiam. Opus duobus tomis excusum, Tiguri. Idem edidit epitomen Historiæ Helueticæ excusam ibidem, anno D. 1554. in octauo Floret anno D. 1573. Historiam Henrici III. imperatoris Germanicæ. Libellum de nouissimo iudicio, &c. Lud. Lauateri Sacrament, historiam in linguam Germanicam transtulit.

Ioannes Sturmus, Germanus, scripsit multa, quibus sunt: De literarum ludis rectè aperendis liber, impressus diuersis locis 1539. & 1543. De amissa dicendi ratione, & quomodo ea recuperanda sit lib. 2. Partitionum dialecticarum lib. 2. De demonstratione lib. 1. qui Dialecticarum partitionum est tertius: impressus est anno D. 1543 in partitiones oratorias Ciceronis Dialogi duo apud Cratonem Mylium impressi 1539. Lustu ad Ioach. Camerarium, cum epitaphijs Ioan. Sapidij: libellus excusus, anno D. 1542. Eiusdem & Bartholomæi Latomi amicorum epistolæ duæ de dissidio periculoque Germaniæ: & per quos stet, quo minus concordia ratio inter partes inetur, item alia duæ epistolæ eiusdem, de emendatione ecclesiæ & religionis controuersijs, vna à Cardinalibus cæterisq; prælatos delectos, altera à Iacobum Sadoletum Cardinalem: libellus excusus Argentorati, anno Do. apud Cratonem Mylium. in quosdam Platonis dialogos, excusos Augustinæ, præfatus est, de ratione interrogandi que collocandi dialectica. Ex Ciceronis epistolæ libros tres in vsum puerilem selegit, ibidem impressos anno D. 1539. & 1543. in orationem Ciceronis de Responso auruspicum cōmentarios edidit, qui cum reliquis diuersorum cōmentarijs in omnes Ciceronis orationes Basileæ impress. sunt M. T. Ciceronis orationes, & Rhetoricorum libros omnes, post Naugerianam & Victorianam correctionem emendauit: Rihelium excudit Argentorati, anno Dom. 1540. Eiusdem de period libellus

bellus excusus est, anno 1551. vitam Beati Rhenani descripsit, quæ præfixa eius Germanicæ, excusa est Basileæ in officina Frobeniana, ann. 1551. eisdem nobilitas literata ad Vuetteros fratres excusus Argendorati, anno Dom. 1549. in 8. art. 7. Oratio funebris in obitu Iacobi Sturnij, eisdem excusa. Eiusdem in Aeschinis & Democriti orationes contrarias commentariolum catomeres, cum ipsas orationibus ibidem excusum est. De educatione principis. De nobilitate Anglicana. Eiusdem scholia in primum librum Politicorum Aristotelis edidit Michaelus Toxius, excusa Tiguri à Froshouero in 8. Idem edidit scholia eius in orationes Ciceronis, pro Quinctio, pro Domo sua, pro Cn. Plancio, pro C. Rabirio Posthumo, in Diuinationem contra Verrem, primam & secundam Philippicam: impressa hæc Basileæ cum diuersorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Floret nostro tempore Argentinæ, & nunc in manibus habet eum dialogos in Aristotelis rhetoricam, & resolutionem operum Ciceronis, atque alia quæ breuiter edenda speramus. * Sturnij epistolæ duæ de historia Christianorum ad Echinadas, 1572. Epistola consolatoria ad Fabricios fratres Georg. Fab. ipsiæ. Epistolæ de morte reuerendissimi principis D. Erasmi episcopi Argentinensis, 1569. in 4. Argentinæ. Aristotelis Rhetoricorum li. 3. in Latinum sermonem conuersi, & scholijs breuioribus explicati. Ibidem 1570. Prolegomena in varios doctores: Tiguri, Scripta quedam de cæna Domini noua vetera, Buceri & aliorum cum præfatione ipsius impressa, in 8. Hermogenis de ratione inueniendi oratoria lib. 4. Latinitati ab eodem donati & scholijs explicati. Argentinæ, 1570. Hermogenis partitionum oratoriarum liber, qui vulgo de statibus inscribitur, ab eodem illustratus. Ibidem. Item libri De dicendi generibus, de ratione grauitatis occulte, Latinitate donati & scholijs explicati. Argentinæ apud Iosiam Riheliū, 1570. 40

Ioannis Sturni extant varia poemata & aliorum ad eundem.

Ioannes Lupitius Verulanus, scripsit Commentarios in Lucani Pharsaliam, impressos Venetijs 05. Fl. Vegetij, Aeliani, & Frontini de re militari opuscula emendata, in publicum edidit vno volumine iuncta curauit. Extant etiam carmina eius de moribus, impressa Colonia, apud Gymnicum: Præludia Grammatica, impressa Parisijs.

Ioannis Superioris, Commentarij in tit. ff. veteris, De seruitutibus.

Ioannis Surgeti iurisperiti, enchiridion militarium, impress.

Ioannis Surrelichi medici, Apologia contra calumnias & fraudes quorundam pharmacopolarum, Italice.

Ioannis Surrini Andelosenis, liber poematum & epigrammatum. Basileæ Oporinus 1556.

Ioannis Sufenbroti, Germani, Epitome tropologiae ac schematum, impressa Tiguri, Coloniae, & Basileæ, eiusdem Methodum octo partium orationis, vna cum formulis declinandæ nomina, ac coniugandi verba, Froshouerus excudit Tiguri. Item Grammaticæ artis partium omnium integra institutio, ex Grammaticorum coryphæis

cum alijs pluribus, tum præcipuè Thoma Linacro, accurate concinnata, & emendata, ibidem excusa. Rudimenta Latinæ & Græcæ Grammaticæ simul coniuncta, nondum impressa. Scholæ Christianæ Epigramatum lib. 2. impressi Basileæ ann. 1541. Obijt Rauenspurgi, anno 1543.

* Ioannes Suttois Damastriensis collegij Carmelita, scripsit Quodlibeta quædam lib. 1. Ordinarias quæstiones lib. 1. Obijt anno Dom. 1473: Baleus.

* Ioannes Suuafham Carmelita episcopus Bangoricensis, scripsit contra Vicleuitas lib. 1. Concionum suarum lib. 1. Vixit anno 1392. Baleus.

* Ioannes Schuueigerus D. Augustini Meditationes, Soliloquia & Manuale in Germanicam linguam transtulit. Coloniae 1571. in octauo.

Ioannis Syluij Egrani contra calumniatores apologia, in qua D. Annam nupsisse Cleophæ & Salomæ (id quod vulgo sentiunt) euangelicis & probatissimis testimonijs refellitur. Lipsiæ anno 1518. Apologetica responsio contra dogmata, quæ in Egranum inuulgata sunt, impressa Vuitenb. anno D. 1518. Eiusdem dissertatio de fide & operibus scripta & edita Chemnicij.

* Ioannis Syluij Insulensis medicinam Valentianis facientis, De morbi articularij curatione tractatus quatuor. Eiusdem de morbo Gallico declamatio, Louanij in disputationibus solèmbus habita anno 1557. decimo octauo calendis Ianuarij. Antuerpiæ in officina Plantini in 8. Tabulæ Pharmacorum. Puerorum priuatae colloctiones. Antuerpiæ apud Plantinum 1568. in 8.

* Ioannis Tabiensis ordinis Prædicatorum summa quæ Tabiena, & summa summarum appellatur, recognita & argumentis in singulos titulos aucta, Venetijs 1569. in quarto.

Ioannes Tacephale, natione Anglicus, Carmelita, super Sententias scripsit lib. 4. in Apocal. Ioannis lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. & quædam alia.

Ioannis Tagautij Antibiani, medici, de Chirurgia institutione lib. 6. excusi Parisijs apud Vuelchelum, anno 1543. De medicamentis purgantibus lib. 2. in gratiam Pharmacopie candidatorum, editi Parisijs apud Galeotum à Prato 1537. Eius institutionum chirurgicarum lib. 5. cum sexto Iacobi Hollerij de materia chirurgica, excusi sunt Lugduni à Guilielmo Gazeio, anno D. 1547. in octauo, & Tiguri anno Do. 1555. apud Gesneros fratres in folio; cum diuersorum scriptis de chirurgia. Eiusdem metaphrasis in Guidonem de Cauliaco excusa est Parisijs ni fallor. Claruit Lutetiæ; anno 1537.

* Ioannes Tagautius superioris filius, in omni philosophia egregie versatus, quædam vt audio scripsit raræ eruditionis opera, quæ tamè mortè præuentus adhuc iuuenis edere non potuit. Extat eius protrepticum carmen ad S. P. Q. Geneuensem, quo oppidi situm præterea describit, iunctum historiam martyrum à Crispino editæ.

* Ioannes Talaugernus monachus Benedictinus contexit Commentarios in Longobardum lib. 4. Claruit anno 1448. Baleus.

* Ioannis Tamari Chirurgia, quæ dicitur thesaurus pauperum.

* *Ioannis Taisnerij* opus mathematicū impressum Colonia anno 1562, in folio. De anuli sphaerici fabrica lib. 3. Antuerpiæ, anno 1560. in 4. Astrologiæ iudiciariæ Isagoge. Colonia 1559. in 8.

Ioannes de Tambacho, Germanus, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit Opus grande, quod vocavit consolationem theologiæ, in lib. 15. diuisum de sensibilibus delicijs paradisi lib. 1. sermorum lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 1360.

* *Ioannes Tanetos*, monachus Benedictin. Cantuariensis Ecclesiæ ad fanum seruatoris præcentor, scripsit De officijs Cantuariensis Ecclesiæ lib. 1. De quorundam sanctorum uiris lib. 1. Claruit anno 1330. Baleus.

* *Ioannes Tartaijs*, Anglus, Oxoniensis sophista, scripsit Summulas logicas lib. 1. Quæstiones varias lib. 1. Suppositiones lib. 1. Obligationes lib. 1. Problemata lib. 1. Consequentias lib. 1. Et alia. Oxonij bibliotheca.

* *Ioannis Tauernerij*, De purgatorio animarū post hanc vitam expiandarum. Item De veritate corporis & sanguinis Christi in sacramento altaris. Parisijs 1551. in octauo.

* *Ioannis Tauleri* Exercitia super vita & passione saluatoris Iesu Christi, ex idiomate Germanico in Latinū uersa per Laurent. Suriū Lubecens. Lugduni excudit Sebastianus Bartholomæus Honoratus cum exercitijs Eschij, anno 1556.

* *Ioannis Taygeti* & multorum præstantium poetarum carmina. Brixia, anno 1566. in 8.

* *Ioannis Tecelij* pro indulgentijs pontificijs.

* *Ioannis Tecleri* theologiæ licentiati Nuptijs Davidis & Michol, comædia Germanica 1572. in 4.

* *Ioannes de Terra rubea*, Contra rebelles.

Ioannes de Teneramunda, ordinis Carthusien. scripsit de notitia Dei lib. 1. De natura & lapsu hominis lib. 1. De reparatione lapsi lib. 1. De amore Dei lib. 1. De gaudio hominis lib. 1. De sacramento altaris lib. 1. De fide Christiana lib. 1. De honore Dei lib. 1. De conceptione sanctæ Mariæ lib. 1.

* *Ioannis Tettelbachij*, aureum ornamentum, hoc est Martini Lutheri catechismus in epõtoma redactus & explicatus, Germanice, anno 1568. Ratisponæ, & Francofurti 1571.

Ioanes Tetthingerus Tubingensis, quatuor bella Vuirtenberg. quæ ante multos etiam annos, vsque ad hodiernum diem in ea regione gesta sunt, heroico carmine diligenter descripsit. Floruit Pfulendorphi, anno 1534.

Ioannes nomine & natione Teuthonicus ordinis Prædicatorum, Friburgo oriundus, episcopus Bossinensis in Hungaria, scripsit summam confessorum lib. 5. & Apparatum circa textum Decreti. Tabulam secundum ordinem alphabeti super summam Raymundi: ite super Apparatum Raymundi, & quæ ad declarationem textus & apparatus eiusdem summæ uilia sunt. De quæstionibus casualibus libellum specialem. Confessionale de modo audiendi confratres, & modo interrogandi secundum diuersos status & uitia. Manuscripta omnia. M. Dresserus. Nominatur etiam Glossator Decreti. Querendum an idem sit Ioannes Friburgensis, qui etiam summam confessorum scripsit.

Ioannes Theodoricus. Bellouacensis, scripsit apertionem de mihi & nihil tum scribedis tum pro-

ferendis, excusam Parisijs à Roberto Stephano; an. 1540. in 8. Idem scripsit annotationes in Vellæ elegantias excusas Parisijs, & Basileæ apud Balthazarem Lazium, anno D. 1541. cum diuersorum in eadem annotationibus ac censuris.

Ioannes Theophilus vertit aliquot libros Chrysostomi, quos Rob. Vinter excudit Basile. 1540. Sunt autem hi: De patientia & consummatione huius seculi. De secundo aduertu Domini. De æternis iustorum gaudijs, & malorum pœnis. De silentio, &c. Idem uerit Cyrilli Alexandrini expositionem symboli Niceni, quæ habetur quarto tomo operum Cyrilli.

Ioannes Teukesberi Anglus occidentalis, scripsit Sophismatum elenchos, De raritate & densitate. De altercationibus, & opus Chiromantiæ. Claruit anno 1350.

Ioannes Thanetes Anglus, monachus Benedictinus, scripsit de officijs ecclesiæ Cantuariensis. Vixit anno 1330.

Ioannes Tholosus, Germanus, ex Fræcia orientali, scripsisse fertur epistolas elegantes lib. 1. & quædam in Mathematica. Claruit Ratisbonæ, anno 1454.

Ioannis Thomassini Panegyricus de ciuitate Lingonum, impressus Parisijs apud Vechelum.

* *Ioannes Thomas Freigius*, truum artium logicarum Grammaticæ, Dialecticæ & Rhetoricæ breues schematismos ex optimis authoribus confecit. Basileæ excudit Henricus Petri 1569. Idem scripsit Paraleipomena in historiam Aetoliæ & Feroniæ, ad annum vsque 1569. Ibidem impressa.

Partitiones iuris vtriusque; hoc est omnium iuris tantum Ciuilibus quàm Canonici materiæ in tabulam aptam digestionem. Quibus adiectæ sunt partitiones feudales ex Zasij epõtome deductæ. Ibidem anno D. 1571. Methodicam actionum iuris repetitionem, ad ordinem iurisconsulti Tribonian institutam, cum præfatione sua edidit. Basileæ anno 1569.

* *Ioannes Thoresbius*, theologus & vtriusque iuris doctor, episcopus Eboracensis, scripsit contra ordines mendicantium. Processum quendam lib. 1. Pro docendis laicis lib. 1. Ad Ecclesiarum pastores lib. 1. Obijt anno 1374.

Ioannes Thorpe, Anglus, ex Nordouicen. Carmelitago sophista, scripsit Consequentiarum canones. Sophismatum labyrinthos, & lecturam Apocalypsim. Obijt Nordouici, anno 1440.

Ioannes Thurortz Pannonius, scripsit chronica Hungariæ lib. 3. & quædam alia. Floruit anno 1494.

* *Ioannis Ticinensis* epistola & problemata.

* *Ioannes Tiffenbach* medicus Augustanus, cuius eius reipublicæ archiatris consilium de peste scripsit.

Ioannes Tierrus Lingonensis. scripsit de fugis de feudis, Consilium de ferijs, Consilium de bastardis, id est spuris. Idem Repertorium Ioannis Bertachini auxit, Venetijs editum 1570.

Ioannes Tilberius Anglus, descripsit rerum in Anglia gestarum historias. Claruit anno 1190.

Ioannes Tilius, Engolismensis, editione adornauit apostolorum canones & concilia 13. quibus Neobarius Parisijs impressit, anno D. 1540. in 4 char

harris 30. Promittit & alium to mum in quo sanctorum epistolæ Græcæ continentur. Idem scripsit chronicon de regibus Francorum à Faramundo vsque ad Henr. II. excusum Parisijs apud Vascosanum, cum historia Pauli Aemilij. Fertur etiã edidisse lib. Caroli magni contra imaginũ cultũ.

* *Ioannes Timannus* Amsterodamus, pastor Bremensis, edidit Farraginem sententiarum consentientium in verã & catholica doctrina, de cœna Domini, &c. 1555. in 8.

Ioannes Tinctoris, Coloniensis, scripsit dissertationes Thomæ & Scoti lib. 1. quæstiones sententiarum lib. 1. collationes quoq; varias, & quædam alia. Vixit anno 1470.

Ioannes Tinctoris, patria Brabantinus, ex ciuitate Niuellensi oriundus, & ibidẽ canonicus, doctor viriusq; iuris, regis Ferdinandi Neapolitani quõdam archicapellanus & cãtor, scripsit in Musica de arte contrapuncti libros 3. Item de tomis lib. 1. De origine quoque Musicae lib. 1. Epistolæ complures. Figuram vnã depinxit in qua omnes vetustissimos Musicos comprehendit, & Iesum Christum summum cantorem, dixit. Claruit anno D. 1495. Trit. de script. Germ.

* *Ioannes Tiptotus* genere admodum nobilis, composuit Ad Patauienses Orat. 1. Ad Pium secundum Papam Orat. 1. Ad purpuratos patres, Orat. 1. Epistolæ ad diuersos lib. 1. In vernaculam linguam transtulit orationes elegãtes Pub. Cornelij, & Cai Flaminiij, De vera nobilitate lib. 2. Tulium de amicitia lib. 1. Ciceronem de senectute lib. 1. Mortuus est anno 1471. Baleus.

* *Ioannis Tisleni* collectanea quædam, impressa Lugduni an. 1543. cõmentaria in epistolæ Ciceronis ad Q. fratrem, ibidem & eodem tempore impressa, apud Mich. Parmenteriu. Cõmentaria in Ciceronis orationes pro A. Cecinna, M. Cæcio, & C. Rabirio Posthumo, impressa Basileæ cum cõmentarijs diuersorum in omnes Ciceronis orationes, apud Robertum Vuinter.

* *Ioannes Tiffyngton* Franciscanus, scripsit contra confessionem Vuicleui lib. 1. Scutum pro Eucharistie defensione lib. 1. Pro airculari confessione lib. 1. De sacramentis lib. 1. Certamina scholastica lib. 1. Obijt antio 1395. Baleus.

Ioannis Tolati de Vochenberg, Margarita medicinæ Germanicæ scripta.

Ioannes Toletanus Archiepiscopus, citatur in Summa Alberti Magni.

* *Ioannis Tolzj* expositio, quæ sit verã causa seditionum nostri seculi. Eiusdem Tropi biblici.

Ioannes Tompson Anglus, Carmelita, scripsit lecturam sententiarum lib. 4. moralitates scripturæ, in Ecclesiast. Postillationes in Ioann. Sermones de tempore & sanctis. Quadagesimalẽ. Concioniones ad clerum. De mirabilibus mundi. Abbreuiationes doctorum, & alia. Claruit apud Vigornienfes, anno 1380.

Ioannes Tonneys, Anglus, ordinis S. Augustini monachus, scripsit rudimenta Grammatices. De quantitate syllabarum. De cõpositione carminum. Certamina scholastica. Concionum lib. 2. & alia. Claruit anno 1490.

Ioannes de Tornamira, Gallus, scripsit super fionum ad Almanf, li. 1. de febribus lib. 1. Cõmen-

tarium super Galenum de interioribus lib. 1. & alia quædam. Practica eius, siue Cõmentarij in 9. ad Almanf typis excusum est. Libellus Isagogicus ad Practicam medicinæ, habetur impressus in calce practicæ Valefci de Tarãta 1506. Eiusdem practica cum tractatũ de febribus, excu. est Venerijs à Luca Anton. Luta 1521. quat. 16. in fol.

* *Ioannes Torsby*, Eboracensis Archiepiscopus, conscripsit catechismum doctrine Christianæ lib. 1. Processum contra fratres mendicantes lib. 1. Ad Ecclesiarum pastores lib. 1. Baleus.

* Iodocus à Meggen Lucernas, descripsit peregrinationem suam Hierosolymam & ad alia Syriæ loca, quam tamen in publicum non edidit.

Iodocus à Prato, vulgò Iosquin, multa in Musicis composuit.

* Iodoci Rauenstein Confutatio confessionis quæ nuper edita est à Ministris, qui in ecclesiam Antuerpiensem irrepserunt, & Augustanæ confessioni assentiuntur. Louanij, 1568. Defensio decretorum concilij Tridentini aduersus examen Martini Kemnicij. Louanij, 1568. Eiusdem confessionis pars altera de sacramentis. Ibidem 1570. Apologia confutationis prophanæ confessionis, quam Antiterpiensem vocant, contra M. Fl. Illyrici cauillationes. Ibidem.

* Iodoci Tiletrarij defensio confessionis Iesu Christi ecclesiæ Antuerpiensis. Basileæ 1567. in 8.

Iodoci Truuetter Isenacensis theologi, Summula totius logicæ impressa Erphordiae anno 40 Domini 1501. in 4.

Iodocus Valereus Q. Calabri poësin derelictorum ab Homero, & Coluthi Thebani de raptu Helenæ poematione Latinitate donauit. Gryphus excudit Lugduni, anno 1541. Item Phornuti de natura deorum librum, impressum Basileæ.

Iodocus Vuillichius Resellianus, natione Germanus, multos edidit eruditos sanè libros, ex quibus à me visi sunt, Erotematum Dialecticæ lib. 3. Arithmeticæ lib. 3. Prosodia Latina, cui nonnulla de modulatione oratoria accesserunt: excusa Lipsiæ, anno 1539. De pronuntiatione rhetorica liber. Scholia in Vergilij Bucolica, Vuesthemerus excudit Basileæ, 1540. Annotationes in Bucolica & Georgica Vergilij, impressæ cum operibus Vergilij, Basileæ apud Brylingerum, 1545. Commentarij in Georgica Vergilij, seorsim excusi Basileæ apud Vuesthemerum, 1539. adiunctis etiam poëtæ carminibus, cum epistola nuncupatoria, scripta anno 1538. ad D. Ioachimum 2. Marchionem Brandenburgensem, qua rei rusticæ laudes persequitur. Commentarius anatomicus, in quo est omnium partium corporis humani diligens enumeratio. item de locustis dialogus, impressus Argentorati, 1544. observationes in Lae

stantium de opificio Dei, excusæ Argentorati apud Cratonem Mylium. Commentaria in vtranque ad Timotheum Pauli epistolam, impressa ibidem, 1542. expositiones in Euangelia eque visitato more diebus dominicis & festis proponuntur, impressæ Basileæ apud Vuesthemerum, 1544. in Haggeum commentaria, impressa Basileæ apud Vuesthemerum, anno 1546. Commentaria in Vergilij opuscula de re Hortensi, & Epigrammata Ethica, cum eius scholijs posterioribus in Vergilij bucolica, impressa Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1550. Orthographiæ institutiones, excusæ Basileæ apud Iacobum Parcum anno 1550. præterea scripsit Isagogen in Aristoteles, Alberti Magni & Pontani meteora libris 3. Francofurti ad Viadrum apud Ioan. Scium, anno 1549. vna cum his ibidem editis: Omnium artium & disciplinarum informandarum opusculum, de formando studio in quolibet artium & prophanarum genere libellum, de pronuntiatione Rhetorica, & Quæstiones de pronuntiatione, experimenta Publij Vergilij: Commentariolum de verborum copia, præsertim ex Aristotele & Cicero, chronologiam in Aeneida Vergilij, Totius Catecheseos Christianæ expositionem, in Ionam prophetam ephrasim compendiosissimam. Eiusdem Chronologia in Vergilij Aeneida, item Dialysis in eiusdem Georgica, excusa sunt Francofurti ad Viadrum. Eiusdem commentarij in Corn. Tacitum de Germania, item explicationes de Zytho Succino Sueuo fluuio, ibidem sunt edita. Commentariolum in Eunuchum Terentij excusum Lugduni, cum Ioannis Ericij annotationibus in eandem fabulam. Eiusdem erotemata rhetorica. Item in rhetoricam ad Alexandrum erotemata. Præterea Magirica. Compendium artium in quo non differit de rebus, sed omnium rerum prima tantum capita recenset: nondum quod sciam editum. Præterea editi sunt eius commentaria in Abdiam prophetam in vtranque epistolam ad Theffalonicenses. Obijt Francofordiæ annos abhinc duos vel tres.

Iodoci Vuinshemij, Christiani pœnitentis confessio, per Adamum Petri excusa Basileæ, 1519. Floruit anno 1519.

Ioel propheta permulta super Hierusalem prophetauit, & de consummatione gentium. Prophetia eius in veteri Testamento tribus capitibus diuisa, ostendit quanta mala orbi imminerent præsertim Iudæis ob multa, grauiaq; peccata: & post multa, prænuñciat etiam mysteria de regno Christi, & missionem spiritus sancti pulchre describit.

Iolas Bithynus, materiam medicam tractauit sed imperfecte, vt refert Dioscorides. A Plinio Iolas vbiq; per l. duplex scribitur, & citatur lib. 12. 13. 20. & septem sequentibus & 33. 34. 35. In Nicædri Theriacorum scholijs Iolaus pro Iola legitur.

* Ionas Aurelianensis episcopus librum scripsit pro imaginibus contra Claudium Taurinensem editum inter hæreseologia. Postea etiam separatim Colonia, 1554. & Antuerpiæ apud Plantinum in decimosexto.

R. Ionæ glossæ in Thalmudicos libros R. Aphas, cum eiusdem impressæ sunt Venetijs.

R. Ione Gerundensis liber timoris Dei.
Ionas propheta Niniuen missus, cuius prophete capitula tria habentur in veteri Testamento.
Ionas monachus & discipulus S. Columbani batis, natione Scotus, scripsit vitam sancti Columbani lib. 1. vitam sancti Attalæ monachi lib. 1. vitam sancti Eustasij abbatis lib. 1. Claruit anno 630.
Ionas abbas, scripsit vitam S. Vulfranni episcopi. Vixit anno 729.
Ionæ Grasseri, ministri ecclesiæ Basilienfis, Holigæ duæ ex 21. cap. Lucæ, de ultimo & glorioso uenturo Christi ad iudicium. Basileæ apud Samonig, 1573. Germanice.
Ionæ Philoginesais (si modo nõ est fictu nomẽ) actica prædicarum, hoc est certa prædictio, in ures annos, &c. Ingolstadij Germanice, 1571.
Ionæ Philologi dialogos aliquot in studiose iuuentutis informationem, Ioannes Schæffer excusit Moguntig, 1539. idem M. Fabij Quintil. librorum epitomen concinnauit, à Vuesthemero ex Basileæ. Medicas definitiones Galeni operus adiuunctas ex Græcis Latinas fecit, seorsim usas Parisijs apud Colingum, 1528. deinde Basileæ cum cæteris Galenicis.
Ionathas Vzielis filius, totum uetus instrumentum in Chaldæam uertit linguam, Hebræi Targum, id est translationem uocant, maximæ apud authoritatis, sunt qui Targum Hierosolymitanum ei tribuant. Ionatham quidam putant esse Theodotionem qui Biblia Græcè reddidit: idem in ferè est Græcis Theodotion quod Ionathas Hebræis. Scripsit Paraphrasim in tota Biblia, cuius in legem raro reperitur eius paraphrasim in prophetas ni fallor, Venetijs excusa est: & Robertum Stephanum in quinque è proteris minoribus. Multa de Ionatha scribit Ganus lib. 1. cap. 3.
Ionatham quidam nominant eum prophetam in libris regum Nathan nominatur, scripsit eum (ut refert Hieronymus) Dauidis ac Solomonis res gestas, qui tamen eius libri non extant.
Ionathæ epistola ad Spartiatas legitur apud Iohannem in libris Antiquitatum Iud.
Ionicus Sardinus medicus laudatur ualde ab Apiano.
Ion Chius, tragicus & Lyricus, & philosophus, filius Orthimenis cognomento Xuthi. Factas eius esse tradunt alij 12. alij 30. alij 40. Scripsit & de meteoris, & composuit orationes. In Aristophanes per iocum Aæum, quasi que ouibus appellat. Tragedias edere cœpit Olympiade 82. Suidas. Citantur autem ab Aristophane eius fabulæ Agamemnon, Epidemia, Tritides, Laertes, Omphale, Phœnix aut Cæus, Phœnix secundus, Phruri. Elegia: De Ione. Idem in Magna fabula citatur à Polluce in Trigammis à Clemente. Meminit huius scripti Suidas, Ionis inquit Triagmi, Primum mei sermonis omnia tria, &c. Plurares quoque Ionis auctoritate uicitur in Pericle: eius tetrastichon legitur in 3. Anthologiae uandis.
Ionophon Atheniense tragicus, Germanus, Sopho-

clis tragici, fabulas edidit 50. quarum est Achilles, Telephus, Aëæon, Persis, Dexamenus, uel Persarum susceptor, Bacchæ, Pentheus. Suidas. Clemens citat Ionophonem Comicum in Aulædis Satyricis.
 * **Iorach** quidem qui de animalibus scripsit citatur ab Alberto, qui hunc sæpe mentiri scribit.
 * **Iordani** Buccii I. C. Consilium de ualiditate testamenti, & pactis dotis. Incipit, Et quamuis pro quinto, &c.
Iordanus citatur in Tacuinis Elluchasem medici.
Iordanus ordinis fratrum S. Augustini de eremo, natione Germanus, Magdeburgensis, scripsit in Apocalypsin Ioannis lib. 1. apologiam ordinis sui lib. 1. De passione Domini lib. 1. sermones de tempore, lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. quadragesimalis lib. 1. quæstiones varias lib. 1. & alia multa. Eius theoremata & documenta 254. in articulos passionis dominicæ, in partes 7. iuxta horas canonicas diuisa, impressa sunt olim in 4. chart. 171 & iterum in 8. chart. 9. Claruit anno 1410.
Iordanus ordinis Prædicatorum, natione Germanus, ex officio Prioratus ad fratres sui ordinis scripsit exhortatorias epistolas plures, sermones ad populum lib. 2. De ordinis institutione lib. 1. Vixit anno 1220.
Iordani Nemorarij, de ponderibus propositiones tredecim, & earundem demonstrationes, multarumq; rerum rationes, Io. Petreus excudit Norimbergæ, 1533. elementa arithmetica, & Data Arithmetica. Vide in Fran. Maurolyco. quadripartitum numerorum, opus varijs scatenis argutijs. demonstratio astrolabij, Planisphærium, cum Arato Græco commentarijs Theonis explicato, &c. Basileæ, 1536. apud Valderum. Iordani arithmetice lib. 12. cum commentarijs seu demonstrationibus. Ia. Fabri Stapulensis, excusi sunt Parisijs, anno Domini 1496. in fol. Iordanes de natura speculorum, manuscriptus extat apud M. Dresserum.
Iordanus ex monacho episcopus Gotthorum, scripsit historiæ lib. 2. in quorum primo recensuit gesta Romanorum, in secundo uero originem & gesta Gotthorum, usque ad finem regni ipsorum. in libris excusis nominatur Iordanus Castalio. Excusa est historia eius Gothica, siue Getica, Augustæ Vindelicorum cum Paulo Diacono de gettis Lógobardorum, 1515. & Basileæ in officina Frobeniana cum Procopio & alijs quibusdam Claruit anno 530.
Iordani Canonici Osnabrugensis de prærogatiua Romani imperij, ad Iacobum de Columna Cardinalem.
 * **R. Ioseph** Albo scripsit librum radicũ, cui quidam titulum Cabalæ præfixerunt, quamuis illi magis Ethicæ commentetur quam anagogicæ. Reuchlinus.
 * **Iosephus** Antiochenus, uetustissimus author, scripsit speculum perfectæ militiæ primitiue ecclesiæ lib. 1. Cætera non uidi. Claruisse fertur anno Domini 130. Philippus Riborus.
 * **Iosephi** Bergomi Miradulani Oratio de reipublicæ Christianæ ratione. Venetijs 155. in 4.
 * **R. Ioseph** Cæcus scripsit paraphrasim Chaldæ-

in aliquot libros sacros, Multis annis post Christum uixit, atrocissimus hostis Christiani nominis.

Ioseph Deuonius, Iscanus, seu Excestrésis, scripsit carmine opus quod Antiöcheidem appellauit. De bello Troiano li. 6. carmine heroico. Claruit anno 1173.

Iosephus Iudæus. vide in Flauio Iosepho.

Iosephi cuiusdam monachi Scythici, Collationes duæ habentur cum Ioan. Cassiani collationibus ultimæ: est autem vna de amicitia vera, altera de diffiniendo, id est, promittendo, vel non diffiniendo.

Ioseph quidam scripsit Hebraice Iccarim, id est fundamentorum seu articulorum fidei librum: impressus est cum Talmud.

R. *Iosephi* Castiliensis liber, qui inscribitur Porta lucis, in Latinam linguam ex Hebræa translatus à Paulo Ricio; eiusdem libris insertus est. Itæ alius, Hortus nucis.

* R. *Ioseph* minor bar Abraham Castiliensis ciuis Salernitanus, quo nemo de arte Cabalistica scripsit artificiosius, distinctius, lucidius, tria huius facultatis volumina studiose molitus est. Reuchlinus.

R. *Iosephi* filij Carnitolis portæ iustitiæ.

Ioseph Esopus. vide in Io. Capnione.

Iosephi Grunbekij, natione Germani, de Mentulagra, siue morbo Gallico liber, impressus, anno 1563.

Ioseph Hebræus, naturalis magiæ scriptor. Vide in Zoroastre.

Ioseph Leuites. vide Barnabas.

* *Iosephi* Ludouici ab Assisio, Decisionum seu definitionum causarum Perusinarum & prouintia Umbriæ, pars prima. Venetijs apud Damianum Zenarum, 1572. quarto.

* *Iosephi* Moinardi Vercellensis Iurisconsulti Interpretationes Rubricarum Codicis Iustiniani. Venetijs, 1571. octauo.

Iosephus Munsterus, scripsit de primordijs & incrementis Luneburgensium & Lubecensium historias, Cosmographico operi per Sebastianum Munsterum insertas.

R. *Ioseph* Nimuki, scripsit commentarios in libros aliquot Thaludicos R. Alphes, cum eisdem impressos Venetijs.

* *Iosephi* Pacatij iudicium, Num recte dictum sit à concionatoribus, Nihil nobis tribuas, nihil nobis auferas.

Iosephi Rhacenditæ opera quædam Græca extant in Italia, nempe Varia philosophica apud D. Diegum Hürtadam, quæ eadem habentur Romæ in bibliotheca Pontificia. & insuper, Synopsis vel epitome in rhetoricam, logicam, & totam philosophiam Aristotelis, & in quatuor mathemata. Boëtij dialectica in Græcum sermonem translata.

* *Iosephus* Scaliger I. Cæsaris F. scripsit in Varronem de lingua Latina Coniectanea. Impressa Lutetiæ apud Robertum Stephanum, in octauo. Præterea euulgauit P. Virgilij Maronis appendicem, cum supplemento multorum antehac nunquam exclusorum poematum veterum poetarum; additis in eandem appendicem comen-

tarijs & castigationibus. Lugduni, 1573. in octauo. Idem Coniectanea in Varronem recognouit & appendice auxit: & in eiusdem lib. de re rustica notas edidit. excudit Hen. Stephanus cum Varronis operibus quæ supersunt. Ausonij quoque poemata emendauit & illustrauit, edita nuper Lugduni.

Iosephij Struthij Posnaniensis Sphygmicae artis iam mille ducentos annos perditæ & desideratæ libri quinque, impressi Basileæ ab Oporino. Idem vertit libros perperam Galeno inscriptos De astrologia, seu Prognostica de infirmorum decubitu ex mathematica scientiâ, De uirginis. qui cum reliquis Galeni operibus impressi sunt. Fertur totum Galenum à principio interpretandum suscepisse. Docuit olim Patauij, anno 1555. vixit Posnaniæ.

* *Iosephus* Studites inter sacrorum hymnorum scriptores enumeratur à Cyro Theod. Prodrome

20 * *Iosephus* Testander Cracouiensis transtulit Galenum de venæ sectione aduersus Erasistratæos. Venetijs apud Iuntas cum reliquis Galeni operibus, 1550. Nicandri Alexipharmaca cum interprete.

* *Iosephus* Valdanius Brixienensis, scripsit dialogos duos de mixtione. Procli librum de morbo conuertit & scholijs illustrauit. Basileæ Petri impressit.

* *Iosias* Seidelij Querfurdensis carmina quædam impressa sunt cum poematibus Brunonis Seidelij fratris. Basileæ apud Oporinum 1554.

* *Iosias* Simlerus Tigurinus, scripsit De principijs astronomiæ libros duos. Responsionem Christo Mediatori, aduersus maledicum libellum Francisci Stancari. Orationem de vita & ortu CL. theologi Petri Martyris Vermilij: cuiusdam sunt quædam ipsius scripta de Eucharistia ante non edita. Vitam clarissimi medici & philosophi Cōradi Gesneri. De æterno Dei filio D.

40 Iesu Christo aduersus nouos Arianos, Trinitas, & Samolatenianos lib. 3. Item aduersus eundem de spiritu Sancto lib. 1. Narrationem verum controuersiarum de vna persona & duabus naturis Christi seruatoris, vna cum collatione trouersarum nostri temporis, edita vna cum Latinis veterum scriptis de eadē controuersia, quæ ipso recognita, summarijs & annotationibus illustrata & in vno volumine cōiuncta sunt. Scripta terum sunt ista. Iustiniani Imp. edictum de rectoribus. Boethius de duabus naturis in Christo. Cassini de incarnatione lib. 7. Maxentij scripta. Leonis PP. epistolæ duæ. Gelasij PP. liber contra tychem & Nestorium. Fulgentij lib. 3. ad Thra mundum regem. Vigilij lib. 5. cōtra Eutyche Rustici diaconi dialogus. Præterea edidit. P. Martyris Commentarios in duos libros Samuilis: Item in Genesim: & eiusdem Precum ex Iemis libellum. Transtulit etiam ex Germanica lingua in Latinam Henr. Bullingeri Aduersus Anabaptistarum errores lib. 6. Institutionem rum qui de fide ab inquisitoribus examinantur quæ est responsio ad articulos Bauaricos. Cōpendium Christianæ religionis. Adhortationem ad ecclesiæ ministros omnes, vt concordiam tuam colant, & fidem in Christum & veram r-

50 piscen-

scientiam simpliciter doceant. De persecutio-
nibus quas ecclesia passa est, earumque causis, &
persecutorum poenitis. Item Orthonis Vuerdmul-
leri Paraphrasticam interpretationem Orationis
Dominicæ Symboli Apostolici, &c. Postremo
Epitomen Bibliothecæ iam secundo magna ac-
cessione locupletavit, & infinitis locis castigatio-
nem edidit. Cuncta hæc Tiguri in officina Fro-
choueri edita sunt. Præterea scripsit Notas in
Aethici Cosmographiam hætenus nunquam edi-
tam: & in Antonini Augusti Itinerariū, quod
collatione veterum manuscriptorum, exempla-
rum plurimis locis emendauit. De sædere & res-
publica Heluetiorum lib. 2. Valesiam, hoc est,
De Viberis, Sedunis & Veragris li. 2. Descriptio-
nem Rauracorum, Tulingorum, Latobrogor-
um, Boiorum li. 2. De Lepontijs librum vnum,
in quo de alpiibus & itinerebus alpinis. Histo-
riam Heluetiæ, & eiusdem Periegesim, inchoa-
uit, vbi primum per valetudinem licuerit Deo
volente absoluturus.

Iosina Scorotum rex nonus, scripsit de virtuti-
bus herbarum lib. 1. Claruit anno a condito mun-
do 3826. ante Christum autem 137.

Iosippus, qui à quibusdam Iosephon appellatur,
scripsit Hebraice Compendium elegans histo-
riarum Iosephi, ex ipso Iosepho, & alijs qui-
busdam: complectens acta 70. interpretum, Ge-
sta Machabæorum, Facta Herodum, Excidium
Hierosolymitanum. Excusus est liber Hebraice
Sebastiani Munsteri translatione latina e-
gione, Vuermaciæ apud P. Schæfer, 1529. cum
R. Moysi tredecim articulis fidei Iudæorum, & li-
bello authoris incerti de decem captiuitatibus Iu-
dæorum.

Iosue, siue Iesu filius Sirach, scripsit librum Ec-
clesiasticum in vetere Testamento dictum, & dia-
uisum in capita 31. quo morales sententiæ conti-
nentur præcipue, apocryphus est, nec extat He-
braice.

Iosue Lagi Responsio ad libellum Ioanis Mar-
tini, & Ioachimi Mærlini: Germanica.

R. Iosue Levitæ Cursus seculi, item Itinerum li-
ber, excusi sunt Venetijs.

Iosue Pictorius Tigurinus, cõcinnauit dictio-
narium Germanicolarinum, in pressum Tiguri.

Iouinianus: vide in Chalchidio supra.

Iouitæ Rapiçij Brixiani, De numero oratoriõ
& de periodis libri quinque, Argentinæ impres-
sus, 1568. Eiusdem Epistolæ aliquot impressæ in
volumine epistolarum clarorum virorum Pari-
sijs, 1556. Psalmi aliquot carmine redditi. Eius-
dem Testamentum, Iunta impressit, 1552.

Iphicratus scripta citantur apud Plutarchum,
in vita Pelopidæ. Scripsit autem artem instruendi
larum acierum, vt Aelianus refert.

Irenæus Lugdunensis episcopus, scripsit aduer-
sum gentes volumen breue lib. 1. De monarchia
Dei, siue quod Deus non sit conditor malorum
lib. 1. De disciplina lib. 1. De Ogdoadæ li. 1. ad Bla-
stum de schismate lib. 1. De Pascha ad Viçorem
papam lib. 1. contra hæreses lib. 5. De prædica-
tione apostolica lib. 1. variorum tractatum lib.
1. Scripsit etiam ad Florinum episcopum ab ec-
clesia prolapsum. Eius autem eruditissimum opus

in quinque libros Digestum, in quibus tri-
re reteggit & confutat veterum hæreson impias
ac portentosas opiniones, Valentini præcipue &
similium, ex vetustissimorum codicum collatio-
ne, quantum licuit emendatum, opera Des. Eras-
mi Rot. correctis ijs quæ prius suffugerant, excu-
sum Basileæ in officina Frobeniana, 1534. Floruit
potissimum Commodi Imperatoris tẽpõribus,
vel secundum Tricemium, anno Christi 175.
* *D. Irenæi* Græci scriptoris eruditissimi, episco-
pi Lugdunensis, libri 5. Aduersus hæreses, accu-
ratus quam ante emendati, additis Græcis quæ
reperiri potuerunt: opera & diligentia Nicolai
Gallasij, vna cõ annotationibus eiusdem, & sum-
mis singulis capitibus præfixis, quibus plenissi-
me declaratur quicquid in ijs præcipuum est. Ge-
neuz 1570. in folio.

Irenæi ab Vlulis confessoris verba apud Cy-
pritanum, in sententijs episcoporum de hæreticis
baptisandis.

Irenæus de Atticorum vñu citatur ab Urbano
grammatico.

Irenæus, aliàs Guærnerius, qui primus Bonon-
niæ ius ciuile profiteri cepit, 116 glossas tantum
interlineares legibus apposuit, sed & Autenticas
(sic vocant) ex ipso Auteticorum Iustiniani Im-
peratoris volumine, quam breuissime iuxta sen-
tentiam tantum desumptas, legibus Codicis eius-
dem Iustiniani inseruit. Excessit è vitæ circiter
annum 1190.

Isaac ex monacho Antiochenæ ecclesiæ pres-
byter. scripsit Syro sermone, ad imitationem san-
cti Eusebii contra Nestorianos & Eury. h. lib. 2.
exhortatorium vitæ spiritualis lib. 1. De pugna vi-
tiorum lib. 1. De accessu ad Deum lib. 1. De diffi-
cultate virtutum lib. 1. Dialogum de profectu spi-
ritali lib. 1. De ordine monasticæ virg lib. 1. De hu-
militate lib. 1. De tribus ordinibus proficiendum
lib. 1. De solitudine monachorum lib. 1. De diuer-
sis tentationibus li. 1. De informatione nouitio-
rum lib. 1. De penitentia lib. 1. carmen elegiacum
super Antiochiæ desolatione lib. 1. Homilias plu-
res ad populum. Eius sermones *ἀκουσιν* Græce
exstant Romæ in Vaticana, quorum vnus inscri-
bitur, de ijs quæ faciunt vt quis Deo appropin-
quet. Et nimirum hic idem est Isaac, quem Tric-
temius commemorat, cum opusculo eius de ac-
cessu ad Deum.

Isaac scripsit de sancta Trinitate, & de incarna-
tione Domini, librum obscurissimæ disputatio-
nes, &c. Gennadius.

Isaac patris in Scythica eremõ cõmorantis ho-
miliæ duæ, vna de qualitate orationis, altera de
eiusdem iugitate, exstant in Collationibus Ioan-
Cassiani.

Isaac Narbonensis citatur à Picõ.

* *R. Isaac* & *R. Iacob* Cohé, commentarius in
scriptis Explanatio nominis sancti.

R. Isaac ben Schola, magnæ apud Iudæos au-
thoritatis, scripsit in Psalterium.

Isaac ben Sulaimen, citatur à Ioan. Serapione,
vide Isacius fil Chun.

Isaac Beimiram medicus, Salomonis medici
filius, floruit etiam anno Christi, 1070. Ioan. Ser-
apionis sæculo multa scripsit, & inter cætera ijs

medicinis, de febris, de vrina, de diæti, de stoma-
macho pulchros tractatus composuit: in philoso-
phia vero de diffinitionibus, de elementis libros
quosdam edidit, Symph, Champerius. * Isaaci
Iudæi de diæti vniuersalibus & particularibus
libri 2, hoc est 1. De victus salubris ratione & ali-
mentorum facultatibus, Basileæ ex officina Six-
ti Henricpetri, 1571. octauo. Isaac Israelitæ medi-
ci Viaticum quod Græce vertit Constans Mem-
phitæ medici F. Græc. manuscriptum seruat
in bibliotheca regis Gallorum.

R. *Isaac* Arama in Genesim scripsit. Eius ver-
ba citat P. Galatinus lib. 3.

Isaac monachi scholium Græcum in primam
figuram descriptionis in plano, & Carmina de
duodecim ventis, Diegus Hurtadus Venetijs ha-
bet. Varia eius astronomica Græce, & inter cete-
ra Apparatus astrolabij, extant Romæ in biblio-
theca Vaticana.

Isaac monachi Argyri methodus Geodæsig, id
est terræ diuisionis, extat Græce apud eundem
D. Hurtadum. Præterea alibi in Italia, addito Ar-
gyri cognomine, extant: Solutio quæstionis cu-
iusdam Palameticæ, Τὸ μὲν τὸ πρῶτον. Encomion
martyris Demetrii, & in hoc dictum: Hæc præci-
pio vobis, vt ametis vos mutuo. * *Isaac* mona-
chi astronomica habentur ad S. Antoniũ & Au-
gustę Vindelicorum. Inuenio etiam in Catalogo
Antoniana bibliothecæ *Isaac* monachi de dimen-
sione agrorum: De ratione metiendi plana & solida:
De oppositione & coniunctione solis & Lunę,
& circulis Solaribus & Lunaribus. Itē *Isaac* Ar-
gentarij disciplinam rationabilium solariũ. *Isaac*
ci τὸ ἀπὸ τοῦ methodus inueniendi latera quantita-
tum irrationalium τὸ μὲν τὸ πρῶτον, extat in bibliothe-
ca Regia, Et ibidē De triangulis rectangulis liber.
De metris poeticis, in bibliotheca Io. Sambuci.

Isaac Abrabmi Iudæus scripsit de redemptione
& salute futura, prout memoratur in lib. Ex-
od. & prophetiæ singulæ prædicunt.

Isacii filij Chunein medicinalia quedam Græce
extant Venetijs, apud D. Diegum Hurtadum.
Item in bibliotheca regis Gallorum: nominatur
autem illic Chumeni filius.

* *Isacii* Porphyrogenetæ filij Scholia in Home-
ri Iliada Græce manuscripta in bibliotheca Re-
gis Gallorum. Eiusdem in Paralipomena Troig,
in quo sunt imagines principum Græcię & Tro-
ianorum. Græ. ibidem.

Isacius Tzerzes, frater Ioannis Tzerzæ, de quo
suprà, edidit commentarios Græcos in Alexan-
dram Lycophronis, impressos Basileæ apud Io-
annem Oporinum, vnâ cum Ioannis Tzerzæ de
Varia historia Chiliade, anno 1546. Idem fertur
scripsisse commentarios in Homerum.

Isai rhetoris Græci orationes, impressę Vene-
tijs apud Aldum.

Isagoras Græcus poeta tragicus, scripsit fabu-
las & soluta oratione multa, Floruit Antonini
imperatoris tempore.

Isaias propheta. Vide Esaias.

Ischius. Vide Hefychius.

Isidorus fuit vnus ex socijs Triboniani, à Iusti-
niano adhibitis ad purgandas seligendaq; qui-
bus vtimur, leges.

Isidori tria hexasticha leguntur in Florilegijs
Græco, lib. 3 & vnum lib. 1, quod tamē aliàs Phi-
lippò inscribitur, & *Isidori* Scholastici tetra-
stichon lib. 6, item *Isidori* Aegeatæ tetra-
stichon lib. 3, hexastichon lib. 6. *Isidori* senarius apud Sto-
bæum de superbia.

* *Isidorus* Basiliidis heretici filius in libro de Ad-
nata anima, citatur a Clemente libr. 2. Stromat.
Eundem in moralibus citat idem lib. 3. Stromat.

10 *Isidorus* Characenus, Parthiæ descriptionem
edidit, vt citat Athenæus lib. 3. Idem citatur à Plā-
nio lib. 2. 3. 4. 6. 13. & 17. naturalis historiæ. * E-
ius *saburoi napinot* dicuntur extare in bibliotheca
Strozæ.

Isidori Clarij Brixiāni monachi Casinen. ad
eos qui à cōmuni ecclesię sententia discessere, ad-
hortariō ad concordiam, Caluus impressit Medio-
lani 1546. scripsit etiam de modo diuitijs adhiben-
do: & vertit Bibliorum libros, adiectis annota-
tionibus. Eius versio vtriusque testamenti, ad
Hebraicam & Græcam veritatem, vnâ cum scho-
lijs, excusa est Venetijs, anno Domini 1542. * In
sermonem Domini in monte habitum, Oratio-
nes 69. ad populum. Venetijs, 1566. in quarto.
Isidori Clarij episcopi Fulginatis. Cantica can-
torum Solomonis scholijs illustrata. Venetijs
Iolitus, 1544. Eius Orationum extraordinaria-
rum volumina duo: in quibus vtriusq; sacri in-
strumenti insigniores quique loci illustrantur,
30 Venetijs, 1567. quarto.

Isidorus senior, episcopus Cordubensis, scripsit
ad Orosium presbyterum Hispanum, in qua-
tuor libros Regum lib. 4. Claruit anno 420.

Isidorus iunior, episcopus Hispanensis, scripsit
ad Braulionem episcopum, etymologiarum lib.
20. in Genesim allegorice lib. 1. in Exodum lib. 1.
in Numeros lib. 1. in Leuiticum lib. 1. in Deutero-
nomium lib. 1. in Iosue lib. 1. in Iudicum lib. 1. in
Regum lib. 4. in Ruth. lib. 1. in Paralipomenor
40 libr. 2. in Esdram & Neemiam lib. 3. in Tobiam
lib. 1. in Iudith lib. 1. in Hester lib. 1. in Iob lib. 1. in
Psalterium lib. 1. in prouercia Salomonis lib. 1.
in Ecclesiasten lib. 1. in Cantica Canticorum lib.
1. in librum Sapientiæ lib. 1. in Ecclesiasticum
lib. 1. in Esaiam prophetam lib. 1. in Hieremiam
lib. 1. in Ezechielem lib. 1. in Danielem prophe-
tam lib. 1. in XII. prophetas minores lib. 12. in
Machabæorum lib. 2. in quatuor Evangelia lib.
4. in epistolas Pauli lib. 14. in epistolas Canoni-
cas lib. 7. in Actus apostolorum lib. 1. in Apoca-
lypsin lib. 1. interpretationis noui & veteris Te-
stamenti lib. 2. proæmiorum li. 1. differentiarum
lib. De ortu & obitu sanctorum lib. 1. ad sorores
contra Iudæos li. 2. Synonymorū vel soliloquio-
rū lib. 2. De illustribus viris li. 1. De summo bono
sententiarum lib. 3. De origine officiorum lib. 2.
De sancta trinitate lib. 1. De corpore & sanguine
Domini lib. 1. De officio missæ lib. 1. decretum ca-
nonum lib. 1. De computo & natura rerum lib. 1.
60 De proprietate rerum li. 1. sermonum lib. 1. eccle-
siasticorum dogmatum lib. 1. lamentum pœni-
tentis lib. 1. De astronomia li. 1. historiā seu chro-
nicam lib. 3. De cosmographia lib. 1. De gram-
matica & vocabulis lib. 1. allego-
riarum quoq; lib. 1. De hæresibus lib. 1. epistolarum ad diuersos li. 1.
Habe

habemus etiam acta conciliorum, quæ Ioannes
 Gerfon ab Isidoro Hispalensi collecta esse au-
 nar: alij post alia addiderunt, vt Pius Basiliense,
 Isidori liber de diuinis officijs, & alius de ratione
 & homine, impressi. Homilia eius vna breuissi-
 ma, legitur inter homilias ab Alcuino leuita con-
 estas. Etymologiarum, siue Originum libri vi-
 nci impressi in Italia. De summo bono libri
 tres impressi Venet. 1583, & Lipsiæ. 1493. De nati-
 uitate Domini, passione, & resurrectione, &c. lib.
 tractatulus de vita & obitu quorundam vtriusq;
 Testamenti sanctorum. Allegoria quædam ex
 troq; Testamento. liber proæmiorum in virtuti-
 ue Testamentum. Omnia hæc ex duobus anti-
 quissimis codicibus excerpta, Secerius excudit
 Laganoæ, 1529. Liber de diuinis officijs, excusus
 Colonix, 1568. cum alijs eiusdem argumenti
 scriptoribus. Claruit anno 630. * Isidori & Il-
 lephonsi De scriptoribus ecclesiasticis libri, in
 bibliothecis Vaticana, Fuluij Ursini, P. Pichæi.
 Isidori Synonyma manuscr. extant in bibliote-
 Tigurina & apud M. Dress, est autem lamen-
 tum miserorū gementiū in aduersitatibus huius
 mundi, & inducitur homo desēs & ratio admo-
 nens. Adiungitur exhortatio pœnitentis cum cō-
 latione misericordiæ Dei. Item Lamætatio pœ-
 nitentis edita duplici alphabeto, vbi fit exoratio
 pro indulgētia peccatorum: Item oratio pro cor-
 reptione vitæ, ad desendendum peccata. Inferibitur
 item Synonyma, non ex identitate signifi-
 cationis diuersa vocabula, sed ex identitate sententiæ
 per diuersas clausulas & propositiones expressæ.
 Isidori Pelusioræ, epistolæ centum & triginta
 Græcæ, extant Romæ in Vaticana; item Schedæ
 historiciæ diuersæ, ibidem. Eundem refert Sui-
 da epistola 3000. conscripsisse quibus sacra ex-
 plicauit mysteria.

Isidorus rhetor Pergamenus citatur a Laetio
 Zenone quem interpres Hesidorum nominat.
 Isidorus de Isolanis de imperio militantis ecc-
 lesiæ.

Isidori Thessaloniciæ episcopi homilia Græcæ
 Euangelium Luca, Romæ seruantur in Vati-
 cana bibliotheca.

Isigonus citatur a Plinio libro 9. & 12. naturalis
 historiæ. Isigoni liber de aquis seruat Florētig.

Isimenas citatur ab eodem lib. 36.

Isocratis orationes Græcæ, impressæ Haganog
 pūd Secerium, 1533. & prius Venetijs apud Al-
 dum, vna cū epistolis quibusdam eiusdem, quæ

iam in Græco volumine epistolarum diuerso-
 rum veterum, quod idem Aldus olim impressit,
 habentur. Nuper etiam Venetijs prodierunt om-
 nia Isocratis scripta Græca, ex officina Farrea,
 eadem Latine Ioanne Lonicero interprete, ex
 vna Francfordiæ apud Egenolphum. Basileæ ve-
 ro ex versione Hieronymi Vuolsij Oeisingensis,
 diectis eiusdem Annotationibus & Gnomolo-
 gis apud Ioannem Oporinum, anno 1549. Sunt
 utem Isocratis opera hæc numero 21. ad Demo-
 sthenem parænesis. De regno. Nicocles, siue Cy-
 prius. Euagoras. Encomium Helenæ. Busiris. So-
 phista. Panegyricus. Plataicus. Areopagiticus.
 Panathenæicus. Philippicus. De pace. Archida-
 mus. De permutatione. De iugo. Aegineticus.

Trapeziticus. Paragraphicus. Aduersus Lochi-
 ten. Aduersus Euthynum, Epistolæ nouem. Ea-
 dē omnia Græce & Latine a Hieronymo Vuol-
 sio recognita, edita sunt in octauo & in folio, ni-
 fallor. Isocratis sententiæ Græcolatinæ in 8. Basile-
 leæ, 1572. Orationes aliquot Isocratis a Vito Az-
 merbachio translatae excusæ sunt ab Oporino,
 anno Domini 1554. in 8.

* Isocrates Ampelæ philosophi F. in Ponto nā-
 tus discipulus & successor maioris Isocratis. Hic
 cum Theodeste oratore & tragico, & Theopom-
 po Chio, & Erythraeo Naukratita in Mausoli fu-
 nere de eloquentia certauit. Orationes eius sunt
 v. Amphylonica. Hortatoria: Philippo sepul-
 chrum non esse faciendum: De migratione. De
 sua republica.

* Isocrates tertius Ciceronis temporibus floruit,
 huius autem esse Parænesim ad Demonicum ex
 Dionysio Halicarn. probat M. Antonius Mure-
 tus lib. 1. cap. 1. Variarum lectionum.

Isota Nouarula virgo Veronensis doctissima,
 præter epistolas latinissimas ad Nicolaum V. &
 Pium. pontifices scriptas, composuit dialogum
 etiam, in quo disputat, qui prius aut magis, A-
 dam an Eua peccarit. Fulg. lib. 8. cap. 3. memo-
 rabilium.

* Israelis Achatij liber Germanicus de sanctæ ec-
 clesiarū & reipublicæ reformatione, in quo cum
 de dogmatibus præcipuis religionis agitur, tum
 etiam de coniugio & diuortio. Basileæ, 1568.

Israelita quidam medicus, citatur in Grabadiū
 Mesuæi.

Ister, vel Histrus, citatur ab Hygino. Vide Eth-
 cus Histus.

Istrus Callimachus scripsit Antigraphas, Atti-
 ca, Argolica, Prolemaidem, quæ omnia passim ab
 Athenæo citantur.

Istri cuiusdam scripta citantur apud Plutar-
 chum in vita Thesei. * Ister vel Istrus Calatiæ
 nus ex Calata maritima vrbe Ponti, egregium li-
 brum de Tragœdia scripsit, Stephanus. Ab eo ci-
 tantur Istri quartus Iliacorum, Item de Colonij
 Aegyptiorum, cuius libri etiam Clemens memi-
 nit Strom. 1. Eundem citant Suidas *ἰστρίων ἀνάθη*,
 & Porphyrius de abst. ab animatis, *ἰστρίων ἀνάθη*
ἰστρίων ἀνάθη.

Iuardus monachus ordinis S. Benedicti, natione
 Gallus, iussu Caroli imperatoris magni post
 Eusebium, Hieronymum, & Bedam ex scriptu-
 ris veterum comportauit gesta & passiones san-
 ctorum martyrum, confessorum & virginum in
 vnum, quod nos solemus vocare martyrologiū
 lib. 1. Claruit anno 770.

Iuba rex in Africa, celebrauit inter alia herbam
 Euphorbium. Plin. lib. 25. cap. 7. Iubæ regis histo-
 riam theatricam, & Lybiæ descriptionem, Athe-
 næus allegat. vide *ἰβάρ* apud Suidam.

* Iuba duos libros de Assyrijs a Beroso acceptos
 laudat Tatianus. Eiusdem historię Romanæ li-
 brum primū citat Steph. Physiologiā Fulgētius.

Iuba historicus Græcus, scripsit rerum Africa-
 narum libros aliquot, ex quorum tertio Plutar-
 chus in Parallelis minoribus, Diomedes & filii
 Calliroe historiam deprepsit. Eius quoq; scrip-
 ta citantur ab eodem, in Romulo.

Iudeus quidam medicus citatur in Tacuinis Elluchalem, item à Ioanne Mesue in Grabadin, & Ioan. filio Serapionis. Habetur & interpres quidam Ptolemæi hoc nomine.

Iudas frater Iacobi, paruam quidem, quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit, & quia de lib. Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque rejicitur: tamen auctoritatem vetustate iam & vsu meruit, & inter sanctas scripturas computatur. D. Hierony.

R. *Iuda* Leui liber elegantissimus in Cabala, aduersum philosophastros, more Arabico inscriptus Alcozer.

* *Iudas* historiographus & theologus, ob mundi malitiã, finẽ temporũ instare dicebat. Eusebius. De septuaginta apud Danielẽ hebdomadibus plenissimè disputauit, & Chronographiã superiorũ temporum, vsq; ad decimũ Seueri perduxit anenum, scilicet 204. Christi. Hieronymus. Erroris hic arguitur, quod Antichristi aduentũ, suis temporibus ascripserit. Ioannes Nauclerus.

R. *Iudæ* Charisi de medelis corporum liber Hebræus exc. Venet. Liber est vt Hortulus sanitatis.

* *Iuliana* Barnes illustris fœmina, scripsit in Anglico sermone Artem aucupariam lib. 1. Artem venatoriam lib. 1. De legibus armorum li. 1. Claruit anno 1460. Balcus.

Iulianita, aliã Iuliani cuiusdam Bononiensis de re medicã libri 3. extat Tiguri apud D. Christ. Clauserum.

* *Iulianus* qui in Alexandria fuit tempore Galeni, scripsit libros 48. in aphorismos Hippocratis, & multa eius temere reprehendit, Galenus pprio cõtra Iulianum edito libro Hippocratem defendit. Idem librum de methodo quem Philonẽ inscripsit, publicauit, qui citatur à Galeno, sicut & alter eiusdem *περί ψυχῆς καὶ σωματικῆς πάθῶν*.

Iulianus I. C. Vide Saluius Iulianus.

Iulianus Cæsar in Codice Theodosij aliquoties allegatur.

Iulianus princeps Romanus, multa sermone Græco composuit, ex quibus habentur, Epistolæ aliquot, impressæ Venetijs olim ab Aldo, in Græco volumine epistolarum variorum authorum. Orationes quædam eius custodiuntur Venetijs in Bibliotheca SS. Ian. & Pauli. Symposium extat Græce in bibliotheca quadã Italiæ. D. Diegus Hurtadus Venetijs habet eiusdem hymnũ in Solem regem, item eiusdem *μυστικῶνα*, & sermones quosdam sine inscriptione, & epistolas.

* *Iuliani* Apostata Misopogona simul cum epistolis Græce & Latine impressit Vuëchelus in octauo. 1565. Eius *ὑπόμνημα* siue Symposium extat in Augustana bibliotheca. Oratio ipsius de Sole citatur à Pico in Genesim. Seruantur autem in bib. Strozæ duo encomia in Solem. Ad Salustium scriptum quoddam. Symposium & Misopogon.

Iulianus Chaldæus philosophus, scripsit de demonibus lib. 4.

Iulianus Theurgus illius filius, de rebus diuinis carmina edidit.

Iulianus Halicarnassæus de corpore Christi perperam cum Seuero sensit.

Iuliani regis hexastichon, item octostichon in Organum, leguntur lib. 1. Florilegij Græci.

* *Iulianus* Cappadox Sophista laudatur ab Eusebio, discipulos celebres habuit Proæresiu, Heophæstionẽ, Epiphaniũ, Diophantũ, Tusciamũ. *Iuliani*, sine alio cognomine, epigrammata aliquot leguntur in Florilegio Græco.

Iulianus Antecessor Constantinopolitanus, Nouellus Iustiniani de Græco in Latinum transtulit, quæ exc. sunt Lugduni, 1561.

Iuliani Antecessoris epigrammata tria ibidem leguntur libro 2. *Iuliani* Dioclis epigramma 1. ibidem habetur libro 6.

Iulianus Aurelius Lessigniensis scripsit Commentarium in primam & secundam Horatii Sarrum: item Paraphrasim in eisdem: liber excusus Antuerpiæ, 1541. eiusdem libri 3. de cognominibus deorum gentilium, impressi Basileæ apud Ioannem Oporinum, 1543.

* *Iulianus* Briannus, vtriusq; iuris doctor, scripsit super tertiã decretalium lib. 1. Ioannes Lealandus.

* *Iulianus* de Brixia, patria Lombardus, professione Carmelitanus, congregationis Italicæ vicarius, scripsit orationes & epistolas lib. 2. Atque in theologia quædam. Claruit anno Domini 1466. Arnoldus Boscius.

Iulianus episcopus Campanus Græco & Latino sermone scholasticus, scripsit cõtra sanctos doctores Pelagianæ opinionis conuenientia opuscula, de quibus commemoratur: aduersus sanctum Augustinum lib. 4. aduersus eundem alij lib. 7. altercationis partium Dialogus. Huius Iuliani verba inuenies in septimo Tomo operum D. Augustini, vbi ille differit contra duas epistolas Pelagianorum, vide ibidem in quarto Tomo librum de bono viduitatis. Claruit anno 420.

Iuliani Collensis, theologi, tractatus de certitudine gratiæ Dei ac salutis nostræ, omnia diluente obiecta.

Iuliani Cardinalis S. Angeli, epistolæ duæ, in quibus mira libertate, scripsit ad Eugeniũ Romanũ pontificẽ conantem dissoluere conciliũ Basiliense. Item oratio ad legatos Bohemorum in Basiliense concilio: impressa sunt hæc Colonia ann. D. 1535. cum cõcilio Basilienfi Aenæ Syluij.

Iulianus episcopus ecclesiæ Toletanæ Hispaniarum, natione Maurus, scripsit de sancta virginitate li. 1. de natura animæ li. 8. de resurrectione quæstionum lib. 1. de contemptu mundi lib. 1. prognosticon futuri sæculi lib. 3. de vitijs & virtutibus lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Eius Prognosticon futuri sæculi ad Idatium Barchinonensem episcopum, impressum Lipsiæ, 1536. Floruit anno Domini 450.

* *Iulianus* Hasart, patria Hannonius, Angiensis Carmelita, antiquitatis & historiarum studiosus, scripsit thesaurum sui ordinis ex multorum authoribus lib. 1. Ad Baptistam Manituanum ingens opus lib. 1. Fontem Heliæ magni lib. 1. Sermones per annum lib. 3. Epistolas ad diuersos lib. 1. Chronica Hannoniæ, Flandriæ, Zelandiæ, Hollandiæ, Frisiæ, Brabantia, Geldriæ & aliarum partium inferiorum, lib. plurimos. Et alia. Obiit in suo cõnobia Angiæ, an. D. 1525. Ioan. Balcus.

* *Iuliani* labolei Sabaudia principum Genealogia, Lugduni 1560. Ita habet Index bibliothecæ Opori.

Oporin, dubito tamen an Taboetij legēdum sit.
* *Iuliani* Laodicensis Apotelesmata in bibliotheca Carpenfi.

Iuliani à Marcellina verba apud Cyprianū, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

* *Iulianus* Patricius Nouellas constitutiones Imp. Iustiniani transtulit. Impressæ Brugis, cum scholijs incerti authoris.

Iuliani Pomerij contra Iudæos libri tres, ad Erasmium regem, impressi Basileæ apud Henricū Petri, cum alijs veterum Theologorum opusculis, anno 1551.

* *Iulianus* Salentinus, Siculus natione, Augustianorum 26, magister generalis, scripsit de sensu composito lib. 1. De medio demonstrationis lib.

De sophismatum regulis lib. 1. Terminos naturales lib. 1. Atq; commentarios plures. Claruit anno Domini 1430. Ambrosius Coriolanus.

* *Iulianus* Taboetius I.C. scripsit de quadruplicis monarchiæ primis auctoribus & magistratibus, in miscellaneo diuini & humani iuris corpore dispersis Ephemerides historicas. Topicam diuini iuris in disciplinam & enchiridium contraxit, methodum, Methodicas periphraſes Christianis Aphorismis instructas, in decem Mosis præcæpta, De republicâ & lingua Francica ac Gothica, deque diuersis ordinibus Gallorum, &c. de omnibus Lugduni impressit Theobaldus Paranus, 1559. Item Actiones forenses, impressas ibidem apud Gryphum, 1541.

Iuliani à Telepte verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Iulij cuiusdam versus hexametros ex poemate in Bacchum, & patriam, citat Stobæus.

Iulius Africanus, cuius quinque detemporijs extant volumina, sub imperatore M. Aureo Antonino, legationem pro instauratione vrbis Emmaus suscepit. huius est epistola ad Orientem super Quæstione Susannæ, &c. & altera ad Aristidem, in qua super diaphonia, quæ videtur esse in genealogia Saluatoris apud Matthæum & Lucam, plenissimè disputat. Hæc Diuus Hieronymus. Tritemius præter superiora testatur eum scripsisse, De Sancta Trinitate, De circumcissione, De Aitalo, De pascha, De sabbato, & alia plura sibi ignota. Abdiæ Babilonij de historia certaminis apostolici libri decem Iulio Africano interpretate, opera Vuölfgangi Lazij in lucem edita, excusi sunt ab Oporino, anno Domini 1551. in folio. Claruit anno 226.

Iulius vrbis Romæ episcopus, scripsit ad Dionysium quendam de incarnatione Christi Domini epistolam vnam, &c. Gennad.

Iulij Papæ decreta cum cæteris Pontificum decretis impressa sunt Coloniae.

Iulij Papæ epistola increpatória ad orientales episcopos, pro causis Athanasij, & excessibus contra Romanam ecclesiam, habetur cum Latinis operibus Athanasij. item rescriptum contra Orientales pro Athanasio & cæteris, ibidem.

Iulius Alexandrinus, medicus Tridentinus, scripsit Galeni 64. enantiomaton librum: item Galeni encomium, Iuntæ impresserunt Venetijs, anno Domini 1548. in octauo, chartis 22. & diuinitid. Idem transtulit ex Galeno librum aduersus

Lycum, quod nihil in eo aphorismo Hippocrates peccarit, cuius initium est, Qui crescunt, plurimum habent caloris innati. Librum contra ea quæ à Iuliano in Hippocratis aphorismos dicta sunt. Librum de succorum bonitate & vitio. Excusi sunt hi libri Venetijs apud Iuntas cum cæteris Galeni operibus, anno Domini 1550. Transtulit etiam Actuarius Ioannis libros duos de actionibus & affectibus spiritus animalis, huiusque nutritione, impressos Venetijs in quarto, anno Domini 1554. cum eiusdem Actuarius methodo mendendi. Idem scripsit Galeni Encomium. Eiusdem contra Argenarium & Reinerum Solendrum, scripta quædam prodierunt. Item Pezdotrophia carmine. Tiguri impressa, anno 1559. in octauo. Item Medicus siue de medicina liber doctissimus, ibidem 1557. in 4.

Iulius Antonius M. Antonij filius, scripsit versus heroico Diomedæas libris duodecim.

Iulius Aquila vetus I.C. scripsit Responsorum librum 1. item de cultura vitium singularem librum, teste Columella.

Iulius Aterianus historicus, scripsit Victorini (qui ex triginta tyrannorum numero fuit) vitam, vt refert Trebellius Pollio.

Iulius Atticus libros de agricultura scripsit.

* *Iulius* Ballinus celeberrimus totius orbis vrbium icones edidit, cum earum breui historica enarratione, Italica lingua.

* *Iulij* Barbarani, Promptuarium rerum electarum, in se præsertim Romana. Venetijs, 1569. in quarto.

Iulius Bassus, qui Græcè de medicina scripsit, citatur à Plinio lib. 20. & septem sequentibus, item 33. & 34. Naturalis historiae.

* *Iulius* Britanus, super 2. Decretalium, De probationibus, c. post cessionem.

Iulij Cæsaris Scaligeri, de causis linguæ Latinæ libri tredecim, excusi Lugduni apud Gryphum, 1540. De comicis dimensionibus, ibidem excusa, 1539. Heroes, & oratio in partu filij habitata, libri ibidem excusi. Commentarij in Hippocratis librum de somnijs, ibidem impressi, 1539. adiecto etiam textu ab eodem conuerso. Eiusdem oratio in luctu filij ibidem excusa est, ann. 1538. * Eiusdem commentarij in libros duos qui inscribuntur de plantis Aristotele auctore. Lutetiæ, Vascolanus 1556. Nobilium Exercitationum liber 15. ad Hier. Cardani libros de subtilitate, è quibus plurima acute & solide confutat. Parisijs in quarto. De poetica libri sex variâ eruditione referti. Geneuæ apud Ioannem Crispinum in folio. Commentaria in Hippocratem de insomnijs recognita & aucta. Commentarij in Theophrasti libros de platis. Veræ Alchymiae artisq; metallicæ circa ænigmata doctrina, certusq; modus. De sapientia & beatitudine libri 8. quos Epidorpidus inscripsit, carmine, 1573. in 8.

Iulij Camilli, natione Itali, Amphitheatrum ad Petrum Bembum, impressum Basileæ cum poematis diuersorum recentiorum. Idea theatri Iulij Camilli excusa est Florentiæ, anno Domini 1550. in 4. chartis 11. Italice. Theocrenus poemata. Venetijs 1551.

Iulius Capitolinus ad Diocletianum Aug. scripsit

plurimas vitas Cæsarum aliquot, quæ cum alibi impressæ sunt, tum Basileæ in officina Frobeniana, 1533 cum C. Suetonio & alijs qui Cæsarum vitas descripserunt. Cæsares, quos Capitolinus descripsit, hi sunt: Antoninus Pius, M. Antoninus philosophus, Verus imperator, & Pertinax, qui postremus post Aelij Lampridij historias habetur.

* *Iulius Capra Vicentinus*, scripsit in 4. lib. Digestorum.

* *Iulius Cassianus princeps vniuersitatis Doctores* sectæ Doctarum, in libro de Continentia vel de castitate citatur à Clemente 3. Strom.

* *Iulij Castellani* disputationes, siue Commentarij in libros Aristotelis de humano intellectu ex doctrina Christianorum auctorum ac philosophorum descripti. Venetijs 1568.

Iulius Celsus, scripsit de gestis Cæsarum, citatur in Margarita poetica Alberti de Eyb.

Iulius Cerealis, vt ex Martiale colligimus, bellum Giganteum heroico versu descripsit.

* *Iulij Clari Alexandrini* sententiarum receptarum liber quintus: in quo diuersorum criminum materia diligenter explicatur. Eiusdem idem Volumen, seu liber quintus, denuo Venetijs impressus est, adiectis eiusdem tractatibus, ad materias Testamentorum, Donationum, Iuris Emphyteutici & Feudorum spectantibus. Venetijs, 1570. Eiusdem opera omnia quæ hactenus in lucem prodierunt, excusa sunt Fracofurti in fol. 1572. Eiusdem Practica in criminalibus, totius criminalis iudicij ordinem, & delictorum pœnas complectens. Venetijs apud Io. Gryphiũ, 1568. in fol.

Iulius Cordus principes Romanos descripsit. Raph. Volaterranus.

Iulij Delphini, Ioannis Andreae Cellanoux, & Bernardini Paterni medicorum Ticinensium, consilium de balneis Aquensibus, impressum est Venetijs à Iuntis, cum diuersorum scriptis de balneis. * De præscribendis medicamentis liber Venetijs impressus, 1557. Idem in tres Galeni artis medicæ libros scripsit.

Iulij Dioclis hexastichon lib. 1. Florilegij Græci habetur, & aliud libro sexto.

* *Iulius Ferretus Rauennas*, I. C. scripsit Additiones in Bartoli contrarietates iuris ciuilibus & Longobardorum. De bellicis signis. De bello iusto & iniusto. De astu & tacito bellorum consilio. De dictis & militaribus gestis, de duello, de equis martialibus, de fide seruanda: de gabellis & publicanis: de ludis publicis, &c. In materia Duelli consiliorum volumen.

* *Iulij Fiesci Musici* liber secundus Madrigalium quinque vocum. Venetijs 1567.

Iulij Firmici Materni iunioris Siculi, Matheos, siue astronomiarum lib. 8. item M. Manilij astronomica, Arati Phænomena cum Theonis commentarijs Græcis, &c. Aldus excudit Venetijs, annò 1501. Heruagius quoque cum multis alijs astrologicis Basileæ impressit. Scripsit præterea singularem librũ de domino genitura & Chronocratore, vt ipse testatur Matheos li. 4. cap. 14. Item lib. 5. cap. 1. pollicetur alios 12. astrologiæ libros. Item lib. 7. cap. 6. allegat suum de vitæ sine librum. Hunc quidam Villium nominant.

* *Iulius Firmicus*, De errore profanarum religio-

gionum ad Constantium & Constantem Augustos restitutus. Oporinus & Goltzius.

Iulius Frontinus, vide Sextus Iul. Front.

* *Iulius Gabriellus*, Eugubinus, Xenophontis de Cyri vita & disciplina libros octo, Latine reddidit, & emendationes ex vetustis exemplaribus collectas addidit. Venetijs, 1569. in octauo. Idem edidit Orationum & epistolarum partim suo partim aliorum nomine scriptarum libros duos. Epistolam item de rebus Indicis à quodam societatis Iesu theologo Italice scriptam, & nunc primum in Latinum conuersam à Gabriello. Venetijs in quarto. Item Gregorij Nazianzeni orationes tres, Apologeticum, De amore erga pauperes, & In natalem diem Seruatoris nostri, Latine reddidit, additis in eisdem scholijs: & emendationibus in omnia quæ Græce extant ipsius theologi scripta. Anuerpiæ excudit Plantinus, 1573. in octauo.

20 *Iulius Græcinus* duo volumina præceptorum de vineis scripsit. Columella,

Iulius Herodes, vide supra in Herode.

* *Iulij Higini Grammatici*, liber, De vita rebusque illustrium virorum: Commentarij in Vergiliũ: De dijs penatibus lib. De proprietatibus Deorum. Lib. 2. Urbium: De vita rebusque Africani: citantur à Gellio & Macrobio.

Iulius Martianus Rota, in Latinâ linguâ transtulit Aristotelis libellum de lineis infecabilibus (nunquã antea nec Græce nec Latine impressus) vnã cum Georgij Pachimerij ea de re compendio hactenus falsò Aristoteli ascripto. Liber impressus est Venetijs à Iuntis, ann. D. 1551. cum reliquis Aristot. & Auerrois etiam operibus. Idem transtulit libros aliquot Galeni impressos Venetijs à Iuntis cũ reliquis Galeni operibus, ann. D. 1550.

Sunt autem hi: De præcognitione. De substitutis medicinis. De purgantium medicamentorum facultate. Quos purgare conueniat, quibus medicamentis & quo tempore: hic libellus est cap. 23

40 & 24. libri septimi collectionum medicinalium Oribasi, De theriaca ad Pisonem. De vsu theriacæ ad Pamphilianum. De antidotis libri duo. Arterialis in arterijs natura continetur. De historia philosophica. De melancholia ex Galeno. Raso & Possidonio cap. 9. lib. 6. Aetij. De cura Isteri. De cura lapidis. Quæ sita in Hippocrate.

Iulius Marachus, Octauiani Augusti libertus patroni sui vitam descripsit, teste Suetonio.

50 *Iulij Materni* tragædias, Medeam, Thyestem & Catonem commemorat Corn. Tacitus in dialogo de oratoribus. Forte Iulij Firmici Materni

Iulius Mauritanus, vetus I. C. scripsit ad leges vel de legibus libros sex.

Iulius Mediolanensis, edidit sermones Italicos quos quadragesimales vocat, impressos Basileæ

* *Iulius Modestus* in secundo quæstionum confusarum citatur à Gellio lib. 3. cap. 9. Eundem citat Macrobius 1. Satur.

60 *Iulij Montani* veteris scriptoris fragmenta quædam apparent in libris P. Criniti.

Iulij Obsequentis ab anno vrbis conditæ quingentesimo quinto, prodigiorum liber imperfectus impressus Parisijs apud Rob. Stephanum, cũ Plinij Secundi libro de viris illust. &c. Libellus sua

que integritati ita ex Livio, Dionysio, Orofio, Eutropio, ac alijs Romanorum historijs restituit Conradus Lycosthenes Rubeaquentis, ut temporis iniuria nihil planè interijisse videatur.

* **Iulius** Palamedes Adriensis medicus, indicem copiosissimum & utilissimum in omnes Avicennæ libros confecit.

* **Iulij** Paridis nomine in V. E. inscripta est epitome in decimum librum Valerij Maximi memorabilium exemplorum, quæ vulgo C. Titi Probi nomine inscribitur.

* **Iulij** Pauli Parauini, sententiarum receptorum libri quinque impressi Basileæ ab Henrico Petro, cum Theodosij codice. Alia quoque plurima scripsit, quæ Bernhardinus Rutilius in vita ipsius commemorat.

* **Iulij** Pflugi, Numburgensis episcopi, in obitum Petri Mosellani præceptoris sui oratio impressa Lipsiæ & Basileæ. Eiusdem epistolæ ad Erasmus Roterodamum & Iacobum Sadoletum in epistolarum Sadoleti & Erasmi libris leguntur. Eiusdem de republica Germaniæ, seu de imperio constituendo liber, impressus Antverpiæ & Colonia, anno 1562.

* **Iulius** Poggianus, S. Ioannis Chrysostomi librum de virginitate convertit. Antverpiæ Plantinus in decimo sexto. *P. l. s. p. 268.*

* **Iulius** Pollux, Naveratica genere, scripsit Vocabularium decem libris, quibus sanè quæ de eodem dici vario modo solent, collegit. Præterea lo-

30 tiones, sive dicendi formulas, Declamationes, Epithalamium in Commodum Cæsarem, in laudem urbis Romæ orationem, Tubicinæ, seu cæram Musicum. Contra Socratem, contra Sinopenfes. Totius Græciæ celebrationem, De Arcadia, & alia.

Suidas. Vide in Iulio Sophista. **Iulij** Pollucis vocabularium Græcum, impressum Venetijs apud Aldum, & Florentiæ apud Bernardum Iuniam, 1520. cum Stephano de viribus: & Basileæ apud Rob. Vuinter, cum præfatione Simonis Gryngi

40 ad ludimagistros, quibus hoc opus commendat, 1536. à Ioanne Oporino diligenter emendatum, ac tribus locupletissimis indicibus auctum. Idem Onomasticon Latine quoque ab eodem Vuintero impressum est, Rodol. Gualthero interprete.

* **Iulius** Pöpon, Fortunatus in carmina, Colum.

* **Iulij** Pomponij Sabini Grammatici, in omnia, quæ quidem extant, P. Vergilij opera, Cömentarij, varia multarum rerum cognitione referri, impressi Basileæ, apud Ioan. Opor. 1544. Idem scripsit 50 Itinerarium Scythicum, cuius ipse mentionem facit libro primo commentariorum in Georgica.

* **Iulij** Pomponij Secundi, tragici poetæ, mentionem facit Fab. Quintil. lib. 10. cap. 1.

* **Iulius** Pontius Moreletus, in tragædia componenda ornatus, & festiuus, & plenus in carmine, laudatur à Gyraldo.

* **Iulius** Quercens, scripsit in Hexæmeron.

* **Iulij** Renaldi liber primus Madrigalium quatuor quinque; & sex vocum: cum duobus dialogis septem vocum. Venetijs 1567.

* **Iulius** Rondinellus I. C. scripsit super 1. Codicis de edendo. De instrumentorum editione.

* **Iulij** Rufiniani liber de figuris sententiarum & elocutionis, de schematis lexeos, de schematis

dianæas, impress. Basileæ in officina Frobeniana 1521. cum alijs veterum aliquot eiusdem argumenti libris, & Lugduni apud Gryphium. Item quæ apud Robertum Stephanum.

* **Iulij** Sophistæ liber, epitome glossarum Pamphili de consuetudine Attica, Suidæ operi dictionario annexus est.

* **Iulij** vel Iuliani Severiani, Præcepta syntomata artis rhetoricæ lib. 1. Hunc edidit Cælius S. Carrio, ad finem cömentariorum in partitiones: huius libri pars est quod quidam nuper Coloniae edidit Cornelij Celsi falso nomine.

* **Iulij** Syrenij disputatio de subiecto primæ philosophiæ ad doctrinam Aristot. pertractata, Bononiæ 1546. in 4. Eiusdem de fato lib. 9. Venetijs 1563. in folio.

* **Iulius** Terentianus librum Epiphaniij de gemmis in linguam Latinam transtulit: impressum Tiguri. Edidit etiam Petri Martyris cömentaria in 1. & 2. Ethicorum Aristotelis.

* **Iulij** Sigleri carmen ad Hannibalem Vicecomitem Mediolanensem.

* **Iulium** Valentem multa scripsisse refert Plinius secundus, libro quinto epistolarum.

* **Iunianus** Maius Parthenopæus, scripsit de proprietate verborum lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & quædam alia. Hic liber, sive Dictionarium Iuniani, impressus est Tarvisiæ 1477. Claruit anno 1480.

* **Iunilus** episcopus, cuiusdam urbis in Africa, opus insigne scripsit ad Primasium episcopum, de partibus diuine legis, & alia quædam. Cömentarium in priora aliquot Genesibus capita, impress. Basileæ apud Rob. Vuinter, 1538. Claruit anno 440.

* **Iunius**, epistolæ secundæ & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

* **Iunius** absque cognomine vlllo citatur à Varro ne aliquoties in libris de lingua Latina, item M. Iunius Brutus in cömentarijs, & Iunius Gracchus; à Festo Pompei. Iunius Gracchanus.

* **Iunius** Christoph. Verpelius in lucem edidit libellum continentem aliquot Aesopi fabulas carmine Latino, sed antiquo & incerto auctore. Brixig Ludouicus Britannicus excudit 1549.

* **Iunius** Cordus Traiani. Antonini Pij, Maximianorum, Gordianorum, Pupieni & Albini imperatorum, vitas descripsit.

* **Iunij** Iuuenalis Aquinatis Satyras 16. Aldus excudit Venetijs, cum A. Persio: & Colinaeus Parisijs anno 1543. & Rob. Steph. Ibidem. & Gryph. Lugduni cum Persio, adiectis etiã adnotatiunculis, quæ breuis cömentarij vice esse possint, 1535. & Froben. Basileæ. cum diuersorum cömentarijs an. 1551.

* **Iunij** à Neapoli verba apud Cyprian. in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

* **Iunius** Paulus Crassus, Pataunus, Theophilus Protospatrij de fabrica humani corporis li. 5. è Græco in Latinum sermonem transtulit. Conradus Neobarius excudit Parisijs, anno D. 1540. & Robertus Vuinter Basileæ. Idem Galeni libros aliquot cum operibus Galeni Venetijs impressos Latinitate donauit, nempe: De remedijs paratu facilibus ad Solonem. Librum tertium de remedijs paratu facilibus. Librum ad Thrasibulum nutritars tuendæ sanitatis ad medicinalem artem spectat

anad exercitatoriam. De optima sc̄cta, De cuiusque animi peccatorū notitia atq; medela. Commentarios in sextū Hippocratis librum de morbis vulgaribus. In presentia de Patavinis medicatis fontibus historiam scribit, & eorum quę in ipsis mirabilia cernuntur causas scrutatur, & quo pacto humanis corporibus salutaria prębeant auxilia, diligētius (vt audio) quā hactenus quis quantū explicat. Molitur etiam quędam in Theophrasti de plantis lib. * Transulit etiam ē Græco in Latinum, Aretę Cappadocis medici lib. 8. Ruffi Ephesij, de hominis partibus lib. 3. De vesicę ac renū affectibus librum. De medicamentis purgantibus librum. Parisijs impressit Guiliel. Morelius 1554.

Iunius Phylargyrius Latinus Grammaticus in miscellaneis Politiani nominatur. Eius scripta in Vergilium extant Florentię in Medicea biblioth.

Iunij Rabinij cōmentaria eruditissima in libellum D. Erasmo inscriptum de octo partium orationis constructione, Robertus Stephanus excudit Parisijs 1535. & Vuesithemerus Basileę 1537. Claruit Lutetię 1534.

Iuo episcopus Carnotensis, scripsit post Burckardum Vuormaciensem episcopum ex canonibus sanctorum compendiosum decretū, quo ante Gratiani tempora utebantur iuristę, quod vocatur Pannomiam, distinctum in lib. 10. epistolas plures quę in Gallię bibliothecis passim extant, & quędam alia De determinandis patrum decretis liber vnus. & epistolę theologię & iuris quęstiones continentes, extant Viennę Austria apud Vuolffg. Lazium. Claruit anno Domini. 1090. Pannomiā quę perperam Panormia inscribitur, siue decretorum liber Iuonis, impressus est Basileę anno 1499. Iuonis liber de diuinis ecclesię officijs & ministerijs, impressus Colonia anno 1568. cum alijs eiusdem argumenti scriptoribus.

* Iuonis de Vento musici & illustrissimi ducis Bavarię sacelli magistri, Cātiones Latinę, quas vulgo Motetas vocant, quatuor vocum, etiam instrumentis Musicis attemperatę. Monachij in quarto. Eiusdem Cātiones Germanicę quatuor, quinque & sex vocum. Monachij 1568. Motetę quinque vocum, ibidem anno D. 1570. Cantiones Germanicę quatuor vocum, & dialogi duo, vnus 8. & alter 7. vocum. Ibidem 1570. Item nouę Cantiones trium vocum, & alię quinque vocum, ibidem 1572. Item alię quinque vocum cum Dialogo octo vocum 1573.

Ister scriptor quidam citatur apud Higinum. Vide Histrum.

Iustinianus episcopus Valentinus, inter cętera composuit ad quendam Rusticum nomine, de quinque quęstionibus lib. 1. & quędam alia. Claruit anno 540.

Fl. Iustinianus Imperator, contra hęreticos volumē clarissimum edidit, & Romanas leges amplius quā in duobus millibus libris iacentes per manus Ioannis patricij, Theophili ac Dorothei consulum mirabili breuitate correxit, & in XII. Codicis & Digestorum libros collegit. Quatuor etiam institutionum libros composuit, in quibus nucleus legum comprehenditur & exponitur.

Nouas quoque leges quas ipse statuerat, in vnum volumen redegit. Pręterea feruntur eius epitome legum lib. 1. de incarnatione Domini contra Eutychem, lib. 5. aduersum episcopos Africanos lib. 1. Hęc Tritemius. Dn. Iustiniani principis volumen Nouellarum constitutionum, Norimbergę editum, per Ioannem Petreium, Gregorius Haloander Zuiccuuensis primus in lucē Gręce exire curauit: & cum Latina earū translatio prius planē corrupta, mutila, & barbarę esset, ipse nouam ad Gręci exemplaris fidem translationem addidit. De legibus rusticis Iustiniani, liber Gręce & Latine impressus, cum annotationibus Fr. Balduini, Lutetię. Iustiniani imperatoris Pandectę Pisang (vt vocāt) & Nouellę constitutiones Gręcę, adiectis omnibus illis quę in Haloandri codicibus desiderabātur, excusę sunt Florentię à Torrentino.

Iustiniani Iustini Tiberij & Leonis Nouellę Constitutiones Gręce emendatiore editę ab Henrico Scrimgero cum pręfatione an. 1558. apud Henr. Stephanum: Latine Colonia, postea etiam Basileę ab Oporino in quarto ex interpretatione Agylęi.

Iustini iunioris, Romanorum imperatoris, de fide Christiana & concordia eiusdem scriptum extat apud Nicephorū li. 17. ecclesiast. historia.

Iustinus ex philosopho conuersus ad catholicā fidem, scripsit pro fidei nostrę defensione contra gentes ad Anton. lib. 1. de anima lib. 1. ad Aurelium contra gentes lib. 1. Psaltes prenotatum lib. 1. item aduersum gentes lib. 1. contra Tryphonē Iudaū li. 1. Castigationū contra gentes lib. 1. Contra Mariōnē li. 1. de monarchia Dei lib. 1. contra omnes hęreses li. 1. Iustini philosophi & martyris admonitorius gentium lib. 1. Eius Translatio Latina, Ioanne Francisco Pico Mirandulę domino interprete, impressa est Basileę anno 1528. ab Henrico Petro, & iterum anno 1551. cum alijs quibusdam vetustissimorum theologorum opusculis. Sermo paraneiticus ad Gręcos, siue contra gentes Gręcos, excus. est Gręce Parisijs apud Guillardam. Moralis quędam eius oratio, extat Gręce in Italia. Omnia opera simul impressa Gręce Parisijs apud Robertum Steph. Eadem Latine impressa sunt Gelenio interprete, Basileę in officina Frobeniana. Sunt autem hęc: Ad Zenam & Soranum epistola. Sermo exhortatorius ad gentes. Colloquium cum Tryphone Iudaeo. Apologia pro Christianis ad Senatū Romanum. Apologia altera pro Christianis ad Aelium Adrianum & Antoninum Pium imperatores. Expositio fidei de recta confessione, siue de sancta & essentiali trinitate. Confutatio dogmatū aliquot Aristotelicorū. Quęstiones Christianę ad Gentiles, & Gentilium responsiones, earumq; confutationes. Responsiones ad orthodoxos de quibusdam necessarijs quęstionibus. Quęstiones Gręcicę siue Gentiles, ad Christianos, de incorporatione, & de Deo, de quę resurrectione mortuorum. Pręterea eadem omnia denuo Basileę edita sunt ex Ioannis Langi translatione, cū eiusdem commentarijs.

Iustini cuiusdā scripta Suidę dictionario Gręco accessere. Claruit anno 150.

Iustini ex Trogo Pompeio historia, fidelissima
 recognitione pristinae veritati restituta per Geor-
 gium Maiorem, cuius operam Philip. Melanch.
 quoque in praefatiuncula commendat: Adiectis
 praeterea & monarchijs ad calcem libri, unde qui-
 bus & quandiu quisq; regu imperarit, deprehen-
 dere facile est: Ioan. Gymnicus excudit Colo-
 niae 1543. Primum autem hanc historiam excu-
 derat Aldus, inscriptam De externis historiis:
 deinde Henricus Petrus Basileae, a Ioanne Schar-
 do ad varia exemplaria recognitam, & Isingri-
 nius ibi dem cum scholijs; & Gryphius Lugduni
 1542. Extant in hunc auctore Prolegomena Con-
 radei Lycosthenis Rubeaquentis, quae propedi-
 c, volente Deo, in lucem prodibunt.

Iustinus Goblerus Goarinus I.C. scripsit anno-
 tationes in Basilij Magni orationem paracleti-
 cam, impressam Basileae 1537. Eiusdem profogra-
 phiarum li. 4. in quibus personarum illustrium
 descriptiones aliquot seu imagines ex optimis
 quibusdam authoribus selectae continentur: im-
 pressi Moguntiae 1537. Pilei iuriconsulti opus de
 iuiliu atq; criminalium causarū iudicijs. Item
 summā Othonis de ordine iudiciario emendauit
 & auxit: Ioan. Oporin. impressit Basileae. Caroli
 V. imper. de capitalibus iudicijs constitutio, Ger-
 manice primum euulgata, & ab eodem in Lati-
 num versa, & aequo commentario aucta: item eius-
 dem Caroli V. Constitutio de pace publica tenen-
 da, Vuormaciae edita, atque e Germanica lingua
 eodem interprete in Latinam traducta: item in I.
 Respicendum. ff. de pœnis succincta ad aequita-
 tis commendationem explanatio, eodem auctore:
 nec simul coniuncta Ioan. Oporinus excudit Ba-
 sileae. Lubeci Chronicorum lib. 3. ab Hermanno
 Bonno primum Germanice notati, deinde a Iu-
 stino Goblero in Latinum versi, & euulgati Basileae,
 vna cum orationibus duabus eiusdem Goble-
 ri in obitum illustriss. principis Erici senioris
 ducis Brunsvicensis, idem etiam Demosthenis
 orationem de pace e Graeco in Latinum sermo-
 nem transtulit, excusam cum Lycurgi aduersus
 Leocratem oratione, Basileae apud Ioan. Opor.
 Item cum Demosthenis Latina editione, in for-
 ma maiore, tomo postremo. Idem scripsit oratio-
 nem De laude moralis philosophiae & quid ea
 conferat iuris prudentiae: item aliam De iuris pru-
 dentia: Excus. ab Egenolpho. Vlrici Fabricij I. C.
 vitam conscripsit, & eiusdem processum iudicia-
 rium edidit, Basileae excudit Oporinus. Petri Mo-
 sellani vitam conscripsit, ab eodem editam. Ioan-
 nis Blanauci summam restituit, Moguntiae excu-
 dit Iuo Schaeffer. Constantini Harmenopuli li-
 bros in Germanicam linguam conuertit. Ioannis
 Sleidani Historiam nouis summarijs singulorū
 librorum, & continuatione ab anno Christi 1556.
 vsq; ad annum 1568. auxit Francofurti. Hierony-
 mus Feirabent in folio. Scripsit etiam carminum
 lib. 4. qui fortasse breui euulgabuntur.

Iustini Spoletani opera impressa Romae, per
 Iacob. Mazochiū, anno 1509. Sunt autem haec. Ad
 A. Colotiū epistola prosaica. De cultu croci poe-
 mation. De fere siue seriuomis animalibus. Epi-
 cedion pueri P. ad F. Alidoxiū: & rursus ad eun-
 dē. Epicedion Pomponij Læti. P. ad Vigeriū car-

dinalem. Musae Phanaestres. Descriptio montis
 Spoleto imminentis. P. ad Ferdinandū Arrago-
 niae regem. P. ad Io. Veram cardinalē. Panegyres
 tres de gestis Caesaris Borgiae. Ecloggetres.

Iusti episcopi in Cantica canticorum explanatio,
 excusa est Basileae apud Henric. Petri, anno 1551.
 cum alijs veterum theologorum opusculis.

* *Iusti Ammiani Tigrurini pictoris absolutissi-
 mi Biblicae figurae, addita breui explanatione Ger-
 manicis rythmis ab Henr. Petro Rebenstok fa-
 cta.* Francofurti, anno 1571. Extant etiam quinque
 corpora Platonica ab eodem ex optica disciplina
 varijs rationibus pulcherrime depicta.

Iustus Tiberius Iosephi tempore historiae Iudaicae,
 & commentariolos quosdam de scripturis com-
 ponere conatus est, teste Hieronymo & Suida.

Iusti medici Hieram, medicamentum purgans.
 Aetius medicus celebrat.

Iustus Orgeliranae ecclesiae episcopus, scripsit
 in Cantica canticorum lib. 1. & alia. Claruit anno
 1540. Eius explanatio in Cantica a Menrado Mol-
 thero restituta, & in lucem producta, impressa
 Haganoae 1529. Vide Iustus Ep.

*Iusti Ionae praepositi Vuittemb. aduersus Io. Fa-
 brū scortationis patronū, pro coniugio sacerdoti-
 tali defensio impres. Tigu. 1523. Oratio de studijs
 theologicis, Vuittemb. 1539. Annotationes in A-
 cta apostol. Basileae apud Adamū Petri, 1525. De mis-
 sa priuata & vntione sacerdotū libellus Marc.
 Lutheri, e Germanico in Latinū translatus per
 eundē, excus. Vuitteb. 1534. Enarrationes nouae
 Marti. Lutheri in Ionā prophetā, ab eodē Latine
 redditae, impressae. Eiusdem Lutheri librū de
 Iudaicis, & eorum mendacijs, Latinum fecit, Bru-
 bacchius excudit Francof. Idem scripsit de mor-
 te Lutheri. Item contra Vuiceliū libellum ex-
 cusum Vuitenbergae, anno D. 1552.*

*Iusti Menij commentarius in Samuelem impres-
 sus, anno D. 1532. Eiusdem libellus Germanicus
 de exorcismo qui in baptismo vsurpatur. Item
 alius de vi repellenda, seu de defensione sui neces-
 saria. Iusti Menij postremae conciones Lipsiae ha-
 bitae. Vuitenbergae 1569 Germanice.*

Iusti Velsij Hagani medici opuscula quaedam,
 Opor. excudit Basileae 1540. nempe orationē, Ve-
 trum in medico variarum artium & scientiarū co-
 gnitio requiratur: Hippocratis de insomnijs li-
 brum translatus, Galeni de ea quae ex insomnijs
 habetur affectionum dignotione: Hippocratis
 aphorismi 1. veram lectionem, cum Galeni enar-
 ratione, eodem interprete. Rationem castigatio-
 nis eiusdē aphorismi, ac sententiae eius enarratio-
 nem. Eius etiam in Aristotelis de virtutibus li-
 brum commentaria excusa sunt Coloniae apud
 Martinum Gymnicum, anno 1551. & in Cebetis
 tabulam Commentariorum lib. 6. Lugduni 1551.

* *Iusti Velsij Epistola ad Ferdinandum Romano-
 rum regem, principes electores, reliquos quoq;
 imperij status. Parabola tres ad vniuersos iu-
 dices terrae. Kpiais, siue verae Christianae quae phi-
 losophiae comprobatoris atque amuli, & sophi-
 stae quid; Antichristi doctrinā sequitur per com-
 parationē descriptio: capitibus aliquot quae fieri
 potuit breuissime ab eodē comprehensa & expli-
 cata. An. 1555. De humanae vitae recta ratione lib.*

Iustus Vulteius Vuetteranus, natione Hæffus, è Græco Aelianum de varia historia, & rerum publicarum descriptiones ex Heraclide, in Latinum sermonem transtulit: liber impressus Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1548. item *Polyæni stratagematum* ad D. D. Antoninū & Verum imperatores lib. 8. quibus amplif. sæcundissimaque rei militaris doctrina continetur: excusi Basileæ apud eundem, anno 1550. Conuertit præterea epistolas Græcas ab Aldo quondam Venetijs excusas, & in Dione libros aliquot, qui Lutetiæ Græce sunt excusi, & quædam alia nondum edita. Scripsit orationem de humilitate nõdum excusam, Monosticha in omnia capita veteris & noui testamenti, excusa Marpurgi.

* *Iuuenalis* à Costa forti Fossanensis I. C. Cõmentaria in quinque titulos Institutionum Iustiniæni, De obligationibus. Quibus modis re contrahatur obligatio. De verborum obligationibus. De duobus reis stipul. & promit. De fideiussoribus, Lugduni Theobaldus Paganus, 1548.

Iuuenalis Hierosolymitani episcopi scripta citantur à Nicephoro libro secundo ecclesiasticæ historiæ.

Iuuentius Cælius citatur à Baptista Fulgoso inter illos scriptores, è quibus exèpla sua collegit.

Iuuentius comicus laudatur à Varrone lib. 6. de lingua Latina.

Iuencus presbyter, natione Hispanus, scripsit carmine de quatuor Euangelijs lib. 4. de sacramentis lib. 2. Euangelica eius historia, additis argumentis & cõmentarijs in eadem, excusa est Basileæ anno 1541. Et postea rursus ab Oporino ex recognitione G. Fabricij cum alijs Christianorum poetarum operibus. Claruit anno 330.

K

Kacebras quidam citatur à Ioanne filio Serapionis.

* *Kaminti* episcopi Arusiensis, Regimen sanitatis per circulum anni.

* *Kareuu* vel *Karreye*, Anglus, doctor Oxonij, scripsit super sententias lib. 4. In posteriora Aristotelis lib. 2. Oxonij bibliotheca.

* *Kebius* Corinius Britannus, Cornubiæ Ducis filius, scripsit ad Hilarium Pictauiensem Epist. plures. Claruit anno 380. Baleus.

Kempo quidam Thessaliensis Hollandiæ, scripsit in secundam partem doctrinalis, vt vocant, Alexandri. Liber impressus.

Kennethus Scotorum rex, Alpini regis filius, scripsit Breviarium antiquarum legum, quibus in foris per Angliam iureconsulti vtuntur. Claruit anno Domini 855.

Kentigerus Elguensis, scripsit manuale suorum ministeriorum, de obedientia hominis lib. 1. Claruit anno Domini 560.

Kiliani Leib de sacræ scripturæ dissonis translationibus, libellus nuper impressus.

* *Kiliani* lectura super quartum sententiarum. M. Dresserus.

* *Kilianus* Martyr Scotus monachus, scripsit cõtra peregrinos cultus li. 1. Martyrium passus est, anno 689. Baleus.

Kiramides naturalis magiæ scriptor. Videin Zoroastre.

Kiranis (vel vt alij scribunt Kiranides, Kiranus, Caranus) scripsit quædam Arabice de facultatibus magicis & medicis stirpium quarundam, lapidum & animalium lib. 4. quos Gerardus Cremonensis Latinos fecit barbara dictione.

L

Labeonis scripta citantur apud Fulgentium in Mythol.

Laberius mimographus, qui vixit temporibus Iulij Cæsaris, scripsit mimos & fabulas. Mimorum eius fragmenta quædam extant apud Macrobius. Citatur etiam à Charisio *Laberius comicus*, in Aquis, Ariere, Augure, Cægulis, Creumsi, Thusca. Feruntur etiam eius scripta, *Vermes*, *Cancer*, & *Mimus* extare. Præterea citatur à Nonio in Annalibus, Aquis caldis, Belocustria, Carcere, Catulario, Cetenario, Cithera, Colace, Compitalibus, Cophino, Cropio, Fullonico vel fortè *ϕιλονέκω*, Gallis, Imagine, Lacu auerno, Nuptijs, Panilico Paupertate, Sedigio, Scylace, Seroribus, Thusco, Virgine. A Gellio autem in Alexandria, Cacomemnone, Colorato, Necromania, Naca, Restione vel Restiore, Salinatore mimo, Saturnalibus, Scriptore, Staminarijs. A Macrobio autem in Ephobo. Quotquot vero extrat *Miami* *Laberij* excusi sunt ab Hen. Stephano cõterum poetarum Latinorum fragmentis.

Labienus orator & declamator quidam apud Senecam nominatur: quanquam aliqui *Labionem* legant. Idem scripsit rhetoricorum libros, quos inimici eius in contemptum exusserunt.

Lachares Atheniësis sophista, discipulus Helecleonis sophistæ Athen. vir pius, &c. scripsit De cælo & comate & periodo, disputationes: Historiam secundum Cornutum seu de Cornuto: Loca selecta ex oratoribus ordine alphabetico. Floruit sub Martiano & Leone Imperatoribus. Suidas.

* *Lachar* ab breuiator Auicennæ citatur à Bellunensi.

* *Lactantius* vel *Lustarius* Placidus grāmaticus doctissimus, scripsit Cõmentarium in libros Thebaidum Statij, excusum Venetijs 1508. scripsit etiam in Achilleida cõmentarios qui nondum editi sunt. Extant etiam Ouidianæ metamorphoseos fabularum argumenta, eodem authore collecta, quæ Ouidianis interseri solent. Hæc aliqui *L. Cælio*, *Lactantio Firmiano* attribunt. In Catalogo quodam librorum veterum manuscriptorum nominantur *Placidi grāmatici glossæ per Alphabetum* lib. 1. Citatur etiam ab Hermolao in Plinianis castigationibus *Placidius* qui de *Plautinis* vocibus scripsit.

Lacydes Alexandri Cyrenæi philosophus, nomine Academiæ author, philosophica scripsit, & de natura. Suidas.

Ladislav Suntheimus, Germanus, scripsit de lingua vulgari per superiorem Germaniã. Icten historiarum collectanea.

Ladislav Veresij Pannonij oratio ad Sixtum III Pontific. nomine Matthiæ Vng. & Boemorum regis habita, & impressa Romæ.

Ladislav

Ladislai Vngariæ regis, oratio de Nicolai V. Pontificis laudibus, legitur inter orationes ab Alberto de Eyb collectas, quarta ordine.

Lælius antiquus poeta, scripsit erotopœgnia, eorum meminerunt Gellius, Aufonius, Priscianus, quamvis plerique codices corrupte erotopœgnia habeant.

Lælij qui Varronis præceptor fuit librum de orolo quibus citat Gellius lib. 16. cap. 8. Verum is Aelius Gallus à Cicerone nominatur.

Lælius Capilupus Mantuanus Latino & Italiano carmine quædam scripsit, è quibus editum viri Centronem Virgilianum de monachis.

Lælij Felicis ad Q. Mutium liber primus citatur à Gellio li. 15. cap. 27. Meminit autem Labeonis.

Lælij Iordani episcopi Acernensis, Tractatus de maioribus, rerumque capitalium episcoporum causis ad Papam deferendis, & Romanæ sedis origine atque auctoritate. Venetijs, 1572. in quarto.

Lælius Preconinus insignis græmaticus, scripsit varias ad nobilissimos quosque orationes, quarum meminit Tranquillus cap. 2. de illust. Gram.

Lælius Sozinus Senensis, Mariani celeberrimi C. filius, de singulis fere dogmatibus religionis multa disputavit, & scripsit, nihil tamè ipse in publicum edidit: at Samofateniani non stræ ætatis eum inter principes suæ hæreseos nominant, ac dicitur ille esse, impia interpretatio in primum caput Joannis absque nomine authoris ab illis edita.

Lælij Taurelij Fanensis, I. C. Enarratio, Ad Galiam & legem Velleam, Ad Caronem & Paulum, de militijs ex casu, Excusa sunt Basileæ ab Opor.

Lælius Tifernas vertit homilias Chrysostomi de patientia, & pœnitentia. Vide infra Lilius Tifernas.

Lælius Macer, antiquus poeta alicubi à grammaticis citatur.

Lævini Torrentij S. Romanæ ecclesiæ protoprotarii, archidiaconi Leodiensis, Poemata sacra, Antuerpiæ, 1572. in quarto. *P. Man. l. 1. Ep. p. 261.*

Lælis citatur apud Plinium libro 28. Naturalis Historiæ.

Lællus de Thufcia Neapolitanus, scripsit super Constituta regni Siciliae.

Lambertus, abbas Hasungensis, monachus Benedictinus, Chronicon scripsit lib. 1. Tritemius in compendio.

Lamberti Danæi, Elenchi hæreticorum: ubi familiariter explicatur, qua ratione hæreticorum aralogismi deprehendi & solui possint. Genevæ apud Eustachium Vignon, 1573. Eiusdem Harabononia, siue Tabulæ in Salomonis Proverbia & Ecclesiasten, editæ cum Merceri in eosdem libros commentarijs.

Lambertus Gualtherus, scripsit in opera Clementis Romani emendationes, & explicationes eorum difficultium, Coloniae excudit Ioannes Birkmannus, 1569.

Lambertus Hortensius, Montfortius, Secessionum civilium Ultraieftinarum, & bellorum, usque ad episcopatus translationem ad Burgundos, scripsit li. 7. excus. Basil. apud Opor, ann. 1546. item Tumultuum anabaptistarum li. 1. impressum ibidem ann. 1548. Eiusdem de bello Germanico libri quinque, excusi Basileæ in quarto. In Virgili

commentarij, ibidem excusi in folio.

Lambertus Leodiensis monachus S. Benedicti, scripsit vitam Heriberti Coloniensis Archiepiscopi lib. 2. Hymnorum vario carminis genere lib. 1. epigramatum lib. 1. Vixit anno D. 1460.

Lambertus de Legia ordinis S. Benedicti monachus, scripsit de vita ac miraculis S. Mauthiæ apostoli carmine, de sancto Agricio lib. 1. Vixit anno D. 1480.

10 Lambertus cuiusdam comētarius de anima, impr.

Lamberti de Monte, quæstio magistralis, offerens per auctoritates scripturæ diuinæ, quid iuxta saniorum doctorum sententiam probabilius dici possit de saluatione Aristotelis Stagiritæ.

* Lambertus de Ramponibus I. C. scripsit super ff. & c. meminit eius Ioan. Andreas in c. si pater. De testam. in VI. Eiusdem de consilijs habendis per officiales, cum addi. Barth.

* Lambertus à Salinis distinctiones quæstionum 20 in D. Iustiniani Codicis libros, opera Viti Polanti in lucem editæ. Accessit etiam eiusdem auctoris fragmentum distinctionum ad 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 19. 20. 21. & 22. Pandectarum libros. Heidelbergæ 1571. in octavo.

Lamberti Schafnaburgensis historia de Germanorum rebus præclare olim gestis, itemque rerum aliarum memoratu dignissimarum per breuis annotatio, ab exordio mundi repetita. Morhardus excudit Tubingæ, anno 1533. Citatur alicubi Lambertus Hersfeldensis de rebus Germanorum: quem non alium ab hoc esse opinor.

Lamfridus Monachus, scripsit vitam Suiuthemi episcopi li. 1. Miracula eiusdem lib. 1. Vixit anno 980. Baluis.

Laminthius Milesius, poeta elegiograph. composuit poema in suam Lyden diuerso genere carminis, ut refert Athenæus.

Lampadij Luneburgensis compendium Musicæ tam figurati quam plani cantus, ad formam dialogi, ex eruditissimis Musicorum scriptis congestum, adiectis etiam regulis de concordatiarum & componendi cantus artificio, summam omnia Musicæ præcepta pulcherrimis exemplis illustrata, succinctè & simpliciter complectens, &c. Apiarius excudit Bernæ 1541.

Lampertinus de Ramponibus, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. non uo lib. 12. super ff. infortiati lib. 14. & quædam alia. Claruit anno 1310.

50 Lamprias Plutarchi Chæronei filius, composuit tabulam scriptorum patris sui de omni Græca & Romana historia. Suidas. Fertur extare in Italia.

Lamprocles dithyramborum scriptor, citatur ab Athenæo.

Lancelotus quidam historiam scripsit fabulosam, & historiam amatoriam.

Lancelloti Corradi Laudensis I. C. Practica, cuius titulus, Prætorium & curiale breuiarium. Eiusdem De decurionibus, De duello: nescio an peculiare libelli, an capita quædam practica.

Lancelotus Decius, I. C. scripsit super totum Ius civile commentarios, qui habentur impressi. Super Codice, & alijs in 2. Cod. in 1. & 2. ff. veter. & in Rub. 1. ff. veter. de iust. & iure, l. ut vim, in 1. & 2. Infor.

P. Man. l. 1. Ep. p. 261.

Lancelotus Ridley Cantuariensis, scripsit commentarios in Iosue, in Paulum ad Ephesios, & ad Philipenses, ad Colossenses, in posteriores Iohannis epistolas. In Canonicam Iudæ. Claruit anno D. 1548.

Lancelotus Galiaula, scripsit in 2. ff. noui, de verbo. obliga. l. 1. Idem scripsit in L. Gallus: in l. Centurio. De vulg. & pup. substi. Item disputationem habitam Valentia cum Iohanne Rugezio de Mora, quod causa dominij sit voluntas subnixta traditione, & non ipsa possessio.

Lancelotus Politus, edidit Substitutionum tractat. 40. librum de officio aduocati. in Ru. 1. Cod. de iur. l. quinque pedum.

Lancinus Curtius scripsit epigrammatum decades, excusas Mediolani apud Rochum & Ambrosium de Valle anno 1521.

Lanfranci Mediolanensis parua & magna chirurgica, quas scripsit Parisijs sub Philip. rege Galorum, impressæ Venetijs, anno 1499. cum multis diuersorum chirurgicis scriptis, & Lugduni apud Paganum.

Landolphus ordinis minorum scriptor theologiae, citatur in summa Angelica. Scripsit autem super secundum sententiarum.

Landolphus de Columna Romanus, scripsit historiam pontificum. & haud diu post Vincentium Belluacensem, historiam ab initio mundi usque ad sua tempora. Claruit anno 1330.

Lanfranci Balbi decisiones in iure, impres.

Lanfrancus archiepiscopus Cantuariens. natione Italus, scripsit in epistol. Pauli apostoli omnes lib. 14. in Psalterium commentariorum lib. 1. aduersus Berengarium lib. 1. Gesta Guilielmi comitis lib. 1. Claruit anno D. 1060. Eius autem liber de Eucharistie sacramento contra Berengarium, Basileæ apud Henric. Petri excusus est, cum Philastrii catalogo hæresion. & iterum cum alijs veterum theologorum opusculis, anno Domini 1551.

* **Lanfranci** Gypsi Lugiensis, Antiparadoxorum liber vnus, in quo ea fere omnia improbantur, quæ Andreas Alciatus in primo paradoxorum suorum libro, aduersus communes sententias proposuit. Fuit hic Consiliarius & præfectus prætorio Ferrariensis principis.

Lanfranci Mediolanensis, chirurgica impressa olim Venetijs in folio, cum aliquot alijs chirurgis.

Lanfrancus de Oriano, iureconsultus, scripsit repetitionem, quoniam contra. De proba. in 2. Decret. lib. 1. super Cle. saepe. de verb. sig. lib. 1. in c. dispendiosam, de iudi. in Clem. lib. 1. Repeti. c. Rainutius. De testa. in 3. Decretal. lib. 1. De lege admonendi, de iureiu. li. 1. De interpretatione statutorum lib. 1. l. centurio. de vul. & pu. substi. li. 1. Repeti. Rub. in 2. Decret. de cam. pos. & pro. li. 1. de appellationibus: Repetitionem in Rub. de testamentis. c. Raynaldus. in 3. Decretal. Consilium de petitione compromissi, post litem contestatam. Defensorium iuris, cum additionibus Benedicti de Vadis. Lanfranci Aurea practica iudicialia, super caput, quoniã, de probationibus conscripta: inseris Benedicti Vadij & Celsi Hagonis annotationibus: per D. Gabrielem Saraxnam repurgata, impres. est Coloniae 1372. in 8.

Laomedontis Tardoni de iustitia & laudibus diui Iuonis, ad sedem apostolicam libellus, excusus est Romæ.

Lapus Biragus Florentinus Dionysij Halicarnassei lib. 11. Antiquitatum Latinitate donauit. ex Parallelis Plutar. transtulit vitas Theæci, Romuli, Lycurgi, Numæ Pompilij, Solonis, Themistoclis, Camilli, Periclis, Phocionis, Catonis Vricensis, Publicolæ, Artaxerxis, & Arati, quæ cum reliquis excusæ sunt.

Lapus de Castellione, abbas S. Miniatis, scripsit allegationum suarum lib. 1. super Clementinis li. 1. & alia complura. Citatur in summa Angelica. Allegationes eius impressæ sunt, scripsit etiã Aditi ones in Friderici Petrutij librum de pluralitate beneficiorum. Præterea citantur eius, scripti de Hospitalarijs, de canonica potestate & quarta consilium circa inquisitores & nuncios apostolicos, quod sunt exempti à iurisdictione ordinaria. Claruit anno 1340. Allegationes D. Lapi, alii innumeris prope erroribus castigatæ à Bernardino Zanchino Florentino additis insuper quam plurimis allegationibus, seu consilijs eiusdem quæ in alijs editionibus non habentur. Florentia, anno 1568. in octauo. Et Venetijs à Quintiliano Mandosio recognitæ & auctæ 1571.

* **Larbre** Batailes de bello & duello.

Largij Designatiani epistolium ad filios suos in principio Marcelli medici.

* **Largij** Licinij Ciceromastix, citatur à Gellio lib. 17. cap. 1.

Largus poeta fuit temporibus Augusti Caesaris, cuius meminit Ouidius, de Antenore ipsius scripsisse referens.

Larus Charbini Hermionen, primus de Musis librum scripsit, & dithyrambum in certame produxit, & contentiosos sermones instituit. Suidas.

Latini Pacati, & Drepani panegyricus Theodosio Aug. Romæ dictus, cum alijs multis panegyricis Basileæ apud Frobenium excusus.

Laudinus eques Hierosolymitanus, Maximæ Turcorum imperatoris epistolas ex Syro & Cæco sermone in linguam Latinam transtulit, excusas cum Symmachi epistolis Argemina apud Schottum, anno Domini 1510. Et Basileæ apud Frobenium anno D. 1549. item apud Ioan. Orinum in farragine epistolarum Laconicarum anno 1554.

Laudunus. Vide Guilielm. de monte Laudun. **Laureæ** Tullij, M. Tullij Ciceronis liberii, epigramma de aquis Academiae Ciceronis extat apud Plinium in Naturali historia. Eiusdem fertur etiam quædam Græca epigrammata extare.

S. Laurentij presbyteri Nouarum homilij diuina de patientia, altera de eleemosyna, impres. Parisijs à Vascofano anno D. 1537.

Laurentius Absternius, scripsit libros quosdam obscurorum locorum ad Guidum Vbalducem. Eiusdem Hecatomythion, id est centum fabulæ Latinæ, ab ipso confictæ, ad Octauia Vbaldinum. cum Aesopi & alijs diuersorum libulis impressæ Argemina apud Knoblauchium anno D. 1522.

* **Laurentius** Acarzeres Lusitanus, quædam mine scripsit, teste Gyrardo.

* **Laurentius**

Laurentius Agricola Vitoduranus, scripsit libros aliquot de re militari. Claruit 1555.

* Laurentius Albertus, scripsit contra Heidelbergensem catechismum, ad Spirenses, Vuormanienses & Landauenses, ad monitionem de cauendo, vicino Zuinglianismo. Absurda Lutheranorum. Ingolstadtij 1576. Germanice. Tertulliani librum de Præscript. hæret. in Germanicam linguam conuertit & ad nostra tempora accommodauit. Dillingæ 1572. Scripsit etiam gramicam Germanicæ linguæ, excusam Augustæ 1573.

Laurentius Anglicus, scripsit contra Pseudoprophetas lib. 1. in defensionem Guilhelmi de S. Amore lib. 1. Claruit anno 1260.

Laurentius Aquitanus, scripsit vario metro genere atq; prosa, ad Romanum de Ynli Cardinalem, Enchiridion in laudem virginis Mariæ lib. 10. Atq; alia. Claruisse putatur anno Dom. 1310. Nordouici bibliotheca.

Laurentius Belus Rom. l. C. super L. Nemo C. de Sacrosan. ecclesijs. Itē super Decr. 13. q. 3. c. nullus mortuus: De mortuis cæmeterio restituendis.

Laurentij Boneti tractatus de balneo Cornennæ, impressus est Venetijs à Luntis, anno D. 1533. cum diuersorū authorū scriptis de balneis.

Laurentij Boneti Atrebatensis, Institutiones vtriusque lingue, Orthographiæ, Etymologiæ, Prosodiæ, & partē Syntaxeos, cū octo orationis partibus complectentes. Antuerpiæ 1572. in octauo.

Laurentius Bonicontrius, Miniatiensis, scripsit Factorum lib. 1. Rerum naturalium & diuinarū, que de rebus cælestibus lib. 3. heroico versu excusos Basileæ apud Rob. Vuinter 1540. Accesserunt & eclipsium Solis ac Lunæ annis aliquot visarū usq; ad postremam anni 1540. descriptiones, per Philipp. Melanch. Ioan. Stigelium, M. Acontium, Ioach. Camerarium, & Georg. Aemylium. Exstant eiusdem etiam cōmentaria in Manilij poetæ astronomica, Basileæ apud Ioannem Oporinum. impressa Bononiæ, an. 1474. Claruit an. 1494.

Laurentius Bononiensis, Italus, ordinis seruorum D. Mariæ, scripsit super sententias lib. 4. Placita theologica lib. 1. Abbreviata quædam lib. 1. & alia. Claruit anno Do. 1396.

Laurentius Burellus Diuionensis, Carmelita, scripsit opus celeberrimum in laudem Heliæ patriarchæ Carmelitarum, quod vocauit Heliadē, De illustribus viris sui ordinis lib. 1. & alia complura. Claruit anno 1494.

Laurentij Burres, Chirurgia noua, liber Germanicus.

Laurentius Calcaneus Brixianus, scripsit de cōmendatione studiorum lib. 1. de septem peccatis mortalibus lib. 1. de conceptione S. Mariæ li. 1. consilia quoq; plura lib. 1. & quædam alia parua. Floruit anno 1478.

Laurentij Campestri Dialogi ethici siue morales, ex quibus adolescentia nō solum literas didicit, sed & mores. Louanij 1571. Oratio laudatoria pro Francisco Valesio Francorum rege, Lugduni 1538.

Laurentij Codomani, Supputatio præteritorum annorū mundi & septuaginta hebdomadarū Danielis, ex historijs sacris ethnicisq; sumpta, ac rationibus confirmata. Lipsiæ anno 1572. in 8.

Laurentij Coruini Nouoforensis idioma Latinum: sunt autem aliquot dialogi puerilium colloquiorum, ad ludum ferè literarium pertinentes, impressi. Eiusdem Cosmographia dans manuductionem in tabulas Ptolemæi, ostendens omnes regiones terræ habitabiles, diuersa hominum genera diuersis moribus & conditionibus viuentiū; annumerans diuersa animalia in diuersis provincijs, insulas, maria, flumina, montes, & plurima scitu dignissima: vna cū nonnullis epigrammatibus & carminibus, de Polonia & Cracouia, Silesia & Nouoforo. Liber hæc inscriptione in quarto, in Germania chart. 14. Eiusdem structura carminum. Floruit circa annum D. 1495. Cracouicæ bonas literas professus.

* Laurentius Cunde, magnus Angliæ admirandus, ad Eduardum tertium in Anglico sermone opus edidit, super duobus argumentis li. 1. Prius argumentum erat, an præstaret Cæsarem esse an Agricolam: Alterum an melior esset misericordia sine iustitia, vel iustitia sine misericordia. Claruit anno 1350. Baleus.

* Laurentius Dunelmensis cænobij præcentor, carmine ac prosa plura scripsit, Hypognosticon ad Geruasium lib. 9. Sermones de Christi aduentu lib. 1. De Christi natali lib. 1. De assumptione Mariæ lib. 1. Super morte amici lib. 1. Excusationem pro Milone lib. 1. Inuestiuam in Malgeriū lib. 1. In Detractorem Malgeriū. Orat. 1. Pro naufragis Orat. 1. Pro iuuenibus compeditis, Orat. 1. Ad Hacheuuiam lib. 1. Dialogorum in metro li. 4. De conscribendis epistolis li. 1. Orationes pro Laurentio lib. 1. Vitam Brigidæ in prosa li. 1. De Cuthberto Episcopo lib. 1. De confessoribus lib. 1. De virginibus lib. 1. Homilias cruditas lib. 1. Claruit anno 1160. Baleus.

Laurentius Frisæus Francus oriētalıs, descripsit vrbes Herbipolensis, eiusq; episcoporū historias; à Sebast. Munst. Cosmograph. suo operi insertas.

Laurentius Frisius medicus, scripsit librū Germanicum de cura singulorū morborum à capite ad pedes, quem speculum medicing vocant: item Synonyma materig medicæ, siue simpliciu pharmacorum, Latinis, Græcis, & Arabicis vocabulis, opusculo itidem Germanico. Eiusdem epitome opusculi de curandis pustulis, vlceribus, & doloribus morbi Gallici. Hen. Petrus excudit Basileæ anno D. 1532. Regimen sanitatis per rationem victus.

* Laurentij Frizzolij Solianensis, dialogus de Lilijs Gyraldi operibus & vita, impressus cum Lilijs dialogis.

Laurentij Gambaræ Brixiani poemata Antuerpiæ apud Plantinum 1569. *P. Man. l. 4. Ep. p. 245.*

Laurentius Geruasij, ordinis Prædicatorum, Cōpulata quædam super totam summam theologiæ angelici doctoris reliquit. Claruit Parisijs sub Ludouico rege XI.

* Laurentij Gylli Germani medici Ingolstadtij, Liber. De sapore dulci & amaro, Pragæ editus. De componendis medicamentis, Commentaria in Dioscoridem, quorum tantum duo libri absoluti sunt: nam auctor morte preuentus inchoatū opus non potuit absoluere.

* Laurentij Grymalij, de optimo Senatore li. 2;

in quibus magistratuū officia, civium vita beata, rerumq; publicarum felicitas explicatur. Venetijs apud Iordanum Zilletum in quarto, 1568.

* *Laurentius Hiel* medicus, scripsit epitomen historię animalium quadrupedum *Conradi Gesneri*.

* *Laurentius Hunfredus*, patria *Buchingamius*, ē Græco in Latinū transtulit *Origenem* de recta fide, cōtra Marcionistas, & scripsit præfationem in eundem doctore. Scripsit etiam De nobilitate eiusq; antiqua origine. natura, officijs, disciplina & recta Christiana institutione *Basileę* in 8. Item *Commentaria* *Cyrilli* in *Esaiam* prophetā latine reddidit, excusa *Basileę* in fol. Scripsit etiam De interpretatione lib. exc. in 8. ibidem. *Indicem* in *Forsteri* *Lexicon* *Hebraicum* confecit. Atq; hæc cum religionis causa in *Germania* exularer, edidit, quid deinceps patrię restitutus scripserit ignoro. Docet nunc factas literas in celeberrima *Oxonienſi* *Academia*.

* *Laurentius Holbeke* concinnavit *Distionariū* *Hebraicum* lib. 1. Floruit anno 1410. *Baleus*.

* *Laurentij Iouberti* philosophi & medici, *Paradoxarum* demonstrationum medicinalium *Decas* vna, cum declamatione, qua illud paradoxon interpretatur, *Nutricionē* vincere naturā. *Lugduni* apud *Lodouicum* & *Carolum Penot*, 1561.

Laurentius Italus, *Dorobernensis* in *Anglia* *Archipræsul*, scripsit de *Observatione* *Paschæ* lib. 1. Obijt anno 619.

Laurentius Iustinianus, natione *Venerus*, scripsit *lignum vitæ* li. 1. De disciplina *monastica* li. 2. De *connubio* *verbi* & *animæ* lib. 1. De *agone* *Christi* lib. 1. De *interiori* *confictu* lib. 1. De *compunctu* *ecclesiæ* lib. 1. De *sacramento* *altaris* li. 1. De *vita* *solitaria* li. De *contemptu* *mundi* li. 1. De *sermone* *Domini* in *cœna* lib. 1. De *officio* *pastorali* lib. 1. De *obedientia* quoq; lib. 1. De *gradibus* *perfectiōis* lib. 1. *sermones* 40. lib. 1. *Eius* *vitam* *Bernhardus Iustinianus* nepos ipsius *luculenter* descripsit. Claruit anno 1410. *Laurentij Iustiniiani* *Protopatriarchæ* *Veneri* *opera*, insignibus *accessionibus* locupletata, excusa sunt *Lugduni* apud *Iunias*, 1568. in folio.

* *Laurentij Kirchouij*, *Interpretatio* *duorū* *priorum* *titulorum*, de *Edendo*. & *In ius* *vocando* li. 2. *C. tradita* in *Academia* *Rostochiēsi*. *Francofurti*, 1572. quarto.

Laurentius Laurentianus Florētinus, vertit *commentariorum* *Galenii* in *Hippocratis* *prædictio* nes lib. 3. qui cum reliquis *Latinis* *Galenii* *operibus* *Basileę* *publicati* sunt. item, *Artem* *paruam* *Galenii*: & de *differētijs* *februm* *libros* *duos*, qui *Parisijs* *impressi* sunt, 1539. Claruit anno 1500.

Laurentius Lippius Collensis, *Oppiani* *poetæ* *halieuticon*, sive de *piscibus*, *libros* *quinq;* *Latinos* *fecit*, *versibus* *hexametris*, ad *Laurentiū* *Medicem*. *Eiusdem* *disticha* *ultra* *centum*, de *rebus* *varijs*, *Iacobus* *Camerlander* *excudit* *Argentorati*, 1534. cum *Pauli* *Iouij* *libro* *de* *piscibus*, &c.

* *Laurentij Ludouici Leoberi*, *compendium* *Etymologiæ* & *Syntaxis* in *vsu* *Gorlicensis* *gymnasij* *editum*. *Gorlitij*, 1572.

Laurentij Maioli *Genuensis* *liber* *de* *gradibus* *medicinarum*, *impressus* *Venetijs*, anno 1497.

Eiusdem *epiphylides* in *dialecticis*, *impressæ* *na fallor*.

* *Laurentij Mathesij* *Concio* *funebri* *habita* in *funere* *D. Ioannis Pffeffingeri*, in *qua* *eius* *vita* *describitur*. *Lipsiæ* 1573. *Germanice*.

Laurentij Medicis *epistola*, lib. 10. *epistolatum* *Angeli Politiani*. *Manub. in* *Epist. p. 3. t.*

* *Laurentius Minorita*, *condignator* *vehemens*, scripsit *Postillas æstiuales* lib. 1. *Postillas* *hiemales* lib. 1. *Vuesaliæ* *bibliotheca*.

* *Laurentius Mollerus* *I. C.* scripsit *Casus* *legales* *Decretalium*. *Tractatum* *de* *modo* & *ratione* *argumentandi* *ex* *iure* & *legibus*. *Arborem* *iudiciorum*, sive *de* *iudicijs* *librum*, in *quo* *omniū* *quæ* *ad* *iudiciorum* & *præctice* *forensis* *cognitiōem* *requiruntur*, in *modū* *arboris* *redacta* *sunt*. *Epitomen* *de* *Feudis*, *ex* *omnibus* *Feudistis* *collectam*. *Historiam* *archiepiscopatus* *Moguntinensis* *cum* *suis* *suffraganeis*, qui *sunt*, *Argëtoratenſis*, *Halberstadiensis*, *Aichſtettensis*, *Constantiensis*, *Spirensis*, *Hildesheimensis*, *Augustanus*, *Vuerematiensis*, *Padebornensis*, *Curienſis*, *Vuerdenſis*, & *Vuinzburgensis*: *totum* *opus* *in* *tres* *tomos* *diuisum* *est*. *Resolutionem* *iuris* *Decisiones* & *consilia* *cameræ* *imperialis*, à *D. Daniele* *Capitone* *assessore* *cameræ* *collecta* *in* *ordinem* *optimum* *redegit*, & *editioni* *parauit*. *Similiter* *librum* *Hieronymi* *Mangariæ* *Itali* *de* *arbore* *consanguinitatis* & *affinitatis*, *nunquam* *publicatum*, è *veteri* *bibliotheca* *descriptum* *editioni* *parauit*: & *paratus* *cum* *hæc* *tecum* *alia* *plura* *propria* *scripta* & *veterum* *à* *se* *recognita* *in* *publicum* *opportunitate* *data* *edere*.

Laurentij Mondanarij *Villa*, *poemation* *impressum* *Basileę* *apud* *Robertum* *Vuinter*, *cum* *varijs* *recentiorum* *poetarum* *opusculis*. *Miscellanea* *disticha* *ad* *vitæ* *institutionem*. *Antuerpiæ* *Plantinus* *in* *8.*

Laurentius à *Palatijs* *Rubeis* *Fanenſis*, scripsit *super* *institut.* *de* *leg. agn. succes.* *vel* *de* *successionibus* *masculorum*. *parag.* *cæterum*. *Item* *in* *eundem* *parag.* *de* *statutis* *excludentibus* *fœminas*.

* *Laurentius Petius* *de* *Colonia*, *recognouit* & *edidit* *Epitomen* *sacramentorum*, è *sacris* *Canonibus* & *Oecumenicis* *concilijs*, atq; è *sanctis* *decretis* *excerptam*. *Brixig*, anno *Domini* 1570. *in* *decimosexto*.

Laurentius de *Pinu*, *citur* *in* *summa* *Angelicæ*, *inter* *scriptores* *iuris* *canonici*, *vel* *ciuilis*.

Laurentij Priuæi *institutiones* *grammaticæ* *excusa* *in* *octauo*.

Laurentius de *Rodulphis* *Florentinus*, scripsit *defensorium* *montis* *pietatis*, alias *Disputationem* *de* *materia* *montis* *pietatis*. *De* *contractibus* *mercatorum*. *in* 2. q. 2. c. *sine* *exceptione*. *Eti* 16. q. 1. c. *monachi*.

* *Laurentij Ronzeri*, *Aulicus*, *Germanice* *in* *octauo*.

Laurentij Rusij *Hippiatrica*, sive *Marescalia* *in* *qua* *præter* *variorum* *morborum* *plurima* *saluberrima* *remedia*. *quadraginta* *tres* *commo* *diffmæ* *frenorum* *formę* *excusa* *sunt*, *vt* *nullum* *tam* *nouo* *oris* *vicio* *laborantem* *equum* *inuenias*, *cui* *non* *hinc* *occurrere* *possis*. *Christianus* *Vuechelus* *impressit* *Parisijs*, 1531.

* *Laurentius Sifanus* I. C. Gregorij Niffeni libros in Latinam linguam conuertit. Basileæ Episcopus excudit. Item Theophylacti in Acta Apostolorum explicationes, ibidem impressas in officina Heruagiana, 1570.

* *Laurentius Somercote*, Cicestriensis Ecclesiæ olim canonicus ac iuris peritus, cōposuit De formis electionū li. 1. Abbreuiata quædā li. 1. Modū tractandi narrationes li. 1. Claruit ann. 1240. Bal.
* *Laurentij* de Submontote tractatus super diuersis formis electionis prælatorum & personarum omnium. M. Dresserus.

* *Laurentius Surius*, Carthusianus, Sidonij Moguntinensis suffraganei conciones 15. de missæ sacrificio in Latinam linguam ex Germanico translit; excusæ sunt Coloniae in 4. Idem Florentij Barau institutionis vitæ Christianæ lib. 5. itidem in Latinū ex Germanico conuertit, excusos ibidem ann. D. 1552. Idem ex idiomate Germanico in Latinum vertit Ioannis Thauleri Exercitia super vita & passione saluatoris Iesu Christi i. ite Nicolai Eschij Exercitia. Lugduni excudit Seb. Bartholomæus Honoratus, 1556. enchiridij forma. Collegit etiam ex Aloisij Lippomani tomis, & manuscriptis codicibus, libros aliquot de probatis sanctorum historijs, horum tomus primus complectens sanctos Ianuarij & Februarij mensum editus est Coloniae in folio, 1569. Item Tomus secundus tertius & quartus iam editi.

* *Laurentij Syluani* patricij Cafalensis I. C. liber 30 Consiliorum. Lugduni in folio, apud Theobaldum Paganum 1551. Eiusdem De feudi recognitione. Super 2. ff. veteris De pignorati. actio. I. rem alienam.

* *Laurentius Valla*, patricius Romanus, scripsit multa hinc inde à diuersis excusa. Cuius opera in vnum volumen collecta, primum impressa sunt Basileæ apud Henricum Petri, anno 1540. Sunt autem, Elegantiarum linguæ Latinæ libri sex. libellus de reciprocatōe Sui & Suus. Antidori in Pogium Florentinum lib. 4. Apologus & actus scenicus in eundem, aduersus eundem libellus alius. in Antonium Raudensem annotationum libellus. ad Alphonsum regem epistola apologeetica, quæ inscribitur. Duo Tarquinij, &c. Inuestiuarum, siue recriminationum libri in Benedictum Morandum Bononensem lib. 2. siue confutatio prior & posterior. in Bartholomæum Facium Ligurem & Anto. Panhormitam Recriminationum lib. 4. in Bartoli de insignijs & armis libellum ad Candidum Decembrem epistola. de Dialectica libri tres. Contra donationis, quæ Constantini dicitur, priuilegium, vt falsò creditum & ementum, declamatio: Apologia pro se & contra calumniatores, ad Eugenium quartum Pont. max. Annotationes in nouum Testamentum, ex diuersorum vtriusque linguæ codicum collatione: de voluptate & vero bono libri tres, de libero arbitrio ad Garfan episcopū Illerden. Et haec genus de illis Laurent. Vallæ scriptis, quæ Hen. Petrus Basileæ vno volumine excudit. Scripsit præterea de gesti: Ferdinandi Aragonum regis, quæ historia Parisijs excusa est. Itē, vt Tritemius refert, librum epistolarū. & in Fabij Quintil. oratoriarum institutionum lib. 12. cōmentaria. Ele-

gantiarum libri cum alibi excusi sunt, tum apud Gymnicum cum scholijs Gyberti Longolij, & aliorum doctorum annotationibus 1539. & Basileæ apud Brylingerum cum iisdem, & Ioan. Reherij annotationibus, &c. Dialectica quoq; eius seorsim excusa sunt Parisijs apud Colinæū 1530. Annotationes item in nouum Testamentū seorsim Basileæ 1541. & de libero arbitrio, & de voluntate seorsim. Homeri Ilias ex Laur. Vallæ translatione, excusa Lugduni apud Gryph. 1541. Herodoti Halicarnassei libri nouem historiarum, Laur. Valla interprete, excusi vt supra dixi. Thucydidis historiographi lib. 8. ab ipso conuersi. Vnde infra. Aesopi fabulæ 33. Latinas fecit. impress. sunt Basileæ cum alijs Aesopi & aliorum fabulis Latinis, Claruit anno 1410.

* *Laurentius Ventura* de ratione conficiendi lapidis philosophici. Huic accesserunt eiusdē argumenti lib. 1. & ex speculo Vincentij lib. 2. Basileg; anno 1571.

* *Laurentij à Villauincentio Xeresani*, doctoris theologi Augustiniani eremitæ libri tres, De œconomia sacra circa pauperum curam à Christo instituta, Apostolis tradita, & in vniuersa ecclesia inde ad nostra vsque tempora perpetua religione obseruata, cum quarundam propositionum, quæ huic sacrae œconomiae aduersantur, confutatione. Antuerpiæ in officina Plantini, in octauo, & Parisijs 1564. Eiusdem Phræses scripturae sacrae omnibus qui scripturas sacras publice profitentur, vel priuatim intelligere optant, vel ad populum concionantur in ecclesijs: admodum vtilis, Antuerp. in officina Steeliana 1571.

* *Lauri Gorgerij*, De castellano & imperatore exercitus, & de bello: sermone Italico, Leop. Dickij. Eiusdem ordo iudiciarius.

* *Lausus* Præpositus, scripsit sanctorum monachorum vitas, teste Nicephoro.

* *Lazari Bayfij*, natione Galli, Annotationes in legem 2. de captiuis & postliminio reuersis, in quibus tractatur de re nauali. Annotationes in tractatum de auro & argento legato, quibus vestimentorum & vasculorum genera explicatur; impressæ Basileæ apud Frobenium 1537.

* *Lazari Bonamici Bassanatis*, Itali, professoris Patauini, epistolæ carmine scriptæ ad Vrsinum Velium Silesium, ad Donatum Rullum Venetū, ad Altenerium Auogarum Veronensem, ad Carolū Capellū & Matthæū Dandulū Venetos, ad Diegū Mendozā Hispanū, ad Fridericū Fregosiu Genuensem. ex his prima ad Vrsinū est edita, Eiusdem alia quædam carmina excusa sunt Venetijs. Eiusdem epistolæ quindecim cum aliorū clarorum virorum epistolis impressæ sunt, Venetijs & Lutetia Parisiorum. Floruit Patauij an. 1553.

* *Leander* episcopus Hispalensis, cum propter fidem catholicā esset ab Arianis relegatus in exilium, scripsit aduersus hæreticos lib. 2. contra instituta Ariānorum lib. 1. de virginitate ad Florētina li. 1. orationes duplici editione in Psal. lib. 1. de contemptu mortis ad fratrem li. 1. de sacrificiorū laude lib. 1. epistolarū ad diuersos lib. 1.
* Idē scripsit librum de baptismo ad S. Gregoriū Papam: quem (vt arbitrō) Matthæus Dressertius habet. Claruit anno 540.

*Commencal cum egra
gic Saebol. l. 5. Ep. 9.
p. 105. jh. ib. Ep. 10. p.
107. jh. Ep. 10. p. 207.
l. 10. Ep. 13. p. 207.
660. 661.*

generq; transtulerunt. Auctor luminis animæ in præfatione.

Leonis Baptistæ Alberti Florentini Trivium, siue de causis senatorijs in Ciceronis locum lib. 2. De officijs Breuis & accurata interpretatio ad Laurentium Medicum: impressa Basileæ, anno 1538. apud Robert. Vuinter, cum Petri Io. Oliværij scholijs in Somnium Ciceronis. eiusdem *Mosmus* impressus Romæ 1520. De pictura lib. 3. impressi Argentinæ 1540. eiusdem opus de architectura euulgatum est in Italia. Navis etiã eius, sic inscriptus liber extare fertur. Eius interconalium libri X. liber de commodis & incommodis literarũ, Apologi centũ, &c. excusi sunt in Italia.

* *Leon* Byzãtius, philosoph. Peripateticus & scholasticus Platonis discipulus: aut vt quidã tradũt Aristotelis: res Philippicas & Byzantinas libris septem descripsit: Theutranicum, de Besalo, sacrum bellum, De seditionibus; Res gestas Alexandri. Suidas. Est autem proculdubio mentum quod refertur: Alexandri res ab eo scriptas;

cum eo dem loco Suidas tradat ipsum fraude Philippi seditione concitata à Byzantinis necatum. *Leonis* Academici fertur esse dialogus Alcyon, falso Platoni inscriptus. Laertius & Athen. li. 11.

* *Leo* Philosoph. Thessalon. episcopus & philosophiæ postea doctor Byzantij, discipulus Michaelis Pselli, valde laudatur doctrinæ gratia à Cedreno, Huius forte sunt versus Leoni philosopho inscripti in Florilegio Planudis.

Leonis Cæsarij Consilium de venditione perfecta, de excusando notario à falso.

* *Leonis* Hebr. de amore dialogi tres Venet. 1564.

Leo Iudæ, Ecclesiæ Tigurinæ minister, ex ore H. Zuinglij annotationes in Genesim & Exodũ, item in quatuor Euangelistas, passionis Domini hæ historiam, ac in epistolas Pauli ad Rom. Cor. Philip. Colof. Theff. & in Iacobi epistolam, Annotationes excepit. Præterea opus articulorũ siue conclusionum H. Zuinglij è Germanico Latino reddidit: quod cum reliquis Zuinglij operibus habetur, & seorsim Tiguri excusum est 1535.

Catechismum maiorem & minorem Germanicè scripsit, distributum in vices interrogandi ac respondendi: impressos ibidem. Veteris testamenti libros Hebraicos, simplici & pura dictione è sacra Hebræorum lingua, consultius simul orthodoxis interpretibus, in Latinam transtulit, fide & religione summa. passim autem per tota Biblia adnotationes & variæ lectiones marginibus adijciuntur. Froschouerus excudit Tiguri 1543. Historiam passionis Domini nostri ex quatuor euangelistis coniunctam, clara & simplici expositione Germanicè scripsit, impressam Tiguri. Des. Erasmi paraphrasis in novum Testamentum, in Germanicum sermonem vertit, à dicta declaratione in apocalypsin Ioannis per D. Conradum Pellicanum, ibidem excusas. Antea quæque tota Biblia Germanicè reddiderat, ad Hebraicam veritatem cum Iudæo quodam diligenter collata, quæ item Tiguri edita sunt. Claruit apud Tigurinos anno 1540. Scripsit etiã Germanicè de sepultura, resurrectione & ascensione Christi, & missione Spiritus sancti. Zuinglij Antilibolon contra Emperum, De vera & falsa religione, De prouidentia, Ad Christianũ regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptistas Latinitate donauit.

Leonis Nolani quæstionum siue problematũ liber impressus.

* *Leonis* Rogani Commentaria de pulsibus; in quibus omnium accuratissime pulsuum artem prodidit. Neapoli.

Leonis Scholastici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.

* *Leonis* Speluñciani ars notariæ.

* *Leo* Suauius Theophrasti Paracelsi compendium, ex optimis quibusque eius libris collegit: Scholia itẽ scripsit in libros quatuor de vita longa. Vitam Paracelsi. Catalogum operum & librorum eius. Basileæ hæc omnia simul impressa sunt à Perna, 1568.

Leo natione Tuscus, Imp. epistolarum sub Emanuele Græcorum principe interpret, scripsit de præuaricationibus Græcorum lib. 1. contra errores Græcorum lib. 1. Claruit anno 1170.

Leobini cuiusdam liber de mandatis apostolicis, impressus Parisijs.

Leodegarij à Quercu enarrationes in oratione Ciceronis pro M. Caelio, & primã Agrariam, excusæ sunt Basileæ ab Oporino anno D. 1553. cum diuersorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiusdem annotationes in Ciceronem de optimo genere oratore, excusæ sunt. Animaduersiones in P. Rami Rullianos commentarios; Parisijs in 4. Flores epigrammatum ex optimis quibusq; auctoribus excerpti: continentur duobus tomis, quos impressit Petrus Begnin Lutetiæ 1555. Idem scripsit librum Epigrammatum ab eodem impressum. Item super I. ff. veteris Si pars hære. peta L. Antiqui. Epitome in Ruelliu de stirpibus. Volatiliũ gressibilem, piscium, & placentarũ magis frequentiu nomina. Dialogũ academicum de negligendis iuris interpretibus.

Anticategoriã in quodam sciolos qui superiore dialogũ criminati sunt: Deplorationem obitus Ioan. Corãsi, & Epitaphium Caroli Valesij ducis Aureliæ. Tolosæ 1545.

Leodrisius Cribellus solurã oratione ac merito claruit in Italia, cum Francisco Philisso. Aeneas Syluius in descriptione Europæ, ca. 49. Idem ex Græco sermone in Latinum transtulit epistolã D. Chrysof. ad Cyriacum episcopum exulem; vt ipse de se refert in epistola ad Aencam Syluiũ. Idem Sfortiæ & Francisci filij historiam Latine conscripsit vt refert Paulus Iouius.

Leonardi cuiusdam monachi Quadragesimale impressum in Italia.

Leonardus Aretinus, scripsit inter cætera dialogorum insigne opus, vitam Arist. li. 1. De vita Ciceronis, lib. 1. Libellum de disputationum exercitationisq; studiorum vsu, adeoq; necessitate in literarum genere quolibet: Henr. Petri Basileæ excudit, 1536. Rhetorica, typis excusa, libellum contra hypocritas, impressum cum Basilien. Concilio Aeneæ Syluij. Dialogum de moribus, excusum Iacobi Fabri paraphrasi Moraliũ Arist. introductionem in Arist. ad Eudemum moralia; cum Latinis operibus Aristot. edita. Commentaria in Oeconomica Arist. impres. Parisijs apud

gione, De prouidentia, Ad Christianũ regem, in Germanicam linguam conuertit. Bullingeri librum contra Anabaptistas Latinitate donauit.

Leonis Nolani quæstionum siue problematũ liber impressus.

* *Leonis* Rogani Commentaria de pulsibus; in quibus omnium accuratissime pulsuum artem prodidit. Neapoli.

Leonis Scholastici Byzantij liber de diuinis & reprobis, extat in Italia.

* *Leonis* Speluñciani ars notariæ.

* *Leo* Suauius Theophrasti Paracelsi compendium, ex optimis quibusque eius libris collegit: Scholia itẽ scripsit in libros quatuor de vita longa. Vitam Paracelsi. Catalogum operum & librorum eius. Basileæ hæc omnia simul impressa sunt à Perna, 1568.

Leo natione Tuscus, Imp. epistolarum sub Emanuele Græcorum principe interpret, scripsit de præuaricationibus Græcorum lib. 1. contra errores Græcorum lib. 1. Claruit anno 1170.

Leobini cuiusdam liber de mandatis apostolicis, impressus Parisijs.

Leodegarij à Quercu enarrationes in oratione Ciceronis pro M. Caelio, & primã Agrariam, excusæ sunt Basileæ ab Oporino anno D. 1553. cum diuersorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Eiusdem annotationes in Ciceronem de optimo genere oratore, excusæ sunt. Animaduersiones in P. Rami Rullianos commentarios; Parisijs in 4. Flores epigrammatum ex optimis quibusq; auctoribus excerpti: continentur duobus tomis, quos impressit Petrus Begnin Lutetiæ 1555. Idem scripsit librum Epigrammatum ab eodem impressum. Item super I. ff. veteris Si pars hære. peta L. Antiqui. Epitome in Ruelliu de stirpibus. Volatiliũ gressibilem, piscium, & placentarũ magis frequentiu nomina. Dialogũ academicum de negligendis iuris interpretibus.

Anticategoriã in quodam sciolos qui superiore dialogũ criminati sunt: Deplorationem obitus Ioan. Corãsi, & Epitaphium Caroli Valesij ducis Aureliæ. Tolosæ 1545.

Leodrisius Cribellus solurã oratione ac merito claruit in Italia, cum Francisco Philisso. Aeneas Syluius in descriptione Europæ, ca. 49. Idem ex Græco sermone in Latinum transtulit epistolã D. Chrysof. ad Cyriacum episcopum exulem; vt ipse de se refert in epistola ad Aencam Syluiũ. Idem Sfortiæ & Francisci filij historiam Latine conscripsit vt refert Paulus Iouius.

Leonardi cuiusdam monachi Quadragesimale impressum in Italia.

Leonardus Aretinus, scripsit inter cætera dialogorum insigne opus, vitam Arist. li. 1. De vita Ciceronis, lib. 1. Libellum de disputationum exercitationisq; studiorum vsu, adeoq; necessitate in literarum genere quolibet: Henr. Petri Basileæ excudit, 1536. Rhetorica, typis excusa, libellum contra hypocritas, impressum cum Basilien. Concilio Aeneæ Syluij. Dialogum de moribus, excusum Iacobi Fabri paraphrasi Moraliũ Arist. introductionem in Arist. ad Eudemum moralia; cum Latinis operibus Aristot. edita. Commentaria in Oeconomica Arist. impres. Parisijs apud

Ascensum. Historiam de gestis Roman. impref. Comētarium rerū suo tempore in Italia gestarū, siue de rebus Italicis: librū de rebus Græcis, Gryphius excudit Lug. 1539. Historiam belli Gotthorum, vel de bello Italico Contra Gothos, impr. Basileæ apud Heruag. 1531. cum Procopio & alijs. Historiam Florētū, vel de gestis & laudibus Florentiæ, vnde multa Antoninus archiepiscopus transtulit in sua Chronica. Raph. Volatranus eum edidisse scribit Græcum libellum de re publica Florentinorū, vt viri Latini non admodum inelegantē. De bello Punico lib. 2. quorum prior bellum inter Romanos & Carthagenenses primum continet, hætenus apud Liuium desideratū: alter seditionem militis conductitij, & populorū Africæ à Carthagenensibus defectio- nem. Bellum item Illyricum & Gallicum, quæ & ipsa apud Liuium desiderantur. Philippus V. hardus excudit Augustę Vindelicorum anno D. 1537. Historiam quandā amatoriam, quæ est cum Aeneæ Syluij epistolis, nu. 427. impressam. Epistolarum volumen, impref. Argentinæ apud Knoblochum, anno 1521. & Basileæ apud Henr. Petri anno 1535. Præterea ex Græcis transtulit in Latinum, Tractatum beati sacerdotis Basilij de instituendis discipulis, libellum Xenophontis de tyrāno, & apologiam pro Socrate, Platonis Gorgiam & Phædonem, & quasdam epistolas: Aristotelis Oeconomicorum, Ethicorum & Politicorum libros. Ex Plutarcho vitas, Pauli Acmilij, Tiberij & Cai Gracchorum, Pyrrhi, Sertorij, Demosthenis, M. Antonij, Catonis posterioris: quæ omnes impressæ sunt: Aeschinis orationem contra Ctesiphontem de Demosthenis coronatione, & Demosthenis defensionem aduersus eandem: quæ habentur in fine secundi tomi operum Ciceronis, quæ Cratander Basileæ excudit, anno 1528. Idem scripsit orationem qua Heliogabalus artem meretriciam commendat. Vocatur etiam Leonardus Brunus ab Aretio. Claruit anno Do-
40 mini 1420.

Leonardi Bertapalia, Paduani, chirurgia, siue Recollectæ habitæ super quarto Auicennæ: excusæ Venetijs 1499. cum varijs aliorum chirurgicis operibus.

* Leonardi Boralli ratio curandæ luis venereæ.

Leonardi Calamitij Neapolitani liber de viris illustribus, à primordio ac demum florentis vrbis imperio, ad intelligenda signa & notas veterum numismatum. Huius libri mentionem facit Georgius Agricola libro primo de pretio metallorum & monetis. Neapoli eum nunc possidet Guilhelmus Hadrianus.

* Leonardi Cefani Pisani Consilia duo: quomodo dicatur venditio perfecta, quando partes dicunt: Faciemus postea instrumentum. Item ad excusandum notarium à falso.

Leonardus Chiensis, Mytilenes episcopus, descripsit historiam captę à Turca Constantinopoleos, impressam Norimbergæ, apud Ioannem Montanum anno D. 1544.

Leonardus de Chifano, Minorita, scripsit super sententias lib. 4. in Cantica canticorum li. 1. summam notabilem lib. 1. sermones varios lib. 1. Vixit anno 1370.

* Leonardus Coxus, Anglus, grāmaticus, Rhetor ac poeta, nonnulla composuit, præsertim scholia in librum Guilhelmi Liliij de cōstructione lib. 1. Diuersi generis carmina & epistolas lib. 1. Ex Græco transtulit, venerabilis antiquitatis virum, Marcum Eremitam de lege & spiritu lib. 1. Contra eos scripsit, qui ab operibus Iustificanti lib. 5. Transtulit in Anglicum sermonem, Erasmi paraphrasin in Paulum ad Titum lib. 1. Aliaque plura fecit. Claruit anno Do. 1540. Ioannes Baleus.

Leonhardus Culmānus Cræstheymensis, Germanus, scripsit Grāmatices Latinæ exercitium nouum, ad formam disputandi in pueriles quaestiones redactum. Ioannes Guldemund impref. sit Norimbergæ, anno D. 1541. Scripsit præterea de Conuiujs licitis & illicitis, de fugienda & vitanda crapula & ebrietate: Libellus excusus Norimbergæ, apud Valentinum Neuberum, anno D. 1551. Annotationes in Bucolica Vergilij, impref. Basileæ apud Brylingerum, anno D. 1545. Eiusdem disputatio inter Christianum & Papistam per dialogos, excusa est Norimbergæ, anno Domini 1545. in octauo. Item præparatio & instructio ad crucem & tentationem item, mortem etiam: & consolatio de tentatione sub cruce & morte, liber ibidem excusus anno Domini. 1552. Disputationes seu argumentationes theologicas, vtiles eis, qui sacris initiari, & se examini subiecti reuolunt ecclesiæ. Eiusdem sacrae conciones ac varia prædicandorum Euangeliorum forma in tres tomos diuisæ. Norimbergæ 1550.

* Leonardus Digges præclari generis homo architectus ac Geometer edidit opusculum quod Testonicon vocabat lib. 1. Prognosticon generale lib. 1. Claruit anno 1556. Baleus.

* Leonardus Engelhart ex Salinis Suevicis oriundus, edidit Exercitationum poeseos lib. 3. et quibus tum eruditio tum pietas hominis patet Dialogum Germanicum de vera & falsa religione. Tubingæ anno 1570. in quarto. Epigrammatum Græcorum Martini Crusij multa fideliter transtulit: multorum libros elegantibus Epigramphis decorauit, in multorum tumulos lachrymas effudit: multorū nuptias Epithalamijs ornauit: Gratulationes, & alia plura doctæ cōposuit.

* Leonardi Fierauanti medici Bononiæ, secreti medica, habet autem experientias non inutiles.

Leonardi Fortij Romani, libellus de re militari & varijs instrumentis bellicis, quorum expressæ sunt imagines, metris conscriptus in vulgari lingua Græca, qualis hodie vsurpatur: excusus Venetijs 1531.

Leonhartus Fuchsius, Germanus, medicus insignis, scripsit multa, quæ ex diuersorū officiniis prodierūt, vt sunt: Medicinæ methodus, seu ratiocompensaria, perueniendi ad veram solidam medicinam: item de vstata huius temporis componendorū miscendorumq; medicamentorū ratione libri 3. ijs qui praxin medicā exercent maxime necessarij: Isingrinus excudit Basileæ, 1544. De sanandis torius huius corporis, eiusdemque partium tam internis quam externis malis libri 5. impref. Basileæ apud Ioannem Oporin anno 1542. Tabulæ aliquot vniuersæ medicinarum
summan

Summam & diuisionem compendio complectētes, impressa Basileæ apud Rob. Vvinterum. Tabulæ sex in Galeni libros de morborum causis & symptomatibus, ibidem impressa. Paradoxorum medicinarum libri 3, in quibus multa à nemine hæcenus prodita, Arabum ætatisque nostræ medicorum errata confutantur: & obiter Sebastiano Montuio medico Riuoricensi respondetur: Bebelius excudit Basileæ, 1535. Apologiarum tres: quarum prima aduersus Gulielmum Puteanum doctet, Atoen aperire ora venarum 2, aduersus Sebastianum Montuum nonnulla paradoxorum capita defendit, 3, aduersus Hieremiam Thriuerū, in internis inflammationibus, pleuriticæ præsertim, è directo partis affectæ sanguinem mittendum esse. Item explicationes aliquot paradoxorum; Rob. Vvinter excudit Basileæ, 1538. De historia stirpium commentarij insignes, adiectis earundem viuis plus quam quingentis imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationem artificiosius effictis: item succincta vocū difficultium & obscurarum passim in eo opere occurrentium explicatio: Isingrinus excudit Basileæ, 1542. Hippocratis aphorismorum sectiones septem, è Græco in Latinum sermonem conuertit, & luculentissimis commentarijs illustrauit; adiectis Annotationibus, in quibus quot quot sunt in Galeni Commentarijs loci difficiles, ad vnguem explicantur: Ioannes Oporinus excudit Basileæ, 1544. Vertit etiam aliquot Epidemiorum libros Hippocratis, & commentarios adiecit, qui iam olim impressi sunt. Eius quoque aduersus Christiani Egenolphi typographi Francfortani calumnias responsio, excusa est Basileæ, anno 1545. Item Cornarius furcens, ibidem excusus apud Erasmodum Xylocectum. Idem scripsit Apologiam aduersus Gualterum Ryffum excusam Basileæ, anno Domini 1544. Difficilium aliquot quæstionum & hodie passim controuersarum explanationum lib. 4. auctos & recognitos, ibidem excusos ann. 1540. Nicolai antidota vertit & annotationibus illustrauit. Annotationes quoque scripsit in libros Galeni de tuenda valetudine excusos Tubingæ, anno Domini 1541. In eiusdem libros de differentijs febrium & locis affectis commentaria, Parisijs excusa anno 1554. In eiusdem de morbis libros commentaria excusa sunt. Item in libros de medicinis simplicibus. Præterea libros quinque de medendiratione recognouit & auxit, additis tribus libris chirurgicis. Basileæ impressit Oporinus Item methodum ad medicinam perueniendi siue compendium medicinarum, omnino nouum, idem impressit. Adhæc de compositione medicamentorum lib. 4. auctos & recognitos, adiecto etiam qui antea desiderabatur Dispensatorio, vt vocant, idem Oporinus sub prælo habet. Plantarū effigies è Leonharto Fuchsio, quinque diuersis linguis redditas, Balthasar Arnouletus excudit Lugduni, anno Domini 1551. De oculorum remedijs libellus Germanicus. An morbifica aliqua sit de Galeni sententia causa continens. Quæstiones medicæ de peste. Item nondum edita. Commentarij in methodum medendi, Hippocratis Epidemiorum libri translati, & in ordinem alphabeti redacti, Comment. in

Galenus lib. 3. de Temperamentis. Compendium anatomiarum. Præterea duos alios tomos historiarum stirpium, primo adiecit, in quibus omnibus plures quam duodecim iconum sunt centuriarum. Obijt Tubingæ, anno 1566.

Leonardi Grieb oratio ad Leonem X. pro Heluetijs, excusa est in 4.

Leonardus quidam de gemmis scripsit, excusum cum Macro.

10 Leonardus Iachini Emporiensis, medici Florentini & Pisis medicinarum professoris, liber de numero & entitate indicationum, impressus. Tractatum aduersus Auicennam, Mesuen, & vulgares medicos omnes, Gryphius excudit Lugd. 1540. cum alijs nouæ Academiæ Florentinæ opusculis. Galeni de præcognitione libellum ab eodem conuersum, & commentario explanatum, idem excudit. * Oratio apologetica, præcognitionem ex medicina vt plurimum certam esse, si nihil delinquatur. Commentaria eruditissima in nonum librum Rasis, de partium morbis, opera ac diligentia Hieronymi Donzellini emendata ac perpolitata. Eiusdem libri, Præcognoscendi Methodus, De rationali curandi arte, De acutorum morborum curatione, Quæstiones naturales, Omnia impressa Basileæ apud Petrum Pernam, 1563. in quarto.

Leonardi Iacobi Northusiani, Calbiensis ecclesiæ pastoris, Enchiridion præcipuorum locorum sacrae scripturæ, ex orthodoxis patribus illustratorum, Lipsiæ excudit Papa, anno Domini 1552. chart. 9. Eiusdem scholia in paruū catechismum Lutheri idem impressit.

Leonardus Iustinianus ex Plutarcho transtulit vitas Cimonis & L. Luculli, quæ cum ceteris Latinis Plutarchi Parallelis impressa habetur. Scripsit & orationem funebrem in laudem Caroli Zeni.

Leonardus Ketnerus Heresbringiensis tres D. Augustini conciones contra ebrietatem carminibus reddidit. Parisijs Martinus Iuuenis impressit, anno 1553.

* Leonardus à Lege Consilia Pauli de Castro emendauit, & additionibus nouisque rerum notabiliū summis auxit. Venerijs, 1570. in folio. Idem collegit & recognouit Consilia Feudalia. Francofurti, 1573. in folio.

Leonardus Legius medicus, ex multis Galeni libris flores collegit. Scripsit item expositionem capituli aurei Auicennæ, introductorium medicorum, & Summam seu Tabulam complurium ex antiquis medicis pharmacorum simplicium & compositorum, secundum ordinem alphabeticum, locorum corporis vel affectuum, quibus medentur aut nocent: opus excusum Papiæ, 1520. cum Galeni libro de paratu facilibus, & libro secretorum ex veteri translatione.

* Leonardus Lycius transtulit Characteres Theophrasti & annotationes addidit. Lipsiæ, 1561. in octauo, Græce & Latine. Transtulit etiam Diserta septem Sapientum, ibidem excusa.

* Leonardus Malaspina Florentinus ex D. Seruatoris familia Canonicus, scripsit Emendationes & suspensiones suas in epistolas M. Tullij Ciceronis ad Atticum, Brutum, & Q. Fratrem. Liber impressus, Vener. apud Io. Bapt. Somaschum, 1563. in 8.
P 4

Leonardus Nogarolus, Italus, doctor theologiæ, scripsit ad Sixtum quartum pontificem Romanum, officium conceptionis Mariæ lib. 1. Item librum de æternitate mundi, impressum Venetijs anno 1486. Claruit ann. Dom. 1470. Arnoldus.
* *Leonardi* Pannigeri, ecclesiasticarum cantionum 4. 5. 6. & plurium vocum, tomus primus, à prima dominica aduentus vsque ad passionem Domini, Norimbergæ, 1573.

Leonardus Pellicanus Rubeaquis, Conradi Pellicani frater germanus, adolescens doctissimus, scripsit De morte serenissimæ domine Margaretae, coniugis illustrissimi principis Electoris Philippi comitis Palatini & Bauariæ ducis, carmen doctissimum, impressum Heydelbergæ. Item de mortuorum resurrectione, & ultimo iudicio, carmen. Et epigrammata diuersi generis multa: imatura morte abreptus apud Rubeaquis, anno 1510.

Leonardus Portius, scripsit de ponderibus & mensuris eruditum commentarium, impressum Basileæ apud Ioannem Frobenium. Idem liber de ponderibus & mensuris, & stipendijs miliu, excusus est in Italia, Venetijs puto.

* *Leonardus* Scardonius Pertopalea Patauinus, scripsit super canonem quartum Auicennæ insignes commētarios, & de aquis conficiendis ad pellendas ægrotudines maxime idoneis.

* *Leonardi* Schertlin de bibendi arte dialogus.

* *Leonardi* Schuartzenbach Synonyma Germanica, item explicatio vocabulorum Latinorum quæ Germanis quotidie in vsu sunt, & pleraque deprauantur. Francofurti, 1571.

* *Leonardi* Thurneiser liber Germanicus inscriptus Προκατάληξις siue Prooccupatio, per duodecim distinctus: vrinæ examinandæ lib. 39. Francofurti ad Oderam, 1571. in folio. Pison. Pars prima de frigidis & calidis aquis mineralibus & metallicis, cum collatione plantarum lib. 10. Francofurti, 1572. in fol. Germ.

Leonardus de Utino, ordinis fratrum Predicatorum, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 2. de legibus per quadragesimam lib. 1. Sermones eius excusi sunt Lugduni, anno Domini 1495. apud Ioannem Trechsel. Eiusdem tractatus ad locos communes Vlmæ excusus est per Ioannem Zeiner, an. 1478. Claruit an. 1445.

* *Leonardi* Vuernerii, Bulla Christiana, contra pestem grassantem. Francofurti, 1571.

Leonelli episcopi Concordiensis oratio habita Romæ in ecclesia S. Petri, in funere Innocentij Papæ VIII. coram cœtu Cardinalium & tota curia: impressa.

Leonelli Fauérini de victorijs, liber de ægrotudinibus infantu excusus apud Georgium Kuefnerum, anno Domini 1544. Eiusdem Practica medicinalis à capite ad pedes, excusa Ingolstadij, anno Domini 1545. in 4. & in Gallia, Fertur etiã eiusdem auctoris liber de morbis mulierum exare Viennæ apud Christophorum Heipergeru medicum, breui edendus.

Leonides I. C. vide in Triboniano.

Leonide medici multa passim fragmenta in Actij medici libris leguntur, nempe de hydrocephalis, de sutura palpebrarum, de fistulis ani, de

puerorum thymis, de testium scrotique in inflammatione, de hydrocele, de intestinoru rami- ce, de brachiorum ac crurum dracunculis, de strumis, de atheromatibus & meliceride, de mamma- rum fistulis, de cancriis mammarum, chirurgici cancri, de mamilla indurata.

Leonide Alexandrini carmina anathematica, ἰατρικὰ numero 32. habentur in Florilegio Grego, lib. 6. *Leonide* Tarentini epigrammata septem in diuersis libris eiusdē Florilegij extant: & *Leonide* simpliciter citra aliud cognomen, epigrammata circiter octoginta quinque, & apud Stobæu in laude mortis senarij quinque. Athenæus allegat *Leonide* cuiusdam Attidem, siue Atticam historiam: apud eundem Leonides Eleus Grammaticus, vnus est ex Dipnosophistis.

Leonides Byzantius scripsit de piscibus soluta oratione.

Leontei hexastichon Græcum libro primo Florilegij.

Leontium adolescentula Græca, scripsit contra Theophrastum, teste Fulgoso lib. 8. cap. 3. memorabilem.

Leontij Constantinopolitani liber de duplici in Christo natura, contra hæresim Monophysitarum, Græce manuscriptus extat.

Leontij scholastici epigrammata Græca octo- decim in Florilegio Planudis habentur, lib. 3. & 4. & *Leontij*, sine alio cognomine, quatuor.

Leontius Episcopus Nicopol. scripsit historia sancti Ioannis Eleemosynarij, quam manuscrip- tam habet Vuolfgangus Lazius medicus & hi- storicus Viennensis. Claruit anno 610.

* *Leontij* Antiocheni hæretici meminit Suidas contra quem scripserit Photius.

* *Leontius* monachus qui sub Zenone vixit lau- datur ab eodem.

* *Leontij* item duo alter Tripolitanus episcopus, Mylius natione, alter Antiochenus Ari- anus, à Suida commemorantur.

Leontius I. C. Vide Tribonianum, in Geoponicis, quæ Constantino tribuuntur, adseruntur quædam ex Leonio.

Leontij cuiusdam liber, in quo aliquot fabulæ poetarum enarrantur, à quibusdam citatur.

Leontij Mechanici de confectiōe sphaeræ Arati libellus Græcus, impressus cum Græco Arati, quem Aldus Venetijs, & Vualderus Basileæ excuderunt.

* *Leophanes* citatur à Theophrasto libro 2. de causis plantarum cap. 6. Videtur autem de agricultura scripssisse.

Leophontis Heracleopolitæ scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Leopoldus de Austria edidit quædam in astrologia. Leopoldi ducatus Austriae filij de astroru scientia compilatio decem continens tractatus, excusa est Augustæ Vindelicorum apud Erhardum Ratdolt in 4. chart. 27. & dimid. anno Domini 1489.

Leopoldi Dickij I. C. paraclesis ad omnes Christicolæ in modum concionis, vt errorum pedicis illaqueatos corrigant, &c. cum epistola nuncupatoria ad Matthæum Cardinalem Saltzburgerensem. impressa in Germania.

Leoprandus quidam scriptor, citatur in historia Vngarica Antonij Bonfinij.

Leosthenes Caluander sententias profanas ex diuersis scriptoribus in communem puerorum usum collegit iuxta ordinem alphabeti, vt quæque sententiæ incipiunt: authorum autem nomina non adscripsit. Gryphius excudit Lugduni 1541. cum sententijs & prouerbijis ex poetis Latinis per anonymum quendam collectis.

* *Leotrophides* Dithyramborum poeta fuit, tam pallidus & tenuis, vt in prouerbijū abierit *Leotrophide* tenuior.

* *Leotuardinus* theologus, Anglus natione, scripsit in epistolas Pauli lib. plures. Ioannes Fruentarius.

* *Lepidi*, seu *Lepidos* (vtrouque enim modo legitur) libri historicæ epitome citantur à Steph.

Leporius presbyter & monachus, Pelagiani erroris sectator primum, postea respiscens, scripsit correctorium aduersus hæresim lib. 1. & quedam alia. Eius palinodia, & confessio orthodoxa de aturis Christi, legitur in primo libro Cassiani de incarnatione: cuius Gennadius quoque meminit. Claruit anno 430.

Lerrandus diaconus, apud Tritemium malegitur, pro Ferrandus.

Lesbonax Mitylingus philosophus, sub Augusto, pater Potamonis philosophi, scripsit plurima philosophica. Suidas.

Lesbonactis *ἑπὶ ἡμετέρας* lib. 1. seruat in bibliotheca Strozæ. Eiusdem Orationes exc. Aldus.

Lescherij Rhetorica pro conficiendis epistolis commodata, excusa Coloniae, an. Dom. 1490.

Leschides poeta heroicus clarissimus, regis Euenis cõmilito, vt & Pithoas historicus & Meander medicus. Suidas.

Lehtbertus Anglus, scripsit Enarrationes Psalmorum, ac Lecturas scripturarum. Claruit anno 1210. Vide Lehtbertus.

Leuceas Argiuis, poeta non ignobilis, teste Ausania, de gentibus earumque institutis ac moribus carmina permulta composuit.

Leucippus Eleates, siue vt alijs placet Abderis, aut Milesius, Zenonis Eleatæ auditor atomorum primus inuentor, Theophrasto teste scripsit Magnum Diacosmum, qui aliàs Democrito scribitur. Laertius.

Leucij à Thabeste verba apud Cyprianum, in contentijs episcoporum de hæreticis baptizadis.

Leucon Hagnusius Peloponnesiacis temporibus fuit. Fabulæ eius sunt, *Asinus vtrifer*, & *Oratores*. Posteriores harum citat Athenæus or. 8.

R. *Leui* ben Gerson, scripsit Hebraicos commentarios in libros Iosue, Iudicum, Samuelis, & Regum: in Psalmos, Prouerbia Salomonis, Iob, Danielem, Daniel Bombergus excudit Venetis. Audio hunc esse recentissimū inter Hebræorum Rabinos.

Leuinus *Scotorum* Archiepiscopus & martyr citatur contexuisse Homilias aliquot lib. 1. Claruit anno 1007. Baleus.

Leuim Algoet Descriptio terrarum septentrionalium.

Leuinus Brechtus, minorita Louaniensis, scripsit

psalms illustrium aliquot martyrum historias carmine & prosa, excusas Louanij apud Martinum Rotarium, anno Domini 1551. Eiusdem Silua poematum carminum impressa Louanij, anno 1555. in octauo, chartis 23.

* *Leuini* Cormanni Gandau in Nozerethum Burgundie superioris oppidum Gilberti Cognati natale solum ab eodem descriptum carmine. Eiusdem aliud in effigiem Gilberti Cognati, Basileæ impressit Oporinus 1552.

Leuini Crucij Aldinardini florilegium poematum linguæ Latinæ. Eiusdem Threnodia in temeraria quorundam iudicia, Antuerpiæ Symon Cocus, anno 1548.

* *Leuini* Lemnij medici *Zirizgi* libelli tres perelegantes & festini omnibus artium candidatis apprime utiles. Primus de astrologia, in quo obiter indicat, quid illa veri, quid ficti falsique habeat, & quatenus arti sit habenda fides: in quo denique multæ amœnissimæque causæ explicantur, tum prouerbij origo, Quarta luna nati. Secundus de præfixo cuique vitæ termino. Tertius De honesto animi & corporis oblectamento & quæ exercitatio homini libero potissimum conueniat: obiter de frugalitate & victus temperantia ac rerum rusticarum amœnitate. Antuerpiæ Marinus Nuczius, 1554. Eiusdem similitudinū ac parabolarum, quæ in Biblijs ex herbis atque arboribus desumuntur, explicatio. Antuerpiæ 1569. De occultis naturæ miraculis ac varijs rerum documentis, probabili ratione atque artificiali coniectura explicatis lib. 4. Antuerpiæ, 1564. De habitu & constitutione totius corporis quam *ἡ ἀσπίς* vocant.

Libanius Antiochenus sophista, sub Iuliano apostata vsque ad Theodosium maiorem, Phasganij F. discipulus Diophani, scripsit infinita, inter quæ Constantij Imp. encomium: aliud in Iulianum, Declamationes oratorias, Epistolas. Fuit temporibus Basilij & Gregorij. Suidas. Eius *ἡ ἐπιτομή* numero triginta nouem excusæ sunt Ferrariæ, anno 1517. Seruantur etiam in Italia *ἡ ἐπιτομή* septemdecim quæ an aliæ sint à prioribus ignoro. Plurimæ quoque orationes & declamationes Libanij seruantur in Augustana bibliotheca. Declamationes eiusdem olim Romæ typis impressæ sunt satis crasso volumine: & præter illas aliæ duodecim Venetijs manuscripæ habentur. Oratio de seditione ciuitatis suæ ad Theodosium magnum, impressa est cum orationibus Aristidis. Tres Declamationes Latine Erasmo interprete excusæ sunt à Frobenio & Cratandro. Argumenta in orationes Demosthenis cum eisdem impressa sunt. Libellus de scribendis epistolis ex Græco translatus Pontico Vitunio interprete cum quibusdam alijs impressus est. Epistolarum characteres Vuolfgango Anemœcio interprete, Oporinus excudit in 16. Ad Basilium magnum epistolæ 12. & Basilij decem ad Libanum, impressæ sunt cum operibus Basilij. Easdem Græce Aldus excudit cum multis diuersorum Græcorum epistolis. Præter has extant supra 400. in Italia manuscripæ. Quædam etiam epistolæ eiusdem latinitate donatæ per Franciscum Zambicarium Bononiensem, & emendatæ.

per Ioannem Summerfelt, ac argumētis illustratæ, impressæ sunt Cracouiæ, anno 1504. Libanij epistolarum libri duo excusi sunt Parisijs à Morelio Græce.

Liberij Papæ Decreta, siue Rescripta duo ad Athanasium & Aegyptiorum episcopos, de oppressionibus Arianorum, cum Athanasij operibus habentur: item in volumine Coloniae publicato, quod Pontificū Decreta cōtinet: item cum Clementis Recognitionibus Basileæ impressis.

Liberti episcopi Gericensis collectio de crucibus, siue de signis crucis, quæ suo tempore & alijs apparuerunt, & quid significant, impressa.

Libosus epistolæ 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Libosi ab Agra verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Licentij epistola ad D. Augustinum, numero 40. inter D. Augustini epistolas.

Licentij poetæ, natione Afri, patria Hipponensis, carmina quædam ad Augustinum leguntur, quæ à nostris Grammaticis in magno precio habita sunt, præcipueq; eius de Proteo versus commendantur, &c. Petrus Crinitus.

Licinianus Carthaginis Spartariæ episcopus, scripsit de sacramēto baptismatis lib. 1. ad Eutropium abbatem epistolarum lib. 1. ad diuersos quoque epistolarum lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 590.

Licinius Imbrix, vetus comædiarum scriptor, qui à Volcatio poeta quarto ordine inter comicos poetas collocatus est. Eius fabula Neæra citatur à Gellio.

Licinius Macer vetus annalium Romanorum scriptor memoratur. Idem præter historiam Romanam scripsit orationem pro Thuscis.

Licinius Mutianus citatur à Plinio libro tertio & quatuor sequentibus naturalis historię.

Licti à Gemellis confessoris verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Licymnius Chius scriptor Græcus, citatur ab Athenæo lib. 13.

Ligurinus quidam nescio quid carmine scripsisse fertur, præterea historiam de Friderico Barbarossa Cæsare Argentine excusam, & lib. de rebus Germanicis nondū impressum. Citatur in Chronicis I. Cuspiniani. Vide Gunthlerus L.

Lilius Aegidius Liberius, Tifernas, Philonis Iudæi operum volumina quatuor Latinitate donauit. Item Dionem de regno, & aliquot libros Chrysostomi, quæ Romæ extant in pontificis Max. bibliotheca.

* *Lilij* Tifernatis Epitome in Herodotum, in bibliotheca Sambuci.

Lilius Gregorius Gyraldus Ferrariensis, scripsit De Musis syntagma. Herculis vitam. Sepulchralia & de vario sepeliendi antiquorum ritu. De nauigijs: nauium inventu, earum generibus, & de nauigandi ratione. De annis, mensibus, diebus, horis. Calendarium Græce & Latine. Græcorum & Latinorum poetarum vitas, dialogos decem. Parænesim aduersus ingratos, & remedium de crimine ingrati & nomine vitando. De poetis nostrorum temporum dialogos duos, Epi

stolâ heroico carmine de direptione vrbis. Prö gymnasma aduersus literas & literatos. De Dijs gentium syntagmata 17. opus varia & multiplici eruditione refertum. Antiquorum ænigmata & Pythagoræ symbola. Commentarios in Morerum Vergilij. De numeris Græcorum. De vasis quæ ad Deorum sacrificia & eorum ceremonias pertinent. Dialogismos triginta suarū quarundam annotationum. Hymnos heroico carmine conscriptos. Epithalamia. Simconis Sethi medici Antiochensis libellum *περὶ τροφῆς ἀνθρώπων*, hoc est de facultate cibariorum, corruptum emendauit ac in Latinam linguam transtulit. Obijt ante annos complures Ferrariæ senex cum multis annis arthritide laborasset. Porro scripta eius pleraq; Basileæ excusa sunt, reliqua Venetijs.

Lilij Vicentini Declamatio de miserijs humanæ vitæ, Latine primum edita, & nuper in Germanicam linguam translata per Andream Hornedorfum.

Linus primus post beatum Petrum Romana vrbis episcopus, natione Tuscus, scripsit Græco sermone sanctorum apostolorum Petri & Paulino die passorum martyrium lib. 1. & quasdam epistolas. Eius libri duo de passione SS. Petri & Pauli excusi sunt Parisijs in fine commentario rula Fabri super epistolas Pauli. Claruit an. 70.

Linus Chalcidensis (Plutarchus non ab oppido sed insula Eubœensem nominat) Apollini & Terpsichores F. vel Amphimari & Vrania primus fertur è Phœnice literas in Græciam deportasse, fuisse item Herculis magister, & Lyricæ musicæ princeps author. Suidas. Plutarchus & Heraclide refert hunc lamentationes & fletus carmine condidisse. Linus Mercurio musaque Vrania genitus scripsit mundi generationem, Solis & Lunæ cursus, animalium & fructuum generationes: huic autem operi suo fecit initium *Ἡρώδοτος ὁ πρῶτος ἔτος ἐπὶ Ἰάμα πάλιν ἱεραφύνα*. Laertius. Decem heroici versus Lini poetæ leguntur apud Stobæum in sermone de prudentia, quorum vltimi tres desumpti feruntur ex libro eius de natura mundi & in sermone de Spe, distichon eius citatur.

* *Linus* historicus Oechaliotes, citatur à Strabono.

Linus Thebanus iunior Chalcidensi. Suidas.

Lippi Brandolini Aurelij Augustiniani eretice, paradoxa Christiana, excusa Basileæ, 1543. Iusdem de humanæ vitæ conditione, & toleranda corporis egritudine, ad Matth. Cotuinū Hungariæ regem Dialogus, ibidem impressus. Item aliquot eius carmina de morte Platinæ, in fine perum ipsius Platinæ leguntur. Præterea de ratione scribendi libri tres, in quibus Rhetoricæ præcepta à dicendiratione ad rationem scribendi transfert. Excusi Basileæ apud Ioannem Orinum, anno 1149. & Coloniae, 1573.

* *Lisardus* episcopus, Gallus, homo eruditus composuit vitam Arnulphi Sueffonensis episcopi lib. 1. Et alia. Iacobus Meier.

Litorij Beneuentani fragmenta quædam Græca de curandis equis, cum Absyrthi mulomedicina habentur.

* *Liuius* Andronicus, quem quidam L. Liuius nominant citatur à Nonio in Achille, Aegistho, An

no, Aiace, Andromeda, Antiopa, Equo Troiano, Hermiona, Odyſſea, Terero, A Varrone in Teucro. A Macrobio in Helena, à Sexto Pompeio. In Odyſſea vetere, Annalium libris, Centauris, Gladiolo, Lydio, Virgine.

* *Lobon* Argiuus in libro de poetis citatur à Laetio.

* *Locustus* auctor, vt videtur, chymicus citatur ab Hortulano philoſopho.

Logadij medici hiera medicamentum purgans, describitur ab Aetio.

Lollianus Ephēſinus ſophiſta, diſcipulus Iſaie Aſſyrii, ſub Adriano Cæſare multa ſcripſit. Suidas.

Lollij hexaſtichō habetur li. 3. Florilegij Græci.

Lollius Urbicus hiftoriographus, Diadumeni imperatoris Macrini filij deſcripſit vitam & geſta, item hiftoriam ſuorum temporū, teſte Lamepridio.

Lombardi Aſſuici epiſtola & dialogus de diſpoſitione ſuæ vitæ ad Franc. Petrarcham extat.

Lombardus de Siricho Patavinus, ſcripſit Supplementum ad opus Fr. Petrarchæ de viris illuſtribus, cum eiusdem operibus impreſſum.

* *Longinus* Caſſius philoſophus, Porphyrij maſgiſter, vir magna doctrina & acri iudicio. Fuit ſub Aureliano Imp. ab eoq; occiſus eſt, per cauſam conſpirationis cum Zenobia Odenati vxore. Scripſit de Oratione, contra Phidiam: Dubitationes Homericas: Vtrum Philoſophus fuerit Homerus? Problemata Homeri, & ſolutiones, libris

duobus: Quænam contra hiftoriarū fidem tanquam hiftorica enarrant grammatici? De vocabulis apud Homerū multa ſignificantibus lib. 4.

Anticorum vocabulorum editiones lib. 2. ordine alphabetico. Vocabula Antimachi & Heracleonis atq; alia multa. Suidas: cuius etiam Diſtionatio acceſſerūt quæ Longinus iſte de diſtionibus alphabeti ordine ſcripſerat.

Longiniani ad D. Auguſtinum epiſtola, habetur cum ipſius Auguſtini epiſtolis, numero viſeſima prima.

* *Longouillius* Picardus auditor in Senatu Parifiē, repetiuit Imperium ff. de iuriſdict. om. iud.

* *Longeuille* Normannus, theologus, inter cætera ſcripſit Commentarios in 12. prophetas lib. 12. Ioannes Lelandus.

Longulanus citatur à Plinio lib. 35. naturalis hiftoriæ.

Longus quidam ſcripſit *noſuvinā*, id eſt, Paſtoralia, quæ adhuc Græce extant in Italia. Longiaſ

natorij lib. 4. in bibliotheca Stroza.

* *Lotharius* Rex fertur ſcripſiſſe leges Alemanorum quæ hodie publice extant, impreſſæ ab Henrico Petri.

Lotharius: vide Innocentius tertius.

Loxus in phyſiognomiam Palæmonis, citatur in libro inſcripto Lumen animæ, & ab Alberto libro primo de animalibus.

Lucas medicus Antiochenſis, Græci ſermōnis non ignarus, ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, ſcripſit Euāgelium, ſicut audierat: Aſta vero apoſtolorum, ſicut viderat, compoſuit. Vixit 84. annos, Epiphanius in vitis Euangelistarum, apud quem plura.

Lucæ dicunt quidam eſſe epiſtolam ad Laodis

cenſes, aliàs Paulo inſcriptam.

Lucæ monachi & presbyteri ſermo ad virgines Græcus, extat in Italia.

Lucæ monachi parebolæ, & expoſitio Euāgeliorum. liber Græcus manuſcriptus, Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

Lucas abbas mōris S. Cornelij, ordinis diui Benedicti, ſcripſit in Cantica Canticorum lib. 1. ſermōnes & epiſtolas plures. Claruit anno 1130.

10 * *Lucæ* Bacmeiſteri libellus de modo concionandi continens ſimplicem informationem eorum, qui ad munus docēdi publice in eccleſia aliquando accedent. Roſtochij apud Iacobum Lucium, 1570. in octauo.

Lucas Bathodius Argentinenſis, ſcripſit inſtitutiones grammaticas, excuſas Argentorati, anno Domini 1525. in 4.

Lucas Bernardus Braxianus vertit Chryſoſtomii homilias octoginta.

20 * *Lucæ* Bertelli Algeriæ deſcriptio.

* *Lucas* Boſdenus Carmelita, ſcripſit In ſex principia Gilberti lib. 1. Super Philoſophiam naturalem lib. 8. Quæſtiones Theologiæ lib. 1. Vixit anno 1340. Balæus.

Lucas Craſſus ſcripſit ſuper 1. & 2. Infortiari.

Lucas Gauricus Neapolitanus, caſtigauit Alafonſi regis Caſtellæ, & Eliſabet reginæ tabulas aſtronomicas, Ioan. de Montereſio tabulas directionum, Io. Bianchini tabulas, Laurenti, Bonini

contri libros de rebus cœleſtibus: pleriq; etiam aliquid de ſuo adiecit. eiusdem annotationes in Cl. Ptolemæi Almageſtū, typis excuſæ. ephemerides per eundem caſtigatæ. Eiuſdem ſchematā & prædictiones vſque ad annum 1552. & Liagoge in totam ferè aſtologiam. De ventis, &c. Item

fragmenta quædam breuiſſima de aeris qualitate, ex Theophilo. Quid lunæ peragrationes poratendant, ex Hephæſtionis Thebani iudicijs. De cōceptu natorum & ſeptimeſtri partu, ex Valente Antiocheno: opus excuſum Venetijs, 1533. Idem

librum Homar de natiuitatibus caſtigauit & additiones quædam tum ſuas, tum ex Abenra

gele & Firmico adiecit: item annuas, menſuras ac diurnas progreſſiones Apheticorum quinque locorum examinauit. Liber impreſſus Venetijs, in 4. anno Domini 1525. Abrahami Iudæi de natiuitatibus tractatum caſtigauit, in ordinem rede

git, atq; annotationibus etiam illuſtrauit. Liber excuſus Romæ impenſis Valerij Dorici, anno Domini 1545. Edidit etiam Tractatum aſtologicum, in quo agitur de præteritis multorum horum

minum accidentibus per proprias eorum generaturas ad Vnguem examinatis, Venetijs excuſit Curtius Troianus, anno Domini 1552. Calendariū eccleſiaſticum nouum, ex ſacris literis probatij; ſanctorum partum ſynodis excerptum; iuxta omnipotentis Dei mandata in veteri teſtamento Moſi data, in quo agitur de vera paſchatis & feſtorum mobilium celebratione, 2000. annorum interſtitio duraturum. Liber excuſus Venetijs apud Iuſtas, anno Domini 1552. in 4. Item

De eclipsi miraculoſa in paſſione Domini obſeruata, de anno, meſe, die, hora conceptionis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, liber impreſſus, Pariſijs in officina Vuchelii

40

50

60

70

80

90

100

110

120

130

140

150

anno Domini 1553. in 4. chartis 3. & dimid. Claruit Romæ & Venetijs circa annum Dom. 1552. Episcopatu donatus à Paulo III. Pontifice.

Lucas de Grassijs citatur in Summa Angelica, inter scriptores Iuris can. vel civilis.

Lucas ordinis fratrum minorum, Italus, ex Padua oriundus, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. alia quoque nonnulla.

Lucas Lossius scripsit annotationes scholasticas in Euangelia dominicalia, & ea quæ festis diebus leguntur in ecclesia per totum annum. Adiecit etiam in singula Euangelia disticha argumenta, doctrinâs summarias, locos & obiectiones cum solutionibus Dialecticis. Liber excusus Francofordiæ apud Egenolphum, anno 1551. Idem catechesim Græcè collegit in schola Lunebergenſi, anno Domini 1545. Item catechesis Latine planissimam expositionem scripsit. Obiectiones in catechismum puerorum cum solutionibus Francofurti excudit Egenolphus. Historiam passionis mortis & resurrectionis dominicæ quæstionibus & obiectionibus explicauit: liber ab eodem excusus cum figuris, anno Domini 1552. Erotemata dialecticæ & rhetoricæ Philippi Melanchtonis & præceptionum Erasmi de utraque copia verborum & rerum, ad vsum scholarum ediscenda, ibidem excusa apud Brubachium, anno 1552. Explicatio in grammaticam Melanchtonis eodem authore edita est. Claruit Luneburgi, anno Domini 1550. * Eiusdem Erotemata Musicae practicæ ex probatis auctoribus selecta. Norimbergæ, apud Theod. Gerlazenû. Psalmorum Davidis enarratio, in qua explicantur psalmorum tituli, argumenta, phrasæ, principales doctrinæ, obiectiones, aliaque multa, quæ ad scholasticam admonitionem sunt necessaria, in tres quinquegenas distincta. Francofurti in folio. Quæstiones in Euangelia Dominicalia & præcipuorum festorum, Francofurti in octauo. Commentarij in Alcuini libros de Trinitate, Consolatio super obitu parentum. Francofurti, 1568. Germanice, Fabellæ aliquot lepidissimæ, & enarrationes iocosæ, carmine elegiaco redditæ, additæ fabulis Aesopicis. Francofurti 1571. De pacificatione & concordia inter illustres principes.

* Lucæ Mairii Pædagogia Christiana Latine & Germanice. Lipsiæ.

* Lucas Opilio Colcestriæ ut ferunt in Essexia natus, poeta, scripsit Aduersus veritatis osores libellos aliquot. Claruit anno 1554. Baleus.

* Luca Osiandri summa Turcicæ religionis & eius confutatio Germanica. Tubingæ. Eiusdem Confutatio refutationis Georgij Lautherij qua gratulationem Iacobi Andree refutare conatus est. Germ. ibidem. Apologia aduersus mendaciâ calumnias & conuicia Ioannis Nafi, quæ ille falso impingit in suis centurijs Augustinæ confessioni eamque profitentibus. Tubingæ, 1569. Germanice in quarto. Responſio ad 37. articulos Iesuitarum, quos in Germania pijs quibus persecutionem inferunt, obijciunt. Ibidem, 1571. Ger. Quid sentiendum sit de repetitione doctrinæ de cœna Domini Dresdæ publicata, item admonitio de cauendo Zuingliano errore. Germ. Explicatio breuis in quinq; lib. Mosi. Tubin. 1573. in 4.

Lucas Paciulus ex Burgo S. Sculpchri, ordinis Minorum, omnem penè rationem mathematicæ disciplinæ Italica lingua complexus est. De diuina proportione compendium. De quinq; corporibus regularibus. De maiusculis Alphabeti literis artificiose pingendis, Corporum solidorum & vacuorum figuræ cum nomenclaturis. Excusa sunt hæc Venetijs, anno Domini 1509. in folio, chartis 78. Transtulit Euclidem in Italicam linguam, & alia plura conscripsit.

* Luca Peti de mensuris & ponderibus Romanis & Græcis, cum his quæ hodie Romæ sunt collatis, libri quinq;. Eiusdem variarum lectionum liber vnus. Venetijs, 1573. quarto.

Lucas de Parma, scripsit de priuilegio Fiscis.

Lucæ de Penna commentarij super tribus libris Codicis impressi in Italia. Eiusdem Glossæ super constitutionibus regni Siciliae, & ritibus magnæ curiæ vicariæ.

Lucas Schroteyſen Rubeaquentis, iureconsultus clarissimus, scripsit ad equitem auratum de Affenstein præfationem doctissimam in Tancretum iureconsultum, cuius lucubrationes hæctenus desideratas imprimi curauit Argentina, & deinde Lugduni, anno Domini 1546.

* Lucæ Stenglij Apologia aduersus Stibij spongiam, non ita dudum à Michaelæ Toxite in lucem editam. Cui insuper adiuncta est quæstio, Num idipsum ab ægris citra vllum incommodum per os assumi possit. Augustæ Vindelicorum, 1565. in quarto. Conclusiones 27. super quæstione, An ratio curandæ pestis à missione sanguinis, an ab alexipharmaci vſu auspicianda sit. Conclusiones 34. in quæstionem, An pestem necessario sequatur febris pestilens.

Lucas Valentinus Dertonensis medicus, scripsit carmine de cõpage & vilitate membrorum.

Lucianus epistolæ 4. & 12. apud Cyprianum auctor, cum aliquot alijs coepiscopis, lib. 1.

Lucianus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, & Nicomediæ episcopus, scripsit inter cætera, de fide nostra lib. 3. & alios diuersos tractatus, sermones & homilias atque epistolas. Multa de hoc viro Suidas scribit, in dictione *Λουκιανὸς ὁ μάρτυρ*. Claruit anno 240.

Lucianus ecclesiæ Hierosolymitanæ presbyter, scripsit reuelationem de inuentione S. Stephani lib. 1. Græco sermone, quam Auitus presbyter Hispanus in Latinum vertit eloquium. Claruit autem anno 410.

Luciani cuiusdam epigrammata triginta duobus leguntur passim in Florilegio Græco, præcipue 1. & 2. libris.

Lucianus Bellus de Rocca Contrada, scripsit contra Ottum (aliàs Odum) de prandio & cœna. Liber excusus Mediolani in 4.

Lucianus Mantuanus Benedictinus Ioannis Chrysostomi commentaria in epistolam Pauli ad Romanos transtulit in Latinum sermonem. Scripsit etiam defensionem contra eos qui Chrysostomum diuinam extenuasse gratiam, arbitriique libertatem extulisse accusant. Liber impressus est Brixia, anno Domini 1538.

Lucianus Samosatensis, cognomine blasphemus & æroſ id est impius, scripsit multa, cuius opusculum

opuscula Græca, numero 171. impressa primum Venetijs apud Aldum, 1503. postea Haganoæ & Basileæ recusa habentur. Latine vero omnia à Jacobo Micillo & alijs pluribus conuersa, apud Egenolphum Francfordiæ, 1538. sunt impressa. Opportinus anno 1545. Basileæ seorsim Græce excudit dialogos deorum cælestium, marinorum & inferorum, ut in scholis prælegi possint. Ex omnibus autem eius lucubrationibus hodie extant: Somnium, seu vita Luciani contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis. Nigrinus, siue de moribus philosophorum, iudicium vocalium. Timon, siue Misanthropos. Halcyon, siue de transformatione. Prometheus, siue caucasicus. Deorum dialogi, numero 26. Dialogi marini, numero 15. Dialogi mortuorum 30. Menippus, seu necyomania. Charon, siue contemplantis. de sacrificijs. viarum auctio, piscator, seu reuiuiscetes. cataplas, siue tyrannus. De ijs qui mercede conducti, in ditum familijs viuunt. pro eo, quod inter salutandum verbo lapsus fuerat. Hermotimus, siue de lectis. Herodotus, vel Actio. Zeuzis, vel Antiochus. Harmonides. Scythia, vel hospes. quomodo historia scribenda sit. historia vera. Tyrannicida: cui in Latina versione subnectitur alia declamatio à Des. Erasmo scripta, Lucianicæ respondens. Abdicatus. Phalaris primus, & secundus. Alexander, seu Pseudomantes de saltatione. lexiphanes. Eunuchus, seu Pamphilus De astrologia. Democritus vira amores. imagines. toxaris, siue de amicitia. Lucius, siue asinus. Iupiter confutatus. Iuditer Tragædus. somnium, seu Gallus Icaromelippus, siue Hypernephelus. his accusatus, seu fora. de parasito, siue quod ars sit parasitica. Anacharsis, seu de gymnasijs. De lectu rhetorû præceptor, Philopseudes, siue incredulus, hippias, seu balneum. allocutio, seu Bacchis præfatio, seu Hercules Gallicus. de electro, seu cygnis. muscæ encomium. sermo aduersus indoctum librorum copia tumentem. de non temere credendo calumniæ. pseudologista, siue de apophrade, id est de atro. de domo. Macrobij. patriæ encomiô. de disputationibus. dissertatio cum Hesiodo. nauigium, seu vora. tragopodagra. ocypus. Dialogi meretricij quindecim. de morte Peregrini. fugitiui. Saturnalia, in quibus dialogus est sacerdotis & Saturni: cui subnectitur Chronosolon, id est Saturnalium legumlator. Saturnales epistolæ 4. symposium, vel lapithæ. de Syria dea. Demosthenis encomion. Deorum concilium. cynicus. pseudo-

logista. philopatris, seu qui docetur. charidemus, siue de pulchritudine Nero, siue de fossione Isthmi. palinurus. virtus dea. omnibus istis argumenta per Iacobum Mycillum præfixa sunt in editione Latina Egenolphi. Vixit sub Traiano Cæsare, & à canibus disceptus interijt.

Lucifer Caralitanus episcopus, &c. cõtra Constantinum scripsit librum, eiq; legendum misit, ac non multo post sub Iuliano principe Caralilas reuersus, Valentiniano regnante obiit. Hieronymus. Luciferi Caralitani episcopi opera edita sunt à Ioanne Tilio Luteriæ in octauo apud G. Morellij hæredes, 1567.

Lucillus poeta antiquus, Satyrarum apud Latinos autor fuit, de quo multa leges apud Quina-

tilianum. Gel. lib. 2. & Volater. lib. 17. Urb. com. Floruit autem secundi belli Punici temporibus: Scripsit autem Satyrarû libros 30. Epodos hymnos. Fragmenta eius impressa sunt ab H. Steph: cum aliorum poetarum Lat. fragmentis.

Lucillij Græci poetæ epigrammata quinque leguntur in primo Florilegij libro, & in secundo lex supra centum, in sexto & septimo singula.

Lucillus, Theon, & Sophocleus, Sophoclis interpretes, citantur ab Ambrosio Calepino in Endymione.

Lucillus Philaltheus Simplicij commentaria in 8. libros Aristotelis Stagiritæ de physico auditu Latina fecit. Scotus impressit Venetijs, 1543: Idem vertit Alexandri Aphrodisieci commentarium in Aristotelis librum de sensibus atque his quæ cadunt in sensum, vel de sensuum intencumtis, & ipsum quoque Aristotelis textum antea citra delectum verborum à multis in Latinum cõuersum, ut ipse præfatur, de integro transtulit. Liber excusus Venetijs, anno Domini 1544. in folio, apud Hieronymum Scotum. In præfatione de se scribit Lucillus hic, quod superiori tempore multa nullo styli delectu ediderit, & multos Aristotelis interpretes verterit impolito sermone, & barbaris vbique admixtis vocabulis: nunc vero primum in hoc opere latinam & elegantiam ad ipsius Ciceronis imitationem se obtinuasse. Idem scripsit Consiliorum tomos duos de grauissimis morbis. De methodo recitandi curas, ad usum eorum qui laurea Doct. insigniri cupiunt. Promittit Theoricen & practicem medendi. Cõmentarios de prognosticis Hippocratis.

Lucillus Tarrheus Apollonij interpres, in miscellan. Politiani citatur.

Lucius post Athanasium Arianae partis episcopus, solennes de pascha epistolas scripsit, & paucos variarum hypotheson libellos. Hieron.

Lucij Papæ decreta, cum cæteris Pontificijs impressa.

Lucius epistolæ 4. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

* Lucius quidam, in historiarum lectione vir diligens, scripsit historiam Tungrensium lib. 1. Anandus Zierixcentis.

* Lucius Actius, vel ut alij Accius, vel Actius; Tragicus poeta citatur à Varrone, In Bruto, Philoctete, Carmine Priami, Tragædijs. Item à Festo in Amphitryone, Bacchis, Chrylippo, Diomede, Helenibus, Ione, Menalippo, Neoptolemo, Oenomaio, Phinidis siue Phœnissis, Annali 27. A Nonio autem in Achille, Aegistho, Aeneadis seu Decio, Agamemnonidibus, Alcmæone, Alphesibœa, Andromeda, Andromache, Antemeridis. Antigona. Armorum iudicio, Astyanacte, Athamante, Atreo, Clytemnestra, Conciliatrice, Deiphobo, Demetrio, Duloreste, Epigonis quæ fabula alibi male Erigona vel Erigone inscribitur, Eri vovet iudæ, Euryface, Iliona, Medea exule, Meleagro, Mirmidonibus, Nyctegeria, Nypra, Paride, Pelopidis, Pragmaticon libris, Prometheo, Putatoribus, Stafiasis, Telepho, Tereo, Thebaide, Troadibus.

Lucius Aelius, Gallus citatur à Varrone, & à Festo libro 1. & 2. significationum verborum.

quæ ad ius pertinent. Vide Aelius Gallus.

Lucius Afranius. Vide in A litera Afranius, nam quidam Lucium alij Marcum nominant. * Lucij Alexandrini episcopi, Arriani, sermo dictus in Paschate, citatur in Concilio Lateranensi sub Martino PP. primo.

L. Annæus Seneca, Cordubensis, philosophus, scripsit multa, cuius quæ hodie extant omnia opera, per Des. Erasum emendata ad vetustos codices, cum eiusdem & Beati Rhenani scholijs, illius in bonam partem operis, huius in ludum de morte Claudij Cæsaris: Ioan. Hæruagius excudit Basileæ, 1537. Sunt autem hæc: ad Eburacium de beneficentia lib. 6. De institutione vitæ ad Lucilium lib. 22. epistolæ 124. De diuina providentia, ad eundem liber 1. De paupertate liber 1. De remedijs fortuitarum ad Gallionem liber 1. De ira ad Nouatum libr. 3. De Clementia ad Neronem libr. 2. De vita beata, ad Gallionem fratrem libr. 2. De tranquillitate vitæ ad Serenum libr. 2. De breuitate vitæ ad Patulinum libr. 1. De consolatione fratris ad Polybium. De consolatione ad Mariam liber, De consolatione ad Albinam; siue Elbiam matrem lib. 1. naturalium quæstionum libr. 7. declamationum libr. 10. complectentes per epitomen argumenta 74. Suasoriarum & controuersiarum libr. 6. in quibus Declamationes 35. de morte Claudij ludus nuper repertus, & elegantissimis Beati Rhenani commentarijs enarratus. Oratio ad Neronem. Cæterum falsò Senecæ tribuntur, de quatuor virtutibus moralibus liber 1. epistolæ Senecæ ad Paulum, & Pauli ad Senecam. Mimi Publiani, cum alijs aliquot sententijs, intercidit magna pars Declamationum eius: item liber de terræ motu, quem ipse citat in naturalibus quæstionibus: liber de copia, libri complures de ritibus factorum Ethnicorum: de studijs moralibus liber 1. &, quod in sapientem non cadat iniuria lib. 1. item de matrimonio lib. 2. de ludis lib. 1. Claruit sub Nerone, à quo interfectus est. eius declamationes aliquot cum Rodolphi Agricolæ commentarijs Bebelius excudit Basileæ, 1529. Audio etiã alicubi extare librũ Senecæ attributũ de notis, siue arte scribendi per notas. Eius verò Tragediæ decem, impressæ Basileæ apud Hen. Petri, 1529. & à Gryphio Lugduni, 1538. & Venetijs, cum commentarijs Gellij Bernardini Marmitæ, & Danielis Gaetani: quarum inscriptiones sunt: Hercules furens, Thyestes, Thebais, Hippolytus, Oedipus, Troas, Medea, Agamemnon, Octauia, Hercules Oeteus. Quamquam alium à superiore Seneca, harum auctorem fuisse quidam suspicantur.

Lucij ab Auasafa verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizadis.

Lucij Apuleij Afri Madaurensis philosophi Platonici opera, quæ extant, excusa Basileæ apud Hen. Petri, 1533. sunt hæc: metamorphoseos, siue de asino aureo lib. 11. Floridorum lib. 4. de dogmate Platonis lib. 1. de philosophia lib. 1. de Deo Socratis lib. 1. Apologiæ, siue defensionis magis pro seipso orationes duæ. liber de mundo ex illo versus, qui Aristoteli tribuitur. Habent etiam numerum in Aldina editione Asclepius, dialogus

Mercurij Trismegisti Apuleio interprete, & Gregorius liber Isagogicus Platonice philosophiæ. Scripsit præterea, quæ interciderunt, de Coniugalibus quæstionibus, de piscibus, de gemitu animalium, epigrammata, & Hermagoram. Petrus Crinitus alicubi testatur, cum aliqua Platonis vertisset. L. Apuleij liber de medicaminibus herbarum impressus Tiguri, vide in Gabriele Humelbergio, libellum etiam de Betonica, Apuleio adscribunt: qui tamen à plerisque Antonio Musa tribuitur. libri de asino aureo seorsim excusi sunt Parisijs apud Io. Paruum, 1510. & alibi cum Philippi Beroaldi commentarijs, argumenta in omnes Apul. lib. Raph. Volat. lib. 13. Anthropologiæ suæ scripsit. L. Apuleius. In apologia meminit se libros de piscibus Græce scripsisse & alios Latine: addit etiam, cōscribere se de particulis omnium animalium, deq; situ earum, numero & causis. Fulgentius citat Apulei. De republica lib. Eiusdem de syllogismo categorico libellus editus est inter Cassiodori orbem disciplinarum à Sichelardo Basileæ in quarto.

Lucius Aquila allegatur apud Plin. lib. 2. Nat. historiæ.

Lucius Aruntius, qui Græce de astris scripsit, citatur ab eodem lib. 8. Naturalis historiæ.

Lucius Atteius Capito ab eodem Plinio lib. 3. allegatur.

Lucij Bellatij Senen. physici liber de astrologica veritate, & in disputationes Io. Pici aduersus astrologos responsiones, impressæ 1498. Florentiæ.

Lucij à Castragalba verba apud Cyprianum in sententijs episc. de hæreticis baptizandis.

* Lucius Cælius Arrianus medicus, scripsit cæcerum & tardarum passionum libros, qui nunc Cælij Aureliani nomine circumferuntur: vt V. Cl. Adrianus Iunius asserit.

* Lucius Cælius Antipater, scripsit libros Animalium, qui citantur sepe à Grammaticis Gellio, Nonio, Festo, Macrobio, Charisio Meminere huius Cicero, Varro, Plinius. Refert autem Cicero ipsum scripsisse bellum Punicum ad Lælium.

L. Cælius Firmianus Lactantius, Arnobij hæretoris quondã auditor, scripsit de diuinis institutionibus contra gentes li. 1. De origine erroris li. 1. De falsa sapientia li. 1. De vera sapientia li. 2. De iustitia ad Constantinum li. 1. De vero cultu li. 1. De beata vita li. 1. De ira Dei ad Donatũ lib. 2. De opificio Dei, vel formatione hominis li. 1. ad Asclepiadem li. 2. de persequutione lib. 1. epistolarum ad Probum li. 4. epistolarum ad Seuerum lib. 2. Symposion hexametro versu li. 1. epitomẽ librorũ 7. de institut. diuinis contra gentes li. 1. Grammaticus inscriptus lib. 1. de Paradiso Elegiam, aliã Phœnix hb. 1. Hætoporicon de Africa vsq; ad Nicomediam hexametris versibus. ad Demetrium auditorẽ suum epistolarum li. 2. Eius opera impressa Venetijs, 1497. & Lugduni apud Gryphiũ, & Basileæ apud Cratandrum, 1532. & Colonie apud Petrum Quentel, 1544. Cæterum ex eius operibus hæc tantum extant: diuinarum institutionum lib. 7. de ira Dei li. 1. de opificio Dei lib. 1. epitome in libros suos, acephalos. Phœnix, carmẽ de pascha, vel die resurrectionis Domini. carmẽ de passione Domini. In quibus omnia scripsit doctissimos

simos commentarios Xystus Betuleius Augustanus. Liber de opificio Dei per Erasmus recognitus, & scholijs illustratus, seorsim editus Basileæ apud Frobenium, 1529. De erratis quibusdam L. Cælij Lactantij, vide apud Fr. Floridum Sabinum lib. 2. cap. 4. Succisuium lect. Claruit anno 320. Opera Lactantij excusa sunt Basileæ in folio cum commentarijs Betulei: & Antuerpiæ à Plantino in octavo, studio Michaelis Thomæij emendata, cum notis eiusdem, & Græcarum vocum Latina interpretatione, 1570.

Lucius Calphurnius Piso, qui primum leges repetendum tulit, scripsit annales teste Cicerone. Lucius Piso citatur à Plinio 3. 8. 12. & sex sequentibus, 28. 29. 33. & 34. Naturalis historię libro.

Lucij Christophori Bæatici, canonici Agrigentini, Lucubratio de numeralium nominũ ratione quatenus ad elocutionem Latinam attinet. De viris Latinitate præclaris in Hispania natis. De quibusdam ciuitatis Agrigentine antiquitatum enarrationibus, &c. Liber impressus.

Lucius Cintiũs Alimæus De comitijs. De consulum potestate: Mytagogicon: De officio Iurisconsulti: De verbis prisca, citatur à Sexto Pompeio.

Lucius Cintiũs, scripsit rerum Rom. historias, teste Liuiõ.

Lucij Claudi, Ensis de preceatione dominica li. 2. Oratio de laudibus sacerdotij. Elegia in Lætoranæ vrbs commendationem. Concertatio de formæ præstantiã puellarum Auenionensium aduersus Parisianas. Oratio pro republica Carpentoraactensi. Tholozæ Eustachius Marechalhus, 1522.

Lucij Cornelij Balbi epistolæ quædam ad Ciceronẽ, habentur cũ epistolis ad Atticũ li. 8. & 9.

Lucius Corn. Sylla, scripsit ad L. Lucillum rerum à se gestatum commentarium.

Lucius Crassius Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Paula; commentario Smyrnæ edito maximè inclauit. De quo Suetonius cap. 17 De Gram. illust.

Lucij Crassi Romani oratoris pro Licinia virgine defensio: Item laudatio Q. Cæpionis. Eiusdem actiones in Cn. Domitium censorem collegam suum: & in C. Carbonem, Horum omnium mentionem facit Cicero in Bruto.

Lucij Cuspидij testamentum, & contractus venditionis antiquis Romanorũ rēportibus inuis, vnã cũ alijs vetustis monumentis, impress. Basile.

Lucij Domitij Brusonij Contursini Lucani, facteriarum exemplorumque lib. 7. compositi Alphabeti ordine secundum capita (quorum sunt 215.) impressi Romæ à la Mazochio ternionibus 136. in folio. Est opus copiosum & varium multitudine exemplorum.

Lucius Faunus edidit librum de antiquitatibus vrbs Romæ, quas ab antiquis nouisq; authoribus exceptas summa breuitate ordineq; disposuit, Venetijs excudit Tramezinus, ann. D. 1549. in 8. char. 20. Idem Blondi Romam inſtauratam, Italiam illustratam, Romam triumphantem, in Italicum sermonem conuertit.

Lucij Fenestellæ de magistratibus sacerdotijsq; Romanorum libellus, excusus Basileæ apud Cu-

tionem, & Bryllingerum, an. 1538. item Coloniae apud Eucharium Ceruicornum, ann. 1539. Est autem Dominici Flocci Florentini, eiusq; nomine tandem editus Antuerpiæ, in 8. apud Plantinum.

Lucij Fenestellæ, qui Tiberij Cæsaris tempore vixit, meminit Plinius lib. 33. cap. 1. Plutarchus in vita Syllæ, A. Gellius & Vlpianus li. 1. ff. de officio Quæstoris, tit. 4. fuit autem nobilis historię scriptor.

Lucius Florus, scripsit Tiri Liuij historiarũ ab vrbe condita epitomen secundũ singulos libros: item rerum Romanarũ ab vrbe condita ad Augusti tempora lib. 4. excusi Venetijs apud Aldũ, cum Polybij historiarũ libris quinq;. Nic. Peronio interprete, 1521. & Argentorati apud Heruagium, 1528. cum annotationibus Ioan. Camertis; quibus commentarij vice in vniuersam historię Romanæ sylvam vri liceat: & rursus ab eodem Basileæ, cũ Sexti Ruffi epitome historię Romanæ, 1532. item Coloniae, 1537. apud Gymnicum.

Lucius Io. Scopa, Italus, edidit Grammaticam; siue Collectanea grammatica, impressa Venetijs; Eiusdem Spicilegium, siue Latinoitalicũ dictionarium, in duas partes diuisum, ibidem excusum 1542. item Collectaneam in diuersos autorũ locos; impressa, Claruit anno 1512.

Lucius Iulius Cæsar citatur à Sexto Pompeio.

Lucij Merelli Scipionis scripta citantur à Plinio libro Naturalis historię octauo.

L. Iunius Moderatus Columella, scripsit de vniuersa re rustica libros 13. impressos Lugduni apud Gryphum, 1535. cum Catonis, Varronis, & Palladij libris eiusdem argumenti: item Basileæ apud Heruagium.

Lucius Morinetus, Siculus natione, scripsit de episcopatum reddituum computo libr. 1. Et alia, Damianus à Goes.

Lucius Octacilius Pilitus, Pompeij Magni patrisq; eius res gestas descripsit. Huius vitam describit Suetonius de Claris rhetor. cap. 2.

L. Luceij Q. filij epistola ad Cic. lib. 5. Familiarium Cic. Epistolarum.

Lucij Pauli Roselli, Flores legum.

Lucij Phosphori episcopi Signini epistolæ 3. leguntur lib. 3. epistolarum Angeli Politiani.

Lucius Pius Coilli filius vnicus, Cæsaris Marci Antonini Veri autoritate Britanis post mortem patris imperabat, scripsit ad Eleutheriũ Pomanũ Pontificẽ, Pro inducẽdo Christianismo, epist. 1. Pro catholicis doctoribus epist. 1. Floruit an. 179. Bal.

Lucius Pomponius in Decima citatur à Sexto Pomp. Quare Pomponius.

Lucius Quintilius Varus citatur à Sexto Pompeio. L. Vari carmina quædam leguntur in Macrobij lib. Saturnaliorum.

Lucius Sisenna citatur à Sexto Pompeio. Citatur etiam passim Sisennæ historię à Nonio.

Lucius Sylla Felix scripsit libros rerum à se gestarum, quorum secundum citat Gellius libr. primo, cap. 12.

Lucius grāmaticus, Tarrhæus, ex Tarrha Crætaræ oppido, scripsit vt Stephanus de vrbsibus fert, Prouerbiorum tres præclaros libros, de literis & quædam alia grāmaticæ artis. Citatur etiam ab eodem liber huius de Thessalonitã.

Arbitror vero hunc eundem esse qui ab alijs Lucillus Tarrhæus nominatur, Sophoclis & Apollonij interpres.

Lucij Valerij oratio de lege Oppia cōtra M. Porcium Catonē, impressa Parisijs apud Vuchelū.

Lucij Veteris scripta à Plinio citantur 3. & 4. libro Naturalis historię.

Lucij Victoris Fausti libellus de comœdia.

Lucij Vitruuij Roscij Parmensis de docendi studendiq; modo, ac de claris puerorum moribus liber, vtilis & crudus: impressus Basileæ, 1541, apud Rob. Vuinter, cum aliquot aliorum de educatione puerili opusculis, & eiusdem de commoda ac perfecta elocutione, deq; conficiendis epistolis breue commentarium, seu isagogicon.

L. Volusij Meriani liber de asse & partibus eius, item vocabula ac notæ partiū in rebus pecuniarijs, pondere, numero, mensura, excusus cum Theodosij codice Basileæ apud Henricum Petri, 1528. & Guil. Rouillium Lugduni: & post etiam separatim cū scholijs Eliæ Vineri Lutetiæ apud Philippum Rouillium, in 8. in Pandectis iuris citantur huius auctoris, Fideicommissorum, vel quæstionum de fideicommissis lib. 16. Publicorum lib. 14. ad legem Rhodiam lib. 1.

Lucretij comici Numularia citatur à Fulgētio.

Ludigeri tertij abbatis Cellensis in Misnia, Sermones festiuales, Item per diuersa anni tempora. Eiusdem liber Azymorū, Oratio de S. Bernardo.

Ludolphus ordinis Carthusiensis in domo Argentinen. natione Saxo, scripsit vitam Domini Iesu lib. 1. in Psalterium quoq; lib. 1. feruntur eius & alia. in Psalterium lucubratio excusa est Parisijs, 1506. & 1520. Lugduni apud Frellæos, 1540. Claruit anno Domini 1330.

Ludolphus de Euschringen, cancellarius Ioannis Treuironū archiepiscopi, scripsit orationes corā diuersis principibus à se habitas, Epistolas & quædam alia. Claruit anno D. 1495. Tritemius.

Ludolphi Suchensis ecclesię rectoris, De terra sancta & Hierosolymitano itinere, & de mirabilibus quæ in mari mediterraneo conspiciuntur. Liber scriptus, anno Domini 1336.

Ludouici (cognomine non addito) Patris ordinis Minorum, Sermones feriales per totum annum. Item Commune sanctorū. Item Sermones ad religiosos 17. Item Sermones extrauagates de B. Maria, de angelis, & de quibusdam sanctis.

Ludouici imperatoris epistola ad Hilduuinum, impressa.

Ludouicus Aluarus, scripsit in 2. Infortiati de legatis 1.

Ludouici Areosti carminum lib. 2. excusi Venetijs apud Vincentium Valgrisiū, anno Domini 1553. cum Io. Baptistæ Pignæ & Cælij Calagnini carminibus.

Ludouicus ab Auila & Zunniga, militiæ Alcantarensis præfectus, scripsit commentariorum de bello Germanico lib. 2. excusos Antuerpiæ apud Ioannem Stelsum, anno 1550.

* Ludouicus Babeon I. C. De compendiarie ratione discendi iura.

Ludouicus Bellisarius, medicus, Mutinensis, Galeni aliquos libros Venetijs editos apud Iuntas, cum reliquis eius operibus transtulit, nepe, Ora-

tionem suam ad artes. De sectis ad eos qui introducuntur. De instrumento odoratus. Et quædam ab alijs translata recognouit.

Ludouicus Berquinus, homo doctus & nobilis, quædam scripsisse dicitur. Lutetiæ, anno Domini 1529. propter religionem combustus est.

Ludouicus Bernus Basiliensis, Theologiæ doctor Parisiensis, edidit librum pro Salutari hominis ad felicem mortem præparatione, ex scriptura sacra & Christianis doctorib. item in septem Psalmos penitentiales, & psalmū 118. Beati immaculati, &c. pro hōris Canonici quotidiani, & ad veram animi pacem assequendam accommodatissimi, explanationem ad literam, per modū serè continuæ orationis, vbi vbi incipere aut finire libuerit. Cui accessit quoq; Psalmi 144. Exaltabo te Deus, &c. ad literam explanatio, impressa Basileæ apud Io. Oporinum, anno 1551. Eiusdem, ad quæstionem ei propositam, Vtrum tempore pestis, vel alia ex causa, ad vitandam mortem, seu mortis periculum, fugere interdum liceat, nec ne? Et si quando liceat, an tunc præstet non fugere: ex sacris literis, & homini vere Christiano consolatoria Responsio, ibidem eodem anno edita.

Ludouici Bigi Victorij, siue Pictorij aut Bicipitorij Ferrariensis, in cœlestes hymnorum epitaphiorumq; liber. Eiusdem epigrammatum lib. 2. impressi Ferrarij, 1514. Scripsit etiam elegantissimo carmine Hippolytam Ferrariæ editam, anno 1516. & Venetijs per Georgium de Rusconibus. Prætera etiam Satyrica sacra, epigrammata, elegias. Epitaphiorum item & epigrammatum libros duos. Ferrariæ per Ioan. Mazochium, anno 1514. Eiusdem Coricea. item sex libri carminum. ibidem excusi sunt. Orriciorum poematum libri tres excusi. Venetijs, 1522.

* Ludouici Blosij abbatis Leyiensis, Margaritarum spirituale, in quo continentur, Epitome vitæ Christi ex Euangelistis concinnata: Dominicæ passionis explicatio, ex exercitijs Ioannis Tauleri desumpta: Farrago vtilissimarum institutionum decerptarum ex Ioanne Rusbrochio Louanij Ioannes Vuaen, 1555. Consolatio pusillimum, ex antiquorum patrum scriptis collecta. Venetijs, 1571. Institutiones spirituales. Louanij, 1570. in duodecimo. Eius Opera omnia Louanij, 1568. in folio. Eiusdem Regulæ spiritualis vitæ in Germanicam linguam translata per Philippum Dobereiner, 1569. Dillingæ Theaurus & speculum spirituale, & preces, ab eodem Germanice reddita, 1571.

Ludouicus Bologninus, scripsit in legem 2. ff. vet. Si certum petatur. Et in 1. ff. noui. de acquir. poss. l. naturaliter. parag. nihil commune. Item in R. de acquir. rerum do. l. ea quæ ciuilitet. iter in R. de oper. noui nunc. l. qui viam. & ibidem si finita. parag. Iulianus R. de dam. infec. Præterea edidit consilia, de indulgentijs tam plenarijs quàm simplicibus, interpretationū partes duas de mutatione status ecclesiarum commentaria i constitutiones regni.

* Ludouici Bonacioli Ferrariensis medici, Enneadibus muliebris, impressa est in Italia. Enneadis huius tria prima capita de vteri partiumque eius constructione, Argentina separatim edita sunt.

Erasm. l. 2. Ep. 10.
p. 79.

Ludovicus de Bononia, quædam scripsit de gen-
tibus meridionalibus: Sigismundus Grym im-
pressit Augustæ Vindel.

* *Ludovici* Borbonij, Principis Condæ, Literæ
ad Carolum IX. Galliarum regem, quibus eius fi-
dem implorat, & imminens toti regno ob vio-
lentas pacis condiciones periculum denunciat. E-
iusdem Testificatio causarum quæ eum arma
sumere coegerunt. Item Formula iuris iurandi
quo omnes qui sub se militabant, obstrinxit. Ac-
cessere his Literæ Reginæ Navarrae ad Regem
Galliarum, Reginam Angliæ, & alios quosdã prin-
cipes, quibus iustas causas exponit, cur sese prin-
cipi Condæo iunxerit. Item Brevis narratio cæ-
dis in eundem Lud. Burbonium, summa cum
perfidia & crudelitate perpetratæ, prælio inter
vtranque aciem Gallicam commisso. Varia va-
rijs linguis scripta in eundem epitaphia. Liber
impressus in octavo.

Ludovicus Brunus, Italus, scripsit carmine do-
ctissimo de coronatione Maximiliani regis lib. 1.
Claruit anno 1494.

* *Ludovici* Buccaferri Bononiensis lectiones
in quartum meteororum Aristotelis librum Vene-
tijs, 1563, in folio. Eiusdem in primum physico-
rum comment. ibidem. Item in libros de genera-
tione & corruptione commentaria, à Io. Carolo
Saraceno nunc primùm castigata. Ibidem, 1571, folio.

Ludovicus Burchesius, siue Burgesius, Sen. scri-
psit in 1. ff. vet. de iudicijs, l. 1. & de arbitris, ibidem.

* *Ludovicus* Carion collegit & restituit C. Salu-
tij Crispi historiarum lib. 6. Antuerpiæ, 1573.
in octavo.

Ludovici Cælij Rhodigini lectionum antiquarum
lib. 30, recogniti ab auctore, atq; ita locupletati,
ut tertia plus parte auctiores sint redditi. im-
pressi Basil. in officina Frobeniana, 1542. & 1551.
Eiusdem annotationes quædam in Ovidij meta-
morphosin habentur impressæ.

Ludovicus Cælius Calcagninus transtulit Ari-
stotelis librum de coloribus, qui habetur impres-
sus Basileæ cum cæteris Aristotelis operibus La-
tinis, vide supra Cæl. Calcagninum.

* *Ludovicus* Cairlion, seu vrbis legionum, Bri-
tannus, astronomus peritus ac doctor in medici-
nis, scripsit De eclipsi Lunariæ Solari lib. 1. Ta-
bularum eclipsium lib. 1. Canones eclipsium lib. 1. Ta-
bularum umbrarum lib. 1. Fragmenta astronomica
lib. 1. Atq; alia. Claruit Londini, anno Domini
1480. Robertus Recorde.

* *Ludovicus* Caronda I. C. Parisiensis, scripsit su-
per 1. ff. noui in tit. de verbor. oblig. scholia. De
iurisdictione & imperio. De restituenda & in ar-
tem redigenda iurisprudentia. *Παραρτημα* siue verissi-
mum lib. 3. Adnotationes in leges antiquas à
Zasio collectas.

* *Ludovicus* Carbo, Ferrariensis, Gazæ discipu-
lus, Ferrariæ Græcas & Latinas literas docuit,
clarissima cum soluta oratione tum versu conscri-
psit. Eius oratio de artibus liberalibus ad Leonel-
um Estensem citatur à Gyraldo.

* *Ludovici* Carrerij practica, in repetitione l. 2. C.
quo appellata non recipiant.

Ludovici Carreti epistola ad Iudæos, quæ in-
scribitur liber visorum diuinorum, qua eos ad resi-

piſcentiam inuitat, validissimisque rationibus
Christianam asserit veritatem. Impressa Parisijs
Hebraice & Latine in officina Vuecheli, anno
Domini 1554.

Ludovicus Carualalus monachus, scripsit apo-
logiam contra Erasmus, Item Dulcorationem
amaruleniæ Erasmus responsionis, excu-
sam Parisijs. Eiusdem de restituta Theologia li-
ber vnus. Coloniae 1545. quarto.

18 * *Ludovicus* Casteluertius Mutinensis, excellens
poeta, Latino & Italico carmine scripsit quædã
de poetica, quæ tamen non sunt publicata. Obijt
in Rhetia, anno 1571.

* *Ludovicus* Cato Ferrariensis I. C. scripsit super
primam Codicis, Familiæ erciscundæ, l. filium
quem habentem, & super 2. C. de senten. quæ pro
eo quod interest, l. 1. cum pro eo.

Ludovici Charenſij Toſetti Introductorij in ar-
tem medicam practicam lib. fol. 8. Docuit hic au-
tor publice Patavij practicam medicinam, ab
anno D. 1520. vsq; ad annum 1539.

* *Ludovici* Choronelli, Physicæ perſcrutationes.
Lugduni.

* *Ludovici* Clomari super 2. ff. veteris de iure iu-
rando, l. admonendi.

Ludovicus Coradus de Austria, Mantuanus, trã-
stulit Philothei medici, quem alij Theophilum
vocant, commentaria in aphorismos Hippocra-
tis, excusa anno D. 1549. Venetijs apud Cominũ
de Tridino in 8. chart. 12. & dimid. cum indice.

38 *Ludovicus* Donatus, Patricius Venerus, scripsit
insigne opus ad Paulum secundum, super senten-
tias lib. 4. orationes quoque varias lib. 1. Vixit
anno 1484. Eiusdem oratio de laude D. Augusti-
ni, Romæ habitæ & impressa.

* *Ludovici* Dulcis, libri tres, quibus tractat de di-
uersis speciebus gemmarum.

* *Ludovici* Duretii medici & Regij professoris
Parisijs aduersaria in Iacobi Hollerij libros de
morbis internis cum iisdem exc. Parisijs, 1571. Com-
mentarij in Aphorismos Hippocratis, Coicarũ
obſervationum maximum & doctissimũ opus,
sed an adhuc edita sint hæc duo ignoro.

* *Ludovici* Fidelis, de humana restauracione o-
pus. Antuerpiæ 1559. in 8.

Ludovici Foliani, Mediolanensis, Musica theo-
rica doctæ & dilucide tractata, vbi multæ de har-
monicis interuallis non prius tentatæ continen-
tur speculationes. Impressa Venetijs apud fratres
de Sabio, anno D. 1529. in fol. chart. 25.

50 *Ludovicus* Gomeſſius I. C. Hispanus, Ioan. Ne-
uizani indicem scriptorum in iure locupletauit:
Scripsit præterea super tit. de actionibus in Instit.
in locum 2. ff. vet. Si certum peratur. Super Cle-
mentinis. super sexto Decretalium. in 5. Decretal.
de accusatione c. 1. in 6. Decretal. de constitutio-
nibus, c. 1. & c. vt animarum. *Ludovici* Gome-
tij libellum de auſu Tyberis, citat G. Fabricius
cap. 15. Romæ suæ.

Ludovicus à Gozadinis, Bononiensis, scripsit
in 1. Cod. de pac. inter emp. & vendi. l. 2. Eiusdem
responsum quoddam impressum est Marpurgi,
anno D. 1553. cum adſertione Io. Oldendorpij de
his sine quib. iudicia recte constitui nõ possunt.
Idem scripsit super 2. ff. Qui adm. ad bo. poss. &

vnde liberi. Item, Consiliorum volumen vnum, impressum Lugd. 1549. in fol. Itē Venet. 1571. fol.

* Ludouici à Granata, Manuale, cōtinens exhortationes ad pœnitentiam & piam vitam. Idem in Germ. linguam trāstulit Philippus Doberniner.

Ludouicus Grandinas ex M. Fabij Quintiliani primo & secundo libro excerptit puerorum institutionem, excusam Lugduni à Pagano, anno Domini 1544.

* Ludouici Guicciardini, Hore recreationis. Antuerpiæ in 16. Italice. Commentarij de rebus memorabilibus quæ in Europa acciderunt. Ibidem Laune in octauo.

Ludouici Heliani carmen exhortatorium ad Germaniæ principes in concilio Augustensi, impressum ab Oporino cū Imperatoribus Turcicis Davidis Peiferi.

* Ludouici Helmboldi, Odæ sacræ 20. suauibus harmonijs ad imitationem Italicarū Villanesca- rū ornata, studio Ioachimi à Burgk. Erfor. 1572. 20

* Ludouicus Hezer, scripsit libellum cōtra vsum imaginum in templis, latine, verum absque auctoris nomine editum. Idem Prophetas maiores atque minores ex Hebræa in Germanicam linguam transtulit.

* Ludouici Hillefenij Oratio gratulatoria ad Reuetendum in Christo principem & Dominum, D. Salentinum electum archiepiscopum Coloniensem, Maternus Cholinus, Colonia, 1568. in octauo. Meditationes rerum diuinarum in psal- mos quindecim. De consolatione iustorum libri tres. Item elegia de morte hominis iusti consolatoria. Ibidem 1572. duodecimo.

* Ludouicus Kaerlion Britannus genere, theologus, mathematicus & philosophus, composuit Lecturam Sententiarum lib. 4. Lecturam theologiae lib. 1. De eclipsi Solis & Lunæ lib. 1. Tabulas eclipsium lib. 1. De tabulis vmbra- rum lib. 1. Fragmenta astronomica lib. 1. Obijt ann. 1369. Baleas.

* Ludouici Lanæ Brixien- sis, Iurisconsulti clarissimi, equitisq; aurati, Enchiridion de testamento- rum formulis, in quo testamēti nuncupatiui, & in scriptis quod clausum appellant, certissima norma traditur. Venet. apud Zilletū, 1569. in 4.

Ludouici Lazarelli poetæ Christiani ad Ferdinandum regem dialogus, cui titulus Crater Hermetis, excusus Parisijs à Henrico Stephano, anno Domini 1505. in quarto.

Ludouicus Lauaterus, Tigurinus, Henrici Bullingeri soceri sui de cœna Domini sermones duos ex Germanica lingua in Latinam trāstulit. Fro- schouerus excudit Tiguri, an. D. 1553. Idem Procopij commentaria Græca in libros Regum 1. 2. & 4. item in primum Paralipomenon Latinæ- ti donauit, cum reliquis Procopij commentarijs excusa à Gesneris fratribus. * Præterea scripsit, De ritibus & institutis ecclesiæ Tigurinæ libellum, excusum in 8. Historiam de origine & progressu controuersie sacramentariæ de cœna Domini, ab anno D. 1524. vsq; ad annum 1563. deduc- tam. Latine apud Froshouerū in 4. Eadem historia locupletior prodijt Germanice Io. Stumpfio interprete, in 8. De spectris, Lemuribus, & magnis atq; insolitis fragoribus, varijsq; præfagi- tionibus, quæ plerunq; obitum hominum, ma-

gnas rades, mutationesque imperiorum præcedunt. lib. Germ. editū Tiguri apud Froshouerū, & Latine Geneuæ apud Io. Crispinum Comerarum catalogum, excusum Tiguri apud Gesnerū. De pestilētia cōciones 2. in quibus ostenditur vnde sit pestis, & quare immitatur, item quo pacto se gerere debeant qui illo morbo corripantur. Germ. Accessit Cypriani sermo de mortalitate vel peste in linguam Germanicam ab eodem conuersus. De caritate annonæ & fame concio- nes 3. quæ & Germanice editæ sunt, & in Latinam linguam conuersæ, & commentarijs in Ezechielem insertæ, sed ordine aliquantum mutato. Commentarios in Prouerbia Salomonis, excusos à Froshouero, in quarto & in folio. Com- mentarios in librum Iosue ab eodem excu. in 4. Homilias sue commētarios in Ezechielem prophetam, Geneuæ apud Io. Crispinum, in folio. In primum & secundum librum Paralipomeno- rum commentaria, additis tabulis genealogiarum. Tiguri, 1572. in folio. Henrici Bullingeri Homilias in Apocalypsim in linguam Germanicam conuertit, excusas in folio & in 8. Item tractatum Bullingeri super hæc verba 14. cap. Ioannis, In domo patris mei mansiones multæ sunt, &c. Floret adhuc Tiguri, & assidue in explicatione sacrarum literarum laborat.

Ludouici Lopadij rudimenta Græcæ linguæ, impressa Basileæ.

* Ludouicus Masurius Neruius transtulit in carmen Gallicum libros quatuor priores Aeneidos Vergilianæ, quibus addidit Poëmatum Latinum de Exilio suo à Galliarum finibus. Parisijs, Carolus Langelier, 1554. Babylon, siue Babylo- nicæ tyrannidis euersio, ex Gallico in Latinum sermonem conuersa. Geneuæ, 1569. in quarto.

* Ludouici Milichij Poëma de cōcilio Deorum, in quo disputant cur tam pauci homines senescant in quarto.

* Ludouici Montaltæ de reprobatione sententiæ Pilati.

Ludouici Mariæ Sfortiæ ducis epistola ad Politianum, lib. 11. Politiani epistolarum habetur.

Ludouici Nogarolæ comitis cum Hieronymo Fracastorio dialogus de Nili incremento, excusus Venetijs apud Vincentium Valgristum, anno Domini 1552. in quarto, chartis 10. & dimid. Idem Platonicas quæstiones ex Plutarcho transtulit, ibidem & eodem tempore excusas, vna cum Græco textu & scholijs Nogarolæ. Floruit Veronæ, anno Domini 1552.

Ludouici Odaxij epistolæ binæ ad Angelū Politianum lib. 3. epistolarum Politiani habentur.

* Ludouicus de Oriano, de potestate Papæ.

* Ludouici Parisei, Regiensis iunioris Theopoc- iæ libri sex, carmine, excusi sunt Venet. apud Aldum, anno D. 1550. & 1553. * De diuina in hominem beneuolentia & beneficētia, orationes tres, ibidem 1552. Epistolarum priorum & posteriorum lib. 6. carmine. Ibidem 1553. in octauo.

Ludouici Pasini, medici Patavini, liber de ther- mis Patavinis & alijs quibusdam Italiæ balneis, impressus est Venetijs à Luntis, anno D. 1553. cū diuersorum authorum scriptis de balneis.

a. laudes carmen epus Sa dol. l. d. ep. * Ludouici 12. p. 335.

- * *Ludouici* Paschalis Elegiarum libri tres. Venetijs apud Iohannem 1551.
- Ludouicus* Pellatanus, scripsit funebrem orationem in obitum Philippi à Chalons, illustrissimi Aurengeiorum principis: excusam Basileæ cum Guilielmi Paradini de antiquo Burgundie statu libello, apud Ioannem Oporinum, anno 1550.
- Ludouicus* Pontanus de Roma, scripsit singularem notabilia lib. 1. Comment. in Digest. & Codicem. Consiliorum volumen 1. Singularium lib. 1. & quasdam Repetitiones. Lectura eius in iure civili impressa est, item prima ff. no. & secunda C. Præterea citantur Repetitiones eius, in 1. ff. ver. de arbitris. l. si hostibus, in secundum eiusdem de iureiur. l. admonendi, in 2. Cod. ad leg. Falcid. authent. similiter in 1. infortiari. R. soluto matri. l. si vero. parag. de viro. Mortuus est anno 1439. in Concilio Basiliensi.
- Ludouici* Rabi, Memingensis, liber de Dei confessoribus & martyribus veteris ecclesiæ, excusus est Argentine Latine & Germanice. Historia de S. Abele, ecclesiæ militantis in veteri Testamento protomartyre methodicè conscripta. Argentorati Samuel Emmel 1568. in octavo. Conciliationes locorum sacre scripturæ in speciem pugnantium. Historiæ martyrum Tomus primus complectitur martyres à condito mundo ad annum vsq; 500. à nato Christo. Eiusdem historiæ liber 3. 4. & quintus complectens martyres ab Hushi temporibus ad nostram vsque ætatem. Argentine in folio Germanice, 1572.
- Ludouicus* Regius, scripsit Guilielmi Budæi vitam libellus impressus Parisijs 1540. cum doctorum aliquot epigrammatis in laudem eiusdem. Eiusdem oratio in funere Caroli Valelij Aureliorū ducis adiecta est descriptioni Galliæ Gilberti Cognati. Annotationes eius doctissimæ in Timæum Platonis, Gallice excusæ sunt Parisi apud Vascofanum, anno D. 1552.
- Ludouicus* Roman. Vide Ludouic. Pontanus.
- Ludouicus* Romanus patricius, scripsit historiã quandam, in qua fertur mentionem facere de varijs rebus quæ in peregrinis regionibus inveniuntur, impressa ni fallor. Ludouici Vartomani Roman. historia peregrinationum suarum excusata Basileæ à Heruagio, cum alijs scriptoribus de nouo orbe.
- Ludouici* Restionis Vuordingani oratio ad Bonam Sfortiam, principem Mediolanensem, &c. anno 1518. recitata in eius aduentu. Vniuersitatis Vieniensis nomine, in magno tum procerum tum eruditorum consensu: ibidem eo tempore impressa.
- Ludouici* de Rigijs aphorismi astrologici ad patriarcham Constantinopolitanum: impressi Norimbergæ 1535. cum Ptolemgi tetrabiblo, &c.
- * *Ludouici* & Petri Rostinorū, Chirurgiæ compendium vtilissimum, cum instrumentis, Italice impressum Venetijs anno 1557.
- * *Ludouicus* Russardus I. C. antecessor in celestina Biturigum schola, Institutiones Dn. Iustiniani S. P. ex manuscriptorū librorum & Digestorum collatione castigauit, & nouis summarijs perpetuisq; notis illustrauit. Antuerpiæ Plantinus in 8. Eandem operam præstitit etiam in re-

liquis libris Iuris ciuilibus, quos idem Plantinus excudit. Præterea ex Plutarcho vertit libros de garulitate & orationes duas de esu carniū, Gryphius impressit Lugduni anno Domini 1554.

Ludouicus Sardus, vel de Sard. Ferrariensis, iurisperitus, scripsit de legitimatione spuriorum, et de concubinis in eodem tractatu.

* *Ludouici* Saraceni Lugdunæ De peste commentarius. Lugduni 1572. in 8.

Ludouici Senslij, Tigurini, Musici peritissimi, cantiones aut melodiæ quædam impressæ extant.

* *Ludouicus* Spharleton, Anglus, episcopus Herefordensis, scripsit Lecturas sententiarum li. 4. Quæstiones theologiæ lib. 1. Et alia quædam. Obijt anno D. 1369. Oxonij bibliotheca.

* *Ludouicus* Suares in quasdam leges fori.

Ludouicus Texera, scripsit super 2. Infortiari, et super tit. de rebus dubijs.

* *Ludouicus* de la Turre, monachus, scripsit de monte pietatis.

Ludouicus Vassæus, Catalaunensis, concinna uit librum anatomes humani corporis, in quatuor partes vel tabulas diuisum: impressum Parisijs apud Ioannem Foucherium, 1540.

Ludouicus Vergerius, Iustinopolitanus, descripsit Istriam peninsulam, inserta Cosmographiæ Sebastiani Munsteri.

Ludouici Zimaliæ Bergomatis liber, qui inscribitur, Index balnearum S. Pancratij Vallis Traherianæ agri Bergomatis, impressus Venetijs à Iunctis, anno D. 1553. cum diuersorum authorum scriptis de balneis.

* *Luitperti* Moguntinensis archiepiscopi epistola ad Ludouicum Imperatorem extat in catalogo testium veritatis.

Luitprandi Ticinensis ecclesiæ Leuitæ, rerum ab Europæ Imperatoribus ac regibus gestarum libri 6 excusi Parisijs, & Basileæ 1532. Quidam hunc Luitprandum nominant.

* *Lupercus* Berytius, grāmaticus, scripsit de Atticis dictionibus, quæ Suidæ dictionario insertæ sunt. Floruit paulò ante tempora Claudij secundi Cæsaris & alia multa edidit; quæ Suidas enumerat.

Lupoldus de Bebenberg, episcopus Bambergensis, edidit librum de Germanorum veterum principum zelo et feruore in Christianam religionem; Deiq; ministros, ad Rodolphum ducem Saxonie: excusum Basileæ 1497. apud Ioannem Bergman de Olpe: et Parisijs 1540. item librum de translatione imperij, excusum. Inuenio etiam citari librum eius De iuribus imperij, quem eundem cum priori arbitror. Claruit anno 1340.

* *Lupoldi* Bursij Explicatio Psalmi 147. Germanice. Francofurti 1568.

Lupoldi secundi titulotenus Austriae ducis fragmentum, de initijs principū Austriae siue Marchionum Orientalium, vsq; ad patrem suum Henricum; primum scilicet Austriae ducem; extat Viennæ Austriae apud Vuolfg. Lazium.

Lupus de Oliueto, Hispanus, scripsit ex dictis sancti Hieronymi regulam ordinis sui lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. & quædam alia. Claruit anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo.

Lupus quispiam ex homilia Hieronymo attributa de obseruatione vigiliarum, bonam partem transcripsit in regulam monachorum, &c. Erasmi, Roterodam.

Lupus Seruatus presbyter, ad quem Rabanus abbas Fuldenis octo libros in epistolam Pauli Apostoli ad Romanos scripsisse legitur, scripsit de tribus quaestionibus lib. 1. & quaedam epistolas. Vixit anno D. 850.

Lyceas Naucratites, scripsit Aegyptiaca. Athenæus. Lyceas titatur à Plinio lib. 36. Nat. hist. * *Lycenen* quendam scripsisse de piscibus Apuleius memorat: nisi forte nomen deprauatum est.

Lycis, siue *Lycus*, perstringitur ut frigidus poeta ab Aristophane.

* *Lycón* Iasensis, de Pythagora, citatur ab Athenæo.

Lycophron Chalcidensis ex Eubœa, filius Aristis, adoptione verò Lyci Rhegini, gramicus, & poeta tragicus, vnus de septem qui Pleias appellantur. Tragediæ eius sunt, *Aeolus*, *Andromeda*, *Aletes*, *Acolides*, *Elephenor*, *Hercules*, *Supplices*, *Hyppolytus*, *Cassandris*, *Laius*, *Marathonij*, *Nauplius*, *Oedipus prior* & posterior, *Orphanus*, *Proteus*, *Pelopidæ*, *Socij*, *Telegonus*, *Chrysoippus*. Ex his diastæue seu historica narratio est *Nauplius*: Scripsit & *Alexandram* obscurum, illud poema. Suidas. Porro *Laertius* refert ipsum quoque scripsisse *Satyram Menedemum* inscriptam in qua *Menedemum* philosophum laudat. Athenæus citat *Lycophronis* Drama *Satyricum*, & librū de *Comœdia*. Ex huius fabulis nostra græte publicè extat *Alexandra*.

Lycurgus *Lycophronis* F. Atheniensis, vnus è decem oratoribus, scripsit orationes quindecim, vt perhibet: harum inscriptiones apud Suidam hæ sunt: contra *Aristogitonem*, contra *Autolycum*, contra *Leocratem*, contra *Lycophronem* ducem, contra *Pasiclem*, contra *Menæchmū* (hunc *Plutarchus* *Menæchmum* nominat: *Pollux* verò citat orationem contra *Menesemnum*) contra *Demadem*: *Apologia* aduersus eundem: pro relictis rationibus: aduersus *Ischyriam*: aduersus oracula, de vedigalibus, de religione, de sacerdotio. Scripsit etiam epistolas & quaedam alia. * *Lycus*, qui & *Butheras*, Rheginus, historicus, pater *Lycophronis* tragici, sub *Alexandri* successoribus vixit, insidijs appetitus *Demetrii Phalerei*. Scripsit historiam *Lybiæ*, & de *Sicilia*. Suidas. Idem scribit *Lycophronem* huius *Lyci* adoptiuum tantum filium fuisse. Citatur à *Stephano* *Lycus* *ἡρώδης ἀναξάνδρου*.

Lyci medici fragmentum de cataplasmatis cū alijs, tū eo quod ex fermento fit extat apud *Aet.*

Lydij *Catti* *Rauennatis* poetæ opera, impressa *Romæ* opinor.

Lyncæus *Samius* Grammaticus memoratur à *Suida*. *Athenæus* citat eius *Aegyptiaca*, *Apomnemoneumata*, *Apophtegmata*, epistolā ad *Diagoram*, *Centaurum*, obsonatricem artem, de *Melandro*.

Lysania liber de scriptoribus *Iamborum*, citatur ab *Athenæo*.

Lysias *Cephalij* *Syracusani* filius, Atheniensis, vnus è decem oratoribus, orationes fertur scri-

psisse 325. ex his autem legitimas esse 230. *Plutarchus* ex *Dionysij* & *Cecelij* auctoritate asserit. *Suidas* 300. eius orationes germanas esse perhibet. Scripsit præterea præcepta dicendi, laudationes & orationes funebres, & *Socratis* apologiā, & epistolas septem, vnā pragmaticam, reliquas amatorias.

Lysimachi versus citat *Athenæus*.

Lysimachi historici fragmentum de *Iudæis* legitur libro 1. *Iosephi* contra *Appionem*. *Lysimachus*, testatur *Iosephus*, historiam *Aegyptiacā* & rerum rusticarū libros conscripsisse. Eius libri de agricultura citantur à *Plinio* 14. 17. 18. 28. & 29. libro *Naturalis* historiae.

* *Lysimachus* *Hippocraticus* citatur in scholijs in *Alexipharmaca* *Nicandri* in remedijs contra *doxycnium*.

Lysippus fabulas scripsit, *Bacchas* & *Thyrso-tomon*. *Athenæus* & *Suidas*.

Lysidis *Pythagorici* epistola ad *Hipparchum*, excusa *Venerijs* ab *Aldo* cum alijs diuersorum *Græcis* epistolis. Eiusdem epistolæ aliquæ *Latine* excusæ sunt in *farragine* epistolarum *Laconicarum* *Basileæ* apud *Oporinum*, anno D. 1554. *Lysis* *ἡ βέλτερος* citatur à *Stephano*. Eius epistolæ *Græce* extat *Venerijs* in bibliotheca ad *S. Anto.*

M

M *Macarius* *Aegyptius*, monachus in solitudine quæ vocatur *Scete*, *μακάριος ἄσκητος*, id est, in puerili græte senex nominatus, scripsit homil. 50. quæ *Parisijs* ex bibliotheca *Regia* *Græce* editæ sunt, & postea *Latine* 1559. *Ioan. Pico* interprete. Fuit eodem tempore alter quoq; *Macarius* inter monachos celebris, *Alexandrinus* cognomine. Vixerūt eodē tempore cū *Gregorio* *Theologo*.

* *Macarius* episcopus *Theopoleos*, seu *Antiochia*, *Monothelita*, scripsit in sui erroris defensionem quædam. Sermo eius *Prophonicus* ad *Constantinum* Imp. Item alius ad *Lucam* monachū & presbyterū in *Africa*, & nonnulli alij sermones citantur in *V. Synodo* *Constantinop.*

Macarij, *Maximi*, *Vrbani*, & *Sidonij* epistolū ad *Cyprianū*, lib. 3. epist. 14. apud *Cyprianum*.

Macarius *Mutius*, eques *Camers*, scripsit de *Crucis* victoria, seu de triumpho *Christi*: liber excusus *Basileæ*. epistola eius ad *Angelum* *Politianum* legitur lib. 7. epistolarum eius.

Maccæus *Vates*, diui *Patricij* discipulus, natione *Britannus*, scripsit de iudicijs natiuitarū lib. 1. De fide perseuerante lib. 1. Claruit anno 460.

Macedonis cuiusdam *tetrastichon* lib. 1. *Florilegij* *Græci*. Fortassis idē fuerit aut *Antipater*, aut *Philippus* *Macedon*: quorū aliās epigrammata in eodem opere leguntur.

Macedonij, aliās simpliciter, aliās cognomento *Hipati*, plurima epigrammata passim habentur in *Florilegio* *Græco*.

Macedonij epistola ad *Augustinum*, numero 51. inter *D. Augustini* epistolas: & altera 53.

* *Macedonius* *Constantinopolitanus* episcopus, author hæreseos *πρωτομαχίας*, quæ ab ipso *Macedoniana* dicta est.

Maccij, vel *Mæciæ*, aliās simpliciter, aliās cognomine

nomine Quinti, octo epigrammata extant in diuersis Anthologij locis.

* *Machometi* Bagdedeni liber de superficialium diuisionibus, nunc primum Ioan. Dees & Federici Comandini opera in lucē editus. Pisauri anno D. 1570. quartō.

Machon Sicyonius comicus citatur Athenæo; & scripta eius, *ἡ κωμὴ τῆς ἰστορίας*.

Machutus Cambricus Epistolas reliquisse dicitur, claruit anno 540. Baleus.

Macrobij presbyter, & postea in vrbe Roma Donatistarum occultus episcopus; scripsit librū adhuc presbyter, in quo præcipue agit de custodia castitatis lib. 1.

Macrobij Aurelij Theodosij, interpretatio in Somnium Scipionis à Cicerone confictum; eiusdem Saturnaliorum siue conuiuiorum libri septem; impressi Florentiæ, anno 1515. & Coloniae 1526. & alibi. deinde Basileæ apud Heruagium, 1533. opera & industria Ioach. Camerarij ex vetustissimis manuscriptis codicibus aucti.

* *Magdalenus* Heymacrus Epist. domin. totius anni in cationes Germ. redegit. Norim. 1568. in 8.

Magentini Metropolitæ enarrationē in lib. Aristot. de interpretatione, ex Amōnio sub breuitate congesta, Aldus excu. Græcē Venet. 1503. cum cōmentarijs Ammonij in eundē librū, & in prædicamēta. Eiusdē cōmentarij in duos libros priorum analyticorū Arist. impressi Græcē Venetijs anno D. 1536. apud Bartol. Zanettum, cum Ioanis Grammatici commentarijs in eundem librū.

* *Magnetes* quidam vetustissimus auctor, qui ante mille & trecentos annos Euangelicæ apologiæ libros Græcē scripserit ad Theosthenem aduersus Gentiles Euangelij calumniatores, citatur à Francisco Turriano.

Magnes comicus Athenien. vide Suidā. Athenæus fabulas eius citat, Dionys. primū & secundū. Floruit tempore Epicharmi, docuitq; fabulas nouem, vicit duabus. Volat. lib. 17. Vrb. com.

Magnetius Rabanus Maurus, Vide Rhabanus Maurus, hoc enim nomine notior est.

* *Magnus* medicus, oriundus Antiochia quæ est trans Euphratē, Nisibis dicta, laudatur ab Eunap.

Magni Hund, de Magdeb. Lipsici professoris, compendij totius logicæ, Martinus Herbipolensis Lipsiæ impressit, anno D. 1498. Eiusdem expositio in Donatum secundū viam doctoris sancti, ibidem excusa est à Conrado Kachelofen. Eiusdem Anthropologium 1501. Contra morbum Gallicum. De tuenda Valentudine.

Magnus, aliàs Magninus, Mediolanen. Arnoldi de Villanoua librū de regimine sanitatis sibi vendicauit, additis et immutatis quibusdā. impr. est.

Magnus vnus ex Dipnosophistis apud Athenæum.

* *Magnus* Richobergensis Noricus, flamen Augustinianus, sub Imperatore Henrico VI. Chronica scripsit. Auentinus.

Magnus orator Carthaginensis, scripsit de agricultura libros 28.

Magonis Carthaginensis mulomedicinæ fragmenta quædam extant cum Absyrto. De hoc Athenæus scribit, quod terram continentem ter debuerit, sola farina sicca sine potu victitans.

Mago Afer, scripsit Phœnicum lingua Geor. lib. 29. quos deinde Calsius Dionysius Vricensis in Græcam linguam transferens, Sextilio prætori misit. Eosdem in sex libros contraxit Diophanes Bithynus, & ad Deiotarum regem misit. Magonis scripta citantur à Plinio 23. et quatuor deinceps libris Naturalis historiæ.

Mabazer quidam medicus Arabs à Ioanne Serapione citatur.

10 *Mahomet*, aliàs Machumet, apud Græcos *Μωῆμα*, scripsit Alcoranum, quo velut authentico legum diuinarum codice Agareni & Turcæ, alijq; Christo aduersantes populi reguntur. Habetur etiam apud Christianos Arabicè scriptus, & Basileæ excusus est in Latinam linguam transfusus, cum refutationibus diuersorum scriptorum, &c. apud Ioan. Oporinum, anno 1542.

Mahometis Magni Turcarum imperatoris, epistolæ ad diuersos, Syriaca, Græca & Scythica lingua conscriptæ, perq; Landinum equitem Hierosolymitanum Latinitati donatæ; excusæ sunt Basileæ cum epistolis Symmachi à Frobenio, & in farragine epistolarum Latonicarum à Ioanne Oporino.

Mahometis Aracensis, qui & Albategnius nominatur, liber de motu stellarum, ex obseruationibus tum proprijs, tum Ptolemæi, cum demonstrationibus & additionibus Ioannis Regiomōtani, excusus est Norimbergæ à Petreio, 1537.

30 *Maidulus* Scorus, scripsit de Pasche obseruatione. Claruit anno 690.

Maior Arabius, sophista, scripsit de statibus libros 13. Suidas.

Maiorani Salentini epitaphia in Argyropolū & Bessarionem, item Lascaris è Græco conuersum, leguntur in imaginibus Pauli Iouij.

D. *Maiorani* A. legum nouellarum liber, impressus Basileæ cum codice Theodosij, 1528.

Malachi, vt scribunt Hebræi, vel Malachię propheta capita quatuor extant in vetere Testamento. Citatur ab Euangelistis in testimonium veritatis. Ostendit enim quàm inutiles fuerint sacerdotes legales, ducitq; nos ad vnicum illum & verum sacerdotem Christum. Vide Epiphanium in vitis prophetarum.

* *Malachias* celebs, episcopus Conerethensis, scripsit Institutorum communium lib. 1. Legum cõlibatus lib. 1. Nouarum traditionum lib. 1. Ad D. Bernardum epistolas plures. Obijt anno Domini 1148. Baleus.

Malachiæ Hibernici, ordinis minorum, libellus septem peccatorum mortalium venena, eorumque remedia describens, excusus est Parisijs. Conciones. Vixit anno 1310.

Malacus scripsit de finib. Siphniorum. Athen.

Malchion Antiochenæ ecclesiæ presbyter, scripsit contra Paulum Samosatenum, & epistolam grandem ex personâ synodi ad Dionysium Papatam. Claruit anno D. 270.

Malchus Byzantius sophista, scripsit historiam à regno Constantini ad Anastasium vsque, &c. Vide Suidam.

* *Malcolmus* secundus Scotorum rex, condidit Leges municipales lib. 1. Ab aulicis quibusdam noctu trucidatus fuit, anno 1040. Baleus.

* *Mallius* vel *Mamilius* vel *Manilius* vel *Manilius* citatur aliquoties à Varrone in libris de lingua Latina.

* *Mallius* citatur à Macrobio lib. 1. Satur.

Mamertini gratiarum actio de consulari suo Iuliano imperatori, item Panegyricus Maximiano augusto dictus, in quo Diocletiani quoque laudes continentur, qui cum Maximiano imperavit. eiusdem genealogicus Maximiani Aug. in eius natali dictus, in quo rursus multa sunt in Diocletiani laudem, excusa sunt Basileæ apud Ioannem Froben. 1520. cum multis aliorum Panegyricis.

Mammotrectus super terminos Bibliorum.

* *Manechinus*; *Alopeconnesius*, philosophus, Platonicus, scripsit philosophica, & in Platonis Rempublicam libros tres.

* *Manechmus* Sycionius, Alcibij siue Alcibiadis filius, historicus, fuit sub successoribus Alexandri. Scripsit historiam Alexandri Magni. Suidas.

Manæthos Mendes, sacerdos Aegypti, scripsit quomodo præparanda sint cyphi, id est, suffumigia. Suidas.

Manæthos ex Diospoli Aegypti, aut Sebennita, scripsit physiologica apotelesmatica versibus, & alia quedam astronomica. Suidas, apud quem inscribitur *μανηθωρ*: aliàs *Manethon* sine diphthongo. *Manethonis* Apotelesmaticus liber extat Græce, alicubi in Italia. *Manethonis* sacerdotis Aegyptiorum, de regibus Aegyptiorum libellus, angustior charta dimidia: impress. Basileæ cum Myrsilo, Beroso, &c. Multa de hoc scriptore, & fragmenta aliquot ex Aegyptiacis ipsius libris, vide apud Iosephum lib. 1. contra Appionem. *Manethonis* supplementa ad Berosum cum Io. Annijs commentarijs, excusa sunt Antuer. an. 1552. apud Io. Steel.

* *Manethos* Sebennites citatur à Plutarcho in de Iside: item à Porphyrio de Abst. anim. *μανηθωρ* à *μανηθωρ* & *μανηθωρ*. A Laertio in naturalium epitome. *Manethonis* Apotelesmatica carmine scripta extare dicuntur in Florentina bibliotheca.

* *Manasse* quidam Chronica Græca conscripsit, quæ Venetijs manuscripta extant, *Manasse* Cyri Constantini Synopsis, vel historia Chronica politicis scripta versibus, extat Græce Romæ, & apud Diegum Hurtadum Venetijs. Eadem in linguam Latinam conuersa & edita est à Ioanne Leuuenklaio. Vide Constantinum Manassem.

* *Manadogoti* cuiusdam iurisperiti liber de electionibus, impressus.

* *Manes* à quo Manichæorum hæresis nomen accepit, Cubricus alio nomine appellatus, quatuor libros suis sectatoribus tradidit, quorum unum Mysteria, alterum Euangelium: tertium Theaurum: postremum Capita nominavit. Tradit autem hos libros non ab ipso Manete conscriptos esse, sed à Budda qui & Terebinthus nominatus est.

Manetho. vide superius *Manethos*.

Manichæi epistola ad Marcellum, extat in Epiphanijs Panarijs.

Manilius Antiochenus, Vide Marcus *Manilius*. *Manilij* Index fabularum Plauti citatur à Gellio lib. 3. cap. 3.

* *Manilius* Senator maximis nobilis doctrinis doctore nullo, laudatur à Plinio.

Manilius Crestus de hymnis deorum, citatur à Fulgentio de antiquo. verb. interp.

* *Manilius* Rhallus Cretensium episcopus factus à Leone X. PP. carmine Latino & Græco complura scripsit.

Manilius Sura, citatur à Plinio 8. 10. 17. 18. & 19. lib. Naturalis historiae.

Manthaneus epistolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

* *Mantias* medicus Herophili sectator, pharmaca plurima scripsit, et libros *μανηθωρ* *μανηθωρ* *μανηθωρ*, siue de officina medici. Galenus.

Manuel Biennius, scripsit harmonicorum libros 3. qui extant Venetijs apud D. Hurtadum.

Manuel Caleca scripsit librum Græcum, quo continentur scripturæ concordæ. Item de fide, seu de principijs catholicæ fidei iuxta traditionem diuinæ scripturæ et catholicorum ecclesie doctorum.

Manuelis Chrysoloræ Erotemata, id est, Grammatica Græca, impress. Argent. apud Knoblaui. 1516. & Parisijs apud Vuchelium, cum Latina versione è regione. Eiusdem epistolæ Græcæ extant in bibliotheca Medicum Florentiæ. Liber Græcus de antiqua & noua Roma, alicubi in Italia seruatur.

Manuelis Comneni astronomica varia, seruatur in Vaticana bibliotheca.

Manuelis Cretensis in imagines Philostrati *μανηθωρ*, & in alium quendam similiter, item scholia summi philosophorum latent in Italia.

Manuelis Moschopuli eclogæ Atticæ didionum, siue elegantiarum Atticæ, excusa Venetijs ab Aldo, item Grammaticæ Græcæ methodus, Basileæ apud Vualderum 1540. cum duobus libris Grammaticæ Græcæ. De constructione nominum ac verborum, & de accentibus: liber impressus Venetijs 1526. Eius item commentarij in Hesiodi opera & dies, impressi Venetijs cum Procli commentarijs in eadem, &c. 1537. apud Ioan. Franciscum Trincauellum. Protoschedia Moschopuli

extant Græce alicubi in Italia. Collectanea vocabulorum iuxta ordinem alphabeti, ex imaginibus Philostrati, ibidem extant. Commentatio in quodranguli inuentionem, seruatur in bibliotheca Diegi Hurtadi Venetijs. Synopsis eius in vitæ Euripidis, & commentatiuncula de idolo, impressæ sunt ab initio Græci Euripidis. Eius libelli de ratione examinandæ constructionis, excusa est Parisijs in officina Rob. Stephani. * *Manuelis* Moschopuli liber *μανηθωρ* in bibliotheca Ioannis Sambuci.

Manuelis Palæologi imperatoris in Gallia peregrinantis, sermo apologeticus per capita 15 ad Latinum quendam Parisijs agentem, qui figura syllogismi ad eum scripserat: quibus ostendit *Manuel*, quod syllogismus eius physicus sit, à modo theologis obseruato alienus. Græce seruatur Romæ in Vaticana. Eiusdem epistolæ, ibidem.

Maphæus Vegius, patria Laudensis, scripsit perseverantia lib. 7. in Psalmos penitentiales lib. 1. In laudibus diuæ Monychæ matris D. Augustini lib. 1. epigrammata plura lib. 1. De re militari. Dialogum qui dicitur Philalethes, id est, de more veritatis: Epistolas multas. Aeneidi Virgilianæ librum decimum tertium addidit, qui cum reliquis Virgilij libris imprimi solet. Lib. hymnoru

hymnorum ab eo scriptus, excusus est, ut puto. de
 educatione puerorum & claris eorum moribus. li.
 5. per capita diuisi, impressi Basileæ, apud Rob.
 Vuinter, an. 1541. cum L. Virruuij Roscij & alio-
 rum eiusdem argumenti opusculis. Eiusdem li-
 ber de significatione verborum in iure ciuili ex-
 cusus est Vincentiæ, an. 1477. Claruit ann. 1430.
 Marbodius Britannus, episcopus Redonensis
 in Armorica Britannia, bonarum literarum ma-
 gister eruditus erat. Qui vtriusque est Giraldu-
 Cambriensis lib. 4. cap. 16. Ecclesiastici speculi,
 colores rhetoricos tam verborum quam senten-
 tiarum exornationes versibus egregijs declarauit.
 Sic scripsit Epigrammata sententiosa li. 1. Passio-
 nem Thebeorum metricè lib. 1. In Cantica Can-
 corum li. 1. De lapidibus & gemmis li. 1. Istum
 inter poetas numerat Lilius Gyraldus, quo de he-
 ameris versibus plura ediderit. Claruit anno
 Domini 1150. Ioannes Baleus. Vide Merboldus,
 Marcellinus Brigantius homo Anglus Suith= 20
 erit vitam scripsit librum 1. Claruit anno 780.
 aleus.
 Marcellini Papæ decreta, cum reliquis ponti-
 ficijs impressa Coloniae. Epistola eius duæ, cum
 cognitionibus Clementis habentur.
 Marcellini epistola ad D. Augustinum, qua de
 ritudine fidei Christianæ dubius inquirat, ex-
 tate cum D. Augustini epistolis, numero quarta.
 Marcellini commentarios Græcos in Hermo-
 genem de statibus, Aldus excudit Venetijs, cum 30
 iorum commentarijs in eiusdem Hermogenis
 opera. Lucubratio Marcellini de vita Thucydias
 is, & orationis eius forma, impressa ab initio
 hucydidis Græci, vide Ammianus Marcell.
 Marcellini Comitiss V. C. Chronicon, quod re-
 rum Orientalium in ecclesia gestarum historiam
 que ad Iustiniani tempora ab Eusebio & Hie-
 ronymo prosequitur. Parisijs excudit Vuchet-
 s, anno Domini 1546. in 8 chartis 4. Omnino
 cauthor alius est ab Ammiano Marcellino, 40
 ippe qui ferè 100. annis post illum vixit.
 Marcelli Papæ decreta, cum cæteris pontificijs
 impressa Coloniae. Epistola eius una cum reco-
 gnitionibus Clementis, impressa est Basileæ.
 Marcelli epistola ad Ciceronem, legitur lib. 4.
 miliarium Ciceronis epistolarum.
 Marcellus I. C. antiquus, notas scripsit in Iulian-
 um.
 Marcellus epistolæ 4. apud Cyprianum au-
 or, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.
 Marcelli epistolæ duæ ad Manichæum, & fi- 50
 eiusdem, in Latina Basiliensi editione ope-
 ram Epiphanijs, extat.
 Marcellus Bonus collegit Glossas super sacris
 institutionibus regni Siciliae, ac super ritibus
 agnæ curiæ vicariæ: & singularia, 151. super ff.
 Cod. Lugduni, 1556. in octauo.
 Marcelli Donati, Mantuani, medici philoso-
 phi & equitis, tractatus de variolis & morbillis à
 illo antea editus. Eiusdem de radice purgante, 60
 iam Mechiocari vocant. Mantuæ apud Philo-
 nos fratres 1569 quarto.
 Marcellus Pergamenus rhetor librum edidit,
 in inscribitur Adrianus, aut de regno. Suidas.
 Marcellus Sidites medicus sub M. Antonio, scri-

psit versibus heroicis libros medicos 42. Suida.
 * Eius liber de piscibus, heroicis versibus 196
 in Strozae bibliotheca extat.

Marcelli medici fragmentum de lycanthropia
 extat in libris Aetij.

Marcelli de medicamentis empiricis, physicis,
 ac rationabilibus, à capite ad pedes, liber, æte 1200.
 plus minus annos scriptus, Basileæ prodijt ex of-
 ficina Frobeniana 1536. ex emendatione Iani Cor-
 narij, adiectis aliquot Galeni libris, per eundem
 Ianum Cornarium Latinitate donatis; Marcelli
 Empirici liber cum alijs medicorum scriptis edi-
 tus est ab Hein. Stephano.

Marcellus Ancyranus episcopus, sub Constan-
 te & Constantino principibus floruit, multaque
 diuersarum hypotheseon scripsit volumina, &
 maximè aduersum Arianos. Feruntur contra huc
 Asterij & Apollinarij libri, Sabellianæ eum hæ-
 resis arguentes. D. Hieronymus.

Marcellus, Marci vrbs Romæ præfetti filius;
 Symonis Magi quodam discipulus, scripsit rogā-
 tibus Christianis, De conflictu Petri & Symonis
 lib. 1. Ad sanctos Nereum & Achilleum lib. 1. De
 actibus Petri & Pauli lib. 1. De artibus Symonis
 lib. 1. De obitu sanctæ Petronellæ lib. 1. De pas-
 sione sanctæ Feliculæ lib. 1. De passione S. Nicó-
 medis lib. 1. Alia quoque de sanctorum gestis edi-
 dit. Claruit anno D. 50.

* Marcerius Anglus, historiographus non con-
 temnendus, scripsit Chronicorum opus lib. 1. De
 isto Ioannes Baconthorpius scribit in prologo
 quarti libri sententiarum, quæst. 10. Io Baleus.
 * Marchos quidam chymicus scriptor citatur à
 Seniore Zadich.

* Marculphus monachus collegit formulas con-
 tractuum & actionum secundum leges Romæ-
 nas, Gothicam & Salicam, quæ in quibusdam an-
 tiquis Gallicæ bibliothecis extant.

Marcelli Palingenij Stellati poetæ Zodiacus vi-
 tæ, hoc est, de hominis vita, studio ac moribus
 optime instituendis lib. 12, opus mirè eruditum,
 planeque philosophicum, primum in Italia, dein
 de Basileæ excusum, 1537. apud Rob. Vuinter.

Marcellus Vergilius, Secretarius Florentinus,
 Ped. Dioscoridis de medica materia lib. 5. & vni-
 de venenis Latinos fecit, & commentarios item
 doctissimos adiecit. Ioan. Soter excudit Coloniae
 1529. adiecto etiam Græco textu è regione. Lati-
 næ versionis, et seorsim subiuncto Hermolai Bar-
 bari corollario. Translatio hæc seorsim quoque ex-
 cusa est Venetijs, & alibi. Eiusdem de militiæ
 laudibus oratio, dicta Florentiæ: Ioan. Frobenius
 excudit Basileæ, 1518.

Marcelli à Lama verba apud Cyprianum, in sen-
 tentijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Marcionis hæretici euangelium, in Epiphanijs
 de hæresibus lib. 1. tomo. 3.

* Marcion Smyrnæus de simplicibus affectibus
 scripsit, teste Plinio.

Marcocus Toniolensis, numeratur inter illos
 scriptores, ex quorum libris exempla sua Bapti-
 sta Fulgosus collegit.

Marci Tribuni plebis oratio ad plebem, im-
 pressa Parisijs cum Sallustio commentarijs illu-
 strato, apud Ascensium.

Marcus Euangelista, discipulus & interpres Petri, iuxta quod Perrum referentem audierat, rogatus Rom. à fratribus, breue scripsit euāgelium, &c. plura apud D. Hieron. Sophronij de Euangelistarum vita interpretem. Eius Euangelium, iuxta Suidam, titulos habet 48. cap. 36. Eius vitam ex probatoribus autorib. collectā descripsit Theodorus Bibliander, vna cum Proteuangelio D. Iacobobi, editam Basileæ 1551. Tradunt D. Marcum scripsisse Barnabæ apostoli vitam, quam Beda è Græco in Latinum transtulerit.

Marcus quidam monachus, Nili atque Theodoretici coæneus, scripsit vniuersalium affectionum libros 8. item alios 32. vt refert Nicephorus lib. 14. historię ecclesiasticę. Marcus quidam hymnorum sacrorum scriptor laudatur à Cyro Theodoro Prodromo.

Marcus Aelius Plautus, scripsit comœdias multas, quarum viginti impressę Venetijs apud Aldum, & Lug. apud Gryph. 1535. itē cum Cōmentarijs Bernardi Saraceni, & Ioan. Petri Vallę, ac obseruationibus Pij Bononien. Venetijs 1516. apud Laz. Soardum. Comœdiarū nomina: Amphitruo, Afinaria, Aulularia, Captiui duo, Curculio, Basina, Cistellaria, Epidicus, Bacchides, Mostellaria, Menæchmi, Miles, Mercator. Pseudolus, Pœnulus, Persa, Rudens, Stichus, Trinummus, Truculentus. Eadem cum annotationibus Gilberti Longolij excusę sunt etiam Colonie apud Gymnicum, & Basileæ apud Heruagium anno 1551. ex castigatione Ioachimi Camerarij, cum Annotationibus quoq; eiusdem: & anno 1568. à Sambuco & alijs recognitę. Varię lectiones, annotationesq; in hac editione seorsim editę sunt. Plauti comœdiarum, quę amissę sunt 41. hęc sunt nomina, vt à Georgio Fabricio in castigationibus Terentij citantur, additis auctorum à quibus adducuntur testimonijs. Acaristudium, Addictus, Agricus, Ambroicus, Anus, Artamō, (Artemonia) Astraba, (Straba etiam legitur mendose vt videtur) Bacchari, Bœotia, Cæcus siue prædones, Calciolus, Carbonaria, Chrysalus, Colax, Commorientes, Condalium, Cornicularia, Dyscolus, Fœneratricijs, Fretum, Friuolaria, Fugiuui, Gestio, Hortulus, Lenones, Gemini. Lepargus, Medicus, Mœchus, Neruolaria, Patina, Parasitus piger, Phagon, Phasma, Plotinus, Saturio, Scematicus, Sicelitergum, Trigemini, Vaccias, Vidularia. Præter illa fabularum nomina quędam etiam alia annotat doctiss. vir Ioach. Camerarijs, quę à Grammaticis Latinis commemorari scribit. Sunt autem hęc: Plocinona, Sisennaria, Phasina, Hortulus, Persę, Cæcus, Prædones, Captiui, (alia hęc fuit quàm quę extat, cuius est nomen Captiuiduo,) Anus, Bis compressa, Bœotia, *ἀρπον*, Fretum, Baccaria, Cacillus, Cornix & Cornicula, eadem videtur cum Cornicularia, quę supra posita est. * Plauti Comœdię 20. olim à Camerario emendatę: nunc verò plus quàm 200. versibus ex VV. CC. additis suo quodammodo nitore restiturg: opera Ioan. Sambuci, C. Langij. Adr. Turnebi, Adr. Iunij & aliorum doctorum vitorum obseruation. Antuer. Plātinus in 16. M. Accij Plauti Aulularia, à mendis vindicata, & super hęc doctissimis scholijs hinc

inde ex veterum & neotericorum annotationibus collectis: ante à Mauritio Sydelio illustrata, nunc verò Rhetoricis argumentis & breuioribus nouis scholijs aucta à Stephano Riccio. Lipsię 8. 1569. Plauti nomine edita est Luteriæ à Roberto Stephano in octauo 1563. Comœdia Queculu quę alterius est authoris, & eius quidem longe posterioris. Præter fabularū nomina à CL. VV. Camerario & Fabricio adnotata, hęc in Nonio adnotauit Adr. Iunius, Acrifsonem, Plotiū, existimo autem Plotium esse quam Plocinona Camerarius vocat, Plotinum Fabricius si modo hic non est mendum. Item quę Gestio nominatur Fabricio, Varrone Cestio nuncupatur lib. 6. de ling. Lat. Dicitur etiam Achilles Statius vir doctissimus habere comœdiam Plauti hætenus non editam, Philodoxium.

Marcus Aemilius citatur apud Plinium libro 9. Naturalis historię.

Marcus Aemilius Scaurus, scripsit tragœdiam Atreum, propter quam à Tiberio Imperatore neci adactus est.

Marci Agrippę Oratio magnifica, & maximo ciuium digna, de tabulis omnibus signis quę publicandis, extrabat Plinij ætate, qui id testatur lib. 35. cap. 4. Idem libro 3. 4. 5. & 6. quibus Geographiam complectitur, Agrippam sæpe citat. M. Agrippę scripta citantur à Plinio 18. libro Naturalis historię.

M. Angeli Petrisanctę dialogus Osci & Volsci. *Marci* Alofresant prognosticon ab anno Domini 1525. ad annum 1550.

Marcus Anneus Lucanus, Cordubensis, L. Aneci Senecę ex fratre nepos, diuersa poemata scripsit adolescens. Postremo loco Pharsaliam ardenti animo aggressus, non perfecit: primos tres libros tantum cum Polla vxore correxit, septem reliquos si vixisset emendaturus. In his ordinem sequitur, quo res gestę sunt. Eius autem Pharsalia, seu de bello ciuili lib. 10. excusi Venetijs apud Aldum, & Colonie apud Gymnicum, anno Domini 1537. & alibi etiam cum Ioan. Sulpitij Verulani commentarijs.

Marci Antonij Tribuni P. R. epistola ad Ciceronem, libro 10. ad Atticum.

Marci Antonij Cos. epistola ad Ciceronem libro 14. ad Atticum.

Marci Antonij imperatoris epistola ad Hyrcanum, & edita duo ad Tyrios, referuntur lib. 12. Antiquitatum Iosephi. M. Antonius imperator filio suo in imperio successoris institutionis imperialis librum à se composurū reliquit, qui omnigenis exemplorum & disciplinę plenus fuit dicitur. Nicephorus in historia ecclesiastica.

Marcus Antonius Antimachus, Italus, scripsit orationem de laudibus Gręcarum literarū. Tristulit Gemisti Phletonis libros 2. de gestis Gręcorum post pugnam ad Mantineam, Dionysij Hircarnassę præcepta de oratione panegyrica, & priuali, natalitia & epithalamijs: itē Demetrii Phlerici præcepta de membris et incis, de periodo componendis. epistolis, de characteribus occendi: ac Polyæni de re militari præfationes omnia simul excusa sunt Basileæ apud Robertum Vuinter, anno D. 1540. Scripsit etiam epigrammatu

matum Græcorum libros octo, & alia quædam soluta oratione Græce, nondum, quod sciam, in lucem edita. Claruit Ferrariæ, anno 1544.

Marci Antonij Baueri iurisperiti Consilia, typis vulgata, Scripsit etiam super 5. tit. Institutionum. in 2. infortiati, de legatis 1. l. cum filio, de iururando, de morâ.

* Marci Antonij Bellarm, super 1. ff. veteris. De offi. eius cui, & c. Itē super 2. Infortiati De legatis.

* Marci Antonij Blanci Patruini I. C. Practica. Item ad legem Corn. de sicarijs. De compromissis tractat. De iudicijs homicidij ex proposito commissi.

Marcus Antonius Cælius Mediolanensis, scripsit in aliquot Iustiniani codicis titulos summaras annotationes, impressas Francfordiæ.

Marcus Antonius Casanoua, scripsit Elogia prætorum heroum Romanorum, & quædam ælia carmine. Eius elogium extat apud Iouium.

Marcus Antonius Gnyphus insignis grammaticus, natione Gallus, scripsit multa, et si Atteius Philologus duo tantum volumina de Latino sermone reliquisse eum tradat. Nam cætera scripta discipulorum eius esse, non ipsius, putauit Sueron.

Marcus Antonius Coccius Sabellus, historiæ & gesta Venetorum lib. 33. edidit, item Rhapsodia historicæ Enneades vndecim. His accedit D. Gasparis Hedionis historica synopsis, qua huius auctoris institutum summa fide & diligentia ad annū 1538. persequitur. Eiusdem quoque Exempla

30 plorum ethnicorum & Christianorum, per omnes gentes omnibus seculis, factis dictisque insignium, lib. 10. argumentis distincti, sicut Valerij Maximi: Heruagius excudit Basileæ 1538. Libri autem exemplorum seorsim excusi sunt & alibi, & deinceps Basileæ apud Henricum Petri. Eius etiam opera aliquot impressa Venetijs 1502. apud Albertinum de Lisona, sunt hæc: Epistolarum familiarium lib. 12. in quibus & aliorum aliquot

40 doctorum epistolæ habentur. orationes 12. de situ Venetæ vrbs libri 3. De Venetis magistratibus lib. 1. De prætoris officio lib. 1. De reparatione Latinæ linguæ lib. 2. De officio scribæ lib. 1. De vetustate Aquileiæ lib. 6. Poemata. Genethliacum Venetæ vrbs. De apparatus eiusdem. De Vincentiæ ortu & vetustate. De Italiæ tumultu. De Coriolani luctu. De munitione Sontiaca. De cæde Sontiaca. De incendio Carnico. De Barione cymba, vel in naufragium cymbæ Petr. De origine Hunni, aliàs Vtini. De rerum artiumque

50 nuentoribus. De laudibus Deiparæ virginis Egeiæ 13. Annotationes priores in Plinium, Liuium, Valerium Maximum, Lucanum, Papium, Catullum. Posteriores, rursus in Plinium, Ciceronem, Lucanum, & Flaccum qui Argonautica scripsit. Ascæsius impressit Parisijs cum alijs quibusdam, interpretatio paraphrastica in Suetonium Tranquillum: & annotamenta plurima, Parisijs excusa, & Basileæ, apud Henricum Petri, cum ipso Suetonij textu. Floruit autem Sabellus, anno Domini 1494.

Marci Antonij Constantij Louaniensis liber de Eucharistia, excusus Lutetiæ, anno Domini 1553.

Marcus Antonius Flaminius, Italus natione, scripsit paraphrasin in duodecimum librum Ari-

stotelis de prima philosophia: Robertus Vuuinæ ter excudit Basileæ 1537. cum Ioan. Velcurionis compendio de anima. Itē Psalmi aliquot & hymni sacri, elegantissimo carmine expressi, editi in Italia, & Basileæ apud Oporinum. Eiusdem commentaria in psalterium, vel paraphrasin Venetijs excudit Aldus anno Domini 1545. in octauo: Eiusdem carmina de rebus diuinis, excu. sunt in Gallia, Basileæ itē cum hymnis Fabricij, & Tiguti apud Froschouerum. * Eiusdem carminum libri 4. ad Franciscum Turrianum. Itē liber quintus ad Alexandrum Farnesium Paraphrasin in 30. Psalmos. Sacrorum carminum libellus longè copiosior quàm antea. Omnia simul impressa Florentiæ 1552. Epistolæ aliquot de veritate doctrinæ eruditæ & sanctitate religionis, in Latium ex Italico sermone conuersæ. Editæ à Camerario Norimbergæ 1571.

Marcus Antonius à Falconibus, natione Italus multa veruisse ex Græcis fertur, nondum quod sciam edita.

Marcus Antonius Maioragius Mediolanensis, scripsit contra Cælium Calcagninum pro defensione Ciceronis. Eius reprehensionum libri duo contra Marium Nizolium, quibus accessit Recusatio omnium eorum quæ Nizolius in decisionibus eiusdem Maioragij tanquam malè posita notauit, excusi sunt Mediolani, anno D. 1549. Commentaria ipsius in Ciceronis Oratorem, Basileæ excusa sunt apud Ioan. Oporinum, anno D. 1551. Eiusdem oratio habita in nuptijs Iacobi Philippi Sacci, qua seni quoque uxorem esse duendam suadet, excusa est Mediolani à Caluuo; anno Domini 1540. Declamatio in aleatores ab eodem edita. Antiparadoxa. Oratio de imitatione nominis. Ea omnia partim in Italia, partim in Germania sunt excusa. Paraphrasis in quatuor libros Aristotelis de cælo, & duos de generatione & corruptione, excusa est Basileæ ab Oporino, anno Domini 1554. in folio. Præterea pollicetur libros, De modo proficiendi in studijs, De officio parentum & filiorum. De risu oratoris & vrbano. Commentarios in duos priores libros Georgicorum Vergilij. Orationes duodecim diuersorum argumentorum, quibus nondum extremam manum addiderit. Quatuor præfationes, aliæque nonnulla opuscula nondum perfecta. Floret nostra ætate, & plura immortalitate digna quotidie conscribit. * Explanaciones in tres libros Aristotelis de arte dicendi, quos ipse Latinis fecit, impressæ Venetijs, anno Domini 1572 in folio.

Marcus Antonius de Marascotis, scripsit in 6. Decretalium de constitutionibus cap. 1.

Marcus Ant. Mantua, quare Marcus Mantua. * Marci Antonij Marechalci, Bononiensis, Discursus ad naturalia principia, vnâ cum expositione proœmij de physico auditu. Verone, anno Domini 1570. quarto.

* Marci Antonij Montisiani, Geminiensis, medici Florentini Quæstiones medicinales 24. Prima de canerabido, aduersus Auicennam, Albertum, Leoniceum, pro Aristotele & Theodoro Gaza. Secunda aduersus Gazam qui 1. hist. anim. cap. 13. inquit: lecur supra seprum positum

est à dextro latere. 3. Aduersus Plinium qui Aristotelis ascribit remoram habere pedes. 4. Contra Leoniceni castigationes in Tegni. 5. De causa continente contra Leonicenum. 6. Stoicorum opinio de causa continente. 7. Methodicorum opinio de causa continente. 8. De causa continente aduersus Curtium. 9. De causa continente aduersus Curtium. 10. Contra Leonicenum in castigatione de phlegmone cum plenitudine. 11. Contra Leonicenum qui in Tegni, p. maiora legit minor. 12. De febre & eius causa contra Fuchsum. 13. De febris subiecto contra Fuchsum & Curtium. 14. An morbus possit esse substantia contra Fuchsum & Curtium. 15. Febris an sit passio calida & sicca contra Curtium. 16. An calor extraneus in essentialibus differētias dissectetur. 17. De sanguinis missione in febre putrida aduersus Curtium & Andrea Thurinū. 18. De medicina subiecto aduersus Manardū. 19. De medicina definitione. 20. De sano & salubri aduersus Manardū. 21. De Aromate ex Manardo. 22. Exanthematis significatio, aduersus Manardū & Fuchsum. 23. De conuulsione & ruptione, aduersus Manardū & Fuchsum. 24. An primi principesque mittendi sanguinis scopi, sint morbi magnitudo, & laboratis robur.

Marci Antonij Mureri Lemouicis Iuuenilia Luteriæ excudit Ambrosius à porta. Oratio eiusdem de studij theologicæ præstantia, excusa est à Vascofano. Eiusdem annotationes in Andriam & Eunuchum Terentij ab eodem excusæ sunt. 30 Quintus Ethicorum Aristotelis ab eo versus & annotationibus illustratus excusus est Tolosæ. Floruit ann. D. 1554. * Idem Teretium locis prope innumeralibus emendauit, ac argumēta in singulis comœdias & annotationes addidit, quibus rursus correctionū magna ex parte ratio redditur, rursus loci obscuriores explantur. Venet. apud P. Manutium, 1555. in 8. Scripsit etiam annotationes in Horatiū, Catullum, Tibullum, Propertium, Philippicas Ciceronis & in Catilinam orationes, quæ emnia Venet. in Aldi officina excusæ sunt. Item variarum lectionū lib. 8. Venet. apud Zillerū, 1559. in 4. Orationum volumen primum, Venetijs apud Marcum Amadorum cum eiusdem interpretatione quinti libri Ethicorum, 1571. Oratio habita in funere Pij v. Pont. Max. Venetijs, 1572. Orationes tres de studijs literarum Venetijs habitæ. Venetijs, 1555.

P. Man. l. 1. Ep. p. 20. l. 3. p. 156. 157. 167. 168. 169.

* **Marcus Antonius Natta**, Astensis, super 2. Codicibus Eiusdem Consiliorum volumina 111. De Deo lib. 50. Impressi Venet. in officina Aldi. De locutione Dei oratio in Academia Veneta exc. Consiliorum tomus quartus editus Venet. 1572. in fol. De passione Domini, lib. 7. in dialogo scripti, Monteregali in folio. Orationes Venetijs, 1560. in 4.

Marci Antonij Palmyreni scholia in Academicas quæstiones, quæ Luculli titulum præferunt, impressa Basileæ apud Ioan. Oporinum, 1544.

* **Marci Antonij Pordenoni Madrigalium** lib. 2. quinque uocum, Venet. apud Gardanum, 1567.

* **Marcus Antonius Triumuir**, librū scripsit de sua ebrietate, ut Plinius testatur lib. 14. cap. 22.

* **Marci Antonij Zimaræ Sanctipetrinatis philosophi, theoremata, seu memorabilium propositionum limitationes** 129. cum additionibus au-

thoris, excusæ Venetijs 1539. problemata variis 104. in præf. Basileæ apud Rober. Vuinter, et multam Aristot. Auerois, & Alexandri Aphrod. problematis. Tabulam dilucidationū in dicta Aristotelis & Auerois, ubi uerba & sententiæ utriusque per omnes philosophiæ partes ordine alphabeti breuiter proponuntur, cum indicatione locorum, in quibus ipsi authores de rebus quæ æstis copiosius pertractant: Scorius impressit Venet. 1537. M. Antonij Zimaræ solutiones contra dictorum in dictis Aristot. & Auerois, in unū collectas, & in ordinem redactas, iuxta librorum Aristotelis & Auerois contextus, Iunij impress. Venetijs anno Do. 1552. cum Auerois operibus. Vide in Aueroe, Claruit anno 1523.

Marci Apicij voluptuarij Suidas meminit, sed nihil ab eo scriptum refert.

Marci Argentarij multa epigrammata passim in Florilegio Græco habemus, & aliquando Argentarius tantum, sine prænomine scribitur.

* **Marcus Atilius**, Vide Atilius.

Marcus Aurelius Cassiodorus monachus, & abbas cœnobij apud urbem Rauēnatē. scripsit variarum seu Epistolatum lib. 12. quos Mariangelus Accursius edidit. De ratione animæ lib. 1. in totum Plat. lib. 1. institutionum diuinarum lectionum lib. 2. in Cantica cantic. lib. 1. institutionem secularium literarum lib. 8. historiam tripartitam composuit lib. 12. catalogū consulum Roman. lib. 1. De etymologijs lib. 1. sacerdotum prænotatiū lib. 1. De schematibus & tropis lib. 1. memoriale scripturarum lib. 1. De orthographia lib. 1. complexiones in Apocal. lib. 1. in epistolas canonicas lib. 7. in actus Apost. lib. 1. Eius orbis liberalium disciplinarum, typis excusus. Rhetoricæ eius compendium Vuchel. impressit Parisijs. Compendium de 4. mathematicis disciplinis, ibidem excusum. Expositio quoque super Psalterium, publicata est. De anima liber, excusus Basileæ apud Rob. Vuinter, cum Phil. Melanch. libro de anima. Eius Chronicon etiam impressum Basileæ apud H. Pet. cum Eusebij et aliorum historijs Chronicis: Sunt autem tabule, quibus Consulum Romanorum series ostenditur. Vide B. Rhenanum in præfatione in Procopium & alios historicos. Claruit anno 575. Cassiodori Chronicon cum Commentarijs Io. Cuspiniani, Oporinus impressit in folio. Institutionum diuinarum libri à Plantino impressi sunt.

Marcus Aurelius Olympius, Nemesianus, patria Carthaginen. poeta nobiliss. scripsit uarias ioculatas, & ænigmatas. Meminit eius Flavius Vopiscus. Vide plura apud Crinitum & Gyraldum de uitis poetarum. Cynegetica eius, in quibus præcipue de canibus & equis docet, & Bucolicarum eclogas 4. amatorias, Gryph. excudit Lug. 1537. cum Gratide uentione, &c. & Aldus anno 1534. Eiusdem liber de aucupio laet, ut fertur, Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris. Floruit autem sub Numeriano & Diocletiano imperatoribus.

* **Marcus Ausias Valentinus** carmine Hispanice multa eleganter scripsisse fertur, sic ut illi tantum tribuatur Hispani quantum Itali suo Petrarchæ.

Marcus Bauius poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur, Eusebius in Chronicis.

Marcus Beneuentanus, monachus Celestinus, scripsit de æquinoctijs aduersus Albertum Pighium dialogos impressos Romæ in 4.

Marcus Brutus epistolas quasdam Græce scripsit, quò tempore ipse & Cæsius mortuo Cæsare bellum cum Dolabella gerit: quas quidam Mithridates dispersas collegit, ut ipse præfatur. Aludus impressit Venetijs, cum cæteris diuersorum Græcis epistolis. Easdem in Latinam linguam à Ramutio Florentino translatis, Oporinus Basileæ impressit anno D. 1554. in Farragine epistolarum Laconicarum. Idem fertur etiam libros de officijs scripsisse. Eiusdem epistolæ 7. Latinæ ad Ciceronem, habentur in libro epistolarum Ciceronis ad Brutum, & vna in appendice eiusdem libri. M. Bruti & C. Cæsij prætoris ad M. Antonium consulem Epistolæ 2. libro vndecimo familiarium Ciceronis epistolarum extant.

* Marcus Caballus Anconitanus scripsit epigrammata Latina & Hetrusca.

* Marcus Calidius citatur à Festo.

* Marci Cælij Oratio pro se apud populum, citatur à Festo.

Marci Cælij epistolæ 18. ad Ciceronem extant, ex quibus totus liber octauus familiarium Ciceronis epistolarum conficitur.

* Marci Citiæ I. C. De vrbe Mediolanensi libellus. Item carmen de eadem vrbe. Mediolani apud Moschenium 1554.

* Marcus Cato vide M. Porcius Cato.

Marcum Cluuium Rufum historicum, diuinijs & eloquentia clarum, sub Nerone, citat Corn. Tacitus lib. 17.

Marcus Cornutus citatur à Fulgentio.

Marci episcopi liber ad Nicolaum quendam, extat Græce in Italia.

S. Marci Eremitæ Gnomæ Græcæ de lege spirituali, item de ijs qui se putant iustificari ex operibus: impressæ Haganoæ, anno 1531. cum translatione Vincentij Obsopæi. meminit earum idem Vincentius in præfatione Maximi in Hecatonades. 4. de charitate. * Marci Eremitæ opuscula conuersa per Ioannem Picum, Parisijs anno D. 1563. in octauo.

Marcus Fabius Caluus Ratiennas, omnia Hippocratis opera vertit, & scripsit simulachrum antiquæ vrbs Romæ, ad Clémentem 7. excusum Romæ 1532.

Marcus Fabius Quintilianus, Institutionum Oratoriarum lib. 16. scripsit, vna cum declamationibus aliquot, varijs in locis excusas, sed ex recognitione Ioachimi Camerarij, & Ioan. Sichardij, aliorumq; doctorum, item expositione præcipuorum locorum libri primi & secundi per eandem Camerarium, & annotatiunculis doctorum in reliquorum quoq; librorum locis difficilioribus, Coloniae apud Gymnicum, & Basileæ apud Brylingerum 1550 item Lugd. apud Gryphum, 1536. cum Guilielmi Philandri castigacionibus sparsim adiectis.

Marcus F. Quintilianus in fine sexti & septimi libri citat librum de causis corruptæ eloquentiæ, qui dicitur esse in bibliotheca quadam Lutetiæ, sed excisis literis ut legi non possit.

* Marcus Fabius Victorinus vide Marius.

* Marci Frytschij Laubani, Hexapolensis, De meteoris liber methodo conscriptus: item Catalogus prodigiorum atq; ostentorum. Norimbergæ 1555. in octauo.

Marcus Fuluius Nobilior, libros fastorum composuit, eoque in æde Musarum & Herculis posuit. Macrobius & Volaterranus.

Marci Furij Bibaculi meminit Sueton. de claris grammaticis, & P. Crinitus de poetis Latinis

10 Vide Gyraldum de poetis Latinis.

Marci Gatinarie medicinæ expositio in nonu Rhazæ ad Almansorem, de curandis morbis à capite ad pedes, excusa Lugd. 1532. apud Vincen. de Portonarijs, cum Blasij Cæsaris Landulphi, & Sebast. Aquilani libellis de febribus, ac eiusdem Aquilani de morbo Gallico: deinde Basil. apud Henricum Petri 1537.

Marci de Grandual apologia de Magdal. impressus Parisijs.

20 D. Marci Heremite capitula de lege spirituali, Vincentio Obsopæo interprete, excudii Basileæ Henricus Petri, cum alijs veterum Theologorum opusculis, anno 1551.

Marci Hieronymi Vidæ Cremonensis poetæ & Albæ episcopi, opera poetica, impressa Lugd. apud Gryph. 1537. & eodem anno Basileæ apud Rob. Vvinter. Sunt autem hæc: Christiados, hoc est de Christi vita, gestis, ac morte lib. 6. De arte poetica lib. 3. De bombycum cura ac vsu lib. 2. De ludo scachorum lib. 1. Hymni, Ode, Bucolica, epistola ad Ioan. Matthæum Gybertum.

*Magniloquus edidit
proximè ad antiquam
eundem carmen accer-
dit, dicit. l. 15. p. 10.
p. 205.*

30 De ludo scachorum lib. 1. Hymni, Ode, Bucolica, epistola ad Ioan. Matthæum Gybertum.

Marcus Hopperus Basiliensis, D. Andreae presbyteri concionè de salutatione Angelica è Græco sermone in Latinum transtulit, excusam Basileæ apud Henr. Petri cum alijs quibusdam orthodoxis scriptoribus, anno 1550. Transtulit etiam 15. librum Eusebij de præparatione Euangelica, excusum cum Eusebij operibus apud eundem. Scripsit præterea præfationes in Damascenum, Eusebium, & Strabonem.

* Marci Iunij Bruti Comentarij citantur à Varone de lingua Latina.

Marci Iunioris, aliàs Pompeij, hexastichon lib. 1. Florilegij Græci.

Marci Leonelli Fauentini de Victorijs, de egritudinibus infantium liber, impressus 1544. apud Geor. Rhuffnerum. Vide in Leonello Fauentino.

Marci Lepidi Imp. & Pont. max. epistola ad Senatum plebemq; Romanam, libro 10. familiarium Ciceronis epistolarum. Eiusdem ad Ciceronem epistola, ibidem.

Marci à Machari verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis bap.

Marcus Manilius Antiochenus, astrologus & poeta, astrologiæ præcepta primus versibus Latinis descripsit, & Augusto dedicauit: teste Plinio lib. 37. & Volaterr. lib. 17. Eius Astronomico versibus heroicis ad Augustum Cæsarem libri 5. impressi Venetijs apud Aldum cum Iulio Firmico & alijs astronomicis: & Basileæ apud Heruagium cum eodem Firmico. Extant in eundem commentaria Laurentij Bonicontrij.

60 Marcus Mantua, Benauidius, Patauinus, iuræconsultus celeberrimus, plurima scripsit, quæ Venetijs & Patauij edita sunt, Nempe Collectanea

in ordinatas partes iuris, matutinas, & vespertinas, Super 1. & 2. ff. veteris, lecture veteres & nouæ. Super 1. & 2. Codicis lecture veteres & nouæ. Collectanea super ff. v. Infort. ff. nou. & C. Lecture super Decretalibus. Observationum legalium lib. 10. Styli sacri palatii Apostolici & curiæ Romanæ centuria. Consiliorum volumina ducenta. Eucheridion. Practica. Cautelæ. Vitæ recentiorum Iurisperitorum. Aequilibrium scholasticorum. Bassanellus. Theſeus quo explicantur leges & tituli de annuis legatis, de alimentis & cibarijs legat. de auro & argent. leg. de condi. & demon. de incen. rui. nau. ff. de iurisd. omn. iud. De concilio dialogus. Polymathia, seu de multijuga doctrina. De regulis iuris. Isagogicus. De priuilegijs militaribus. De criminibus. De iure protomiseos. De argumentis tollendis. De fauoribus libertatis, liberationis, pupilli. De legitima filiorum quantæ & qualis sit, deq; maiore annorum 14. efficaciter obligando, atq; de iure protomixeos. G. Rouillius impressit Lugd. 1548. Catalogus virorum illustrium qui vel scripserunt, vel iurisprudentiam docuerunt in academijs, & quo tempore floruerint, ordine alphabetico. Adiectis controuersijs quibusdam Parauij, 1555. Dialogismus siue Glossarium iuris sermonesq; Socratici, rerum sane variarum. Venetijs, anno 1572. in folio.

Marci Marulli Spalatensis Euangelistarium, 30 sub fidei, spei & charitatis titulis in septem libros partitum: impressum Colonia, 1532. cum Meginhardi libro de fide. Marulli Epigrammata typis excusa sunt. De religiose viuendi institutione lib. 6. per exempla ex veteri, nouoq; testamento collecta, ex authoribus quoq; D. Hieronymo presbytero, Gregorio pontifice Maximo, Eusebio Cæsariensi, Ioan. Cassiano, nonnullisq; alijs qui vias conscripserunt sanctorum: digesta per capitula siue locos communes 70 Petrus Quentel excudit Colonia, & Ioannes Soter Salingiaci, anno D. 1540. & Basileæ Adam Petri 1513.

* **Marci Menartij Decretalium Pentateuchus** in epitomen reuocatus.

Marci Mercatoris Salinensis orationes duæ, vna de laudibus D. Lucæ, altera funebris in Aemilium Ferretum, excusa Lugduni à Matthia Bonhomme. anno D. 1551.

Marci Messalæ auguris libros citat Gellius libro 13. cap. 14. & Fenestella ex eodem in præfatione libelli de Magistratibus Romanis.

* **Marcus Molinus** edidit Ioan. Baptistæ Egnatij exemplorum libros.

Marcus monachus, & discipulus S. Benedicti, scripsit post beatum Gregorium Papam, heroico carmine, vitam S. Benedicti lib. 1. & quædam alia. Claruit anno D. 610. Vide ne hic idem sit cū M. Eremita, de quo supra dictum est.

B. patris **Marci** de pœnitentia sermones octo, & alij sermones diuersi, Romæ extant Græce: & Opus monasticum, ibidem

Marcus Musurus, Cretensis, scripsit epigrammata aliquot, præcipue in Græcos libros per Nicolaum Blastum Venetijs impressos, circa annū Domini 1500, item præfationes aliquas prosa,

vt in Etymologicon Græcum, & cætera. * **Marcus Neuianus** Flander, Gerardimontanus, carmine scripsit de plantarum viribus, Louuanij anno D. 1563.

Marcus de Oddis Parauinus, cum Romulo Fabio Florentino, ea quæ in Aristotelis & Auerrois operibus Ioannes Baptista Bagolinus morte præuentus emendare non potuit, absoluit & castigauit. Addidit etiam præfationem, qua editionis operum Aristotelis & Auerrois rationem reddit. Iunctæ impresserunt Venetijs. Idem Oddi de Oddis patris sui libros edidit, & apologiæ adiecit, pro germana ac nondum explicata Aristotelis, & Galeni sententia de putredine, aduersus Argenterium. Venetijs apud Meieros fratres, anno D. 1570. quarto.

* **Marcus Pacuuius** poeta verustissimus, citatur à Nonio, Festo, Gellio, Macrobio in his fabulis, Anriopa. Armorum iudicio Atalanta. Chryse. Duloreste. Hermiona. Iliona. Medo. vel Medea. Niptris. Paulo. Peribœa. Tanralo. Tetro. Præterea in Mercatore & Tarentilla, à Varro. Fragmenta carminum Pacuuij impressa sunt ab Henrico Stephano cum reliquorum Latinorum poetarum fragmentis.

Marci Papæ decreta, cum reliquis impressa sunt Colonia. Eius de missione capitulorum Niceni Concilij Athanasio & omnibus Aegyptiorum episcopis, habentur cum Athanasij operibus. Item cum recognitionibus Clementis Basileæ impressis, epistola 1.

* **Marcus Pfeifer** præses disputationis medicæ. De lacte.

* **Marci** de Perusio Iureconsulti Consilium, Ad petriū compromissi ex forma statuti posuit petri post litem contestatam. Impressum in fine tractatus Lanfranchi de Orano de arbitris.

Marcus Portius Cato Censorius, scripsit Originum libros, quorum septem à grammaticis citantur. De re militari. Commentaria iuris ciuilibus. Epistolas. Carmen de moribus. De rusticis. Orationes centum & quinquaginta, de quibus hæc inscriptiones leguntur apud Gellium Festum, Nonium, Macrobiū. In Marcum Cæcium quarta. In Annium. De Achæis. De ædilibus vitio creatis. In Marcum Cæcium, In Marcum Cæcium. Si se Cælius Tribunum plebis appellasset. Pro se contra Cæcium. In Cornelium apud populum. De Carthaginensi bello. De dote. De falsis pugnis. In Marcum Fuluium Nobiliorem, cum ediserat eius censuram. In Lucium Furium. Ad milites contra Galbam. De Letorio vel Lætoria lege. In Quintum Minurium Thermum. De Ptolemæo contra Thermum. In Oppium. In Lucium Verurium de sacrilegio commisso. Pro Lucio Cæstio. In Pansam. De decem hominibus. De suis virtutibus. De moribus Claudij Neronis. De præda mittum diuidenda. Numantia equites. De spolijs ne figerentur nisi quæ de hostibus. Ne quis Consul bis fieret. Ne imperium si veteri ubi nouus venerit. Aediles plebis sacrosanctos esse. De tribunis militum. Pro Rhodiensibus. Contra Tiberium exulem. Pro Lucio Terentio contra Cneum Gellium. De sacrificio commisso.

missio: forte eadem in Veturium de sacrilegio commisso. In disuasiōe ne lex Bæbia derogaretur. De fœneratione legis Iunæ. In suasiōe ne ne legi Orchæ derogaretur. In suasiōe legis Voconæ. In disuasiōe de rege Attalo, & vestigalibus Asiæ. Ad lites Censorias. De coniuratione. In disertatione consularis. In consulari. De re Histriæ militari. De signis & tabulis. Apud equites. De Auguribus. De Indigitibus. De fundo oleario. Porro ex omnibus Catonis scriptis integer tantum superest liber de Re rustica ab Aldo, & à Roberto Stephano ex Petri Victorij emendatione impressus. Circumferuntur etiam quædam fragmenta ex libro Originum de genibus Italiæ, impressa cum Beroso, Myrsilo & alijs quibusdam. Oratio de lege Oppia contra Lucium Valerium (ex Liviō vi arbitror desumpta) Parisijs à Vuchelo edita est.

* Marcus Cato Marci filius, egregios de iuris disciplina libros reliquit. Gellius libro decimo tertio, capite decimo octavo. Huius forte est regula Catoniana, à quam Vlpianus librum singularem scripsit.

* Marcus Cato, Marci nepos, multas Orationes ad exemplum aui scriptas reliquit. Gellius libro decimo tertio, cap. 18.

Marcus Salindienus Saturnini tyranni vitam conscripsit.

Marcus Scavrus libros de vita rebusq; suis generis composuit.

* Marci Stephani à Vigerono, Petragorici lusitanici in florentissima Auenionensi Academia, Alphabetum legale, teneræ & rudi legum uuentuti utilissimum & frugi. Item Dialogi res de materia legitima obligationum & furto. Item Orationum liber, inter quas est una in commendationem furieris Aemilij Ferreri, Epigrammatum quoq; liber. Auenione impress. Bartholomæus Böhnhomme 1555.

Marci Tacij Alpini, ad Vuolfg Anemæcium præceptoris suum epistola elegiaca, impressa ad calcem scholiorum Anemæcij in bucolica. Eiusdem epistola ad Vuolfg. Hung. I. C. in qua furtum per lancem & licium conceptum quid sit, aliter quam hætenus explicatur. impressa Basileæ anno D. 1545 à Ioan. Oporino, in 4.

Marcus Terentius Varro plurimos & doctissimos libros composuit, quorum catalogum olim D. Hieronym. conscripsit, Varroni Origenē conserens, verum huc temporum iniuria amissus; sed nuper vir doctissimus Vertranus Maurus vitam Varronis conscripsit, & librorum eius inscriptiones ex Cicerone, Gellio, Pompeio, Nonio, Fulgentio, Lactantio, Seruio, Macrobio, Augustino, Acrone, Porphyrio, Prisciano, collegit; sunt aut hæc. Antiquitatum libri quadraginta & unus, opere in duo volumina disperso, quorum alterum inscriptum fuit titulo Rerum humanarum; quod Pinius nūcupat Humanarum antiquitatum. De his libri fuere 25, quorum Senos Varro quatuor dedit partibus: sex primis de hominibus, secundis sex de locis, tertijs de temporibus, sex quartis de rebus scripsit. Unus autē singularis ante omnes positus qui de omnibus loqueretur. Singulos

porro ex senis proprio nomine inscriptos ex Macrobio constat. Alterum volumen C. Cæsari dictatum titulum habuit Rerum diuinarum, in hoc theologiam Rom. ciuitatis 16. libris explicauit. Nam totius operis initio unico libro positum, qui de omnibus tractaret, sequentes tres priores inscripti sunt de hominibus: alteri tres de locis: tertij de temporibus: quarti de sacris: postremi tres de Dijs, primus de Dijs certis, secundus de Dijs incertis, vltimus de Dijs selectis. Cæterorum etiam librorum quisq; proprio nomine donatus fuit. Præterea extra volumen antiquitatum scripsit Varro, De cultu Deorum libellum. De vita populi Romani li. 4. quorum Nonius meminit, vbi in quibusdam exemplaribus mendose legitur, de vita patrum. De tribubus. De Auguribus. Hebdomadades vel De imaginibus. De proprietate scriptorum. De comædijs Plautinis. Ad Libonem. De gente populi Romani. *Διοβήτωρ* in quibus quidam

quaq; gente fuerit indutum scribit. De pontificaliibus. Mystagogorum libri. Plautinarum questionum lib. De compositione Satyrarum. De poetis. De officio Senatus habedi, ad Cn. Pomp. Epistoliarum questionum lib. De Scenicis Originibus lib. 3. Disciplinarum lib. De Geometria liber ad M. Cælium Rufum. De Arithmetica libellus hodie quoq; superstes in bibliotheca Rodolphi Cardinalis. *Περὶ τῆς φύσεως* De rerum natura. De republica li. 20. Rhetoricorum vel ut Vertranus cæset Theologorum. De philosophia. Epistolarum libri. De æstuarijs. *Ἡράκλειδος*. *Περὶ τῆς φύσεως*. De familijs Trojanis; quem eundem cum superiori cæset Vertranus. Carus. De admirandis rebus, siue mirabilium. Tres proxime enumerati libri, vno volumine inclusi, & generali nomine historici inscripti sunt. Capius vel de liberis educandis, Logistoricus. *Περὶ τῆς ἀνομιᾶς* Papius seu de indigitamentis. Orestes vel de Insania. Sisenna seu De historia Pius vel De pæse Marius seu de fortuna *ἡσπέρτιος*

40 *ἡσπέρτιος*. Satyræ quas quidam Cynicas ipse Menippeas appellauit, de quibus quædam oratione prosa, quædam versu scriptæ fuere. Ex his fuerunt libri qui sequuntur. Væ vitis, siue *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. De lege Menia. Vinalia siue *Περὶ ἀποπιδίονος* Eudæmones. Quinquatria. Ephemeris Ecclesia *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας* quæ & Cosmotoryna inscribitur. Testamentum *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Marcipor. *Ἐθὸς ἡ νόμος*. Antiquo cæti. Andabate. Hippocid. Meleagri. Eumenides. Virgula diuina. Sescquiulyffes. *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Columna Herculis. Hercules Socraticus. Serranus seu *Περὶ ἀποπιδίονος*. Modus est marule siue *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. De ludis theatralibus. De gradibus *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. *Ἐθὸς ἡ νόμος* Bimachus, vel Bimarg. vel *ἡσπέρτιος*. *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. *Ἐθὸς ἡ νόμος* Mystera. Parmenō. Agatho. Marcopolis siue *Περὶ ἀποπιδίονος*. *Ἐθὸς ἡ νόμος* Titonius siue *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Hecatombæ siue *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Dulorestes. Achaica. Flexibulæ siue *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Promethei thirfus. Tanaquil *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Cras credo hodie nihil. Desulcorius seu *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Iunius *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. *Περὶ ἀποπιδίονος*. Synephabus vel *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Accinius. Terent. Noprandia apud Nonium vbi tamē Iunius legit Admiranda. Pransum parauit. Prudulus Appollo, siue *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Iunius legit *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Turnebus *ἀναγνώστως*. Caprinum prælium, vel *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας*. Iunius *Περὶ τῆς ἐπιθυμίας* legit. Gemini. Ajax. Prætica

vocantur *Paradoxa*, liber mancus, de Legibus lib. 3. dialogo conscripti, ad imitationem Platonis, de Officijs ad M. filium lib. 3. Lælius, seu de amicitia dialogus. Cato maior, seu de senectute dialogus. Paradoxa sex ad M. Brutum, ex sententiâ Stoicorum, & Socraticâ, quâlibet M. Cato Bruti avunculus sæpe tractare solebat. de vniuersitate liber, ex Timæo Platonis conuersus. Q. Ciceronis de petitione consulatus ad M. Tullium fratrem liber. appendix de re militari incerto autore, quanquã vulgo Ciceroni tribuatur. Fragmentum interpretationis in Arati phænomena, quod ab eo adhuc adolecente emissum constat. Circumfertur etiam Synonymorum quidam libellus cum epistola Ciceronis ad L. Veturium, pseudepigraphus, vt apparet, impressus. M. T. Ciceronis libros de gloria, vita beatâ, & quâsdam orationes hæcenus non visas, Beatus Rhenardus in epistola impressa cuti libris eius de rebus Germanicis, amico quodam tanquam apud ipsum extantes, petit. M. Tullij Ciceronis opera quæ iniuriã temporum intercederunt, ex citatione plurimorum authorum collecta, hæc sunt. Orationes numero 16. Pro Q. Gallio ambitus reo. Pro M. Aemilio Scauro ambitus reo, vna: pro eodem repudiarum reo altera. Pro C. Cornelio dug. pro L. Varenio. pro Tullio pro P. Oppio. Pro Fudanio. Pro C. Mustio. Pro Acilio duæ. Contra concionem Q. Cæcilij Metelli. In Clodium & Curionem. De imperio Cn. Pompeij Epistolarum libri 24. ad Hirrum lib. 9. Ad Brutum 8. Ad Pompeium 4. Ad Pansam 3. Ad Cæsarem Dictatorem 3. Ad Cæsarem iuniorem 3. Ad Cornelium Nepotem 2. Ad Ciceronem filium 1. Ad Caluum. Ad Cærelliam. Ad Herodem epistolæ Græcæ. Philosophici lib. 14. De republica 6. Academicarum quæstionum vltimi 3. De gloria 2. De consolatione 1. Horatius 1. Catulus 1. Versa ex Græcis. Accusatio Aeschiniis. Defensio Demosthenis. Protagoras Platonis. Oeconomicus Xenophontis. Varij lib. De consulatu suo; libri tres heroico carmine conscripti. Commentarius consulatus sui Græcus. Poema seu *in* ad Cæsarem. De iure ciuili in artem redigendo. De re militari. De augurijs. Prognostica. Topothesia Bazarum, & Puteolorum, Iocularis libellus. De orthographia. M. Tullij Ciceronis opera ex editione Dionysij Lambini Lutetiæ impressa sunt. Post hunc Matthæus Dresserius Ephordensis annotationes melioris lectionis passim per cõplures libros Ciceronis ex manuscriptis cõdicib: excerpit, quas breui in lucem edendas speramus. M. Ciceronis Officia cum Animaduersionibus Ioan. Couchij. Corn. Valerij. Guiliel. Cãnteri: & annotationibus Lambini. Apud Plantinum, 1568.

* Marcus Valerius Coruinus pro Liburnia citatur à Festo. Et alibi M. Valerius Messala augur.

Marci Valetij Martialis epigrammatum li. 14. impressi Venetijs ab Aldo, Lugduni, Anruerpiæ à Plantino. & alibi, etiam cum commentarijs: & Basileæ apud Heruagium, cum annotationibus Micylli, postremò Tiguri ex repurgatione Gesneri, in locos digesta. Vixit Romæ sub Domiciano & Nerua Cæsaribus.

* Marcus Verrius Flaccus, Grammaticus &

præceptor nepotum Augusti Cæsaris, scripsit Rerum memoria dignarum libros aliquot. Saturnum. De obscuris Catonis. De verborum significatione. De orthographia. Epistolas. Carmina. Vitam eius breuiter describit Suetonius lib. de Grammaticis. Libros Verrij Flacci, De verborum significatione, Sex. Pompeius Festus in breuiorem formam redegit, cuius Epitomen hodie mantam & laceram habemus: cum quã Venetijs, 1560. excusa sunt fragmenta quædam Verrij.

* Marci à Vucida Dominicani, Explicatio orationis Dominicæ. Colonia, 1573. Germanice.

* Marcus Veritanius Maurus libros Varronis de lingua Latina retensit, & censuram ac notas addidit. Lugduni apud Gryphium, 1563. in octauo. Scripsit de iure liberorum librum singularem. Lugduni, 1558. in quarto. Item in Corn. Tacitum annotationes, ibidem editas.

20 Marci Vigerij S. Mariæ trans Tyberim presbyterij, in Decachordum Christianum ad Iul. Pont. max. lib. 2. impressi.

Marcus Vigerius episcopus Senogalliensis, scripsit dialogum de tollendis abusibus ecclesiæ.

Marci Vitruuij de architectura lib. 10. impressi Venetijs, 1511. ex castigatione Ioan. Iocundi, cum figuris & indice: & Florentiæ apud hæredes Philippi Iunta, 1522. cum Iulio Frontino de aquæductibus vrbs Romæ. Ratio architecturæ antiquæ ex Vitruuio & alijs veteribus excerpta, primum Hispanicè edita autore Iacobo Sacredo, deinde Gallicè Parisijs apud Colingum cum figuris. Vitruuij liber de hexagonis, heptagonis, & id genus, anno 1494. inuentus in cænobio quodam ad Bobium oppidum. Raphael Volaterranus Geographiæ lib. 4. Libri de architectura Latine quoque edui sunt Argentiniæ in quarto, item Venetijs in folio, anno 1567. multis figuris & descriptionibus aucti. Ibidem quæque Italice edui sunt. Notimbergæ vero Germanice cum commentarijs Gualt. Riffi.

40 Marie cuiusdam sororis Moyli liber, alchymisticus puto, circumfertur manuscriptus.

Mardochei nomine epistolam quandam ad Alexandrum manuscriptam, vidisse se Contr. Gesnerus in Bibliotheca sua testatur. Hunc putant nonnulli scripsisse librum Esther, historiam veteris Testamenti. Exat & inter Thalmudicâ Mardochei scriptum de ritibus Iudæorum.

50 * Mares *in* citatur à Stephano in Mauritania.

Mares episcopus Bithynicæ Chalcedonis in Iulianum inuehitur; apud Suidam: quem; si liber, consule.

Mariungeli Accursij diatribæ excusæ sunt Romæ apud Marcellum Argentum, anno Domini 1514. in folio. Vide in Accursio Mariungelo.

60 Marianus monachus Fuldenis ordinis sancti Benedicti, natione Scotus, scripsit ab initio mundi vsq; ad sua tempora Chronicam insignem lib. 3. de concordantia Euangelistarum lib. 1. de compoto quoq; lib. 1. Emendationes Dionysij; Annotationes scripturarum, De cyclo paschali. Algorithmum Breuiarium in Lucam. Epistolas

horratorias. Chironicon eius editum est Basileæ. Obijt Moguntia, anno 1086.

Mariani Sancti Barolitan, natione Itali, medici ci nostra ætate Venetijs experiētia claris. operã quædam impressa Venet. apud Iuntas, 1543. nempe, commentaria in Auicennæ textum de apostematibus calidis, de contusione & attritione, de casu & offensione, de caluarie curatione, compendium in Chirurgia. libellus de lapide renum, scorsim quoque excusus Parisijs apud Vuchelum. libellus aureus de lapide vesicæ per incisionem extrahendo, cum figuris instrumentorum. libellus quiddam de modo examinandi medicos chirurgicos. Oratio de laudibus medicinæ. In præfatione inuehitur aduersus recētiōres medicos Græcæ linguæ studiosos, & Auicennam defendit. Stylus rudis est ac barbarus. Eius Compendium Chirurgiæ. De capitis læsionibus à Chirurgo curandis. De calculo renum & vesicæ, eiusque causis signis & curatione. De lapide vesicæ per incisionem extrahendo. De modo examinandi medicos chirurgicos: Impressa sunt Tiguri apud Gesneros fratres in opere chirurgico. Claruit anno Domini 1544.

Marianus Marci Causidici F. scripsit libros plurimos. Metaphrasim Theocriti iambis, 3150. Metaphrasim Apollonij Argonauticorum iambis, 5608. Metaphrasim Callimachi Hecales, Hymnorum & Causarum, & Epigrammatum iambis 6810. Metaphrasim Arati, iambis 1340. Metaphrasim Nicandri Theriacorum, iambis 1370. & alias multas metaphrases. Vixit sub Imp. Anastasio. Suidas.

Mariani Scholastici epigrammata 6. extant li. 4. Florilegij Græci.

Marianus Sozinus maior, & alter iunior, siue nepos illius, eiusdem nominis, ambo iurisperiti fuere in Italia. Scripta eius hæc citantur: Fallentia, impressa, Repertorium nouum. cõsiliorum volumina 4. in 2. infortiari de legatis 1. l. sciendum. super 1. ff. vet. lectura super Decretal. de iuramento calumniæ. de for. com. in 2. Decr. de libel. obla. de mutuis petit. de litis contesta. in 3. Decr. super Rub. & ne clerici. vel mon. c. sententia Maria, in 5. de accusatione. c. veniens. & De homicidio. c. ad audientiam. Item de instantia. in c. venerabil. de iudi. de testibus post publicationem fraternitatis. de visitatione. Vide Aeneam Syluiũ in fine capitis 55. descriptionis Europæ. *Marianus* Sozinus senior, scripsit tractatus plures elegantes & copiosos. Repetitiones multorum capitulorum. varia doctrina refertas, quæ omnia in vnum volumen redacta, sub eius nomine circumferuntur. Scripsit etiam super totum corpus iuris canonici, verum hæc lauant adhuc in Musæis quorundam doctorum. Edidit cõsilia quàm plura, quorum non pauca inserta sunt consilij Bartholomæi eius filij, in primo volumine.

Marianus Sozinus iunior senioris *Mariani* nepos l. C. hac nostra grate omnium celeberrimus, docuit olim Senis, Pisis, deinde Patauij annos quamplurimos, postremo Bononiam honorificentissime reuocatus, summa cū laude iam à multis annis ibi proficetur. Scripsit super 1. & 2. Infor. Super 1. & 2. ff. no. satis copiose in modum repe-

titiois. Item edidit Rub. ff. solu. matri. Rub. l. 2. & l. cum filio de legat. & para. Cato. Et l. Stipulatus. ff. de verb. oblig. Item duo magna consiliorũ volumina Venetijs impressa. Parat etiam editio ni (vt audio) tertium volumẽ consiliorum. * Eius commentaria in quatuor lecturas vespertinas, in celebrioribus Italiæ gymnasijs prælecta excusa sunt Venetijs. anno 1566. in folio. *Marianus* Sozini ac Bartholomæi filij, Senensium, volumina quatuor, Francisci Pepij solidis appendicibus ornata: annotationibus illustrata & aucta. Venetijs, 1572. in folio.

Marianus, natione Romanus, patria Zinzanensis, ordinis eremitarum S. Augustini, theologus consularissimus, ac totius ordinis generalis Prior, &c. Quanta huius viri doctrina, quanta eloquentiæ vis ac maiestatis fuerit, partim ex sermonibus, partim ex epistolis & orationibus à se eruditissimè editis quisque dilucidè elicere potest. Scripsit sermones varios, & orationum lib. 1. epistolarum lib. 1. Claruit anno 1508.

Maria Sypontini oratio, nescio cuius argumenti, excusa est in Italia.

Marini Barletij Scodrensis sacerdotis, de vita, moribus, ac rebus gestis, præcipuè aduersus Turcas, Georgij Castrioti Epirotarũ principis (qui propter celeberrima facinora Scanderbegus, id est Alexander dominus vel magnus cognominatus fuit) libri tredecim, eleganter conscripti: Crato Mylius excudit Argentorati, 1537.

Marini Becichemi Scodrensis opera quædam impressa feruntur: nempe, Prælectio in Plinium excusa Lutetiæ, cum alijs, &c. ratio scribendarum epistolarum, impressa Basileæ, 1541. apud Oporinum. castigationes eius in libros Ciceronis de oratore, de Inuentione, & in Rhetorica ad Herennium. Robertus Vuinter excudit Basileæ, 1541. cum commentarijs diuersorum in omnes Ciceronis libros de Arte rhetorica.

* *Marini* de Carantano Glossæ super constitutionibus regni Siciliae, & ritibus magnæ curiæ vicariæ.

* *Marinus* Frecia de subfeudis baronum & inuestituris feudorum.

Marinus Neapolitanus philosophus & rhetor, discipulus & successor Procli, vitam eius profa & versibus conscripsit, quæ etiamnum extat. Vide plura apud Suidam, qui duobus proximis locis *Marini* meminit. * *Marini* liber de vita Procli Græce & Latine editus est Tiguri apud Gesneros fratres, cum Antonini Imperatoris libro.

Marini philosophi *protheoria* in Euclidem in bibliotheca Henrici Memmij. In Euclidis data, in Vaticana & Strozæ: nescio an idem opus cum *protheoria*.

Marini anatomicorum commentariorum meminit Galenus lib. 2. anatomicarum administrationũ, & eos imperfectos & obscuros nominat.

* *Marinus* de Porta super constitutionibus regni Siciliae.

Marinus Sanutus, patricius Venetus, scripsit de magistratibus Venetijs lib. 1. de vitis principum Venet. librum 1. de bello Gallico libros quosdam & Latine & vulgariter. & alia quædam de his

de huius viri scriptis vide præfationem Aldi in opera Angeli Politiani.

Marius Tyrius, libros de Geographia scripsit, unde sua Ptolemæus mutuo accepit, qui cum sua interpolat & corrigit. Volat. lib. 17. Urb. com.

Marius Aquiculus, vir nobilis, Italus, eques auratus, scripsit pro Baptista Mantuano, Defensorium in Sycophantas lib. 1. Item de opportunitate librum impressum, in quarto. Item de Natura, & de Amore. Claruit anno Domini 1510. Stephanus Bassignanus.

Marij Arcadis Narniensis ad l. 1. C. de edendo interpretatio noua. Lugduni Gryphius, 1543.

Marius Galeota Monasteratij princeps, versis aliquot orationes Gregorij Nazianzeni: & nescio quæ opuscula Plutarchi.

Marius Maximus principes Romanos descripsit. Raph. Volaterranus. Politianus intercidisse conuenit.

Marij Nizolij Brixellensis obseruationes in Ciceronem, ordine literarum digestæ, quibus omnis veræ Latine loquendi ratio, & quot quibusque modis vnâquæque vox distingui variarique possit, per exempla Ciceronis planè demonstratur: liber, qui omnium grammaticorum vicem vnus cumulatè præstet, & ad quam quasi normam si vnus eorum præcepta requirantur ac dirigantur, facile verane sint, an falsa, appareat. Denique omnibus bene dicendi atque eloquentiæ Latine studio summa utilis ac necessarius, diligentissima cura ac maximis laboribus collectus. Accessit præterea diuersarum Ciceronis editionum collatio, qua ceu Thesei filo in singulis locis inquirendis, vti commodissime ac citra negotium licebit. Robertus Vuinter excudit Basileæ, 1530.

& rursus anno 1541, adiectis etiam illis vocabulis quæ Basilius Zanchus post Nizolium ex Cicerone collegerat. Et Heruagius demum anno Domini 1548, cum magna accessione verborum Ciceronis, per Cælium Secundum Curionem. Marij Nizolij de veris principijs & vera ratione philosophandi contra pseudophilosophos libri 4, impressi Parmæ, anno Domini, 1553. Idem transiit Galeni explanationem obsoletarum vocum Hippocratis. Liber ab eo accurate recognitus, excusus est Venetijs à Iuntis cum operibus Galeni, anno Domini 1550. Quædam etiam scripsit contra M. Ant. Maioragium.

Marius Oliuetanus, Italus, Lasciuum cæmen Romæ agens, florenti ætate edidit. Quod tandem excusat Baptista Mantuanus, dum senex grauiora atque sanctiora scriberet. Ex syluis Baptistæ.

Marius Philelfus, Francisci Philelfi supradicti filius, eques auratus (quales nostri milites appellant) & laureatus poeta, scripsit inter cætera opus præclarum præceptorum Artis rhetoriæ, distinctum in lib. 3. Orationes elegantes lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. cantilenas & rhythmos. Sed & alia multa metro & prosa composuit, quæ ad me non venerunt. Claruit anno 148.

Marij Plotij veteris grammatici scripta nondum in vulgus edita, citantur ab Adriano Iunio in Annotat. in Hesychium: & à Cuiatio in Obseruationibus.

Marius Podianus librum scripsit de aduentu Pauli III. Papæ Perusiam, & pompa qua exceptus est.

Marij Rustici librum Domitius Calderinus, cæteris incognitum, se gloriabatur è Gallia attulisse: qui tamen codex, ne extincto quidem illo, vnquam apparuit. Ang. Politianus in præfatione in Sueton.

Marius Salmonius Albertifichus, eques Romanus, Baptistæ Caccialupi auditor, in gratiam Iulij medices Cardinalis instituit disputationem super lege Gallus in ff. Tit. de liberis & posthumis, quam publice exegit in magno Cardinalium 22, Episcoporum, iureconsultorum, & omnis generis doctorum conuentu, posteaque in iustos commentarios redactam edidit. Hortatu Leonis X. pontificis, iam senex inceperat in libros ff. exactiorem interpretationem describere, iamque in librum 1. absoluerat, cum morte intercepit perijt. scripsit præterea repetitiones & tractatus aliquot, quæ vulgo impressa habentur. Item commentaria de probationibus, & libros de principatu ad Leonem X. plura Ioan. Fichardus in eius vita. Eius commentarioli in librum Pandectarum iuris, cum pulcherrimis annotationibus, & inter cætera verus & hætenus non perceptus sensus l. 1. de iust. & iure. Tractatus de bono & æquo ab alijs non explicitus, Repetitio in l. vt vim. item in l. omnes populi, conciliatis veterum & nouellorum iurisconsultorum traditionibus, commentariorum lib. 6. Tractatus de voluntario & inuoluntario. Vera enarratio in l. 1. & l. penul. de constit. princ. Similiter & in l. 1. de Senatoribus, & in sequentes legum titulos vsque in finem: à Cratandro excusa Basileæ, 1530. In l. Gallus, & in para. Responso prudentum paradoxæ: ibidem eodem tempore excusa. Citatur quoque scriptum eius de origine iuris l. 1. & 2. & commentarius peculiaris in 1. ff. vet. vsque st. de officio assessoris, inclusiue.

Marius Sergius. Vide in Seruio.

Marius Victorinus Afer D. Hieronymi præceptor, ab alijs M. Fabius Victorinus nominatur, conuersus ad fidem Christi in senectute sua, scripsit contra Arianos lib. 2. de sancta Trinitate lib. 1. contra hæreticos lib. 1. De hominibus quoque lib. 1. De Trinitate hymnorum lib. 1. in epistolâ apostoli Pauli lib. 14. & quedam alia. Libros contra Arrium & hymnos, Henricus Petri excudit Basileæ, 1528. cum varijs aliorum opusculis contra hæreticos. Item in Hæreseologia. Præterea eiusdem confutatorium Candidi Ariani de generatione diuina, excudit Oporinus cum Ziegleri Conceptionibus in Genesim, 1548. Eiusdem historię Machabæorum li. 1. carmine scriptus, cum Christianorum poetarum veterum operibus editus est Basil. 1562. Eius commentarij in Ciceronis rhetoriam veterem, siue de inuentione li. 2. impressi Venet. 1500. & Colon. apud Gymnic. 1535. ex castigatione Gyberii Longolij, cum eiusdem Gyberii annotationibus in obscuros locos rhetoricorum ad Herennium, & Parisijs, 1537. apud Rob. Stephanum, Postremo Basileæ, 1541. à Roberto Vuinter, cum commentarijs diuersorum in omnes rhetoricos Ciceronis libros, Extrat etiam Porphyrij

P. Man. l. 2. Ep.
71. l. 6. p. 332. 333.

Magoge, ex translatione Victorini, cum Boetij commentarijs. Eiusdem (vt opinor) Marij Victorini grammatici & rhetoris de enunciatione literarum, orthographia & ratione carminum siue metris comicis libri 4. excusi Basileæ apud Adam Petri, cum Rhemnio Palæmone, & alijs antiquis Grammaticis, 1527. ijdem libri integriores ediri sunt à Camerario Tubingæ, 1537. in quarto. Extant & eius in poetica commentarij exquisitæ frugis, si integri & non mutili à studiosis haberentur. Claruit anno 1360.

Marlandes scriptor citatur apud Fulgentium in Mytholog.

* *Marmaridij* Babylonij Magi meminisse Plinius lib. 30 cap. 1.

* *Marpisus* orator fuit garrulus & turbulentus. Suidas.

* *Marquardi* Rasi Practica. Matth. Dresserus.

* *Marquardus* de Sufanis Vtinenfis, De tælibatu. De Iudæis & alijs infidelibus. Venetijs, 1558. 20 in quarto.

Marsilius Andreas Mantuanus, scripsit Italico sermone orationem doctissimam de amplitudine misericordie Dei, quam in Latinum sermonem conuersam, excudit Oporinus Basileæ, anno 1550.

Marsilij Physica, commentarij de generatione & corruptione, Opus de religione Christiana: libri sunt impressi in Italia, haud scio an vnus auctoris. Coniicio tamen, physica & commentarijs de generatione esse Marsilij de Ingen, de quo inferius.

Marsilius Ficinus, patria Florentinus, scripsit multa præclara opuscula, de quibus feruntur: Theologia notabilis lib. 1. de intellectu & intelligentia lib. 1. in conuiuium Platonis li. 1. epistolarum lib. plures. de triplici vita libr. 3. Apologia, in qua agitur de medicina & astrologia, quod ad sacerdotes pertineant: & de vita mundi, deq; magia & magis, qui Christum statim natum saluarunt. Item antidotum Epidemiorum & præseruationem secundæ valetudinis: Cratander excudit Basileæ, anno 1532. eiusdem opus de triplici vita, de voluptate lib. 1. de sole & lumine lib. 2. Apologia in librum suum de lumine. libellus de Magis, quod necessaria sit securitas & tranquillitas animi: vno volumine excusa sunt Venetijs, apud Aldum, de animorum immortalitate & æterna felicitate lib. 18. ad Laurentium Medicen, typis excusi. Epistolarum volumen iustum, impressum in Italia, & olim in Germania. Theologia naturalis, typis excusa, epistola Veritatis de institutione principis ad Cardinalem Riarium, oratio Christiani gregis ad Xystum pontificem Rom. declamatiuncula ad genus humanum de vitæ institutione, de officijs, oratio ad Deum theologica. Hæc Thomas Vuolff. excudit Basil. 1519. E Græco autem transtulit in Latinum: librum Xenocratis Platonici de morte, ad Petrum Medicen, ad Ioannem Caualcantem, Speusippi, Alcinoi, & Pythagoræ opuscula traduxit. Dionysij martyrem de mystica theologia & diuinis nominibus, quæ translatio excusa est Colonia, 1536. cum Dionysij Carthusiani commentarijs in omnes libros Dionysij martyris: & Venetijs, 1538. La-

tinæ & Græcè cum commentarijs per ipsum Ficinum adiectis. item Plotinum, quem doctissimis insuper commentarijs enarrauit. Platonis opera omnia Latina fecit, & illustrauit argumentis; quæ compendiorum quoque & commentariorum vicem præstant: impressa Basileæ in officina Frobeniana, ex recognitione Simonis Gringia Aeneæ Platonici Theophrastum, cuius supra meminimus. ex Athenagoræ philosophi Græco libro de resurrectione summam in duo capita redegit, impressa olim Basileæ cum Aeneæ Platonico. Paraphrases in Theophrastum & Priscianum de sensu, phantasia, intellectu, & alia quædam Marsilij, Aldus excudit Venetijs. Paraphrases in Iamblichum de mysterijs Aegyptiorum, &c. Marsilij Ficini theologia de immortalitate animorum, excusa est Venetijs, anno Domini 1525. in 4. Eiusdem & aliorum etiam commentarij in omnia Platonis opera excusi sunt Florentiæ à Torrentino in folio. Claruit anno 1490.

Marsilius de Ingen, natione Anglicus, vel (vt alij volunt) Germanus, primus Heydelbergensis gymnasij plantator, scripsit quæstiones sententiarum lib. 4. dialecticam lib. 1. commentariotum in Aristotelem, lib. plures. & quædam alia. Claruit anno 1394.

Marsilius Patavinus edidit librum qui inscribitur Defensor pacis, de re imperatoria & pontificia, id est de Potestate Papæ & imperatoris, in 3. partes sectum, impress. Basileæ 1522. cum præfatione Licentij Euangeli sacerdotis. Claruit anno 1324.

Marsilij de S. Sophia tractatus, siue receptæ, id est medicaminum particularium compositiones super prima Fen quarti Auicennæ de febribus, vna cum cura omnium accidentium in febribus, quæ æquipollet practica & capite vsq; ad pedes, impressæ Lugduni, 1507. Extant & consilia eius medica, maxime de auditu, tinnitu aurium, de sephiros, &c. Marsilij commentaria super posteriore parte quartæ Fen primi canonis Auicennæ.

Marsus poeta citatur apud Plinium 33. & 34. libro naturalis historię.

Marsyas Periandri F. Pellæus, historicus, principii literator fuit, Antigonis frater, qui post regno potitus est, & vna cum Alexandro rege educatus. Scripsit Macedonica libris 10. à primo rege Macedonum auspiciatus, vsque ad Alexandri Philippippi F. ingressum in Syriam, post Alexandriam conditam. Attica libris 12. & ipsius Alexandri educationem. Suidas. Marsyas Macedo citatur à Plinio 12. & 13. lib. & à Plutarcho.

* *Marsyas* Critophemi F. Philippensis, historicus iunior. Suidas.

Marsyas Marsi F. Tabenus historicus scripsit Antiquitates lib. 12. Fabulorum lib. 7. Et alia quædam de sua patria. Idem.

Martia Proba Britannorum regina, omnibus pene liberalium artium disciplinis imbuta, patrias scripsit ac condidit leges, quas Martianas posterius vocarunt, eas Alphredus in Saxoniam deinde linguam vertit. Claruit anno à mundo condito 3615. ante Christum 348.

D. *Martialis* Apostoli ad Burdegalenses epistolam

in 18. capita distinctam, excudit Henricus Petri Basileæ, cum alijs veterum theologorum opusculis, anno 1551.

* *Martialis* Aruernus coactor Senatus Parisiensis, scripsit sermone Gallico rhythmos diuersos, inter quos illud maxime memoratur quod Arretam nuncupat.

Martiani imperatoris A. legum nouellarum liber excusus Basileæ apud Hen. Petri, cum Theodosiano codice, 1528. cum interpretatione instar pitomes.

Martianus In Perioplo Persici sinus, & alibi in Perioplo simpliciter, item *περιόπλου α*, & *β* τὸν ἰνδοπέλαγον, & τὸν ἰνδοπέλαγον, & τὸν ἰνδοπέλαγον, citatur Stephano.

Martiani Minei Felicis Capellæ Carthaginensis, de nuptijs Philologiæ & Mercurij lib. 2. Eiusdem de septem artibus liberalibus libri singuli, Henricus Petri excudit Basileæ, 1532.

Martini Papæ epistola, cum pontificum decretis impressa.

Martini cuiusdam (forte Prædicatorum ordinis, de quo inferius) sermones sacri, impressi in Italia.

Martini monachi, ordinis prædicatorum & Pæpæ pœnitentiarij, Margarita Decreti, seu tabula Martiniana, impressa Moguntia.

Martini cuiusdam legum professoris circa annum 1190. plæreque in iure decisiones à posteris in controuersiam vocare, confutata; sunt: aded ut alicubi lason dicere non vereatur, Martinum nihil vnquam sani veri; dixisse. Io. Fichardus.

Martinus Acalia Catalaunensis medicus, Galeni de ratione curandi ad Glauconem libros duos Latinos fecit, & commentarios addidit: Colinæus impressit Parisijs, 1538. & Iuntæ Venetijs, anno 1547. Galeni artem paruam interpretatus est, & enarrauit. Fecit etiam Synopsim quinque librorum Galeni de simplicibus. Claruit anno 1530.

* *Martinus* Alneuuyck, Franciscanus, composuit Commentarios in Longobardum lib. 4. Chronicorum opus lib. 1. Disputationes quasdam lib. 1. Obijt anno 1336. Balcus.

* *Martinus* Antonius Delrius Solini polyhistora emendauit, editum à Plantino 1572.

Martinus de Artes scripsit de superstitionibus.

Martini ab Azpilcueta tractatus de redditibus beneficiorum, super cap. Quicquid 16. q. 1. quo docetur, quibus vsibus sint impendendi, & quibus personis dandi aut relinquendi. Romæ 1568. in octauo. De finibus humanorum actuum tractatus, 1571. octauo. Manuale confessorum pœnitentiumque, ex Hispanico in Latinum versum per Franc. de Sesse I. C. Venetijs, 1573. in 4. De spolijs clericorum Commentarius super cap. Non liceat Papæ. 12. quest. 11. Romæ, 1572. Apologia libri de redditibus ecclesiasticis. Ibidem.

* *Martini* Bellai historia rerum Gallicarum scripta Gallice & edita.

Martini Boleri scholia in orationem Ciceronis pro A. Licinio Archia, impressa Parisijs, 1539. & Basileæ anno 1553. à Ioan. Oporino, cum diuersorum in omnes orationes commentarijs. Claruit anno 1529.

Martini Borrhai, aliàs Cellarij, Stuggardiani,

Germani, de censura veri & falsi libri tres: nempe de pronunciato lib. 1. ex Aristotelis *περί τῆς ἰσχυρίας* libro. de syllogismo libri 2. ex Aristotelis *τὸν ἀναλυτικὸν πρῶτον* libris: Leonardus Hospinianus impressit Basileæ, anno 1541. Eius in Aristor. Politicorum libros octo annotationes cum primis eruditas, Ioan. Oporinus excudit Basileæ, 1545. in Salomonis Ecclesiasten commentarium, cū præfatione ad Carolum V. Cæsarem, Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1539. Liber de operibus Dei, excusus Argentina. De veteris & noui hominis ortu atque natura, Axiomata sacrarum literarum studiosis in celebri Basiliensi Academia, ad cognoscendam veram pietatis salutisque rationem proposita, & impressa Basileæ, anno 1548. De vsu quem desperabundi Francisci Spieræ exemplum & doctrina adferat, iudicium, excusum cū Spieræ historia Basileæ, anno 1550. De ortu, natura, vsu, atque discrimine eorum iubileorum quos Deus instituit, quidque inter hos & falsos ab aduersario confictos interfit, libellus excusus Basileæ, anno 1550. Eiusdem *σοφία* Mathematica elegantissimis figuris ab Orontio illustrata, Parisijs excusa sunt, 1550. Commentarij ipsius in tres de Arte dicendi libros Aristotelis, excusi Basileæ, sumptibus Ioan. Oporini, apud Iacobum Parcum, anno 1551. Eiusdem commentaria in quinque libros *Μηθισ*, excusa sunt Basileæ, anno Domini 1555. Item in libros Iosue, Iudicum, Ruth, Samuelis & Regum. Præterea in Esaiam & Apocalypsin, In Iobum, In Ecclesiasten commentarij ab auctore recogniti: singula hæc Basileæ impressa sunt in folio.

* *Martini* Brem institutionis puerilis in arte Grammatica partes 3. Eiusdem *Elementa* literaria, in octauo.

Martinus Brënerus Bistriciensis, Antonij Bonfinij rerum Vngaricarum opus nuper in lucem dedit, & epistolam præfixit. Viuit nostra ætate, & eruditionis suæ monumenta, quædam posteris relicturus speratur.

Martini Bouilli elegiæ funebres, excusæ sunt Brixia, anno 1519.

Martinus Bucerus natione Germanus, multa literis mandauit, cum vernaculo, tum Latino sermone, ex quibus hætenus Latine editæ sunt. Sacrorum psalmodum libri quinque, ad Ebraicam veritatem planius quàm vulgo genuina versione in Latinum traducti, primum appensis bonæ fide sententijs, deinde pari diligencia adnumeratis verbis, & argumentis adiectis. Explanatio eorundem familiaris, qua præter scopum & ordinem dictorum, singule propè voces explicantur. Tractati sunt etiam aliquot loci communes ex fonte scripturarum, adhibita autoritate patrū: Georgius Vricher excudit Argentorati, an. 1532. In sacra quatuor Euangelia enarrationes, Heruagus excudit Basileæ, anno Domini 1536. Metaphrases & enarrationes perpetuæ epistolarum D. Pauli apostoli. Dissidentium in speciem locorum scripturæ, & primarum hodie in religionis doctrina controuersiarum conciliationes & decisiones 42. impres. Argëtorati apud Rihelium, anno 1536. Sunt autem solum tum edita commentaria in epistolâ ad Romanos, Epistola D. Pauli

ad Ephesios verſa paulò liberius, bona tamen ſe-
 de ſententijs Apoſtoli appenſis, cum commenta-
 rio: liber excuſus Argenting. Tzephaniah, quem
 Sophoniam vulgo vocant, prophetarum epito-
 megraphus, ad Ebraicam veritatem verſus, &
 commentario explanatus, excuſus Argentorati
 apud Heruagium, anno 1528. Præfatio in quar-
 tum Tomum Poſtillæ Lutheranæ, continens
 ſummam doctrinæ Chriſti. Epiftola explicans
 locum 1. Corinth. 10. An nescitis quod qui in ſta-
 dio currunt, vſq; ad, Sed plures illorum non ap-
 probauerit Deus, cum annotationibus in quæ-
 dam paucula Lutheri. Epiftola M. Lutheri ad
 Ioannem Heruagium, ſuperiora criminans: Reſ-
 poſio ad hanc M. Buceri, item ad Pomeranum
 ſatisfactio pro verſione Pſalterij: liber excuſus an-
 no 1527. De vera eccleſiarum in doctrina, ceremo-
 nijs, & diſciplina, reconciliatione & compoſitio-
 ne, liber excuſus Argentorati apud Rihelium,
 1542. Acta Colloquij in comitijs Imperij Ratiſpo-
 næ habiti, quæ continent articulos de religione
 conciliatos & non conciliatos omnes, vt ab ipſo
 Imperatore, ordinibusque Imperij ad iudicand-
 um & deliberandum propoſiti ſunt: liber ibidẽ
 excuſus, ednus eſt etiam Germanicè. Cõtra epif-
 copum Abrincenſem deſenſio, ibidem impreſſa,
 1536. Martini Buceri & Bartholomæi Latomi
 ſcripta duo aduerſaria, ibidem impreſſa anno
 1544. Diſputata Ratiſbonæ in altero colloquio,
 anno Domini 1546. & collocutorum Auguitan-
 conſeſſionis reſponſa, quæ ibi cõperari, comple-
 ta, de iuſtificatione & locis doctrinæ Euangelicę
 omnibus, quos doctrina de iuſtificatione com-
 plectitur. Tractata & decreta de concilianda reli-
 gione, in Comitijs, Ratiſbonenſi, anno Domini
 1541, Spirenſi, 1544. Vuormarienſi, 1545. & Au-
 guſtano, anno Domini 1548. Ad eccleſiam An-
 glicanam gratulatio, de religionis Chriſti inſtitu-
 tione. Et reſponſio ad duas Stephani epifcopi
 Vuintonienſis Angli conuiciatrices epiftolas, de
 cõlibatu ſacerdotum & cõnobarum, in qua
 demonſtratur, S. coniugij abſtinentiam contra
 Dei & eccleſiæ leges exigi ab omnibus ad ſacer-
 dotium & admiſſis & admiſſendis. Liber impres-
 ſus Argenting, anno Domini 1548. in 4. Eiufdẽ
 reſponſio de cœna dominica ad obiecta quæ con-
 tra veritatem euangelicã Murnerus partim ipſe
 finxit, partim ex Roſſenſi & alijs pietatis hoſti-
 bus ſublegit. Excufa anno D. 1526. in 8. Per quos
 ſteterit quo minus Haganoæ proximis comitijs
 de componendo religionis diſſidio inuicem collo-
 quium ſit. De optima ratione habendorum con-
 ciliatorum & gacandarum eccleſiarum. A quibus
 iure exigatur reſtitutio bonorum eccleſiaſtico-
 rum. Liber excuſus anno D. 1540. in 8. Præterea
 in Latinam linguam tranſtulit Poſtillam maie-
 rem (vt vocant) Lutheri, & Pomerani commen-
 taria in pſalmos. * Epiftola apologetica ad ſyn-
 cerioris Chriſtianismi ſectatores per Phriſiam or-
 rientalem, & alias inferioris Germanię regiones,
 in qua Euangelij Chriſti vere ſtudioſi, non qui
 ſe falſo Chriſtianos ſactant, ab ijs defenduntur
 criminibus quæ in illos Eraſmi Roteradami es-
 piſtola ad Vulturium Neocomenſem intendit,
 1530. Apologia qua fidei ſuæ atque doctrinę cir-

ca Chriſti cœnam, quam tum ipſe tum alij Eccle-
 ſiaſtæ Argentinenſes profitentur, rationem ſim-
 pliciter reddit, atque citra denicem depellit quæ
 in ipſum epiftola quædam Ioan. Brentij eccleſia-
 ſtæ Hallenſ. inſcio, vt creditur, auctore edita, cri-
 mina intendit. Argenting, 1526. Non eſſe feren-
 das in templis Chriſtianorum imagines & ſta-
 tuas coli ſolitas, cauſæ ex arcanis literis, ſententijs
 patrum, edictis religioſorum Cæſarum: Vnde
 Candidus lector videbit quam pie ſenatus Argen-
 tinenſis nuper ſimulachra omnia cum aris elimi-
 nanda ſuis templis curauerit. Argent. 1530. Epi-
 ſtola in Euangelistarum enarrationes nuncupato-
 ria ad præclaram Academicam Marpurgilem,
 in qua quid hæreſis, qui hæretici, & quatenus
 cum diſſidentibus ſocietas Chriſti ſeruanda ſit,
 diſſeritur. Excuriuntur quoque articuli Conuen-
 tus Marpurgici. Ibidem 1530. Confeſſio quatuor
 ciuitatum Argentorati, Conſtantiæ, Memmingæ,
 & Lindauæ, qua ſacraſis Cæſareæ maiesta-
 ti fidem ſuam in Comitijs Auguſtanis, ann. 1530.
 expoſuerunt. Quid de baptiſmate infantium
 iuxta ſcripturas Dei ſentiendum, excuſſis quæ-
 cunque vel pro hac obſervatione, vel contra eam
 adferri ſolent, Epiftola ad quendam hac in re du-
 bium, 1533. in 8. Axiomata apologetica, De ſacro
 Eucharistiæ myſterio, & circa hoc eccleſiarum
 concordia, quibus reſpondet thematis Nicolai
 Amsdorffij Argentoratens ſalſo criminantis,
 1535. Auguſtæ. An ſtatui & dignitati eccleſiaſti-
 corum magis conducatur admittere Synodum na-
 tionalem piã & liberam, quam decernere bel-
 lo, epiftolæ duæ Decani & canonici cuiuſdam,
 1540. De concilio & legitime iudicandis contro-
 verſijs religionis: item criminum quæ in eum
 Cochleus ad illuſtriſſimos Principes ac clarif-
 ſimos ordines S. Romani imperij per Germaniã,
 & quæ Ioannes Groppeus ad Maiestatem Im-
 peratoriam perſcripſit, conſutatio, 1545. De vera
 & falſa cœnæ Dominicæ adminiſtratione libri
 2. in priori reſutatur mutilatio Eucharistiæ, & do-
 cetur, qua religione ſeruanda ſint præcepta Dei
 de ceremonijs: in altero de veris & falſis ſacrifi-
 cijs & oblationibus eccleſiæ, viſijs Miſſarum, cu-
 ra mortuorum, Purgatorio, altera aduerſus Late-
 mũ reſpõſio. Item præfatio ad Patres qui Deũ in
 Synodo Tridentina timent, de cauſis quæ pios
 homines ab ea Synodo abſterrent. Neoburgi
 1546. Præfatio in hiftoriam de morte ſanctiſſimi
 viri Ioan. Diazij Spani. De regno Chriſti leſu
 Seruatoris noſtri, libri duo: ad Eduardũ VI. An-
 gliæ regem, non ſolum Theologis atq; Iuris per-
 ritis profuturi, verum etiam cunctis rempub. bo-
 ne & feliciter adminiſtraturis cognitu cum pri-
 mis neceſſarij, 1557. Baſileæ. Prælectioes doctif-
 mæ in epiftolam D. Pauli ad Ephesios, habita
 Cantabrigiæ in Anglia, anno 1550. & 1551: ex ore
 prælegẽtis collectæ, & in lucem editæ, opera Im-
 manuelis Tremellij Theologiæ doctoris & eiuf-
 dem profeſſoris in Academia Heidelbergenſi
 1562. De vi & vſu ſacri miniſterij, cum in gener-
 tum de ſingulis partibus eius. Baſileæ, 1562. Ma-
 nufcripti libri Buceri nondum editi. Gratulatio
 ad eccleſiam Anglicanam de religionis Chriſti
 reſtitutione. Comprehenſio breuis doctrinæ
 Chriſtiæ

Christianæ, quæ Argentorati ad annos vsque 28, publice sonuit. Oratiuncula quam habuit in Academia Cantabrigiensi cum publice in doctrinæ theologiæ erraretur. Exomologesis de Eucharistia *ἀπολογία* scripta. De eadem ad D. Petrum Alexandrum Gallum. Item de eadem ad D. Petrum Martyrem Vermilium. Censura siue iudicium D. Buceri super libro sacrorum Angliæ Thomæ Crammero archiepiscopo Cantuarien-
 10 petum. De reformatione collegij canonici formula. De examinatione canonica ordinandorum. De ordinatione legitima ministrorum ecclesiæ in usum reuocanda. De re vestiariâ in usu sacrorum usurpata, ad D. Hopperum. De eadem re scriptum ad D. Thomam Cranmerum archiepiscopum. Concio in locum Apostoli ad Ephesios cap. 4. Hortor itaque ego vos in virtute in Domino. Disputata publice in Academia Cantabrigiensi præside D. Bucero à studio-
 20 rum quibusdam excerpta, ipsique post ad castri-
 20 andum exhibita: postea verò aduersarijs quorundam que missa. Historia controuersie in publica disputatione agitata inter D. Bucerum, & M. Iungum, De operibus hominum ante iustificationem factis. Scripta duo M. Iungi, quibus dogma suum Pelagianicum asserere conatur, ad Procancelarium & Collegiorum præfectos missa. Eorundem confutatio per D. Bucerum, cum ex sacris literis, tum ex Orthodoxis patribus. Cui sub finem aliquid subiicitur de usura.
 30 Quos iam commemorauimus libros seruat Conradus Hubertus ecclesiæ Argentinensis minister, qui hos breui volente Deo in publicum edidit. Penes eundem sunt permulta alia Buceri scripta, De re Eucharistica atque concordia. Tractatuli theologi non pauci. Quæstiones theologicæ intricatæ. Propositiones variæ Argentorati disputatæ. Contra Schuuenfeldium & Anabaptistas. Epistolæ plusquam 200. Item vernacula lingua nondum edita. Ad Vuilhelmum & Erasmus episcopos Argentinenses scripta quædam de Interimistico negotio. De synodis Argentinensibus. Consilia ad comitia Imperialis. De disciplina ecclesiastica. De scandalo dando & accipiendo. De visitatione agrorum: & alia huius generis. Porro Germanica lingua sequentes libri Buceri in publicum editi sunt. Ad Senatuum populumque Vuissenburgensem, Summarium concionis ibidem habitæ, additis causis discussus sui, & articulis aliquot, 1523. Neminem
 50 debere sibi soli viuere, & quomodo huc perueniri possit, 1523. Responsio ad Criminationes aduersariorum in qua se pœnæ offert, si in vita & doctrina criminis alicuius iuxta verbum Dei puniendi conuincatur: ac docet vitam cœnobaritarum qualis nunc in usu est, Deo repugnare, ideoque nulla vori ratione habita deserendam esse, 1523. De disputatione habita inter Conradum Tregerum Prouincialem Augustinianorum & ministros Argentinenses breuis & vera expositio, 1524. De eadem disputatione Tregeri admonitio ad ministros verbi per Heluetiam, 1524. Psalterium cum annotationibus Pomperani in Germanicam linguam translatum, 1524. Eadem translatio paucis mutatis, omis-

so Buceri nomine. impressa est Norimbergæ, 1564. Causæ ex sacris scripturis allatæ reformationis Argentinæ factæ quoad Missam, Baptismum, ferias, imagines, cantum ecclesiasticum: additæ sunt literæ ad Illustrissimum Principem Fridericum Palatinum Rheni, quibus admonentur magistratus ne patiantur se à falso nominatis ecclesiasticis adduci, ad dam-
 nandum inaudita causa doctrinam quæ scripturis Sacris defenditur, 1525. Admonitio ministrorum Argentinensium de cauendis Articulis Iacobi Cautij, qui Anabaptistarum hæresim spectant, 1527. Arbogastus dialogus de cœna Domini, in quo tractantur omnia argumenta à Luthero in libro quem Confessionem inscripsit proposita, 1528. Acta disputationis inter ministros Argentinensis ecclesiæ, & Melchiorum Hofmannum habitæ, 1533. Preparatio ad Concilium: hoc est colloquia aliquot quomodo ab utraque parte Papistica & Evangelicâ concordia pia iniri & conseruari possit, 1533. Catechismus maior, 1534. Catechismus minor in Latinam linguam conuersus à Ioanne Sleidano, 1544. De vera cœnomia ecclesiæ, ministrorum ordinatione, usu & administratione sacramentorum, de baptismo dandò paruulis, & consensione circa sacramentum corporis & sanguinis Domini, 1534. Præfatio in librum de officio magistratum in causa religionis, conuersum ex Augustino ad Bonifacium, 1535. Colloquia de ecclesiæ ministris & actionibus, & quod nam sit magistratus officium in his curandis & emendandis, 1535. De vera animarum cura & pastorum officio quomodo in ecclesia instituendum & exercendum sit: vbi ostenduntur veræ causæ incundæ concordie & euitiæ constituendæ in ecclesia, 1538. Conciones tres in Euangelium, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &c. Matth. 11. habitæ Benfeldi, & magistratibus Alsatiæ inscriptæ, addita exhortatione ad cogitandum de vera ecclesiæ reformatione, 1538. Colloquia aliquot ex diuino & humano iure de pace religionis tractata Norimbergæ & Francofurti, 1539. De Iudæis an & quatenus inter Christianos ferendi sint, 1539. De bonis ecclesiæ, qui sint iusti horum possessores, quis sit horum abusus & rapina, ac quomodo commodissime vera & Christiana horum possessio & vsus restitui possint: Item responsio ad dialogum contra Protestantes editum, 1540. sub nomine Contadi Treuti de Friedesleue. Quis impedierit Haganog ne colloquium de religione haberetur: ite quo iure à Protestantibus petatur restitutio bonorum ecclesiasticorum: denique quid de pace religionis actum sit Augustiæ, Schuuenfurti, Norimbergæ, Francofurti, Haganog, 1540. sub nomine Varemundi Luitoldi. Omnia acta & scripta de conciliandis religionis controuersijs à Cæsarea Maiestate, Principibus & statibus imperij, & Legatis Pontificijs proposita & tractata in postremis comitijs Ratisponensibus fideliter collecta, descripta & explicata, 1541. Defensio prima eorum quæ Euangelij causa Bonnæ geruntur ac docetur, 1543. Colonienſis Reformatio, 1543. Secunda defensio & expositio præcipuorum capitum Christianæ religionis quæ Bonnæ

& in alijs locis archiepiscopatus Colonienſis traduntur, cum refutatione firma calumniarū, quæ sub nomine Deputatorū Academia Colonienſis & Cleri ſecundarij Colonie editæ ſunt. 1543. Confutatio nouæ fidei à Louanienſibus articulis 32. editæ. 1545. Defenſio Reformationis Colonienſis. 1545. Vera vnica & ſimplex ratio Germanicā nationē reconciliandi in cauſa religionis, & quid de hac re in comitijs actum ſit, addita defenſione iuſta aduerſus Io. Gropperi falſas criminationes. 1545. Breue Pauli III. PP. ad Helueticorum X111. pagos, & poſtulata legati Pontificij vt ſe iungāt nouo fœderi Cæſaris & Papæ. Item eiufdē fœderis capita. Bulla præterea Papæ in qua belli cōtra Euāgelicos cauſa ſupplicationes indicit, & indulgentias promittit: cum pia admonitione Buceri. 1546. Pia admonitio ad Cæſaream & Regiā maieſtatem, Principes & ſtatus imperij Vuormatiæ congregatos, de inſtituenda ſeria emédatione & reformatione eccleſiæ. 1545. Contra reſtitutionem Miſſæ & reliquorum ſacramentorum & ceremoniarum Papiſticarum. 1545. Chriſtiana & ſimplex conſideratio qua ratione tolerabile alijs quod initium reconciliandæ religionis fieri poſſit, Lipſiæ, an. 1539. præſente & conſentiente Vucelio compoſita: cum præfatione Buceri. 1545. Quam facile ſit conſenſionem in religione & totius eccleſiæ reformationem apud Germanos inſtituere, quæq; ſint præcipua huius rei impedimenta & quomodo ea amoueri poſſint: addita proteſtatione quòd paratus ſit hæc cōtra Sophiſtas Colonienſes probare coram Cæſarea & Regiā maieſtate, &c. 1545. De colloquio Ratiſponenſi, an. 1546. inchoato, & diſceſſu auditorum & collocatorum quos principes Auguſtanæ cōfeſſionis illuc miſerunt. Pſal. 120. explicatio ad Bonnenſem eccleſiam, vna cum refutatione famoſi libelli contra piā reformationem, & Buceri abſque nomine editi, titulo, Delineatio ſeu effigies Buceri. 1546. Non eſſe admirandas graues afflictiones noſtrorum temporum, neque animum propterea deſpondendum, ſed erigendū pijs conſolationibus, &c. Epistoſta ad quandam afflictam & perturbatā eccleſiam. 1547. Compendium doctrine quæ nunc ab annis 28. in Argentinēſi eccleſia ſonuit, vna cū refutatione calumniarum quibus Monaſterienſis ſpiritus & doctrina miniſtris eccleſiæ Argentinēſis tribuitur. 1548. Concio habita Bernæ & cum actis Diſputationis Bernenſis edita. Ad Monaſterienſes de miniſterio & Sacramentis, liber ſcriptus nomine miniſtrorum eccleſiæ Argentinēſis. 1534. Commentarij Lutheri in duas D. Petri epistoſtas in Germanicam linguam translati. Item Latine à Sturmio edita ſcripta quædam de Euchariftia. Retractatio cum commentarijs in Euangelia, & ſeparatim quoque edita Latine, & ab auctore Germanice tranſmiſſa Senatui Bernenſi. Cuncta hæc Buceri Latina & Germanica ſcripta ſi in vnum coniungerentur, quod tanti viri pietas & eruditio merebatur, efficerent tomos IX. iuſte magnitudinis. Porro hiftoria vitæ, illius obitus, ſepulturæ, &c. edita eſt Argentinæ 1562. in octauo. Obijt in Anglia. 1551.

* Martini Chénicij Explicatio doctrine de duæ

bus in Chriſto naturis, de hypſtatica earū vnione, de communicatione idiomatum, qua ea quæ vnus naturæ propria ſunt, tribuuntur perſonæ in concreto: quomodo vtræque natura in Chriſto agat cum communicatione alterius, & quid humana natura in Chriſto, præter phyſica idioma, ex hypſtatica cum diuinitate vnione acceperit, &c. ex ſcripturæ ſententijs, & ex purioris antiquitatis testimonijs collecta. Ienæ, 1570. in octauo. Eiuſdem liber contra catechiſmum Heidelbergſem. Fundamenta ſanæ doctrine de vera & ſubſtantiali præſentia, exhibitione & ſumptione corporis & ſanguinis Domini in cœna. Ienæ, 1570. Forma examinis de præcipuis doctrine cœleſtis capitibus, Germanice ab auctore conſcripta, & in Latinam linguam conuerſa per Ioannem Zangerum. Ienæ, 1571. Examen decretorum concilij Tridentini, completè explicationem præcipuorum locorum Chriſtianæ doctrine, in quatuor partes diuiſum, quæ ſeparatim editæ ſunt in octauo. De peccato originis contra Manicheos, 1571. Concio de Baptiſmo. Henricopoli, 1572. Germanice.

* Martinus de Clyue, Anglus, monachus eccleſiæ Cantuarienſis ad fanum ſeruatoris, ſcripſit Homilijs quafdam lib. 1. Cætera ſunt nobis ignota. Nicolaus Brigam.

* Martinus Copus medicus Brunſuicenſis, editit Germanicam admonitionem, qua docet Antimonium ſeu Stibium, fuſum, quod virum Antimonij nominant, venenum & nocens medicamentum eſſe, & ſimul veram medicinam huius mineralis tradit. Lipſiæ, anno 1569. in quarto.

* Martinus de Corbenis, patria Tolofanus, profeſſione Auguſtinianus, ſcripſit ſuper arte veteri lib. 1. Super priora Ariſtotelis lib. 2. Super poſteriora eiufdem lib. 2. Super elenchos lib. 2. De medio demonſtrationis lib. 1. In phyſica Ariſtotelis lib. 8. De generatione & corruptione lib. 2. De paruis naturalibus librum 1. In Canonem Bibliæ lib. 1. In Cantica Canticorum lib. 1. In Paulum ad Romanos lib. 1. Sermones ad clericum & populum lib. 2. Super ſententias lib. 4. De ſumma trinitate lib. 1. De fide Catholica librum 1. In decretalem de celebratione miſſarum lib. 1. Et alia. Claruit an. Domini 1330. Nicolaus Bertrandus.

* Martinus Cremonenſis quædam in iure ſcripta reliquit.

* Martinus Cromerus, ſcripſit hiftoriæ Polonicæ lib. 30. ab Oporino impreſſos in folio.

* Martini Cromeri De falſa Lutheranorum & vera religione Chriſti. Pariſijs, 1568. in octauo. Sermones 111. Synodici. Coloniz. Monachus, ſue Colloquiorum de religione libri 4. binis diſtincti dialogis. Coloniz, 1568. in octauo. De ſacramentis, de ſacrificio Miſſæ & exequijs mortuorum liber Germanicus: ibidem, anno 1571.

* Martinus Cruſius Botſteianus, ſequentijs ſcripſit. Commentariolum in primâ Demothe-nis Olynthiacam Sturmianum. Item Scholia, cum vita Demothe-nis, in eandem; & Epitomen ex Diodoro Siculo, de ſtatu illorum temporum in Gra

in Graecia. Argentorati excudit, cum textu Grego-
 ro, & conuersione Ioan. Sturmij, Blasius Fabri-
 rius Chemnicensis, 1554. Scholia in primam, se-
 cundam, ac tertiam Virgilij Eclogam, Sturmia-
 na. Excudit ibidem, 1556. Scholia in primū Theo-
 criti Idyllion Sturmiana. Apud eundem excusa;
 eodem anno. Puerilis in lingua Latina institu-
 tionis partes sex, pro schola Memmingensi: quæ
 Lud. Rabi Theologiae Doctoris & Crusij institu-
 tione, scholæ Argentinensi inseruire debebat. 16
 Earum prima (pro classe quarta nempe infima)
 continet principia religionis Christianæ, princi-
 pia Etymologiae, Nomenclaturam rerum, for-
 mulas quasdam loquendi: excusa Argentorati
 apud Samuelem Emmel, 1556. Secunda (pro clas-
 se tertia) Grammaticæ partes, præcipuaq; præ-
 cepta Etymologiae: excusa apud eundem. Terti-
 a (pro classe secunda & prima) continet præter
 alia quædam, absolutam Etymologiae tractatio-
 nem, excusa apud Blasium Fabricium, 1557. vi &
 sequentes partes. Quarta (pro classe 2.) de Con-
 structione partium orationis simplici. Quinta
 (pro prima classe) de Constructione simplici ac
 figurata: & quibusdam alijs id genus rebus vtili-
 bus, præsertim de Reciprocis. Sexta (pro eadem
 classe) de Profodia: cui accessit. & aliquid de mo-
 ribus ac religione. Puerilis in lingua Græca in-
 stitutionis partes duas: quarum prima (pro clas-
 se 2.) continet principia Orthographiæ, Profod-
 iæ, Etymologiae, item principia religionis Chri-
 stianæ. Altera (pro prima classe) omnium grami-
 naricæ partium tractationem satis absolutam,
 utranque Oporinus excudit, 1558. & postea
 quia ambæ Tubingæ & in Vuirtenbergicis
 scholis receptæ erant iterum. Tubingæ pro-
 fessor rhetorica & vtriusque linguæ, factus: se-
 quentia scripsit, Grammaticæ Latinæ cum Græ-
 ca congruentis partes duas, ex supradictis con-
 tractas & melius tractatas: quarum prima con-
 tinet præcepta Etymologiae magis necessaria,
 cum interpretatione Germanica: regulas Syntax-
 eos faciliores: Nomenclaturam phrasisque re-
 rum, vsu plerarumque communium, appellatio-
 nibus non omnium cuius notarum: partes reli-
 gionis Christianæ, & quasdam preccationes. Alte-
 ra vero præcepta insignia Orthographiæ, Etymo-
 logiæ, Syntaxeos: de ordine verborum in con-
 struendo & interpretando: de Distinctionibus,
 & compositione orationis: de Calendis, Nonis,
 & Idibus: numerorum notas antiquas: quædam
 vocabula rei nummaria: de Reciprocis: de Profod-
 ia: Philosophiæ diuisionem: leges generales
 Rudiosæ iuuentuti seruandas: deniq; proposition-
 es quasdam, continententes ordinem summam vete-
 ris ac noui Testamenti. Excusæ sunt ambæ non
 semel in Oporiniana officina. Grammaticæ Græ-
 cæ cum Latina congruentis, partes duas: ibidem
 sæpius excusas: quæ in Vuirtenbergico ducatu,
 & in Viennensi academia, & alibi, iuuenturi pro-
 ponuntur. Quarum primæ insunt principia Or-
 thographiæ, Profodiæ, Etymologiæ, Nomencla-
 tura phraselq; rerum. Partes religionis Christia-
 næ, & preccationes quædam: postremo abbrevia-
 tiones. In altera sunt hæc: Præcepta insignia om-
 nium Grammaticæ partium, præsertim copio-

siissima syntaxis cum explanatione particulae &
 de mensibus & diebus: de notis numerorum: de
 Tonis: de Quâritate syllabarum: regulæ: Catalo-
 gus dictionum, in quibus ancipites vocales pro-
 ducuntur: Carmina vsitatiora & faciliores: deque
 Dialectis præcipuis. In Philippi Melanchthonis
 Rhetoricen, Quæstiones & Scholia, ex varijs La-
 tinis Græcisque auctoribus: ab Oporino & suc-
 cessoribus sæpe excusa. Poematum Græcorum li-
 bros duos: addita è regione partim suâ conuer-
 sione, partim Leonhardi Engelhartij, partim Er-
 hardi Cellij, carmine Latino. In libro primo sunt
 Euangeliâ quæ Dominicis diebus in templis ex-
Matthaei Gribaldi Commentarij in Pandectas iuris, excusi Lugd. à Pagano. Eiusdem historia de Francisco Spiera, qui hominum meru pulsus, Christum & cognitam veritatem abnegauit, & in summam deinde desperationem incidit: excusa Basileae, cum doctorum aliquot virorum praefationibus, anno 1550. Eiusdem de methodo & ratione studendi libr. 3. excusi sunt Lugduni à Theobaldo Pagano, anno Domini 1544. Item comment in leg. de rerum mixtura, & de iure fisci excusa sunt in Italia. Eiusdem recentiores lures consulti, singulis Distichis comprehensi, excusi Basileae ab Oporino in 4.

Matthaei Guarimberti Parmensis de radijs & aspectibus planetarum liber in 8. capita diuisus, & impressus Norimbergae, 1535. cum Cl. Ptolemaei terrabilis Graeca & Latina, &c.

* *Matthaeus*, Hebraeus quidam (ut habet Guilielmus Conuenter in lib. 2. cap. 1. de laude religionis) scripsit de laude & infantia virginis Mariae lib. 1. De infantia Saluatoris quoque lib. 1. Ioannes Baleus.

* *Matthaei* Hensleri, Lectoris in Academia Lipsica Enarratio Hecubae Euripidis: impressa Lipsiae, ni fallor.

Matthaeus Herbenus, de Traiecto superiori, scripsit de natura vocis ac praecipua Musicae lib. 5. de institutionibus scholasticis li. 2. diasyntherice lib. 1. de captione Nigropontis li. 1. de institutione natalis soli Traiectensis oppidi. Contra Vulgandum Cauponis, de conceptione Mariae virginis lib. 1. Claruit anno 1495.

Matthaei Hieromonachi varia astronomica, de canonibus, &c. extant Romae, Graece.

* *Matthaeus* Iudex vna cum Illyrico & Vuigando congestit ecclesiasticam historiam per ceniusias digestam. Idem Corpuscolum doctrinae pro pueris congestit, & ex vulgari sermone in Latinam linguam conuertit. Item Corpus doctrinae Christi ex veteri Testamento cum Ioanne Vuigando collegit. Scripsit argumenta concionum penitentialium, in 4. edita. Quod arguere peccatum sit proprium legis & non Euangelij. De cauendo Antichristo. De omnipotentis Dei mandato.

Matthaei Lupini versus de Troiae destructione Graeci, in Italia latent.

* *Matthaei* Le Maistre, Sacrarum cantionum quas vulgo Moteta vocant liber primus quinque vocum. Dreidae 1570. quarto.

* *Matthaeus* Ludtke canonicus Huelburgenis collegit ex scriptis Lutheri selectas explicationes locorum consolatoriorum in Epistolis & Euangelij dominicalibus. Liber editus Germanice, anno D. 1572.

Matthaei Mariae Boiardi, Bucolica impressa ni fallor.

Matthaeus Mathefilanus, Bononiensis, scripsit super 1. & 2. Infortiati. De interpretatione legum. De electione verioris opinionis. De contrarietatibus Bart. de extensione. Singularia quaedam. De successione. Item lectionem in septimum librum Codicis, impressam Lugduni cum singularibus Doctorum, 1570.

* *Matthaei* Nardi, Thausignani, poemata Prodromia D. Ioannis Baptistae, in qua de ortu gestu ac morte eius agitur. Encomium Senatoris Veneti, illustrisimique praeteris Patuini Stephanus Theupoli. Vrania intercalaris in sacratissimum nominis Iesu celebritatem. Venetijs apud Cominum de Tridino 1550.

* *Matthaei* Nerucij super 2. Decretalium. De iudicata, & De appellationibus. Item super Decretal. de Testamentis. Idem de consanguinitate & affinitate.

* *Matthaeus* Offa I. C. de modo studendi.

* *Matthaei* Orij Dominici Alexipharmacopoli aduersus haereses. Venetijs 1551.

Matthaei à Paco Toletani, commentarij in concordata regis Franciae cum summo pontifice.

Matthaeus Palmerius, patria Florentinus, scripsit plenum erroris de angelis librum, quem pertinaciter defendens, tanquam haereticus condemnatus, apud Cornam ciuitatem exustus est. Chemicam Eusebij Cesariensis diligenter perlustrauit, emendauit, eamque usque ad annum Domini 1444. complens intitulauit, Petro Cosmo de medicis lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & quaedam alia. *Matthaei* Palmerij temporum & historiarum continuatio impressa Basileae 1536. cum Eusebij & aliorum Chronicis. Transtulit etiam Aristotelem de LXXII. interpretibus ad fratrem opusculum excusum cum alijs quorundam veterum Theologorum opusculis, Basileae apud Heinricum I. anno 1551. Claruit autem Palmerius anno 1444.

Matthaeus Parisius, Anglus, ad fanum D. Albani Benedictinus monachus, scripsit de Albanifani antiquitatibus, & de rebus gestis Anglorum lib. 1. Claruit anno 1340.

* *Matthæus Parkar Nordouolgius*, Cantabrigi-
ensis Academię doctor, post archiepiscopus Can-
tuariensis, edidit orationem In obitum Buceri
lib. 1. Claruit anno 1573.

* *Matthæus Parisiē*, Anglicus historicus in com-
pendium redegit historias Anglię, seu flores in-
de decerpit. Illyricus duos integros terniones
ex eius libro inseruit Catalogo tertium veritatis.
Vixit circa annum 1259.

Matthæi Philadelphiensis apud Ephesum Me-
tropolitani preces, compendiarium in
primis viam ad resipiscētiā pręstruētes, & ad
sumptionem corporis Dominici nō parum con-
ducentes, interpr. Alardo Amstelredamo, im-
pres. Salingiaci, anno 1539.

Matthæus Romanus, I. C. citatur in summa An-
gelica.

Matthæi Rosleri Lucani, medici Psal. 127. Grę-
cis versibus redditus. Vitebergę cum epirhala-
mio Chytręi excusus.

Matthæus Sylvaticus, patria Mantuanus, scri-
psit ad Robertum Sicilię regem librum Pande-
ctarum medicinę, ex omnibus antiquorum li-
bris collectum, quo omnia medicinę simplicia
pharmaca secundū ordinem alphabeti describit,
& vires explicat, ac innumera vocabula declarat;
idq; in varijs linguis, Latina, Gręca, Arabica, &
vulgo vsitatis apud pharmacopolas nomencla-
turis. Opus impressum est Venetijs, 1489. ex
commendatione Matthęi Lorei Brixien. Matthęi
Sylvatici Pandectę medicinales vnā cum infero
Simonis lanuensis opere, adiecta etiam tabu-
la de curationibus morborum per singula sim-
plicia, & citationibus authorū secundū locos &
capita, impressę sunt Taurini per Antoniū Ra-
norum in folio, anno 1526. Claruit anno 1320.

Matthæi Vegij declamatiunculę impressę. for-
tę Matthęi scribitur pro Maphæo, corruptę.

Matthæi de Verona, tractatus de digestiuis &
quacuariuis.

Matthæi Vicecomitis, Mediolanensis medici,
regimen contra pestem 1535.

* *Matthæus Vindocinēsis*, Gallus vel Armoria-
cus Brito, presbyter ac poęta, scripsit ad archiepi-
scopum Thuronensem Bartholomęum, carmine
elegiaco, historiā Tobię, lib. 1. Summā quan-
dam lib. 1. Thebaiden quoq; lib. 1. Ramesię bi-
bliotheca.

Matthæi Vindoniensis presbyteri historiā To-
bię, elegiaco carmine conscripta, extat Viennę
Austrię apud Vuolfgangum Lazium.

* *Matthæi Vuesenbeccij* Oratio de Papiniano,
in prelectionū ingressu Vuitebergę dicta. Item.
Narratiuncula brevis & vera de M. Vuesenbec-
cio: cum alijs quibusdam Miscellaneis Vitebergę.
1559. in 8. Subscriptio ad Consiliū Doctoris Chri-
stophori Herdesiani, in causa Honoldina, Nori-
bergę ad Theodoricum Gerlarzenum, in quar-
to 1567. Eiusdem argumenta & scholia in quatuor
libros Institutionum D. Iustiniani, Basileę apud
Episcopios in octauo 1569. Oeconomia iu-
ris. Lipsię 1571. Oratio de Gabriele Mudęo, ha-
bita Vitebergę, anno 1572.

* *Matthæus Vuestmonasterius monachus*, scri-
psit Historiarum flores lib. 3. Additiones 70. an-

norum lib. 1. Chronicon Vuestmonasteriensē
lib. 1. Chronicon fani Eadmundi lib. 1. Claruit
anno 1377. Baleus.

Matthæus Zellius Keiferspergensis, nationē
Germanus, qui primus Argentorati Euangeliū
nostro tempore prędicauit, & optimē de eccle-
sia meritis est, innocētis vitę, ac purę doctri-
nę vir, multa scripsit pręsertim Germanice, quę
non edidit; Catechismus, vt opinor, ab eō edi-
tus est, in lingua Germanica. Idem scripsit expli-
cationem quorundam capitū religionis ad epi-
scopum Argentinensē, impressam Argentinę
in quarto. Orationem in qua coniugium sacerdo-
tū defendit. Explicationem decalogi, orationis
dominicę, articulorum fidei, excusam ibidem a
Iacobō Lucundo. Claruit anno 1545.

Matthę apostoli euangeliū falso inscriptū
olim circumferebatur.

* *Matthię Agricij Vuitlichij* Liber preces
ex vtiusque testamenti libris & patribus colle-
ctus, variō carminum genere conscriptus. Colō-
nię 1569. in 8.

Matthias Aquēnsis, scripsit adsertionem catho-
licę religionis contra Lutherum, excusam anno
Domini 1542. Colonię apud Melchiorē No-
uesianum in quarto.

Matthias Bredebachius, scholijs illustrauit Lū-
cium Fenestellam de sacerdotijs & magistratibus
Rom. Libellus excusus Colonię apud Eucha-
rium Ceruicornum, anno 1539. Eiusdem Anchy-
peraspistes pro vera componendorum ecclesię
dissidiōrum ratione, aduersus Iacobi Andreę con-
iuria, quę inscripsit hyperaspisten τῆς προλεγομένης
Ioannis Brentij. Colonię apud Geruinum Cale-
nium 1568. in quarto. In Psalmos LXXIX. priores,
& in Euangelium Matthęi commentaria. Colō-
nię 1560. in folio. De componendis dissidijs ec-
clesię liber.

* *Matthia Citardi* Preces catholicę ad Euange-
liā & epistolas dierum dominicorum & festorū
accommodatę: Colonię anno D. 1569. Germanice.
Eiusdem Conciones 27. in 1. D. Ioannis epi-
scopi Iolam habitę in aula Cęsaris: & duę cum fu-
nus duceatur Ferdinādo Imp. Colonię, anno
1571. Germanice.

* *Matthias de Colonia*, Germanus, Carmelita,
Parisiensis doctor & episcopus (ignotę sedis)
scripsit Sermōnes ad populum lib. 1. Et alia. Cla-
ruit multum, tandemque obiit Bruxellę, anno
D. 1359. Ioannes Triffa.

Matthias Cornax, artium & medicinę doctor,
conductus regię maiestatis physicus Viennę in
Austria, edidit historiam quinquennis ferē ge-
stationis in vtero, quoq; modo infans semiputri-
dus, resecta a luo exemptus sit, & mater curatę es-
uaserit. Ioan. Carbo impressit Viennę, anno D.
1550. in quarto chart. 4. & dimid.

Matthię Cerui carmen de imagine cerui, Nō-
rimbergę excidit Valent. Neuber, anno D. 1550.
sesquicharta. Eiusdem elegia ad Philippum Me-
lanchthonem scripta, anno D. 1551.

* *Matthia Eberharti* scholastica trium Psalmorū
explicatio, scilicet 32. 91. & 133. in qua verus
adolescētia in scholis particularibus instituitur
di modus conspiciunt. Vitebergę 1572.

* *Matthias* Emich, de Andernaco, Alemanus, Carmelita Bopardiensis & episcopus Ciren-
sis, scripsit in summulas logicales lib. 2. In præ-
dicamenta Aristotelis lib. 1. Epistolas ad diuer-
sos lib. 1. De reperis in Italia, ad Boscium lib. 1.
De scribendis epistolis lib. 1. Lecturas in Esaiam
lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Orationes ad
clerum lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domi-
ni 1480. Iulianus Hasart.

* *Matthie* Erbij quondam ministri ecclesiæ Ri-
cheuillanæ libellus consolatorius ad eos qui ve-
ritatis & iustitiæ causa persecutionem patiun-
tur. Norimbergæ 1569. Germanice.

* *Matthias* Farinatoris, de Vienna Austriæ, Ger-
manus, Carmelita ad præceptum Ioannis 22. Ro-
mani pontificis, scripsit lumen fidelis animæ
lib. 3. De septem apparitoribus lib. 1. phare-
tram ecclesiæ lib. 1. Rerum naturalium indices
lib. 1. Moralitatum alphabetarium lib. 1. Exem-
pla naturarum lib. 1. De naturarum ordine lib. 20
1. De creaturarum vigore lib. 1. Transtulit Her-
metem de corporibus transmutandis lib. 1. Alga-
zelem de quatuor transcendentibus lib. 1. Palæ-
monem de signis naturarum lib. 1. Moirenæ de
zonis & climatibus lib. 1. Belinum de inuen-
tione artium lib. 1. Claruit anno Domini 1330.
Opera eius sunt impressa. Liber moralitatum,
Lumen animæ dictus, in 75. titulos diuisus, ex
sanctorum doctorum, philosophorum, poeta-
rum etiam & oratorum auctoritatibus, secun- 30
dum ordinem alphabeti collectus. Videtur hic
non auctor libri esse sed solum in titulos distin-
xisse. Tomi sunt duo impressi, anno Domini
1477.

* *Matthie* Felisij Catholica præceptorum des-
calogi elucidatio, optima methodo locorum com-
munium distributa. Antuerpiæ apud Plantinū
anno 1573. in 8.

Matthias Flaccius Illyricus, scripsit argumen-
ta in psalmos LX. Dauidicos, excusa Fran-
cofordiæ apud Christianum Egenolphum, an-
no Dom. 1550. Admonitionem ad gentem san-
ctam, regaleque Antichristi sacerdotium, de cor-
rigendo canone Missæ, excusam Magdeburgi
apud Michaelē Lothē, anno Dom. 1551. Chri-
stianam admonitionem de virando contagio fer-
menti Adiaphoristarum. Libellum de cauendis
in religione Christiana mutationibus. Confuta-
tionem scripti Philippi Melanchth. de Adiapho-
ris. Epistolam ad Gregorium principem ab An-
halt, in Comitibus Cellensibus existentem. Episto-
lam ad amicum, de Pseudobasilio Lipsensi. Episto-
lam apologeticam ad quendam pastorem, &
duo somnia Philippi Melanchtonis. Apologiam
ad scholam Vuitenbergensem, in Adiaphoro-
rum causa. Epistolam ad Philippum Melanchto-
nem de eadem materia, & alia quædam eiusdem
generis. Epistolam ad Iacobū Milichium, de mu-
tata religione. Responsionē ad amicum de cōcor-
dia agentem. Libellum de veris & falsis adiapho-
ris. Epistolam ad proceres Lubecenses exhorta-
toriam, ut in agnita Euangelij veritate perseue-
rent. Exhortationem ad Misnicas ecclesias, de cō-
stantia in religione præstanda. Hæc omnia Mag-
deburgi sunt excusa, anno Domini 1550. Libel-

lum de vera Christi & falsa Antichristi doctri-
na: Magdeburgi apud Michaelē Lothē, an-
no D. 1550. contra primatum Papæ libellum
ibidem excusum, apud Christianum Rhodium.
Libellum contra Interimistas, Adiaphoristas, &
alios Christi persecutores: impressum ibidem
apud Michaelē Lothē, anno Domini 1550. Idē
cum Nicolao Gallo eutulgabit sententiam minu-
storum Christi in ecclesia Hamburgensi, Lubec-
censi, Lünebergensi, & Magdeburgensi, de corru-
ptelis doctrinæ iustificationis, liber impressus
Basileæ, anno Domini 1553. in octavo chartis sex.
Eiusdem explicatio de vocabulo fidei & alijs qui-
busdam vocabulis, ex fontibus Hebraicis, excusa
est Vuitenbergæ. Scripsit etiam consolationem
ad Christianos Saltzburgenses. Item historiam
certaminū inter Romanos episcopos, & sextam
Carthagenensem synodum, Africanasque eccle-
sias, de primatu seu potestate Papæ, bona fide ex
authenticis monumentis collectā: excusam Basile-
æ ab Opor. Regulas & tractatus de sermone sa-
crarū literarum, excusas Magdeburgi anno 1551.
* Præterea hæc ab illo edita sunt. Amica admo-
nitione de canone Missæ. Magdeb. Confutatio Ca-
techismi Sydonij. Magdeb. 1549. Clarissimæ notæ
veræ & falsæ religionis. Madeb. 1549. Contra
commentitium Papæ primatum. Madeb. 1549.
Contra novos Dezelios Bullarum Lubilæi. Ibi-
dem 1549. Antichristi præcones. Item tres bullæ
de Lubilgo 1550. Magdeb. Epistola Petri Blesensis
ante 400. annos scripta, in qua pulchre depingi-
quàm piè Episcopi per suas harpyias regant ec-
clesiam Christi, ab Illyrico edita. Forma inquisi-
tionis Hispanicæ cum præfatione M. Illyrici. Pi-
quedam vetustissima poemata, Antichristū eiu-
que Spirituales insectantia, ab Illyrico edita.
Quod locus Luca 7. Remissa sunt ei peccata, ni-
hil patrocinetur Pharisæicæ iustitiæ, per Illyricū
Magdeb. 1548. Piæura Hyenæ seu Sphynxis A-
gustanæ à Philippo versibus conscripta cu sch-
lijs Illyrici. Epistola apologetica Illyrici ad que-
dam pastorem. Magdeb. 1549. Duo somnia Phi-
lippi per Illyricum. Omnia Latina scripta Illy-
ci contra Interim & Adiaphora edita, vno volu-
mine cōprehensa. Madeb. 1550. Responsio Gal-
& Illyrici ad epistolas Misnensium concionato-
rum, de quæstione, An potius cedere quàm li-
neam vestem induere debeant, 1550. Responsio
Illyrici ad epistolam Philippi. Responsio eiusdem
ad maledicta Maioris. Responsio eiusdem ad E-
meranum. Declaratio turpitudinis peccati eor-
qui per conciliationes Interim à Christo ad An-
tichristum deficiunt, De vocabulo & re fidei
Flacci Illyrici impressum Vuitenbergæ cum præ-
fatione Philippi, anno 1549. Regulæ & tractatus
de sermone sacrarū literarum, Magdeb. an. 1551.
Paralipomena Dialectices Basileæ impressa. In
originali peccato & libero arbitrio, Illyrici
Eiusdem de eadem re contra D. Io. Pffingger
60 Disputatio Ienenensis cum sua defensione & cor-
trariorum sophismatum resolutione. Ienæ edi-
1558. Disputatio Vinariensis contra Victorinu-
cum multis libellis adiunctis, Basileæ excusa
Oporino anno 1564. Catalogus testium veritatis,
qui ante Lutherum Antichristo reclamant
Anilogs

Antilogia Pape & veterum scripta contra Papam eiusq; errores. Basileæ. De fide & iustificatione libelli simul editi. Basileæ ab Oporino. De dissidijs & contradictionibus Papistarum eorumque religionis. Basileæ. Refutatio Bruni cum adiunctis. Basileæ. Pia & necessaria admonitio contra errores Maioris. Ratisbonæ. Complures libelli de re ac controuersia Sacramentaria. Francofordiæ editi à Brubachio, 1567. Refutatio Sophismatum de eadem controuersia. Vrsellis edita, 1567. Duæ partes aut tomi Clauis Scripturæ, ab Oporino Basileæ editæ. Glossa Illyrici super totum Nouum Testamentum à Petro Perna Basileæ edita, anno 1570. De loco Rom. 3. describitur de iustitiam fidei contra Osiandrum: Illyrici. De nomine Iesu & Iehoua contra Osiand. Tabula de 4. Regnis spiritualibus. Refutatio erroris Osiandrici. Tabula trium Methodorum Theologia. Ienæ, 1558. Refutatio mendacij de Logo. Ienæ, 1558. Epistola ducis Megapölenensis ad Illyricum de Osiandrica controuersia cum Appendice Illyrici. Probatio quod persecutores aduersariorum Interim, sint ipsius filij Dei persecutores De materijs & metis scientiarum, & erroribus Philosophiæ in rebus diuinis. Ienæ, 1558. Contra quædam Adiphorica scripta, quæ à multis Gasparo Huberino tribuuntur. Conciò penitentia propostia publicis peccatoribus, utpote apostatis, abnegatoribus & persecutoribus per Illyr. & Gallu. Contra Hæreticum Dikæusistam de dicto Ioannis: Spiritus arguet mundum de iustitia, quia uado ad patrem. Epistola Guilhelmi Postelli ad C. Schuuenckfeldium cum præfatione Illyrici. Nihil Thebalonicensis libellus de primatu Pape uerius ex Græco in Latinum sermonem per Illyr. Rationes Illyrici, cur Antichristi Synodi deuidandæ sint, præpositæ recufationi Tridentinae Synodi, anno 1546. à statibus editæ. Protestatio contra Concilium Tridèrinum cum Norma Synodi, & scripta quædam Monarch. de eo concilio. Iulij Firmici Materni de erroribus profanarum religionum liber cum præfat. Illyrici. Breues summæ religionis Christi & Antichristi. per Illyr. Epistola Illyrici & aliorum Theologorum Ienensium de causa Victorini ad piòs quosdam fratres. Quæ & quam sacrosancta iura Stusselus uiolauerit accusando Vuigandum & Illyricum coram Politico Magistratu ob priuatam & Christianam ipsorum erga se admonitionem. Missa Latina, quæ olim circa 700. annum in usu fuit, & alia quædam cum præfatione Illyrici. Quod hoc tempore nulla prorsus sit mutatio faciendain gratiam impiorum. Madeb. 1549. Indulgentiaepij Papæ cum præfatione Illyrici. Echnica Iesuitarum doctrina de expiatione peccatorum & Iustificatione. Confessio Vnitæb. de libero arbitrio cum Scholijs Illyrici & Prætorij. Causæ, cur status imperij in constituenda pace religionis tã aliorum piorum, quam suorum subditorum rationem habere teneantur. Supplices libelli pro Synodo Ecclesiæ. Historia Carthaginensis VI. Synodi. Basileæ apud Oporinum. Turonensis historia, Item Vrspergensis Chronica ab Illyr. emendata & edita. De translatione imperij ad Germanos, & de electione Episcoporum, liber Illyrici.

Defensio sanæ doctrinæ de originali iustitia aut iniustitia, aut peccato. Basileæ 1570. Demonstrationes euidentissimæ doctrinæ de essentia imaginis Dei & Diaboli, iustitiæ & iniustitiæ originalis. Basileæ apud Pernam octauo. De occasionibus uitandi errorem in essentia iniustitiæ originalis. Item de utilitate doctrinæ, de essentia imaginis Dei ac Diaboli, iustitiæq; ac iniustitiæ originalis, ibidem. Defensio doctrinæ de essentia originalis peccati, &c. Germanicè in quarto. Apologia suorum scriptorum contra quorundam calumnias. Germ. 4. Causæ cur Christiani omnes ab Antichristo secedere debeant, Germanicè anno D. 1570. quatto. De Augustini & Manichæorum sententia, in controuersiam peccati 1571. in quarto. Vrsellis. Verâ explicatio ascensionis Christi, & sententiæ Petri Act. 3. Oportet Christum suscipere cælum, ibidem. Refutatio Sophismatumq; etiã errorum antidoti, & aliorum Neopelagianorum scriptorum, 1573. in 4. Utiles quædam regulæ de prædicatione legis & cognitione peccati. Additis causis cur essentia originalis peccati explicanda sit, 1573. Responsio Germanica ad omnia sophismata Pelagiani accidentis, 1572. Vrsellis. Refutatio sententiæ D. Musgi de originali peccato, ibidem. Absurda Manicheopelagiani Accidentis, non coacta, sed inuitabili necessitate conuicta, opposita recentium Sorbonistarum monistris 1572. Spiritus uertiginis Accidentariorum theologorum. Responsio ad Islebientium conuicatorum falsam institutionem, anno D. 1573. Germanicè. Alia quoque complura eius scripta extant Germanica, contra Papam, Interim, Osiandrum, Schuuenckfeldium, Sacramentarios, Anabaptistas.

Matthias Illyricus, Garbitius, Græcarum literarum professor Tubingæ, edidit orationem funebrem in obitum Ioannis Sighardi iureconsulti. Item varia carmina. Orationes duas editas cum alijs orationibus professorum Academiae Tubingensis 1557. In Hesiodi Opera & Dies interpretationem & scholia. Basileæ apud Oporinũ, anno D. 1559. Item in Aeschyli Prometheum; Ibidem.

* *Matthiæ Gastricij* Noua harmonia, cancionestum piæ tum iucundæ quinque uocibus. Item alia carmina quatuor uocũ: noua symbola principum; quinque & quatuor uocum ad omnia instrumenta accommodata; Ibidem. De heroicis uirtutibus libri quinque, Norimbergæ anno Domini 1569.

* *Matthiæ Hæci Dani* carmen in eclipses lunæ; anni 1538. Norimbergæ apud Ioannem Petreium excusum.

* *Matthiæ Hebsacer*, Conciones decem de ebrietate, quibus eius proprietates & fructus iuxta ordinem decem præceptorum declarantur. Tubingæ anno Domini 1568. in quarto Germanicè.

* *Matthiæ Holtzuuart* nouæ Germanicæ poetos libri quinque, Vuirtebergicæ domui inscripti. Argentinae 1568. in folio.

* *Matthiæ Lobel & Petri Penæ* medicorum Stirpium aduersaria noua, & cætera. Vide in Petro Pena. Londini anno humanitæ redemptiõnis 1571.

Matthias à Michau, scripsit de gentibus septentrionalibus, siue de Sarmatia Asiana atque Europæa libri 2. qui olim Augustæ Vindellicorum impressi sunt, & nuper Venetijs cum libro Aubani Boemi de moribus omnium gentium. Et Basileæ à Heruagio, anno Do. 1532. cum noui orabis scriptoribus.

* *Matthiæ* Michouij Conseruatio sanitatis. Cra-couia.

Matthiæ Doringi, ordinis minorum, Replica, 10 defensiuæ postilla Nicolai de Lyra, ab impugnationibus Pauli Burgensis, editæ cum eiusdem Nicolai postilla.

Matthias Mosnauerus, Argentinensis, rededit totum Psalterium Davidicum in locos communes, & scripsit epigrammata diuersi generis doctissima. Vixit anno 1543.

Matthias Mynecomius, ordinis eorum quos vulgo cruciferos vocant, Germanus, ac ex Traiecto superiori oriundus, abbreviauit Musicâ Boethij, & Theologiam naturalem Raymundi Sebeydi. Claruit anno 1495.

Matthias Palmerius, Pisanus. Vide in Mattheo Palmerio.

* *Matthias* Palmerius, Vincentinus, Aristoteli bellum de interpretatione legis Hebraicæ per 70. Latinum fecit. Bebelius excudit Basileæ 1536. Alij à M. Palmerio Florentino translaturum aiunt.

* *Matthias* Parisiensis dictus, Boemius natione, scripsit prolixum librum de Antichristo, in quo 30 eum iam venisse probat. Exiit manuscriptus apud M. Fl. Illyricum.

Matthiæ Ringmanni Philelij, Vogesigeng, passionis Christi ex 4. euangelistis historia, cum 26. figuris artificiosis, excusa Argentinæ à Knobloch. Eiusdem leguntur epigrammata aliquot. Fuit discipulus Jacobi Vuimpfelingi.

* *Matthias* Schenkus, Augustanæ scholæ moderator, Nomenclatorè Adriani Iunij ad vsum scholarum accommodauit, prætermisissis linguis peregrinis, & mutatis in loco Germanicis, additis denique paucis quibusdam rerum vocabulis, Augustæ. Idem scripsit epistolam apologeticam ad Hier. Vuolfsum, qua ratione redditur cur eum ad editionem Commentariorum in Officia Ciceronis hortatus sit: præfixam Comment. Vuolfij.

* *Matthias* Sommerus in Germanicam linguam transtulit librum Fabiani Sommeri de themis Carolinis. Lipsiæ 1573.

Matthiæ Stroj Regiomontani Borusii, ecloga de coniugio Casparus Peuceri Budisinsensis, & Magdalenæ filia Philippi Melancthonis, Vuitbergæ, anno D. 1550. Elegia de baptismo filij Dei eodem tempore conscripta.

Matthias Theodorus Melanelius, medicus Antuerpiensis, librum Græcum de melancholia ex Galeni, Rufi, & Actij Sicani voluminibus collectum, Latinum fecit, vna cum Stephani medici cognomèto magistri, exquisitissimo oculari collyrio nunc primum Latine edito. Liber excusus Antuerpiæ 1540.

* *Matthiæ* Tinctorij Vuormaciensis, Series complectens historias Genealogiæ filij Dei, pontificum veteris Testamenti, iudicum, ducum, regum Iudæ & Samariæ, & quatuor monarchiarum, ad

Hierosolymitanæ vrbs eiusq; gentis exterminiationem. Francofurti 1569. in quarto.

* *Matthias* Vgonius episcopus Famagustanus, De patriarchali præstancia.

Matthiæ Vucilmanni Zuiccauij, canones penitentialis ex varijs sacrorum pontificum decretis, anno 1516. Lipsiæ.

* *Maturinus* Clemens, alias Couroys, Gallus natione, prouincialis Carmelitarum Franciæ, ac Parisij Theologorum Decanus, gymnasium Bivris in ea facultate primus posuit, vir sermone disertus, hic scripsit Lecturam sententiarum lib. 4. Commentarios in Matthæum lib. 1. Directorium eiusdem lib. 1. In Paulum ad Romanos lib. 1. In eundem ad Corinthios lib. 2. De summa Trinitate lib. 1. Resumptionum suarum lectionum lib. 1. In Decretalem Innocentij lib. 1. De sacramento Eucharistiæ lib. 1. De fide catholica lib. 1. In Clementinas lib. 1. In Decretalia lib. 1. Repertorium historiarum lib. 1. De ortu D. Annæ lib. 1. Contra superstitiones lib. 1. De materia votorum lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. Quadragesimalis lib. 1. Compendium Augustini de ciuitate Dei lib. 1. De conceptione Mariæ lib. 1. Orationes ad Clerum lib. 1. Lecturas etiam in scripturam sacram elegantes edidit. Obijtque tandem Bivris anno Domini 1509. decima die Julij, & ætatis sue anno 89. Ex ea bibliotheca.

* *Maturini* Corderij, natione Galli, de corrupti sermonis apud Gallos emendatione, & Latine loquendi ratione, siue de Latini sermonis varietate & modis loquendi lib. 1. Robertus Stephanus excudit Parisijs anno Domini 1536. & Vuesthemerus Basileæ anno 1537. commutata Gallicæ linguæ interpretatione in Germanicam, per Ioannem Frisum Tigutinum. Eiusdem de quantitate syllabarum liber excusus. Exempla de Latino declinatu partium orationis: Robertus Stephanus excudit Parisijs. Disticha Catonis cum Latina interpretatione hactenus non visa. Epitome in singula ferè disticha. Distia sapientum cum interpretatiuncula: Omnia recognita, nonnulla adiecta, quædam immutata, Maturino Corderio auctore. Vuesthemerus excudit Basileæ anno 1537. Claruit autem anno Domini 1544. Eiusdem rudimenta Grammaticæ de partium orationis declinatu, recognita vna cum appendice. Colloquiorum scholasticorum libri quatuor, ad pueros in sermone Latino paulatim exercendos, Maturino Corderio auctore. Item Colloquiorum seu dialogorum Græcorum specimen auctore Henrico Stephano. Simul hæc excusa sunt apud H. Stephanum. Principia Latine loquendi, Latine, & Gallicæ & Germ. quoq; à Io. Frisio edita.

Maturini Textoris Mamertini, Oratio exhortatoria in Cenomanensi synodo habita, de dignitate & officio sacerdotum.

* *Maugantius* Genethliacus, Britannus, scripsit Canones Mathematicos atque alia eius generis non pauca. Claruit anno Domini quadringentesimo septuagesimo.

Mauricius episcopus Parisiensis, scripsit periculum totius anni, tam de Dominicis, quam de festiuitatibus sermones ad populum lib. 2. De et

ra animarum ad presbyteros lib. 1. Claruit anno Domini 1190.

* *Mauricius* Chaney, Anglus, Carthusiensis monachus, & ab Anglia ob papismum profugus, scripsit sub titulo historiae martyrum Angliæ; quamuis essent tyranni ac proditores, De Rosenfensi & Moro lib. 1. De Reginaldo Brigidano lib. 1. De octodecim Carthusianis lib. 1. Ad Ioannem priorem maioris Carthusiæ hæc scripsit. Et sunt impressa. Baleus.

* *Mauricij* Imperatoris De re militari libri duodecim commemorantur à Tetto ut extantes in Italia; videndum tamen ne forte mendum sit.

Mauricius Hybernas citatur in Chrysofostomo Ioannis Eccij.

Mauricius Marganensis, Anglus, scripsit diuerso carminum genere Epigrammatum librum. Claruit anno D. 1210.

* *Mauricius* Somersetus, Cisterciensium, seu Bernardinæ sectæ, scripsit De schemate pontificali lib. 1. Carmina quoque plura lib. 1. Claruit anno 1190. Baleus.

Mauri de fide Christiana, & ijs quæ ad fidem pertinent lib. 4. ad Ludouicū primum Imperatorem, extant Viennæ Austriæ apud Vuolfgangum Lazium. Mauri episcopi Conuiniū Dei ad Lotharium regem. Basileæ Parcus impressit anno D. 1557.

Maxentij veteris Theologi liber quidam impressus in Germania. Vide Ioannem Maxentium.

Maximianus Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

Maximiliani Cæsaris responsio ad Leonem decimum pontificem, impressa in Germania. Eiusdem liber Experientiarum, cuius meminit Spieselius in commentarijs suis super Sbrulium.

Maximilianus Mauri, Germ. Oppositiones contra proposita Petri Maluedæ Hispani, monachi, quæ proposuit in colloquio Ratisponensi, anno Do. 1546. Eiusdem liber apophregmatum sacerdotum ex historia ecclesiastica & tripartita collectus, excusus est Norimbergæ, anno Domini 1552. in decimo sexto. Lazarus resuscitatus, liber Germanicus de consolandis ægris & morientibus. Francofurti 1572.

Maximilianus Transylvanus, descripsit navigationem Castellanorum ex Hispania ad Molucas insulas ab Occidente in Orientem per inferius hemisphærium, Caroli V. auspicijs institutâ. Liber impressus cum alijs noui orbis auctoribus Basileæ.

Maximilla prophetissa, Montani hæretici coniunx, libros propheticos cõscripsisse fertur, quorum meminit Nicëphorus libro quarto historiae ecclesiasticæ.

Maximinus (alàs Maximus) exquæstor palatii sub Theodosio, operam suam contulit ad codicem Theodosianum.

Maximus quidam vetus I. C. scripsit ad legem Falcidiam lib. 1. De legibus lib. 1.

Maximi Urbani, Sidonij, & Macarij ad Cyprianum epistolum, libro 3. epistola 14. apud Cypr.

Maximus sub Commodò & Seuero Imperatoribus famosam quæstionē insigni volumine ven-

tilauit, vnde malum, & quod materia à Deo facta sit. Hieronymus.

Maximi Aegienfis libri de Apollonij Tyanci rebus actis in Aegis ciuitate, à Philostrato nominantur.

Maximus Cæsar, Augustanæ vrbis episcopus, insigni volumen & opus amœnum composuit, de gestis Gotthorum in Hispanijs. Claruit anno Domini 610.

10 *Maximus* Moguntinensis episcopus, scripsit contra Arrianos, qui suo tempore Christi ecclesiam inuasent, Homilias sacras quàm plurimas. Claruit anno D. 1360.

Maximus philosophus, Alexand. & Constantinop. episcopus, insignē de fide aduersus Arrianos scripsit librum, quem Mediolani Gratianò principi dedit. In huius laudem librū edidit Gregorius Nazianzenus. Extant, quæ subiiciuntur, omnia Græce in Italia & alibi; pleræque verò Romæ in Vaticanâ bibliotheca. *Maximi* philosophi & martyris lib. 42. & in alio catalogo quodam talis inscriptio est: *Maximi* philof. & mart. *opéra* 45. *Maximi* confessoris et philof. enarratio in Aristotelis prædicamenta, itē Definitiones diuersorum patrū, Græce Romæ. Eiusdē dialo. Pyrrhi.

20 Abba *Maximi* confessoris capita de charitate, quæ & impressa sunt Græce & Latine Tiguri apud Christ. Frofchouerum 1546. cum sententijs Antonij et *Maximi*, & deinde Basileæ ab H. Petri 1531. cum alijs veterū theologorū opusculis. Hæc catontas (aliàs hecatontades capitum) ad Elpidiū presbyt. sacra dogmata. De 4. impossibilibus: Quæstiones varig contra Arrianos. De 2. voluntatibus & operationibus in Christo. Eiusdē diuersa opera, quorū in catalogis nomina expressa non sunt. *Maximi* sermones plurimi, capita diuersa de fide & mystica Theologia. Scholia in Dionysij Areopagitæ libros, quæ etiam Latine reddita habentur, & cum Dionysij libris olim, ni fallor, impressa sunt. Sermo *ἀνομιῶν*. Prologus in scholia addita *ἰν τοῖς μυστηρίοις* cuiusdam libri, fortē Dionysij Areop. epistolæ. Eiusdē encomiū S. Cyrilli. Opusculum in carnis assumptionē Christi. De diuersis dubijs sacre scripturæ quæst. 65. De diuersis dubijs in libris SS. Dionysij & Gregorij ad Thomam. Ad Ioan. archiep. Cyzici de varijs dubijs. Scholium in epigrammâ quoddam Græcum, legitur in Florilegio Planudis: extant quidem scholia Græca in totū Florilegiū, nescio an ab eodem cõscripta. Floruit autem *Maximus* philosophus Alexandrinus, anno 380. *Maximi* de Mystagogia, hoc est, de introductionē ad sacra ecclesiæ mysteriâ, seu sacramenta libellus, à Genetianō Herueto in Latinam linguam translatus. Venetijs Alexander Bruciolus 1548. Scholia in Dionysium Areopagitâ cum eiusdē operibus impressa sunt Parisijs apud Morelium, año 1562: octauo Græce.

Maximus quidā Aristotelis libros duos de plantis, Arabicos olim ex Græcis factos, rursus ex Arabicis Græcos fecit, ut à nonnullis affirmari scribit Hermolaus Barbarus in Corollario super Dioscoridem cap. 38. Editi sunt autem Basileæ Ioannis Oporini opera & Græce & Latine, Hiëronymo Gamusæo interprete.

Maximus Florétinus, monachus Cassinensis, in Latinam linguam ex Græca transtulit Aretæ Cæsariensis episcopi commentaria in Apocalypsim Ioannis, excusa Basileæ à Heruagio, anno Domini 1553. in 8. Idem transtulit Oecumenij commentarios in omnes epistolas Pauli ab eodem excusos in 8. tomis duobus.

S. Pater Maximus capita diuersa sententiarum ex sacris & profanis authoribus Græcis quàm plurimis, iuxta locos communes digessit. Quæ à 10 Conrado Gesnero Tigurino Latinitate donata, cum Antonij monachi Melissa, excusa sunt Tiguri apud Froschouerum, Græce separatim, & Latine, anno 1546.

Maximus Epirota, aut Byzantius philosophus, scripsit de insolabilibus oppositionibus, de principijs, de numeris, commentarium ad Aristotalem: & alia quædam. Suidas.

Maximi Grammatici Madaurensis epistola ad D. Augustinum, religionem Christianam prophanans, &c. quadragesima tertia inter D. Augustini epistolas.

Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, Problematum volumen composuit. Scripsit commentarios in rhetoricam Hermogenis, in Theophrasti characteres & scholia in Diophanti Arithmetica; quæ omnia seruantur in Italia. Eiusdem Epimerismata, Eclogæ, quomodo appellentur animalia tum terrestria tum aquatilia. Enarratio de dominicis thematibus Hierosolymis, Figure de Sole & Luna, Veris & Hyemis encomion, Græce extant Romæ in Vaticana, epistolæ eius Græcæ, Florentiæ extant in bibliotheca Medicum. *Υποποσεια*, secundum Indos, Venetijs apud Diegum Hurta dum. Epigrammata veterum Græcorum plurimorum, quæ Agathias Scholasticus collegerat, lasciuioribus relictis, in vnum iam vulgo sparsum volumen cœgit. Hæc epigrammata in lib. 7. digesta. Anthologij id est Florilegij titulo, Aldus excudit Venetijs, 1521. & 40 Frobenius Basileæ, 1549. cum commentarijs Ioan Brodæi. Extant etiam Vincentij Obsopei in eadem annotationes, excusæ apud Oporinum Basileæ. Eiusdem Græca interpretatio distichorum Catonis, iam aliquoties cum Latinis impressa est. Aesopi fabulatoris vita & apologi per eundem conscripti, excusi Græce Basileæ apud Ioanem Frobenium, 1521. cum aliquot alijs gnomiis scriptoribus, & rursus alijs Græce & Latine è regione. In Græcum sermonem 50 conuertit, præter disticha Catonis, Ouidij metamorphoseos librum soluto sermone, & epistolas Heroidas eiusdem: Macrobij commentarios in Somnium Scipionis, eiusdem Saturnalia: D. Augustini librum de ciuitate Dei, & alia quædam eiusdem quæ extant in Italia. Idem Aristotelis librum de plantis ex lingua Punica in Græcam retraxit. Maximi Planudis liber de vrinarum cognitione, manuscriptus seruetur in bibliotheca Regis Gallorum.

Maximus episcopus Taurinensis, scripsit de Euangeliis capitulis lib. 1. in actus Apostolorum lib. 1. in laudem apostolorum lib. 2. in laudem Ioannis Baptistæ lib. 2. De vna Eusebij Vercellensis lib. 2. De sancto Cypriano martyre

lib. 2. De gratia baptismi lib. 1. De auaritia lib. De hospitalitate lib. 1. De defectu Lunæ lib. 1. De eleemosynis lib. 1. De verbis Esaiæ lib. 1. De passione Domini lib. 1. De ieiunio quadragesimæ lib. 1. De ieiunio seruorum Dei generali lib. 1. De ludæ traditione lib. 1. De cruce Domini lib. 1. De sepulchro Domini lib. 1. De officio missæ lib. 1. De accusatione Domini homil. 1. De resurrectione Domini hom. 4. De S. Laurentio hom. 3. De S. Stephano homil. 1. De Calendis Ianuarijs homilia 1. De natali Domini homilia 3. De Epiphania Domini homilia 2. De Pascha homilia 3. De Pentecoste homilia 3. De penitentia Niniuitarum homilia 1. De non timendis hostibus carnalibus: homilia 1. De gratias post cibum agendo homil. 1. & alia multa. Tritemius ex Genadio. Maximi (eiusdem ni fallor) homilia 17. cum alijs veterum homilijs ab Alcuino collectis leguntur. Homilia Maximi, seorsim excusæ Colonia apud Gymnicum. D. Ioannis Baptistæ res, id est, Euangelicæ historiæ libri tres nuper Basileæ cum alijs impressi. Claruit autem anno 420.

Maximus Tyrius, philosophus, sub Commodò Romæ egit: scripsit de Homero, & quæ nam apud ipsum vetus philosophia sit: An Socrates recte apologiam detrectauerit, & alias quasdam philosophicas quæstiones Suidas. Hæc quæstiones, siue sermones vel capita 41. Græce extant Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Ioannes Frobenius, etiam Latine excudit olim Basileæ. Maximi Tyrii philosophici Platonici sermones è Græca in Latinam linguam versi à Cosmo Pacci archiepiscopo Florentino, castigati à G. Alberto Picto, excusi sunt Parisijs, anno D. 1554. in decimosexto. Iidem sermones ab Heinrico Stephano Græce editi sunt, & Latine quoque ex Pacci translatione, sed ab Heinrico Stephano emendati, in octauo.

Maymo citatur in tabulis Elluchasem medici. * *Mayneti* Maynetij medicis professoris Bononiæ, Commentarij in Aristotelis librum de sensu & sensibilibus. Florentiæ 1555. in folio.

Mecænat carminum liber decimus, item dialogus secundus citantur à Charisio. Eiusdem scripta citantur à Plinio libro 32.

Mechtildis virgo in Germania, aliquid scripsit, cuius meminit Iacobus Faber in epistola ad beatum Rhenanum, cum Gregorij Nissenii operibus, statim post octauum librum, qui est de prouidentia, Colonia impressis.

Meccon quidam de equis scripsit. *Medij* medici scripta citantur à Plinio lib. 20. 23. 25. & 27. naturalis historiæ.

Meduinus Britannus, scripsit quædam, quorum mentionem facit Ioannes Balcus in eius vita. Claruit anno D. 280.

Messret sermones, theologici opinor, impressi in Italia. Eiusdem sermonum æstiuorum & hyemalium ingentes libri, quos horulos reginæ in 60 scripsit, impressi in Germania non addico loco.

Megaclides scripsit de viris illustribus. Athenæus lib. 10. Apud eundem lib. 10. citatur *Megaclides*, & *Megasthenes*, author Indiæ historiæ lib. 4. & *Metasthenes* etiam à Plinio libro septimo.

* *Megaclides*

Megasthenes Palimboira ad Andracotum Indorum regem legatus missus, suæ peregrinationis commentarios reliquit, Strabo lib. 2. Eius liber tertius rerum Indicarum citatur à Clemente. Vixit cum Seleuco Nicatore. Plinius, *Megasthenes* & Dionysius à Phiadelpho missus cum regibus Indicis morati sunt. lib. 6. cap. 27.

* *Meges* chirurgie professor nò mediocris quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplina adiecit, Celsus 7. 1.

Meginfridus, monachus Fuldensis, Germanus natione, Chronicon scripsit lib. 1. Tritemius in compendio.

Meginhardi libellus ad Guntherum, de fide, varietate symboli, & ipso symbolo apostolico, & peste multarum hereseon insignidorum: excusus est Colonia, 1532. apud Heronem Alopecium, cum M. Marulli Euangelistario.

Mehris citatur à Io. F. Serapionis.

* *Meichingeri* libellus de thermis ferinis, & alter, 20 de thermis Cellensibus.

Melampi de nævis corporis tractatus ex Nicolao Petreio interprete, excusus est Venetijs, anno Domini, 1552. in 4. cum alijs quibusdam. Melampus hierogrammateus, scripsit de augurijs ex salibus corporis: quæ Augustinus Niphus in librum primum de augurijs transtulit.

Melancomij fragmentum extat apud Ioan. Stobæum, de laude pulchritudinis.

Melanippides Melius Critonis F. Olympias de LXV. natus, scripsit Dithyrambis plurimos libros, & poemata versu heroico, & epigrammata, & elegias, & alia plurima, Suidas.

Melanippides ex filio nepos superioris, Critonis F. qui & ipse Lyricus fuit, in Dithyrambica modulatione plurima innouavit, & apud Perdicam regem ætatem exegit. Scripsit & ipse cantica Lyrica & Dithyrambos. Idem Athenæus citat *Melanippidis* Marfiam.

Melantius pictor in libris de pictura citatur à Laertio in Polemone.

Melanthius scripsit de mysterijs Eleusinijs. Athenæus.

Melanthius quidam citatur à Plinio lib. 35.

Melanthius poeta Cimonis ducis familiaris, scripsit carmine elegiaco multa, teste Volo. Eius poemata citatur apud Plutarchum in vitâ Cimonis. Fuit & alius eius nominis Tragicus poeta.

* *Melas* historicus ex Anea Cariæ oppido natus citatur à Stephano.

Melchias Papæ decreta, cum reliquis excusa Colonia.

Melchior Ambach, ecclesiæ Francfordensis minister, scripsit contra ebrietatem, libellum impressum Francfordie per Hermannum Gufrich, anno 1544. Item contra saltationes & choreas, librum ab eodem excusum, anno 1545. Respondit etiam cuidam qui contra libellum de choreis scripsit. Idem annotationes Bullingeri in 2. cap. 2. epist. Pauli ad Thessalonicenses de antichristo, in Germanicam linguam transtulit.

Melchior Acontius, scripsit ad Ludouicum comitem à Kunigstein & Stolberg Epicedion Erasmi Roterodami, excusum Argentinae cum declamationibus Philippi Melan. Item Epithalamium

in Georgij Sabini & Annæ filia Melanchthonis nuptias, cum Georgij Sabini poematis excusum, scripsit etiam complura alia carmine.

Melchioris Fendij de laude vitæ scholasticæ oratio excusa est Argentinae, cum declamationibus Philippi Melanch. apud Cratonem Mylium.

Melchioris Flauij Minoritæ, liber de Regno Dei, de quo Christus locutus per dies quadraginta. Louanij, 1566. in octauo.

10 *Melchior* Guilandinus Borussus, medicus, iuuenis doctissimus, cum alijs in re medica præcipue, cum in medicamentorum simplicium cognitione, quam multis & longinquis per Europam peregrinationibus, & mediterranei maris ad Africam traiectu sibi comparauit, exercitissimus, hoc tempore Patauj degit (anno Domini 1554.) vbi alia quædam & Mithridaticæ antidoti examen elucubratur. * Eius Guilandini Papyrus, hoc est, Commentarius in tria C. Plinij maioris de Papyro capita. Accessit Hieronymus Mercurialis repugnantia qua pro Galeno strenue pugnatur. Item M. Guilandini assertio sententiæ à se pronuntiata. Venetijs, 1572. in quarto. Apologiae librum primum edidit cui titulus Theon. Scripsit etiam duos alios, quorum secundus Patætion, tertius Bion inscribitur, qui autem editi sint nescio. Epistolæ quatuor de stirpibus editæ.

* *Melchior* Hitorpius scripta veterum de diuinis ecclesiæ officijs ac ministerijs, partim primū edidit, partim à mendis repurgauit: liber editus est Coloniae apud Geruinum Calerium in folio, 1568.

Melchior Hofmannus, scripsit commentaria in Apocalypsim, & quædam alia.

Melchior Kling iureconsultus, scripsit explicationem titulorum in iure, item librum dispensationum legis diuinæ in casu necessitatis. * Ius Saxonicum, cum textu & glossa in iustum ordinem redegit: impressum Lipsiæ, 1571. in folio, Ger. in 4. In Institutionū libris enarrationes, à notis errorum, ob quos earum lectio prohibita fuit, repurgatæ. Louanij, 1572. in 8. Ibidem etiam edita est Explicatio & continuatio titulorum iuris vtriusque.

Melchior Linck, iuris professor Vuitenbergæ, scripsit commentarios in institutiones iuris, impressos Vuitenbergæ, in folio. Forte Kling.

Melchior Lotherus ecclesiasticas cantiones, quas responsoria vocant, de tempore & sanctis collectas excudit Lipsiæ, anno Domini, 1522.

Melchioris Soiteri à Vinda I. C. de bello Pannónico per D. Fridericum comitem Palatinum Rheni Bauariæq; ducem aduersus Solimanum Turcarum tyrannum Caroli V. Cæsaris & Ferdinandi fratris auspicio gesto lib. 2. Eiusdem Stragematicon, ac rerum Turcicarum epitome. Item Ioannis Schnotenbekij de Turcarum militaribus magistratibus liber. Opus excusum Augustæ Vindelicorum, anno Domini 1538. in quarto. chart. 18.

Melchior Volmarius Erythropolitani, bonarum literarum in academia Tubingensi professor, scripsit in Demetrii Chalcondylæ erotemata præfationem, de ratione discendæ linguæ Græcæ.

excusam Basileæ ab Oporino. Annotatinnulas (vt audio) in primum & secundum Iliados Homeri, in Gallia excusas.

Meleagri Cynici Symposium Athenæus citat, & alibi Meleagri Gadareni Charites. Meleagri, sine alio nomine, plurima epigrammata passim obuia sunt in Planudis Anthologio. * *Meleager* Gradarenis vel Gadarenis inter Homeri interpretes numeratur. Meleager in secundo de opinionibus citatur à Laertio in Aristippo. Refert etiam Hermolaus Meleagram Græcum authorem scripsisse volumen singulare Iecithi & phaces comparationem continens.

* *Meleandus* quidam doctor iuris alicubi allegatur in glossa iuris canonici.

* *Melesagoras* Chalcedonius historicus vixit ante bellum Peloponnesiacum, teste Dion. Halicarn.

Melesermus, Atheniensis sophista, scripsit epistolarum meretriciarum libros 14. rusticarum lib. 1. De re culinaria epistolarum lib. 1. Conuiuialium lib. 1. Suidas.

Meletius, Eusebius, & Basilius, & reliqui, scribunt epistolam ad fratres & episcopos per Italiam ac Galliam, quæ est numero 69. inter Basilij & Gregorij epistolas.

Meletij monachi de natura hominis liber Græcus, est in bibliotheca Diegi Hurtradi, item Romæ in Vaticana. Meletij concionis exemplar, vide in Epiphanio Latino Basileæ impresso. Meletij monachi nomine, qui prius Mahometis religionem professus, Achæmenides dicebatur, Io. Cantacuzenus (qui ex imperatore Constantino politano factus monachus, Ioasaph nominatus est) pro Christiana religione aduersus Saracenorum hæresim apologias quatuor scripsit, ad Musulmanum Sampsatinem Sphacanè Persam, quæ apologiæ impressæ sunt Græce Basileæ cum Alcorano, apud Ioannem Oporinum, cum ipsius Musulmani epistola ab initio.

Meletij Græci, totius medicine scriptoris, Lilius Greg. Gyraldus in præfatione super versione sua Symeonis Sethi, tanquam adhuc extantis, mentionem facit. Vide in Mich. Psello. * *Meletij* philosophi commentarij in Aphorismos Hippocratis manuscr. in bibliotheca regis Galliæ.

Meletij philosophi, de natura structuraq; hominis opus, Nicolao Petreio Corcyraeo interprete, excusum est Venetijs apud Gryphium, ann. 1552. in 4. cum Polemonis, Hippocratis, Dioclis, Melampi, eiusdem generis scriptis.

Melinus Celsus Romanus elegantissima oratione Christophorum Longolium Romæ accusauit.

Melisander Lapitharum & Centaurorum pugnam versibus descripsit, teste Aeliano lib. 11. de Varia historia.

Melissa epistola 1. ad Claretam, impressa Venetijs ab Aldo, in volumine Græcarum epistolarum.

Melissus Itegenis F. Samius, Parmenidis auditor, philosophus, & vir politicus, qui præfectus classi magna virtutis documenta edidit. Floruit circa Olympiadé LXXXIIII. Vitæ eius scribit Laertius. Porro eius sententiam de Rerum principijs & ante confutat Aristoteles in physica acroasi.

Melisi Euboei scripta citantur apud Fulgen-

tium in Mytholog.

Melissus grammaticus citatur à Charisio. Item à Plinio Melissus quidam citatur 7.9. & 25. libro.

Melito Asianus, episcopus Sardenis, scripsit de pascha lib. 2. De vita prophetarum lib. 1. De ecclesia lib. 1. De plasmate lib. 1. De dominica die lib. 1. De corpore & anima lib. 1. De sensibus lib. 1. De baptisate lib. 1. De fide lib. 1. De veritate lib. 1. De philoxenia lib. 1. De generatione Christi lib. 1. qui Clavis inscribitur lib. 1. De prophetia sua lib. 1. De diabolo lib. 1. eclogarum lib. 6. De Apocalypsi Ioannis lib. 1. De transitu sanctæ Mariæ lib. 1. Hæc Trittemius ex D. Hieronymo, qui testatur eum præterea scripsisse *επινοήτων* lib. 1. & M. Antoni no imperatori obtulisse librum pro Christiano dogmate. Historiæ vero de transitu S. Mariæ, mentionem nullam facit. Vide in Lilio Gyraldo de vitis poetarum. Hunc etiam libros Apologeticos ad imperatores scripsisse, ait Aeneas Syluius in descriptione Asiæ, cap. 64. Claruit anno Domini 160.

Melitonis cuiusdam scripta citat Plinius naturalis historiæ 18. libro.

* *Melitus* Lari F. Atheniensis orator cum Anyto Socratem accusauit. Fecit & comædias, & lapsi datus est ab Atheniensibus. Suidas. Idem Melitum Socratis accusatorem scribit tragicum fuisse poetam frigidiorum taxatum ab Aristophane. Præterea scribit, fuit temporibus Zenonis Eleatæ & Empedoclis, scripsit De Ente, aduersatus est Pericli, &c. Ego locum mendosum esse iudico, & hæc postrema ad Melissum refero.

Melkinus Aualonius Britanicus vates, scripsit de antiquitatibus suæ gentis lib. 1. De Arthuri mensa rotunda lib. 1. Claruit anno Domini 550.

* *Mellanius* Probus Britannus, scripsit quasdam Homilias lib. 1. Claruit anno 260. Balesus.

* *Memnon* scripsit historiarum libros 16. quorum Eclogæ Græcæ editæ sunt ab Henrico Stephano, cum Cresia & Agatharchide: describit autem potissimum res Heracleæ Ponticæ & Romanas quoque. Eandem historiam Nymphis ante illi literis prodidisse traditur.

Menor Tragicus citatur apud Fulgentium in Mytholog.

Menahem Iudæus, scripsit in legem Moysi. *Menahem* Racanat, receptoris, Hebræi, super arcana Rambam (id est Rabi Mose filij Maimonis) commentarij omnium doctissimi citantur à Reuchlino.

Menalippides poeta Melius genere, Olympias de 65. Dithyrambicorum plures libros, & poemata Epica, epigrammata & elegos multos scripsit. Volarer.

Menalippides iunior, huius ex filia nepos, etiam poeta, scripsit Lyrica & Dithyrambica. Volaterran.

Menalippides Milesius scripsit fabulam Danaïdum. Athenæus. Alius est Melanippides prædictus.

Menæchmi Sicyonij librum de artificibus, & Sicyoniaca, Athenæus allegat.

Menander Atheniensis, inter omnes nouæ comædiæ poetas facile princeps, scripsit fabulas v. Suidas 80. vt alij 180. quas etiam à Terentio con-

ucriat

versas esse omnesque intercidisse tradunt. Fabu-
 larum eius nomina quæ apud Grammaticos in-
 ueniuntur hæc sunt. Adelphi, Halieus, siue pesca-
 tor. Anatisheimene. Androgynus siue *Andros*. *Andros*.
 Arrephoros siue Tibicina, Aphrodisius, Geor-
 gus, Dactylus, Superstitiosus, Demiurgus, Didy-
 ma, Diphilus, Discolus, Heautontimorumenos,
 Enchiridion, Empipramene, Epiclerus primus,
 Epitrepentes, Ephesus siue Ephesij, Eunuchus,
 Heniochus, Heros, Thais, Theophorumenene, 10
 Thessalica, Thrasileon, Hiercia, Hippocomus,
 Canephorus, Carina siue Carinus, Carthagenis-
 sis, Ceryphalon Citharistes, Colax, siue Colacea,
 Colones, Coniazomenæ, Lacasia, Leucadia,
 Methe, Messenia, Menagyrtes siue Metragyrtes,
 Misumenos, Mysogynes, Nauclerus, Nomothe-
 tes, Orze, pædion, Pallace, Pannichides *Πανακταβί-
 αν* seu Depositu, Pædion, Perinthia, Pepramene,
 Plocium, Polumeni, Rapizomene. Synaristosæ.
 Treponetes, Trophonius, Hydria, Hymnes, Hy- 20
 pobolymæus, Phania, Phanus, Phasma Phila-
 delphi, Chalceia, Chalcedonium aut Chalcedo-
 nius, Pseudohercules, Aspis, Olynthia, Grana-
 ria, Andria. Clemens quoque Alexandrinus citat
 Menandrum in Auriga (qui est Eniochus) in a-
 ctu qui dicitur suppositus, Item in actu qui dicitur
 sacerdos. Porro ex tot fabulis Menandri no-
 stra ætate tantum supersunt fragmenta pauca,
 sententia quædam quæ primum Græce editæ,
 postea vero Græce & Latine cum aliorum comi- 30
 corum sententijs à Jacobo Hertelio. Basileæ &
 ab Hen. Stephano. Scripsit etiam Menander epi-
 stolas ad Ptolemæum Lagi F. regem Aegypti,
 & ad Glyceram amicam, & alia quædam, pro-
 oratione. Floruit Olympiade, 115.
 Menander Laodiceæ natus, quæ est ad Lycum
 fluuium, sophista, scripsit commentarium in Her-
 mogenis artem, & Minutiani progymnasmata,
 & alia. Suidas. Idem ut arbitror duos libros de
 genere demonstratio eleganter & copiose per- 40
 scripsit, qui editi sunt Venetijs, 1558. in 3. Menan-
 dri Rhetorica seruatur Florentiæ. Aldus quoque
 in volumine XII. Rhetorum edidit librum Me-
 nandri de causarum diuisione.
 Menander Protector historicus, historiam scrip-
 sit ab obitu Agathie auspiciatus. Vixit tempo-
 re Mauricij.
 Menander Heracliotæ à Plinio citatur libr. 11.
 naturalis historiae, & eodẽ libro Menander Prie- 50
 nensis. Et Menander qui biochresta scripsit 20. & 50
 7 sequentibus libris.
 Menandri Ephesij historici fragmentum legi-
 tur apud Iosephum libr. 1. contra Appionem.
 Menæchmus ab eodem citatur libr. 4. 12. & 13. I-
 tem 33. & 34. Menæchmus qui de coreutice scrip-
 serit.
 Meneclis Bacari historiam Athenæus citat.
 Menebrates quidam de Nicea Bithyniæ ciuita-
 te historiã edidit, quæ citatur apud Plutarchum
 in Theseo. 60
 Menebrates Xanthi Lyciaca citantur à Step-
 hano, & Antonio Liberali.
 Menebrates Comicus, scripsit Menebretem &
 Hermioneum, Suidas, & Volat.
 Menebrates poeta citatur à Plinio libr. 8.

Menebrates Syracusani medici, qui Ionem se vo-
 carit, &c. Suidas meminit: sed nihil ab eo scri-
 ptum nominat. * Menebrates librũ optimum
 pharmacorum scripsit, ex quibus plurima ipse
 inuenit. Galenus.

Menebrates distichon libr. 1. Anthologij. Mene-
 crates Smyrnæi hexastichon, ibidem.

Menebrates cuiusdam de Ionica, scripta allegan-
 tur apud Aeneam Syluium in descriptione A-
 siæ, cap. 73.

Meneclaus Aegæus versificator, scripsit Thebaï-
 dem libris 12. & alia. Suid. & Volater.

Menelai spherica editurum se pollicetur Fran-
 cisus Maurolycus. Extant autem Latine, nescio
 an etiam Græce.

Menephonis scripta à Plinio citantur libr. 4. na-
 turalis historia.

Menephentis Politica, Athenæus citat.

Menetheus *ἢ τῆς ἀπορίας τῶν φασμάτων* citatur à
 Galeno in glossis.

* Menetor *ἢ ἀπορίας* citatur ab Athenæo.

Mengi Fauentini Commentaria super Logica
 Pauli Veneri, impressa.

Menghi Blanchelli Fauentini de balneis tracta-
 tus tres. Item de balneo Ville ad dominos Lucen-
 ses consilium, iunctæ impresserunt Venetijs cum
 diuersorum auctorum scriptis de balneis, anno
 Domini 1553. Menghi Fauentini viri præclaris-
 simi, Admirabile & nouum opus, de morbis par-
 ticularibus à capite vsque ad pedes, & de omni ge-
 nere febrium, in folio excusum Venetijs, 1536.

Menippus Comicus, scripsit Cercopes, & alia.
 Suidas. Volaterranus.

Menippi Cynici Arcesilaum & Symposium
 Athenæus citat. Vide Suidam in *παύλο*. Menippus
 in Periclo simpliciter, & in periplo Paphlagoniæ
 & *τῶν δὲ πύργων* citatur à Stephano.

Menodori Erasistracij mentionem facit Athe-
 næus.

Menodotus Samius, scripsit de rebus excellen-
 tibus in Samo, & historiam templi Samiæ Iuno-
 nis. Athenæus.

De Menodoti Seueri libris Galenus de scriptis
 proprijs loquens, vndecim libros se scripsisse tea-
 statur.

* Menogenes libris viginti tribus exposuit carã
 logum nauium Homeri. Eustathius.

Menophilii Damasceni ex libro Ptoemidum
 versus aliquot hexametros citat Stobæus in ser-
 mone de Pulchritudine.

Menradi Molteri iusta Christiana, & in Psal-
 mum 50. liber impressus. Extant huius auctoris
 aliquot lucubrationes Basileæ apud Heruagium,
 nondum impressæ. scripsit etiam Annotationes
 in Alcimi Auiti de origine mundi, & transitu ma-
 ris rubri, & reliqua opuscula, Basileæ edita apud
 Vuesthemerum.

* Mentonis Gogrenij Bucolicorum Virgilij sim-
 plex metaphrasus, in octauo. M. Mentonis confes-
 sio de cœna Domini, Germanice edita, cum præ-
 fatione N. Selneckeri. Henricopoli, 1571.

Merboldus, siue Merbodæus, vel Marbodæus,
 dicitur esse autor libelli cuiusdam de lapidibus ac
 gemmis, hexametris versibus cõscripti, impressi
 nuper Fræcfordiæ apud Egenolphum, cum Ma-

cro de herbis, cum annotationibus Iani Cornarii, &c. & prius alicubi cum scholijs cuiusdam alterius. Citatur aliquando à Vincentio, & Alberto, alijsq; huiusmodi autoribus, Liliarij, vel Lapidarij, interdum etiam Euacis nomine. Vixit autem anno 1050. plura Lilijs Gyraldus.

Mercurius Ronzius, scripsit Tragedias quasdam, vnde aliquot gnomas decerpit Albertus de Eyb.

Mercurij Trismegisti Pymander, de potestate & sapientia Dei dialogus, & *Asclepius*, de voluntate Dei, extant Græce in Italia, excusum sunt Latine, Pymander Marfilio Ficino interprete, alter vero ex L. Apuleij versione, Venetijs apud Aldum, & Basileæ apud Bebelium, 1532. cum alijs quibusdam ex Iamblichio, Proclo, & Porphyrio. *Mercurij Trismegisti Iatromathematica*, id est medicationes accommodatæ ad astrologicam rationem: libellus Græcus, impressus Norimbergæ, 1532. cum alijs quibusdam Astrologicis opera Ioachimi Camerarij editis. Eiusdem (vel Orphei secundum alios) de significationibus terræ motuum per singula zodiaci signa versus 66. leguntur in Anthologio Græco. Ioan. Stobæus aliquoties fragmenta quædam huius auctoris citat, quæ in prædictis dialogis non extant. Vide Suidam. * *Mercurij Trismegisti De potestate ac sapientia, seu Poëmander Asculapij definitiones ad Ammonem regem*: Græce excudit Morelius in quarto, Parisijs.

Mercurij Viperæ Beneuentani, de prisca & sacris institutis libri 15. cum oratione quadam: excusum Romæ apud Marcellum Silber, 1517. De præclare dictis ac gestis libri 8. ibidem excusum, subiuncta itidem oratione: Humanarum diuinarumq; rerum enarrationum libri 15. cum oratione quadam, ibidem excusum.

* *Merlinus Ambrosius Britannus*, scripsit super arce Vortigerij lib. 1. Epitaphium Sexti regis lib. 1. Super quodam cometa lib. 1. contra Vortigerij magos lib. 1. Scripsit etiam obscurarum prædictionum lib. 1. quas Galfridus Monemuthensis in Latinam transtulit linguam. Claruit anno Christi 480. Merlini allegoria philosophici lapidis. Venetijs, 1542.

Merlinus Caledonius, alijs Syluestris, ex Scotia finibus oriundus, Thelesini vatis discipulus, exposuit prodigia contra Anglosaxones, & scripsit Vaticiniorum lib. 1. in quibus historice pertraque tractat. Claruit anno Domini 570.

Merlini Coccaij poetæ Mantuani Macaronicorum opera poetica, ridicula, & Italicis vocabulis vbiq; permixta, impressa in Italia per Alexandrum Paganinum, 1521. Sunt autem hæc: Zanitonnella, quæ de amore Tonelli erga Zaninam tractat, & constat tredecim Sonolegijs, septem eclogis, & vna Strambottologia. Phantasia Macaronicon, diuisum in 25. Macaronicis, tractans de gestis magnanimi & prudentissimi Baldi. Moschæ facetus liber tripartitus, tractans de cruento certamine muscarum & formicarum, libellus epistolarum & epigrammatum ad varias personas.

* *Merobaudis Hispani Scholastici* carmen de Christo à Georgio Fabricio editum est cum alijs veterum poetarum Christianorum carminibus.

Meryllus scripsit Bæotiorum gestorum aliquot libros, ex quorum primo, Metelli, eius filia & Iphigenia historias, Plutarchus capite 29. Paralelorum minorum recitat.

Mesarugie citatur à Serapione: item Meseah, vel Meseahen.

Mesomedes poeta insignis, scripsit librum in Antinoi Hadriani principis liberti laudè. Suid.

Mesomedi versus 7. libro 4. Florilegij Græci.

Messahallach de receptionibus planetarum: & est de interrogationibus, epistola eiusdem cum 12. capitulis de coniunctionibus planetarum. eiusdem de reuolutionibus annorum mundi, Venetijs, 1493. cum quadripartito Ptolemæi: alijs scribitur Messahalal. eiusdem de compositione & vtilitate astrolabij liber, excusum Basileæ apud Henricum Petri, cum appendice Margaritæ philosophicæ. De ratione circuli & stellarum, & earum operationibus liber, excusum Basileæ cum Iulio Firmico, &c. apud Heruagium.

Messala Coruini oratoris disertissimi de progenie Augusti Cæsaris libellus, excusum Basileæ apud Heruagium, 1532. cum L. Floro: deinde Colonia apud Gymnicum, 1537.

Messala Rufus citatur à Plinio lib. 7. cap. 52.

Messahallach astrologi liber de elementis & orbibus excusum est Norimbergæ à Montano & Neubergero in 4.

Messala citatur à Plinio libro 7. 33. 34. & 35. naturalis historiarum. Item Messalæ de Antonij statuis & contra eiusdem literas orationes citantur à Charisio.

* *Metaclides* interpres Homeri. Camerarius.

* *Metagenes* Atheniensis, serui F. comicus, ex fabulis eius sunt Auræ, Mammacanthus, Thuriopersæ, Philothytes, Homerus siue Ascetæ. Ex his quatuor priores allegantur ab Athenæo.

Metasthenis Persæ de iudicio temporum & animalium Persicorum, fragmentum excusum Basileæ, 1517. cum Myrsilo, &c. à Bebelio.

Metellus Scipio citatur à Plinio libro 29. naturalis historiarum.

Metochites quidam scripsit Summam totius philosophiæ naturalis, item Doxologiam versibus politicis: quæ Græce extant in Italia. Videatur idem Theodorus Metochit, de quo infra.

Methodius Olympi Lyciæ, vel Pararæ, & postea Tyri episcopus, scripsit contra Porphyrium lib. 2. De decem virginibus symposion lib. 1. De resurrectione contra Origenem lib. 1. De Pytho-

nissa contra Origenem lib. 1. De exitu animæ lib. 1. in Genesim lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. De nouissimis temporibus lib. 1. chronica quoque lib. 1. Hæc Tritemius ex Hieronymo, qui addit, eum sub Decio & Valerio in Chalcide Græciæ martyrio coronatum esse. Eadem leguntur apud Suidam, Basileæ, 1537. apud Robertum Vinter, excusa sunt Collectanea quædam in epistolam ad Romanos, cum ex pluribus alijs, cura ex-

Methodio de resurrectione desumpta. Eiusdem Methodij, siue Eubulij verba ex eodem libro referuntur ab Epiphano, Tomo 1. lib. 2. De Origene, & mala ipsius fide. Claruit anno 255. S. patris *Methodis* πατῶν, καὶ ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν νέων τῶ ἐπιδοκίμων

liber quidam hac inscriptione Græce extat Roma

ma. Beati Methodij liber de creatione mundi, & reuelationibus in carcere de nouissimis temporibus, excusus est cum figuris, Basileæ apud Michaelum Furter, anno 1516. cum præfatione Sebastiani Brandi. * Idem liber etiam Græce (ni fallor) editus est: vidi enim dudum manuscriptum exemplar editioni paratum. Est autem, ut arbitror longe alius à Methodio Patarorum episcopo. Chronici Methodij fragmenta extant apud Marianum Scotum, Methodius in Apocalypsim extat in Augustana biblioth. Græce, Claruit anno Domini 255.

Methodij Patanzkiensis episcopi scripta citantur apud Sigismundum Liberum Baronem ab Herberstein, &c. in rerum Mōscouitarum commentarijs.

Methodij propositiones singulares in Metaphysica, impressæ.

Methodius quidam, Grammaticus, nominatur inter illos autores, ex quibus Varinus Cameracensis Cornucopiæ Græcum collegit.

Metopi Pythagorei Metapontij fragmentum ex libro de virtute, extat apud Stobæum.

Metreus Pitaneus de cœnis scripsit, teste Athenæo lib. 3.

Metrodori decaesticō in vitam humanam li. 1. Florilegij: & ditichū li. 4. Stobæus quoque Metrodori cuiusdā sententijs solutas bis aut ter adducit.

Metrodorus de consuetudine, Metrodori Chij Troica, Metrodorus Epicureus, & Metrodorus Scepsius citantur apud Athenæum.

Metrodorus quidam citatur apud Plinium lib. 4. & 6. Item Metrodorus Scepsius lib. 7.

Metrodorus scripsit de plantis, ac herbarum effectus pinxit, atque effectus subscripsit. Plinius, Arbitror autem hunc esse Metrodorum medicum, qui ab eodem citatur libro 20. & octo sequentibus & 33. 34. & 37 quem etiam Epitomen scripsisse libro 20 refert.

Metrodorus Epicureus hos scripsit libros, Ad medicos tres, ad Timocratem de sensibus, De magnificentia, De Morbis Epicuri, Aduersus dialecticos, Aduersus Sophistas 9. De itinere ad sapientiam, De mutatione, De diuitijs, Aduersus Democritum De nobilitate. Laerius.

Metrophanes Eucarpia, Phrygia, Sophistes, scripsit De Phrygia lib. 2. De formis orationum. De statibus. In Hermogenis artem commentarium. In Aristidem commentarium. Suidas.

Metrophanes Corneliani oratoris F. Lebadiensis, scripsit De characteribus seu generibus dicendi, Platonis, Xenophontis, Nicolitri, Philostrati, Declamationes, Orationes panegyricas. Suid. Metrophanis Smyrnæi cuiusdam liber de Spiritu, Græce habetur Bononiæ, in bibliotheca ad S. Saluatorem.

Micha, vel Michæas Morathides, propheta de tribu Ephraim, ab Ioram filio regis Achab præcipitatus occubuit, &c. Epiphanius in vitis prophetarum Extant prophetiæ eius capita 7. in veteri Testamento.

Michael à quibusdam Micaelus scribitur, nomen proprium originis Hebraicæ.

Michaelis cuiusdam liber Græcus de constructione, extat in Italia.

* Michaelis cuiusdam liber De febris: manuscriptus apud Dresserum. Forte Ioan. Michaelis Sauonarolæ.

Michaelis Acciarij Vrianenensis epistola in 12. libro epistolarum Ang. Politiani.

Michael Adam, Iudæus ad Christum conuersus, cuius Tigurinus, sex libros Iosephi de bellis Iudaicis, capitibus 97. distinctos, Germanice vertit, sed characteribus Hebraicis. Et eundem in modum Pentateuchum Mosis, & libros historiales veteris testamenti interpretatus est. Excusa sunt Constantiæ, ann. 1545. Claruit anno D. 1550.

Michaelis Angeli Blondi liber de partibus istius seculi citissime sanandis, & medicamento aquæ nuper inuento. Et alius de origine morbi Gallici, deq; ligni Indici incipiti proprietate. Excusi Venetijs in 8. anno Domini 1542. chart. 6. Eiusdem de ventis & nauigatione libellus, in quo nauigationis doctrina continetur cum pyxide noua & ventorum ac tempestatum examinatione, & descriptione distantig locorum interni maris & Oceani, ibidem excusus in 4. chart. 4. & dimid. Eiusdem de canibus & venatione libellus, in quo omnia ad canes spectantia morbi & medicamenta continentur, prisca & neoterica etiam exempla, insidiæ ferarum & proprietates, cum quibusdam venationibus nostri seculi maximorum Principum cognitu dignissimis. Liber impressus Romæ, anno Domini 1544. in 4. De diebus decretorijs & crisi eorumque verisimilibus causis, in via Galeni contra Neotericos libellus. Item Abraham Auen Ezdræ de luminaribus & criticis diebus tractatus, ab eodem Blondo recognitus: Impressa sunt Romæ, 1544. in 4. chart. 4. De cognitione hominis per aspectum liber collectus ex Aristotele, Hippocrate, Galeno. Item liber de maculis corporis, Romæ eodem anno in 4. chart. 9.

De viro illustri & iniquo sermones duo, in quibus mores nostræ tempestatis narrantur, ibidem in 8. De anima dialogus ibidem, anno 1545. in 4. De memoria libellus medicus, eodem anno Venetijs excusus in 8. chart. 5. Præter hæc in libello de ventis commemorat à se edita, Speculum iuuentutis, Dialogum de inuidia, De affectibus infantium & puerorum, Compendium de medicamentis, Tabulas annuas de anticipatione stellarum fixarum cum suis significationibus, Hippocratis epitomen, De originibus rerum, De sepulchris antiquis, De rhetorica, De patientia, & quædam alia. Idem Guilielmi Pastregici Veronensis libellum de originibus rerum et tenebris in lucem eduxit, & ab omni errore & litura expurgauit: vtitulus promittit, cum nihil illo sit corruptius.

Michael Anglicus, cognomine, sed natione Galus, patria Belmontensis, vtriusque iuris professor, scripsit Aeclogarum lib. 4. ad episcopum Parisiensem, Aeclogarum ad Ludouicum Villearium lib. 2. De mutatione studiorum lib. 1. Elegiam deprecatoriã. Et diuersorum carminum libros aliquot, que omnia Parisijs impressa sunt: Claruit autem anno Domini 1500.

Michael Angrianus, Bononiensis, natione Italus, Carmelita, scripsit ad Cardinalem S. Mariæ Transyberim insigne opus, de conceptione S. Mariæ lib. 1. super toto Psalterio lib. 5. super senâ

tentias lib. 4. quæstiones sententiarum lib. 1. tabulam sententiarum lib. 1. in Euangelium Matthæi lib. 1. in Euangelium Lucæ lib. 1. tabulam moralium Gregorij lib. 1. tabulam Decreti lib. 1. quædragesimalis lib. 1. dictionarium incepit lib. 3. in Valerium Maximum lib. 1. in Ethicam Aristotelis lib. 1. & quædam alia, morte præventus, hoc diuinum opus noui dictionarij non perfecit, sed ab a vsque ad c inclusue in tribus voluminibus tantum perduxit. Vixit anno 1416. Scripsit de Christi passione lib. 1. Opus eius sententiarum impressum erat Mediolori.

* *Michaelis* Apostoli contra Gazæ defensionem de Ente Aristot. pro Planude responsio ad Bessarionem, in bibliotheca Ioan. Sambuci.

Michaelis Barthe, Annebergensis, libri duo, Paenegyricon 1. Symmeton 1. Excusi Lipsiæ à Valentino Papa, anno Domini 1551. quaternionibus 7. Scribit idem libris aliquot laudem patriæ suæ Annebergi. * Eiusdem Oratio, & Hodeporicon Saxonicum Lipsiæ impressa sunt. Disticha de Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & Euangelistis: de Israelitarum Ducibus ac Regibus: deque pijs aliquot mulieribus. Ibidem, 1572.

Michael Bérinus, scripsit Castigationes in Nonij Marcelli tractatus de proprietate sermonum. Item in Varronis libros de lingua Latina, & de analogia, & in F. Pompeij fragmenta: Gryphius excudit Lugduni seorsim, 1534. Habentur etiam cum illis ipsis autoribus, & N. Perotti Cornucopia, excusa Basileæ in officina Curionis. Idem præfatur in Horatium, Basileæ, impress. à Curione.

* *Michaelis* Bentij Apologia Gaspari Franci qui ad catholicam religionem redijt, in qua simul docetur contra Iacobum Andree cuiusdam religionis quiuis Christianus adherere debeat. Monaci, 1569. Germanice.

Michael Bononiensis, citatur in Chrysopasso Ioan. Ecclij.

Michaelis Beutheri Carolopolitæ Franci Ephemericæ historica, & de annorum mundi concinna dispositione libellus, Parisijs impressus, anno Domini 1551. Eiusdem continuatio historici Ioannis Sleidani, Germanice edita.

* *Michael* Bloemart, Carmelita Brugensis in Flandria, scripsit De futuris contingentibus lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Arnoldus Boscius.

* *Michael* Blaunpain Cornubiensis, edidit Versus ac poemata lib. 1. Epistolas & carmina lib. 1. Claruit anno 1250. Balæus.

Michael Buchingerus scripsit contra Lutheranam religionem, de imaginibus, ieiunio, eucharistia, &c. liber impressus est, anno Domini 1543.

* *Michaelis* Cœlij liber precum, in quo Epistolæ & Euangelia dominicalia continentur adiunctis vnique peculiaribus precibus. Germanice. Erdfordiæ. 1571.

* *Michael* Cæsar Gottingensis ecclesiæ superintendens breui libro complexus vniuersam doctrinam de usura, testimonijs S. scripturæ & doctorum purioris ecclesiæ confirmatam & fundatam. Basileæ, 1571. in decimosexto.

* *Michael* Calidoneus super 2. Decretalium de iudicijs.

Michael de Capella, scripsit synonyma medi-

ca, citatur in cõmentarijs monachorũ in Mesuë. * *Michaelis* Carlæ Desbuissons archiducis Austriae Ferdinandi cantoris Musici, Cantiones aliquot 4. & 5. & 6. vocum. Monachij, 1573.

Michael Carranza, scripsit vitam S. Illephonsi siue Alphonsi archiepiscopi Toletani, quæ impressa est Louanij cum Alphonso libro de illibata virginitate B. V. Mariæ.

Michael de Cesena, ordinis fratrum minorum, scripsit super sententias lib. 4. in Ezech. prophetam lib. 1. sermones de tempore li. 1. sermones de sanctis lib. 1. Vixit anno 1329.

Michaelis Coccinij Tubingensis de bellis Italicis lib. 1. excusus Basileæ, anno 1544. apud Rob. Vvinter, cum Coriolani Cepionis historia.

* *Michael* Cornubiensis, Anglus, aculeatum carmen scripsit contra Henricum Abrincensem, Normanum lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1250. Ioan. Lelandus.

20 * *Michaelis* Crassi Pomerani repetitiones duæ, quarum vna in Auth. At qui semel. C. de probationibus. Altera in Auth. ex causa. C. de liber. p. g. ter. Francofurti apud Georgium Coruinũ, 1570. octauo. Eiusdem libri duo Communium opinionum centurias VII. complectentes. Ibidem apud Sig. Feirabend. folio.

* *Michaelis* Druidæ Gelnhusij Comœdia Germanica de pia liberorum educatione. Franc. 1572.

Michaelis Ducæ filij Nouellas, se possidere Gregorius Haloander in præfatione in Iustiniani Nouellas scribit. Vide Gyraldũ de vitis poetarũ.

Michaelis Ephesij expositionem in Aristotelis libros, de memoria & reminiscencia, de somno & vigilia, de insomnijs, de diuinatione per somnũ, de motu animalium, de longitudine & breuitate vitæ, iuuentute & senectute, vita & morte, respiratione & gressu animalium: excusa sunt Venetijs in ædibus Aldi, 1527. Ex his commentarijs Conradus Gesnerus aliquot Latinos fecit, videlicet de longa ac breui vita, de iuuetute & senectute, vita & morte, de diuinatione per somnũ: quæ impressi sunt Basileæ, 1542. cum Nicolao Leonico in 1. librum de partibus animalium: & deinde Venetijs, cum Alexandri Aphrodisiæi expositione in librum de sensibus, L. Philaltheo interprete. Commentarij eius in quintum librum Ethicorum Aristotelis, impressi sunt Venetijs, cum Eustrathij & aliorum commentarijs in eadem. Eiusdem expositio in sophisticos elenchos extat Florentiæ, Græce. Item in libros de Partibus animalium, alicubi in Italia. Commentarios in lib. Aristotelis de generatione animalium, Ioannis Grammatici Philoponi nomine impressos Venetijs 1526. apud fratres de Sabio, huius Michaelis est conijcio.

Michael Francisci (superstitiose quidem) scripsit commentarium, super Salue regina lib. 1. Arnoldus Boscius.

40 * *Michaelis* Gabriæ epistolæ quædam Græce extant in Italia.

Michaelis in 220000 capita plurima, theologica & philosophica, Græce extant Romæ in Vaticano. * *Michaelis* Glycæ, annales Byzantinam historiam vniuersam exhibentes, in Latinâ lingua transcripti per Io. Leuuenclaium, Basileæ, 1572.

50 * *Michaelis* Calidoneus super 2. Decretalium de iudicijs.

Michael de Capella, scripsit synonyma medi-

60 tant in Italia.

Michaelis in 220000 capita plurima, theologica & philosophica, Græce extant Romæ in Vaticano. * *Michaelis* Glycæ, annales Byzantinam historiam vniuersam exhibentes, in Latinâ lingua transcripti per Io. Leuuenclaium, Basileæ, 1572.

Michael

Michaelij grammatici hexastichon, legitur libro quarto Anthologij.

Michael Herbrant de Duren, Carmelita, natione Germanus, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. collationes synodales lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 1410.

* *Michaelis Hermanni De*, ministerio verbi & sacramentorum: item Contra vsuram, liber Germanicus, 1568, in octauo.

* *Michael Herö*; aliquot libros in re medica in 10 Germanicum sermonem transtulit.

* *Michaelis Hiltprandi* ecclesia militans Tragicomædia bipartita, Christianæ, eiusdemq; catholice fidei incrementum, persecutiones, hæreses, & alias ad supremum vsque iudicij diem vicissitudines varias comprehendens. Dillingæ, 1573, in octauo.

Michaelis Humelbergij Rauenspurgenfis, Epitome grammaticæ Græcæ, cum tabula verborum anomalorum, excusa Basileæ apud Herz 20 uagium, 1534.

* *Michaelis Iacobi Fabri* de resurrectione mortuorum liber Germanicus.

* *Michael Iterus* Pompeiopolitanus, super 1. ff. noui De verborum significatione: & De regulis iuris. Idem super 1. Infortiati, In tit. de vulga. & pupilla, & de liber, & posthumis.

Michaelis Keinspek Norimbergensis, Musici Alexandrini, Lilium Musicæ planæ: impressum Augustæ, 1500. per Ioannem Froschouer. 30

Michaelis Lochmaier Pataviensis canonici, Theologiæ & iuris Pontificij doctoris, sermones de sanctis. Henri. Gran Haganoæ impressit, anno 1512. & 1516. Eiusdem Parochiale curatorum, diuisum in Decadem, cuius capita sunt, De iure Parochiali, quid sit, & in quibus consistat. 2. De decimis & primitijs. 3. De oblationib. 4. De pœnitentijs recipiendis. 5. De missis audiendis. 6. De sepulturis & remedijs. 7. De canonicæ portione. 8. De benedictione nubentium. 9. De collatione 40 sacramentorum. 10. De prouentibus. Liber excusus Lipsiæ, anno 1497. & Parisijs, 1517.

Michael Marullus Tarchoniata Græcus, miles & poeta, Græco & Latino carmine admirandus, edidit libellos epigrammatû. Eius elogium vide apud Iouium.

Michael de Massa, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, scripsit super sententias lib. 4. in Esaiam prophetam lib. 1. in Euangelium Matthæi lib. 1. in Euangelium Marci lib. 1. in Euangeli- 50 um Lucæ lib. 1. in Euangelium Ioannis lib. 1. de vita Christi lib. 1. de passione Domini lib. 1. de quatuor virtutibus lib. 1. sermones varios libr. 1. & alia multa. In multis denique libris Bibliæ commentarios elegantes lucubrassè dicitur. Claruit anno 1350.

Michael Medicus, natione Scotus, scripsit in gratiam Friderici II, imperatoris, de Sphæra lib. 1. imagines astronomicas. Astrologorum dogmata, de signis Planetarum. de Chiromantia, de Physiognomia. *Michaelis Scoti* liber de Physiognomia, impressus est Venetijs, anno Domini 1503. apud Ioan. Baptistam Sessam. Claruit anno Domini 1290.

* *Michaelis Medinæ* de Continentiâ sacrorum

hominum libri quinque.

Michael de Mediolano, ordinis fratrum Minorum, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones per aduentum lib. 1. sermones de pœnitentiâ per quadragesimam lib. 1. sermones de peccatis lib. 1. sermones de decem præceptis lib. 1. sermones de fide; de pœnitentiâ; & quædam alia. Claruit anno 1486.

Michaelis Neandri ex valle Ioachimica Synopsi de mensurarum & ponderum ratione, excusa ab Oporino, 1555, in quarto.

Michaelis Neandri Sorabienfis erotemata linguæ Græcæ, excusa Basileæ ab Oporino in 8; * Eiusdem Grammatica Hebræa. Tabulæ grammaticæ Græcæ. Anthologion. Aristologia Pindarica. Gnomologia è Stobæo confecta: ab eodem impressa sunt. Eiusdem, Sententiæ theologice selectiores, ex omnibus Patribus & theologis Græcis extantibus descriptæ; Græcolatinæ. Pindarus Græcolatinus cum argumentis Græcolatinis: Theocriti Idyllia Græcolatina cum argumentis. Lycophron Græcolatinus; Apollonius Græce & Latine è regione. Gnomologia Latina ex omnibus Latinis vetustis ac probatis authoribus recetioribus etiam aliquot, in locos communes congesta, adiectis ad finem rhythmis & sententijs monasticorum poetarum; &c. Sententiæ lectissimæ ex Græcis authoribus Gentilibus. Proteuangelion D. Iacobi minoris. Accessit huic dialogus quidam Christiani cum Iudæo ex Suida. E Græco translata excudit Rihelius, 1570. Phrasæologia Isocratis Græcolatina, Basileæ ex officina Oporiniana, 1571.

* *Michaelis Nostradami* philosophi astrologi & medici, lib. 2. de decoratione humani corporis: item de omnis generis fructibus artificiose condictis & conseruandis; Gallice primum editi; & in Germanicam linguam translati ab Hieremia Martio. Augustæ, 1572, in octauo.

Michael Pontatius quidam aliquid edidisse fertur:

Michaelis proconsulis & iudicis Italicus liber quinquaginta titulorum iuris extare dicitur, item Proœmium operis legum breuiter comprehensarum, titulis 65. De iustitia legis; ac de supplicationibus, quæ regi offeruntur. Leges Romæ.

Michael Psellus Peripateticus, alius a Ioanne Psello, sed idem fortè cum Mich. Ephesio, scripsit de dæmonibus libros duos Græcos, quos Dieg. Hurta. Venetijs possidet. Excusi sunt etiâ Latine in officina Aldi. Eiusdem contra Eunomium liber Græcus, Romæ in Vaticana seruat. Pselli Monodiâ, epistolæ; & encomiâ diuersa; ibidem. Item scholia in dictum quoddam Basilij. Mich. Pselli libri duo de legibus. Ecloga utilis; ex libro Parallelorum, ibidem. Pselli & aliorum varia philosophica, ibidem. Pselli arithmeticæ speculationis compendium, quo natura & varietas numerorum & analogia considerantur: *Vuechelus* excudit Parisijs, 1538. Mich. Pselli expositio in oracula quæ dicuntur Chaldaica, aëlia fortassis quàm quæ superius relata est, ad Georgium Gemistum. Excusa sunt autem hæc oracula magica sectatorum Zoroastris; Lutetiæ; 1538, cum expositione adespota. Paraphrasin it

Iliada Homeri, soluto sermone, ita ut singuli versus scorsim redditi sint, Ioannes Oporinus nos-
ter Basiliensis typographus habet in codice ma-
nuscripto, cui etiam scholia passim per margines
adiecta sunt, opus Græcum ex libris medicinali-
bus ordine alphabeti, latet Romæ in Vaticana.
De victus ratione, deque facultatibus, & succi
qualitate alimentorum lib. 2. Georgio Valla in-
terprete: Cratander excudit Basileæ, 1529. Pa-
raphrasis in librum Aristotelis de interpretatione,
impressa Venetijs apud Aldum, 1503. cum
Ammonij & Magentini in eundem librum, &
rursus Ammonij in Prædicamenta enarratione.
Eadem Latinitate donata, cum eiusdem Pselli
compendio in quinque voces Porphyrij & Ar-
istotelis prædicamenta, Basileæ excusa sunt apud
Robertum Vuinter, 1542. Breuis expositio
in Aristotelis libros de naturali auscultatione,
extat in bibliotheca Diegi Hurtadi, & alibi in Ita-
lia. Expositio item in Metaphysica Aristotelis,
& in Psychogoniâ Platonis, in Italia supersunt.
Item Commentarius in Aristotelis verba, Ars
artium & scientia scientiarum, & quomodo omnia
à philosophia dependeant. Claruit sub Con-
stantino Duca imperat.

* Michaelis Pselli *συνομιλιῶν σύγγραμμα τῆς ὀνυς φιλοσοφίας*:
In bibliotheca Ioan. Sambuci. Pselli Dioptra id
est perspectiua, opus theologicum & historicum
in bibliotheca Augustana seruat.

* Michael Reniger Suchamtonensis transtulit
in Latinum sermonem opus Ioannis Poneti
Vintoniensis episcopi, De sacerdotum coniu-
gio lib. 1. Reuocationem Ric. Smithi lib. 1. Ad
Ponetum carmine li. 1. Claruit ann. 1559. Baleus.
* Michaelis Renneri Explicatio Euangelij quod
Dominica 18. Trinitatis recitatur in ecclesia: de
præcipuis operibus Christianorum & vero Dei
cultu, Erdfordiæ, 1571. Germanice.

Michaelis Ritij Neapolitani de regibus Franco-
rum lib. 3. De regibus Hispaniæ lib. 3. De regibus
Hierosolymorum lib. 1. De regibus Neapolis &
Siciliæ lib. 4. De regibus Vngariæ lib. 2. Ioannes
Frobenius excudit Basileæ, 1517. Vngarica eius
historia impressa est etiam cum Antonij Bonfi-
nij eiusdem gentis historia, Basileæ nuper. Cla-
ruit Romæ, anno 1505.

Michaelis Rotingi in schola Norica eruditissi-
mi professoris, Testimonium cōtra falsam An-
drææ Osiandri, de iustificatione, sententiam, quā
in Prussia libellis ac propositionibus spargit, ex-
cusum Norimbergæ quatern. 6. & dimid.

Michael Sauonarola, vide Io. Michael.

* Michael Mathematicus cognomine Scotus,
Astronomus, scripsit super authorem Sphæræ
lib. 1. In Aristotelis meteora lib. 4. De constitu-
tione mundi lib. 4. De anima quoque lib. 1. De
cælo & mundo lib. 2. De generatione & corrup-
tione lib. 2. De substantia orbis lib. 1. De somno
& vigilia lib. 2. De sensu & sensato lib. 2. De me-
moria & reminiscencia lib. 2. Contra Auerroen
in Meteora lib. 1. Imagines Astronomicas lib. 1.
Astrologorum dogmata lib. 1. In Ethica Aristo-
telis lib. 10. De signis planetarum lib. 1. De Chiro-
mantia lib. 1. De Physiognomia lib. 1. Abbrevia-
tiones Auicennæ lib. 1. De animalibus ad Cæsa-

rem lib. 1. Claruit senex, anno 1290. Baleus. Mi-
chaelis Scoti liber de physiognomia, impres-
sus Venetijs, 1503. apud Ioan. Baptistam Sessam.
* Michael Schrick, scripsit de aquis destillatis,
simplicibus primum, deinde compositis, & alijs
quibusdam Germanice.

* Michael Seruetus, alias de Reues ab Aragonia
Hispanus, nouæ hæreseos ab ipso nuncupatæ au-
ctor: scripsit de Trinitatis erroribus libros septē,
excusos anno 1531. in octauo. Dialogorum de
Trinitate libros 2. De iustitia regni Christi, Ca-
pitula quatuor: anno 1532. Item librum, inscri-
ptum, Christianismi restitutorio, in quo hæc con-
tinentur. De Trinitate diuina, quod in ea non
sit inuisibilitum trium rerum illusio, sed vera sub-
stantiæ Dei manifestatio in verbo, & commu-
nicatio in spiritu lib. 7. De fide & iustitia regni
Christi, legis iustitiam superantis, & de charita-
te lib. 3. De regeneratione ac manducatione su-
perna, & de regno Antichristi. lib. 4. Episto-
læ 30. ad Ioannem Calvinum Gebennensium
concionatorem. Signa sexaginta regni Anti-
christi, & reuelatio eius iam nunc præsens. De
mysterio Trinitatis, & veterum disciplina, ad
Philip. Melanctonem & eius collegas apolo-
gia. Omnia hæc impressa sunt, anno 1553. eos-
dem anno auctor Geneuæ propter horrendas
blasphemias iudicum sententiâ damnatus & com-
bustus est. Seruetanæ hæreseos duces hodie sunt
Georgius Blandrata & Franciscus Davidis.

Michaelis Siciotis historia Græca, Romæ in
Vaticana bibliotheca.

Michaelis Sidonij episcopi Mesburgensis con-
ciones de missa: contra quas disputationem edi-
dit Bernhardus Zieglerus, & ex professo scripsit
Matthias Illyricus. Eiusdem catechismus, quem
etiam impugnavit Illyricus, & eius errores de
ecclesiæ antiquæ doctrina & ritibus multis con-
cionibus eruditissimis refutauit Georgius An-
haltinus princeps. Canonis missæ paraphra-
stica explicatio, cum declaratione cæremoni-
rum & breui ad populum exhortatione, eodem
auctore, excusa Augustæ, anno Domini 1548. in
quarto, chartis 11. & dimid. Commentarius Ger-
manicus in Prouerbia Salomonis, Moguntia,
1571. in folio.

* Michael Siluius Cardinalis Vicensis Lusitanus,
carmina complura scripsit, inter quæ epigram-
ma elegans Capitolinis Fastis præpositum.

* Michael Smalfelde Cisterciensis sectæ mona-
chus, perscripsit Summam Christianæ doctrinæ
lib. 1. Baleus.

* Michael Sophianus è Græco in Latinum con-
uertit Aristotelis de anima libros tres: qui excu-
si sunt Lipsiæ cum Simonij disputatione de ead-
dem materia, 1569.

* Michaelis Stanhusij de meteoris libri 2. excusi
in octauo.

Michaelis Stifelij, natione Germani, Arithme-
tica perfecta, cum præfatione Melanctonis,
impressa Norimbergæ apud Petreium, anno Do-
mini 1544. in 4. Eiusdem arithmetica compen-
diosa, seu praxis Italica excusa est Norimbergæ,
& alius liber Germanicus de regulis Algebræ, &
computo ecclesiastico.

Michaelis Syngeli Hierosolymitani libellus Græcus de orthodoxa fide, extrat Romæ in Variæ caña. Vide Suidam in Michaele, & verba eius de Dionysio Arcopagita apud eundem in Dionysio. Huius libellus de laudibus D. Dionysij Græce & Latine excusus est Parisijs, anno Domini 1550.

Michaelis Tarchaniotæ Marulli Constantino-politani epigrammata & hymni: Christianus Vucchel excudit Parisijs, 1529. Excusa sunt & Argenterati. Eius quoque hymni naturalium & epigrammata excusa sunt, anno 1515. Fannij apud Soncinum.

* *Michael* Thomasius Lactantij Firmiani opera emendavit, additis notis, & Græcarum vocum Latina interpretatione, Antuerpiæ excudit Plantinus, 1570. octavo.

Michaelis Tonforis, Selectæ cantiones quædam sacræ modis Musicis quinque vocum re-rens compositæ, Norimbergæ apud Th. Gerla-zenum. Eiusdem sacræ cantiones novæ 4. 5. & plurium vocum, ita compositæ vt ad omnis generis instrumenta accommodari possint. Ibi- dem, 1573.

Michael Toxites Rheticus, scripsit Querelam anseris, vel de ingratitude hominum Elegiam: rem Epicedia quædam, impressa Argenterati, 1540. eius *παιδων* *περὶ παιδων* ad Angliæ regem Edwardum, Basileæ excusa est apud Ioan. Oporinum, anno 1551. Idem euulgavit scholia in primū Politicorum Aristotelis, excusa Tiguri in 8. Hymnum de natali Iesu Christi excusum Argenterati, anno 1554. Elegias duas ad Philippum comitem ab Hana vniam, alteram ad Guilielmum comitem à Furstenberg, anno 1546. Enarrationes in orationes Ciceronis, Pro Quintio, Domitia, Cn. Plancio, C. Rabirio Posthumo, in actionem primam contra Verrem, in Philippicam, 1. & 7. ex scholis Sturmij, Oporinus excudit, anno 1553. Meditatur etiamnum in Rhetoricis libros ad Herennium, scholia, item in Ovidium, & quædam alia, quæ volente Deo, subinde datus est in publicum. Claruit Argentinæ, anno 1554. Scripsit Scholia in primum Idyllion Theophrasti, ex scholis Sturmij, Tiguri impressa. Spon- sionem Scribij contra Lucam Stengelium medicum, armine. Raymundi Lulli chemica quædam ab ipso primum edita Basileæ. Orationes duas editas cum alijs orationibus professorum Aca- demicæ Tubingensis, 1557. Alia plura ab eo excusa sunt.

Michael Tregorius ex Cornubia oriundus, archiepiscopus Dubliniensis edidisse fertur, Lectum Sententiarum lib. 4. De origine illius studij lib. 1. Ordinarias quæstiones lib. 1. Obijt anno 1571. Baleus.

Michaelis Varoti Sacræ cantiones in omnibus festiuitates quinque vocum. Venerijs, 1568. Huiusdem Hymnorum liber quinque vocum. Idem.

Michaelis Vehg liber pro Missa contra Lutherum. impres.

Michaelis Verini poetæ Christiani de puerorum moribus dilicita, impressa Lugduni à Paganino, anno Domini 1539.

Michael Villanovanus, scripsit vniuersam rationem syruporum, ad Galeni censuram diligenter expolitam, tum expositione aphorismi Hippocratis, Concocta medicari, &c. Colinaus impressit Parisijs, 1537. & Vincennus Valgrifus Venerijs, anno Domini 1545. octern 8. Ab eodem emendatum & explicatum Cl. Ptolemaum habemus.

Michaelis de Vngariâ sermones prædicabiles breuissimi per totum annum, Argentina excusi, anno 1487.

* *Michael* de Vulturis super 1. ff. noui De damnato infecto. Idem De regimine mundi.

* *Michelotus* quidam aduocatus in Parisiensi senatu fertur vtiliter scripsisse super materiam iurisdictionum.

Micreris cuiusdam obscuri authoris tractatus manuscripius extrat, alchymisticus.

Micrologus de Ecclesiasticis obseruationibus opera Iacobi Pamelij Brugensis sacre theologiae licentiatum nunc in lucem editus. Antuerpiæ in officina Plantini.

Miction Smyrnæus, medicus, citatur à Plinio 20. & 7. deinceps libris Naturalis historię, item 28. libro addito cognomine Smyrnæi.

* *Milius* doctor iuris fecit repertorium, de quod Felici. c. 1. extra. de ludi.

Millei cuiusdam liber extrat de triangulis sphericis, haud scio an excusus.

* *Milo* paræmiographus citatur in paræmijs Zenobij.

Milo Couterdale, ex Eboracensi patria, & Augustinianorum fratrum sodalicio, transtulit præter vniuersam Bibliorum seriem in linguam Anglicam, Bullingerum de fide antiqua. Eundem de Christiano matrimonio. Lutherum super Dominus regit. Osiandrum super Qui habitat. Pfalterium Ioannis Campensis. Cantus vsuales Vuitenbergensium. Apologia Germ. contra Concl. Mant. Erasmi paraphrases in Paulum. Scripsit etiã natiuo sermone Confutationem Standicij. Ordinem Christianum cœna Domini. Noui Testamenti concordantias. Catechismum Christianum. Annotationes in nouum testamentum. Claruit anno Domini 1548.

* *Milo* Porcarius aliàs Hoggarde, arte caligarius, scripsit Contra Protestantes Anglicos lib. 1. Floruit anno 1556. Baleus.

Milo Eluonensis monachus Benedictinus, natione Gallus, scripsit ad Carolum Calueth Imp. de sobrietate metricè lib. 1. vitam S. Amanadi carmine. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno 870.

Miltiades, cuius Rhodon in opere suo quod aduersum Montanum, Priscillam, Maximillam, que composuit, recordatur, scripsit contra eosdem volumen præcipuum: & aduersum Genes Iudæosque, libros alios, & principibus illius temporis Apologeticum dedit. Floruit M. Antonini Commodi temporibus. Hieronymus eadem Tritemius, qui eum floruisse scribit anno Domini 170.

Mimnermus siue Mimernus Ligyrtiadæ F. siue Colophonius, siue Smyrnæus, siue Astypaleus, elegiacus poeta, fuit Olympiade 37: septem sãs

pienibus antiquior: quidam eum illis æqualem fuisse tradunt. Vocabatur Ligyostades, ab arguto & suavi cantu. Scripsit libros huius generis complures. Suidas. Pausanias refert Mimnermū scripsisse carmine Elegiaco, de pugna Smyræorum aduersus Gygem Lydum. Præterea Mimnermi aliquot versus leguntur apud Athenæum, & in collectaneis Stobæi: eiusdem distichon libr. 1. Florilegij. vide Liliū Gyraldum de poetis.

Mindensis cuiusdam episcopi sermones dominicales in omnes epistolas, quæ per annum in ecclesia leguntur. Ingens est liber. Nomen episcopi proprium non inueni.

Misnensis episcopatus statuta synodalia iussu Ioannis de Salhausen episcopi, eius nominis sexti, edita per Vuilhelmum Berchium 1504. Lipsiæ impressit Melchior Lotter.

* *Mnantes* I. C. De securitate.

Mintanoris Musici scripta citantur apud Fulg. 20 in Mytho.

Minucianus sophista Atheniensis, Nicagoræ fuit filius; Galieni principis tempore scripsit libros Rhetoricorum, & præexercitamenta & orationes diuersas. Suidas.

Minuciani liber quidam de argumētationibus Græce extat Romæ, vide Suidam.

Minutius Felix, Romæ insignis causidicus, scripsit dialogum Christiani & Ethnici disputantiū, qui Octauius inscribitur: sed & alius sub nomine eius fertur de fato, vel contra Mathematicos: qui quum sit & ipse disertus hominis, non mihi videtur cum superioris libri stylo convenire. Meminit huius Minutij & Lactantius in libris suis. Hieronymus. Tritemius addit, eum floruisse anno 230. Eius dialogus Octauius, hæctenus falso Arnobij libris septem aduersus Gentes pro octauo adiectus.

Mirtei epigrammata aliquot leguntur in imaginibus Pauli Iouij.

* *Mirtigenus* ad Horsoicum, chymicus scriptor, citatur ab Hortulano.

Mischion. vide Moschion.

Mithæus edidit *Opfartyica*. Athenæus.

Mithridatis epistola, excusa Græce Venetijs ab Aldo, cum varijs aliorum epistolis. Mithridatis epistola ad Arsacem, impressa cum Sallustio, & commentarijs in eundem, Parisijs. * *Mithridates* rex Ponti medicinæ peculiariter curiosus, ab hominibus subiectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, serinium commentationum harum, & exemplaria effectusque in arcanis suis reliquit, Pompeius autem omni regia præda potitus, transferre ea sermone nostro libertum suum Lenæum grammaticæ artis doctissimum iussit. Plinius. Refert etiam Plutarchus quædam ab eo scripta de venenis, & de somniorum interpretatione.

Murophanes episcopus Smyrænsis, scripsit Græce, quæ adhuc extant Contra Manichæum 60 lib. 3. Contra Eunomium lib. 2.

Mixtatus Patavinus historicus, nouarum rerum satis anxius inquisitor. Franc. Petrarca lib. 4. de rebus memorandis.

Mnasaltes Sicyonius, scripsit epigrammata,

quæ Athenæus allegat. Mnasalci, vel Mnesalci epigrammata varia leguntur in Anthologio.

* *Mnasæus* Berytius, scripsit artem dicendi & de Articis verbis. Suidas. Numeratur etiam inter Homeri interpretes.

* *Mnasæus* Locrus siue Colophonius Pægnia cō scripsit, Salpe propterea ob varietatem cognominatus. Plinius 32. 10.

Mnasæus scriptor citatur apud Higinum & Fulgentium in Mytholog. & apud Plinium lib. 37.

Mnasæi Pararensis Europiaca, librum de Asia, & Periplum, Athenæus citat, & Stephanus tertium *περὶ τῆς ἰσθμῆς*.

Mnearchi tetra-stichon libro 6. Anthologij.

Mnesicles medicus crebro citatur apud Pliniū, qui ex eo quædam in lib. 13. 20. 21. 23. & quatuor sequentes, item in 33. 34. & 36. transtulit.

Mnesigiton citatur à Plinio lib. 7. Naturalis historiarum.

Mnesimachi Comici fabulas aliquoties allegat Athenæus, quas & Suidas ex Athenæo nominat Hippotrophum, Busiridem, Philippum, Dyscolum.

Mnesiphili scripta citantur apud Plutarchum in Themistocelis vita.

* *Mnesithei* historiam de radicibus, caulibus, folijs, fructibus, & seminibus citat Galenus in libris de alimentorum facultatibus, ac eam parum certam esse scribit. Athenæus quoque citat Mnesithei Atheniensis lib. de esculentis.

Mnesitheus medicus, qui de coronis scripserit, citatur à Plinio 21. & sex sequentibus libris.

Mochimus Mesopotamenus apud Antiochiam presbyter, scripsit aduersum Eutychem egregium librum: Gennadius.

Mochus quidam scripsit historiam Phœnicia. Athenæus lib. 3.

* *Moderati* Gadarei τὰ περὶ ἀνατολῆς καὶ ὑποῦ libri quinque citantur à Stephano.

40 *Modesti* libellus de vocabulis rei militaris ad Tacitum Augustum, impressus Parisijs, apud Vech. & Colonia, 1532. cum Fl. Vegetio, Frontiano, & Aeliano de aciebus.

Modestus scripsit aduersus Marcionem libr. 1. Claruit anno 175.

Moenas I. C. vide Tribonianum.

* *Moeragenis* de Apollonio libri quatuor à Philostrato citantur.

* *Moeris* initia elementorū geometriæ inuenit, quæ perfecit deinde Pythagoras. Laer. in Pytha.

Moeridis *ἀριθμητικῆς* in Vaticana.

Moero mulier doctissima, hymnum in Neptunum scripsisse memoratur.

Moero Byzantia in Mnemosyne citatur ab Athenæo lib. 11. Vide Myro.

Molpis Lacon, scripsit de Lacedæmoniorum repub. Athenæus.

Monachi cuiusdam grammatica & lexicon linguæ Arabicæ, excusa sunt Latinis characteribus, in quarto. Granatæ puto.

Monaldus ordinis fratrum Minorum theologus, scripsit summam iuris canonici lib. 1. quæstiones sententiarum libr. 4. sermones varios librum 1.

* *Monaldus* de Rosarijs, prouincialis Carmelitarum

rum Valconia, doctor Parisiensis, theologus ac iurista, scripsit de partibus poenitentiae lib. 3. In Decretalem, Omnis utriusque sexus lib. 1. Optimum quadragesimale lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Super Marię conceptione lib. 1. Vitam D. Simonis Angli lib. 1. Officium eiusdem lib. 1. Aduersus hæreticos lib. 1. Lecturam sententiarum lib. 4. Super quartum sententiarum lib. 1. Lecturas Papię lectas libr. 1. Determinationes theologię lib. 1. In Canones pontificum lib. 1. Et alia, Obijt tandem Burgedala, anno Domini 1508. Duo eius prima opuscula, Parisijs sunt impressa, Ioannes Baleus.

* *Monimus* Syracusanus Diogenis Cynici discipulus, scripsit ludicra sententijs serijs permixta; *de appetitionibus* duos libros, & *Exhortatorium*, Laertius. *Monimus* in collectione rerum mirabilium citatur à Clemente in Protreptico.

* *Moneta* monachi ordinis prædicatorij, Summa magna & validissima contra machinationes hæreticorum, Dresserus.

Monius iamborum poeta, vnus ex Dipnosophistis apud Athenæum.

Monnullus, aliàs *Munnnullus*, epistolę 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Monnulli à Girpa verba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Moralis Hispani musici magnificat octo tonorum, cum quatuor vocibus, excusum Venetijs.

Morbisani Turcarum principis ad Pium papę responsio de religione sua, impressa Basileę cum Alcorano, &c. apud Ioan. Oporinum.

Moreti liber docens mores iuuenum, elegiacò carmine scriptus, noneleganti. Hunc propter vtilia præcepta in Germanicos rythmos vertit Sebastianus Brand, ad Onophrium filium. Argentinae excudit Ioan. Knoblochus, anno Domini 1508. in 4. chartis 4.

Morychus poeta, scripsit trágœdias multas. Notatur autem ab Aristophane, ob gulę vitium maxime. Vide prouerbium Morycho magis fauus.

Morieni cuiusdam liber alchymisticus extat, nõ impressus, quod sciam. Citatur etiam ab Horulano Morienes in dialogo ad regem Kalid. Itē Morion chymista.

Morientes de Zonis & climatibus mundi, extat vt testatur auctor Luminis animæ, in præfatione à se ex Græco Latine redditum scribens.

Morigi quidam numeratur inter illos auctores, ex quibus Baptista Fulgosus memorabilia sua collegit.

Morsimus poeta, scripsit Trágœdias, cuius vt frigidit & detestabilis poetæ meminit Aristophanes.

* *Moschion* Græcus, scripsit volumen de raphano. Plinius. Item librum de passarijs. Præterea de mulierum affectibus librum qui extat Venetijs; in bibliotheca SS. Ioan. & Pauli, & in bibliotheca Augustanæ; reipublicæ. Eiusdem libros Gaspar Vuolfius edidit cum scholijs & annotationibus Gesneri Basileæ.

Moschion comicus citatur à Clemente Alexandrino Stromat. 6. & à Stobæo diuersis locis, fabulę eius sunt, Themistocles & Pherai.

Moschius Syracusanus poeta, Aristarchi familiaris, secundus à Theocrito, scripsit Bucolica, ex quibus aliquot carmina apud Stobæum in sermonibus de naufragio, & de Venere, eiusque vituperio, citantur. Moschi Siculi Europa, extat Græcè cum alibi, tum in bibliotheca Augustæ Vindelicorum. Eiusdem fugitiuus amor extat in Florilegio libro 1. & Tetrastrichon quoddam lib. 4.

* *Moschi* & *Bionis aduicia* Græcolatina hætenus non edita: in officina Goltziana, vt index habet. Præterea Moschi & Bionis poemata excusa sunt ab Hen. Stephano cum Homero & reliquis Græcis poetis herõici carminis principibus.

Moschi Mechanica, & Interpretatio vocum Rhodiarum *ἱερῶν θεολογικῶν λόγων*, citantur ab Athenæo.

Moses propheta, & princeps populi Iudaici, libros quinque primos veteris Testamenti, Pentateuchum vocant, Hebraice conscripsit, qui omnium tum in sacris tum prophanis literis, vetustissimi, mirabili prouidentia Dei per tot seculã semper durant. Vide Suidam.

* *Moses* Bar Cepha Syrtus, ante annos propè septingentos librum scripsit de paradiso, quẽ Andreas Masius ex Syriacã lingua transtulit & edidit, 1569. Antuerpię octauo.

Moses Cordubensis, scripsit de sensu legis Iudæorum, in librum quem vocat Talmud. Raph. Volatier. Rabbi Mosi Commentarij Hebraici in duobus voluminibus, excusi Venetijs. Eiusdem liber præceptorum, & alius dubiorum, &c.

R. *Mosche* Kimhi filij R. Ioseph, & fratris R. David Kimhi, Grammatica excusa Basileę apud Cratandrum, 1531. cum Elię Leuitæ commentario, Hebraice simul & Latine, Seb. Munstero interprete: & rursus apud Henr. Petri ibidem, 1536. accuratius per eundem Münsterum cum Hebraico collata. Eiusdem grammatica cum expositione Iudæi cuiusdam Benjamin, excusa est Romæ Hebraicè in 4.

R. *Mosis* Hadassan commentarios in Genesim; Pet. Galatinus semel atque iterum allegat.

R. *Mose* filij Maimon Aegyptij, tredecim fundamenta seu articuli fidei Iudæorum, impressi Hebraice, Ipnæ in Germania, 1540. Directorium in Theologia, impressum Hebraice, & Latine. Idem scripsit glossam in Talmud Hierosolymitanum, excusam Venetijs. Item in quosdã libros Talmud Babylõnici. Eiusdem liber epistolarum clarorum virorum ad ipsum & responsiones eiusdem, excusus est Venetijs. Scripta eius apud Iudæos in magna existimatione sunt, & Ranbani ab eisdem vocantur. Eiusdem liber perplexorum citatur à Reuchlino. Eius capita de rebus Christi regis à Genebrardo translata & edita sunt Parisijs cum alijs quibusdam, 1573.

R. *Mosy* aphorismi in medicina.

R. *Mose* filij Nahaman Gerundensis commentariis in Iob, impressus Venetijs apud Bombardum. Eiusdem insignes commentarij super Iob.

cana legis laudantur à Reuchlino.

R. Mosche filij Neha Perusch. i interpretatio.
R. Mosi punctatoris, dicti Hasmisum, grammatica posita in marginibus libri Massoreth, impressa Venetijs.

Moses Roua quidam in sermonem Latinum transtulit ex Arabico Aristotelis theologiam siue mysticam philosophiam, olim per Abenaman Saracenum in Arabicam linguam è Græco translata. Vide in Aristotele.

* Moyses quidem Chymicæ auctor ab Hortulano citatur.

Moyfi cuiusdam homiliæ 2. habentur cum Collationibus Ioannis Cassiani: vna, De destinatione monachi ac sine: altera, De discretionem.

* Mugairibe Granatini articuli de Alchymia per cantica descripti, & in eadem commentarij Mam malucci cuiusdam Damasceni.

Mummius poeta comicus, scripsit Atellanas, citatur à Donato & Charisio.

Munatij Rufi de expeditione Cypriaca, Catonis libri citantur à Valerio Maximo lib. 4.

Mudinus citatur in tabul. Elluchasem medici.

Mundinus Bononiensis citatur à Guidone de Cauliaco, qui quidem Guido floruit anno 1363.

Mundini anatome, de omnibus humani corporis interioribus membris, excusa Argentina, 1513. Marpurgi apud Egenolphum cum figuris, in 4. emendata & scholijs illustrata à Dryandro.
* Eiusdem Practica, & tractatus de vrinis & pulsibus, manuscr. Dresserus.

Mundini Florentini expositio in Canones vniuersales Mesuxæ, excusa Lugduni, 1525. cum alijs quibusdam.

Museus Eleusinus Antiphemi filius versificator, & discipulus Orphei, scripsit ^{modanas} id est vitæ præcepta, ad Eumolpum filium versuum ferme 4000. Suidas, & Vol. lib. 17.

Museus Eumolpi filius Atheniësis, primus (teste Diogene) Deorū genealogiā versib. cōscripsit.

Museus Ephesius versificator tempore Eumennis & Atali Pergami regum, scripsit res Pergamenses Perseidos lib. 10.

Musei poemation heroicum de amore Erus & Leandri, excusum Parisijs, 1538. & Colonia, 1526. apud Soterem: & olim Venetijs apud Aldum, cum Orpheo. & postremo apud Hen. Stephanū in folio, cum Homero, &c. Vide Lil. Gyraldum, & apud Suidam de tribus Musæis poetis, Eleusinio Thebano, & Ephesio, & iterum de Musæo sine alio cognomine.

Museus præbyter ecclesiæ Massiliensis hortatu sancti Venerij episcopi, de scripturis sanctis excerptis lectiones & responsoria, singulis diebus festiuis totius anni apta, psalmosque ordinavit singulis aptos temporibus in ecclesia decantandos. Scripsit etiam ad Eustasium episcopum sacramentorum lib. 7. Homilias plures ad populum. & quædam alia. vide plura apud Gennadium. Claruit anno 440.

Museus Thebanus Thamyraë filius, ante bellum Troianum, poeta Melicus, scripsit hymnos & Cantica Suidas.

Musei cuiusdam scripta citantur apud Higinū. Item apud Plinium lib. 21. 22. 23. 24. & 26.

Musanus non ignobilis inter eos qui de ecclesiastico dogmate scripserunt, sub Imperatore M. Antonino Vero, confecit librum aduersus quosdam fratres, qui de ecclesia ad Encratarum hæresim declinauerant. Hieronymus.

Musatus nominatur inter illos scriptores, ex quibus Baptista Fulgus memorabilia sua collegit.

Musca poetria Lyrica, scripsit epigramata & lyricos nomos. Cælius lib. 8. cap. 1. Vide Mya.

10 Muscia citatur in Tacuinis Elluchasem medici. Muscij tetrastrichon lib. 1. Anthologij. sed aliàs attribuitur Platoni.

Musonius Capitonis Tyrrenus, familiaris Apollonio Tyaneo fuit, & mutua ipsorum legitur epistolæ. Celebrantur sermones eius, & epistolæ. Vide plura apud Suidam, qui etiam alterius cuiusdam eiusdem nominis meminit, tum in Musonio, tum in Marciano. Io. Stobæus in locis communibus multa passim & prolixa fragmenta huius philosophi citat. Epistolæ eius quædam Venetijs apud Aldū in volumine Græcarū epistolarū excusæ sunt: vbi etiam duo Musonij ad Apolloniū epistolæ, cum epistolis Apollonij habentur. Oratio de optimo principe, Stephano Niagro interprete, cum eiusdem Stephani lucubratiōnibus cæteris, excusa Basileæ apud Hen. Petri.

30 Musulmanus. vide in Meletio.
Mutianus Scholasticus Ioan. Chrysostomi episcopi Constantinop. commentarium in epistolam D. Pauli ad Hebræos Latinitate donauit. Ioan. Gymnicus impres. Colonia, 1530. Transtulit etiam eiusdem commentaria in epistolam Pauli ad Philemonem, quæ extant Viennæ apud Vuolfgangum Lazium.

Mutianus quidam citatur à Plinio 2. 8. 9. 10. 12. 13. 16. 19. 35. & 36. lib. Naturalis historiæ, & ter cōsul alicubi ab eodem nominatur.

Mutius quidam citatur ab eodem 37. lib.
Mutij Auguris contra T. Albutium de pecunijs reperundis oratio, de qua Cicero in Bruto.

40 * Myctionis Smyrnæi Gynæcia cap. 1072. in biblioth. Florentina. Forte Moschionis.

Myia Thespiaca, Lyrica, carmina ad Lyram accommodans. Suidas. Myia Spartana poetria, hymnos in Apollinem & Dianam scripsit. Suidas. Myia Pythagoræ magni & Theanus filia. Samia, Suidas.

Myia epistola ad Phillidem, excusa ab Aldo in volumine Græcarum epistolarum. de tribus diuersis Myijs lege Suidam.

50 Mymnermus Colophonius poeta, scripsit elegias, quem Propertius se imitari fatetur. Volaterran. libr. 17.

* Myreris quidam chymicus auctor, citatur ab Hortulano philosopho.

Myrini tetrastrichon lib. 2. Florilegij, & lib. 3.
Myro Byzantia poetria, versus heroicos, elegiacos, & carmina ^{alia} scripsit, Homeri tragicæ filia: vxor Andromachi, cognomento Philologi. Eius Mnemosinen citat Athenæus, & eandem ^{apud} Parthenius. Myro Rhodia philosopha: scripsit Chrias reginarum, & fabulas.

60 * Myronianus Amastrianus in primo historiarum similium capitulorum citatur à Laertio.

Myronis Prynæi Messeniaca Athenæus allegat, &

gat, & Pausanias lib. 4. Scripsit autē bellum Mese-
leniacum solura oratione, vt Rhianus ligata.

Myrsilus scripsit historica paradoxa. Athen.

Myrsili cuiusdam scripta citantur à Plinio li-
bro 5. Naturalis historię.

Myrsili Lesbij de origine Italię, & Thyrrhe-
norum liber 1. an. 1530. Basileę, cum aliquot alijs
veterum historicorum fragmentis impressus. Et
Antuerpię apud Io. Steelsius, cum commenta-
rijs Ioan. Annij.

* *Myrsinius* Methymnæus scriptor, laudatur à
Stephano.

Myrtilus Atheniensis comicus, scripsit Tetra-
nopanes & Amores. Suidas. Est & *Myrtilus* ve-
nus ex Dipnosophistis apud Athenæum.

N

Næuius poeta comicus, Campanus, eius fabu-
lę citatur à Nonio, Agrypnuntes, Alcestis, 20
Agitatoria, pro qua mendose legitur Asitogio-
la. Colax. Danae. Erularia. Gemini. Gymnasti-
cus. Iphygenia. Lycurgus. Parçcius. Protefilaus.
Pulli. Quadrigemini. Sanniones. Pathici. Tabela-
ria. Præterea à Festo citantur eiusdem, Fretum.
Gladiolus. Hariolus. Nautæ. Personatæ. Satyra.
Tarentilla. Tunicularia. A Varrone, in Aema-
hia. Agidone. Clastidio. Conspõsis. Corollaria.
Cosmotria. Duloreste. Demetrio. Elsona. Hemi-
perio. Lampadione. Romulo. Stigmatia. Theri- 30
no. Citatur ab his quoq; eiusdem bellum Puni-
um seu Pœnicũ: & à Nonio Erotopœgnia cuius
titulum Gellius (ni fallor) meminit: apud quem li-
bro 17. cap. 2. citatur Næuius Atellana Partus, v-
bi forte Nouius legendum est, is enim fuit Atel-
lanarum scriptor. A Macrobio equus Troianus
citatur. A Fulgentio Diobolaria. Carmina Næ-
uij que hodie extant ab H. Stephano excusa sunt
cum fragmentis aliorum poetarum veterum La-
tinorum.

Nahum Elkofæus, propheta, prædixit subuer-
sionem vrbis Ninuiticę, post Ionam, atq; totius
regni Assyriorũ: quę facta putatur à Nebuchad-
næzar rege Chaldeorum, anno 1. imperij sui. Pro-
phetiæ eius capita 3. in vetere Testamento habe-
mus. Vide Epiphanium viris prophetarum.

* *Naphsi* Phileloli *παρρησιαστής* Ioannes Torne-
sius Græce & Latine impressit, Iacobo Blanche-
to interprete, 1553.

Narcissus August. citatur in Chrysop. Io. Eccij.

* *Nascimbæni* Nascimbænij, Ferrariensis, Scipio
minor, seu de iuuentute, ad illustrissimum prin-
cipem Franc. Gozagam Mantuę ducē. Bononię
1544. Eiusdem in M. Tullij de inuentione libros
commentarius ad Senatam Rhacusinum. Venetia
1564. in quarto.

R. *Nasim*, scripsit commentarium in libros ali-
quot talmudicos R. Alphes, cum eisdem impres-
sionibus Venetijs.

Natalis Beda, Gallus natione, de collegio mon-
achis acuti, magister Sorbonicus, inter cætera scri-
psit Egregia dicta philosophorum lib. 1. Pro filia
Iouis & nepotibus Annæ lib. 1. De vnica Magdale-
na cõtra Fabrum lib. 1. Aduersus Erasmus lib. 1.
Contra Lutherum lib. 1. & alia. Claruit Parisijs

anno 1520. Parisijs impressa omnia.

Natalis à Boea verba apud Cyprianum, in sen-
tentijs episcoporum, de hæreticis baptizandis.

* *Natalis* de Comitibus, Venerus, è Græca lin-
gua in Latinam vertit Atheni dipnosophistarũ
libros 15. Venetijs primum, deinde Basileę apud
H. Petri editos. Item Hermogenis libros Rhetor-
icos, & Aphthonij progymnasmata. Basil. Pet.
Perna. Scripsit etiã carmine heroico de venatio-
ne libros 4. quos Hieron. Ruscellius scholijs illu-
strauit. Venetijs apud Aldi F. 1551. Item Mytholõ-
gię, siue explicationum fabularum libros 10. In
quibus omnia propè naturalis philosophię dog-
mata sub antiquorum fabulis contenta fuisse de-
monstratur. Venetijs 1568. De horis lib. 1. Græcis
versibus, item de iisdem vnum Latino carmine.
De annõ libros 4. Elegiacõ carmine. Mirmico-
myamachię lib. 4. Amatoriarũ elegiarum lib. 2.
Elegias alias 6. Venetijs apud Nicolinum de Sa-
bio 1550. è Græco vertit, Demetrii Phalerei de or-
atione siue de modo dicendi librum. Item Ale-
xandrum Sophistam de figuris sententiarum &
elocutionum. Venetijs 1557. Scripsit historiã sui
temporis, cuius pars prima libri 10. edita est Ve-
netijs anno D. 1572.

* *Nathanis* Chytræi Factorum ecclesię Christi-
anę liber è duodecim primus Ianuarius, carmine.
Lipsiæ anno D. 1573.

* *Naucratis* Erythræus, commentarium in Ho-
merum scripsit, vti testantur Stephanus de Vrbi-
bus, & Eustathius.

Naucratis Comici Persis citatur ab Athenæo.

Naumachij versus aliquot heroici, apud Stobgeũ
in Sermone contra nuptias, & in præceptis nu-
ptialibus, & vituperio diuitiarum.

Naucratis Comicus, scripsit Nauceros & Per-
sidem. Suidas, & Athenæus.

Nazabarus, naturalis magię scriptor. Vide in
Zoroastre.

40 *Nazarij* Penegyricus dictus Constantino im-
peratori, Basileę apud Ioannem Frobenium, cũ
aliquot aliorum panegyricis.

* *Neantes* Cyzicenus, orator, discipulus Philia-
sci Milesij, scripsit *ἑκκατὰ ἔτη*, *ἡρώδης*, *ἑπτα*: quę cita-
tur ab Athengo: *ἡρώδης ἑπτα*, Stephano teste.

* *Neapodani* Sebastiani super constitutionibus
regni Sicilia.

Nearchi scripta historica citantur à Pio ponti-
fice in descriptione Asię, cap. 33. & alijs præterea lo-
cis. Item à Plinio lib. 12. & 13. Nat. hist. Fuit vnus
è ducibus Alexandri Magni.

Nebridij epistola ad D. August. de phantasia
& memoria inquirens, numero 71. inter D. Aug.
epistolas: ad eundem epistola 114. de amore suo
erga ipsum.

Nebroch Gigas, filius Chus, fertur quædam in
astrologia scripsisse.

Nechepson Aegyptius citatur ab Aetio, & à Ga-
leno, *Νεχέψων ἡ Βασιλεύς* li. 14. vbi de Iaspidis sculptu-
ra scripsit, li. 9. de Simpl. Porro Nechepos in-
ter reges Aegypti numeratur in Chronicijs circa
annũ mundi 3290. Necepsus citatur à Plinio 2. &
7. libro Naturalis historię.

* *Nectabis* inter Magię auctores à Tertuliano
numeratur.

*Vir gravis idem qd
Solchisimus, Cap. 1.
m. Ep. p. 275.*

Nectarij epistola ad D. Augustinum, numero 201. inter D. Augustini epistolas.

Neemias prophetæ capita 13. leguntur in veteri Testamento, non Hebraice, sed Græce tantum, ex translatione quæ existimatur 70. interpretû.

Nellus quidam iurisperitus, scripsit de bānitis.

Nemesiani à Tubunis verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporû de hæreticis baptizadis.

Nemesij philosophi & episcopi sermones summarij de natura hominis, Græcè extant in Italia, & in bibliotheca Augustæ Vindelicorum: excusisunt etiam Latine, Georgio Valla interprete. Lugduni apud Gryphium, 1538. De natura hominis liber Græcè à Nic. Ellebodio editus, & ab eodem Latine conuersus. Antuerpiæ Plantinus 8.

Nennius Britannus, Bannochoensis collegij pontifex, historiā suæ gentis Nennij Helij in linguam Latinam traſtulit, Claruit anno Domini 620.

Nennius Helius Loegræ dux, scripsit de Britannorum origine & progressu patrio sermone lib. 1. quem deinde Nennius Bannochoresis pontifex in Latinum vertit. Claruit anno à condito mundo 3912. ante Christum 51.

* *Nensesi* epistola, liber theologicus Mahumetanorum, laudatur à Ioanne Lenone.

Neocles Athenien. philosophus, frater Epicuri, scripsit de propria hæresi. Eiusdem est hæc sententia ad *hæreses*. Suid.

Neophron, siue Neophon Sicyonius tragicus: 30 cuius Medeam Euripidis esse aiunt. Primus induxit pædagogos & seruorum tormenta. Edidit tragædias 120. Post familiaris fuit Alexandro Macedoni: & quia Callisthenis philosophi amicus erat, vna cum illo per cruciatum est interfectus. Suidas. Poematum eius meminit Laertius in Menedemo, & inter ea Euripidis Medeam legit. Extant etiam eius Senarij aliquot apud Stobæum, de ira.

Neophyti monachi de 24. literarum inuentio: 40 ne & allegoria, liber Græcus extat Romæ. * Neophyti monachi herbarum collectio per literas, & Neophyti succedanea, Græcè manuscripta sunt in bibl. Regis Gallorum.

Neoptolemi distichon hexametrum apud Stobæum, de laude mortis. Neoptolemi Pariani Glossas, Dionysiadem, & de epigramatis libros, Athenæus allegat.

Neoptolemus qui de melliturgia scripsit, allegatur à Plinio Naturalis historiae lib. 11.

Neotus Edulphius Einesberiensis, scripsit ad Martinum 2. Pont. Max. pro Oxoniensi studio Instituta viuendi ad Alphredum. Claruit anno Domini 883.

Nepos Aegypti episcopus, scripsit librum de promissionibus futuris, quem Dionysius episcopus Alexandrinus validis rationib. improbavit.

Nepotis cuiusdam epigrammata, excusa sunt in Italia.

Nepos de monte Albano, iurisperitus, scripsit de exceptionibus. In Nomenclatura iureconsultorum dicitur scripsisse libellum, qui fugitiuus dicatur: quem arbitror eundem esse cum libello de exceptionibus.

Neratus Priscus I. C. antiquus, scripsit Respon-

forum libros 3. Membranarum libros 7. Regulærum libros 15. citantur in Pandectis. Neratus in libro de nuptijs citatur à Gellio lib. 4. cap. 4.

Neronis (aliàs adespoton) distichon Anthologij lib. 3.

Nerua I. C. pater & filius, multa in iure civili scripserunt, quæ in libris digest. sparsa leguntur.

Nesterotis sermones, vnus de scientia spiritali, alter de charismatibus diuinis, habentur in Colationibus Io. Cassiani.

* *Nestocles* Parmenisius, citatur à Varrone li. 9. de lingua Latina.

Nestoris Dionysij, Nouariensis, Minoritæ, Dictionarium. Eiusdem de octo partibus orationis, & quarundam dictionum, orationum elegantu compositione, cum expositione earum, alijsque varijs notandis. De quantitate syllabarum liber. Emendatio libelli Sulpitij de quantitate syllabarum. Omnia hæc simul excusa sunt Argentorati apud Ioan. Prufs. anno D. 1507. in paruo folio.

Nestor Larandensis, ex Lycia, poeta, pater Pisandri poetæ. Fuit sub Seuero Imperatore. Scripsit Iliadē *ἡπιόγραμματος ἡτοι ἀσκήσεων*, omisis quibusdam literis aut elementis. Eodemq; modo, vt ille, Tryphiodorus scripsit Odysseam. Est enim in libro primo, non reperiri a; & sic in singulis Rhapsodijs eam literam que desit. Scripsit etiam Metamorphoses vt Parthenius Nicenus, & alia. Suidas. H. Vuolfius censet hunc & Tryphiodorum quicquid quoq; libro prætermiserit Homerus, id hos eodem ordine & numero librorum excutos esse. Citantur etiam Nestoris Alexandrias à Stephano: & *Ἀνθολογία* in Geoponicis Constantini: Commentarij theatrici ab Athenæo. Extant etiam carmina quædam lib. 1. Anthologij.

Nestorij blasphemias, id est, duodecim anathemata, quæ totidem Cyrilli Alexandrini anathematismis aduersus ipsum scriptis opponuntur: item exemplar sacrilegæ expositionis Nestorij Henricus Petrus excudit Basileæ 1528. cum varijs aliorum contra hæreticos scriptis. Nestorij epistolæ duæ ad Cyrillum extant inter epistolas Cyrilli. Ad Thebæum præfectum epistola, extat in historia ecclesiastica Nicephori, vide apud Gennadium in catalogo illustrium virorum.

Nestorius de Oceani circulo, extat, vt testatur auctor Luminis animæ in præfatione.

Nicænetus Samius epopæus, & epigrammatû scriptor, citatur ab Athenæo. Tetrastichon Nicæneti lib. 3. Anthologij legitur, & alterum lib. 4.

Nicagoras Atheniensis sophista, scripsit vitas doctorum virorum, de Cleopatra in Troade, de legatione ad Philippum Romanorum regem, sub quo vixit Suidas. Nicagoræ scripta citantur etiam apud Fulgentium in Mytholog.

* *Nicander* Alexandrinus in libro de discipulis Aristotelis, citatur à Suida.

Nicander Chalcedonius descripsit euctus Prusia. Athenæus. Item Nicandrum Thyatirenum nonnunquam citat.

Nicander Colophonius, vel Aetolus, scripsit Aetolica, Georgica, Colophoniaca, Theriaca, Glossas, Hætaræumena, Alexipharmaca, Medicationum collectanea, metaphrasin prognosticorum Hippo-

rum Hippocratis, de omnibus oraculis libros tres, & alia multa versibus heroicis. Athengus & Suid. Iunioris Atrali, quem Romani vicertunt, tempore floruit, gramaticus, poeta, & medicus. præter superiora Athenæus à Nicandro, sine alio cognomine, scripta memorat, Bœotica, Oetaica, Melissurgica, & Peripeteias: videntur autem planè eiusdem Nicandri esse. Nicandri Theriaca, cū interpretatione innominati auctoris: & Alexipharmaca, cum diuersorū auctorum, quorū nomina expressa non sunt, cōmētarijs, omnia Græce excusa Venetijs apud Aldum, cum Dioscoride Græco, & seorsim Colonia apud Io. Soterē, 1530. Eadem excusa sunt Latine, per Euriciū Cordum carmine reddita, & prosa per Io. Lonie. cū annotationibus, de vita auctoris plura habes ab initio operis, & epigrammata aliquot in eius laudem. * Nicandri poemata excusa sunt omnium elegantissime ab Henrico Stephano cum Homero & alijs poetis Græcis heroici carminis principibus. Nicandri opera Theriaca, Alexipharmaca Græce & Latine Ioanne Gorrhæo interprete, scholia Græca in eadem, & Gorrhæi scholia Latina. De ponderibus & mensuris, Græce. Item Gorrhæi apologia de lepore marino ad Rōndelietum. Parisijs apud Morelum in 4. Nicandri poetæ liber quintus in *Ἰσπανίας* & liber decimus Siciliæ citantur à Stephano. Idem Nicandrum grammaticum Thyaiirenum aut Colophonium nominat. Scholiastes Nicandri Theodosia ³⁰ tum nominat in remedijs contra Cerussam. Interpretes Nicandri à Stephano in Corupe nominantur Theon, Plutarchus, Demetrius Phalcreus. Nicandri scripta citantur à Plinio libro 10. 11. 20. & septem sequentibus, item 29. 30. 31. 32. 36 & 37. Nicandri *τετραστιχόν* lib. 3. Florilegij.

* Nicanor Hetericæ filius Alexandrinus grammatikus fuit sub Adriano Cæsare, quo tempore etiam Hermippus Beryrius. Scripsit de punctis apud Homerum, & quod discrimē in sententijs inde existat. De punctis in vniuersum libros ex. Epitomen horum librum vnum. De punctis Callimachi. Comica. De statione nauium. De voce *ἄσας*, id est ὄ rex & De puncto, & alia. Ob quod pus à quibusdam per derisum Strigatiæ, id est voris compūctus vocabatur. Suidas. Liber eius ad Adrianum, item liber, de Alexandria, Metonomasie citantur à Stephano. Nicanor in Theoriturum citatur à Varino.

Nicanor Cyrenus scripsit Metonomasias. A = 50 henæus.

Nicarchi plurima epigrammata passim leguntur in Anthologio Planud.

Nicas Magnus grammatikus in etymologijs nominum & verborū Græcorum, extat in Italia in bibliotheca Florētia. Citatur & in Miscellaneis Politiani.

Nicasius de Voerda, Meclinienis, patria Brabantinus, scripsit super institutis lib. 4. super sententijs lib. 4. sermonēs varios lib. 1. quæstiones diuersas. Eiusdem vtriusque iuris lectura super institutionum libris 4. ad explanationem glossæ Accursij mira breuitate congesta, exc. Lipsiæ, 41. Eiusdē lectura arborū vitium consanguinitatis, affinitatis, & cognationis spiritualis impressa

est in quarto, chartis quatuor. & dimidia. Claruis anno Domini 1492.

Niccoli commentum in aphorismos Hippocratis, excusum est in 8. in Italia.

Niceas quidam citatur à Plinio 37. Natur. histor. libro.

Niceas Romanæ ciuitatis episcopus, cōposuit sex competentibus baptismum instructionis libellos, & ad lapsam virginem libellum, omnibus labentibus emēdationis incentiuū. Gennadius. Tritemius addit, eum floruisse, ann. salutis 420.

Nicephorus Blemmida scripsit de quinq; vocibus, & cur sint quinq; tantū, neq; plures aut pauciores, disquisitionē impressam nuper Basileæ cū Porphyrij introductione Ioac. Perionio interpretate. Rationē de cōpendiaria arte differēdi Georg. Valla interprete, impressam Basileæ apud Rob. Vuinter. summam siue introductionem ad logicam lib. 2. quæ Græce extat in publica bibliotheca Augustæ Vindelicorum, & in multis Italicis bibliothecis. Eius epitome philosophiæ extat Venet. in biblioth. SS. Io. & Pauli, manuscriptum volumen, de sophisticis elenchis commentarius. liber legum. De anima. De corpore. De meteoris cap. 32. De naturalibus principijs & causis. Sermo qualem oporteat esse regē. Hæc omnia Græce extant Romæ in Vaticana. Canonēs de vrinis extant Bononiæ in biblioth. S. Saluatoris. *Συναγωγή τῶν ἐπιπέδων*, Venetijs apud Diegum Hurtadum. Demonstratio, quod indiuiduis vita præfinita non sit. Idem cum sub Ioanne Duca de consensu su Latinæ & Græcæ ecclesiæ ageretur, multa & sacra scriptura testimonia quæ Latinorum dogma confirmarent collegit. Gregoras libro 5. historiæ.

Nicephori Callisti Xanthopuli opuscula & epigrammata, omnia senarijs (qui non quantitatē, sed numerum syllabarum obseruant, vt in singulis versibus 12. sunt) metris conscripta, præter Orationem confessoriam, quæ postremo loco soluta oratione habetur: Bebelius excudit Basileæ 1536. cum Cyro Theod. Prodomo, &c. Eiusdem de regibus Christianorū, Romæ in Vaticana Eiusdem historiæ ecclesiasticæ lib. 18. à Ioan. Langō in Latinam linguam translata, excusi sunt Basileæ à Ioanne Oporino, anno D. 1552. in folio.

Nicephori Carthophylacis epistola de ligandi & soluendi potestate, ad Theodosium monachum excusa Basileæ ab Henrico Petri, anno D. cum alijs veterum Theologorum opusculis.

Nicephori Cumni de oratione, iudicio & operatione, quid ex eis amplecti, quid fugere debeat: libellus Græce, Romæ in Vaticana.

Nicephori archiepiscopi Constantinopolitani de fide, καὶ κατὰ τὸν ὀρθόδοξον ἀδελφῶν προσκυνῶντων ἐκφράσις παρὰ τοῦ Προμτορῶν ἀποκαρινῶν χριστιανῶν. Aduersus Mamonæ dicta contra incarnationem Christi: libellus Græcus Romæ in Vaticana bibliotheca. * Nicephori archiepiscopi Constantinopolitani confessoris Cariones ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συντάξεων: extant in Zonaræ, magno canonum volumine. Nicephori archiepiscopi Constantinopolitani Chronologia conuersa in sermonem Latinum de Grego, & explicata à Ioach. Camerario, edita est Basileæ ab Opor. in folio, & Lipsiæ 1573; in quarto;

Eadem ab Anastasio Bibliothecario olim verfa fuit, & Basileæ primò edita apud P. Pernam, anno D. 1569. & nuper Parisijs ad fidem Anastasiani exemplaris emendata per Antonium Constantium 1573. in octavo.

Nicephorus Gregoras quædam scripsit in Aristotelem. Raphael Volaterranus. Eiusdem dialectis, Florentius, aut de sapientia. Patriæ encomiū. Romanæ historiæ, id est, de imperatoribus Constantinopolitanis libri vndecim: hæc omnia Græce visuntur in Vaticana Romæ. Hypomnema in Synesium de insomnijs, extat apud Diegū Huradum Venetijs. Orationes contra Palamitas hæreticos. Historiarum compendium decem libris comprehensum, apud eundem. Ad Logothetam de magno pisce, & alijs animalibus liber, habetur Florentiæ in bibliotheca Medicum. De illis qui calumniantur astronomiam. Epistolæ. Profphonemata. Sermones. In Cyprum. Ad magnū Logothetam. Ad eundem adhortatoria de astronomia. De morte regis Andronici Palæologi. Ad eos qui fatum statuunt, &c. omnia in vno codice extant in Italica bibliotheca quadā. Eius hypomnema in Synesium de insomnijs Græce excusum est Parisijs apud Adrianum Turnebum, cum operibus Synesij, anno D. 1553. * Eiusdem Romanæ, hoc est Byzantinæ historiæ libri vndecim, quibus res à Græcis Imperatoribus per annos 145. à Theodori Lascari prioris, vsq; ad Andronici Palæologi posterioris obitum gestæ, describuntur. Græce Latineq; editi sunt, Hieronymo Vuolphio interprete, Basileæ apud Oporinum in folio 1562. Porro quæ 4. 5. 6. & 7. libro continentur pleraq; è Pachimerio mutuatus est Gregoras, eumq; in compendium redegit. Descripsit etiam Gregoras vitam Ioannis metropolitani Heraclææ auunculi sui, vt ipse testatur historiæ libro 9.

* Nicephori philosophi & rhetoris Epitaphius de Antonio, in bibliotheca Io. Sambuci.

* Nicephori monachi & presbyteri ἐπιστολὴ καὶ ἱστορία, βιβλίον πάλαιον. Item

* Nicephori Regis liber ἐπὶ μηχανισμῶν. Itē de excursione. Mentio horum fit in quodam catalogo V. C. C. manuscriptorum, quem ab amico quodam accepi. Ibidem nominantur Nicephori dialogi & epistolæ.

Niceratus Heracleotes, Lysandria poemata scripsit, ob quæ à Lysandro corona donatus est. Plutarchus. Nicerati hexastichon libro 1. Florilegij Græci.

Niceratus multa de re medica scripsit, sed nihil tam probatur Cælio Aureliano, quam commentarium eius de Catalepsia. Mentionem eius facit Dioscorides. Citatur item à Plinio libro 31.

Nicesus Maronites, scripsit libros aliquot de re rustica.

* Nicetas Acominatus, Choniates, magnus Logotheta secretorum, Inspector & iudex Veli, præfectus sacri cubiculi: historiam annorum 86. ab anno videlicet salutis 1117. vsq; ad ad annū 1203. nouem libris descripsit, quorum hic est ordo. De rebus gestis Ioannis Comneni, Alexij F. lib. 1. De Manuele Comneno Ioan. F. li. 7. De Alexio Porphyrogenito Manuelis F. lib. 1. De rebus gestis

Andronici Comneni lib. 2. De imperio Isaaci Angeli Comneni lib. 3. De imperio Alexij Angeli Comneni post fratrem Isaacium cæcaturum & electum li. 3. De Isaacio & filio eius Alexio, post recuperatum, Germanorum & Venetorum imperium, & de Alexio Duca, &c. lib. 1. De iniurijs imperij Balduini & Herrici fratrum Flandriæ comitum lib. 1. Libros hos antea in bibliothecis Latitantes Magnif. D. Antonius Fuggerus Græce & Latine edidit curauit, interprete Hieronymo Vuolfio. Basileæ apud Oporinum in folio, anno D. 1557.

Niceta Byzantij philosophi liber contra Moameth. Eiusdem expositio confirmatiua cum demonstratione Christiani dogmatis, ex cõmunijs prænotionibus & dialectica methodo, & naturalibus argumentis, ac syllogistico artificio producta: item contradictio epistolæ ab Agarenis missæ, ad Michaelē imperatorem Theophylacti filium, quæ Christianorum fidem calumniatur. Romæ in Vaticana bibliotheca.

Niceta, qui & David cognominatur, expositio in versus Gregorij Nazianzeni, Romæ seruatur Græcè, fortè eadem cum ista, Expositio in obsecratiore locos Gregorij: quæ Augustæ Vindelicorum in bibliotheca publica habetur. * Niceta philosophi, qui etiam David nominatus est, Historia, citatur à Nicephoro lib. 14. cap. 28. ecclesiasticæ historiæ.

* Niceta Serronij scholia & cõmentarij in sedecim orationes panegyricas Greg. Nazianzeni, Latine interprete Ioanne Lequencelao, excusum operibus Nazanzeni, Basileæ 1571.

Niceta id ἐπίσημοι canones καὶ ἱστορία. Eiusdem alius canon, Imperatores Constantinopoli hæretici & Christiani, ibidem Græce.

Niceta metropolitani Heraclææ Responsa ad interrogationes Constantini cuiusdam episcopi, extant apud Zonaram in canonibus conciliorū.

Niceta Mersiniotæ de sancti spiritus progressionē commentarius Græcus, Romæ.

Niceta monachi, &c. de azymis, sabbatis, ieiunio, nuptijs, & sacerdotibus. Eiusdem liber contra blasphemiam Armeniorum hæresim, extat alicubi in Italia.

Niceta Pancuphemij magistri epistolæ Græcæ, Romæ.

* Niceta protosyncelli & chartophylacis magna ecclesiæ, ἐπὶ τῷ μὲν γίνονται γὰρ ἰσὺς βασιλῆος: in magno volumine Con. Ioan. Zonaræ.

* Niceta collectio artis chirurgicæ ex antiquis medicis, vt Hippoc. Galeno, Oribas. Heliod. Archigena, Antyllo, Asclepiade, Diocle, Amynta, Apollonio Citiano, Nymphodoro, Apelle, Ruso, Sorano, Paulo Aeg. Palladio. Græce manuscripta habetur in bibliotheca Regis Gallorum.

Nicias Maleota, scripsit historias siue fabulas, ex quibus Io. casum recitat. Plutarchus cap. 27. Parallelorum minorum.

Nicia librum de lapidibus, allegat Stobæus in sermone de morbis.

Nicia epigrammata quinque in Florilegio. Nicia Arcadica Athenæus citat.

Nicias Nicenus, scripsit philosophorum historiam, & successiones, Athenæus.

Nicobule bis apud Athenæum allegatur.
Nicobulus allegatur à Plinio duodecimo Naturalis historiae libro.
Nicochares Atheniensis comicus, æqualis Aristophanis. Fabulæ eius sunt, Amymene, Pelops, Galathca, Hercules sponfus, Hercules choragus, Cretenfes, Lacones, Lemnig, Centauri, Chirogastores. Suidas. Eiusdem Cressæ citatur à Polluce.
 * *Nichocharmus* in Galathea citatur à Polluce. Forè Nicochares legendum, cuius fabulam Galathea Suidas recenset.
Nicocles poeta, scripsit Acarios fabulam. Athenæus libro 8.
Nicodemi Heracleotæ carmina antistropheonta 14. libro 6. Florilegij Græci.
Nicodemus descripsit gesta Iesu Christi, quæ inuenit Theodosius magnus imperator, in Ierusalem in prætorio Pontij Pilati; ex Hebraica lingua in Latinam translata. excusa sunt Antuerpiæ, anno Domini 1538.
 * *Nicodemus* Frischlinus, Balingensis, poeticæ Tubingæ 1570. professor, Suspendium Tubingense, nem Gymnasia monastica ducis Vuirtebergici carmine descripsit, Tubingæ 1569. in 4. Idem et carmina alia multa (vt Epithalamia, Gratulationes, Epicedia, & alia) grauiter & eleganter scripsit. Scribit idè quoq; bonū carmè Græcum.
 Ex *Nicolai* cuiusdam collectaneis de moribus gentium, multa citantur fragmenta in locis Ioannis Strobæi.
Nicolaus rhetor, Plutarchi Nestorij cognominis, & Procli familiaris, scripsit Progymnasmata & declamationes rhetoricas, & alia quædam. Clauit sub Leone imperatore seniori, vsq; ad Zenonem & Anastasium. Suidas.
Nicolaus abbas monasterij de Pomeria, aliàs Bomgart, Argentinenfis diœcesis, Missale emendauit & imprimi fecit, anno 1487. in folio.
Nicolaus Actiacus, Grammaticus Græcus, citatur in Dictionario Ambr. Calepini, in voce Abolla.
 * *Nicolai* de Agazijs, Vercellenfis, iureconsulti, Consilium, incipit. Consultatio præcedens.
Nicolai Agricolæ enarrationes in orationem Diceronis pro lege Manilia, & pro A. Licinio Archia, excusæ sunt Basileæ ab Oporino, anno Domini 1153. cum diuersorum in omnes orationes Diceronis commentarijs.
Nicolaus de sancto Albano, Anglus natione, ordinis S. Benedicti, scripsit de conceptione Mariæ virginis lib. 2. Ad Petrum Pontiniacum lib. 1. De sua legatione li. 1. Decretales epistolas. Ad Heinricum 2. cōtra Hybernos. A musca suffocatus inserijt, anno D. 1159.
Nicolai Alexandrini medici Græci liber de compositione medicamentorum particularium secundum genera ordine literarum, translatus è Græco in Latinum à Nicolao Rhegino Calabro, excusus cum breuissimis annotationibus Ioannis Agricolæ Ammonij In solstadij 1541. deinde Venetijs apud Andream Arriabenum. *Nicolai* Alexandrini, Myrepsi medicinales lib. 24. Græci extant in Italia: nimirum dem opus cum prædicto, quod itidem in 24. literas alphabeti diuiditur, à Leonardo Fuchfio Latinitate donatum, & illustratum Annotationibus

nibus ab eodem, Basileæ excudit Ioã. Oporinus anno 1549. Idem opus Hen. Stephanus cum alijs medicorum libris excudit.

Nicolaus de Assentia, Carmelita, scripsit in Exodum, & in Apocalypsim Ioannis, in officij Missionis, sermones de tempore & de sanctis. Vixit 1495.

* *Nicolaus* Amstorfius scripsit quædam de cœena Domini, ad quæ Martinus Bucerus respondit: epistolâ impressam inter opera Lutheri, in qua de Erasmo iudicium fert: & quædam alia.

Nicolaus Angelus Bucinensis, Italus, multos authores veteres emendauit, in aliquos præfatus est. In primis autem duos postremos libros Præciani de syntaxi, restituitis Græcis exemplis, multo quàm antea castigatioris edidit.

* *Nicolai* Antonij Grauatij Briaticensis Annotationes in Practicam Octauiani Vestrij, Coloniae 1573. in octauo.

* *Nicolai* Aqueuillani conciones plurimæ extant. Vixit circa annum 1317.

* *Nicolaus* de Aqua pendente, Italus & Augustinianus, scripsit de baptismo lib. 1. De peccato originali lib. 1. De pœnitentia lib. 1. De limbo, inferno, & purgatorio lib. 1. De mercatura lib. 1. De sortilegijs lib. 1. De euitanda ingratitude lib. 1. De festis sanctorum lib. 1. Quadragesimale lib. 1. Sermones quoq; lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1460. Ambrosius Chortolanus.

* *Nicolaus* Archidiac, Baiocensis, De schismate. *Nicolai* Arelatani liber de hæreticis, excusus Lugduni, de secundis nuptijs, ibidem 1536.

* *Nicolaus* de Argentina, sacerdos, Germanus, scripsit de aduentu Antichristi lib. 1. Noruici bibliotheca.

Nicolai Arrabaldæ institutio *ἡσθησιολογίας* seu de ratione supputandi: Græce extat apud Diegum Hurtadum Venetijs.

Nicolaus Asclepius Barbatus, quædam edidisse dicitur Marpurgi Hessorum, quæ tamen mihi nondum videre contigit.

* *Nicolaus* Astonus, scripsit Quæstiones sententiarum lib. 4. Lecturas ordinarias lib. 1. Baleus.

Nicolai de Auessico tabula secundum ordinem alphabeti in Decretales Clementinas.

* *Nicolaus* Aurifex Senensis Carmel. coadunauit recognouit & castigauit Examen ordinandorum, seu breuem quandam Clericorum institutionem ex libris Ioan. Feri, Ioan. Holthusij, Geor. Vuicelij, Venetijs apud Georg. de Caballis 1567. in 12. Et ibidem apud Zilletum 1570. addita Epistome omnium Catholicæ ecclesiæ dogmatum de quibus hodie est controuersia, & opusculo de dignitate vita & moribus Clericorum ab eodem Aurifice ex diuersis congesto. Speculum Missionis à Cochleo primum collectum & à N. Aurifice auctum & locupletatum. Venetijs excus. anno Dom. 1572.

* *Nicolai* de Auxi Supplementum summe Pisane.

Nicolai de Ausino vel Ausmij ordinis minorum, Supplementum ordine alphabeti. Venetijs impres. Leonardus Vuuld de Ratispõna 1494.

Nicolai Bartholomei Lochiensis Christus Xpi Ionicus, comœdia impressa Antuerpiæ. Eiusdem *ἡσθησιολογίας* impressæ.

Nicolaus Basilius. Vide in Ioanne Neuclero;

* *Nicolai Bauherrn*, Castellani, Typus differentiæ inter ecclesiasticos & laicos dominos, Ecclesiæ seu suorum dominiorum Feuda seu Beneficia dantes: editus in forma tabulæ, Augustæ 1572.

Nicolaus Bayarde, Anglus, scripsit distinctionum theologiarum lib. 1. Sermones de tempore & de sanctis. Placita theologica. Claruisse fertur anno D. 1410.

Nicolaus Bellonus, patricius Casalensis, ex Monteferrato, iurisperitus, scripsit Repetitiones & Tractatus aliquot, Ioan. Oporinus impressit Basileæ, 1544. nempe Rub. Cod. de edendo. Tractat. in Rub. Cod. qui admitti ad bonorum possessionem, de bonorum possessionibus ordinarijs, & extraordinarijs. item in Rub. ff. de officio eius cui est mandata iurisdictio. Quæstio, ad quem sit appellandum à subconservatore, &c. Repetitio parag. item Seruiana. Instit. de actionibus. Eiusdem Supputationum iuris lib. 4. quibus & nouæ legum declarationes, & articulorum iuris resolutiones habentur: ibidem excusi, 1542. & 1544. apud Isingrinium, ex authoris recognitione. Super vtraque parte Institutionum lucubrationes, quas primis annis in Papiensi academia confecit: Isingrinus excudit Basileæ, 1544. Volumen consiliorum 69. quo diuersæ materiæ tum in scholis, tum in iudicijs vtilissimæ, discutuntur: ibidem excusum anno 1544. & Francofurti 1573.

* *Nicolaus Bendideus*, inter poetas nostri temporis numeratur à Gyraldo.

Nicolaus Beraldi Aurelij dialogus, quo rationes quædam explicantur, quibus dicendi ex tempore facultas parari potest, deq; ipsa dicendi ex tempore facultate: Gryphius excudit Lugduni, anno 1534. De iurisprudencia vetere ac nouitia oratio, cum erudita ad antiquorum lectionem ac studium exhortatione: ibidem excusa, 1533. & Parisi apud Vuchelum. Item commentarium in Politiani Rusticum. Claruit anno 1534. Aureliæ.

* *Nicolaus Bertrandus*, Gallus, legisperitus, & apud Tolosam aduocatus, scripsit historiam Tolosanam lib. 1. De parlamenti institutione lib. 1. De sanctorum eleuatione lib. 1. Ex commentarijs Cæsaris lib. 1. De bello inter Ludouicum & Iulium lib. 1. De vetustis Galliarum nominibus lib. 1. Pro mutua Christianorum pace lib. 1. Orationes pæanicas lib. 1. Ad viros primarios li. 1. De theologicis Tolosanæ lib. 1. Contra alchimistarum errores lib. 1. Contra hæresiarchas & apostatas lib. 1. Atq; alia plura. Obijt Tolosæ sepultus, anno Domini 1527. vltima die Iulij. Ioannes Baleus.

Nicolaus Bertrutius. Vide Bertrucius.

Nicolai Biardi distinctiones, eiusdem sermones de tempore.

Nicolaus de Bibera, natione Germanus, scripsit librum, cuius titulus est occultus, quod carmine & oratione soluta cõposuit Erfordiæ. De cauendo malo lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Vixit anno Domini 1290.

* *Nicolai Biesij*, Gandauensis, de Republica libri quatuor, quibus vniuersa de moribus philosophia continetur. Antuerpiæ anno D. 1556. in quarto. Theoricæ medicinæ libri sex, quibus omnia huius artis præcepta explicantur. De methodo medicinæ lib. 1. Commentarij in artem

medicam Galeni. De naturali philosophia lib. 3.

Nicolaus de Blony, Vide Nicolaum Plonium.

Nicolaus Boerius, iurisperitus, & in celebri Senatu Burdegalensium præses, scripsit in locum 2. Cod. Quomodo & quando iud. l. consentaneum, de autoritate vtriusque regij consistorij, vbi & de præcedentia canon. & abbat. super consuetudines Bituricen. de custodia clauium portarum, & castrorum, consilium. De potestate legati Franciæ, de præcedentia & ordine graduum vtriusque fori, de seditiosis. Additiones in commentarium Ioan. Montaigne de parlamenti, & eorum autoritate ac præcedentia: & rursus in eiusdem librum de autoritate & præcedentia magni Consilij, additiones. Consilium quomodo consobrini inter se diuidant hereditatem patrii. Consilium, an quæsitæ per mulierem nomine suo sint sua, vel filia. An hæredes filia teneant ad dimidiam debitorum solutorum per matrem. 20 An succedat in mobilibus, succedat in venditis, cum pacto de recatan. incip. Iaquelina. Consilia Lugduni Michael Parmentarius anno Domini 1554. Annotationes in regulas iuris pontificij, excusæ Coloniae cum Dyni commentario. Additiones in Guilielmi Mandagori tractatum de electionibus nouorum prælatorum. Ibidem. Eiusdem opera decisiones annuæ in sacro Burdegalensium Senatu discussæ & promulgatæ, in vnum congestæ sunt, summarijs quoque & indice locupletissimo decoratæ. Liber impressus in folio. Obijt anno 1539.

* *Nicolai Bonæ spei* Puteani Trecentis, Commentarij in poemata Petri Roseri impressa Parisijs anno Do. 1517. Eiusdem oratio in Panegyricum Roseri. Libellus grauiorum virorum lepidis epistolis cum quibusdam alijs refertus. Liber de cultu imaginum, Parisijs excu. Dionysius Rose.

Nicolaus Borbonius Vandoperanus, scripsit tabulas Grammaticas, Eiusdem Pædologiam, seu de moribus puerorum libellum, Gryphius excudit Lugduni, Nugæ & epigrammata, excusæ Lugduni apud Gryphium, anno Do. 1538. & Basileæ apud Cratandrum aucta & recognita. Claruit Parisijs anno 1533.

* *Nicolaus Brekendale* grammaticus, versu composuit opus quod Deponentale vocabat lib. 1. De verborum significationibus lib. 1. Baleus.

* *Nicolaus Brekspeare* Papa factus Hadrianus, quæ quartus vocatus, scripsit Pro expeditione Hiberniæ Epist. 1. Ad Petrum Pontinicum lib. 1. De sua legatione lib. 1. Homilias quasdam lib. 1. Decretales epistolas lib. 1. Obijt anno Domini 1159. Baleus.

Nicolai Brentij Duacensis liber de vtilitate & harmonia artium tum futuro iurisconsulto, tum liberalium disciplinarum politiorisue literaturæ studiosis vtilissimus. Eiusdem libri compendiarium tum virtutis adipiscendæ, tum literarum parandarum rationem perdocens, bene beateque viuere cupienti apprime vtilis. Adiecta sunt ab eodem carmina facilem studentium iuri modum tradentia. Eiusdem poema ad inuestigandum Cæsarem Carolum, fortuna atque occasione vtendum, nec non compositio re-

ligionia

*Erasmi. l. 1. Ep. 17.
p. 30.*

ligionis dissidio in Turcas bellum esse suscipien-
dum. Eiusdem poemata tria ad Hannones, quo-
rum vltimum de laudibus Hanionia. Antuer-
piæ Antonius Goinus anno 1541.

* *Nicolaus* Briganus, scripsit Venationes rerum
memorabilium lib. 1. Rerum quotidianarum li.
12. Claruit anno 1550. Baleus.

* *Nicolaus* Brucherius Trecentis, scripsit Com-
mentaria in septem sapientum dicta, in Catonē
& quædam alia.

* *Nicolaus* Bollar philosophus, scripsit Experis-
mentorū naturalium lib. 1. Baleus.

* *Nicolaus* Botlesham Carmelita, cōposuit Com-
mentarios sententiarum lib. 4. Quæstiones theo-
logiæ lib. 1. Tabulare studentium li. 1. In cantica
Rideuallis lib. 1. Conciones & lecturas lib. Obijt
anno 1435. Baleus.

* *Nicolaus* Bungey scholarum cultor apud Nor-
doulgios, scripsit Adunationes Chronicorum
lib. 1. Claruit anno D. 1440. Baleus.

* *Nicolaus* de Bruxella, Compendium in 4. insti-
tutionum imperialium libros, iuxta rubricarum
ordinem, cum summaria rerum & verborum de-
claratione. Louanij apud Sassenum, 1552.

Nicolaus Cabasilas, scripsit de vita in Christo
sermōnes 5. Item *vis dōs rēs hōspitās dōns in lūgarāto*,
Observationem in visionem prophætæ Ezechie-
lis, in qua super 4. animalibus throni similitudo
& super throno species hominis. Secūdam simi-
litudinem. Sermones 88. De sancti spiritus pro-
gressione aduersus S. Thomam. Omnia Græcè
extant in Vaticana. * *Nicolai* Cabasilæ de diui-
no altaris sacrificio libellus, à Gentiano Heruero
Latinitate donatus. Venetijs Alexander Brucio-
lus, anno 1545.

* *Nicolai* Cancerini Concio Germanica de an-
tiqua fide & iustificatione hominis, habita Mom-
peliardi. Argentina 1570.

* *Nicolaus* Cantilepus, Britannus, Carmelita, scri-
psit in librum primum sententiarum. Encomiū
sui ordinis. Annaliū epitomē, Additiones Chro-
nicorum. Historiam Cantabrigicam. Claruit
anno D. 1441. quo etiam obiit.

* *Nicolai* Caposcrofa Glossæ super Constitutio-
nibus regni Sicilia, & ritibus magne curiæ vicarij.

Nicolaus Cisterius Mosbachus, ex ditione Pa-
latini electoris, edidi Hymnū de natali D. N. Ie-
su Christi, excus. Vuitten. 3. quatern. Orationē &
Idyllion de cōparationē Veris & Autumni: vtrā
pars anni plura humano generi cōmoda confe-
rat. ibid. 7. quatern. Epithalamiū in nuptias Ar-
noldi Obsopæi, & Euxæ Reginæ, excus. Heidel-
ber. apud Ioan. Aperbachū, an. 1551. Descriptio

nem exercitiorum & lusuū equestriū, quibus no-
stris temporibus nobiles vti solēt, catalogū item
præcipue nobilitatis in Palatinatu & in vicinia,

adiectis historijs quibusdam principū Palatino-
rum, in descriptione nuptiarū Philippi comitis
ab Hanau & Helenæ filia Palatini Rhēni & Ba-
varia ducis, ibidem impres. an. 1552. quater. 6. In-
terpretationē psalmi 77. versibus Lyricis factā;

Vuortmai; excus. Encomiū coniugij in nuptias
Dauidis Chytræi, & odas aliquot ad principem
Ioannem Albertum Megalopolitanum, Vuitten-
bergæ excusas. Item alia quædam Epithalamia

& Epicedia. Præterea quæ nunc in manibus ha-
bet De ratione exercendi stylum ad imitationē
veterum lib. 4. quos Opor. imprimet. Cōmentā-
ria item in Arist. Ethica cū designatione artificij.

* Oratione eiusdem de Othōne 111. Imperatore im-
pressa est Francofurti anno Domini 1570. Acta
Visitationis Camera Imperialis in certos Titu-
los digesta, cum Explicationibus; Additioni-
bus, &c. Germanice edidit; ibidem. Oratione de
Friderico Imp. Basileæ excusa. Super ff. noui l. f.
priusquam. Floret nostra ætate anno 1573. Spiræ
Camera Imp. assessor.

Nicolaus (aliàs Laonicus) Atheniensis, scripsit
lib. 10. historiarum de rebus Turcicis, vsq; ad Ma-
homet inclusivē, vbi simul & aliarum gentium
(vt Italiæ, Galliæ, Germaniæ, &c.) historiæ non
paucæ obiter enarrantur. Habet codicem manus-
scriptum illustris vir Leonardus Beck à Becken-
stein, ciuis Augustanus, &c. & alium Ioan. Opo-
rinus Basileæ. eisdem libros Conradus Claufer-
us transtulit. Basileæ impressit Oporinus, pri-
mum additis alijs rerum Turcicarum scriptorijs
bus. Postea recognitos cū Grægora idem excud.

Nicolaus Cisterien. monachus cœnobij S. crucis
in Austria, scripsit opus in laudem virginis
Mariæ, quod vocauit imaginem sanctæ Mariæ
lib. 3. sermones varios lib. 1.

Nicolaus Clemangis archidiaconus Baiocēsis,
scripsit opus in signe quod vocauit de fructu
eremi, de corrupto ecclesiæ statu lib. 1. de nouis fe-
stiuatibus lib. 1. de materia schismatis lib. 1. epi-
stolarum ad diuersos lib. 1. & alia multa. Eius au-
tem liber de corrupto ecclesiæ statu, impres. est
in Germania. & forte idem est tractatus de vitijs
ministrorum ecclesiæ, quem supra nominavi in
appendice operum Io. Gesoni de lapsu & repara-
tione iustitiæ, impressus Basileæ apud Cratan-
drum. Eiusdē disputatio super materia concilij
generalis ad Scholasticum Parisiensem, item de
eadem re collatio vberior, excusa sunt Colonia;
anno Domini 1535. cum concilio Basiliensi Ae-
neæ Syluij. Claruit anno 1417.

Nicolai Clenardi institutiones absolutissimæ
in linguam Græcam, item Annotationes in no-
minū verborumq; difficultates; inuestigatio the-
matis, seu de verbis anomalis: Ratio syntaxeos;
meditationes Græcicæ in eorum gratiam qui
viva præceptoris voce destituuntur. Io. Gymni-
cus excudit Colonia, 1536. & Rob. Stephanus Pa-
risijs. Eadem excudit Paris. Vnechelus, cum an-
notationibus Renati Guillonij. Eiusdem Gram-
matica Hebraica, ibidem excusa. Eiusdem in-
stitutio linguæ Græcæ, cum Scholijs & praxi
Petri Antesignani, edita est Lugduni in 4. & Ve-
netijs in officina Aldi in 8. atq; etiam sæpe alibi
cusa est. Præceptiones de modo docendi pueros
analphabeticos, exercendæq; Latinæ linguæ Co-
loniæ Henricus Mamæranus, 1550. Epistolarum
libri duo quorum posterior iam primum in lu-
cem prodit, Antuerpiæ Plantinus in 8.

* *Nicolai* de Collocorino Dominicani, Remis-
forium Decretū, valde extensum. quod & Compi-
lano Coruina dicitur, M. Dresserus.

Nicolaus de Comitibus, Paduæ quondam le-
ctor astrologiæ, in materia natiuitatis scribentijs

Summam collegit. Liber non est impressus.

Nicolaus Copernicus Torunnæus, scripsit *Reuolutionum* libros, quibus terram moueri asseritur, excusi Norimbergæ, anno Do. 1543. Eiusdem canon triangulorum cum tabula, ibidem excusus in quarto. Habetur autem etiam in libris *Reuolutionum*. Claruit anno 1540.

Nicolaus Craer, musicus symphoneta, citatur in musica *Henrici Glareani*.

* *Nicolaus de Crassellis* Patavinus, scripsit de gradibus consanguinitatis & affinitatis.

Nicolaus de Crutzenach, scripsit quæstiones sententiarum lib. 4. sermones varios lib. 2. de conceptione S. Mariæ lib. 1. vixit anno 1491.

Nicolaus de Cusa, episcopus Brixinens. &c. scripsit de visione Dei lib. 1. de pace fidei lib. 1. reparationem Calendarii lib. 1. de mathematicis complementis lib. 1. cribrationem Alcorani lib. 3. de venatione sapientiæ lib. 1. de ludo globi mysticè lib. 2. compendium lib. 1. trialogum de poss. lib. 1. de mathematica perfectione lib. 1. contra Bohemos lib. 1. de Beryllo lib. 1. de dato patris luminis lib. 1. de quærendo Deo lib. 1. de apice theoriæ lib. 1. de docta ignorantia lib. 3. de coniecturis lib. 1. de filiatione Dei lib. 1. De Genesi lib. 1. idiotam de sapientia lib. 4. de quadratura circuli lib. 1. de fortuna lib. 1. directorium speculantis lib. 1. sermones per totum annum lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Eius opera impressa sunt Parisijs, 1514. apud Astenium. liber de quadratura circuli, deq; recti ac curui commensuratione, impressus Norimbergæ, cum alijs quibusdam, Cribrationum Alcorani lib. 3. Basileæ apud Oporinum cum Alcorano, &c. *Nicolai de Cusa de donatione Constantini scriptum quoddam, excus. est Colonia cum concilio Basiliensi Aeneæ Syluij. Est autem desumptum ex 2. cap. lib. 3. Cusani de concordantia catholica ad Concil. Basil. Clar. 1464.*

* *Nicolai Cusani* Cardinalis Summa dictorum olim contra Panormitanum & defensores schismatis Basileæ facti, scripta ab eo Francofurti anno 1442. M. Dresserus.

Nicolaus Damascenus Peripateticus, aut Platonicus, scripsit historię catholicæ lib. 80. & institutionem vitæ Cæsaris: item de vita propria. Vide Suidam. Athenæus historiam eius duobus locis allegat: cuius etiam fragmentum libro primo Iosephi contra Appionem legitur. Eius Syngraphe Venetijs asseruatur, haud scio an diuersa ab historia prædicta. *Nicolaus Damascenus* scripsit teste Athenæo historiarum lib. 144.

Nicolaus Dathus, Augustini Dathi filius, scripsit librum de laudibus eloquentiæ & vita patris sui, qui operibus Augustini præfixus habetur: quem tamen morte præuentus non absoluit. sunt & carmina quædam in illo libro. in patris laudibus & alia de officio scribæ.

* *Nicolai Denisi*, Sermo de corpore Christi, Vixit anno 1475.

Nicolai diaconi expositio in tetrastichas iâbicas paræneses Gregorij theologi. Contradictoria capita Antisth. & Polycratis, Græce extât Rom.

Nicolaus Dincckelspule, natione German. scripsit super sententias lib. 4. quæstiones sententiarum lib. 1. De septem donis spiritus sancti lib. 1. De de-

cem præceptis lib. 1. super oratione dominica lib. 1. De octo beatitudinibus lib. 1. De tribus partibus pœnitentiæ lib. 1. De octo vitijs capitalibus lib. 1. De septem peccatis mortalibus lib. 1. De præcepto charitatis lib. 1. De peccatis linguæ lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones morales lib. 1. & alia plurâ. Item de contractu emptionis & veditiois, circa auaritiâ. Cl. 1420.

Nicolaus Donis, natione Germanus, ordinis diui Benedicte, scripsit opus mirandum, cum picturis & nouis tabulis, in cosmographiâ Ptolemæi, ad Paulum Papam 11. lib. 7. de locis quoque mirandis lib. 1. epistolas varias ad diuersos. & quædam alia. Claruit anno 1470.

Nicolaus Dorbellus, ordinis fratrum Minorum S. Francisci prouinciæ Thuronensis, &c. scripsit super sententias li. 4. super summulis Pe. Hisp. li. 7. de scientia Mathematica lib. 1. in librum Physicorum Aristot. lib. 8. in lib. de cælo & mundo li. 2. in lib. de generatione & corruptione lib. 2. in lib. Meteororum lib. 3. in lib. de anima lib. 3. in lib. Metaphysicorum lib. 12. in lib. Ethicorum li. 10. Eius liber de scientia Mathematicæ & commentaria in Ethica Aristotelis, cum alijs intermedijs libris excusa sunt Basileæ anno Domini 1503. Clariuit autem Dorbellus, vel vt alij Orbellus, anno Domini 1455.

Nicolaus Dorhin, natione Anglicus, ordinis fratrum beatissimæ Mariæ Carmelita, scripsit super sententias lib. 4. determinationes quæstionum lib. 1. & alia quædam. Claruit Oxoniæ anno D. 1350.

* *Nicolai Draconis* epistola habetur in volumine epistolarum clarorum virorum impresso Parisijs anno 1556.

Nicolaus Durham ex Dunelmensi septentrionalium Angliæ partium diocesi oriundus, Carmelita, scripsit in lib. 4. sententiarum. Contra Vultei doctrinam li. 1. Originalia doctorum. Idem videtur cum priore qui a Tritenhemo Nicolaus Dorhin vocatur. Vixit anno 1370.

Nicolai Emondani mentio facta est, operum Des. Eras. Tomo 9.

* *Nicolaus Ellebodius* Nemesij episcopi & philosophi librum de natura hominis primum edit & in Latinam linguam conuertit.

Nicolai episcopi Modrusiensis oratio habita in funere Petri Cardinalis S. Sixti, impressa Venetijs, cum rhetorica Ant. Mancinelli.

Nicolaus Erythræus Venetus I. C. indicem collegit omnium in Virgilij operibus dictionum iuxta ordinem alphabeti, quoties singulæ in illis reperiuntur, indicantem, insertis passim etiam annotationibus perquam eruditis. Ipse quoq; Virgilij opera in pristinam lectionem restituit, & ad rationem sui indicis digessit: adiectis vbique per margines scholijs, cum alijs, tum quæ ad prosodiam pertinent, &c. Ab initio quoque libellum præfixit de ratione carminum Virgilij. Omnia ab autore edita sunt Venetijs, anno 1539. & anno 1555. In præfatione pollicetur similes indices in opt. quosque vtriusque linguæ authores: item librum de perfecti poetæ institutione: & alibi librum de equis. Idem scripsit hos libros, vt ipse in Verg. indice testatur, *Dictionarij magni*, siue de Latina

Latina lingua commentarios. De allusione syllabarum. Stoicum siue de origine linguæ vernaculæ. Mitridatem siue de vocabulis omnium gentium. De dignitatibus ac titulorum nominibus. De cognominum ratione. De vocibus animarum. De fructuum nominibus Græcis, Latinis, vulgaribus. Quid quæq; ferat regio, & quid fecerit. Aeolia siue de ventis. De nauis. De insulis. De coloribus. De equis. Edidit idem antiquas inscriptiones anno 1527. quorum omnium nihil ad nos vidimus excusum.

* *Nicolai Eschenburgij Lubecensis, Arithmetica Logistica Germanice edita, Francofurti excusa, anno 1571.*

* *Nicolai Eschij magne apud Brabantos existimationis & pieratis viri Exercitia, ex Idiomatico Germ. in Latinum versa, per Laurentiū Suriū. Lubecensem, Sebastianus Bartholomæus Honoratus Lugduni impressit enchiridij forma, cum Thauleri exercitijs an. 1556. Antuerpiæ Plantiniana anno 1569. in 16.*

* *Nicolai Euerardi de Middelburgo Topica iuris, impres. Louanij, anno Dom. 1516. Eiusdem Argumentandi centum modi, impres. Lugduni apud Rouillium anno D. 1547. & postea aucti. Consiliorum volumen vnum, Louanij anno Domini 1554.*

* *Nicolaus Fakinham Nordouolgius monachus Chordiger, scripsit De Schismatibus Ecclesiæ lib. 1. Super vnione eiusdem lib. 1. De suffragijs viatorum lib. 1. De fraternitate Christiana lib. 1. De Valore Missæ lib. 1. De orationibus lib. 1. Obijt anno Dom. 1497. Baleus.*

* *Nicolai Festasij, Mutinensis, tractatus de Aeterno & Collectis nunc denuo auctus. Venetijs anno 1571. in 8.*

* *Nicolaus Florentinus quidam, scripsit de re militari. Vide Machiauellum*

* *Nicolaus medicus, patria Florentinus, scripsit summam medicinæ lib. 1. Eius sermones medicinales octo, impressi apud Bernardinum de Trilino, anno 1491. Claruit anno 1412.*

* *Nicolaus Ferneham rei herbariæ studiosus, scripsit Practicas Medicinæ lib. 1. De viribus herbarum lib. 1. Claruit anno 1241. Baleus.*

* *Nicolai Franci Galli Epistolæ excusæ Venetijs.*

* *Nicolaus Furius Iureconsultus glossator placitorum Feudalium.*

* *Nicolaus Gallasius, minister ecclesiæ Geneuerensis, edidit responsionem pro Ioan. Caluino ad inuicem & conuicia Ioannis Cochlei, liber excusus Geneuæ in 8. Defensionem pro Farello & collegis eius aduersus Petri Caroli Theologastri calumnias, liber excusus Geneuæ anno 1545. Ioan. Caluini opuscula minora collegit & in vnum volumen redegit, quædam etiam ex illis è Gallica lingua in Latinam transtulit, veluti Libellum de cæna Domini, item de reliquijs. Commentaria in Esaiam ex lectionibus & concionibus Caluini collecta edidit, liber excusus Geneuæ in folio.*

* *Idem scripsit commentaria in Exodum impressa ibidem in folio. D. Irenæi libros edidit anno 1570. Gene. in qua editione hæc præter alias editiones habentur. Præfatio ad lectorem de instituto totius operis, & de vtilitate colligenda ex le-*

ctione veterum doctorum. Græcæ dictiones quæ passim apud Irenæum occurrunt expositæ ordine alphabeti. De vita & scriptis Irenæi ex Eusebio & Hieronymo. Vetus interpretatio collatis exemplaribus accurate emendata. Græca eiusdem Irenæi quæ hætenus reperiri potuerunt, vti Epiphanius scriptis suis inseruerat, inde excerpta & conuersa in Latinam linguam, vt cum veteri interprete conferri possint. Summæ singulis capitibus præfixæ, quibus plenissime declaratur quicquid in ijs præcipuum est. Loci scripturæ quorum in ijs mentio fit ad marginem notati. Annotationes quibus obscura pleraque declarantur. Explicantur etiam nonnulli scripturæ loci, ac responderetur ijs qui aduersus piam doctrinam, huius sancti viri autoritate abusi sunt. Idem nunc laborat in illustrandis Cypriani scriptis.

* *Nicolaus Gallicus, Carmelita, scripsit inter alia opus lugubre, statum ordinis sui deplorans, eum è terra sancta fratres fuissent expulsi, quod vocauit igneam sagittam lib. 2. scripsit & alia. Claruit anno D. 1250.*

* *Nicolai Galli Conciones duæ contra Vsuram, ex Psalmo X V. habitæ Regespurgi, & impressæ Ienæ anno 1572. Germanice.*

* *Nicolaus Gerbelius Phorcensis, natione Germanus, I. C. vir vtraque lingua egregie doctus, Ioannis Cuspiniani Chronica emendauit, & in eâ præfatus est: idem in eiusdem Consulibus præstitit. Quin & in Lycophronis Alexandram ab Oporino excusam, præmisit doctissimam præfationem, & vtriusque Tzezis vitam descripsit: eadem opera in Arriani quoque historiam Græcam, de Alexandri rebus gestis, & alios aliquot auctores præstita. Scripserat Isagogen in tabulam Græcæ Nicolai Sophiani, anno D. 1545. quam postea ita recognouit & auxit, vt in septem libros excreuerit, quibus quicquid in tota Græcia memorabile ac præcipue dignum cognitu apud opt. quosque auctores extat, velut vno fasce complexus est. Liber excusus ab Oporino in folio anno Domini 1550. chartis 81. Scripsit etiam librum de anabaptistarum ortu & progressu, qui citatur à Hedione in paralipomenis chronicorum abbatris Vrspergensis. Viuit nostro seculo, neque desinit subinde meditari aliquid, reipub. literariæ & ornandæ & iuandæ gratia, cui se totum velut consecrasset videtur, opt. atque doctiss. vir. Claret Argentiniæ, anno 1551.*

* *Nicolai Gomberti musici motettarū cū quinque vocibus liber secundus, impressus Venetijs apud Hieronymum Scotum anno D. 1550.*

* *Nicolaus de Gorran, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit super sententias lib. 4. in quinque libros Moyse lib. 5. in Esaiam prophetam, in Hieremiam, in Ecclesiasticum, in Cantica Canticorum, in Euangelium Matthæi, in Euang. Marci, in Euangelium Lucæ, in Euangelium Ioannis, in epistolas Pauli, sermones varios. & quædam alia. Item in Psalterium Dauidicum. Distinctiones rerum Theologicarum. In epistolas Canonicas, in Apocalypsim Ioannis, sermones per anni circuitum. Fertur etiam à suis & alios composuisse tractatus, & præcipue in omnes Bibliorum libros explicationem. Claruit anno Do. 1460:*

* *Nicolaus* Græcus transtulit Testamenta duodecim patriarcharum. Claruit anno Domini 1250. Baleus.

* *Nicolaus* Grimoaldus, Anglus, Cantabrigiensis gymnasij alumnus, homo Græce ac Latine eruditus, scripsit in epistolas Horatianas lib. 1. In officia Ciceronis, cum explanatis rerum & verborum locis lib. 1. Hesiodi Ascraei opera & dies è Græcis Latinos fecit lib. 2. Platonis Critonem, seu de re agenda dialogos lib. 1. Xenophonis de disciplina Cyri maioris Persarum regis lib. 8. publicauit. Mathæum Vindecimensem in Tobiasiam emendauit lib. 1. Iosephum Deuonium, de bello Troiano lib. 6. Composuitque Christum rediuuium, comœdiam tragicam lib. 1. Impres. Coloniae, anno Dom. 1544. Archiprophetam, Trag. 1. Famam, trag. 1. Protomartyrem Trag. 1. Christum nascentem Com. 1. Athanasium, huc infamiam, Com. 1. De conuouersis sacrarum literarum locis lib. 1. Epistolarum lib. 1. Carminum lib. 2. Declamationum & orationum lib. 1. Concioniones aliquot lib. 1. Paraphrasin & commentarium in partitiones oratorias Marci Tullij Ciceronis lib. 1. Epistolæ M. T. C. ad Octauium enarrationem quadruplicem, compendium, liberio-rem expositionem, commentarium & resolutionem lib. 1. In æglogam primam P. Vergilij Maronis compendium, liberio-rem expositionem, commentarium & resolutionem lib. 1. Epistolæ Ciceronis ad P. Lentulum tertig, & ad C. Marcel- lum primæ artificiosam expositionem lib. 1. Dauidis regis carmina quædam explicata lib. 1. In Georgica Vergilij annotationes lib. 4. In Andriam Terentianam lib. 1. Transtulit Chiliades Erasmi lib. 1. Primum librum officiorum Ciceronis lib. 1. Georgica Vergilij in rythmos Anglicos. Restitutionem Psalmorum Thomæ Viati, librarijs corruptorum, cum præfatione ad Marchionem lib. 1. Concioniones ad populum lib. 1. Psalmos Dauidis aliquot rythmis explicatos lib. 1. Alia plura. Claruit anno Domini 1550. Ioannes Baleus.

* *Nicolai* Gruchij Rotomagensis viri doctissimi, De comitijs Romanorum libri tres, impressi Venetijs, 1558. in octauo. Dialecticæ præceptiones. Parisijs, 1552. Idem Aristotelis libros à Perionio translatos correxit & emendauit, & quosdam ipse transtulit Organum Aristotelis ex eius emendatione impressit Oporinus, in quo Gruchius Analytica posteriora & Elenchos Sophist. Firminus Durius priora, Perionius cætera transtulit. Aristotelis Logica, Physica, Ethica, per Gruchium translata aut emendata, impressit Ant. Vincentius Lugduni.

Nicolaus Grudius I. C. scripsit cæmen sepulchrale in funus illustrissimæ principis Margaretae archiducis Austriae, quod adiectum est Burgundiae Gilberti Cognati.

* *Nicolaus* Haupasius Atrebatensis medicus, Aphorismos Hippocratis è Græco in Latinum transtulit, & luculentissimis annotationibus illustrauit.

* *Nicolai* Hemmingij, excellentis theologi Commentarij in epistolas D. Pauli ad Timotheum duas,

ad Titum unam, ad Philemonem unam, impressi Vuitebergæ 1566. in 8. Item in S. Ioannis apostoli epistolas. Ibidem In epistolam Pauli ad Hebræos, 1568. Enarratio Psal. 84. in qua præter multa, eaq; imprimis cognitu necessaria, textitur con- futatio erroris Iudæorum, furoris Mahometistarum, vanitatis Epicureorum, & idoli Papistarum, exponitur ratio sacerdotij Christi, & sacrificiorum ecclesiæ, monstratur via à sempiterna miseria ad æternam beatitudinem. Haffniæ, 1569. in 8. De methodis lib. 2. Demonstratio indubitæ veritatis de Domino Iesu Christo, vero Deo vero homine, vno Christo, mediatore atq; redemptore nostro vnico, ex prophetiarum collatione ad euentum extructa. Haffniæ, 1571. Commentarij in omnes epistolas apostolorum, Pauli, Petri, Iudæ, Ioannis, Iacobi, & in eam quæ ad Hebræos inscribitur, scripta, recognita, emendata & aucta. Lipsiæ, anno Domini 1572. Libellus de coniugio, repudio, & diuortio. Ibidem 1573. in quarto. Enchiridion theologicum. Vuitebergæ, anno Domini 1559. in octauo. Docet sacras literas magna cum laude in celebri Haffniensi academia, & præter ea quæ commemorauimus, multa alia docte & eleganter conscripsit, & adhuc quotidie scribit, vti V. CL. Erasmus Michaelius Lætus de ipso referebat.

* *Nicolai* Herborn Colonienfis generalis, Locci communes aduersus hæreses. Aduersus assertiones Francisci Lamberti. De notis veræ & adulerinæ ecclesiæ. Methodus prædicandi Evangelica monas. Commentarius in Psalmum 78. Sorbona.

Nicolaus Herforde Anglus, Vuicleui discipulus, scripsit determinationes scholasticas, in defensionem doctrinæ Vuicleui lib. 1. De fratrum apostasia à Christo lib. 1. Aduersus Petrum Stokes lib. 1. sermones quadragesimales. Claruit anno 1382.

* *Nicolai* Heynser de gestis & vita philosophorum.

* *Nicolaus* Hoingerus, Descriptionem aulae Turcicæ & Ottomanici imperij Latine editam in Germanicam linguam transtulit, Basileæ editam, 1573. in folio.

Nicolaus Horem scripsit tractatum de latitudinibus formarum, impressum Patavij.

* *Nicolai* Horij Remensis poemata in septem partita libros. 1. Orationum. 2. Passionis Iesu Christi. 3. Allocutionum. 4. Epigrammatum: omnes hi elegiaco carmine conscripsi. 5. Trium dominarum heroico carmine. 6. Odearum, & 7. Canticorum Sapphico carmine. Eiusdem opus prosa in quindecim dispersum lib. 1. De virginis assumptione. 2. De Christi passione. 3. De virgine. 4. De natiuitate Christi. 5. De Christi cruce. 6. Ad Christum congratulatorius. 7. Petitionum. 8. D. Barbaræ vita. 9. Contemplatio passionis Christi. 10. Exhortationum. 11. Inuestiuarum. 12. Historia cuiusdam Mariæ. 13. Lamentationum. 14. Epistolarum. 15. Obiurgator.

* *Nicolaus* Hostresha medicus insignis, scripsit Viaticorum necessariorum lib. 1. Antidotariorum li. 1.

Contra

rum lib. 1. Contra dolorem renum lib. 1. De febribus lib. 1. Practicas medicinae lib. 1. Modum conficiendi & dispensandi lib. 1. Claruisse cum conijctur circa annum 1440. Baleis.

* *Nicolaus Houei Pharmaceutices* lib. 2. prior continet omnia Mefurae theorematâ in tabulas redacta: posterior est Ioannis Tagautij de simplicibus medicamentibus purgantibus, annotationibus illustratus per Houeum. Parisijs 1571. in 8.

* *Nicolaus Hüffouiani Poloni*, de Bifonte & eius venatione carmeij, Cracouia, 1523. in octauo.

* *Nicolaus de Houffemaine medicus*, scripsit modum curandi pestem.

* *Nicolaus Iagenteufel* Concio habita in funere Vuolfij Tieffitereri ducis militum. Vuitenbergae, 1573. Germ.

* *Nicolaus Iaquerius* scripsit dialogum contra Huffitas. Vixit anno 1442.

Nicolaus Iudeci Veneti eruditionem in omni philosophiâ ac medicina, quaecunq; Graecis literis continetur, nodis explicandis, & Latine transferendis, Ioan. Genesius Sepulueda in praefatione ad Clementem VII. pont. max. commendat: hic Nicolaus, ubi praefatur in Boetij libros de Geometria, veterè Euclidis interpretem arguit: & Campani etiam interpretis recentioris quaedam in primis elementorum Euclidis librum errata ostendit.

Nicolaus Kentô, Anglus & Carmelita, scripsit orationes 12. ad fratres. Aepiscopum Oxoniensem lib. 1. in orationem Dominicam, in Enangeliâ sermones 48. in Cantica canticorum, historiam Elisei prophetae. Vitam S. Cyrilli Graeci. De poenitentibus suscipiendis lib. 1. & multa alia, quae à Ioanne Baleo in eius vita enumerantur: nos breuitatis gratia praecipua tantum enumerauimus. Claruit anno Domini 1468. quo etiam Londini obiit.

Nicolaus Larkmân, natione Germanus Minoita, scripsit super sententias lib. 4. quaestiones varias li. 1. sermones de tempore li. 1. sermones de sanctis lib. 1. & alia complura. Claruit anno 1440.

Nicolaus Leonicensis in Galeni opera commentarios edidit: item opusculum, in quo omnibus aegris salutem & vitam restitui conciliariq; posse docuit. Exant & quamplurimae eiusdem epistolae, quae maximam eius doctrinam praeseferunt, & elegantiam, quaedam etiâ libro 2. epistolarum Angelj Poliniani, & lib. 2. epistolarum Io. Franc. Pici. Opera vero medica quaedam, impressa Basileae apud Henr. Petri, 1529. hac inscriptione, de Plinij & aliorum plurium medicorum in medicina erroribus lib. 4. item Annotationes eiusdem, de herbis & fructibus, animalibus, metallis, serpentibus, tyro seu vipera. Eadem rursus Basileae apud Cratand. excusa sunt, 1532. cum aliquot alijs opusculis, nempe de tribus doctrinis ordinatis secundum Galeni sententiam lib. 1. De virtute formatiua lib. 1. De dyspnoea & pluribus alijs serpentibus lib. 1. De tyro seu vipera li. 1. De morbo Gallico lib. 1. qui eius naturam & causas, & symptomatum quoq; proponit. Contra suorum translationum obretractores apologia. Deuratione morbi Gallici, liber excusus etiâ Lugduni, apud Antonij Blanchardi, 1529. ex Claud.

Galenus libris Latinis fecit, artem medicinalem, quae & parua dicitur: Artem curatiuam ad Glauconem: de differentijs febrium lib. 2. De crisi bus lib. 3. De motu musculorum li. 2. & Aphorismos Hippocratis cum commentarijs Galeni, quos à Iulio Martiano Rota & Augustino Galdalino diligenter recognitos, plurium antiquorum exemplarium collatione, Iuntae impresserunt Venetijs cum reliquis Galeni operibus.

Nicolaus Leonici Thomae, natione Itali, exant dialogi decem (Academicorum more confecti,) impressi Parisijs anno Do. 1530. apud Simonem Colinaeum; & Lugduni apud Gryphium anno 1532. Eiusdem de varia historia lib. 3. in multa capita diuisi, iucundissimi lectu, & ad vtriusque linguae ac historiarum multiplicem cognitionem apprime conducibiles; impressi Basileae anno 1531. & Lugduni apud Gryphium. Paraphrasis in Aristotelis libros de animalium motione ac ingressu, quaestiones aliquot naturales cum amatorijs problematibus 20. Conuersio Mechanicarum quaestionum Aristotelis, cum figuris & annotationibus quibusdam. Procli Lycij explicatio Platonis ex Timæo, ubi de amorum generatione agitur, in Latinum conuersa, cum numerorum harmoniarumque multiplici figura: Simon Colinaeus excudit Parisijs, anno D. 1530. Conuersio & explanatio primi libri Aristotelis de partibus animalium, edita Basileae apud Ioan. Oporinum anno 1542. cum aliquot commentariolis Michaelis Ephesij, ex versione Conradi Gesneri. Cl. Ptolemaei inerrantium stellarum significationes, Nic. Leonico interprete: impressae Basileae cum alijs quibusdam. Argumenta in aliquot libros Aristotelis paruorum naturalium, ut vocant, ex Michaelis Ephesio ferè translata, Latinis operibus Aristotelis Basileae nuper impressis inserta sunt. Idem transtulit ex Galeno documentum de puero epileptico, excusum Venetijs à Iuntis cum reliquis Galeni operibus. Idem scripsit de morbo Gallico librum, excusum in Italia. Claruit in Italia Patavij anno 1524.

Nicolaus de Lescit, iurisperitus, scripsit tractatum de testium examinatione, Ioannes Schotus Argentorati. Claruit Nancei anno 1540.

* *Nicolaus Lessus civis ac mercator Londinensis in patrium sermonem vertit Martini Lutheri commentarium in vtramq; epistolam D. Petri lib. 1. Censuram Erasmi de diuortio lib. 1. Acipinum in quosdam Psalmos lib. 1. Augustinum de praedestinatione lib. 1. Polydorum de inuentoribus rerum lib. 1. Claruit anno 1550. Baleis.*

Nicolaus Liburnicus Venetus collegit Platonis gemmas, siue illustiores sententias, apud Robertum Vinter excusas Basileae. Et Parisijs apud Guiljelmum Cauellat anno D. 1550. Eiusdem exempli copia Latini sermonis, à quodam studio multo in locis aucta, impressa Augusta Vinelicorum ab Henrico Steiner, anno D. 1531. cum syntaxi Philip. Melanch.

Nicolaus Liffhenij rudimenta Musicae, ab auctore aucta & recognita: Ioan. Petreus excudit Norimbergae, anno 1540.

* *Nicolaus de Luca, Italus, Carmelita, Romae sub Gregorio 12. ob liberarum cōcionum carceris in cōmā*

moda pertulit. Qui sua ætate ob Bartholomæum S. Marcelli Cardinalem scripsit, pro ordine suo lib. 1. Conciones in curia Romana lib. 1. Et alia. Claruit ann. Domini 1380. Theodoricus à Niem.

Nicolaus de Lyuna Nordouolcas, scripsit Canones tabularum, De planetarum domibus lib. 1. De Sphæra iudiciali lib. 1. Astrologorum dogmata. De figuris ac signis lib. 1. De mundi reuolutione lib. 1. De vsu Attrolabij lib. 1. pro ægrotantibus lib. 1. De eclipsi solis lib. 1. De astorum iudicijs lib. 1. De genituris li. 1. Claruit ann. D. 1360.

Nicolaus de Lyra, natione Anglicus, ordinis fratrum Minorum, scripsit in omnes veteris ac noui testamenti libros commentaria, & eosdè deinceps moraliter plerofq; exposuit. Scripsit præterea de corpore Christi lib. 1. sermones de sanctis li. 1. sermones de tempore lib. 1. contra Iudæos lib. 1. Tractatum de idoneo ministrante & suscipiente sacramentum altaris, excusum in Germania, cum Thomæ Aquinatis libello de eodem. Postillam, siue literalem expositionem super vtrunque testamentum, excusam cum additionibus Pauli episcopi Burgensis, & rursus Basileæ cum glossa ordinaria textui inserta, & expositione moralibus ubiq; adiecta, 1508. Et superioribus annis Lugduni elegantissime in magno fol. Itè quæstiones aliquot improbantur Iudaicâ perfidiam in catholica fide: item libellum contra quædam Iudæum impugnantem Christum, & eius doctrinam ex verbis Euangelij secundum Matthæum, Claruit an. 1320. 30

Nicolai Macchiauelli Florentini de re militari ad Laurentium Strozam patritium Philippi filium lib. 7. è Tusco in Latinum traducti per Ioannem Morelium Parisinum. De principe liber Latine editus Basileæ Syluestro Telio interprete, apud Pernam.

Nicolaus Macchellus, medicus Mutinensis, trāstulit Galeni commentarium in Hippocratem de natura humana. Principium commentarij primi in Hippocrate de morbis vulgaribus, quod nunquam antea vel Græce vel Latine euulgatum est. De compositione medicamentorum localium lib. 10. à Cornario translatus, denuo ad veterum Græcorum codicum fidem diligenter castigauit. Quæ omnia Venetijs excusa sunt à Iuntis cum reliquis Galeni operibus.

Nicolaus Magni, citatur in Chrysopasso Ioan. Eccij.

Nicolaus Magnus medicus, scripsit de medicis pulueribus libellum Lutetiæ excusum à Michaele Vascofano, anno Domini 1545.

Nicolaus Maioranus Eustathij commentaria in Homerum Græce vnâ cum ipso Homeri textu emendatiore, Romæ excudi curauit in fol. anno D. 1550. cum indice copioso & à principio Tomi illius qui indicem continet multa cum de Homero eiusq; dignitate, tum de Eustathio scribit.

Nicolai Mamerani Lucemburgensis Historia de electione Caroli V. Item de bello Saxonico. Iter Cæsaris sexennale per Germaniam. Catalogus Aulae Cæsarianæ & ordinum in comitijs Augustanis, excusum Coloniae apud Henricum Mameranum. Catalogus tribunorum, ducum, primorumq; totius exercitus Caroli V. Cæsaris & Ferdinandi regis Rom. super rebelles quosdam prin-

cipes: ibidem excusum. Catalogus expeditionis in bellum principum ac ciuitatū Germaniæ. Carmen heroicum quod venatio inscribitur, in quod omnes à C litera incipiunt, editum Basileæ. Descriptio vrbiū Augustæ & Vuitenbergæ, nondum in lucem quod scia prolata, sed ab ipso promissa.

Nicolaus Marius Panicianus Ferrariensis, scripsit multa ac diuersi generis poemata, quæ excusa sunt in Italia.

Nicolai Marij inuentarium in iure. Alex.

Nicolai Mari Grammatica institutio prima ac simplicissima, cum libro Prouerbiorum Salomonis, excusa Augustæ Vindelicorum, 1523. quo loco & tempore ab autore etiam scripta est. * *Nicolaus* Marschalcus Thurius LL. & Canonum doctor, scripsit, Historiam aquatiliam, impressam Rostochij in ædibus ipsius, anno 1520. in folio: cum figuris sed absurdis. Promittit Zoographiam, & theriac historiam, & ornithographiam, quæ an præstiterit nescio.

Nicolai Massæ medici Veneti, liber de febre pestilentiali, pestichijs & morbillis, &c. excusum Venetijs, 1540. apud Franc. Bindo. & Maphæum Pasinum. Eiusdem de morbo Neapolitano libri sex, per capita diuisi, impressi Basileæ apud Ioan. Bebelium, 1536. cum aliquot aliorum eiusdem argumenti opusculis. Eiusdem epistolæ medicinales & philosophicæ, ad quam plurimos morbos curandos vtilis, & ad cognitionem rerum quarundam anatomicarum, dialecticarum ac philosophicarum, excusa Venetijs in quarto, apud Franc. Bindonum chart. 44. & dimid. Promittit autem typographus etiam alterum huius auctoris epistolarum volumen diuersi argumenti. Eiusdem examen de venæ sectione & sanguinis missione in febrib. ex humorum putredine oris, ac in alijs præter naturam affectibus. Venet. 1568.

Nicolaus de Maturellis Murinensis, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo lib. 12. super ff. infortiati lib. 14. & quædam alia. Citatur in summa Angelica, Clar. ann. 1340.

S. Nicolai episcopi Methonæ liber ad Latinos de S. spiritu, quod ex parte, non autem ex filio progrederetur: Romæ in Vaticana extat Græce. Eiusdem oratio ad eos qui hæsitant, aiuntque consecratum panem & vinum, non esse corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Vixit circa annum 1230.

* *Nicolai* de Merri, Medici & chirurgi illustris, principis Sigismundi ducis Austriae, liber medicus editus ab Hieremia Martio, 1572. German.

* *Nicolaus* à Moffan Burgundus cum apud infames in carcere esset, descripsit Soltani Solymani Turcarum imperatoris horrendum facinus, & sceleratum in proprium filium natu maximum Soltanum Mustapham, parricidium, anno. 1553. perperatum. Basileæ impressit Oporinus, anno 1555.

Nicolaus Monachus sanctæ crucis in Austria, ordinis Cisterciensis, scripsit magnū opus de laudibus Mariæ virginis, distinctum in lib. 3. sermones de tempore & de sanctis. Claruit Constantiensis concilij temporibus, anno 1420.

* *Nicolai* Monardi medici, de secunda vena in pleuritide.

Nicolai Monetarij physici regimè pestilentie, *Nicolam*

Nicolaus Montacutus humanarum artium professor, & historicus, scripsit De Romanis Pontificibus lib. 1. De Regibus Anglorum lib. 1. De Anglorum Episcopis lib. 1. Scalam temporum à Christo nato lib. 1. Epigrammata quaedam lib. 1. Floruit sub Henrico sexto. Baleus.

* *Nicolai Morgenstern* Sermones.

Nicolai Morini Blesensis liber contra pauperes de Lugduno, excusus Lugduni 1532.

* *Nicolai Moroni*, patritij Gualdensis tractatus de fide, treuga & pace. Venetijs, 1570. in 8.

* *Nicolaus de Mutina* I. C. super Digestum & Codicem.

Nicolaus Muttonus medicus, collegit Luminare maius, in quo multa clarissimorum medicorum pharmaca comprehenduntur. Liber excusus est Venetijs apud Iuntas, anno Dom. 1549.

Nicolaus Myrepsus. Vide *Nicolaus Alexander*.

Nicolaus de Neapoli, scripsit super Codice lib.

9. super ff. in forciari lib. 12. Commentarij eius super tribus libris Codicis, impressi. Scripsit præterea super Instituta, super 1. & 2. ff. noui. Claruit anno 1300.

Nicolaus Nicolai Delphinus, descripsit nouam & exquisitam nauigationum ad præcipuas mundi partes tabulam, magno artificio depictam, & excusam anno 1544. magnitudine 4. chart. basilicarum. * Eiusdem her Turcicum, seu nauigatio orientalis Gallica lingua ab ipso descripta, postea in Germanicam linguam translata, excusa est Norimbergæ, 1572. in folio. Adde sunt picturæ elegantes virilis & muliebris habitus singularum regionum.

Nicolai de Nicolis patritij Florentini, dicuntur nonnulla opuscula extrare, cuius liberalitate, & Laurentij Medicis, pulcherrima & instructissima S. Marci bibliotheca Florentiæ est, in qua Hieronij, Græci, Latini & Armeniaci libri extant.

Nicolaus de Nysse prouincialis Franciæ, scripsit opus super sententias, quod Resolutio theologorum dicitur: impressum Rothomagi. Eiusdem præclarissimum opus, quod inscribitur summa el Gemma prædicantium, quo plurimi sermones eius continentur: impressum Basileæ, 1508. Resolutio theologorum. Venetijs apud hæredes Melchioris Sessa, 1568. in 8.

Nicolaus Ockam Franciscanus, scripsit commentarios in Longobardum lib. 4. Quodlibeta Scholastica lib. 1. Opus de verbo lib. 1. De latitudine propositionum lib. 1. Astrologi iudicium lib. 1. Claruit anno 1320. Baleus.

Nicolaus Opton iuriconsultus ecclesiæ Saburiana Canonicus concinnauit Leges forales lib. 1. De prædestinatione & arbitrio lib. 1. Contra caeremoniarum abusiones lib. 1. Pro vtraque sacramenti specie lib. 1. Concilium esse supra Papam lib. 1. Floruit anno 1438. Baleus.

Nicolaus de Orbelli. Vide *Nic. Dörbel*.

Nicolai Orem tractatus de communicatione stomatum. De dici de omni in diuinis. M. Dresrus.

Nicolaus Oresmius astrologicam superstitionem peculiari commentario infectatur, &c. Ioan. Sigis. Idem citat *Nicolai Orem* (iisdem titulis) librum de proportionibus proportionum.

* *Nicolai Paccij* Episcopi Kijouiensis in Liatuania, Orthodoxa fidei confessio de vna eademque Dei Patris, Filij & Spiritus sancti diuinitate, ac tribus personis, tam è scriptura sacra, quàm vetustissimis ecclesiæ doctoribus summam collecta, Regiomonti in Prussia, 1566.

Nicolaus Papa primus, patria Romanus, scripsit inter alia volumen epistolarum ad diuersos. Excusum Lipsiæ in 4. & Romæ apud Franciscum Priscianensem, anno D. 1542. Claruit anno. 869.

Nicolaus Papa quartus, ordinis fratrum Minorum, Hieronymus ante vocatus, natione Picenus, scripsit super sententias lib. 4. & quosdam sermones. Fertur etiam in plures Bibliorum libros commentarios vtilis edidisse. Floruit 1297.

Nicolaus Perottus Saxoferratenensis, & Sipontinus episcopus, scripsit in Marcum Valerium Martialem poetam, opus præclarum, omnem Latinæ sermonis elegantiam, rationem & enucleationem pulcherrime complectens, quod vocauit,

Commentariorum linguæ Latinæ volumen, siue vt vulgo appellatur, Cornucopia. Item de puerorum eruditione lib. 1. De generibus metrorum lib. 1. orationes, & varias epistolas. Eius Cornucopiæ, seu Latinæ linguæ commentarij locupletissimi, cum duobus singularum dictionum indicibus, altero Græco, altero Latino, qui iusti Dictionarij vicem præstant, excusi Venetijs ab Aldo, & Basileæ apud Curionem & Vualderum æ-

liquoties, cum libello eiusdem N. Perotti in præfationem Plinij Secundi, ad Vespasianum, & rursus in eum ipsum libellum Cornelij Vitellij annotationibus. Eiusdem libellus de meritis super

odis Horatij, impressus est ab Aldo, & alijs, cum ipsius Horatij operibus. Rudimenta Grammaticæ Latinæ, Gryphius excudit Lugduni, 1542. Polybij historias Latinitate donauit, excusi sunt Venetijs ab Aldo, & Lugduni, 1542. Eiusdem oratio de laudib. Friderici imper. in susceptione eius

à communitate Bononiensi, oratio octaua, numero ex 30. ab Alberto de Eyb collectis. Transulit etiam Hippocratis iusurandum, impressum cum anatome Alexandri Benedicti. Claruit anno Domini 1470.

Nicolai Perrenoti à Granuilla, Caroli V. imperatoris locum tenentis oratio in Vuormaciensi colloquio habita, excusa Basileæ apud Vuestherum, cum præfatione Gilberti Cognati.

* *Nicolaus Petreius* Corcyraeus vertit commentarios Græcos Ioan. Philopono attributos, in Aristotelis libros de generatione animalium, impressi sunt Venetijs, 1526. apud fratres de Sabio, quo tempore iidem quoque commentarij Græce apud eosdem excusi sunt, cum huius Nicolai præfatione Græca. Idem transulit Meletij philosophi de natura structuraque hominis opus. Po-

lemonis Atheniensis librum de naturæ signorum interpretatione. Hippocratis de hominis structura libellum. Dioclis de sanitate tuenda ad Antigonum regem epistolam. Melampi de nauis corporis tractatum. Omnia hæc non prius edita excusa sunt Venetijs apud Gryphium, anno Domini 1552. in 4. Transulit etiam quosdam Nazianzeni orationes quas Hieronymo Saulio inscripsit. Edidit orationes, epistolas, carmine & solilo-

ta oratione, Epigrammata. Natus est anno 1486. Claruit, 1552.

* *Nicolai Pignolati Veronensis I. C. Additiones in Ludouici Romani singularia & cautelas. & in fi. rub. ff. de arbit.*

Nicolaus Plonius Postoniensis, scripsit de excommunicatione, de irregularitate, de interdicto ecclesiarum, de horis canonicis dicendis, & cautelis circa eas. Idem scripsit sermones de tempore & sanctis, Argentinae impressos, anno Domini 1495. Claruit anno 1434.

Nicolaus Pöhl, scripsit libellum de cura morbi Gallici per lignum Guayacanum: impressum Basileae apud Bebelium, 1536. cum multis aliorum eiusdem argumenti opusculis.

* *Nicolaus Pontius theologiae scholasticae impense deditus*, scripsit Contra *Vuicleuistas* lib. 1. Determinationes quoque lib. 1. Vixit ann. 1410. Baleus.

* *Nicolaus de Porta super Constitutiones regni Siciliae.*

Nicolai Praepositi doctoris medici Dispensarium ad aromatarios, siue introductiones in artem apothecariatus, impressum Lugduni, 1536. apud Claudium Tupin.

Nicolaus Prucknerus, Iulij Firmici Astronomicon lib. 8. recognouit: Heruagius excudit Basileae cum aliquot alijs libris astronomicis, edidit & prognostica aliquot annorum, impressa Argentinae apud Ioannem Schottum, & Basileae apud Patcum. Claruit anno 1551.

Nicolai Querculi Hexastichorum moralium lib. 2. excusi Parisijs apud Reginaldum Calderium anno Domini 1552.

Nicolai Quodi epistola, miranda nunciata de quodam nouo opere, breui Romae emerfuro, cui titulus, de memorabilibus Praedicatorum & Carmelitarum: ubi illorum flagitia graphice depinguntur, Missa est ex vrbe ad Hermannum Comitem de noua aquila, impressa in Germania, ut habet catalogus Basiliensis officinae Heruagij.

* *Nicolaus Radclif*, Anglus, ad fanum Albani monachus & archidiaconus eius loci, scripsit de sacramento Eucharistiae per dialogum, in quo Petrus Stokes Carmelita & hic Nicolaus sunt interlocutores, quos Vuicleuus canes album & nigrum in suis scriptis vocare solebat. Opus hoc intitulatur, Viaticum salutare lib. 1. Quaestiones quoque edidit lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1380. Ioannes Lelandus.

* *Nicolai Regij* libellus Germanicus de matrimonio. Norimbergae, 1569.

Nicolaus de Regio transtulit libellum de viribus Centaurij minoris herbae. Gentilis. Habemus etiam Cl. Galeni libros de vsu partium corporis humani, ex huius autoris versione impressos: & Nicolai Alexandri opus de medicamentis compositis, & alia quaedam non pauca ab eo versa extant. Opera aliquot Galeni a Nicolao Rhegio Calabro translata excusa sunt Venetijs a Iuntis cum operibus Galeni. Sunt autem haec, De consuetudine De partibus artis medicae. De causis procatartici. De anatomia oculorum. An omnes particulae animalis quod in utero est fiant simul. De virtute Centaureg. De cathartici. De gy-

naceis id est passionibus mulierum. De medicinis expertis.

* *Nicolai Reusneri* Syluula genealogica principum Boiariorum & Palatinorum: Eiusdem Epithalamium in nuptias principis Guilielmi Boiariae ducis, aliaque poemata nonnulla. Laugingae, 1568. in quarto. Eiusdem & Georgij Sabini descriptiones Imperatorum ac Caesarum Romanorum a C. Iulio Caesare vsque ad Maximilianum II. Austriaicum. Lipsiae, 1572. in 8.

Nicolai Rhodungi exhortatio ad Germaniam & preces aliquot carmine elegiaco conscriptae, impressae sunt Marpurgi, an. Domini 1546. in 4. chartis.

Nicolai Ricardi Pictauiensis Galli, de indulgentijs animarum in purgatorio.

Nicolaus Ridley genere Illustris, patria Dunelmensis, ab Eduardo Sexto episcopus Londinensis factus, scripsit Inter se & Latimerum Amicam collationem lib. 1. Contra errorem Transubstantiationis lib. 1. Disputatio Oxoniensis lib. 1. Protestatio in scholis lib. 1. Sententiae parum lib. 1. De constringendis altaribus lib. 1. De vera cena Domini lib. 1. Vltimum eius vale lib. 1. Combustus fuit Oxonij, anno 1555. Eius assertio de cena Domini contra transubstantiationis haeresim, impressa est Geneuae, 1556.

* *Nicolaus Riston* vit honesto genere, scripsit Detollendo schismate lib. 1. Claruit anno 1410 Baleus.

Nicolaus Rittonis, patria Tholosanus, Carmelita, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. quadragesimale duplex lib. 2.

* *Nicolai Rochae* Galli, de morbis mulierum curandis liber. In praefatione huius libri alios medicinales libros promittit.

* *Nicolai Rorarij* medici Vtinenfis Contradictiones, Dubia & Paradoxa in libros Hippocratis, Celsi, Galeni, Aetij, Aeginetę, Auicennę, cum eorundem conciliationibus. Venetijs, 1566. in 8.

* *Nicolai Rudingeri* Pilsouernatis Elegiarum euangelicarum, iuxta ordinem Dominicorum & Festorum dierum totius anni, libri tres. Norimbergae, 1573.

* *Nicolai Ruffi* Singularia & cautela.

* *Nicolai Rus*, Rostochiensis, liber de triplici symbolo, est autem expositio Symboli, Decalogi, & Dominicę orationis: impressa lingua Germanica Vixit circa annum 1510.

Nicolaus Saguntinus, utraq; lingua disertissimus, ingenio facundiaque iuxta promptus, interpretis fuit in Concilio quod sub Eugenio III. inter Graecos & Latinos cum de alijs fidei articulis, tum de S. Spiritu progressu, Ferrariae & Florentiae habitus est. Aeneas Syluius in descriptione Europae, cap. 54. Scripsit etiam ad Pium papam de Scythia, ut idem Syluius meminit in descriptione Asiae cap. 29. Transtulit Plutarchi librum de ciuilibus praecipis, quae versio cum reliquis Plutarchi operibus Latinis habetur: & Onofandrum Platonium de optimo imperatore, quem Rob. Vinter excudit Basileae, 1541. citatur etiam in Chronicis Ioan. Cuspiniani.

* *Nicolai Saliceti* abbatis Antidotarij animae. Vixit anno 1488.

* *Nicolai*

* *Nicolai Sanderi De typica & honoraria sacramentorum imaginum adoratione libri duo.* Louanij, 1569. Eiusdem Tractatus quod dominus in sexto capite Ioannis de sacramento Eucharistiæ proprie sit locutus, Antuerpiæ. Item sacrificij, Missæ ac eius partium explicatio, Louanij, 1569. duodecimo. De uisibili monarchia ecclesiæ libr. 8. Quibus instituitur disputatio, tum de perpetua ecclesiæ Dei successione, tum de gubernatione monarchica. Deinde ciuitatis diaboli persæpe interrupta progressio, proponitur, sectæque omnes confutantur. Deniq; de Antichristo ipso & membris eius, deq; uera Dei & adulterina Diaboli ecclesiæ tractatur Louanij, 1571. folio.

Nicolaus Scellius, scripsit varias lectiones epistolarum familiarium Ciceronis, ex collatione vetusti codicis: liber excusus Basileæ apud Rob. Vuinter, cum varijs aliorum in eadem annotationibus, 1537.

Nicolai Seubellij de dignitate uerbi Dei & sacra scripturæ habita oratio & impressa Lipsiæ, anno D. 1540. cum præfatione Friderici Myconij & epigrammata Vuolfgangi Meureri.

* *Nicolai Schmid de decem uirij malarum mulierum & totidem uirtutibus. piæ & prudentis matronæ, libellus Germanicis rhytmis scriptus.* Vuitebergæ, 1568.

* *Nicolai de Schonberg è Misnia Germani, qui postea cardinalis factus est, Orationes quinque de admiranda Christi pugna cum diabolo in deserto: habitæ coram Iulio 11. PP. & impressæ anno 1511. Lipsiæ, 1512.*

* *Nicolaus Schuueiggerus Augustanus H. Vuolshij auditor quædam in Suida è Græco in Latinum conuertit.*

* *Nicolaus Scutellius transtulit Iamblicum de mysterijs Aegyptiorum.*

* *Nicolaus Secundinus Turcarum genealogiam Latino sermone conscriptam Pio papæ dedicauit. Iouius in Calepino imperatore Turcico.*

* *Nicolai Selnecceri libellus Collectaneorum, continens tres tractatus de præcipuis capitibus doctrinæ Christianæ, quæ à Papistis corrupuntur & oppugnantur, De scriptura, De ecclesiâ, De fide & operibus.* Francofurti, 1568. Explicatio Germanica prophetæ Esaiæ, Lipsiæ, 1569. Responso ad conuicia Flaccianorum, & acta colloquij Aldenburgensium: item ad Celestini conuicia, 1570. Aduersus catechismum Heidelbergensem. Aduersus Bezae interpretationem huius loci, 50

Oportet Christum cælo capi. De prosodia, in uerbum Græcos & Latinos uersus scribere discernium. De Anima. Epitome in philosophiam Aristotelis. Libri aliquot carminum. Pædagogium in quo tota doctrina Christiana tractatur. Annotationes & argumenta in librum Sapientiæ Solomonis: eiusdemque libri noua ex Græco uersio. Græce & Lat. Lipsiæ, 1568. In Genesim primum librum Moysi commentarius: addita Chronologia ab initio mundi usq; ad exitum populi Israelitici ex Aegypto. Lipsiæ, 1569. in folio. Exemplar epistolæ scriptæ ad Theologos academia Vuitenbergensis, de re sacramentaria, 1571. quarto. Disputatio Grammatica, de interpretatione Græcorum uerborum. Act. 11. in uerbo Χρησίου ἢ δι' ἑρα-

νοῦ ἁποστόλου. Vuitebergæ, 1571. Catalogus breuis præcipuorum Conciliorum Oecumenicorum & nationalium, à tempore Apostolorum usq; ad nostram ætatem, in Academia Lipsensi dictatus, & post recognitus, inserta doctrina de idiomatum communicatione in Christo seruatore ἢ ἁποστόλου. Exegema eiusdem. 1. De unione personali duarum in Christo naturarum, 2. de idiomatum communicatione, 3. de cæna Domini. Item recognitio analecti. Francofurti apud Coruinum, 1571. Confessio Germanica, De maiestate Christi. Henricopoli, 1571. quarto. Literæ Germanica lingua scriptæ ad Danielem Gresserum, de controversia circa cænam Domini, 1571. quarto. Ad Theodori Bezae calumnias responsio, 1571. in octauo. Oratio de præcipuis ecclesiæ doctoribus. Henricopoli. Christianæ Interrogationes & responsiones de articulo fidei. Ascendit in cælum, sedet ad dextram Dei patris omnipotentis. Item Summa Christianæ doctrinæ & confessionis de cæna Domini, & compendium præcipuorum dogmatum Christianæ doctrinæ. Ibidem, 1571. Germanice. Psalmi cum breuibus summarijs & precibus pro patribus familiis & eorum liberis. Lipsiæ, 1572. Germanice. Historia passionis Christi ex quatuor Euangelistis collecta, addita explanatione. Germanice. Henricopoli. Institutiones Christianæ religionis, continentes explanationem locorum theologicorum. Francofurti in octauo. 1573. Concio 1. de absolutione, 1572. Henricopoli. Germ. Concio ex Psalmo 118. Ibidem. In Acta Apostolorum annotatio. Carmen paraphrasticum in D. Pauli epistolas. Explicatio in Hieremiam & Sophoniam prophetas. in quarto. Audio nuper denuo nouum librum contra Bezam ab eo editum, plenum calumnijs contra Sacramentarios ut uocant.

Nicolaus Sicularius, abbas Monacen. ordinis sancti Benedicti, dictus de Tudeschis, Panormitanus archiepiscopus, & demum ecclesiæ Romanæ Cardinalis, iureconsultus celeberrimus, scripsit super decreto imperfectum. lib. 1. super Decretalibus lib. 3. super Clementinis lib. 1. pro concilio Basiliensi lib. 1. processum iudicarium lib. 1. consilia centum & quatuor lib. 1. disputationes varias lib. 1. & alia complura. Eius processus iudicarius siue practica de modo procedendi in iudicio tam summarie & de plano, quam mere & cum strepitu iudicali, in omnibus ferme curijs obseruari consueta. Liber impressus olim in 4. chart. 18. Tractatus de auctoritate, ueritate & institutione conciliorum sacrorum, præsertim Basiliensis, cum annexione quorundam dubiorum & casuum: extat manuscriptus apud M. Dresserum cum alijs Panormitani libris.

* *Nicolai Sicci poema de origine pilæ maioris & cinguli militaris quo flumina superantur.* Venetijs, 1551.

Nicolaus Simonis Hollædus, Carmelita, scripsit sermones tam de tempore quam de sanctis per totum annum, quos inscripsit sermones Vade mecum. Vixit anno 1495. Repetitiones, Disputationes. Inuenio citari item præter superiora conciliorum eius volumina duo, de potestate papæ, imperatoris & Concilij in 2. Decret. de foro con-

pe. c. si quis contra clericum. eiusdem disputatio impressa Venetijs, 1487. Commentarij in Decretal. impressi sunt Mediolani circa annum 1510. Chronicon temporum lib. 1. Vitas sanctorum patrum lib. 1. De sacris mulieribus lib. 1. Vitam D. Annæ lib. 1. D. Cyrilli vitam lib. 1. Historiam ordinis sui lib. 1. Farraginem fragmentorum libr. 1. Epistolas & alia. Obijt senex Harlemi, anno Domini 1511. Tritemius.

Nicolai Simi mathematici Bononiensis Ephemerides annorum 15. ab anno Christi, 1554. vsq; ad annum 1568. ad meridianum Bononiensem. Item canones vsus ephemeridum explicantes. Tractatus de electionibus, de mutatione aeris, de reuolutionibus annorum & similibus. Venetijs impressit Vincentius Valgrifus, anno Domini, 1554. in 4. Eiusdem Theoricæ planetarum. impressæ ab Oporino.

Nicolaus Sophianus Corcyreus, scripsit de astro labio libellum Græcum. edidit etiã tabulas Græcæ elegantissime depictas, cum nominibus locorum antiquis & recentioribus, quæ primum Romæ, & postea etiam Basileæ apud Ioannem Oporinum excusæ sunt, vnã cum Nicolai Gerbelli doctissima Isagoge in easdem, ann. 1550. Claruit anno restitutæ salutis 1548.

* Nicolaus de Spinellis Neapolitanus Iureconsultus, Super institutiones: Super primum Infortiati. Sup. 3. lib. Codicis.

* Nicolaus Stanforde, cõposuit inter cætera Moralitates in Genesim lib. 1. Conciones aliquot lib. 1. Balæus.

Nicolai Storer theologiæ doctoris, & professoris Lipsensis de officio missæ liber ad Marchiones Misnenses scriptus, anno Domini 1467.

* Nicolaus Stopijs Alostensis Flander, scripsit Panegyricum de laudibus D. Ioanæ Arragoniæ, & alia poemata: excusa Florentiæ apud Torrentinum, 1555. Eiusdem Carmen elegans præfixum est enarrationibus Amati in Dioscoridem. Et aliud Athenæo Latino.

Nicolaus Superancius paticius Venetus Iureconsultus, scripsit Additiones in Summam Cardinalis Hostiensis cum eadem impressas, cum alibi, tum Basileæ, 1573.

Nicolaus de Sufato, natione Germanus, scripsit quæstiones sententiãrum lib. 1. sermones multos, varias quæstiones, & alia cõplura, vixit an. 1417.

* Nicolaus Suuafham, Carmeliticæ cohortis gubernator, scripsit: Ordinarium lectionũ li. 1. De terminationum quoq; lib. 1. Obijt anno 1446. Balæus.

Nicolaus Tartalea Euclidem exposuit Italice, liber excusus Venetijs. Idem scripsit de bõbardis.

* Nicolai Taurelli Philosophiæ triumphus, hoc est, metaphysica philosophandi methodus, qua diuinitus inditis mēt̄i notitijs, humanæ rationes eo deducuntur, vt firmissimis inde cõstructis demonstrationibus, aperte rei veritas elucescat, & quæ diu philosophorum sepulta fuit autoritate, philosophia victrix erumpat. Basileæ apud Sebastianum Henric. Petri, 1573. in 8.

* Nicolaus Tegrinus Lucensis historiã Castrucij Lucensium tyranni Latine conscripsit. Parisijs excudit Iacobus Bocardus, 1546.

Nicolai Thephili diaconus, ἡ μαιωπος τῶν ἰουδαίων, liber Græcus hac inscriptione alicubi in Italia extat.

Nicolai Tignosij commentaria in librum Aristotelis de anima, excusa sunt Florentiæ a Torrentino, in folio.

Nicolaus de Torga Minorita, de adoratione nominis Iesu Christi, contra Petrum Vigmannum monachum, Vratislauensem.

* Nicolaus Tornacensis, Hannonius, theologus, scripsit Lectiones in Lucam lib. 1. Io. Lelandus.

Nicolaus Treteth, vel Triuet, Anglus, Dominicanus, congescit annales Anglicorum, qui à comitibus Andegauensibus originem traxerunt, incipiens ab anno 1135. vsq; ad annum 1307. Scripsit etiam in declamationibus Senecæ, in Ouidij transformationum libros, in Boetium de consolatione philosophiæ, in Valerium & Rufinum. Annales ad Christum, in Augustinum de ciuitate Dei. Commentarios in Genesim, in Psalteriũ, in Aristotelis problemata. De peccatis lib. 1. De virtutibus lib. 1. Claruit anno 1360.

* Nicolai Tribuni Romani ad Guidonem Cardinalem oratio impressa est cum operibus Petrarchæ.

Nicolaus Valla Romanus, vertit aliquot libros Iliadis Homeri: Rob. Vuinter excudit Basileæ. item Hesiodi opera & Dies herõico versu reddidit, non inelegatè, ad Pium II. Pont. Max. idem Oporinus, & Ingrinius ibidem, cum eodem Græco poemate, &c. Ioan. Frobenius, 1518. secusim. Idem scripsit duas epistolas carmine elegiaco. Primam, Constantinopoli Romæ suæ salutem. Alteram Roma Constantinopoli sorori. Excusa Romæ quatern. 3.

Nicolai Vallæ Florentini, Vocabularium vulgare cum Latino appposito, Venetijs impressum anno Domini 1535.

* Nicolai Vallæ de rebus dubijs in iure tractatus XX. Parisijs, 1567. in 4.

Nicolaus de Vbaldis iurisperitus, scripsit de successioneibus.

Nicolaus Vdall Anglus, transtulit in linguam vernaculam Erasmi Roterodami Paraphrasin in Lucam, & acta Apostolorum, & eiusdem Apophthegmatum libros. Tragædiam scripsit de papatu, & flores Latini sermonis. Clar. ann. 1538.

Nicolai Verardi lib. de locis legalibus, excusus Louanij.

* Nicolai Vigelij Exceptionum forensium libri tres: apud Oporinum, 1555. Eiusdem Digestorum pars prima De Iure publico: seu commentariorum Iuris ciuilis, annus sextus. Ibidem 1568. in folio. Digestorum pars secunda, de Iure quocumque in personis habemus, cum suis causis & actionibus. Ex officina Oporiniana, 1568. Eiusdem Digestorum pars tertia: cui accessit de arte litæ cõtestandi libellus. In officina Oporiniana, 1569. Item Digestorum pars quarta, de causis Iuris Iuratiuis: ibidem. Digestorum pars quinta, de obligationibus, & actionibus ex contractu descendentes. Ibidem, 1570. in fol. Digestorum pars sexta: De obligationibus & actionibus ex edictis descendentes, 1571. ex officina Oporiniana. Eiusdem Digestorum pars septima. De causis Iuris Iuratiuis.

modis, quibus iura acquisita retinentur, amittuntur, & amissa recuperantur. Ibidem. Partitiones iuris ciuilis. Digestorum suorum rationem & ordinem breuiter demonstrantes. Item: Tabulae materiae eiusdem totius operis dispositionem ob oculos ponentes. Methodus iuris ciuilis (nescio an eadem cum partitionibus) Venetijs, 1577. in quarto. Dialectica iuris ciuilis. Accessit de litis contestatione. Item Paradoxorum libellus, Basileae, 1573. Practica Forensis. Commentariorum iuris ciuilis annus primus, 2, 3, 4. in 8. De pactis. De ratione iudicandi de causis forensibus: Disputationes numero 14.

Nicolaus Villagagnò eques Rhodius, scripsit libellum de Caroli V. imperatoris expeditione in Africam ad Argieram. Rihelius excudit Argentorati, 1542. Eiusdem de bello Melitensi, & eius euentu Gallis imposito ad Carolum V. imperat. commentaria. excusa Lutetiae anno 1553. apud Carolum Stephanum. Liber ad articulos Caluini-
20 nos. Venetijs, 1565. in 8. De consecratione mystici sacramenti, & duplici Christi oblatione, aduersus Vannium Lutherologiae professorem: de Iudaici paschatis implemento aduersus Caluiniologos: de poculo sanguinis Christi & introitu in sancta sanctorum aduersus Bezam: Lutet. 1569.

Nicolai Volciey Cererisuitini Polygraphi Collectionum libellus.

Nicolaus de Vuachenheim, Germanus, scripsit quaestiones sententiarum lib. 1. sermones multos. 30 Collationes plures, & orationes lib. 1. & quaedam alia. Vixit anno 1480.

Nicolaus Vualkington Cisterciensis monachus, composuit De virtutibus & vitijs lib. 1. Historiam Gualteri Espec. lib. 1. Claruit anno 1190. Daleus.

Nicolaus Vuigeli, Germanus, scripsit tractatum de indulgentijs. Hic Nicolaus indulgentias productione Graecorum per concilium Basiliense abas, promulgauit Friburgi anno 1438.

Nicolai Vuinkleri Forchemij, medici, & Haere Sueuorum physici ordinarij, Chronica herbarum, florum, seminum, fructuum, radicum, succorum, animalium, atque eorundem partium, quo nimirum tempore singula eorum colligenda, atque in usum adferenda sint medicum. Augustae, 1570. quarto.

Nicolai Vuinmanni, Germani, Herculis cum Antaeo pugnae allegorica & pia interpretatio. Iohannes Petreus excudit Norimbergae, 1537. 50 Syncretismus, siue conspiratio nobilis Germaniae, totiusque Christiani orbis contra impiam tyrannidem: Ioanes Gymnicus excudit Oloniae, 1541. de arte natandi dialogus, impressus Augustae Vindelicorum, 1538. De laudibus linguae Hebraeae oratio ibidem excusa. Clar. an. 1542.

Nicolai Vuollick de Serouilla tractatus tres de usica, excusi Coloniae ab Henr. Quentel, 1561.

Nicolai Zegeri scripta quaedam in nouum Testamentum impressa Coloniae, 1553. in octauo.

Nicomachus Alexandrinus e Troia, Tragicus, scripsit vnde decim tragoedias, quarum nomina sunt ad Suidam. Athenaeus vnam ex illis Eilethyam allegat: & alterius cuiusdam, vt videtur Nicomachi librum de festis Aegyptijs:

Nicomachus Atheniensis Tragicus, Euripidem & Theognin insperato vicit: ex fabulis eius est Oedipus. Suidas.

Nicomachi Geraseni arithmeticae libri duo, excusi Graece, Parisijs apud Vuchelum, anno 1538. Extat & enchiridion harmonices Nicomachi, apud Diegum Hurtadum, Card. S. Angeli. Ioan. Alexander Brassicanus alicubi scribit se possidere Nicomachi Arithmeticae & Geometriae. 10 Nicomachi Harmonica Latine reddidit Hermannus Gogaua.

Nicomachus Stragirita philosophus, filius Aristotelis philosophi, discipulus Theophrasti, & (vt quidam tradunt) amasius. Scripsit de moribus libros sex, & de physica auditione patris sui. Suidas, Nicomacho hunc quidam adscribunt Ethicorum libros ad Eudemum Aristoteli inscriptos.

Nicomachus medicus & ipse Stagirita Machaonis F. Aesculapij nepos: a quo genus duxit Nicomachus pater Aristotelis philosophi, ipse etiam medicus: scripsit de medicina libros sex, & rerum naturalium vnum.

* Nicomedes exposuit Heracliti librum de natura. Laertius. Nicomedis Scholia in priora analytica Aristotelis extare dicuntur in bibliotheca Strozca.

Nicomedis librum de Orpheo Athenaeus citat; & alibi Nicomedem Acaethium.

Nicomedis (alias Bassi) distichon antiustrephon libro 1. Florilegij.

Nicomedes epistolae secundae & 4. & 12. apud Cyprianum auctor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Nicomedis a Segernis verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de haereticis baptizandis.

Niconis citharædum Athenaeus allegat.

S. Niconis Canones, seu definitiones & particulares narrationes ad monachos pertinentes. Grego-
40 ce seruantur in Italia.

Nicophon scripsit Pandoram, Sirenes, & Chirogastores. Athenaeus apud Suidam. Nicophon dicitur Atheniensis comicus, Aristophani coequalis.

* Nicophon in Mechanicis; citatur a Polluce.

Nicophon Theronis F. Atheniensis comicus (Nicophon Athenæo) aequalis Aristophanis. Fabulae eius sunt, Ab inferis reuersus, Veneris natalis, Pandora, Euchirogastores, Sirenes. 50 Suidas.

Nicostratus Atheniensis Theseida composuit; vt scribit Laertius in vita Xenophontis: vbi tamen exemplaria impressa habent Pythostrati nomen, sed V. C. Nicostrati. Idem meminit Nicostrati poetae qui cognominabatur Clytemnestra, qui Polemoni aequalis fuit. Videtur autem hic esse Nicostratus comicus cuius fabulae citantur ab Athenæo & alijs: Habra Anterosa, ἀνταρροσώτος, Reges, Diabolus, Hecate, Hestodus; Hierophantes; Cline, Magirus, Pandrosos; Pandarus siue Antyllus, Otis; ἀντιύρα, Plutus; Syrus repulsus, Pseudostigmatias, Tocistes. Nicostrati senarij 3. leguntur apud Stobaeum de Garrulitate, & totidem in sermone de Prosperitate.

Nicostratus Macedonum orator, Relatus est in numerum eorum qui secundum a decem oratoribus locum tenuerunt, æqualis Aristidis & Dionis Chrysostomi: fuit enim sub M. Antonio Imperatore. Scripsit Decamythiam à numero X. fabularum: Imagines: Polymythiam, id est multiplices fabulas: Thalatturgos, & alia plurima: & Entomia in Marcum & alios. Suidas.

Nicostratus de senatu habendo citatur à Pomp. Festo.

Nicostrati fragmentum prolixum ex libro de nuptiis apud Stobæum in nuptialibus præceptis, & in sermone de uxoris petitione.

Nicostrati medici antidota citantur à Galeno lib. 2. de antidotis.

* *Niger* Bologninus de curis vicerum ita legi in quodam catalogo. Angeli Bolognini de cura vicerum supra memini.

* *Nigellus* Vuirecker monachus Cantuariensis Ecclesiæ præcentor, edidit Speculum stultorum 20 lib. 1. Monita ad amicis lib. 1. Aduersus barbariem lib. 1. Super vitij curatorum lib. 1. Distinctiones vtriusque Test. lib. 1. De abusu rerum Ecclesiæ lib. 1. Exceptiones ex Guarnerio lib. 1. Commentarios Numerorum lib. 1. Claruit anno 1200. Baleus.

Nili Scholasticitetrastichon libr. 4. Florilegij, sectione 12.

Nilus episcopus Constantinopolitanus, scripsit diuinorum patrum in monte Sina obitum. Item 30 librum aduersus Græcæ superstitionis sectatores, Item librum ad Elogium. Nicephorus lib. 14. historia ecclesiasticæ.

Nili archiepiscopi Thessalonicensis sermo manifeste explicans nullam aliam hætenus fuisse Latinæ ac Græcæ ecclesiæ dissensionis causam, quam quod vniuersali concilio Papæ rei controuersæ legitimam cognitionem concedere non vult, quin solus ipse tanquam magister atque arbiter controuersæ sedere vult, alios autem tanquam discipulos dicto audientes esse, & hoc ab apostolorum ac patrum legibus & actionibus esse alienissimum. Eiusdem sermo de Papæ origine. Eiusdem clara & breuis ad Latinos responsio tanquam enchiridion quoddam propositum his qui aduersus illos pugnare volunt. Aduersus Papæ tyrannidem & Latinos. De vita in Christo. Omnia hæc Græce manuscripta extant, & Latine edita sunt versa ab Illyrico.

Nili episcopi & martyris gnomæ quædam selectiores, impressæ Basileæ apud Robertum Vinter, & Colonia apud Gymnicum. Eadem à Michaele Toxita carmine reddita, excusæ sunt Argentina à Cratone Mylio.

S. Nili orationes monasticæ Græcæ, Romæ in Vaticana. Opuscula quindecim Theologi. & capita *φωτισις*, item liber ad Chariclem episcopum nimis asperum in peccatores, & dicentem quod non sola pœnitentia sufficiat ad confessionem: 18 bitem extant, Græce.

* *Nili* historici libri de historiis regum extant Bononiæ ad S. Saluatorem, principio tamen mutilati, audio autem nobilem quandam in Italia principium habere, sed in medio eius codice aliquid deesse. Aiunt eisdem extare in Vaticana.

Nili oratiuncula contra barbaros in Latinam linguam conuersa à Ioan. Sambuco.

Ninianus Bernicius Britannus, scripsit meditationes in Psalterium Dauidicum. Claruit anno Domini 432.

Nisus grammaticus scripsit libros fastorum. * *Nobilis* Socius Salodiensis, medicus, scripsit de temporibus & modis recte purgandi tractatum, in quatuor sectiones diuisum: excusum Lugduni apud Sebastianum Bartholomæum Honoratum, anno 1555.

* *Noe* Faigient musici, cantiones Madrigali & Motetæ quatuor, quinque & sex vocum. Antwerpæ, 1569.

* *Noe* Meureri I. C. Ordo & processus iudicij Camerae Imperialis, auctus & emendatus. Germanice, 1571. Eiusdem De iure aquarum & præsertim Rheni fluminis, & aliorum fluminum, de insulis, &c. liber Germanicus, Francofurti, 1570. in folio.

* *Noctus* hæreticus à quo Noetiani cum Sabelio & Praxea, docuit Patrem passum esse in Christo.

Norius Attellanatus scriptor commemoratur à Macrobio.

Nonij Marcelli Tiburticensis, compendiosa doctrinæ ad filium de proprietate sermonum tractatus varij, excusi cum Nicolai Perotti Cornu copiarum: item ventorum proprietates. & vocabulorum significationes: interpretatio vocabulorum aliquot per ordinem Alphabeti: de indistinctis generibus, siue ijs vocabulis quæ in diuersis generibus apud authores ponuntur, per ordinem literarum de varia significatione sermonum, siue de polysemis vocabulis, per ordinem literarum. Nonnullarum dictionum, quæ idem significare videntur, in significato differentie, siue ordine: de improprij significationibus, siue metaphoricis: de contrarijs generibus verborum, vbi actiua forma ponitur pro passiuâ, vel contra. de mutata declinatione, vt factis pro factibus: de numeris & casibus: de mutatis coniugationibus: de indistinctis aduerbijs, vt mæstiter pro mæste. de doctorum indagine, vbi aliquid apud authores dictum obseruatur contra consuetudinem, aut artem grammaticam: de genere nauigiorum: de genere vestimentorum: de generibus vasorum & poculorum: de genere ciborum & potuum. de genere armorum. de propinquitate: ibidem. *Nonius* Marcellus De proprietate sermonum, innumeris locis restitutus, multis locupletatus, opus vetustissimorum codicum, & industria Hadriani Lunij, Antuerpiæ apud Plantinum 1565. in 8.

Nonni poetæ Panopolitani Dionysiacon libr. 48. versu heroico scripti, extant in Italia, apud Diegum Hurtadum, eiusdem metabole, id est tralatio S. Euangelij secundum Ioannem, versibus heroicis, excusa Venetijs ab Aldo, & Haganoæ, 1527. apud Secerium, & Francfordiæ apud Brubachium, 1541. cum Homero centris, & Proba Falconiæ Virgilianis centonibus. Latine conuersa est in Ioannem paraphrasin Nonni, à Christophoro Hegedorphino, & Haganoæ quoque edita per Secerium. * *Nonni* Dionysiacæ bibliotheca Ioannis Sambuci, cum lectionibus & con-

& coniecturis Gerardi Falkenburgij, Græce impressa sunt Antuerpiæ, 1569. apud Plantinū. Audio eadem Romæ quoque impressa esse. Nonni Commētarius in duas orationes inuictiuas Nazianzeni aduersus Iulianum Augustum, in Latinam linguam translatus à Ioanne Leuuenklaio, impressus cum operibus Nazianzeni Basil. 1571.

* Noni de omnium particularium morborum curatione liber, per Hieremiam Martium Augustanum. Argentorati Iosias Rihelius in octauo, 1568. Noni medici opus Græcum extat in bibliotheca Augustana.

Nosidis mulieris tetraſtichon libro 3. Florilegij, sectione 6.

Notgerus episcopus Leodien. Germanus, scripsit sequeniarum lib. 1. De musica & symphonia lib. 1. De expositioribus sacrae scripturae lib. 1. epistolarum ad diueros lib. 1. aliàs scribitur *Notdegerus*. Claruit anno Domini 850.

Notgerus monachus S. Galli, scripsit quaedam quorum meminit (ni fallor) Ioan. Stumpfius in Chronicis Heluetiæ.

Nothelmus Londinensis, descripsit Acta seniorum ecclesie Anglicæ. Obijt Archipræful Cantuariensis factus, anno Domini 739.

Nothippi poetæ opſophagi meminit Athenæus.

Nouatianus Romanæ Ecclesie presbyter, scripsit de Pascha li. 1. De cibis Iudæis lib. 1. De Sabato lib. 1. De instantia lib. 1. De Circumcisione lib. 1. De Atralo lib. 1. De Sacerdote lib. 1. De sancta Trinitate lib. 1. De Oratione lib. 1. Epistolas plures ad diueros. Hæc Trinitarius ex Hieronymo, qui testatur hunc Nouatianum de Trinitate grande volumen composuisse, quasi epitomen operis Tertulliani, quod plerique nescientes Cypriani existiment. Claruit anno 250.

Nouiti à Thamugade uerba apud Cyprianū, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Nouius Atellanarum scriptor à Festo Nonio Gellio, citatur in his fabulis, Agricola. Asinio forte Asino. Buccula, Bubulco, Cerdone. Deuma. Dotatā. Duobus Dossenius. Euryface. Exodio. Fullonicō. Funere. Gallinaria. Hææra. Ligurata. Licinaria. Lupo. Maccho pōne. Macco exulé. Mania. Maleuolis. Mizitibus Pometinensibus. Mortis & vitæ iudicio. Optione. Pappō. Partū. Phœnissis. Pilo. Præcone posteriore. Quæstione. Surdo. Telepho. Togularia. Triperditā. Vindemiatoribus. Virgine prægnante. Zona.

Numa Pompilij scripta citantur apud Fulgenium in Mytholog.

Numenij librum Halieuticum Athenæus allegat. Gyraldus Numenium inter gulae scriptores numerat. Numenij librum theriacum citant Cholia Nicandri.

Numenius Apamensis ex Syria philosophus Pythagoricus, ostendit Platonem ea quæ scripsit de Deo & mundi generatione, ex Mosacis libris usuratum esse ideoque scribit: Quid enim est Plato, quam Moses Atticissans? Suidas.

Numenius rhetor scripsit de figuris dictionis, argumenta Thucydidis, & Demosthenis senten-

tiarum collectaneum, & Consolationem de Athinoo ad Cæsarem Adrianum Suid.

* *Numius* medicus citatur ab Aetio lib. 13. cap. 20. forte Nonus.

* *Nymphidianus* Smyrnæus Maximi philosophi frater germanus, fuit Iuliano imperatori ab epistolis: scripsit declamationes, disceptationes. Eunapius.

* *Nymphis* Xenagoræ F. Heracleotes Ponticus, historicus. Scripsit de Alexandro & successoribus eius, eorumque posteris, libros 24. De Heraclea libros 13. Continet autem res gestas post Epigonos, usque ad euerſionem tyrannorum, & usque ad tertium Ptolemæum, Suidas. *Nymphis* librorum quos de Ptolemæis conscripsit nono, citatur ab Aeliano. Epitomen *Nymphidis* uidetur scripsisse Memnon, cuius fragmenta ab H. Stephano edita sunt.

Nymphis Heracleotes scripsit de Heraclea. Athenæus.

Nymphodori Syracusani Asiæ periplus, & de mirabilibus Siciliæ liber, citantur ab Athenæo.

Nymphodorus allegatur à Plinio 3. 5. 7. 33. & duobus sequentibus libris Naturalis historiae.

Nymphodorus Amphipolites tertio de legibus Asiæ, item libro de legibus barbaricis citatur à Clemente Stromatōn primō.

O.

Obadia propheta extat in uetere testamento, paucis uersibus comprehensa: putatur à quibusdam fuisse tempore Ahab & Izebelis. ab Epiphano in uitis prophetarū uocatur Abdiu: ubi plura de ipso legat, qui uolet.

* *Obede*, ut puto chynicus auctor, citatur ab Hortulano philosopho.

* *Obertus* Gifanius I. C. Lucretij libros post Lambinū ope V. CC. emendauit. Plant. Antuerpiæ. Idem Homeri omnia quæ quidem extant opera, Græcolatina quam emendatissime edidit, cum scholijs suis, & indicibus nouis. Argentinae excudit Theodosius Rihelius, 1572. in 8.

* *Obertus* de Horto, primus libros feudorum dispersos in ordinem rededit, de quo multa Aluorotus in præmio Feudorum.

Obrimi uerba ex orationibus eius pro Seuerō & Protogono, alicubi citat Stobæus.

Obſenidis medici scriptis usus est Plinius 12. Naturalis historiae libro.

* *Occleuus*, aliàs Okelese, quod quercus folium sonat, Anglus natione, Thoma Vualsingamio in Chronicis teste, Berengarij opinionem foluens, astruebat in altari manere panem & uinum post consecrationem à sacerdote factam. Claruit anno Domini 1410. ac scripsit de regimine principis lib. 1. Atque alia materno sermone edidit. Nicolaus Brigam.

* *Ocelli* Lucani, qui & Achilles nominatur De uniuersi orbis natura liber, Ioanne Boscio Zooneo interprete atque commentatore. Louanij, anno 1554.

* *Octavianus* Cacheranus, scripsit Decisiones sacri senatus Pedemontani, Taurini & Francosulati in folio.

P. Man. l. 5. Ep. p. 259.
272. t. 71.

Octavianus Ferrerius Mediolanensis, scripsit quædam in Aristotelem, ut audio: & vertit Athenæum.

Octavianus Mirandula, natione Italus, diui Augustini canonicus regularis Lateranensis, collegit illustrium poetarum flores, ex optimis & antiquis poetis numero 5. Opus impressum Argentorati apud Rhelium, 1538. à studioso quodam in locos communes digestum.

* **Octavianus Vestrii** Foro corneliensis I. C. Præctica cum adnotationibus Nicolai Antonij Grauatij Braticensis. De officijs & officialibus, Romanæ curiæ, & in quibus eorum versetur officium. Eiusdem In Romanæ curiæ actionem & iudiciorum mores introductio. Colonia, 1573. in 8. cum annotationibus Nicolai Antonij Grauatij.

Octauij Augusti Cæsaris versus heroici extant, de Virgilij Aeneide non abolenda, Vide Gyraldum de vitis poetarum.

* **Octavianus Vulpelli** à Sancto Angelo Metaurense tractatus de Pace, Inducijs, & Promissionibus de non offendendo. Venetijs, 1573. in 8.

Octauij Cleophili Phanensis poetæ venustissimi, de Cætu poetarum liber elegiacus, quo nomina veterum apud Græcos & Latinos poetarum recenset, impressus Basileæ apud Frobenium, 1518. eiusdem Anthropotheomachia, Iulia, Camilla, Sylua, Fancidis libri 3. &c. impressa Romæ. Opuscula reliquit duodeuiginti, partim metro, partim soluta oratione composita, quæ ipsemet enumerat in epistola quadam ad Fanenses, scripta eodem quo mortuus est anno. Anthropotheomachiam, Epistolas metricas ad Laurentium Medicen. epistolas familiares, epistolas morales, Historiam Ariminensem, de dictis factisque memoratu dignis libri 4. Epigrammatum libri 6. de miseria humana libri 3. Libellum ad amicos Ferrarienses. Vulgarium carminum, more Tusco, in diuâ Phœnicem libros duos, &c.

* **Octauij Herfenij** liber de sacris salaribus Tiburtium citatur à Macrobio libri 3. Saturnaliorum.

Octauij Horatiani de curationibus omnium ferè morborum, de acutis & chronicis passionibus: De mulierum accidentibus, eorumque curis, deque physica scientia, experimentorum libri 4. Ioan. Schottus excudit Argentorati, 1544.

Octauus Ruffus, scripsit doctissima carmina quorum meminit Plinius, & Cuspinianus in consulibus.

Octonymus colorum rhetoricorum quatuor scripsit libros referente Seneca.

* **Oddi** de Oddis Expositio in primâ Aphorismorum Hippocratis sectionem, à Marco ipsius Oddi filio in lucem edita. Parauij, 1564. octauo. Eiusdem libri 9. De pestis & pestiferorum omnium affectuum causis, signis, præcautione & curatione. Apologia pro Galeno tum in Logica, tum in philosophia, tum etiam in medicina. De cœnæ portione, &c. Per Marcum ipsius filium editi. Venetijs, 1572. in quarto. Odi de Odis Pastauini medici, de cœnæ & prandij portione, id est, utram par sit largiorem fieri, libri duo, erudite ac eleganter conscripti, cum parastasi Petri Toleti, impressi Lugduni, 1538. apud Germanum

Rose, cum libello prisca cuiusdam medici anonymi, de morbis puerorum, &c.

Odericus ordinis fratrum Minorum, scripsit inter cætera, Historiam peregrinationis suæ per Asiam & Indiam libri 1. sermones quoque varios libri 1. & quasdam epistolas. Claruit anno 1320.

* **Odingtonus** monachus Eueshamensis, philosophus & mathematicus, scripsit De motibus Planetarum qui & Theoricâ refert. Libellum de mutatione aeris dicitur quoque edidisse. Baleus.

Odilo abbas Cluniacensis quartus, ordinis sancti Benedicti, composuit ad ædificationem fratrum suorum, sermones elegantes. Floruit anno 1048.

Odo quidam Mathematicus peritus, scripsit analytica numerorum, & libellum de triade. Iacobus Faber in præfatione sua super Latinis operibus Euclidis.

Odo episcopus Cameracensis, scripsit disputationem, quam habuerat cum quodam Iudæo de mysterio Dominicæ incarnationis sub dialogo, annotatis prima sui nominis litera & Iudæi secum disputantis. ad Vuilbodonem monachum libri 1. in Canonem missæ libri 1. de villicò iniquitatis libri 1. homilias & epistolas plures.

* **Odo** Cantianus metropolitane Cantuarum ecclesiæ ad seruatoris sanctorum monachus, edidit in Pentateuchum commentarios libri 5. In capita primi Regum libri 1. Sigillatim in libros Regum libri 4. Super Psalterium libri 1. In vetus Testamentum libri 1. De libro vitæ libri 1. De onere Philistinum libri 1. conciones in Euangelia libri 1. conciones in Epistolas libri 1. De moribus ecclesiasticis libri 1. De vitijs & virtutibus animæ libri 3. De inuentione Milburgæ libri 1. Epistolarum ad diuersos libri 1. Claruit anno 1160. Baleus.

Odo primus abbas Cluniacensis, ordinis sancti Benedicti, multos ad fratres sermones composuit. Scripsit etiam inter cætera vitam sancti Gerardi libri 1. laudes sancti Martini libri 1. Chronicam succinctam libri 1. Hymnos etiam & varios cantus in honorem sanctorum dulci & regulari melodia composuit, & libros beati Gregorij Papæ super Iob abbrevians, in vnura volumen composuit. Claruit anno 920.

Odo de Castro in Psalmos. Sorbona.

* **Odo** Mutemundensis abbas, Anglus natione, scripsit Chronicorum opus libri 1. De analectici ternarij libri 1. Dialogum de religione Christiana ac Iudaica. Leone & Odone in interlocutoribus libri 1. Et alia. Titulus indicat istum episcopum fuisse. Ioannes Lelandus.

Odo Seuerus, ex Dacis in orientali Anglorum regione oriundus, Græca & Latina lingua doctissimus, scripsit de Eucharistia libri 1. statuta synodalia ac poemata diuersa. Claruit anno Domini 959. quo etiam Cantuariæ obiit.

* **Ode** Shirio seu de Ceritona ordinis monachorum Cisterciensium: Proverbia quæ Aesopus Græcus Græce compilauerat, Latina reddidit, & commentarijs illustrauit, quod opus vocabatur Bestiarium vel Brutarium libri 1. Opus 60. parabolarum libri 1. Homilias de tempore libri 1. Homilias de sanctis libri 1. Parabolarum aliud opus libri 1. Pœnitentiale quoque libri 1. Partium opus libri 1. Narrationes quædam

quasdam libr. 1. Claruit anno 1180. Baleus.

* *Odoardus* Barbosa Lusitanus, scripsit quedam de nouo orbe, quæ cum alijs eiusdem generis scriptoribus, Venetijs excusa sunt.

Odoardus citatur in Summâ Angelica, inter scriptores iuris. Fortè idè est *Oldradus*, de quo infra.

Odofredus Beneuentanus, I. C. scripsit de libellorum formatione libr. 1. De ordine iudiciario li. 1. De arte notariatus li. 1. Lecturas super Codicem & ff. Præterea de formulis actionum libr. 1. De ordine iudiciorum libr. 1. De arte notariatus libr. 1. & quedam alia. Summa eius de libellis formandis excusa est Colonia, anno Domini 1552. cum Henningi Gæden iudiciario processu. Mortuus est Bononiæ, anno 1265.

* *Odomarus* vates, litera gentili doctissimus, carmina scripsit de sui populi rebus gestis. Hic fuit Marcomeri Francorum regis filius, & post Vechtanum sacrorum pontifex factus. Claruit anno dominicæ incarnationis, 140. Trutemius in compendio.

* *Odonellus* Mercandillus super 1. Infortiati noui, soluto matris, &c. super 2. ff. noui, De iure fisci. Super 2. Codicis, Qui potior in pig. ha.

* *Odonus* Campanus, Germanig superioris Car melita. in ecclesia cathedrali verbis ydonensis, cum quodam Paulo Dominicano Cracouiensi super Mariæ virginis conceptione disputationem habuit ac præualuit, scripsit De conceptionis eius puritate librum 1. Collationes que ad populum plures libr. 1. Claruit anno Domini 1350. Iulianus Hasarr.

Odonici de Foro Iulij, ordinis minorum, liber de diuersis ritibus & conditionibus huius mundi, in quo peregrinationes suas per multas & remotissimas Asiæ regiones barbaro stylo delectabit. Liber manuscriptorus.

Oecumenius quidam ex diuersis sanctorum patrum commentarijs breues & perspicuas expositiones collegit, in Acta apostolorum, in septem epistolas canonicas, in Pauli omnes; Liber est Græcus, excusus Verona, 1532. Commentarij quidam in epistolam Pauli ad Romanos, per Ioannem Loniceri è Græco conuersi, ex varijs Græcorum theologis collecti, inter quos & *Oecumenius* nominatur, impressi sunt Basil. 1537. apud Rob. Vvinter. *Oecumenij* in omnes D. Pauli epistolas absolutissimi commentarij, cum ex alijs probatissimis quibusq; Græcis Theologis, tum præcipue ex aureo illo Chrystostomo, diuina breuitate collecta, ita vt post hunc superuacaneus videri Theophylactus possit, Maximo Florentino interprete, Latine excusi sunt Basileæ ab Isingrinio, anno D. 1553. in 8. Tomis duobus.

Oenomai distichon libro 4. Anthologij.

Oenomius Gadaren philosophus Cynicus quid scripserit, Suidas enumerat.

Oenopides citatur à Plinio Natur. histor. 18.

Offilius vetus I. C. scripsit Edictorum librum, de iurisdictione de legibus vicestimæ, vide A. Of filius, in vitis Bernardini Rutilij.

Olaus Magnus Gothus Lincopensis edidit tabulam amplissimam septentrionalium terrarum, & mirabilium rerum tum in ipsis tum in circumiacente Oceanò contentarum, cum varijs anima-

lium figuris, impressam Venetijs ann. 1539. vna cum libello Germanico, in quo duabus chartis omnia breuiter quæ in tabula depicta sunt, explicantur. Nam rerum in ipsa tabula inscriptiones Latinæ ferè sunt.

Oldradus de Laude, Italus, I. C. scripsit Consiliorum volumè. Fertur & alias in iure ciuili multas post se lecturas reliquisse. Floruit anno 1330.

Oldradi de Ponte Laudensis Consilia & quaestiones: cum expunctionibus; castigationibus & nouis additionibus Rainaldi Corsi ab anti quis separatis, & asterisco notatis, &c. Venetijs, in folio, 1570.

* *Olen* siue *Dymæus* siue *Hyperboreus* poeta heroicus: sed verius est Lycium esse *Xanthium*, vt *Callimachus* indicat, & *Polyhistor* in historia Lycæ. Suidas.

* *Olenus* Calenus varis nomè apud Plinium li. 28. de historia mundi, Calenam, quæ hodie Oxoniâ dicitur, condidisse dicitur, edidit Prædictiones quasdam libr. 1. Claruit anno 70. Baleus.

Oliuerij Arziganiensis in Valerium Max. Commentarij, impressi Parisijs apud Ascensum.

Oliuerus Prior S. Bauonis, scripsit de his quæ circa Eucharistiæ sacramentum credenda sunt. Vixit circa annum, 1449.

* *Oliuerus* Brito, Dominicanus, doctor, scripsit commentarios sententiarum li. 4. In elenchos Aristotelis li. 2. Lecturam super Lucam li. 1. Sermo nes de tempore lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1300. Bosconi-Burienfis.

Oliuerus Mallardus Parisiensis, ordinis Minorum, edidit sermones, De adueniu, Quadragesimales, Dominicales; & de peccati stipendio; & gratiæ præmio; vna cum pulcherrimis Iuris quaestionibus, ad quemlibet sermonem additis. Argentinae excudit Ioan Knobloch, ann. D. 1512.

Oliuerus Malmesberiensis monachus; natione Anglus, scripsit Astrologorum dogmata, Eulogium historiarum, de signis planetarum. Claruit anno 1060.

* *Oliuerius* Textor, Super Institutionibus de gradibus cognationis & affinitatis. Idem De successione ab intestato.

Oliuerus Starkei edidit Rhythmos in Ecclesia sten lib. 1. Discursum in Sallustium lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* *Olymni* medici Alexandrini de vocibus medicis; Eiusdè de Criticis diebus German. in Gallia.

Olympia Fuluiæ Moratæ, feminae doctissimæ, Opera omnia quæ hactenus inueniri potuerunt, Basileæ apud Pernam, 1570. in 8.

Olympiadis versus 1. apud Stobæum in sermone De veritate.

Olympiadis Thebanæ scripta allegantur à Plinio lib. 25. 27. & 28. Naturalis histor. 20. & tribus deinceps libris.

Olympiadis medici scripta citantur ab eodem 20. & tribus deinceps libris.

* *Olympianus* citatur à Stephano in *de scriptis notis*. *Olympi* historici scripta citantur apud Plutarchum in vita Antonij.

Olympiodori doctissima in Ecclesiasten scholia, noua & Latinis auribus insueta translatione inserta, Aquilæ videlicet, Theodotionis, & Septuaginta, Zenobio Acciaiole interprete, excusa

Basileę apud Bebelium, 1536. cum Gregorij Neocæsariensis metaphraſi in eundem, & Ariſteę libello de LXXII. legis Hebraicę interpretibus. & Pariſijs apud Rob. Stephanum, ann. 1511. item Baſileę apud Hen. Petri, anno 1551. cum alijs veterum Theologorum opuſculis.

* Olympiodori & aliorum piſſima cathena in Iob. in bibliotheca Sambuci.

Olympiodori cuiuſdam ſcripta allegantur à Plinio 12. & 13. libro Naturalis hiſtorię.

Olympiodori diaconi hypotheſes in Hiob, Gręce extant Romę in bibliotheca Vaticana.

Olympiodori philoſophi Alexandrini, *ὁ ἐπὶ τῶν ἑρμηνειῶν τῶν ἁγίων ἁποστόλων ἡσασθὲν ἑρμηνεύων*. Liber hac inſcriptione alicubi in Italia ſeruat.

Commentarij in Meteororum libros 4. Gręci, cum alibi in Italia, tum Florentię latent. Commentaria Gręca in Platonis Phædonem & Philebum, Bononię in bibliotheca S. Saluatoris recondita ſunt. Eadem habet illuſtris vir Diegus

Hurtadus, Venetijs: ac inſuper in Gorgiã & Alcibiadem Platonis. Commentaria eius in meteora Ariſtotelis Gręce, excuſa ſunt Venetijs ab Aldi filijs, cum Philoponi quibuſdam, in fol. * Commentaria eiufdem in Metaphyſica impreſſa ſunt Venetijs. Aiunt eius comment. In poſteriora analyticalia Ariſtotelis, & in Phædrum, etiam extare in bibliotheca D. Diegi Hurtadi.

Olympus Lydus ante Troiana tempora tibicen & elegorum poeta, &c. Suidas.

Olympus, natione Hiſpanus, epiſcopus, ſcripſit librum fidei aduerſum eos, qui naturam & non arbitrium in culpam vocant, oſtendens non creatione, ſed inobedientia inſertum naturę malum.

Gennadius.

Omar. Vide Homar.

Omeis Bentanim Halachadite, citatur à Ioanne F. Serapionis.

Omnibonus Leonicens Vicchinus, ſcripſit in oratorem Ciceronis li 3. in Quintilianum lib 1. de laudibus eloquentię lib. 1. orationes multas. Commentaria in Valerij Maximi libros exęplo-

rum, impreſſa Venetijs, 1482. Cõmentaria in Lucani Pharſaliam, excuſa Venetijs, 1505, cum Ioar. Sulpitij commentarijs in eandem. Citatur etiam Omniboni ſcanſiones: videtur autem opus aliquod de metris vel carminib. ſcriptũ reliquiſſe.

Eius Commentarij in libros Ciceronis de Amicitia, & Officijs, habentur impreſ. Venet. opinor. Ex Gręcis cõuertit aliquot Aęſopi fabulas, quę habentur impreſſę. Xenophontis de venatione libellum, qui cum cæteris Latinis operib. Xenophontis, Baſil. 1545. apud Inſingrinium excuſ. eſt. Athanaſij opus contra gentes & hæreticos. Commentaria eiufdem in Saluſtium impreſſa ſunt Baſileę, 1564. Claruit anno D. 1420.

Onaſim citatur à Ioanne F. Serapionis.

* Onaſcritus Aeginenſis vel Aſtypalenſis Diogenis diſcipulus militauit cum Alexandro Magno, & eius iniuria ſcripſit *πῶς Ἀλέξανδρος ἔβη*. Imitatus autem eſt Xenophontem. Laertius.

Onaſimus Cyprius aut Spartanus hiſtoricus & Sophiſta, fuit ſub Conſtantino Imperatore. Scripſit. Statuum diuiſiones, Arrem iudicialem ad Apſinem. De altercandi arte. Progymnaſma-

ta. Declamationes, Laudationes, & alia plurimã. Suidas.

Onaſimus hiſtoricus vitam Probi & Carini imperatorum Roman. atque Saturnini tyranni vitam deſcripſit.

Onaſius quidam citatur in Chronicis Ioan. Cuſpiniani.

Onaſta epigrammata aliquot leguntur in Florilegio Planudis: Corinthij nomen gentile ſemel additum inuenio.

* Onator *ὁ ἐπὶ τῶν ἁγίων ἁποστόλων ἡσασθὲν ἑρμηνεύων*: Citatur à Laertio.

Onkelos, vel Ankelos, ſcripſit Targum, ſive interpretationem Syriacam quinque librorum Moſis, quam habemus impreſſam Venetijs, apud Bombergum. Sunt qui conijciant, hunc eſſe Aquilam Ponticum proſelytum.

* Onithon Sutrinus epiſcopus Italus, inſignis hiſtoriographus, ſcripſit Chronica Romanorum Pontificum lib. 1. Ioannes Lelandus.

* Onomacriti Athenienſis dicuntur eſſe poemata quę Orpheo aſcribuntur, & quę feruntur Muſę reſponſa. Clemens libr. 1. Stromat. Suidas ex Orphei poematis Onomacrito aſcribit, Oracula & Feſta ſeu initia. Meminit autem Onomacriti ſortilegi qui Athenis ciectus fuerit. Herodorus.

Onoſandri Platonicus de optimo Imperatore, cuius quę officio liber ad Q. Verannium, per Nicolaum Saguntinum è Gręco Latinus factus: impreſſus olim Venetijs, cum Vegetio de re militari, &c. & Baſileę apud Robertum Vuiniter. Onoſandri liber de re militari Gręcus in Vaticana bibliotheca habetur: non alius puto quam qui Latine extat.

* Onuphrij Panninij Veronenſis. F. Auguſtiniã ni Faſti & triumpho Romanorum à Romulo regē vſq; ad Carolum V. Cęſ. Aug. additis Imperatorum Orientalium & Occidentalium veriſſimis Iconibus. Venetijs, 1557. Impenſis Jacobi Stradę Mantuanũ. Chronicon eccleſiaſticũ, à C. Iulij Cęſaris imperio, vſq; ad Imp. Cęſ. Maximilianũ 11. Colonia apud Maternum Cholinũ, 1568. in fol. Commentarij Republicę Romanę lib. 3. Venetijs, 1558. excuſi. De triumpho commentarius, in folio regali Venetijs, 1571. Commentaria in Faſtos Conſulares. Appendix eorundem commentariorum, in fol. Venetijs. Epitome Pontificum Romanorũ à S. Petro vſq; ad Paulũ 1111, geſtorũ videlicet electionisq; ſingulorũ cõpendiaria narratio. Venetijs, 1557. in fol. Imperiũ Romanum. Ciuitas Romana. Venetijs, 1558. in 8.

* Ophelionis comici libr. 2. Dipnoſophiſtarum dramata eſſe ait Athenæus, Deucalionem, Cal-leſchrum, Centaurum, Saryros, Muſas, Monotropos, id eſt Solitarios. Suidas.

Ophilius medicus allegatur à Plin. lib. 2. 8. Naturalis hiſtorię.

Ophion medicus ab eodem allegatur 20. & 7. ſequentibus lib.

Oppianus Cilix poeta, Halieutica, id eſt de piſcibus lib. 3. edidit, & de venatione lib. 4. impreſſos Venetijs apud Aldum, verſibus heroicis: cũ translatione Halieuticorum per Laurætium Lippiũ, Latino carmine. Florentię etiam ſecũ-

F. Ille antiquiſſis helus. P. Man. l. 2. ep. p. 82. iuuenis optatur & in ſignifer erudit. l. 3. p. 150.

ſim ex-

sim excusa sunt Halieutica Græce. Venetijs in bibliotheca Bessarionis, seu D. Marci, libri de piscatione & venatione seruantur cum figuris aliquot animalium verustis. Tradunt eum etiam libros 5. de Aucupio scripsisse *isvna*, quæ aiunt seruari in bibl. Card. S. Fioræ. Paraphrasim Græcam in Oppiani libros de Aucupio Contr. Gesnerus Latinam fecit, & passim libro suo de auib. inseruit.

Oppij cuiusdam historiæ citantur apud Plutarchum in vita Pompeij Magni.

Oppus de arboribus syluestribus libros conscripsit, item librum de Caij Cæsaris rebus gestis.

Optatus Afer, episcopus Mileuitanus, ex parte catholica, scripsit Valentiano & Valerino principibus, aduersum Donatianæ partis calumniam lib. 6. in quibus asserit, crimen Donatianorum in nos falsò retorqueri. Hier. Tritemius addit, eum floruisse ann. 370. & plures epistolas, aliq; multa scripsisse. Optati Africani lib. 6. de Donatistis, excusi sunt Moguntia apud Fran. Behem in fol. anno D. 1549. cum Contr. Bruni lib. 6. de hæret.

Orbicij cuiusdam lucubratiuncula de ordinibus exercitus, habetur Græce in Appendice Lexici Græcolatini.

Orbilius Pupillus Beneuentanus, scripsit librum cui titulus est Perialagos, continentem querelas de iniurijs quas professores negligentes ab ambitione parentum acciperent. Floruit tempore Ciceronis, teste Suetonio Tranquillo.

Orabantius poeta fuit insignis, cuius poemata ante Homerum extiterunt, ut asserunt Tazzenij. Eius Phrygiæ Iliadæ Aelianus ad sua tempora seruatam esse lib. 11. de Varia historia commemorat.

Orentius inter poetas Christianos numeratur à Fortunato, qui pauca scripserit, sed florida, quæque donaria martyribus sacrauerit: qualia etiam Damasi fragmenta extant: sed huius nihil ad nos peruenit.

Oribasius Sardus, vel Sardiæ medicus, Iuliano Cæsaris archiater, plurimos in re medica libros Græce scripsit, quos ex veteribus ferè Galeo, & alijs collegit. Fragmenta aliquot ex eius libris apud Aetium medicum leguntur: vnus ex libris ad Eustachium & Eunapium, de simplicium medicinarum facultate: cathartica quædam, & curationeth eorum qui plus æquo purgantur, & ad Ephelides. Diegus Hurtaeus Venetijs habet Oribasij 14. libros. Eiusdem de simplicium pharmacorum viribus lib. 4. excusi Argentorati, 1544. apud Schortum, cum Trotula, Hildegardi, &c. Fragmentum de victus ratione, excusum Basileæ apud Cratandrum, 1528. cum alijs quibusdam, ite

Euporiston, id est, paratu facilius libri tres: & Medicaminum compositorum & trochiscorum confectio: Medicinæ compendij lib. 1. Curationum à capite ad pedes li. 1. Henricus Petri excudit Basileæ Latine, interprete anonymo, 1529. cum Cælio Aureliano. Commentarij in aphorismos Hippocratis, impressi Parisijs apud Colinaum, & Basileæ apud Cratandrum, 1539. per Ioan. Guinterium Anderinacum castigati. De hoc ita Saidas: Oribasius Sardiæ familiaris Iuliano apostolice, & quæstor ab eo Constantinopoli creatus, scripsit ad illos quibus non est copia medicorum lib. 4. Ad Iulianum regem libros septuaginta

duos. Epitomes eorumdem libros nouem ad Eustachium filium. Item de regno, & de passionibus: Videntur autè hi quatuor libri quos Basileæ cū Cælio Aureliano impressos dixit, iisdè esse quos Suidas ait scriptos esse ad illos quibus copia medicorum non datur. Oribasij scripta de aquis & balneis quæcunq; in eius libris continentur ab Augustino Gadaldino in Latinâ linguam translata, luntæ impresserunt Venet. ann. D. 1555. cum diuersorū auctorum scriptis de balneis. Eiusdem liber de laqueis ex Heracle à Vido Vidio in Latinam linguam translatus, excusus Venet. à luntis cū Galeni operibus, & Tiguri apud Gesn. fratres in Volumine chirurgico, ann. D. 1555. Eiusdè de machinamentis ex Heliodoro, Vido Vidio interpretè. De aquæ bonitate, ex quinto collectionum medicinalium Oribasij, excusa sunt Venetijs cum operibus Galeni, Eius Collectorum medicinalium libros 17. vertit Ioan. Baptista Rasarius Nouariensis: qui ex magno septuaginta librorum volumine ad nostram ætatem soli peruenerunt. Parisijs, 1555. in octauo. Eiusdem Synopsis ad Eustachium filium lib. 9. quibus tota medicina in compendium redacta continetur, idem interpretatus est. Parisijs, 1554. in decimosexto. Item Collectaneorum artis medicæ liber quo totius corporis humani anatomia explicatur. Ibidem Græce in octauo. Excusa sunt etiam Oribasij opera ab Hen. Stephano cum alijs medicorum scriptis in folio.

* Oriël Garonensis scripsit librum Cabalisticum, cui titulus Còmentarius sanctitatis. Hic à quibusdà nominatur, Azariel bar Salomo Garonensis.

Oresisius monachus, scripsit de instructione monachorum lib. 1. vide Gennadium. Oresisius monachi regulæ de institutis monasticis, excusæ sunt Colonia apud Gymnicum, ann. D. 1536. cū tribus Prosperi libris. Claruit anno D. 420.

Origenes, qui & Adamatius, scripsit multa, cuius opera quæ hodie extant omnia, per Erasmmum Roterodamum recognita Basileæ impressa sunt apud Frobenium, 1536. quorum prima parte continentur, in Genesim homiliæ 17. in Exodum homiliæ 13. in Leuiticum homiliæ 16. in Numeros homiliæ 26. in librum Iesu Naue homiliæ 26. in librum Iudicum homiliæ 9. in librum Regnorum homiliæ 1. in librum Iob, tractatus 3. in Psalmum 36. homiliæ 5. in Psalmum 37. homilig. 2. in Psalmum 38. homiliæ 2. in Cantica canticorum explanationis prioris homiliæ 2. & posterioris quatuor. in Esaiam homiliæ 9. in Hieremiã homiliæ 14. in Ezechielem homiliæ 14. de principijs lib. 4. Threni seu plæctus Origenis. Apologia Pamphili martyris pro Origene li. 1. Rufini de deprauatione librorum, præcipue Origenis lib. 1. Secunda parte in Matthæum tractatus 38. in Lucam homilig. 39. in diuersos noui Testamenti libros homiliæ 10. in epistolam ad Romanos li. 10. contra Celsum lib. 8. Eadem ferè Tritemius quoq; enumerat, & insuper addit ab Origene scripta: in principium Iudide homil. 2. de Helcharia lib. 1. aduersus hæreticos lib. 5. in principium Ioannis lib. 1. de martyribus lib. 1. in numeris librorum & homiliarum aliquot ab editione prædicta variat. Origenis lib. 16. in Leuiticum excusi sunt etiam in Cyrillo

Sadol. l. 9. Epist. 5. p. 101.

Alexandrino. Eiusdem Tropologia à doctissimo quodam viro olim selecta ex commentarijs in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Iosue & Iudicum, cum præfatione Iacobi Merlini theologi, qua laudes Origenis prædicat: Ioan. Soter excudit Salingiaci, 1537. ite homiliae 4. impressæ in Homiliario quod Alcuinus collegit, Excusum est etiã seorsim fragmentum cõmentariorũ Origenis in Matthæũ, Des. Erasmo interprete, Basileæ apud Io. Frobenium. item Origenis in Matthæum homiliae 36. ab Hieronymo translatae, inter D. Hieronymi opera habentur. Origenis astrolabium Græce extat Romæ in Vaticana: item libri octo Græci contra Celsum, Dialogus contra Marcionistas, & epistola ad Africanũ, Venetijs latent apud Dieg. Hurtad. item Commentarij in Ioannem, Commentariorum in Matthæum Romanus primus, 11. & 12. Philocalia apud eundem Venetijs, Ex interpretationib. in Euangelium Matthæi Romanus decimus, cum duob. subsequentibus in alia quadam Italiae bibliotheca seruantur. Tomos 32. ex 39. illis, quorum meminit D. Hieron. idem Diegus Hurtadus nuper nactus est Græce. Origenis commentarij in Ioannem Ambrosio Ferrario interprete, excusi sunt Venetijs in 4. ab Andrea Spinello, anno D. 1552. Feruntur autem hi commentarij cum plerisque eius operibus in Creta reperti esse, à Sebastiano Venereo eius insulæ Venetorum nomine duce. Claruit secundum Tritemium, anno Domini 261. Origenis opera quæ extant impressa sunt Basileæ à Frobenio tomis duobus. Eiusdem Aduersus Martionitas dialogum ante non editum, Latinitate donauit Laurentius Hunfredus & edidit. Item Philocalie libros Latinos fecit Ioannes Leuenclaus.

Orion scriptor Græcus Gramaticus, in Cornu copiae Græco Phaurini Camertis citatur. Oriõ Alexandrinus Gramaticus, scripsit Anthologiõ, id est Florilegium, Atticarum dictionũ collectanea, de etymologia, encomiũ Adriani Cæsaris. Suid. Orion Thebanus ex Aegypto, scripsit Colestanea sententiarum, siue Florilegium ad Eudociam, Theodosij regis minoris vxorem li. 3. Suid. Orionis Thebani Etymologiae ordine Alphabeti: seruantur in bibl. Strozæ: si modo inscriptio non errat, Thebano tribuens Alexandrini opus.

Orlandini Rudolphini Bononiensis Summa, siue ars notariã super contractu ac instrumentorum formæ & ordines, secundum subtilitates modernorũ, impressa Venetijs.

* Orlandi de Lassus Cationes aliquot quinq; vocum, tũ viua voce, tũ omnis generis instrumentis cantari cõmodissimæ. Monachij, 1569. Eiusdem selectiorũ aliquot cantionũ sacrarum sex vocum fasciculus, cũ tribus dialogis octo vocũ. Ibidem Cantionũ sacrarũ libri duo, quatuor vocũ aucto-ribus Orlandi de Lassus & Cyriano de Rore, Louuanij. Quatuor libri Cantionũ Gallicarũ iisdem aucto-rib. ibid. Cationes sex quatuor vocũ Latinæ, & totidẽ Germanicæ. Italicæ Gallicæ cũ dialogo 8. vocũ. Monachij, 1573. Magnificat 8. tonorũ. Norimb. Cationũ Germ. ad instrumenta accõmodatarũ pars secunda quinq; vocũ. Monach. 1573. Lectiones nouem ex lob, quatuor vocũ, Norimbergæ, 1567. Madrigalium lib. 4. quinq; vocum,

Venetijs apud Gardanum. Moduli quinis vocibus nunquam editi hæcenus. Monachij, 1571.

* Oronius Modestus magnus Britanici generis vates poemata quædam eruit è Latino & Græco sermone. Claruit anno 355. Baleus.

Orontij Finei Delphinatis Protomathefis, opus variũ, ac scitu non minus vtile quàm iucundũ, editũ Parisijs, 1532. apud Gerhardũ Morrhiũ, insunt autẽ. de arithmetica practica li. 4. de geometria lib. 2. de cosmographia, siue mundi sphaera lib. 5. proprijs ipsius authoris cõmentarijs elucidati: de solaribus horologijs & quadrantib. lib. 4. Omnia decetibus figuris ab ipso met. authore depictis, annotamentisq; marginalibus, & proprio singulorũ indice illustrata. eiusdẽ quadrans vniuersalis astrolabicus, seorsim impressus. demonstraciones in sex priores lib. Euclidis, ibidem excusæ. Orbis totius recens & integra descriptio, ad cordis humani effigiẽ, eodẽ authore impressa Parisijs, 1536. apud Hieronymũ Gormontium in tabula. Gallia totius noua descriptio, Gallicè edita. Parisijs apud Simonẽ Colinaũ, 1525. in tabula. Noua descriptio terrarũ, ad intelligentiã vtriusq; testamẽti maximẽ cõducentium: excusa Parisijs, ann. 1536. apud Hieronymum Gormontiu. Eiusdẽ Arithmetica practica, ex nouissima authoris recognitione amplior atq; emendatior facta: tertia editione excusa est Parisijs apud Simonẽ Colinaũ, ann. D. 1542. De mundi sphaera lib. 5. noua methodo ab authore renouati, proprijsq; tũ cõmentarijs & figuris, tũ demonstracionibus & tabulis recens illustrati. Item restarum in circuli quadrante subtensarũ (quos sinus vocat) demonstratio, supputatioq; facillima, cum eorũ dem sinuum tabula. Organũ vniuersale ex supradicta sinuum ratione contextum. Liber ibidem excusus, 1542. in fol. chart. 59. Quadratura circuli inuenta & demonstrata. De circuli mensura & ratione circumferentiæ ad diametrum, demonstrationes duæ. De multangularum omnium & regulariũ figurarũ descriptione. De inuenienda longitudo locorũ differẽtia aliter quàm per lunares eclipses, etiã dato quouis tẽpore. Planisphaerium geographicũ quo tum longitudinis atq; latitudinis differentie, tum directæ locorũ deprehenduntur elongationes. Liber ibidem excusus, ann. D. 1544. in fol. char. 30. Aequatorium planetarum sub quadrangula & altera parte longiori forma comprehensum. Theoricæ planetarum Gallicè conscriptæ & elegantissimis figuris ornatae: vnã cum Armillis & Meteoroscopio Ptolemæi. Almanach coniunctionum & oppositionum luminarium, cum ijs quæ ad ecclesiasticum computum spectare videntur, 35. annis inseruiens. Aliud almanach vniuersale magis, pluribus annis duraturum. Descriptio orbis sub gemina cordis humani figura. Omnia hæc Parisijs excusa sunt. Præterea scripsit multa quæ an edita sint ignoramus, veluti sunt Theoricæ motuum cœlestium in suam harmoniam redactæ, & figuris, scholijs, ac demonstrationibus, illustratæ. Liber de componendis artificialibus theoricis. De ratione partium usũque astrolabij lib. 3. Liliũ astronomicum, vniuersal motuum cœlestium praxim & theoricam breuiter complectens. Directorium plane

planetarum, circa limbum astrolabij & seorsim etiam contextum. Nouæ quadrantum, & horariorum annulorum descriptiones. Galliarum chorographia noua. Topographia Delphinatus, Prouinciæ, Saubaudia, & patriæ Pedemontang. Noua orbis descriptio geminis constans hemisphærijs, ex fidelioribus terrarum obseruationibus deprompta. Molitur & alia plurima circa Euclidem & magnam Ptolemæi constructionem. ærem cælestium motuum tabulas. Emendauit quoque non pauca aliorum scripta, & figuris, scholijs, appendicibusque ornauit, ut Margaritam philosophicam, Sphæram Io. de Sacrobusto, Elementa astronomiæ, & quædam alia. Floruit an. 1553.

Orosius: vide Paulus *Orosius*.

Orphei plures exiterunt, de quibus Vide *Suidam*, & *Gyraldum* in vitis poetarum.

Orphei Argonautica, hymni, & de lapidibus libellus, omnia Græce heroico versu elegantissime scripta, Aldus excudit Venetijs, cum Musæo, anno 1517. *Suidas* *Orpheum* Crotoniatam versificatorem, Decaeteriam, Argonautica, & alia quædam scripsisse meminit: Hymnos autem, duos *Orpheos* diuersos, Recenset etiam, quæ dogmata ex sacris biblijs hauserit *Orpheus* ille, qui floruit sub Iudicibus Iudæorum. *Orphei* versus aliquot apud *Stobæum* leguntur. Argonautica Græce, cum Latina interpretatione è regione eodem genere carminis innominati interpretis, excusa sunt Basileæ apud *Cratandrum*, anno 1523.

Orpheus cognomento theologus, scripsit de compositis venenis, Gal. lib. 2. de antidotis. *Orpheus* primus omnium quos memoria nouit, de herbis curiosus aliqua prodidit. *Plin.* 25. cap. 2. * *Orphei* cancellarij ordinis minorum liber De ornatu mulierum.

Ortuinus *Gratius*, *Dauentriensis*, scripsit apologiam aduersus *Reuchlinum*, opt. & doctiss. virum, quæ olim excusa est. Idem collegit Fasciculum rerum expendarum ac fugiendarum, cui operi insunt summorum aliquot virorum epistolæ, libelli, tractatus, opuscula, orationes numero 66. in quibus multæ causæ religionis excutuntur. Opus insignè impressum Colonia, anno D. 1535. in folio chartis 35.

* *Orus* *Mendesium* de compositis venenis citatur à *Galeno* lib. 2. de Antidotis.

* *Orus* *Alexandr.* *Gramat.* *Constan.* docuit scripsit de accipitibus; Gentilia quomodo efferenda sint. Solutiones propositionum *Herodiani*. *Tabelulam* suarum rerum. De encliticis particulis. Orthographiam ordine alphabetico. De diphthongo. Orthographiam a diphthongi. Contra *Phrynichum* ordine alphabetico. Florilegium sententiarum. *Suidas*. Eius orthographia & scriptura citantur à *Stephano*.

Orus, vide *Horus*.

Osbertus natione Anglicus, *Carmelita*, scripsit super sententias lib. 4. determinationes varias lib. 1. sermones quoque varios lib. 1.

Osbernus *Dorobernensis*, natione Anglus, monachus *Benedictinus*, scripsit de vocum consonantijs lib. 1. vitam *Dunstani* Archiepiscopi. Historiam *Alphei* Arch. & alia. Claruit anno 1020.

* *Osbernus* *Claudianus* seu *Gloucestriensis* mo-

nachus composuit ad *Gilbertum* episcopum *Herfordensem* super opus iudicum lib. 5. De incarnatione Domini lib. 1. De natiuitate Christi lib. 1. De passione eiusdem lib. 1. De resurrectione quoque lib. 1. *Panormiam* ad *Hamelinum* lib. 1. *Hos* vero scripsit Dialogos, In *Genesim* lib. 1. In *Exodum* lib. 1. In *Numeros* lib. 1. In *Deuteronomiũ* lib. 1. Claruit anno 1140. *Baleus*.

* *Osbertus* *Clarentius* monach. *Fani Petri* quod *Londini* est, scripsit de vita regis *Eduardi* qui aueraxerat cœnobium suum lib. 1. Vitam *Ethelberti* Martyris lib. 1. Vitam diuæ *Edburgæ* lib. 1. Miracula martyris *Eadmundi* lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Aliud epistolarum volumen lib. 1. Claruit anno 1136. *Baleus*.

Osbertus *Pyckenham*, Anglus, ex *Lynnensi* *Nordouolcarum* cœnobio *Carmelita*, scripsit de Conceptione *Mariæ* virginis lib. 1. postillas *Bibliorum*, in textu sententiarum lib. 4. & alia quæ enumerantur à *Io. Baleo* in eius vita. Clar. 1320.

Oseas, vel *Hosea* secundum *Hebræos*, quemadmodum & *Ioel*, & *Amos*, & *Micha*, prophetauit contra decem tribus *Israel*. Extant libri prophetiæ eius capita 14. in Biblijs. Vide plura in *Epiphanio* de Vitis prophetarum.

Osius episcopus *Cordubensis*, ante *Isidorum*, ad quem *Chalcidius* grammaticus *Timæum* *Platonis* traduxisse memoratur, iam senex factus est *Arrianus*. Scripsit adhuc catholicus, ad sororem suam, de laude virginitatis lib. 1. in concilio sententias 18. lib. 1. & plures epistolas. Claruit an. 390.

* *Osmundus* *Neustrius* ex nobili quadam *Norman.* prognatus familia, præter literarum peritiã, erat & rei militaris peritus, scripsit *Consuetudinarium* *Ecclesiæ* lib. 1. *Canones officiorum* eiusdem lib. 1. *Vitam* *Aldhelmi* episcopi lib. 1. Obijt 1099. *Bal.*

* *Ostinus* de *alba Rupe*, doctor & *Carmelita* *Tolosæ*, socius magistrorum *Philippi* *Riboni* ac *Bernardi* *Arioli*, scripsit sermones elegantes lib. 2. Claruit anno D. 1370. *Tolosæ* bibliotheca.

Ostanes inter *Magiæ* scriptores numeratur à *Tertulliano* in libro de anima.

Ostenius Græcus historicus, scripsit miracula & fabulas.

* *Ostophorus* *Pharësis* monasterij alumnus composuit *Homilias* eruditas lib. 1. Claruit anno D. 690. *Baleus*.

Osuwaldus Anglicus, *Carthusianorum* instituti monachus, scripsit de remedijs tentationum lib. 1. meditationes solitarias. Vixit anno 1450.

Osuwaldus *Berus*, artium ac medicinæ doctor, physicus *Basiliensis*, scripsit commentaria in *Apocalypsin* *Ioan.* Librum de veteri & nouo Deo, de veteri & noua fide. *Germanice* in 4. Et alia. Floruit *Basileæ* *Rauracorum*, anno 1551.

Osuwaldus *Myconius* *Lucernanus*, *Helueticus*. ecclesiæ *Basiliensis* hoc tempore vigilantissimus antistes, scripsit commentarios in poema *Henr. Glareani* de situ *Heluetiæ*, quo cum impressi sunt *Basileæ* apud *Io. Frobenium*, 1519. eiusdem ad sacerdotes *Heluetiæ*, qui *Tigurinis* malè loquuntur, suasoria, ut malè loqui desinant, 1524. impres. *Tiguri*, de vita & obitu *Huldrychi* *Zuinglij* libellum, impressum cum epistolis *Zuinglij* & *Ioan. Oecolampadij*, *Basileæ*, apud *Robertum*

Vuiner, anno 1536. in Euangelium Marci doctā & piā expositionem, editam Basileę apud Thomam Platerum anno 1538. in Psal. 101. Domine exaudi orationem meam, enarrationes, excusas Bernę apud Apianum, anno 1548. &c. Ioan. Oecolampadij catechismum ē Germanico in Latinum transtulit, excusum Basileę apud Oporinū anno 1545. Præfatus est etiā in Oecolampadij enarrationes in Matthæum & Marcum. Habet adhuc commentaria in Ionatā, Esaiam & Hieremiam prophetas, in Psalmum 129. & 142. expositiones, Commentaria in Matthæum, Lucam & Ioan. Euangelistas, sermones de pœnitentia, de liberis rectè & ingenuè educandis, de crapula & ebrietate, de fœnore & vsura, & alia multa, quæ ut ad syncerioris Theologiæ candidatorum utilitatem ac ecclesiæ Iesu Christi propagationem edantur, ex animo optamus, & speramus. Epistola Paræneticam ad fratres ditionis Basiliensis quomodo se gerere in turbis his præsentibus uti liter debeant, anno 1534.

* *Osuualdus* monachus Vuigorniensis edidit partim carmine partim soluta oratione. Quasdam invocationes lib. 1. De componendis epistolis lib. 1. De edendis carminibus lib. 1. Claruit anno Domini 1010. Baleus.

Osuualdus Odonius, Vuintoniensis episcopus, scripsit statuta synodalia. Claruit anno Do. 992. quo etiam obiit.

* *Osuualdi* Vlin medici, de pestis cura & præseruatione libellus Germanicus.

Osfrius monachus Vuissenburgensis, cœnobij, ordinis D. Benedicti, German. scripsit ad Luitbertum Moguntinen. ecclesiæ archiepiscopum octauum, in Euangelium opus grande & insigne, quod vocauit, *Gravam Theouista*, distinctum in lib. 5. ad Ludouicum regem lib. 1. ad Salomonem episcopum lib. 1. ad monachos sancti Galli lib. 1. in Psalterium volumina tria. de iudicio extremo lib. 1. de gaudijs regni cœlestis lib. 1. carmina diuersi generis lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno 870. Eiusdem Euangeliorum liber, veteri Franco sermone rhythmicè cōscriptus, impressus est Basileę 1571. in octauo.

Othesias Græcus, miraculosas historias & fabulas cōscripsit.

Othones duo. vide in Iustino Goblero: & inferius, Otho Senonen.

Othonis abbatis ad Turpionem episcopum, de institutione diuina libri sex, extant Viennæ Austriae apud Vuolfgangum Lazium.

* *Otho* de S. Blasio, ad *Othonis* Frisingens. Chronica Appendicem, scripsit vsque ad tempora Rodolphi Habespurgij.

Otho Brunfelsius Magnuntinus, Germanicus insignis, scripsit in Theologia ac medicina multa, quæ hinc inde à diuersis excusa sunt: vide licet de disciplina & puerorum institutione parænesim. Catechesin, id est, Christianam institutionem puerorum in fide, literis, & moribus, ex probatissimis authoribus: impressam Argentorati apud Egenolphum, an. 1529. & Parisijs apud Rober. Stephanum. Confutationem sophisticas, quam collegit ex antiquis theologis: libellus impressus Selestadij, de ratione decimarum propo-

sitiones, excusas Argentinae. item problema vnum, de ratione Euangeliorum. & alterum, quare in parabolis locutus sit Christus, orationem ad Christianos principes, de bello Turcis inferendo, impressam Basileę apud Thomam Platerū, 1538. cum alijs quibusdam. Multa eius opuscula theologica, impressa sunt cum Ioannis Huius alia quot libellis. Annotationes in 4. Euangelia & Acta Apostolorum, ex orthodoxis sacraū literarum scriptoribus congestæ, impressæ Argentorati apud Georgium Vlricherum 1535. Loci communes ferè omnium capitum, per quatuor Euangelia & Acta apostolorum, excusi Argentinae apud Ioan. Schottum, anno 1519. Pandectas scripturarum veteris & noui Testamenti secundum locos communes, Vuesthemerus excudit Basileę anno 1537. Eisdem etiam deinde non pœnitenda accessione auctas, adiectis exemplis, cum ex historijs Ecclesiasticis, tum Ethnicis, idem recudit anno 1547. & Brylingerus anno 1551. in medicina verò ab eo scripta, sunt hæc: Catalogus illustrium medicorum, siue de primis medicinæ scriptoribus liber, breuiter eorum scripta commemorans, ex Galeni, Plinij, scriptorum de re rustica libris, &c. collectus: impressus Argentorati anno 1530. apud Ioan. Schottum. Theses seu communes loci totius rei medicæ: item de vsu pharmacorum, deq; artificio suppressam aluum ciendi: Georgius Vlricher excudit Argentorati, anno 1532. Adiecta est tabula, quæ continet medicamenta composita purgantia, & præparantia ad purgationem cum dosi singulorum assignata. Iatriæ medicamentorum simplicium, continens remedia omnium morborum, qui tam hominibus quam pecudibus accidere possunt: opus præclarum, cui hætenus par in lucem non prodijt, digestum in lib. 4. ibidem excusum anno 1533. Onomasticon medicinæ, continens omnia nomina simplicium, medicamentorum simplicium, aliarumq; rerum omnium ferè ad medicinam pertinentium, ac philosophiam naturalem, historias medicorum, &c. secundum ordinem literarum, ex omni autorum genere cōsarcinatum: præpositis à principio tabulis nominum anatomes, & ægritudinū totius corporis humani Græce ac Latine: item Saladini iudicio de ponderibus medicinalibus: opus impressum Argentorati, anno 1534. Idem anno 1542. rursus ibidem excusum est, ab amicis quibusdam Brunfelsij, auctum & recognitum. Herbarum viuæ icones ad naturæ imitationem effigiatæ, vnà cum effectibus eorundem, & nominibus Latinis, Græcis ac Germanicis, editæ, anno 1532. cum appendice Isagogica de vsu & administratione simplicium, & aliquot tabulis varii argumenti in re medica. Ioan. Schottus excudit Argentorati. Tabulæ verò seorsim excusæ sunt Parisijs, anno 1540. apud Aegidium Corrozet, sub titulo Epitome medicinæ. Tomus secundus Herbarij excusus postea apud Schottum cum alijs. Tertius nondum editus est. Exierunt & Germanice scripti Herbarij libri ab hoc autore, cum figuris. Marcelli Virgilij commentarios in Dioscoridem, vbi videbantur superflui & tanquam luxuriari, refecuit, ita ut nihil inesse parerent. Impressi sunt Argentinae, vnà cum textu Dioscoridis

Dioscoridis Græco & Latino. Scripsit prætetæ orationes patrum vtriusque testamenti, libellum de decimis, libellum de reformatione Apothecarum: Prognostica ex diuinis literis, in quibus disertè contra Astrologiam iudiciariam differit. Præterea non paucos bonorum authorum libros vti Ioan. Huf. Serapionis, Rasis, Auerrois, Laurentii Phrisij, medicorum præclarissimorum, emaculauit. Claruit Bernæ Heluetiorum, anno 1534. quo etiam obiit.

Otho Cerberus Pabergensis, scripsit assertionem sententiæ, Sola fides iustificat, seu de exclusiua, Sola, in loco de iustitia coram Deo. Libellus excusus est Lipsiæ 1550.

Othonis Constantiensis episcopi Obsequiale, vel Officiale impressum in 4.

* Othonis Cöber Bambergensis Resolutæ quæstiones 138. de molesta senectute. Norimbergæ Petreius 1537.

Othonis Cremonensis rhythmi de electione meliorum, simplicium ac specierum medicinalium, impressi sunt Francof. a Christiano Egenol. an. 1553. tum libello scholæ Salernitanæ de sanitate tuenda: & eodem anno Parisijs apud Carolum Perier.

* Otho Demeringus Metensis Canonicus, quinque libros experientiarum Ioan. Monteuiilani Angli è Latina & Gallica lingua in Germ. translulit. Argentorati impressit Knoblochus 1507.

* Otho Frisingensis episcopus natione Germanus D. Leopoldi Marchionis Austriae & Frederici Romanorum imperatoris patruus. scripsit historiam rerum gestarum ab Origine mundi vsq; ad Eugenij III. P. M. & Imp. Conradi III. tempora lib. 8. De gestis Frederici primi Aenobarbari Caesaris Augusti lib. 2. De dialectica etiam & philosophia opuscula nonnulla. Historiam Austriacam quæ manuscripta extat apud Vuolfgangum Lazium. Obijt anno Dom. 1159. Historia ab origine mundi & libri de gestis Frederici Imp. excusi sunt Argentinae apud Schurerium, anno 1515. vna cum Radeuici Phrisingensis ecclesiæ Canonici libro de gestis eiusdem Frederici. Eius Chronicon, siue rerum ab orbe condito ad sua vsque tempora gestarum lib. 8. Item de gestis Frederici I. Cesaris ad vetera exemplaria recognouit P. Pithoeus. Basileæ edidit Perna cum quibusdam alijs Germaniæ historicis.

* Othonis Kemperi in vniuersam oratoriæ facultatis artem Methodica institutio per Erotemata conscripta. Basileæ in octauo 1569.

Otto Lupanus, natione Italus, vertit Luciani opusculum de dea Syria, quod etiam commentario illustrauit.

Otho Morena Laudensis citatur inter illos scriptores, ex quibus memorabilia sua Baptista Fulgosus collegit.

Otho Senonen. I. C. reliquit summam, & librum de interdictis possessorijs. Vide in Iustino Goblero supra.

* Otho I. C. alius à Senonensi scripsit & ipse summam de ordine iudicario seu processu iuris.

Otho Vuerdmullerus Tigurinus, scripsit de dignitate vsu & methodo Philosophiæ moralis, quam Aristoteles ad Nicomachum conscripsit lib. 2. Hieron. Curio excudit Basileæ; 1545. item

Commentarium perquam eruditum in orationem Ciceronis ad equites Romanos anequam iret in exilium. editum sub nomine Myliandri Tigurini, Basileæ apud Rob. Vuinter 1539. vna cum aliorum lucubrationibus in omnes orationes Ciceronis: & Parisijs apud Mich. Vascofan. seorsim, an. 1540. Item Tiguri apud Froschouerum in 8. ex recognitione auctoris, & Basileæ apud Oporinum, anno 1553. cum diuerforum in omnes orationes commentarijs. Idem scripsit de officio concionatoris Christiani sermones 3. excusos Tiguri à Froschouero in 8. Item Germanice edidit De iustificatione lib. 4. Summam Christianæ fidei. De morte libellum. De afflictionibus. Scripsit etiam commentaria in epistolam ad Galatas quæ nondum sunt edita. Librum de similibus ab animantibus desumptis, impressum Tiguri apud Gestleros. Item librum de bonis operibus. Obijt Tiguri anno 1551.

* Othocus Fruxinensis mysta, deinde monachus Reginoburgensis, suæ tempestatis theologus & poeta præstantissimus, scripsit historias sub imperatore Henrico quarto. Auentinus.

Ottomarus Luscinus Argentoratensis, lucubrationes aliquot minime indoctas studiosis communicauit, ex quibus sunt, Grunius sophista, siue pelagus humanæ miseræ, quo docetur verum hominis an bruti animantis natura ad virtutem & felicitatem propius accedat. Knoblochus excudit Argentinae, anno D. 1522. Progymnasmatata Græca literaturæ, cum auctario, quo docetur qua ratione citra præceptoris operam, Græce discere possis; ibidem excusa, anno 1523. Seria iocoseque, quibus continentur Plutarchi commentarijs docens quomodo deprehendas te certo profecisse circa virtutem; & Epigrammatum Græcorum veterum Centurij dug, Latinitate per Luscinium donata, cum in dicit rerum per epigrammata sparsim digestarum, & epitome prædicti libelli Plutarchi: Liber excusus, anno 1529. Argentorati. Senarij, prouerbiales Græci, à Stobæo collecti, secundum locos communes, à Luscinio in senarios Latinos conuersi, ibidem impressi, anno 1521. Isocratis Parænesis ad Demonicum; & oratio de gubernando regno ad Nicoclem, eodem interpretate: ibidem excusa Græce & Latine, anno 1515. Ex Plutarchi opusculis Moralibus nonnulla translulit, quæ cum cæteris Latine redditis alijs quor Plutarchi libris, Basileæ apud Cratandrum olim excusa sunt: videlicet, Quomodo oporteat adolescentem audire poemata, de audiendo, de amicitia cum multis, de fortuna, de virtute & vitio, an satis sit vitium ad infelicitatem, quod virtus per doctrinam acquiri possit, quomodo quis sentiat se virtute proficere, Symposiacorum liber 1. Idem scripsit etiam Allegorias Psalmorum Dauidis secundum literarum ordinem. Impressas Parisijs cum allegorijs ac tropologijs vtriusque Testamenti, anno 1551. Claruit anno 1535.

Othofredus. Vide Othofredus.

Oudarius semilatinus autor, scripsit historias, in quibus Auentici ab Alemannis vastati mentionem facit. Quem in historia sua Paulus Aethilius inter primos secutus est.

Pacatus vide in Latino.

Pacatus, qui & Minutius & Irenæus vocatus est, Alexandrinus grammaticus, scripsit de Alexandrina dialecto, vel Hellenismo libros 7. ordine alphabeti, de Attica consuetudine in dictionibus & accentu ordine alphabeti libros 3. de proprietatibus Atticæ & Doricæ dialecti, de Atticismo, & aliâ multâ. Suidas.

Pachymius abbas, fundator Aegypti cœnobiorum, scripsit epistolas aliquot, ad Cornelium abbatem, ad præpositos cœnobiorum, ad Syrum abbatem, & fratres foris operantes, regulam quoque monachorum lib. 1. Vide plura apud Gennadiū. Tritemius Bachomium vocat. Pacomij abbas sententiæ quædam citantur in libello Coloniae impresso, 1531. de officio rectoris ecclesiæ. Claruit anno 390.

Pacianus in Pyrenæi iugis, Barcionæ episcopus, scripsit varia opuscula, de quibus est *ἐπιστολὴ*, & contra Nouatianos. Sub Theodosio principe iam vltima senectute mortuus est. Hieronymus. Eius Paræneses aliquot impressæ sunt.

Pacificus Maximus Aesculanus, scripsit multa carmine, cuius Lucretiæ libri duo, & Virginiæ libri totidem, excusi sunt per Hieronymum Sonecisinum, anno 1500. Scripsit præterea Elegiarum libros XX. de bello Spartico lib. VI. de bello Cyri regis Persarum lib. 7. de bello Syllæ & Marij lib. 11. Grammaticam, de componendis carminibus. Declinationes verborum Græcorum. Poema ad Ioannem Salualium, inuectiuam in Angelum Politianum, &c. Eiusdem regulæ grammaticales per breues, tum prosarum metro, excusæ sunt Fani per Hieronymum, anno D. 1506.

* **Pacis** Scalæ Patavini, De consilio sapientis in forensibus causis adhibendo. De contractu, vltimatum voluntatum compositione ad sensum sapientis.

Frater Paduanus de Grassis Barolita, scripsit Enchiridion scholasticum contradictioni in quodlibet liberalium doctoris subtilis Scoti: impressum Venetijs anno 1544. ad signum cognitionis. In præfatione eodem anno scripta, testatur se prius etiam Concilium Pauli, id est Harmoniam ex apostolicis monumentis hausitam, in lucem edidisse. Idem scripsit librum De republica ecclesiastica, excusum Venetijs in 8.

Penonis Amathusij scripta citantur apud Plutarchum in vita Thesei.

Peti cuiusdam epistola, impressa cum epistolis Hippocratis: de illo enim scribit ad Artaxerxes.

* **Paganus** Dominicani ordinis inquisitor in Lombardia, pro fide multis concisus vulneribus & tandem lancea confossus, scripsit Postillas penè super tota Biblia.

* **Patanij notarij** Metaphrasis Græca in Europij Romanâ historiam Incipit, *τῆς παλαιῆς ἱστορίας ἐπιτομὴ*, &c. extat in bibliotheca P. Puhoei.

Palamon Vincentinus grammaticus, scripsit libros de arte grammatica. Claruit Claudij Cæsaris temporibus.

* **Palaologus** contra Mahumetistas extat apud

Michaelē Sophianum.

Palaphatus Abydenus historicus, scripsit Cypriaca, Deliaca, Attica, Arabica. floruit sub Alexandro Magno. Suidas.

Palaphatus Aegyptius, aut Athenien. grammaticus, scripsit Aegyptiacam theologiam, de fabulosis librum 1. solutiones fabulose dictorum. Hypotheses in Simonidem. Troica, quæ alij ad Atheniensem Palaphatum, alij ad Parium referunt. Scripsit & historiam propriam. Suidas.

10 * **Palaphatus** Atheniensis versificator, filius Astæi & Bius: aut vt alij dicunt, Ioclis & Meranire: alij Mercurij. Fuit quorundam sententia, post Phæmonoen: aliorum verò etiam ante illam. Scripsit Cosmopœciam, id est mundi fabricam, versibus circiter 5000. Apollinis & Dianæ partum versibus 3000. Veneris & Cupidinis voces & terminationem versibus 1000. Latong comâ Suidas.

20 **Palaphatus** Parius aut Priensis, sub Ariaræte, scripsit apiston, id est de non credendis historijs libros quinq;. Eius poetiarum fabularum, siue de non credendis fabulosis narrationibus liber Græcus, impressus Venetijs ab Aldo, cum Aesopi fabulis, &c. & Basilæ apud Ioannem Oporinum Græce & Latine, Philippo Phasianno interprete, cum Phurnuro. * **Palaphati** *ἐπιτομὴ* libri quinq; fragmentum extat pauum, citat Probus super hoc versu ex 3. Geor. Frena Pethrenij Laputæ gyrosc; dedere. Et ipse Maro in Ciri, Dofia Palaphatia testatur voce papyrus.

Palamas quidam scripsit epistolas Græcas, quæ extant Romæ in Vaticana bibliotheca. Vide supra Gregorium Palamam.

Palamedes Eleates grammaticus, scripsit de comica & tragica dictione, Onomatologô, & Commentarios in Pindari poetam.

Palamedis Argiui (popæi) poemata, ab Homero aliqui ferunt abolita, propter inuidiam. Vide Suidam.

Pales antiquus scriptor, citatur à Plinio Naturalis historiæ lib. 8.

Palentinus episcopus, edidit descriptionem Hispaniæ in pressam in Italia.

Palaia plurima epigrammata passim in Florilegio Græco legitur. & inter cætera quædam in Themistij philosophum, vnde coarctum illi fuisse apparet.

Palladius Græcus natione, Britannorum sue Scotorum insulæ, Herbertensis à Cælestino Papa primus ordinatus episcopus, scripsit vitæ D. Ioannis Chrysofostomi, contra Pelagianos, & Homelias plures. Claruit anno Domini 431. Palladij Helenopolitani episcopi, Vitam Chrysofostomi, Ambrosij Camaldulensis & Græcorum Latinum sermonem transfudit: liber impressus in Italia anno 1533.

Palladij Cuiusdam expositio Græca in librum Hippocratis de morbis acutis, extat Venetijs apud Diergnm Humradum. * **Palladij** Sophistæ in 6. Epidemiorum in bibliotheca Ioan. Sambuci.

60 * **Palladius** monachus Euagrii discipulus imperante Theodosio maiore, quo tempore vixit etiam D. Hieronymus, conscripsit librum cuius titulus Lausiaca: quæ est historia ad Lausum: hanc ex

hanc ex Græcō conuertit Gentianus Heruetus, Parisijs excudit Bernardus Turrifanus anno D. 1555. & 1570.

Palladius Methonæus sophista, sub Constantiâ no rege, scripsit de festis apud Romanos, Colloquia, Sermones diuersos, Olympicum, Panegyricum, Iuridicalem, Suidas.

Palladij, vrbis Suedrorum in Pamph. magistratus, epistola ad Epiphaniū, quærens de Trinitate diuina, Ancorato Epiphaniij lib. præponitur.

Palladij Rutilij Tauri Aemiliani de re rustica lib. 14. impressi Lugduni apud Gryphium anno 1535. & alibi, cum Columella & reliquis rei rusticæ scriptoribus Latinis.

* *Pallas* qui Mithræ mysteria optime descripsit tempore Adriani imperatoris, citatur à Porphyrio *ἡσπὶ ἀνομή*, &c.

Paminacij scripta citantur apud Fulgentium in Mythologicis.

Pammachij & Oceani epistola ad D. Hieronymum, habetur tomo 3. operum Hieronymi.

Pammasis scripta citatur in Commentarijs Arati. Forte Panyasis.

* *Pamphile*, Epidauria sapiens, filia Soteridis; cuius etiam libri esse dicuntur, vt Dionysius lib.

30. Musicæ historiæ traditur verum (vt alij scripserunt) Socratidis mariti eius: scripsit historicos cōmentarios lib. 33. Epitomen Ctesia lib. 3. Epitomas historiæ aliorumq; librorum plurimas. De controuersijs, de rebus Venerijs, & alijs multis, Suidas. *Pamphilus* *ἡσπὶ ἀνομή* siue Cōmentariorum liber secundus & 5. & 25. & 32. citantur à Laertio.

Pamphilus presbyter, Eusebij Cæsariensis episcopi necessarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt maximam partem Origenis voluminum sua manu descripsit, &c. Scripsit antequam Eusebius scriberet, apologeticū pro Origene, & passus est Cæsareg Palestine sub persecutione Maximini. Hieron. Tritemius scribit, eum esse passum anno D. 240. & scripsisse etiam contra Mathematicos lib. 1. item epistolas aliquot. Apologia eius pro Origene, habetur excusa cum operibus Origenis: & in secundo tomo operum D. Hieronymi.

Pamphilus Amphipolites, aut Sicyonius, aut Nicopolites, philosophus, cognomine Philopragmatos, scripsit icones ordine literarum, attem grāmaticam, de pictura & pictoribus claris, Georgicos libros 3. Suidas, in Geponicis Constantino adscriptis etiam allegatur.

* *Pamphilus* Alexandrin. grāmaticus Aristarch. scripsit Limonem, Pratum, id est variarū rerum collectanea. De glossis, id est obscurioribus verbis lib. 205. vel 75. Sunt autem ab E litera vsque ad Ω. Nam quæ incipiunt ab A vsq; ad Δ. Zopyrion fecerat. In Nicandri nondum explicata, & quæ *ἀνομή* dicuntur: Artem censoriam, & alia complura Grāmatica. Suidas. *Pamphili* Pratum distionum Suidæ Lexico accessit: Liber eius de nominibus & glossis, ab Athenæo citatur.

Pamphilus quidam de stirpibus volumen edidit ordine literarum, in quo sæpe fabulas quasdam aniles recenset, & superstitiosa quædam describit, & incantationes quibus in eruendis her-

bis quidam vtuntur: Quin & amuleta quædam & alia vana, non curiosa solum & extra rem meâ dicam, sed & falsa omnia. Solet autem vnicuique herbae primum varia nomina adijcere, vt Aegyptia, Babylonia, & quæ quidam peculiari-ter, aut symbolice eis imposuerunt, &c. Galenus.

Pamphili tetraſtichon li. 3. Florileg. sectione 24. * *Pamphili* Molli singularia & cautela: item Glossæ super constitutionibus regni Siciliae, & ritibus magnæ curiæ vicariæ.

Pamphili Montij, Bononiensis, Scholæ Patavinæ publici professoris, methodus medendi, in ijs quæ ad Galeni doctrinam spectant, opus vtile ijs qui medicinæ præxim exercent: additis quibusdam ad hac materiam maxime necessarijs. Eiusdem auctoris lib. 4. Primus, De subiectio medicinæ. 2. De tribus doctrinis ordinarijs. 3. De æquali ad pondus. 4. De hominis temperatura ex Galeni intentione. Hieronymus Scotus impressit Venetijs, anno Dom. 1545. in octauo chart. 32. * Eiusdem commentarij in Galeni libros de febrium differentijs, Bononiæ anno 1567. Item Annotationes in Archillini opera in vnum volumē collecta. Venetijs, anno D. apud Hierony. Scotum in folio.

Pamphili Saxi opera quædam edita feruntur.

Pamphili cuiusdam fragmenta multo medicinæ, cum Absyrto & reliquis eiusdem argumenti leguntur.

* *Pamphilus* quidam, homo eruditus, edidit Carmina non indocta lib. 1. Ioannes Lelandus.

Pamphus Atheniensibus hymnos antiquissimos scripsit, vt testatur Pausanias lib. 7.

Pamprepius Panopolita, heroici carminis poeta, floruit tempore Zenonis Imp. scripsit Etymologiarum expositionē. Isaurica oratione soluta, Suidas, qui multa præterea de moribus & vitâ huius scribit.

Ex *Panchario* quædam Græce in medicina, extant alicubi in Italia.

Panætius grāmaticus allegatur ab Virbano Belunensi.

Panætius Rhodius senior, philosophus, plurimos in philosophia libros edidit. Suidas. Citatur ab Athenæo quoque.

Panætius iunior Nicagoræ filius, Rhodius, philosophus Stoicus, Diogeni familiaris, is est quæ Cicero secutum se testatur in libris officiorum. *Panætius* Stoicus *ἡσπὶ ἀνομή*, *ἡσπὶ ἀνομή*, *ἡσπὶ ἀνομή* citatur à Laertio.

Panæti cuiusdam rhetorica Græca, Romæ in Vaticana bibliothecâ.

Panocrates poeta Alexandr. tempore Adriani Imp. Huius historia apud Eustathium in Homerum legitur pag. 1616. Rom. editionis.

* *Panocrates* Arcas librū edidit inscriptum *ἡσπὶ ἀνομή* id est opera marina, carmine. Citatur hoc opus ab Athenæo & eiusdem *ἡσπὶ ἀνομή*.

* *Panocratius*. Huius feruntur libri de arte cullinaria secundū quamuis cōuersionē. Floruit tempore Leonis senis vsq; ad Zenonem. Suidas.

Panocratius sophista reliquit cōmentarios in artem Minuciani. Suidas.

Panocrati Iustin. Veneti, Paradoxa exc. sunt in Italia, item liber eiusdem de Aristocratiâ Venet.

Pancratij tetraſtichon lib. 3. Florilegij Græci, & aliud lib. 6.

* *Pandophilus* in Turba, citatur in libello chymico Hortulani philoſophi.

Pandulphi Angli De meatib. terræ libri, in quibus cunctas venas, meatus atq; editus ſubterraneos, conſlexiones, ſpecus, antra interiora, latibula, cauernulaſq; terrarum poroſitates, profunditates, concauitates, totiuſq; ſæculi materialis, & ambitus ſubtus terram, enumerat ſigillatim. Ad 10 ducitur hoc modo in libro qui inſcribitur *Lumen animæ*.

Pandulphi Collenutij Piſaurenſis I. C. oratio ad Auguſt. principem Maximilianum Cæſarem, dicta Aeniponti in auditorio Cæſaris: impreſſa eſt Baſileæ apud Ioannem Frobenium, anno 1520. cum multis veterum panegyricis. Eiuſdem deſenſio contra Leonicum Pliniomaſtigem, impreſſa cū ſecundo tomo herbarij Othonis Brunſelſij, præcipuè ſuper medicamentis ſimplicibus. 20 Compendium hiſtoriæ Neapolitanæ, excuſum typis. Eiuſ dialogos quatuor, nempe Agenoria, Miſopenes, Alethia & Bombarda, ad Herculem Eſtenſem Ferrarienſium ducem, excudit Ioannes Oporinus Baſileæ, cum Ioannis Artopœi colloquijs, anno 1547. Miſopenes eiuſ qui auri ac ſapientiæ ad vitanque felicitatem uſum indicat, excuſus eſt Argentorati à Schurerio, anno D. 1510. Scripſit etiam libellum de vipera, & facetiſſimū capitiſ ac pilei dialogum. Eiuſdem Neapolitanæ 30 hiſtoriæ li. 6. ex Italico ſermone in Latinum conuerſi, à Ioanne Nicolao Stuppano Rheto, Baſileæ anno 1572. editi.

* *Panolbius* poeta, ſcripſit diuerſa: & ad Aetherium poſt morbum verſibus: & ad Erythrium, ac ad Dorotheum principem & comitem, ad Aphthonium comitem, & epitaphium Hypatiæ ſiliæ Erythrij, Suidas.

Pancormici de omnibus regulis, Moniſcarnotenſis epiſcopi, de multimoda diſtinctione ſcripturarum tractatus diuiſus in partes 8. 40

Panprepius Panopolita poeta, ſcripſit de Erymolegis & Iſaurica, proſa oratione. Volater. Pamprepius dicitur Suidæ.

Pantenus Stoicæ ſectæ philoſophus, ſub Seuero principe & Antonino Caracalla reliquit aliquot commentarios in ſanctam ſcripturam. Vide plura apud D. Hieronymum.

Pantaleon Bartholomæus Rauerinus, ſcripſit epitomen in proſodiam ex varijs ſcriptoribus compendioſe collectam, excuſam Pariſijs apud Michaellem Fezandat & Robertum Granlon, anno 1551. 50

Pantaleon Calderij, ſcripſit in locum primi Cod. de reſe. vend.

* *Pantaleonis* Candidi Auſtriaci, Loci Theologici ſummâ fidei Chriſtianæ complectentes verſibus conſcripti: vnâ cum carminum ſacrorum libro primo, precibus ſacris & Catecheſi, Baſileæ apud hæredes Bryllingeri 1570. Eiuſdem Elegiæ 60 precationū ex Euāgelijs Dominicalibus. Ibidè.

Panthaleon de Vercellis, ſcripſit Pilularum lib. 1. de lacticinijſ lib. 1. qui excuſi ſunt Lugduni anno D. 1525.

Panthaleontis Magnæ Dei eccleſiæ diaconi, de

luminibus ſanctis (id eſt, de Domino Chriſto, & S. Ioanne eiuſ præcurſore) ſermo, excuſus eſt Baſileæ apud Henricum Petri, cum alijs veterum theologorum opuſculis, anno D. 1551.

* *Pantelei* carmina citat Stobæus in ſermone de fortitudine.

* *Panyaſis*, Poliârchi F. Halicarnâſſeus, aruſpex & poeta heroicus, extinctam poeſim quaſi poſtliminio retiocauit. Duris autem ſcripſit, Dioclis fuiſſe filium & Samium: quemadmodum Herodotus Thurium. Memoria traditum eſt, Panyaſim Herodoti hiſtorici eſſe patruelem. Natus eſt Olympiade 78. quorundam ſententia multo ante, temporibus Perſicis: occiſus eſt à Ligdamide tertio Halicarnâſſeorum tyranno. Inter poetas poſt Homerum recenſetur quorundam iudicio etiam poſt Heſiodum & Animachum. Scripſit Heracliada libriſ 14. Ionica Pentametris. Sunt aut de Codro & Neleo & Ionicis colonijs verſus 20 ad 7000. Suidas. Verſus Panyaſidis 19. leguntur apud Stobæum ſermone de incontinentia. Citatur ab Athenæo, Pauſania, Stephano. Clemens Alexandrinus hunc æmulum facit Theognidis, & præterea refert Cleophilo Samio, ſurripuiſſe Oechaliæ captiuitatem.

* *Panyaſis* Halicarnâſſeus, iunior, philoſophus, ſcripſit de ſonijs libros duos.

Papias Ioannis auditor Hierapolitanus epiſcopus in Aſia, quinque tantum ſcripſit volumina, quæ prænotauit, Explanaſio ſermonum Domini. &c. plura apud Hieronymum. Tritemius ſcribit, eum claruiſſe circa annum 100. Roma in Vaticana bibliotheca liber Græcus eſt hac inſcriptione, *τὸ μυστικὸν βιβλίον τοῦ Πάπιας*.

Papias natione Lombardus, grammaticus, ſcripſit de ordine dicendi lib. 1. de linguæ Latinæ vocabulis lib. 1. epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Papię vocabularium impreſſum Venetijs, anno 1491. Claruit anno 1200.

Paphnutij epiſcopi Thebarum Suidas meminit, ſed nihil ab eo ſcriptū refert. Paphnutij collatio de triplici ad ſeruendū deo vocatione & renunciatione, habetur inter Ioan. Caſſiani Collationes.

Pappus Alexandrinus, philoſophus, tempore Theodoſij ſenioris, æqualis Theoni, ſcripſit in Ptolæmei canonem, Chorographiam vniuerſalem, in quatuor libros magnę conſtructionis Ptolemæi commentarios, De fluuijs in Lybia, de interpretatione ſomniorum. Suidas. Commentarij eiuſ in Ptolemæum extant Græcè. Item *Συναγωγὴ μαθηματικὴ*. Lib. X. Romæ in Vaticana. Aſtronomici libri XIII. in bibliotheca Rami: quamuis in indice errore vt opinor librarij Papię inſcribantur. Pappi quædam cum Comicis Apollonij Pergæi excuſa ſunt Bononiæ anno Domini 1566. in folio.

Pappi Paſiphoniſ ſcripta citantur apud Plutarchum in vita Q. Flamini.

Papyrianus grammaticus, ſcripſit librum de orthographia.

Papyrius Fronto, vetus I. C. ſcripſit Reſponſorum lib. 4. Vide Bernardini Rutilij vitas.

Papyrius Iuſtus, vetus I. C. conſtitutionum & decretorum libros 20. edidit.

Papyrij Prætextati vetusti scriptoris fragmentum de Orthographia, impressum cū Q. Rhemnij Palæmonis & aliorum opusculis Grammaticis, Basileæ apud Adamum Petri.

Parasij scriptis Plinius vsus est in conscribendo 35. libro Naturalis historię.

Parati sermones de tempore & sanctis, auctoris non nominati. Argentinæ anno D. 1487.

* Parchor propheta, meminit Clemens lib. 6. Stromaron, in quem expositionum libros scripsit Isidorus Basilidis filius & discipulus.

* Pardulphus Præcius Augustobucconias I. C. scripsit scholiâ in auream summam Azonis, impressa Lugduni cum Azone 1557. CL. an. 1556.

Paris de Puteo iurisperitus, scripsit de bello & duello, de ludô, de milite. Eiusdem de syndicato tractatus, impressus Lugduni. * Tractatus de re dintegratione feudorum, De finibus & modo de cidentibus quæstiones confinium territoriarum, & De verborum significatione. Neapoli 1544. in folio. Tractatus super reassumptione instrumentorum, cum summarijs & repertorijs Ioan. Baptistæ Zilleti. Venetijs anno 1572. in 4.

* Parmenides Eleates Xenophantis auditor aut Anaximadri, scripsit Physiologiam, carmine & alia quedam soluta oratione. Callimachus ipsius poema esse negat. Fertur etiam civibus suis tulisse leges ut ex Speusippo refert Laertius. Fragmenta Physiologie eius excus. sunt ab H. Steph. 1573.

* Parmenides orator alius à superiore, scripsit artem oratoriam. Laertius.

Parmenidæ Macedonis distichon lib. 1. Florilegij. Parmenonis Macedonis multa epigrammata passim in Florilegio leguntur.

Parmeniscus astronomus citatur apud Higinum, & Plinium lib. 18.

* Parmeno Byzantius primò Iamborum citatur à Stephano.

* Parmenonis Rhodij ars magica citatur ab Athenæo.

* Parnasij Sophistæ non incelebris meminit Eu-napius.

* Parthenius Chius versificator, Thestoris F. cognomento Chaos, ab Homero oriundus. Scripsit de Thestore patre suo, Suidas.

* Parthenius Heraclide & Eudoræ F. Hermippo autore, Tiche F. Nicæus aut Myræanus, elegiaci & diuersorū carminum poeta, captus est à Cinna, cum Romani Michridatem debellarunt: postea manumissus propter doctrinam, vixit vsque ad Tiberium Cæsarem. Scripsit Elegias in Venerem. Aretes vxoris epicedion. Aretæ encomion 3. libris, & alia multa. Suidas. Parthenius poeta in Aphrodite, in *ἀφροδίτῃ*, Hercule, Iphiclo, Epicedio in Auxithenim, Propemptico, Citatur à Stephano, apud quem *Νικαῖος* alicubi *παρθεῖος* nominatur. Parthenij Nicaensis, de amatorijs affectionibus liber Græce & Latine. Iano Cornario interprete impressus Basileæ apud Frobenium, anno Dom. 1531. Cornarius hunc eundem esse putat cum Parthenio poeta. Idem etiam librum de fluminibus & montibus Plutarcho inscriptum Parthenij esse arbitrat.

* Parthenij grammatici meminit Suidas in Dionysio Alexandrino: est autem hic alius à poeta,

nam ille sub Tiberio obiit, hic Vespasianorum & Traiani ætate vixit.

* Parthenius ὁ τῆς Διονυσίου ἐν πρώτῳ περὶ τῶν πάρα τοῖς ἰσοπέτοις διέγραψεν ὑπομνήμα, Citatur ab Athenæo lib. 11. Arbitror autem hunc esse cuius Suidas meminit, & Dionysij discipulum vocat.

Parthenij cuiusdam dialogus de humani corporis sectione, impressus Argentinæ apud Ren: Sybold, cum quibusdā Georgij Vallæ opusculis.

* Paschalini Cordigeri Piscariensis poemata, Emprio, Epistolæ, Antropochia, Ichtyas seu Piscaria. Venetijs apud Nicolinum de Sabio 1550.

Pascalis papæ ad beatum Anshelmum epistolæ, seu de eo quod inuestiturâ ecclesiarum laicis indulserit, excusantis: impressa.

* Paschasij Iusti de curandâ in pecuniâ cupiditate libri duo, excusi in 4.

Paschasij de corpore & sanguine Domini liber, extat Viennæ Austriæ apud Vuolfgangum Lazium.

Pascasius Romanæ ecclesiæ diaconus (Gregorio teste) insigne volumen contra errores Græcorum scripsit, de spiritu sancto lib. 3. & quedam alia. Claruit anno 500. Eius lib. 2. de spiritu sancto, quibus & symboli enarratio continetur, aduersus errores Macedonij, Arianorum, Sabellianorum, & Nouatianorum: cum Gregorij epistola ad Eugyppiū, Colonie excusi sunt, anno 1539.

Pascasius Ratbertus abbas Corbiensis, ordinis S. Benedicti, scripsit de sacramento altaris lib. 1. vitam S. Adelhardi episcopi lib. 1. in Threnos Hieremiæ prophetæ lib. 1. qui in Italia impressus est. de Græco etiam nonnulla transtulit in Latinum, & alia multa composuit. Claruit an. 880.

Pascasius Siciliensis episcopus, scripsit ad Leonem papam, de quæstione paschali epist. 2. ad eundem de fontis miraculo, epist. 1. Acta Concilij Chalcedonen. lib. 1. Flor. anno 450. * Paschasini episcopi Lilybetæni Epistola de suppuratione paschalis Festi, ad Leonem P. P. inter Leonis epistolas habetur.

Pascentij Comitum Ariani epistola ad D. Augustinum, numero 176. inter D. Augusti epistolas. item narratio altercationis inter beatum Augustinum episcopum, & Comitem Pascentium Ariantum habitæ, in domo Anicia, Hipponæ regio, præsentem Laurentio viro clarissimo iudice ab utrisque partibus electo.

* Passipontis Electrici feruntur esse dialogi qui vocantur *ἠλεκτροί*, & ab illo Aeschinis dialogis inserti sunt. Laertius in vita Aeschinis.

* Passaretij Summa notabilis de iudicijs. Opus (vt titulus promittit) in principio pretiosum, in medio preciosius, in fine preciosissimum.

* Passieni Pauli opera quedam laudantur à Plinio in epistolis.

Pastor, Vide Hermas.

* Patæci cuiusdam scripta citantur à Plutarcho in vita Solonis.

Paterius Romanæ ecclesiæ notarius & secundarius, colligens omnia diuinæ scripturæ testimonia, per quæ beatus Gregorius papa obscura suæ expositionis dilucidauit, tres libros edidit, duos videlicet de testimonijs veteris testamenti, & vnum de testimonijs noui testamenti, ipsum

que codicem prænotauit testimoniõrum lib. 3.
Titimius, qui claruisse ait anno Domini 600.

Paternus declamator Senecæ cõtemporaneus,
scripsit de re militari, vt refert Vegetius.

* Patricij Adamsoni Scoti Grariarumactio Il-
lustriss. & potētiss. principi D. Elizabethæ Ang.
Fran. & Hiberniæ Reginæ, propter liberatam
ciuili seditione Scotiam, & redactam munitissi-
mam Edinburgi arcem sub fidem Regis: carmi-
ne Elegiaco.

Patricius Cocburnus Scotus, scripsit orationē
de utilitate & excellentia verbi Dei, excusam Pa-
risijs apud Michaelem Fezandat & Robertum
Granson, anno 1551. Eiusdem, De vulgari sacre
scripturæ phrasi li. 2. quorum prior de peccato in
spiritum sanctum (quod aliàs ad mortem & irre-
missibile vocant) tractat: posterior verò difficilli-
mos quosq; & obscurissimos vtriusq; testamenti
locos, hætenus à multis male intellectos, & pe-
ius adhuc interpretatos, summa cum diligētia & 20
fidelitate explicat. Parisijs in officina Roberti
Messelin, anno 1552. in 8. chart. 13.

* Patricius Hammylro illustrissimi generis Sco-
tus, scripsit De lege & Euangelio lib. 1. De fide &
operibus lib. 1. Locorum cõmunium lib. 1. Com-
bustus fuit Anno 1528. Baleus.

Patricius Magonius, à plerisq; ob insignes vir-
tutes Magnus cognominatus, natione Britann.
scripsit ad Cereticum tyrannū librū contra gen-
tilium superstitiones. Obijt prope Dunelm 30
Vltonien. prouinciæ ciuitatem, 491.

* Patrocles quidam Geographica scripsit, quo
teste vitur Eratosthenes; meminit eius Strabo.
Patroclis Thurij meminit Clemens in Prætrepi-
co. Citantur etiã à Plinio Patroclis scripta lib.
16. nat. historiæ: Et apud Stobæum in sermone de
insperatis euentibus senarij 7. leguntur.

Paulæ & Eustochij mulierum epistola ad Mar-
cellam, inter D. Hieronymi epistolas habetur.

Paulinus quidam citatur à Plinio libro quinto 40
naturalis historiæ.

Paulinus presbyter, discipulus beati Ephrē dia-
coni, viuere magistro clarus in doctoribus eccle-
siæ fuit: post illius autem obitum separans se ab
ecclesia, scripsit contraria fidei multa, &c. compo-
suit tractatus de initio quadragesimæ, de die Do-
minico paschæ, de obedientia, de pœnitentia, de
neophytis. Gennadius. 394

* Paulini viri consularis carmen de Ioanne Ba-
pista, elegans & eruditum: item epistolæ III. ad 50
Ausonium, impressa sunt cū Christianorū poeta-
rum veterum operibus, Basileæ an. 1562. Fuit hic
Ausonij discipulus.

* Paulinus Aquileiensis episcopus, scripsit libel-
lum aduersus Felicem Vrgelitanum, & Eliphan-
dum Toletanum episcopos, qui Christum ad-
optiuū Dei fili docebāt, editum separatim 1549.
& in volumine conciliorum tom. 3. Vixit tempo-
re Caroli Magni.

Paulinus presbyter, discipulus S. Aug. Hippo- 60
nensis, & postea episcopus Nolæ Campaniæ, scri-
psit vitam S. Ambrosii Mediol. lib. 1. Vitam S. Fel-
icis Nolani episcopi lib. 1. De sacramentis quosq;
lib. 1. De morte baptizati infantis lib. 1. panegy-
ricum Theodosij lib. 1. hymnorū diuerso carmi-

ne lib. 1. De contemptu mundi lib. 1. De pœnitenti-
a lib. 1. De Benedictionibus patriarcharum lib;
1. De laude martyrum lib. 1. ad Scuerum Sulpiuū
epi. 4. epistolarum ad diuersos lib. 1. Paulini epi-
stolæ & poemata impressa sunt, versūs aliquor e-
ius leguntur apud Pet. Crinitū li. 19. cap. 13. Pau-
lini epistola ad D. August. inter D. Aug. episto-
las numero 31. & aliæ 33. 35. ad Alypiū 36. Pauli.
Therasiæ epistola ad Romanianū 58. Paulini ad
Augustinum. Paulini Nolani episcopi epistola
ad Celaniam matronam, de ratione pie viuendi,
inter D. Hieronymi epistolas habetur. Pauli-
ni epistola ad Sebastianum Eremitam, habetur
in tom. 2. operum Hieronymi. Ponsij Paulini e-
pistolæ 4. ad Ausonium, inter opera Ausonij, qui
& ipse multa ad Paulinum scripsit. Paulini epi-
scopi autographū extat in Epiphaniij operibus
Latina editionis Basileæ. pleraq; eius opuscula
typis excusa sunt. Extat & D. Ambrosij vita ab
eo scripta. Claruit Paulinus presbyter anno 410.
* Quæ Ausonij ad Paulinum leguntur falso ad
Nolanum episcopum referuntur, qui alius est à
Paulino V. C. ad quem Ausonius scribit. Scrip-
sit autem de S. Felice Nolano non tantum vnum
sed X. natalium libros. Panegyricum de pueri
Celsi obitu. Ad Cytherium & ad Nicetam quæ
impressa sunt cum reliquorum Christianorum
poetarum operibus, quæuis Natalium libri
non integri, sed tantum excerpta quædam.

Paulinus Treuirorum Archiepiscopus 28. na-
tione Aquitanus, scripsit pro fidei nostræ certi-
tudine contra hæreticos librum. Obijt an. 1457.

Paulus I. C. antiquus; vide Iulius Paulus.

Paulus apostolus gentium, qui antea Saulus di-
cebatur, extra numerū 12. apost. de tribu Benia-
min fuit, &c. Scripsit nouem ad septem ecclesias,
epistolas, ad Rom. vnā, ad Corinth. duas, ad Ga-
latas vnā, ad Ephesios vnā, ad Philippen-
ses vnā, ad Colossenses vnā, Ad Thessalonicen-
ses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo
duas, Tito vnā, Philemoni vnā. Epistola au-
tem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur,
propter styli sermonisq; distantiam: sed vel Bar-
nabæ, iuxta Tertullianum: vel Lucæ euangeli-
stæ, iuxta quosdam: vel Clementis Romanæ po-
stea ecclesiæ episcopi, quem aiunt sententias Pau-
li proprio ordinasse & ornasse sermone, &c. Vi-
de plura apud D. Hieronymum. D. Pauli episto-
la ad Hebræos lingua Chaldæa edita est, vide in-
fra in Petro Aethiope Item D. Pauli epistola ad
Læodicenses impressa est cum commentarijs Fa-
bri in epistolas Paulinas.

Paulus episcopus, scripsit de pœnitentia libel-
lum, in quo dat legem pœnitentibus, ita debere
dolere pro peccatis, ne supra mensuram tristitig,
immesitate desperationis mergatur. Gennadius.

Paulus presbyter, natione Pannonius, scripsit
de virginitate seruanda & contemptu mundi, ac
vitæ institutione, vel morū correptione, medio-
cri sermone, sed diuino conditos sale libros duos;
ad personam cuiusdam nobilis & Christo dedi-
tæ virginis Constantiæ nomine, &c. Gennadius.

Paulus & Acacius presbyteri archimandritæ,
scripserunt epistolam ad Epiphanium, quæ in
principio operum Epiphaniij impressa est.

Paulus

Paulus epistolæ 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

* *Paulus* quidam scripsit Epitomē in Sex. Pompeij Festi de verborum significacione libros 20. is liber aliquandiu pro Festo in omnibus bibliothecis substitutus fuit.

Paulus philosophus scripsit Isagogen astrologiæ, & apotelesmatica. Suidas.

Paulus grammaticus, scripsit in Cælij historiâ in aliquot comœdijs Afranij, citatur à Charisio. 10

Pauli quadratura, liber impressus, vt est in catalogo bibliopolij cuiusdam Veneti.

Paulus Aegineta medicus, scripsit diuersos libros medicinales. Suidas. à Ioanne filio Serapionis allegatur simpliciter Pauli nomine, & simili ter ab alijs medicis. Eius libri 7. Græci, collatione vetustorum exemplarium restituti, & quibusdam in locis aucti per Hieronymum Gemusæum.

impressi sunt Basileæ apud Cratandrum, 1538, cum epistola nuncupatoria Gemusæi. Latine con

uersi ab Albanò Torino Vitodurensi medico, excusi sunt Basileæ apud Ioannem Oporinum

1551. Eisdem vertit etiã Ioan. Guinterius Andernacius, & adiectis commentarijs illustrauit, excusos Lugduni 1551, & Ianus Cornarius postremo, vnâ cum septem Dolabellarum in eundem

libris nondum excusis. Aeginetæ libros Henr. Stephanus cum alijs præcipuorum medicorum

libris excudit.

* *Pauli* medici de fracturis liber, Græce extat in 30

bibliotheca Diegi Hurtadi; item in Augustanâ. Non est autem alius quàm Aeginetæ qui inter

opera eius habetur.

Paulus Aegyptius sophista, imperantē Cōstantino scripsit hypomnema, Suidas. Eius liber apotelesmaticum Græce extat in bibliotheca Vaticana & Augustæ Vindelicorum.

* *Paulus* Aemilius Veronensis, scripsit de rebus gestis Francorum ad Christianissimum, Galliarum regem Franciscum eius nominis primum, li

bros decem, qui impressi sunt Parisijs in folio & in octauo. Ijdem libri Germanice quoque editi sunt Basileæ *Epist. l. 1. p. 16. p. 22.*

* *Paulus* Aicardius tractationem de morbis cutaneis & omnibus humani corporis excrementis, ex ore Hieronymi Mercurialis excepit, & in quinque libros digessit ac edidit. Venetijs anno Do. 1572.

* *Pauli* Albutij epistola ad Iesuitas, impressa Lutetiæ, anno 1573. in quarto.

* *Paulus* Alpagus promissit se editurum quæ Andreas Alpagus ex Auicēna transtulit, & alia non nulla.

* *Paulus* Angelus de potestate Papæ.

Pauli Annicolæ, Cellæ Veteris abbatis, multi tractatus & opuscula scripta contra Lutherum. De votis monasticis, De missa, De ieiunio, De in

uocatione sanctorum, De vna specie sacramenti, De auctoritate Papæ, De operum meritis, De coniugio sacerdotum. Obijt anno D. 1535.

Paulus Andreas, qui Chalcedicæ oppugnatiōis ni interfuit, citatur in Chronicis Io. Cuspiniani.

* *Pauli* Antonij del Bene, Veronensis l. C. Sittæ gularia & caurelæ.

Pauli Aretini sacra responforia, tum natali Dō

mini, tum Iouis, Veneris, ac sabbati sanctis dici solita, sub musicis rythmis: edita Venetijs apud Scorum, 1544.

* *Pauli* Asphe explicatio in Danielem prophetam, edita Germanice in 4.

Pauli Bagellardi à Flumine liber de ægritudinibus infantium, impressus Venetijs.

Paulus Belmisserus physicus, duos priores libros Aristotelis de animalibus expressit elegijs Latinis 36. quæ suis capitibus respondent, excusis Romæ 1534. Eiusdem Elegiæ 3. vna ad Franciscum Galliarum regem, altera de discessu pontificis in Galliam, tertia ad Clementem pont. max. de bello in Turcas mouendo: item Epithalamium Henrico F. regis Francisci: impressa Basileæ apud Robertum Vuinter; cum varijs aliorum poematis.

* *Paulus* Bernrietensis antistes, monachus Augustinianus, vitam Gregorij PP. (ni fallor septimi) duobus libris complexus est. Auentinus.

* *Paulus* Bizoninus ecclesiæ Gallicæ parochus Pragæ, scripsit prenotationes ante missam Latinam sua cura editam. Pragæ 1543.

* *Paulus* Biscontus, natione Siculus, ordinis Carmeli, Nicolai quinti & Pauli secundi Romanorū pontificum confessor, episcopus Maseriensis & archiepiscopus Panormitanus ac Sicilię Primas trecenta volumina cœnobio sui ordinis Panormitano contulit, ex quibus plurima edidit. Obijt Panormi, anno Domini 1476. Tritemius de lau

de Carmelitarum.

* *Paulus* Bonetus, Gallus, patria Narbonensis, Lunelli Carmelita, scripsit De ortu & floribus suæ religionis Viridariū quoddam lib. 1. Viridarium mundi lib. 1. Conciones ad populum lib. 1. Et aliâ. Claruit anno Domini 1410. Arnoldus Boscius.

Pauli Burgensis. Vide *Paulus* de S. Maria.

* *Paulus* Bushe Bonhomensium sectæ Bristolensis episcopus ob eruditionem factus, scripsit Dialogos quosdam inter Christum & Mariam lib. 1. Super Miserere mei lib. 1. De laude crucis lib. 1. Carmina diuersa lib. 1. In medicinis quædam lib. 1. Claruit anno 1554. Baleus.

Paulus de Castro, iureconsultus celeberrimus, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo. lib. 12. super ff. inforciati lib. 1. 4. super Instituti lib. 4. consilia elegantissima lib. 1. scripsit etiam Singularia, & opus Consiliorum in duo volumina partitum. Citatur quoq; repetitio eius in 1. ff. ver. de iudicijs. l. si de vi. Claruit an. 1437. Consilia eius ab erroribus vindicata, & additionibus, nouisque rerum notabilium summis supra priores editiones feliciter aucta studio & opera M. D. Leonardi à Lege, Venetijs sunt impressa 1570. in folio. & anno 1571.

Pauli Cerrati Albenis Pompeiani, de sacra virginitate lib. 3. excusi Parisijs, vaneunt 10. denariolis Gallicis. Eiusdem epithalamion quoddam excusum est Basileæ, à Roberto Vuinter.

* *Pauli* Cherleri historiæ sacræ de Iesu Christi matre: excus. in 8. De luctu ecclesiæ & Academię Basiliensis in 4.

Paulus de Cittadinis Patavinus iurisperitus, librum edidit de rescriptis.

Paulus de Castro, iureconsultus celeberrimus, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo. lib. 12. super ff. inforciati lib. 1. 4. super Instituti lib. 4. consilia elegantissima lib. 1. scripsit etiam Singularia, & opus Consiliorum in duo volumina partitum. Citatur quoq; repetitio eius in 1. ff. ver. de iudicijs. l. si de vi. Claruit an. 1437. Consilia eius ab erroribus vindicata, & additionibus, nouisque rerum notabilium summis supra priores editiones feliciter aucta studio & opera M. D. Leonardi à Lege, Venetijs sunt impressa 1570. in folio. & anno 1571.

Pauli Cerrati Albenis Pompeiani, de sacra virginitate lib. 3. excusi Parisijs, vaneunt 10. denariolis Gallicis. Eiusdem epithalamion quoddam excusum est Basileæ, à Roberto Vuinter.

* *Pauli* Cherleri historiæ sacræ de Iesu Christi matre: excus. in 8. De luctu ecclesiæ & Academię Basiliensis in 4.

Paulus de Cittadinis Patavinus iurisperitus, librum edidit de rescriptis.

Paulus de Castro, iureconsultus celeberrimus, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo. lib. 12. super ff. inforciati lib. 1. 4. super Instituti lib. 4. consilia elegantissima lib. 1. scripsit etiam Singularia, & opus Consiliorum in duo volumina partitum. Citatur quoq; repetitio eius in 1. ff. ver. de iudicijs. l. si de vi. Claruit an. 1437. Consilia eius ab erroribus vindicata, & additionibus, nouisque rerum notabilium summis supra priores editiones feliciter aucta studio & opera M. D. Leonardi à Lege, Venetijs sunt impressa 1570. in folio. & anno 1571.

Pauli Cerrati Albenis Pompeiani, de sacra virginitate lib. 3. excusi Parisijs, vaneunt 10. denariolis Gallicis. Eiusdem epithalamion quoddam excusum est Basileæ, à Roberto Vuinter.

* *Pauli* Cherleri historiæ sacræ de Iesu Christi matre: excus. in 8. De luctu ecclesiæ & Academię Basiliensis in 4.

Paulus de Cittadinis Patavinus iurisperitus, librum edidit de rescriptis.

Paulus de Castro, iureconsultus celeberrimus, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo. lib. 12. super ff. inforciati lib. 1. 4. super Instituti lib. 4. consilia elegantissima lib. 1. scripsit etiam Singularia, & opus Consiliorum in duo volumina partitum. Citatur quoq; repetitio eius in 1. ff. ver. de iudicijs. l. si de vi. Claruit an. 1437. Consilia eius ab erroribus vindicata, & additionibus, nouisque rerum notabilium summis supra priores editiones feliciter aucta studio & opera M. D. Leonardi à Lege, Venetijs sunt impressa 1570. in folio. & anno 1571.

Pauli Cerrati Albenis Pompeiani, de sacra virginitate lib. 3. excusi Parisijs, vaneunt 10. denariolis Gallicis. Eiusdem epithalamion quoddam excusum est Basileæ, à Roberto Vuinter.

* *Pauli* Cherleri historiæ sacræ de Iesu Christi matre: excus. in 8. De luctu ecclesiæ & Academię Basiliensis in 4.

Paulus de Cittadinis Patavinus iurisperitus, librum edidit de rescriptis.

Paulus de Castro, iureconsultus celeberrimus, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo. lib. 12. super ff. inforciati lib. 1. 4. super Instituti lib. 4. consilia elegantissima lib. 1. scripsit etiam Singularia, & opus Consiliorum in duo volumina partitum. Citatur quoq; repetitio eius in 1. ff. ver. de iudicijs. l. si de vi. Claruit an. 1437. Consilia eius ab erroribus vindicata, & additionibus, nouisque rerum notabilium summis supra priores editiones feliciter aucta studio & opera M. D. Leonardi à Lege, Venetijs sunt impressa 1570. in folio. & anno 1571.

Pauli Cerrati Albenis Pompeiani, de sacra virginitate lib. 3. excusi Parisijs, vaneunt 10. denariolis Gallicis. Eiusdem epithalamion quoddam excusum est Basileæ, à Roberto Vuinter.

* *Pauli* Cherleri historiæ sacræ de Iesu Christi matre: excus. in 8. De luctu ecclesiæ & Academię Basiliensis in 4.

Paulus de Cittadinis Patavinus iurisperitus, librum edidit de rescriptis.

Paulus Citadinus Mediolanensis I. C. scripsit ad Maximilianum Cæsarem de iure patronatus, qui liber editus est Lugduni, 1573. cū alijs qui de eadem materia scripserunt.

Paulus Collectionarius citatur in Boccatij genealogia.

Pauli à Concordia Itali, verba quædam de Tertuliano refert Nicephorus historiæ ecclesiasticæ lib. 4.

Pauli Constantini Phrygionis, Germani, Chronicon regum regnorumq; omnium catalogum, & perpetuam ab exordio mundi temporum seculorumq; seriem complectens, ex optimis quibusq; Hebræis, Græcis & Latinis authoribus cōgestum, Ioan. Heruagius excudit Basileæ, 1534. Commentarius in Micheam prophetam, impressus Argentorati apud Cratonē Mylhū, 1538. Commentarius in Exodum, typis excusus in Germania, in Leuiticum explanatio, omnia eius operis mysteria, quæ multa pulcherrimaq; sunt, ita explicans, ut cuius doctori ecclesiastico ad ædificationem maximopere sint vsui futura. Hen. Petri excudit Basileæ, 1543.

* *Pauli* Constantinopolitani archiepiscopi, qui Monothelitarum hæresim secutus est, epistola quædam habetur in secūdo tōmo Conciliorum.

Pauli Constantinopolitani patriarchæ epistola ad Pontificem & eius Cardinales, item sermones tredecim de consubstāiali trinitate, eiusdem opinor authoris: Romæ visuntur Græce in Vaticana bibliotheca.

Pauli Cortesij protonotarij apostolici, libri quatuor in Sentētijs Petri Lombardi, editi prin. um in Italia, deinde Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1513. & rursus ibidem apud Henr. Petri. Scripsit etiam lib. 6. de principe, ut ipse fatetur in præfatione in sententias Lombardi: & extat eius epistola libr. 8. epistolarum Angeli Policiani. Eiusdem libri de cardinalatu, excusi sunt Cortesij per Nicolaum Nardum, anno Domini 1510. in folio.

* *Pauli* Crellij Commonefactio de verbis Symboli: Credo remissionem peccatorum, & de dicto Pauli, Gratia saluari estis per fidem, nō ex vobis, non ex operibus. Scripta propter corruptelas doctrinæ sincerioris de iustificatione, de pœnitentia, & de bonis operibus, aspersas examini Theologico quod Ienæ edidit Tilemannus Heshusius. Vuitenbergæ, 1571. octauo. Harmonia quatuor Euangelistarum Germanica. Vuitebergæ, 1571. 5^o octauo.

* *Pauli* Crusij doctrina reuolutionū solis. Cum tabulis mediarum conuersionum temporis, & motuum Solis in annis tropicis & sidereis, & alia, in quarto Ienæ, 1567.

* *Pauli* Diaconi Persæ, Nestoriani, Sermo de iudicio citatur in Laterana synodo habita sub Martino 1. Papa.

Paulus Diaconus, Aquileiensis patria, genere verò Longobardus, rogatū Adelbūrgæ filij Desiderij regis edidit ad Chronica Eutropij lib. 2. gesta episcoporum Merensum li. 1. vitam Gregorij papæ 1. lib. 1. vitam S. Arnulphi episcopi li. 1. vitam S. Benedicti metricè lib. 1. gesta Longobardorum lib. 6. Hymnos plures diuerso metro lib.

1. epistol. ad diuersos lib. 1. Iussu Caroli ordinauit historias & lectiones per totum annum singulis festiuitatibus sanctorum congruētes, & alia multa digessit ac scripsit. Eius autem historiæ Longobardicæ libri sex impressi Augustæ Vindelicorū 1515. cum Iornande de rebus Gotthorum: & Basileæ apud Frobeniū 1532. cum Suetonio, &c. Pauli diaconi libri 8. ad Eutropij historiā additi, excusi Venetijs apud Aldum, 1521. & apud Pet. Pernam, anno 1569. Claruit anno D. 780.

Paulus Dolscius Pfalteriū Græco carmine vertit, Basileæ impressit Opor. 1555. cum præfatione & cōmentatione Philip. Melancht. Idem sapientiam Iesu Siracidæ Græco elegiaco caamine reddidit. Lipsiæ 1571. in octauo.

Paulus Eberus Kyrzingensis, scripsit historiā populi Iudaici, à reditu ex Babylonico exilio, vsque ad vltimum excidium Hierosolymæ: excusam Vuitenbergæ apud Vitum Creutzer, anno 1548. Calendarium historicum, in cuius præfatione de eius vtilitate, & mensium apud diuersas gentes varietate tractat: liber impressus Vuitenbergæ anno 1550. & eodem anno Basileæ apud Ioannem Oporinum, & iterum Vuitenbergæ anno 1551. & recens ante obitum ab auctore recognitum plurimisque locis auctum, editum est Vitebergæ anno 1571. in quarto. Claruit anno Domini 1550. * Tabula in qua maiorum Christi catalogus à Mattheo & Luca descriptus, exponitur. Explicatio Euangelij quod secunda dominica Aduentus recitari solet, de aduentu Christi ad iudicandum viuos & mortuos, duabus homilijs comprehensa: Germanice. Vitebergæ, anno Domini 1571. Cantilenæ aliquot piæ & suaues 4. & 5. vocū, quibus ecclesia celebrat memoriam incarnationis filij Dei ab eodem collectæ. * *Pauli* ab Eitzen Eibicæ doctrinæ libri quatuor. Vuitenbergæ anno 1571. Postilla siue Enarratio Euangeliorum quæ vsitatis diebus Domineis & Festis in ecclesia proponuntur. Vitebergæ, anno Do. 1572.

Pauli Emiseni homilia, dicta in magna ecclesia Tybi, Græce extat Romæ.

Paulus Fagius Germanus, vir de literis Hebræicis optime meritis, edi curauit libros aliquot partim Hebræicos, partim etiam à se conuersos, adiuutus opera Venetijs accessit Helix Leuitæ, ut ipse testatur in præfatione super Thisbiten Hebræicæ à se translaturū: qui liber ab auctore Thisbiti vocatus est, à numero vocū 712. quæ in hoc opere explicantur: præter hunc edidit etiam Sententias verè elegantes, pijs, mireq; cum ad linguam discendam, tum animum pietate excolendum vtilis, veterum sapientum Hebræorum, quas Capitula aut apothegmata patrum nō narrant: in Latinum à se versas, scholijsq; illustratas, impressas Iſne Latine & Hebræice, anno 1541. chartis 20. Item Sententias morales ordine alphabeti ben Syræ, vetustissimi authoris Hebræi, qui à Iudæis nepos Hieremix prophetæ fuisse creditur, Hebræice, & Latine eodē interprete, cū succincto cōmentario eiusdem. Accedit Tobias Hebr. vt is adhuc hodie apud Iudæos inuenitur (ex vrbe Constantin. recens transmissus, ita vt illic olim excusus erat) cum translatione Fagij, qui etiam

qui etiam puncta dictionibus in gratiam rudiorum subiicit: Liber ibidem impressus, 1542. Praecationes Hebraicae, quibus in solennioribus festis Iudaei, cum mensae accumbunt, adhuc hodie videntur, & quo modo, ordine, & ritu eas dicant: ex quo videre licet vestigia quaedam ritus veteris populi, quem & Christus in caena sua, ut eam Evangelistae, praesertim Lucas describunt, in quibusdam observavit. Paruus item tractatulus ex libro fidei Iudaei cuiusdam ad Christianismum conversi ante annos 200, in quo obiter ostendit causas aliquot, propter quas multi Iudaei, etiamsi veritatem agnoscant, ad fidem nostram accedere verentur, impressae 1542. cum translatione Fagij. Expositio dictionum Hebraicarum literalis & simplex, in quatuor capita Geneseos, pro studio sis linguae Hebraicae per Paulum Fagium: circa finem adijcitur paraphrasis Chaldaica Onkeli, quam Targum vocant, in eadem capita, cum versione Latina: ibidem excusae, 1542. Liber fidei seu veritatis, quem doctus quidam Israelites ante multos annos edidit, ad comprobandum fidem Christianorum perfectam esse, & niti super fundamentum sacrae veteris scripturae: impressus Ista, 1542. Hebraice, & Latine eodem interprete. Prima quatuor capita Geneseos Hebraice, cum versione Germanica e regione, Hebraicis tamen characteribus exarata, eaque iuxta usitatum Iudaeorum interpretationem ad verbum translata, una cum succinctis in fine adiectis scholijs, & ratione legendi Hebraeo-germanica. Libellus impressus Constantiae, anno 1543. Compendiaria Isagoge in linguam Hebraeam, authore Paul. Fagio, impressa Constantiae, 1543. Commentarios R. David Kimhi in priores aliquot Psalmos Hebraice & Latine ex sua versione edidit, Eliae Leuitae praefationem Hebraicam in Lexicon eius Chaldaicum, quod etiam imprimendum ipse curavit Ista, 1541. Idem Thargum hoc est Paraphrasim Onkeli Chaldaicam in quinque libros Moysis, ex Chaldaeo in Latinum fidelissime transtulit, & in singula ferè capita breves doctasque annotationes adiecit. Liber excusus Argentorati, anno Domini 1546. in folio. Scripsit etiam Collocationem praecipuarum quae in usu sunt translationum in Genesim. Liber ibidem excusus, sed non absolutus. Claruit an. 1550. quo etiam obiit, in Anglia, paulo ante Martini Bucerii mortem: uterque non absque suspitione veneni.

* Paulus Floravantius I. C. De solutionibus.

* Pauli Florentini ordinis S. Spiritus de Roma; Breviarium Decreti, Decretalium, Sexti, & Clementinarum.

Paulus Florus, qui res gestas Iustiniani carmine scripsit, citatur in Chronicis Io. Cuspiniani.

* Pauli Furlani Tabulae geographicae, Africae, Bavariae, Sinus Adriatici, Ducatus Sabaudiae, Territorij Romani, Galliae totius; Geldriae, Cluiviae, Iuliae & aliarum regionum adiacentium, Hispaniae, Helvetiae, Poloniae, Pedemontij, Fori Iulij, Peru, Syriae & terrae sanctae.

* Paulus Gabianus varias lectiones in Virgiliū cum quibusdam observationibus collegit, Brixiae, 1565. in octavo.

Paulus Geometra Florentinus, citatur in Ioan-

nis Boccacii Genealogia.

Paulus Germinus sophista, scripsit, quod Lysiae sint duo libri, de dono Iphicratis, & commentarios in reliquas Lysiae orationes, Suidas.

Paulus Grillandus Florentinus, iurisperitus, scripsit de diversis criminibus; ubi etiam de calumniatoribus agit; aliis, de criminibus & poenis eorum. Eiusdem liber de haereticis, habetur impressus.

Paulus de Hæredia Hispanus, ex Iudæis ad Christianam fidem conversus, scripsit de omnibus ferè mysterijs fidelium librum, in quem ex arcanis Iudaeorum Rabinis & Cabalisticis multa scitu dignissima in Latinum sermonem pro Christianis transtulit, impressus est in Italia ante annos plus minus sexaginta.

* Paulus Hæssus, scripsit defensionem XX. problematum Melchioris Guiladrini, aduersus quæ C. problemata Mathiolus scripsit, Liber excusus in octavo.

Pauli Hofheimeri harmonia poetica, quales sub ipsam mortem cecinit, qualesque antehac innumquam visæ, tum vocibus humanis, tum instrumentis accommodatissime; quibus praefixus est libellus, plenus doctissimorum virorum de eodem D. Paulo testimonijs: una cum selectis ad hanc rem locis, e poetis accommodatioribus, seorsim tum decantandis, tum prælegendis: Ioannes Petreus excudit Norimbergæ 1539.

* Pauli Iatrofophistæ de fracturis liber, quæ in Paulo Aegineta.

Pauli Iouij Comensis, medici olim, nunc episcopi Nucerinii in Italia, de Romanis piscibus libellus, excusus Basileæ apud Frobenium, anno 1531. & alibi cum Oppiano de venatione, &c. De vita Iacobi Mutij, Antendulae, Cotignolæ, Sforriae, &c. liber impressus Basileæ apud Robertum Vuinier, cum Aegidij Hispani gestis per Ioannem Sepuluedam descriptis. Italice scripsit de rebus Turcicis, vitas omnium Turcicorum imperatorum, item de ordine ac disciplina Turcicæ militiæ: quæ omnia per Franciscum Nigrum Bassianatem Latine reddita, Rihelius excudit Argentorati, anno 1537. & Ioannes Opportus, anno D. 1543. cum Alcorano, &c. Scripsit etiam vitas duodecim Vicecomitum Mediolani principum, excusas Parisijs apud Robertum Stephanum, anno 1549. item vitam Leonis X. Pont. Max. & Adriani, Pompeij Columnæ cardinalis, & aliorum, excusas Florentiæ 1550. apud Laurentium Torrentinū. Idem scripsit de vita & rebus gestis Cosalui Ferdinandi Cordubæ cognomento Magni lib.

3. Item libros aliquot de vita & rebus gestis Ferdinandi Dauali marchionis Piscariae. Omnia hæc excusa Florentiæ in folio. Edidit etiam historiarum nostri temporis tomus 2. excusus Florentiæ apud Torrentinum in folio. Venetijs in octavo, & Parisijs apud Vascofanum in folio. Eiusdem Elogia veris clarorum virorum imaginibus apposita, quæ in Museo Iouiano Comi spectantur, Primus liber qui continet mortuos, excusus est Venetijs apud Michaellem Tramezinum anno Domini 1546. Secundus eorum est qui hodie viuunt. Tertius clarorum artificum: Quartus Pontificum, Regum, Ducum, horum aliqui (ni fallor) editi sunt Florentiæ apud Tor-

50

60

*Compendium cum
Sa. dole. l. 5. Ep. 7.
p. 181. 182. 18. Ep. 10.
p. 206.*

rentinum. Eiusdem Angliæ descriptio cum tabula, excusa est in Italia. Mortuus est anno Domini 1552.

* Pauli Inardi Missæ quinque vocum. Venetijs, anno 1568.

Paulus Israelita in Latinam linguam conuertit, Auerrois paraphrasim in libr. 4. Aristotelis de cælo. Item præmium eiusdem in 12. metaphysicorum Aristotelis. Venetijs imprefferunt Iuntæ, anno Domini 1552. cum Auerrois & Aristotelis operibus.

* Pauli Kemerij propositiones de cœna Dom. aduersus quas scripsit Bertrandus Loquens.

Paulus Lacius Veronensis, transtulit Ioannis Tzezis variarum historiarum Chiliadas, versibus politicis Græcè conscriptas, quas excudit cum versione è regione Ioannes Oporinus Basileæ, anno 1546.

* Paulus Leopardus Furnius, Latio donauit vitas & chrias Aristippi, Diogenis, Demonactis, Stratonici, Demosthenis & Aspasiae. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum, anno 1556. Præterea scripsit Emendationum & miscellaneorum libros 20, in quibus plurima tum in Græcis tum in Latinis authoribus explicantur. Tomus prior. Antuerpiæ Plantinus in quarto, anno 1568.

* Paulus Leonius super 11. ff. Noui de verborum obligationibus. Tractatus substitutionum Venetijs 1563, in quarto.

* Paulus Lulmas, patria Lombardus, Bergomensis cœnobij Augustinianus, scripsit de floribus Eremitæ lib. 1. De spiritali ascensu ad Deum lib. 1. Ad Christoforum Maurum lib. 1. Laudes vitæ præsentis lib. 1. Contra impugnantes suum ordinem lib. 1. Vitam Mariæ de Geneua lib. 1. Vitam beatæ Monicæ lib. 1. Regulam penitentium lib. 1. Vitam Magdalenæ de Cono lib. 1. Vitam Helenæ de Vtino lib. 1. Spirituale viridarium sponfarum Christi lib. 1. Sermones quoque edidit lib. 1. Et alia. Obijt Crem onę anno Domini 1484. Iacobus Bergomensis.

Paulus de Lyazarijs, I. C. scripsit super Clementinis lib. 1. citatur in summa Angelica. Scripsit etiam in 1. Decretal. de postul. prælat. c. & si vnanimiter, de electio. & c. 1. nullus. Item in 2. Decret. de causa possess. & propri. c. 1. c. pastoral. de dolo, & c. finem litibus, de rest. spol. c. 1. c. iuris, de testib. c. nuncius. & c. testimonium. Claruit anno 1340.

Pauli Maioli commentarij in Hippocratem, 50 vt audio, Venetijs impressi sunt.

Paulus Malleolus Andelacensis, scripsit annotationes in Comædijs P. Terentij, impressas Argentinae, 1506, cum textu Terentij, & Petri Marfi annotationibus: item Lugduni 1522.

Paulus Manutius Aldi filius, scripsit annotata, castigationes, & obseruationes in Cicerone, præsertim in philosophiam eius. & Epistolas tam Familiars, quam ad Atticum, quæ ipse etiam excudit Venetijs, anno 1541. Annotationes & castigationes eius in omnes Ciceronis epistolas, Ioannes Oporinus excudit Basileæ, cum aliorum obseruationibus in easdem. Idem vertit etiã in Demosthene orationes 4. contra Philippum, excusas ab authore 1551, Alconium Pedianum quoque;

& alios authores aliquot classicos restituit, emendauit, ac illustrauit. Idem omnia opera Ciceronis à se correctæ in lucem dedit anno 1550. & an. 1551. additis in plerisque libris scholijs, & postea nouâ emendatioremque editionem parauit. Eiusdem annotationes doctissimæ in epistolas Ciceronis, excusæ sunt ab ipso auctore anno Domini 1552. Et postea denuo ab ipso auctore & alibi etiam editæ sunt. Similiter annotationes eius in epistolas ad Atticum & ad Q. Fratrem ab ipso auctore excusæ sunt anno Do. 1557. Commentarius in orationem Ciceronis pro Sextio ibidem in octauo, 1556. Epistolarum libri octo 1569. in octauo Venetijs & postea Basileæ apud Pernam. Hi denuo duobus libris aucti anno 1571 editi sunt. Et rursus vno addito, & eiusdem præfationibus anno Domini 1573. Antiquarum Romanarum libri X. quorum sextus qui est de legibus ab auctore editus est in folio: & postea alibi in octauo. Viuit Romæ. *Præf. in orat. pro Cris. p. 573. 583.*

Paulus de S. Maria, genere Iudæus, fide Christianus, primò episcopus Carthaginensis, ac postea Burgenis in Hispania antistes, archicancellarius regis Castellæ & Legionis, scripsit ad filium suum Alphonsum in postillas Nicolai de Lyra additiones notabiles lib. 1. scrutinium scripturarum lib. 2. & quædam alia. Additiones impressæ sunt cum Postilla Nicolai de Lyra. in præfatione ad Alphonsum filium, multa de se & vita sua perferibit. Claruit anno 1434.

Paulus Marsus Piscinas poeta, commentaria scripsit in Ouidij fastos, excusa Venetijs, anno Domini 1492. & Basileæ apud Heruagium, cum aliorum in eundem authorem commentarijs, anno D. 1550.

Paulus Mazinus Aruernus, scripsit de elementorum naturâ, & de rerum naturalium generatione paradoxa, quæ excusa sunt apud Matthæum Dauidem Parisijs anno D. 1549.

* Paulus Melissus Schedius, carmine quædam scripsit docta & eleganter edita Geneuæ. Item Latino & Germanico carmine celebrauit CL. V. Hermannum à Folkersheim, eiusque elogiis explicauit. Præterea Psalmos Davidicos Germanicis versibus reddidit, iuxta Gallicam melodiarum & rythmorum rationem, addito contextu biblico, & breui summa cuiusque Psalmi & precibus. Heidelbergæ 1572. in 8.

* Pauli Minorij elegantiarum ex Plauto & Terentio lib. 2.

Paulus Mittelburgenis, episcopus Forosempronienis, scripsit de emendatione Calendarij ingens volumen, item Practicam de prauis constellationibus ad Maximilianum Cæsarem. De recta paschatis celebratione, de anno & die natiuitatis & passionis Christi libros 33. ad Leonem PP. & Maximilianum Imperat. Prognosticon, ostendens anno Domini 1524. nullum neque vnuersale neque particulare diluuium futurum. Forosempronij anno 1523.

Paulus de monte Pico, scripsit in 1. ff. noui, de acqui. rer. do. l. contractus. item in 2. Inforc. de legatis. 2. l. Titia. parag. Titia cum nuberet. & rursus, de condi. & demon. ad legem Falcid. l. in quartam.

Paulus

in notitia rerum Romanarum jam per decennium desudo. Ipse de se in p. fab. p. 585.

Paulus Niuus, Germanus, scripsit de institutione latinizandi lib. 1. visionem cuiusdam eremitæ li. 1. colores artis Rhetorices li. 1. dialogum idiote lib. 1. epistolas breues formales lib. 1. epistolas ad idem mediocres lib. 1. epistolas quoq; longiores lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1494.

Paulus de Nongento, citatur in Chrysopasso Ioan. Eccij.

Pauli ab Obba cōfessoris verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Pauli Olcarij, Heidelbergensis, de fide concubinarum in sacerdotes, quæstio accessoria, causa iocici & vrbianitatis in Quodlibeto Heidelbergensi determinatâ. Liber impressus in 4. chart. 6.

Paulus Orianus, scripsit in 1. ff. veteris, de officiis eius, l. 1. eodem tit. & de officio assess. l. 1. in 3.

Paulus Orofius presbyter, Hispanus, scripsit Apologeticum contra Pelagianos lib. 1. de Hormesda, Mundi chronicam li. 7. de ratione animæ li. 1. epistolas plures ad Augustinum lib. 1. epistolarum quoq; ad diuersos lib. 1. in Cantica cantico rum lib. 1. Eius cōsultatio siue commonitorium ad Augustinum de errore Priscillianistarum & Origenistarum, præmissa est libro D. Augustini contra eosdē, Tomo 6. Aduersus paganos historiarum lib. 7. excusit Parisijs, 1524. apud Ioannem Paruum, aut Petrum Vidouæum: deinde Colonia, apud Ceruicornum 1536. & alibi.

* *Pauli* de Palatio Granatensis enarrationes in 30 Evangelium secundum Matthæum, Lugduni, 1569. apud hæredes Iuntæ, in folio.

* *Pauli* IIII. Pape Bullæ, Breuia & motus proprii.

Pauli Paradisi dialogus de modo legendi Hebraice excusus Parisijs.

Paulus Passienus antiquus poeta, meminit eius Gyraldus in vitis poetarum.

* *Paulus* Perdix, Latine dicendi formulas ad informandam puerilem linguam ex Terentio collegit, editas Gorlicij, 1571.

Pauli Perlugensis cuiusdam Logica, impressa.

Paulus de Perusio, I. C. scripsit collectanea, quæ præsertim ad physiologiam aut tropologiam fabularum poetarum pertinent. Citatur etiam in Genealogia Boccatii, cui contemporaneus fuit. Claruit autem anno 1350.

Paulus de Perusio alius, Carmelita, scripsit super sententias lib. 4. quodlibeta quoque lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1344.

Paulus Pompilius inter recentiores grammaticos aliquid edidit.

* *Pauli* Prætorij descriptio Romanorum Imperatorum à Iulio Cæsare vsq; ad Maximilianum II. cum eorum iconibus. Germanice in 8.

* *Pauli* Ripperi Sermones de tempore.

Pauli Ricij Israelitæ, ad Christianam fidem cōuersi, & Maximiliani Cæsaris physici, Statera prudentum: liber impressus in Germania, 1532. Diuiditur in capitula siue theoremata 28. Eiusdē variæ opuscula, impressa Augustæ Vindelicorum apud Ioannem Miller, 1515. sunt autem hæc: De sexcentis & tredecim Mosaicæ sanctionis seu pentateuchi editis liber, cuius prior pars prohibentia, posterior affirmatiua præcepta continet; sicut *Erasm. l. 1. Ep. ult. p. 62. 63.*

gulis interpretatio breuis subiungitur. Philosophica, prophetica, ac thalmodistica pro Christiana veritate tuenda, cum iuniori Hebræorū synagoga, mirabili ingenij acumine disputatio, in 3. diuisa tractatus, quorū capita recensentur ab initio. in cabalistarū seu allegorizantium eruditione Isagoge, cum epistola contra Stephani presbyteri Cabalæ obrectatoris epistolam. De nouem doctrinarum ordinibus, & totius Periparetici dogmatis nexu compendium, quo exponuntur verba Galeni ab initio Artis paruæ, quid doctrina, quid ordo, quæ ordinis necessitas atq; præstantia, quorū duplex in doctrina ordo, oratio resolutiua de triplici ordine doctrinæ. Conclusiones, quibus Aristotelem triplicem doctrinæ ordinē exercuisse, & totius eius dogmatis nexum diiudicare poteris, eadem (excepta Statera prudentium, & Disputatione cōtra Iudæos) ac insuper alia quæ tam subiiciuntur, impressa sunt Augustæ Vindelicorum, 1541. De cœlesti agricultura lib. 4. ad Carolum V. Cæsarem, & Ferdinandum eius fratrem; de communi sacramentorum ratione, sermo. De arcana Dei prouidentia, commentariolus in Psalmum, Beatus vir, De anima cœli, iuxta sanctorum & philosophorum traditionem compendium. De ratione & partibus proœmij secū dunt rhetores capitā 4. De modo indagandi statuendi, cuiuslibet scientiæ subiectum. in virulētā immanissimamq; Turcarum rabiem, ad principes, magistratus, populosq; Germaniæ, oratio. Ex Thalmodæorum codice excerpta farrago, ad petitionem Maximiliani Cæsaris.

* *Paulus* de Roma, Italus & Augustinianus, scripsit opus confessionum lib. 1. De vsu clauium lib. 1. Orationes coram pontifice lib. 1. Sermones ad Clerum & populū lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1474. Ambrosius Choriolanus. Idem scripsit De pensionibus eclesiasticis.

Paulus Rosellus iurisperitus dialogum topiæ cum edidit.

Pauli Rubigalli Pannonij Hodeporicon itineris Constantinopolitani, carmine elegiaco excusum Vuitenbergæ, anno Domini 1544. chart. 3. Querela Pannoniæ ad Germaniā chart. 2. Ad dita sunt Philippi Melanchthonis, Ioachimi Camerarij, Melchioris Acontij, Arcturi Phrisij in commendationem auctoris epigrammata.

Pauli Scalichij, siue Pauli de la Scala qui se comitē Hunnorum nominat, &c. Encyclopædiæ, seu orbis disciplinarum, tam sacrarū quam profanarū, Epistemon. Theses mysticæ philosophiæ. Eulogus, seu de anima separata, eiusq; passione. De iustitia æterna, seu vera promissione. Gradatio. Exilium, seu de vera Christi doctrina, & de sola fide iustificante, Ephesia disputatio. De chorea monachorum, seu cœtu Antichristi. De Labyrintho Romani Antichristi. De illustriū origine. Reuolutio alphabetaria, seu perfectissima ad omne genus scientiarum Methodus. Dialectica contemplatiua, ad consequendos scientiarum habitus per quam utilis ac necessaria. Conclusiones in omni genere scientiarum, 1553. olim Bononiæ primum, deinde Romæ propositæ, De mundo archetypo, Intellectuali, Cœlesti, Elementi

10. Pausania item qui artem instruendarum a-
cierum scripserit, meminit Aelianus. An omnia
hec eiusdem authoris sint, alijs iudicandum relinquo.

Paxamus scripsit Opsarytica ordine alphabeti:
Bæotica lib. 2. Dodecatechnum de turpibus figu-
ris, Baphica lib. 2. georgica lib. 2. Suidas, citatur et-
iam ab Athenæo, & in Geoponicis Constanti-
no adscriptis. * Apparet autem ex his quæ à
Constantino citantur, illum pleraq; in suis geor-
gicis ex Columella transtulisse.

Pedacij Dioscoridis libri 5. de medica mate-
ria, & vnus de letalibus venenis, eorumque præ-
cautione & curatione: de cane rabido, deq; notis
quæ morsus ictusque animalium venenum relin-
quentium sequuntur, & eorum curatione: Aldus
excudit Græce, Venetijs cum Nicandro, &c. &
Ioan. Bebelius Basileæ, 1519. & Soter Coloniae cū
versione Latina Marcelli, ac eiusdem Commen-
tarijs, & Hermolai Barbari corollario: & Schor-
rus Argentinae similiter, sed relictis superfluis
Commentariorum Marcelli, per Othonem Brun-
felsium. Latinae versiones seorsim diuersis inter-
pretibus, Venetijs, Lutetia, & Basileæ extiterunt.

Pedacij Dioscoridis de curatione à capite vsque
ad pedes libri 2. Græci, extant in bibliotheca Au-
gustæ Vindelicorū. Dioscoridis libri de re medi-
ca Parisijs Græce & Latine excusi ex castigatio-
ne Iacobi Goupyli in 8. Lugduni item Latine in
8. cum figuris & annotationibus. Venetijs in fo-
lio cum Matthioli annotationibus, & alibi quo-
que. * Eiusdem *Eucæsa* libri duo de medica-

mentis simplicibus paratu facilibus, secundum
morbos & affectus corporis digesti, extant ma-
nuscripti Græce, in bibliotheca Augustana, quos
Ioannes Moibanus medicus transtulit, & opus
propter ipsius immaturam mortem nondum ab-
solutum Conr. Gesnerus perfecit. Additæ sunt
annotationes & Græcus contextus. Argentinae
impressit Rihelius, 1565, in 8. Dioscoridis & Ste-
phani Atheniensis medicorum alphabetum Em-
piricum Græce manuscr. aliud à paratu facilibus
Dioscoridis, extat apud Gasparum Vuolphium
medicum. Inuenio etiam alicubi citari Dioscori-
dis Epidemiorum librum secundum. In Men-
dozæ bibliotheca fertur extare Dioscoridis co-
dex Græcus à vulgato hodierno innumeris locis
variis.

Pegasus I. C. quædam in iure Vespasiani impè-
ratoris tempore scripsisse dicitur.

Pelagius hæresiarches, scripsit studiosis tres ne-
cessarios de fide trinitatis libros, & pro actuali
conuersatione lib. 1. Eulogiarum ex diuinis scri-
pturis librum 1. capitulorum indicijs in modum
sancti Cypriani martyris præsignatum. Postquã
hæreticus publicatus est, scripsit hæresi suæ fa-
uentia. Gennadius. Scripsit etiam expositiones
in Paulum lib. 14. de moribus clericorum lib. 1.
ad Bonifacium comitem lib. 2. ad Albinam &
Melaniam lib. 1. de liberi arbitrij vigore lib. 1. E-
pistolas ad diuersos lib. 1. aduersus autem huius
errores scripserunt, Augustinus, Cyrillus, Hiero-
nymus, Orosius, Gennadius, & alij. Claruit an-
no Domini 390.

Pelagij pape decreta, cum reliquis Pontificum
decretis excusa Coloniae.

* Pelagius Patricius vir præclarus quem Zeno
Imperator interfecit, quod nefaria eius facta pâ-
lam incesseret, scripsit Historiam versibus ab Au-
gusto orfus: Homocentra aliaque plurima lau-
de digna. Cedrenus.

Pelagonius scriptor mulomedicinae, cuius scri-
ptorum fragmenta extant cum Absyrtio, & in
Constantini Geoponicis.

10 Pelbarti Osualdi de Themestuuar ordinis mi-
norum de obseruantia sermones. De tempore do-
minicales. De sanctis. Quadragesimale triplex.
Stellarium beatæ virginis. Totum hoc opus vo-
cant Pomerium sermonū: impressum olim Ha-
ganoæ, anno Domini 1515. in folio. Eiusdem
Rosarium theologiae lib. 1. Et alia. Claruit anno
Domini 1490.

Pelegrini cuiusdam sacri sermones, impressi in
Italia, item historia amatotia.

20 Pelegrinus Moresius Mantuanus, scripsit de co-
loribus.

Pelopis scripta allegantur à Plinio 31. & 32. libr.
Naturalis historiae.

* Penbigillus sophista scripsit De diuisione ene-
tis in prædicamento cum alijs similibus, scripsit
etiam vniuersalia Logicalia. Baleus.

* Perdix Præfagus Britannicus vates, in mathe-
maticis doctrinis exercitatus Prænotiones edidit
lib. 1. Claruit anno 760. Baleus.

30 * Peregrinus de Bononia, Italus, Minorita, scri-
psit ad Conditalium generalem sui ordinis mi-
nistrum, de successu generalium ministrorum lib.
1. Opus est excusum.

Periandri Rhodij scripta citantur in Arati cõ-
mentarijs.

40 Periandri veteris sapientis Græci dicta, cum re-
liquorum Græciae septem sapientum sententijs
referuntur à Stobæo, Plutarcho, & alijs. Episto-
lam quoq; eius in vita ipsius recenset Laertius.
Scripsit etiam *ἰσοδικίας* ad duo millia versuum, v-
t Laertius refert.

Periander citatur à Plinio lib. 5. Naturalis hi-
storiae.

Pericles Atheniensis primus scriptam oratio-
nem in foro recitauit, cū antea ex tempore dice-
retur. Suidas.

50 Perichyones Pythagoricæ fragmentum Ionice
scriptum, ex libro eius de mulieris harmonia, le-
gitur apud Stobæum in sermone, Quod paren-
tes à liberis honorari deceat: & aliud ex eodem li-
bro satis prolixum, in sermone Oeconomico.
Stobæi.

Perisauli Faustini poema de appetitu, item ene-
comium stulticiae, Libellus de honesto genere
vestimentorum: extant Romæ.

* Peristratus Ephesus citatur à Laertio impres-
sitamen codices Pistratum habent.

Periti (alias Leonida) tetraſtichon libro 4.
Florilegij Græci, sectione 12.

60 Perse tetraſticha tria extant libro 3. Florilegij
Græci, & vnum lib. 4.

Persæus Citiensis philosophus Stoicus, cogno-
mine Dorotheus, floruit tempore Antigoni Go-
nata filij Demetrii, discipulus & alumnus Zeno-
nis philosophi. Athenæus citat huius Hypomne-
mata sympotica. * Eius libri enumerantur à

Laertio De regno, Laconica respublica. De nuptijs, De impietate, Thyestes. De amoribus. Exhortatorij. Διατριβήν 4. In Platonis leges libr. 7. Commentaria. Citat etiam alibi ipse Laertius eundem in scholis moralibus: & commentarijs Symptoticis quorum etiam meminuit Athenæus, qui libr. 4. refert Persæum conuiuales dialogos scripsisse, quos ex Stilponis & Zenonis commentarijs cōposuerit, & illic etiam quæstiones quas tractat recenset.

* *Pestanus* Iubonensis citatur à Macrob. 6. Sat. 4. *Perseuæ* Belligenij cæci nati in priores duas F. *Quintilian* declamationes adnotatiuncula, impressæ Parisijs apud Vuchelum.

Persei atq; *Demetri* fratrum orationes apud Philippum, Vuchelus excudit Parisijs.

Petellidis Gnosij scripta citatur apud Higinū. *Petilian* Donatistæ epistola, legitur septimo Tomo operum D. Augustini.

* *Petostris* Aegyptius philosophus, scripsit quæ admodum & Græci & Aegyptij delectus Deorū instituerint: è sacris libris Astrologica, & de Aegyptiorum mysterijs. Citatur à Plinio libr. 2. & 7. Naturalis historię. Eius liber ad Necepsō regem, extat in bibliotheca Carpenfi, & S. Angeli. Eiusdem astrologica habet Ioan. Sambucus.

* *Petreius* Tiara Frisus vertit ex Euripide *Medeam*. Ultraiecti excudit Hermannus Borcuelous, 1543.

Petricus carmine scripsit, *Ophiaca*, hoc est remediâ serpentium & venenatorum, quæ à Nicædri scholiaste aliquoties citantur. Videtur autem idem esse qui à Plinio *Petreius* libr. 22. cap. 22. & libr. 20. *Petridius* nominatur.

* *Petrini* Belli Albensis I. C. de re militari & bello tractatus X. Venetijs, 1563. in quarto.

Petronius Arbitr, Massiliensis à plerisque existimatus, Satyricum opus varium composuit, cuius licet fragmenta ad nos tantum peruenerint, eademque parum castigata, multæ tamen eruditionis hominem fuisse facile cognoscimus, &c. vide plura apud Gyraldum de Latinis poetis. *Alexander Brassicanus* fragmenta illa emendauit, & annotatiunculis illustrauit, pauloque antea quam obiret. Ioan. Oporino excudenda transmissit. *Petronij Arbitri* Massiliensis Satyrici fragmenta restituta & aucta è bibliotheca Ioannis Sambuci, Antuerpiæ Plantinus. Extant etiam eius Satyrarum fragmenta in bibliotheca Petri Pithoei.

Petronius medicæ materiæ scriptor. Meminit eius *Discorides* in præfatione sua.

Petronius Diodotus scripsit antilegomena, id est contradicta: citatur à Plinio.

Petronius Bononiensis Italiæ ecclesiæ episcopus, scripsisse putatur vitas patrum Aegypti monachorum, quos velut normam professionis sue monachi amplectuntur. Fertur eius nomine, de ordinatione episcopi tractatus: quem, patris eius *Petronij* esse, eloquentissimi viri, credendū, *Genadius*, *Tritemius* scribit, historiam eius adhuc legi, & obiisse eum anno 385.

Petrus apostolus. Vide *Simon Petrus*.

Petrus rhetor, qui & magister & historicus, scripsit historias, ac de ciuili constitutione. *Suidas*,

Petrus epistolæ secundæ & quartæ apud *Cyprianum* author, cum aliquot alijs coepiscopis libro 1.

Petri Venerabilis opera impres. Parisijs.

Petrus de Albano: vide *Petrus Aponen*.

Petrus dialecticus Parisiensis, dictus *Abelardus*, natione Gallus, scripsit nonnulla opuscula, è quibus extat volumē dialectica obscuritate, multis sententijs varium, quod vocauit *Theologiam* suam libr. 1. Idem scripsit apologeticum suæ fidei libr. 1. De Eucharistiæ sacramento libr. 1. Obijt tan de *Cluniaci* in cœnobio. *Tritemius* habuit theologiam suam libr. 1. Scito te ipsum libr. 1.

* *Petrus Aegidius* fertur aliquid scripsisse, præter id quod in *Cornelio Scribonio* diximus. eiusdem *Threnodia* in funus *Maximiliani Cæsaris*, & epitaphia de eodem Cæsare, alijsq; claris heroibus, cum aliquot epigrammatis: *Mich. Hochstratanus* excudit in Germania, 1519.

* *Petri Aemonis* Philologiæ totius compendium. Parisijs, 1563. in 4.

Petrus Aethiops monachus, an. Domini 1548. imprimi curauit Testamentum nouum cum epistola Pauli ad Hebræos tantum, cum concordantijs euangelistarum *Eusebij* & numeratione omnium verborum eorūdem. Item *Missale* cum benedictione incensi ceræ, &c. *Alphabetū* in lingua geetz id est libera, quia à nulla alia originem duxit, & vulgo dicitur *Chaldæa*. Omnia hæc *Aethiopico* idiomate & *Aethiopicis* characteribus impressa in 4.

* *Petrus Albinianus Tretius*, De potestate *Papæ*.

* *Petri Albi* liber De febrī tertiana & non vera. *M. Dresserus*.

Petrus Alcyonius, scripsit *Medicæ* legatum, siue de exilio librum: *Aldus* excudit Venetijs. ex *Aristotelis* philosophia naturali trātulit, De generatione & corruptione libros 2. cum præfatione ad *Leonem X.* pont. max. meteororum libr.

4. cum præfatione ad *Antonium Pratum Galium*. De sensu & sensilibus libr. 1. cum præfatione in sequentes 10. libros de animalibus à se conuersos ad *Octauium Fregosium*. De memoria & reminiscencia libr. 1. De somno & vigilia libr. 1. De somnijs & imaginibus libr. 1. De præfensione per somnum libr. 1. De communi animalium motione libr. 1. De communi animalium gressu libr. 1. De diuturnitate & breuitate vitæ libr. 1. De iuuentute & senectute, vita & obitu libr. 1. De spiratione libr. 1. De mundo ad *Alexandrum regē* libr. 1. Quæ omnia impressa sunt cum Latinis operibus *Aristotelis* in editione *Basilien*si.

* *Petri Aldobrandini* Florentini, de interpretatione *Ludouici Cati* ad 1. 1. C. de edendo aduersus *Marium Arcadem Narniensem*. *Gryphius Lugduni*, 1543. Eiusdem *Additiones ad Practicam Rolandinam*.

* *Petrus Alexander*, patria *Atrebatensis*, magister olim *Sorbonicus* & *Carmelita*, inter cætera scripsit *Dialogum* de origine noui Dei *Maozim* libr. 1. *Apologiam* aduersus *Louanienses* libr. 1. *In Paulum* ad Romanos libr. 1. *In eundem* ad *Corinthios* libr. 2. De vtraque in Christo natura libr. 1. *Confessionem fidei* libr. 1. *Locos communes veterum*

5. Enchiridion. l. 1. Ep. 12.
p. 26. l. 2. Ep. 16.
p. 85.

terum patrum lib. 1. De matrimonio lib. 1. De prædestinatione & præscientia lib. 1. De disciplina ecclesiæ lib. 1. De purgatorio Christiano lib. 1. De vnico aduocato lib. 1. Ad dispersos ecclesiæ Londinensis lib. 1. Claruit anno Domini 1554.

D. Petri Alexandrini episcopi & martyris, ex sermone de pœnitentiâ canones, de ijs qui tempore persecutionis à fide exciderunt: & deinde pœnitentiâ egerunt, excudit Basileæ Henricus Petri, anno 1551. cum alijs veterum Theologorum opusculis. Petri Alexandrini Episcopi & martyris sermo primus de anima, citatur à Procopio in Commentarijs in Genesim.

Petrus de Aliaco, episcopus Cameracensis, &c. scripsit super sententias lib. 4. de laude sancte scripturæ lib. 1. in principium Marci lib. 1. de stabilitate ecclesiæ lib. 1. speculum considerationis lib. 3. compendium contemplationis lib. 3. de spiritali schala lib. 1. in Psalterio breuiter lib. 1. in Psalm. 70. meditationes lib. 1. de legibus & sectis lib. 1. de 20 Concilio generali lib. 1. expositionis Psalmi 70. lib. 1. in Psal. 42. meditationes lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. in septem Psalm. pœnitentiales lib. 2. de oratione dominica lib. 1. super eadem anagogicè lib. 1. super Ave Maria lib. 1. super magnificat lib. 1. in canticum Zachariæ lib. 1. in canticum Symeonis lib. 1. de electione papæ lib. 1. de exercitio spiritali lib. 1. de 12. honoribus S. Ioseph lib. 1. de anima & accidentibus eius lib. 1. concordiam theologiae & astrono. lib. 2. de sacramentis ecclesiæ lib. 1. sermones varios lib. 1. epistolulas plures ad diuersos lib. 1. & quædam alia. Claruit an. Do-
mini 1416. Commentarij eius super Sententias impressi sunt. item liber de concordia astrologiæ cum theologia historiaque, Basileæ ab authore conscriptus: & alia varia in Appendice operum Ioan. Gerson, quæ supra recensui. Quæstiones in Sphæram mundi Ioannis de sacro busto: liber impressus cum Peiri Ciruelli commentarijs: de quo infra. Eiusdem libellus de emendatione ecclesiæ, excusus est in 4. & Colonia in fol. cum cõ-
cilio Basiliensi. Eiusdem tractatus super libros Meteororû de impressionibus aeris, ac de ijs que in prima secunda atque tertia regionibus aeris sunt, sicut sunt sydera cadentia, stellæ cometæ, pluuia, ros, pruina, nix, grando, ventus, terræmotus, deque generatis infra terram. Impres. Vienne Austria, 1509.

Petri Alicitis Carnutensis, Montani primarij, De vtroque Christi aduentu, De extremo iudicio & signis ipsum præcedentibus, De mortuorum resuscitatione, De pœnis inferni & gloria paradisi, adiectis Christi, prophetarum, & Sybillarum præconijs. carmine & prosa conscripti libri, excusi Parisijs apud Ludouicum Grandinû, anno Domini 1552. De recta viuendi ratione libri 4. carmine scripti. Parisijs, 1547.

Petrus Alphonsus ex Iudæo conuersus ad fidem, Moyses antea vocatus, quem rex Alphonsus de sacro fonte leuâs, suo agnomine insigniuit, scripsit sub nomine Moyse Iudæi quod fuerat, & Petri Christiani quod esse cœpit, insignem dialogum. contra Iudæos lib. 1. de scientia & philosophia lib. 1. & quædam alia. Huius Petri Alphonsi dialogi excusi sunt Colonia apud Gymnicum,

Claruit anno Domini 1100.

* Petrus Aluarorus Super i. ff. veteris De pactis, I. rescriptum. parag. si pact.

Petri de Aluernia, ordinis Prædicatorum, discipuli S. Thomæ Aquinatis, Commentarij in aliquot libellos Aristotelis, nempe de motibus animalium, de longitudine & breuitate vitæ, de iuuentute & senectute, de respiratione, de mortè & vita: impressi Venetijs, 1507. cum Thomæ Aquinatis commentarijs in Aristotelis libellos de sensu & sensato, de memoria, &c. Eiusdem additiones in commentarios Thomæ Aquinatis super libris Aristotelis de cælo, qui morte præuentus eos non absoluerat, adiecit autem super partem tertij, & super quartum integrum commentarios suos hic Petrus Aluernus, impressos Venetijs apud Scorum, 1495.

Petrus de Ancarano, patria Bononiensis, Baldi Perusini quondam auditor, scripsit super Decretalibus lib. 5. super 6. Decretalium lib. 1. super Clementinis lib. 1. de regulis iuris lib. 1. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo lib. 12. consilia plurà lib. 1. & quædam alia. Citantur & repetitiones quædam eius: in 1. Decret. de constit. c. 1. Canonum stat. in 2. Decret. de confessis & de probatio. c. ex parte. & c. tertio loco. & rursus de probatio. c. in præsentia. & de foro compe. c. postulasti. Claruit ann. 1410. Eius super Decret. & Clement. impres. Lugduni, anno 1533. Consilia eius impres. sa sunt Venetijs, anno 1568. in folio.

Petri Andreæ Gammarij Bononiensis, dialecticæ legalis vel Topicorum lib. 3. eiusdem de veritate & excellentia legalis scientiæ oratio: Rob. Vuintet excudit Basileæ, 1543. vide Andreas Gammarus. Eiusdem Commentum super extrauagantes Iulij secundi super electione Simoniaca Papæ. Super sextum Decretalium, De rerum permuta. Item De extensionibus.

Petri Andreæ Mattheoli Senensis medici de morbi Gallici curandi ratione liber 1. per dialogum inter se & Frauciscum Aligerum ab ipso cõscriptus: Bebelius excudit Basileæ, 1536. cum diuersis aliorum eiusdem argumenti libellis, & Venetijs, 1535. Eiusdem commentarios longe doctissimos in libros 6. Dioscoridis de medica materia, qui sæpius Iralice editi, postremo ab ipso auctore in Latinam linguam translati sunt. Venetijs excudit Vincentius Valgrisus, an. Domini 1554. in fol. Adiectæ sunt innumera planiarum & animalium imagines ad viuum expressæ. Eiusdem Apologia qua se ab erroribus & calumnijs vindicat, quibus notatur ab Amaro Lusitano medico in suis enarrationibus, quas ille in Dioscoridè nuper edidit: Item obiectiones quibus errata Amari patefacit: idem Vincentius excudit. * Eiusdem Epistolarum medicinalium libri quinque impressi Lugduni in octauo, 1564. De simplicium medicamentorum facultatibus secundum locos & genera, opusculum impressum Venetijs à Valgrisio, 1569. Compendium de plantis omnibus vna cum earum iconibus, de quibus scripsit in suis commentarijs in Dioscoridè editis. Venetijs, 1571. quarto. Disputatio aduersus 20. problema Melchioris Guilandini. Promisit etiam aliterum tomum epistolarum medicinalium, vñ

rum an editus sit ignoro.

P. Man. l. d. p. 410.

* *Petri Angelij Bargi Cynegeticorum* lib. 6. carmine heroidico. *Carminum* lib. 2. *Ecloge* 3. Lugduni apud hæredes Gryphij, 1561. in quarto. Eadem ab auctore recognita & aucta impressa sunt Florentiæ, 1568. in octavo.

* *Petrus Angelus Agaihus, Materas*, librum *Gabrielis Fallopij* de morbo Gallico edidit, & scholijs marginalibus illustravit, ac exercitationes quasdam nobiles passim inseruit, certis notis à reliquo orationis contextu secretas. Venetijs, 1565. Idem edidit ann. 1562. eiusdem Fallopij libellum de differentijs doctrinarum.

* *Petri Angulolæ Consiliorum* lib. 7. completentes consilia criminalia, de contractibus inter vivos, de iudicijs, de possessorio, dotibus, de ultimis voluntatibus, de feudis. Venetijs, 1572. in fol.

Petri Anteboli Allobrogis iurisperiti, de muneribus liber extat.

* *Petri Antesignani Scholia & Praxis*, in Nicolai Clenardi Institutiones Græcæ linguæ. Lugduni & Venetijs. Eiusdem in Terentij comædias annotationes. Lugduni. Epistola Hebræa ad P. Costum, cum eius libro de Messia impressa. De ratione Græci carminis & quædam aliâ.

Petri patriarchæ Antiochiæ ad Constantinopolis patriarcham sermo, & alius ad episcopum Gadrentze, extant Græce Romæ in Vaticana bibliotheca.

Petri Apiani dicti Beneuuitz ex Leysnick, Germani, mathematici liber *Cosmographicus*, impressus in Germania anno 1524. cum multis & varijs figuris ac instrumentis. inscribitur aliâs, instructio geographica, ac denuo excusa est Antuerpiæ, 1540. per Gemmam Frisum restituta, cum ipsius Gemme opusculis duobus. Continet autem partilem quoque descriptionem quatuor partium terræ, Europæ, Asiæ, Africæ, & Americæ: Cui adiecta est descriptio regionis Peru nuper inuenta, item de horarum noctis obseruatione libellus. Adiectus est quadrans vniuersalis, nouâ facie, in eundem vsum fabrefactus: cuius vsu, quicquid ex tabulis Sinuum computando elici poterat, sine negotio, sineq; numerorû molestiore tractatione facillimè perspicitur: Ioan. Petreius excudit Norimbergæ, 1541. Exiuerat & prius hoc instrumentum primi mobilis, sed sine quadrante. Petrus Apianus & Bartholomæus Amancius poeta, collegerunt summo studio ac maximis impensis, liberalitate D. Raymundi Fuggeri, inscriptiones sacrosanctæ vetustatis totius ferè orbis, expressis vbiq; figuris per quàm eleganter. liber excusus est Ingolstadij, apud ipsum Petrum Apianum, 1534. Instrumentum astronomicum representans folium populi, exc. in Germania, 1543. Claruit anno 1551.

Petrus de Apono, patria Patavinus, philosophus & medicus, scripsit opus insigne de omni moda medicina, ad Ioannem papam XXII. lib. 1. in librum Ioannis Mesuæ lib. 1. in problemata Aristotelis lib. 1. & quædam aliâ, Galenum de cholera nigra, & de regimine sanitatis, cum alijs multis transtulit. sunt qui Conciliatorem appellant, ob librum ab eo scriptum, in quo veterum præcepta medicorum simul connectit atq; con-

tiliat. Eius Astrolabium planum in tabulis ascensu quationes domorum cæli, significationes imaginum, moram nati in vtero matris, cum quodam tractatu natiuitatum, nec non horas inæquales pro quolibet climate mundi; liber impressus Venetijs, 1502. De venenis eorumque remedijs liber impressus Marpurgi apud Ceruicornum, 1537. & Venetijs apud Gryphium, 1550. Tractatus aliquot Abrazæ Auenzare Latinos fecit. Conciliator differentiarum 209. philosophorum, & præcipuè medicorum: liber impressus Venetijs, anno 1483. apud Ioan. Herbort Alemannum, cum catalogo differentiarum in calce operis, de ægri tudinibus corporis humani additio ad Grabardin, siue medicinas particulares, id est secundum locos Ioannis filij Mesuæ: cum operibus Mesuæ imprimi solitæ. Expositio problematum Aristotelis. impressa Venetijs apud Ioan. Herbort Alemannum, 1482. & Parisijs 1520.

* *Petri Aquani Brixiani*, Institutiones in decem Categorias Aristotelis. Patavij, 1557.

* *Petrus archiepiscopus Aquensis*, scripsit in quatuor libros sententiarum. Vixit circa annum 1318.

Petri de Aquila, ordinis minorum, supra quatuor libros sententiarum, Spiræ Petrus Drach impressit, anno D. 1480.

Petri de Argelata Bononiensis, de chirurgia libri sex, impressi Venetijs, 1497. apud Octavianum Scotum.

* *Petrus Argentoratensis*, Germanus, Carmelita, copiose describit Belli Argentinensis historiam, sub Gualtero episcopo lib. 1. Claruit anno Domini 1270. Gaspar Bruschius.

* *Petri Argiuorum episcopi*, encomium in SS. *avapropovs* Cosmum & Damianum. Eiusdem Encomium in S. Annam. Græce manuscr.

Petrus Arlunus, vide Arlunus, & Ioan. Petrus Arlunus.

Petrus Artopæus, Germanus, Latinæ phrasæ elegantias ex præcipuis autoribus conscripsit: liber excusus Vuittembergæ, 1534. ordine alphabeti. Eiusdem Euangelicæ conciones Dominicarum totius anni, per dialectica & rhetorica artificia breuiter tractatæ, sub nexis epistolarum argumentis, cum Ioan. Aepini de sacris concionibus formandis compendiaris formula præfixa, excusæ. Psalterium Hebraice, Græce, & Latine, ad veterum exemplarium fidelem lectionem emendatum, & explicatum, item Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ Grammatica, pro incipientibus ob facilitatē, pro doctioribus ob exactam diligentiam, ita conscripta, vt post tot & tantos viros in hac re frustra elaborasse autor non videatur. Accedunt, Ionas propheta, & Psalmi 15. triû linguarum, cum eiusdem Petri commentarijs: Christiana trium linguarum elementa: de prima rerum origine vetustissimaq; theologia, ex tribus primis capitibus Geneleos: in priorem Pauli ad Timotheum epistolam Scholia, quæ iusti Comentarij munere fungi possunt: Hæc omnia excudit Henr. Petri Basileæ, anno 1545. De prima rerum origine & vita sanctissimorum antiquissimorumq; patrû, ex toto libro Geneleos breues aphorismos excul-

excusi ab eodem anno 1546. Postilla, siue Evangeliorum & epistolarum dominicarum & præcipuorum festorum totius anni, pro scholasticis & nouellis præconibus, per breues annotationes: vnà cum Catechismo scholijs quoque illustrato: Hen. Petri excudit an. 1550. forma sublonga. Eiusdem Pomeraniæ descriptio, à Sebastiano Munstero Cosmographico operi inserta est. Idem scripsit commentarium in Apocalypsim nondum excusum. * Donatum Hebræum, grammaticam ita inscriptam propter methodum. Argumenta Euangeliorum dominicalium, cum Calendario. Argumenta bibliorum per singula capita. Clauit Sterini, 1554.

* Petri Aruerni Complementum Summæ B. Thomæ Aquinatis.
 * Petrus Aurelius Sanutus, Venetus, Augustinianus, edidit Oppugnationem aduersus Lutheranas assertiones. Parisijs Ioan. Foucher, 1550.
 * Petri de Aurilaco I. C. Practica.
 * Petrus Babyon soluta oratione & carmine impendio exercitatus, & theologus quoque, scripsit Expositionem in Mattheum lib. 1. Sermones 70. lib. 1. Comædiam carmine lib. 1. De officio Missæ lib. 1. Homilias aliquot lib. 1. Carmina varia lib. 1. Claruit circa annum 1366. Baleus.
 * Petri Barberij Theologiæ professoris & prædicatorum prioris Louanij, Hortulus precationum Louanij, 1571. duodecimo.
 * Petri Barabi medici De generatione hominis.
 * Petrus Basset clari generis armiger, Henrici quinti Anglorum Regis à cubiculis, scripsit Anglice, Acta regis Henrici quinti lib. 1. Claruit anno 1430. Baleus.

Petri de Bayro opusculum de pestilentia, eiusque curatione, per præseruatiuum regimen & curatiuum: impressum Taurini, 1507. * Eiusdem de mededis humani corporis malis Enchiridion; seu Practica quod vulgo Veni mecum vocant: editum est Basileæ à Theodoro Zuinggero apud P. Pernam in octauo. Additus est etiam liber de pestilentia eiusque curatione.

Petrus de Bella Pertica, natione Burgundus, iureconsultus, scripsit super Codice lib. 9. super institutis lib. 4. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo lib. 12. super ff. infortiati lib. 11. centum dissertationum lib. 1. consilia plura. & quædam alia. Pleraque eius scripta impressa feruntur Lugduni & Parisijs. repetitiones ab eo scriptæ sunt, in primum ff. veteris, de edendo l. 1. & l. argentarius. parag. cum autem. de pactis. l. iuris gentium. de iurisd. om. iud. l. more. de ferijs. l. in pecuniarijs. de officio eius l. post mortem. si quis cautio l. etsi post tres. si quis in ius voc. l. ex quacumque: de constit. princip. l. beneficium. de his qui sunt sui l. si iudex. de transactionibus. l. qui cum tutoribus. ibidem. de procuratoribus. l. si defunctus: ex qui. cau. ma. l. si hostibus. ibid. Repeitiones eius in 1. Codicis. de dona. inter vi. l. donationes: ex del. def. l. 1. ex quib. ca. infra. l. 1. etsi seuerior. de fide instru. l. comparationes. de iure om. iud. l. 1. & de legibus. l. cum quæstio. de non num. pec. l. generaliter. & de vsuris. l. acceptam; & si seruo extero. l. si seruus & de rerum permut. l. ex placito. & locati. l. certi iuris. de procur. l. 1. & l. exigenti

di. & l. inutilis. Quod cum eo. l. & qui. de ressi mil. l. qui tempore. De summa trinit. l. 1. De tranzacta. l. siue apud acta. in 2. Codicis. De ed. d. adr. toll. l. si. Et de verborum signif. l. cum quidam. De collatio. l. si emancipati. De confessis. l. confesos: & ibid. De tempor. appell. l. per hanc. Et R. quorum ap. non ric. l. ab executione. & R. unde vi. l. si quis in tant. & R. uti possideris. l. uti possideris. & R. etiam ob chirog. pec. l. pignus. & R. de euictionib. l. quoniam. & R. De iniurijs. l. si non conuicij. De furtis. l. falsus procur. De insti. & substi. l. si pater filium. De sententijs quæ. l. 1. Extant præterea eius Singularia quædam, Commentaria super Feudis, Disputationes 547. quarum initium est, Ita est de consuetudine in quædam ecclesia. Claruit anno 1300. Commentaria eius, in Digestum nouum, videlicet ad 43. 44. 45. 46. & 49. Pandectarum libros ex vetusto manuscripto exemplari descripta, atque huic opera Viti Polanti euulgata. Item explicationes singulares eiusdem in aliquot leges Digesti veteris, & Codicis Iustiniani, per eundem Polantum à mendis repurgatæ. Francofurti, 1571.

Petri Bellonij Cenomani De aquatilibus libri duo cum Iconibus ad viuum ipsorum effigiem, quo ad eius fieri potuit, expressis, excusi Parisijs apud Carolum Stephanum, anno Domini 1553. Eiusdem de admirabili operum antiquorum & rerum suspiciendarum præstantia, liber primus: De medicato funere seu cadauere condito, & lugubri defunctorum euolatione liber secundus: De medicamentis nonnullis seruandi cadaueris vim obtinentibus, liber tertius. Parisijs apud Guilielmum Cauellat, 1553. in quarto. Eiusdem de arboribus coniferis, resiniferis, alijs quoque nonnullis sempiterna fronde virentibus, cum eandem iconibus ad viuum expressis. Item de melle Cedrino, Cedria, Agarico, resinis & ijs quæ ex coniferis proficiuntur. Ibidem in quarto, chart. 10. Promittit etiam alium librum De arboribus sempiterna fronde virentibus. Eiusdem de obseruationibus singularium omnium rerum, in diuersis regionibus visarum, liber Gallice excusus in quarto. De auibus liber Gallicus: Item Liber Gallicus, De piscibus marinis peregrinis, de quæ Delphino. Parisijs, 1551.

* Petri Beaufardi medici, Arithmetices præxis, ad quam veterum permulta exempla reuocata explicantur Louanij, 1573.

* Petri Bellugani Speculum principum.
 Petrus Bembus Venerus Cardinalis, vir doctissimus, & eloquentiæ Ciceronianæ summus imitator fuit, cuius aliquot opuscula impressa sunt Lugduni apud Gryphium, Epistolæ excusæ Basileæ apud Frobenium, & Lugduni apud Paganum. De imitatione sermonis lib. 1. cum Io. Francis Pici quibusdam opusculis; 1518. Basileæ impressus. Betiacus poema heroicum; impressum Basil. apud Rob. Vuinter, cum varijs poematis. De Aetha libellus, impressus Venerijs, 1530. Eiusdem historiæ Venetæ lib. 12. excusi Venerijs apud Aldi filios, anno Domini 1551. & Parisijs apud Vascosatum in 4. Scripsit etiam elegantissime de Culice, vt refert Nicolaus Erythraeus. Opera eius Latina excusa sunt Basileæ in 8. tomis

Stylum eius commentat. S. d. b. l. 1. 2. Ep. 1. p. 50. et Ep. 2. p. 52. 53. et Ep. 10. p. 206. l. d. Ep. 8. p. 523. l. 12. Ep. 4. p. 577. Ep. 9. p. 597. 729. p. 597. in Pref. p. 596.

tribus, sunt autem hæc. Historia Veneta. Epistolarum Leonis X. Pont. Max. nomine scriptarum lib. 16. Epistolarum familiarium lib. 6. De imitatione libellus. De Actna dialogus. De Culice Vergilij & Terentij fabulis. Carminum libellus. Claruit anno 1540.

* Petrus de Benanintendis, recollectit & edidit, Decisiones causarum Rotæ Bononiensis. Venetijs, anno 1568. in octavo. & Francofurti, 1573. in folio.

* Petrus de Bereto, Gallus Narbonensis, Carmelita, Romani palatii magister, & Clementi sexto à confessione, episcopus Vasonensis, scripsit Repertorium quoddam lib. 1. Placita Theologica lib. 1. Atque conciones plures. Claruit anno Domini 1348. Aegidius Faber.

Petrus Berthorij, patria Pictaviensis, Prior monasterij S. Eligij Parisiensis, ordinis diui Benedicti, scripsit ad Ioannem de Pratis episcopum Predestinum, magnum & egregium opus, quod in tribus voluminibus iam impressum est, prædicatoribus simplicioribus non inutile, quod dictionarium appellant. sed ipse illud vocari voluit Repertorium morale, reductorium quoque morale lib. 4. inductorium morale lib. 3. breuiarium historiarum Bibliæ lib. 1. Cosmographiam scripsit lib. 1. sermones varios lib. 2. & alia multa. Denique ad instantiam Ioannis regis Franciæ, Titum Liuium in Gallicam linguam conuertit. Feruntur eius ad diuersos epistolæ, & repertorium morale, siue dictionariū vtriusque testamenti, impressum, Tomis duobus. Morale reductorium super totam Bibliam per libros 34. capitibus distinctū, vbi notabiliorum, historiarum ac figurarum vtriusque Testamenti, præmissa cōpendiosa Textus summa, tropologica seu allegorica, & nonnunquam anagogica subnectitur explanatio, adiectis Bibliorum concordantijs. Adamus Petri excudit Basileæ, 1515. Claruit anno Domini 1360.

Petrus Bertrandus Cardinalis, scripsit de origine iurisdictionum, seu de duabus potestatibus, temporali & spiritali.

Petrus de Besuzio, scripsit in 2. Infort. de legatis 3. l. re coniuncti.

Petrus de Biaxio, scripsit Directorium conficiendarum electionum.

* Petri Bizari Epitome insigniorum Europæ historiarum hinc inde gestarum ab anno 1564. vsque in annum 1573. Basileæ cum Aulæ Turcicæ descriptione, Antonij Genfræi.

Petrus Blefensis, archidiaconus Bathoniensis, scripsit de amicitia Christiana lib. 1. de penitentia salutari lib. 1. de accelerando passagio lib. 1. de qualitate penitentiae lib. 1. de studio sapientiae lib. 1. contra deprauatorem lib. 1. exhortationem ad abbatem lib. 2. de officio episcopi lib. 1. de periculo prælatorum lib. 1. de vita clericorum curialium li. 1. epistolarum numero 194. li. 1. de præstigijs fortunæ lib. 2. * Scripsit etiam Sermones de ieiunio lib. 1. De conuersione Pauli lib. 1. De transfiguratione Domini lib. 1. De synodo celebrantis lib. 1. Vitam patientis Iob lib. 1. Vitam Guthlaci confessoris lib. 1. Vitam Vuilfridi archiepiscopi lib. 1. Dialogorum regis & abbatis lib. 1. Sermones quam plures lib. 1. Testi-

monia fidei Catholicæ lib. 1. De perfidia Iudæorum lib. 1. Manipulum florum lib. 1. Acta Henrici secundi lib. 1. De peregrinatione Hierosolymitana lib. 1. Canonem episcopalem lib. 1. De assertionem fidei lib. 1. Piarum exhortationum lib. 1. Et alia plura. Claruit ann. D. 1160. Ioan. Baleus. * Petri de Boaterijs expositio in Practicam Rolandinam.

Petrus Boherius abbas sancti Auiani, ordinis diui Benedicti, l. C. scripsit in regulam S. Benedicti lib. 1. in speculum monachorum li. 1. de signis locutionum lib. 1. qui cum esset decretorum doctor celeberrimus, regulam sancti Benedicti, nouo & inusitato expositionis genere commentatus est, omnia illius non solum capitula, sententias & dogmata, sed etiam quod amplioris industriæ est, verba, consilia & præcepta, iuri pontificio conferens, mirabili subtilitate canonibus patrum approbauit. Claruit anno 1360.

Petri Bolandi hymni quidam extat. Idem scripsit carmen saphicum pro Friderico imperatore III. & aliud in mortem Rodolphi Agricolæ, Epigrammata innumera ex sententijs Senecæ & Platonis. Sapphicum in D. virginem. Heroicum in opus de triplici candore, & alia complura. Claruit anno Domini 1495.

Petrus Bonomus Tergestinus, scripsit lib. epigrammaton, epistolarum indefessam cōgeriem. Claruit anno 1494.

Petri Boni Ferrariensis rationes pro alchymia & contra, excusæ cum Iani Lacinijs collectaneis de lapide philosophorum.

* Petri Boquini sacre theologiæ professoris in schola Heidelbergensi, Ad calumnias doctoris cuiusdam Auij in Euangelij professores, defensio, 1558. in 4. Examen libri quem D. Tilemannus Heshusius inscripsit, De præsentia corporis Christi in cœna Domini, Basileæ apud Oporium, 1561. Theses de cœna Domini. Heidelbergæ, Exegesis diuinæ communicationis.

Petrus Borrana, de lacu maiori, de Brossago, scripsit aut locupletauit librum Venetijs impressum olim, qui inscribitur Corona preciosa, vbi è regione ponuntur vocabula Latina, Italica, Græca vetera, & Græca quorum hodie vsus est. Claruit anno 1544.

* Petri Brallier Pharmacopolæ Lugdunensis capitulationes super apologia Ioannis Surrelli medici.

Petri Brissoti medici nostri temporis liber, siue apologia, de incisione venæ in Pleuritide morbo, impressus Parisijs apud Colinæum.

* Petrus Brixienensis doctor iuris, congeffit Repertorium, quod extat.

* Petri à Brouershauen liber de sacrificio Misæ. Item De meritorum Christi & sanctorum cōsensu. Item quæstiones pastorales, & de cælibatu sacerdotum admonitio. Omnia simul impressa Louanij, 1572. in 8.

Petrus Brutus, natione Venerus, episcopus Cætharensis, pro cōfirmatione fidei Christianæ, scripsit inter cætera ingenij sui opuscula, ad senatum Vincentinum opus celeberrimum & insigne, sanctorum scripturarum autoritatibus copiose instructum aduersum Iudæos. Claruit anno 1485.

* Petri Bulengeri Institutionum Christianarum lib. 8. Parisijs, 1561.

Petri Bunnelli, Galli, familiares aliquot epistolae, excusae sunt Parisijs apud Carolum Stephanum, anno Domini 1551. in octavo & Coloniae apud haeredes Arnoldi Birkmanni, 1568. in octavo. Quaedam ex his in volumine epistolarum clarorum virorum impressae sunt.

* Petri Burchardi parua Hippocratica tabula. Petrus e Burgo S. Sepulchri, de Prospectiva picturae librum composuit, Raph. Volaterranus.

Petrus Burrus Belgicus, patria Burgensis, scripsit Odarum li. 4. hexametrorum lib. 1. apologorum li. 1. elegiarum lib. 2. epigrammatum li. 1. moralium, canticorum de duobus festis, De aduentu Domini. De vigilia Domini. De natiuitate Domini. De Circumcisione Domini. De Epiphania. De Ieiunio. De ingressu in Hierusalem. De confessione & Eucharistia. De cena dominica. De laude crucis. De Passione dominica. De resurrectione dominica. De communione paschali. De inuentione crucis De ascensione Domini. De Peccato. De Trinitate. De corpore Domini. De exaltatione crucis. De facie dominica. hymnos de omnib. sanctis. De festo beate Mariae, epistolas & orationes non paucas. & quaedam alia. Petri Burri Peanes quinque festorum diuae Virginis Mariae, & quidam alij eiusdem hymni, excusi sunt Parisijs ab Alcenio in 4. chart. 28. cum familiari expositione Alcenij Claruit anno 1507.

* Petrus Calaphatus super ff. veteris. * Petrus Calo, de ordine fratrum Mendicantium scripsit, vitas sanctorum lib. 1. Georgius Vuicelius.

Petrus de Candia, natione Cretensis, ordinis fratrum minorum, tandem summus pontifex Alexander V. nominatus, scripsit commentaria super sententias lib. 4. sermones varios. & quaedam alia. Claruit anno 1410.

Petrus Candidus Decembris Nicolai V. magister breuium fuit, posteritati magis cognitus ob conuersum Appianum Alexandrinum, quam suo seculo. Raph. Volater. Idem scripsit vitam Philippi vicecomitis, Sueroniū amulatus. Transtulit e Graeco politiae Platonicae libros, quos & Hunfrido Glocestriae duci in Anglia dedicauit. Ioannes Lelandus. Petri Candidi, de genitura hominis liber, impressus olim Romae, vt videsur, sub nomine Candidi.

* Petri Canisij Iesuitae Institutiones & exercitamenta Christianae pietatis. Antuerpiae apud Plantinum in decimosexto. Eiusdem Catechismus ibidem in 8. Summa doctrinae Christianae. Dillingae. Commentariorum de Verbi Dei corruptelis, liber primus, in quo de Ioannis Baptistae historia Evangelica, cum aduersus alios huius temporis sectarios tum contra novos ecclesiasticos historice confarcinatores siue centuriatores, pertractatur. Dillingae, 1571. quarto. Eiusdem Martyrologium ab auctore emendatum & auctum. ibidem 1573. Germanice.

* Petrus Canonicus Londinensis Archidiaconus tandem, scripsit Panteologum theologiae li. 32. Contra peccata lib. 6. De virtutibus lib. 6. De aduentu Messiae lib. 3. Remediarium conuersorum

lib. 2. Sermones eruditos lib. 1. De terra Palestinae lib. 1. Claruit anno 1230. Baleus.

* Petri Cantoris Expositio super XII. Prophetas. Item Discursus secundum ordinem alphabeti de omni materia theologica. M. Dresserus.

* Petri Caponsacchi de Pantaneto Aretini in Ioannis Apostoli Apocalypsim obseruatio, ad Selimum 11. Turcarum Imperatorem. Florentiae 1572. in quarto.

10 Petri Carae comitis equitisq; orationes, epistolae, & epigrammata, excusa Augustae Taurinorum a P. Porro anno Domini 1520.

* Petrus Carolinus pastor Varadiensis ecclesiae, Parinonius, edidit eruditam & perspicuam explicationem orthodoxae fidei de vno vero Deo, Patre, Filio, & Spiritu sancto, aduersus blasphemias Georgij Blandratae, & Francisci Davidis errores, libris duobus comprehensam. Vuitenbergae, 1571. in octavo. Scripsit item Confutationem omnium haeresum & errorum quae sparguntur a nouis istis Artianis, breui (vt spero) publicandam.

* Petrus Carpentoraetensis I. C. reliquit doctissimum volumen consiliorum.

* Petrus Carnotensis cellarius, scripsit Paraphrasin Psalmorum. Vixit anno 1030.

* Petri Carratij, Questio de venenis ad terminum. Petrus de Casa Lemouicensis, Carmelita, scripsit super sententias lib. 4. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. & quaedam alia. Claruit anno 1330.

* Petrus Cassiodorus, Italus, vir nobilis atque eruditus, scripsit monitorie ad Anglorum ecclesiam, ne amplius ferant Romanorum pontificum, seu potius Antichristi tyrannidem lib. 1. Claruit, vt ex eo apparet, anno Domini 1302. Ex opere vetusto Baleus.

* Petrus de Cerustis I. C. citatur ab Aluoroto & Ioanne Andreae.

40 Petrus Cholinus Tuginus, Heluetius, post conscriptum Dictionarium Latinogermanicum, ecclesiasticos veteris Testamenti libros Latine reddidit, optima fide, diligentia summa, ex collatione plurium codicum, & puritate Latini sermonis adhibita: quod quidem opere per typographum absolutum, anno 1542. eodem die piissima morte fundus est. Eius autem dictionarium Latinogermanicum, Froschouerus excudit Tiguri 1541. Reliquit & Grammaticam linguae Gallicae Latine scriptam, & Germanicis exemplis illustratam, quae nondum impressa est. Item de conspicijs libellum. Claruit anno Domini 1540.

Petrus Chrysologus, episcopus Rauennas, scripsit sermones & homilias plures lib. 1. Ad Eutychem presbyterum epistolam 1. & alias plures, opus Homiliarum, numero 176. exc. Coloniae apud Melchiorem Nouesianum, 1541. Chrysologi cognomen tulit, ab aurea quadam ingenij atque eloquentiae vberitate. Claruit anno D. 450.

60 Petri Ciruelli Darocensis Hispani commentarius in Sphaeram mundi Ioannis de Sacrobusto, impressus est Parisijs, 1498. cum Petri de Aliaco quaestionibus in eundem librum. In praefatione mentionem facit Ioan. Pici Mirandulani.

* Petrus Clarke in Oxoniensi gymnasio liberatus.

lium artium magister ac sacrificus Vuicleui sectator fidelis, scripsit ad Antichristi synagogam lib. 1. Contra mendicantes fraterculos lib. 1. Obijt anno 1433. Baleus.

Petrus abbas Cluniacensis, ordinis S. Benedicti, scripsit reuelationes multorum lib. 1. de conuersatione eremitica lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Eius epistola ad D. Bernhardum Claruallis abbatem, de translatione Alcorani, siue Saracenorum legis, ex Arabico in Latinum: impressa Basileæ apud Ioan. Oporinum, cum Alcorano, &c. Claruit circa annum 1100.

Petrus de Colle, ordinis fratrum minorum, Germanus, scripsit de autoritate concilij lib. 1. quaestiones sententiarum lib. 1. sermones varios lib. 1. & alia complura. Claruit anno 1440.

* Petrus Colmannus librum de perfecto aulico, Cortegianum Italice inscriptum, in Germanicam linguam transtulit.

Petrus presbyter ecclesiae Trecentis, cognomēto Comestor siue manducator, scripsit in signe opus ad Guillelmum Senonensem archiepiscopum, in omnes libros Bibliæ historiales, quod vocauit historiam scholasticam, distinctum in lib. 20. de laudibus S. Mariæ lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. & alia complura. Eius historia scholastica, impressa anno 1473. apud Ginterum Zainer. Claruit anno 1260.

* Petri Constanti nopolitani episcopi epistola ad Vitalianum Papam Romanum citatur in VI. Synodo. Fuit autem hic Petrus Monothelita.

Petrus Contarenus fertur aliquid edidisse. Videtur gentilis esse Gasparis Contareni, de quo supra dictum est.

* Petrus Corbarius cognomēto Remalutius in agro Reatino ex humili loco natus, Pontifex à Cesare Ludouico Bauaro creatus, scripsit Glossulam super Christi imitatione lib. 1. Obijt Lōd. 1331. Bal.

Petri Cordati, adolescentis Bellunensis, Prælecta soluta ac ligata oratione, excusa Florentiæ anno Domini 1553.

Petrus Corneus quidam Italus, iureconsultus, scripta nonnulla reliquisse fertur, de Philippo Corneo paulo infra.

* Petri Cortonæi libellus, cur Galenus scripserit librum de sanitate tuenda.

* Petrus Coruesius Cespitelensis Super 1. ff. veteris, in titulum finium regundorum. Eiusdem de ratione artis lib. in quo discernitur, an civilis scientia methodo tractari possit. Item Probationum testium, & fidei instrumentorum formæ.

* Petri Costalij Pegma, cum narrationibus philosophicis. Lugduni apud Matthiam Bonhomme, 1555. Eiusdem liber aduersariorum ex quinque & viginti libris Pandectarum Iustiniani Imperatoris, Lugduni impressis Matthias Bonhomme in folio, anno 1554. Idem Super 1. & 2. Infortiati.

* Petri Costi Typus Messæ & Christi Domini, ex veterum prophetarum præfensionibus contra Iudæorum avaritiam. Item Chaldaica paraphrasis Ecclesiasticus, Latine versa. Lugduni anno 1554.

* Petrus Coudebergus Pharmacopoeus Antuerpianus, Valerij Cordi Dispensatorium correxit, & ab erroribus non paucis vindicauit, adiecto Valerij Cordi nouo libello, aliisque paucis. Antuerpiæ Plantinus decimo sexto, anno 1568.

P E T

Petrus Crabbe Machlinien. ordinis D. Francisci de obseruantia, Concilia omnia ab Apostolorum temporibus in hunc vsque diem, ex vetustissimis diuersarum regionum bibliothecis in duos tomos conscripsit, opus impressum Coloniae, anno 1538.

Petri Cracouiensis Computus ecclesiasticus, vel astroonomicus, impressus in Germania, 1501. per capita 9.

Petrus Crassus, scripsit in 2. Decret. de restit. spol. c. cum ad sedem.

Petrus Crescentiensis, senator Bononiæ, scripsit de agricultura, multisque plantarum & animalium generibus libros 12. Henr. Petri impressit Basileæ, 1538.

Petri Criniti opera quædam, excusa Parisijs apud Ascensium, 1513. & Basileæ ab Henr. Petri, 1532. Sunt autem hæc, de honesta disciplina libri 25. diuisi in multa capita. de poetis Latinis lib. 5. in quibus multa veterum poetarum fragmenta referuntur. In epilogo huius operis promittit libros de grammaticis atque oratoribus paulo mox in lucem prodituros: iidem in epilogo operis de honesta disciplina, libros complures epistolicarum responsionum, Poematum, siue odoratum varij argumenti lib. 2. Complura alia ab eodem Crinito composita, aiunt haberi cum alibi loca multis, cum Ferrariæ apud Estenses principes. Eius epistolæ quædam leguntur lib. 2. epistolæ rum Io. Fracisci Pici, & lib. 12. epistolarum Ang. Politiani Claruit anno Domini 1505.

Petrus Crispus, scripsit in 2. Infort. de leg. 1. l. 1. * Petri de Cugnerijs oratio de duabus potestatibus, qua defendit regni Galliæ auctoritatem contra ecclesiasticos.

Petrus Curius Bergis, Vinihoci ludimagister, scripsit grammaticam Græcam & Latinam, excusam Antuerpiæ circa annum D. 1530.

Petri Cursij poema de vrbe Fatiscorum & Venientum, excusum Romæ. Eiusdem Roma, siue carmen heroicum lachrymabile, ad humani generis Seruatorem in Urbis excidio: cum epistola ad Ludouicam, Francisci Fræcorum regis matrem, scripta ex Urbis caduere, ut ipse loquitur, anno 1527. qua petit auxilium contra milites Cæsariænos: impressa Basileæ apud Rob. Vuinter, 1544. in libello variorum poematum. liber quidam inscriptus defenso, cui respondit Des. Eras. ut supra dictum est, Tomo nono operum Erasmi. Claruit anno 1526.

Petri Cusumani regimen pestilentiae.

Petrus de Dacia, astronomus præclarus, scripsit de calculo, seu computo lib. 1. Calendarium quoque lib. 1. & tabularum suarum lib. 1. Claruit anno 1300.

* Petri Dailefent Fundamenta grammatices in usum puerorum ad breuem methodum retracta. Lugduni. 1573.

* Petri Dalbitij Græce grammaticæ præcepta in usum studiosorum Græcæ linguæ collecta. Vuitenbergæ.

* Petri Dathæni ad criminationes & maledicta Latom

Latomi responsiones duæ editæ in octavo, separatum. Responsio ad quæstiones ministrorum Francofurtensis ecclesiæ de confessione Dresden si ab illis editas. Heidelbergæ, 1572. Germ.

Petrus Daguinus Mediatas, vide in Hen. Cornelij Agrippæ præfatione in artem breuē Lullij.

Petrus Damiani ex monacho diui Benedicti episcopus Hostiensis, &c. scripsit apologeticorum lib. 3. de incontinentia sacerdotum lib. 1. de vxoribus clericorum lib. 1. regulam solitariorum lib. 1. exhortatorium ad monachos lib. 1. miraculorum sui temporis lib. 1. de profectu monachorum lib. 1. antilogion contra Iudæos lib. 1. de auaritia prælatorum lib. 1. vita Odilonis abbatis lib. 1. de terrore mortis lib. 1. de meditatione mortis lib. 1. contra episcopos simoniacos lib. 1. contra quendam episcopum lib. 1. de insolentia malignorum hominum lib. 1. gratissimus, seu probatissimus lib. 1. declamationis rhetoricæ lib. 1. de naturis quorundam animalium lib. 1. de Flora & Lucila lib. 1. de Cassiano martyre lib. 1. de sancto Bonifacio lib. 1. de sancto Anastasio lib. 1. sermonum & homiliarum lib. 1. Eiusdem de ecclesiastica institutione & Simoniacæ hæreseos confutatione liber impressus Colonia apud Gymnicum cum 3. Prosperi libris. Item de excellentia S. Ioannis Baptistæ homilia 2. ibidem excusæ. De gradibus parentelæ ad Ioannem Cæsariatem episcopum. Claruit anno Domini 1050.

Petri Damiani presbyteri contra Græcos de sancti spiritus processione liber, extat Viennæ apud Vuolff. Lazium.

* *Petrus* Danelius Parisijs magna cum laude Græcas literas docuit. Eius epistola inter alias clarorum virorum epistolas excusa est Paris. 1556.

* *Petrus* Daniel Aurelius edidit antiquam comædiam quæ dicitur Querolus, additis scholijs. Parisijs, 1564. in 8. Audiō eundem complura manuscripta exemplaria vetera habere.

Petrus Dasypodius, natione Heluetius, vir utraque lingua doctissimus, Lexicon Græcolatinum in vltim iuuentutis diligenter congescit, ab blaus dictionibus obsoletis, aut barbaris: & auctorum testimonijs, quæ in maioribus Lexicis habentur, vt quæ tyronibus non sint necessaria. Rihelius excudit Argentorati, 1539. Eiusdē Dictionarium Latino germanicum, & viceuersa Germanicolatinum, ex optimis Latinæ linguæ scriptoribus concinnatum, cum appendice vocabulorum in locos & classes apud digestorum, quos recenser catalogus ab initio operis, Rihelius excudit Argentorati iam sæpius: magno enim studiorum applausu nō immeritō subinde distrahitur. Claruit anno 1554.

Petri Diaconi liber de literis antiquis ad imitationem Valerij Probi, impressus est Venetijs à Ioanne Tacuino, anno D. 1525. in 4. cum Demetrio Alabaldo & alijs quibusdā.

* *Petrus* Disroy Gallus, inter cætera, scripsit de perdizione Syriæ lib. 1. De recuperatione Hierosolymæ lib. 1. Et alia quædam. Robert. Fabianus.

* *Petri* Diuæ Louaniensis, De Gallia Belgicæ antiquitatibus, statum eius quem sub Romano imperio habuit complectens: Antuerpiæ apud Plantinum, 1566. in octavo.

* *Petri* Doleti, De morbis puerorum. Articulis morbi defensio.

* *Petri* Dominici de Musis, Placentini, Formulæ instrumentorum.

* *Petrus* Donatus episcopus Paduanus, & cancellarius Paduanæ studij, laudatur ab Aluoroto in præmio Feudorum.

* *Petrus* Dörlandus, Diestensis, Teuto natione, ac professione Carthusianus, scripsit vitam S. Annæ lib. 1. Violam animæ lib. 6. De Christi passione dialogum lib. 1. Et alia. Quæ omnia sunt impressa. Claruit anno D. 1490. Iodocus Badius.

* *Petri* Droeli medici è schola Parisiensis, Consilium nouum de Pestilentia. Parisijs, 1573. in 8.

* *Petri* Duenas Hispani, Regulæ iuris cum falentijs, Pars prima.

* *Petrus* Dugiensis, scripsit summam super historijs ad vsum ecclesiæ lib. 1. Londini in bibliotheca.

Petrus Edissenæ ecclesiæ presbyter, scripsit Syro sermone in Psalmos commentarios, & in Psalmos etiã metro lusit lib. 1. Homilias ad populū distavit, vide Getnadium. Claruit anno 450.

Petrus Eliacus, scripsit librum de potestate ecclesiastica, in septem psalmos pœnitentiales. Meditationes in psalmū, In te Domine speravi, &c. item in psal. Iudica me Deus, &c. Meditationem in salutationem Angelicam. Alij eum vocant Petrum Aliacum, de quo supra. Sed Baleus Eliacum appellat.

Petri Elseni, Busceducensis carmē Phalæcium additum est orationi gratulatoriæ Ioan Stratij ad Leonoram Gallia reginam.

Petrus Erloisus, scripsit in Martialis epigrammatum libros indicem copiosum alphabeticum; secundum librorum & epigrammatum numeros, impressum in Italia (Venetijs vt conijcio) chart. 12. & dimid. in 8. circa annum D. 1553.

* *Petri* Fabri supplicum libellorum in regia magistri in regulas iuris commentarius. Lugduni, 1566. in folio. Eiusdem semestrium liber. Parisijs, 1570. in quarto.

Petri Floris Hispani carmina quædam leguntur in libro epigrammatum Scholæ Christianæ, Basileæ impresso.

* *Petri* Follerij de S. Seuerino Neapolitani, Commentaria super Practica regni Neapolitani de Sodomia & icu bullistæ. Eiusdem Practica canonica & ciuilis, Eiusdem Practica criminalis dialogice contexta, secundum dispositionem capitulorum, Constitutionum, Pragmaticarum, & Rituum regni Neapolitani. Venetijs apud Bartholomæum Rubinum, 1568. in octavo. Praxis censualis, in qua censuum materia abundantissimè describitur, cum summarijs & indice, ab authore secunda editione, nouis & quamplurimis additionibus illustrata. Venetijs, 1569. in octavo.

* *Petri* Fontidonij pro sacro & œcumenicō concilio Tridentino, aduersus Ioannem Fabricium Oratio. Colonia, 1563. in 8.

Petrus Franciscus Giambullari, academicus Florentinus, scripsit Italice de origine linguæ Florætinæ. Torrentinus excudit anno D. 1549. in 8.

* *Petrus* Franciscus Curtius Super 2. ff. veteris, incert. petatur l. cum quid.

* Petri Francisci I. C. additiones & apostillæ super Constituc. regni Siciliae.

Petri Francisci Pauli medici Florentini tractatus de venæ sectione aduersus Auicennam: Lugduni apud Gryphium, 1534. cum alijs nouæ academice Florentinæ opusculis.

Petrus Franciscus Zinus, Veronensis, Gregorij Nazianzeni orationem de amandis & amplectendis pauperibus, & D. Gregorij Nisseæ pontificis eiusdem argumenti orationes duas, e Græco in Latinum transtulit, excusas Parisijs apud Vascosanum, anno 1550. Item Panopliam dogmaticam orthodoxæ fidei, excusam Venetijs, 1555. in fol. Ephraemi opera quædam. Dillinge, 1562. in 8.

Petri Galatini ordinis Minorum, opus de arcanis catholicæ veritatis, in Hebraicis libris, præsertim in Talmud inueniendis, in defensionem præstantissimi viri Ioan. Capnionis, & aduersus Iudaicam nostri seculi obstinationem, dialogo editum Orthonæ maris, 1518. Et Basileæ apud Henricum Petri in folio.

Petrus ordinis fratrum Predicatorum, Gallus, composuit per anni circulum, sermones de tempore, sermones quoque de sanctis, &c.

Petrus Gallandius, professor regius literarum Latinarum, edidit orationem pro schola Parisiensis, contra nouam academiam Petri Rami, excusam Lutetiæ, anno 1551. in 8. Scripsit etiam quædam in Quintilianum.

* Petrus Galestinus transtulit in Latinam linguam Gregorij Nissenii Conciones V. de oratione Dominica. Conciones 8. de beata vita comparanda. Romæ 1563. in 4.

* Petrus Galterius, Tholosæ minorita, theologus, scripsit commentarium in Genesim lib. 1. Nicolaus Bertrandus.

Petrus Gambon, iurisperitus, scripsit de seruitutibus.

* Petrus Garnengi, Armoricus Brito, provincialis Carmelitarum Turoniæ, scripsit historiam suæ religionis lib. 1. Historiam ecclesiæ lib. 1. Censuram constitutionum lib. 1. Conciones ad Clerum lib. 1. Et alia. Obijt anno Domini 1471. Laurentius Burellus.

Petrus Gaspar de Xantua, citatur in chrysopasso Ioan. Eccij, inter scriptores theol.

* Petri Gaudea Summæ partes tres, prima de sacramentis: secunda de legibus, præceptis, virtutibus, vitijs: tertia de contractibus, restitutionibus, statibus, beneficijs, Simonia, correctione, pœnis. Sorbona.

Petrus Gedultig seu Patiens, scripsit Concordantias Bibliorum Germanice accommodatas ad versionem Lutheri. Francofurti, 1571. in folio.

* Petri Gemelli ad Aristotelis doctrinam differendi institutio, & Compendium in 3. libros Aristotelis de arte dicendi: excu. in 4.

Petri Georgij Chalcedonij, opusculum de vita Sabellici.

Petrus Gerardus iurisperitus edidit Singularia.

* Petrus Gerardus Brugensis, poemata varia in fœdus & victoriam contra Turcas iuxta sinu Corinthiacum Non. Octob. M. D. LXXI. partem, collegit, disposuit & edidit. Venet. 1572. in 8.

Petrus Gilius Albiensis, Lexicon Græcolati-

num locupletauit, quod Curio impressit Basileæ, 1532. Transtulit etiam Theodoretii commentaria in 12. prophetas minores. excusa Lugduni apud Gryphium, anno 1533. & Parisijs apud Rob. Stephanum, idem Aeliani de animalium historia libros 16. Latinos fecit ad Franciscum regem Gallorum, & corollaria passim suis locis adiecit ex Porphyrio, Heliodoro, Oppiano. Eiusdem liber de piscium Massiliensium Gallicis & Latinis nominibus, quibus & alia quædam Genuæ & Venetijs præsertim vsitata, non raro adduntur: Gryphius excudit, 1533. Descriptio Bosphori Thracij, Item. Descriptio vrbs Constantinopolitanæ. Lugduni apud Rouillium in quarto.

* Petri Glaseri, Causæ quadraginta duæ cum mors non sit metuenda homini Christiano, varijs historijs explicatæ. Eiusdem tentationes Satanæ numero quadraginta, quibus preces nostras impugnat, & quomodo his obuiandū. Budeissinæ, 1569. & Norimbergæ, 1571. duodecimo. Explicatio orationis dominicæ forma precum: Lipsiæ, 1571. Libri tres Solomonis, Prouerbia, Ecclesiastes, & Sapientia, item liber Iesus Sirach, secundum rationem virtutum & vitiorum ordine decalogi, in loco CL. dispositi, Lipsiæ, 1572. Germanice omnia.

* Petrus Gnodalius de seditione rusticorum, anno 1525. per Germaniam exorta. Basileæ in officina Henr. Petri in octauo.

Petri Godofredi Carcafonensis dialogus de amoribus tribus libris distinctus, excusus Lugduni à Theobaldo Pagano, ann. Domini 1552. Idem scripsit super nonnullos titulos primi libri Codicis, vbi de hæreticis & eorum pœnis tractat.

Petrus Godofredus Remeus, Io. Murelij tabularū opuscula in epitomen redegit. Gryphius excudit Lugduni. Eiusdem erotemata siue isagoge in primas literas, ibidem 1538.

* Petri Gorraei Bituricensis, formulæ remediorum quibus vulgo medici vtuntur.

* Petri Guntheri de arte Rhetorica libri duos, technologicis scholijs illustrati Opera Valentini Erythraei. Argent. apud Sam. Emmelium, 1568.

* Petri Hassneri Conciones quatuor Catholicæ, super Euangelia Dominicalia in Aduentu, in quibus agitur de vera agnitione Christi, & signis aduentus eius, quomodo veri Christi ministri agnoscat, & quod sit antistitum officium. Ingolstadtij, 1568. in octauo. Germanice.

Petrus de Herenthal, monachus ordinis Præmonstratensis, collegit ex varijs doctorum commentarijs interpretationem in psalmos, appositis vbiq; doctorum nominibus: opus est inges, scriptum circa annum D. 1436.

Petrus Hædus sacerdos Portusnaensis, scripsit Anteroticorum, siue de amoris generibus lib. 3. excusos Taruisij apud Gerhardum de Flandria, anno 1492.

* Petri Hassardi Commentarij in Eobani Hessi bonæ valetudinis tuendæ præcepta. Francofurti Egenolphi hæredes, 1568. in octauo. Eiusdem (ni fallor) Clypeus astronomicus.

* Petri Haupt libellus precum, quo præcipue preces veteris & noui Testamenti continentur, & præterea nonnullæ aliæ.

Petrus Helia, scriptor iuris, citatur in summa Angelica.

* *Petrus Helias* respondens 14. libris Prisciani, maioris voluminis.

* *Petrus Henham* monachus Vualdenensis scripsit Anglorum Chronicon lib. 1. Claruit anno 1224. Baleus.

Petri Herimontani pauca quædam extant de laudibus Germanorum, quos Italis confert & præfert: impressa Marpurgi ab Egenolpho, anno 1542. in libello de Germanorum historijs.

Petri ab Hipponezarito martyris verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Petrus Hispanus Portugalensis, episcopus Tusculanus, &c. scripsit thesaurum pauperum lib. 1. de problematibus lib. 1. canones medicinæ lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & quædam alia. Tractatus sex logici, cum copulatis elucidatorijs magistrorum in Bursa montis Colonia regentium: impressi Colonia apud Hen. Quentel, 1503. *Pet. Hispani* Summula, cum interpretatione Georgij Bruxellensis, & Thomæ Bricoti quæstionibus, textuq; suppositionum, &c. Iannor de Campis excu. Lug. 1509. Claruit anno 1275.

Petrus Iacobus iurisperitus, scripsit practicam, & librum de arbitris, Eiusdè tractatus De actionibus & libellis formandis, manuscriptus apud M. Drefferum.

* *Petri Iacobi* Banelli, de pestilentia statu, liber 30 impressus (vt arbitrator) in Italia.

Petri Ieremiæ sermo, theologicus opinor, impressus: vt habetur in catalogo bibliopolij cuiusdam Italici.

* *Petri Ieremiæ* Panormitani, Sermones per totum annu. Eiusdem Expositio orationis Dominicæ, decem præceptoru, passionis Christi. Haganoæ Henricus Gran 1514.

* *Petrus Ioannellus* Bergomensis, de Gandino, collegit Nouu thesauru Musicum, quo selectissimæ planæq; nouæ cantiones sacræ (quas vulgo Moteta vocant) continentur, octo, 7. 6. & 4. vocu, à præstantissimis symphoneticis compositæ, & ad omnis generis instrumenta musica accommodatæ. Venetijs apud Gardanum 1568.

* *Petri Ioan.* Ancharani Regiensis, I. C. Quæstionum familiarium lib. 1. auctus & recognitus, Venetijs apud Iulium Tamburinum in 8. 1569.

Petrus Ioannis diocesis Biranensis, scripsit postillâ super Matth. super epistolas & super Apocalyp. in qua Papam antichristum dixit. Scripserunt contra eum Anselmus & Bernardus.

* *Petri Ioan.* Numesij Valentini Epitheta ex M. T. Cicer. collecta. Lugduni & Col. impres. 1571.

Petrus Ioânes Oliuarius Valentinus, Hispan. cum ex vetustis codicibus, tum ex interpretibus Græcis, castigauit Porphyrij Isagogen, Prædicamenta Aristotelis, libru de enunciatione, & priora resolutoria: Vuchelus excudit Parisijs Græce. Annotationes in Ciceronis opus de finibus bonorum & maloru, ibid. excusa, 1537. & Basileæ, 1544. Scholia in Ciceronis fragmentu de somnio Scipionis. Item, Summa capita in Ciceronis philosophiam moralè: Rob. Vvinter excudit Basileæ cum alijs quibusdam libellis, 1538. Annotationes

in libru secundum historiæ Naturalis Plinij, impressa Parisijs à Vuchel. Annotationes in Pomponij Melæ de situ orbis libros tres Lutetiæ, an. 1536. excusa, & Basileæ apud Rob. Vvinter cum Hermol. Barbari castigationibus in eundem, & Solini Polyhistore, De prophetia & spiritu prophætico liber, impressus Basileæ apud Ioan. Opérinum, 1545. Claruit Lutetiæ anno D. 1536.

* *Petri Ioannis* Perpiniani, è societate Iesu orationes quinq; Dillingæ 1572.

* *Petri Ioan.* Prouenzalis, Quodlib. Sorbona.

* *Petri Iustini* patricij Veneti Aloysij F. Reærum Venetarum ab vrbe condita historia lib. 13. Venetijs anno 1560. & 1572. in folio.

Petrus episcopus nouæ ciuitatis, natione Italus, scripsit opus quoddam insigne, in quo omnes noui & veteris testamenti historias ad alphabeti ordinem redegit, & ad singulas materias disposuit, super sententias lib. 4. in Prouerbia Salomonis lib. 1. in ecclesiasten etiam lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. & alia multa. Præterea verò totam fermè Bibliam optimis commentarijs exornasse dicitur. Claruit anno D. 1410.

* *Petrus* Keningalus Carmelita, edidit Conciones ad Clerum lib. 1. Disputationes ordinarias lib. 1. Obijt anno 1494. Baleus.

Petrus de Kyrslacken, ordinis Prædicatorum, scripsit de passione Domini. Vixit anno D. 1488.

Petri de Lacelata Chirurgia.

Petrus Lagnerius Compendiens, ex M. T. Ciceronis operibus illustriores sententijs, apophthegmata, parabolas, similitudines atq; alias pias sententias diuersi generis collegit, excusas Lutetiæ, & Lugduni apud Guilielmum Rouil, an. 1549.

Petrus Lauinius, scripsit propologicam enarrationem fabularum aliquot Metamorphoseos Ouidij, impressam Lugduni.

Petrus de Lauaderijs iurisperitus, libellum edidit de doctoribus.

Petrus Leuinius Sofandrus, scripsit de octo orationis partibus libellum, in quo Græcæ linguæ prima fundamenta breuiter complectitur. Excusus est Francoforti ad Viadrum, apud Ioanem Eichorn, anno 1551.

* *Petri* Licetij De auctoritate ecclesiæ & potestate Papæ. De hæreticis & eorum pœnis fol. 2.

* *Petrus* Ligneus Græuelinganus, super institutiones Iustini.

Petrus Lombardus episcopus Parisiensis ex scholastico, scripsit ex dictis sanctorum patrum opus, sententiarum lib. 4. in totum Psalterium lib. 1. in omnes epistolas Pauli lib. 14. sermones varios lib. 1. Claruit anno Domini 1140. Eius textus sententiarum, cum conclusionibus Henrici Gorichem, & Concordantijs Bibliæ ac canonum, nec non in principio singularum distinctiõnum summarijs appositis: item errores quidam Parisijs reuocati, & articuli in quibus Magister communiter non tenetur, opus impressum diuersis locis Italiae & Galliae. Eiusdem in omnes D. Pauli epistolas collectanea, ex Augustino, Ambrosio, Hieronymo, alijsq; nonnullis scripturæ primarijs interpretibus, summa arte diligentiaq; contexta, excusa Parisijs in officina Rob. Stephani, venduntur 10. solidis Gallicis.

* *Petri Lombardi* in ciuitate Aurelianensi *Leitura de Actionibus*. Item, *Cómetum* circa duas partes *Decreti*, quod absorbet multas diuersitates & difficultates. *M. Dresserus*.

* *Petrus Longatosta*, Gallus, Canonicus regularis cœnobij *Bridlyngtonensis* in Anglia ex Latino *Sermone* in metra Gallica transtulit opus *Hæreberti de Bosham*, de vita *Thomæ Cantuariensis* lib. 1. *Ioannes Lelandus*.

Petri Loriori Galli l. C. professoris *Lipsensis*, de apicibus iuris, liber *Lugduni* impressus, item de gradibus affinitatis & consanguinitatis ibidem à *Gryphio*. *Comment.* in titulum *Si certum petatur*, *Lipsiæ* à *Vuoltrabo*. De iuris arte tractatus 20. Eiusdem commentarius de regulis iuris, *Lugduni Sebastianus Gryphius* impressit anno D. 1555.

Petri Loticij Secundi carmen *Epithalamium* in nuptias *Sigisfridi Hetteti* & *Elissæ Loticiæ*, excusum *Marpurgi* anno 1544. Eiusdem aliud *Epithalamium* de nuptijs *Ioan. Beutheri*, ibidem excusum. In natalem *Iesu Christi* elegia. *Precatio* ad spiritum sanctum, & *epicedium* in obitu *Crucigeri*, *Vuitenbergæ*. Eiusdem elegiarum libri excusum in Gallia. Scripsit etiam (vt audio) lib. 2. de remedio ebrietatis nondum impressos. Eiusdem *Poemata* excusa *Lipsiæ* anno 1572. in octauo *Carmen* in nuptias *Ioannis Guilielmi Saxoniz* duobus, &c.

Petrus Lucensis transtulit *Plutarchi* opus de rebus ac ritibus *Romanorum*, & aliud de rebus ac ritibus *Gregorum*: habentur impressa *Basileæ* apud *Cratandrum*, cum cæteris *Plutarchi* moraliibus *Latine* redditis.

Petrus de Lutra monachus ordinis *Præmonstratensis*, scripsit super *sententiarum* lib. 4. In *Euangelium* Io. lib. 1. Ad *Balduinum* archiepiscopum de prærogatiuis ecclesiæ *Treuirensis* lib. 1. *Septenarium candelabrorum* de summi *Pontificis* eminentia lib. 3. *Contra Michaelem* minoritam & ei adherentes, qui summum *Pontificem* impugnabant, lib. 1. *Epistolarum* lib. 1. *Sermones de tempore & sanctis* per circulum anni lib. 2. *Claruit* anno D. 1330.

Petrus de Luna: vide in *Ioan. Gerson*, tomo eius operum primo.

Petri Manducatoris sermones.

* *Petri Mantuani* *Logica* impressa.

* *Petri Marcelli Patritij Veneti*, De vitis principum & gestis *Venetorum* liber. *Venetijs* anno Dom. 1554. in octauo.

Petri Marli commentaria in libros 3. *Ciceronis* de natura deorum, impressa *Basileæ* apud *Ioan. Oporinum* 1544. innumeris quibus scatebant mendis repurgata. *Explanatio* in *Ciceronis* libros de officijs, amicitia, senectute & paradoxis, impressa *Lugduni*, anno Do. 1514. Scripsit etiam annotationes in *Terentium*. Eius commentaria in *Sillium Italicum* de secundo bello *Punico*, excusa *Venetijs* apud *Baptistam de Tortis*, anno 1483.

Petri Martyris ab Angleria, *Mediolanensis* oratoris, de insulis nuper repertis vel de rebus *Oceanicis* & *Orbe nouo* decades 3. item *legationis* *Babylonicæ* lib. 3. *Bebelius* excudit *Basileæ*

anno Dom. 1533.

* *Petrus Martyr Vermilius*, *Florentinus*, sacræ literas magna cum laude docuit *Argentorati*, & *Oxonij* in Anglia, & postremo *Tiguri*. Scripsit plurima, è quibus hæc ab ipso edita sunt. *Catechismus*, siue symboli expositio *Italice*: libellus impressus apud *Oporinum*. *Commentarij* doctissimi in epistolam priorem *D. Pauli ad Corinthios*, excusi *Tiguri* à *Froschouero* anno 1551. in quarta forma, & in folio. *Commentarij* in librum ludicum, ab eodem excusi in folio. In epistolam *D. Pauli ad Romanos* cõmentarij, quos *Pet. Perna* *Basileæ* excudit in folio & in octauo. *Defensio doctrinæ veteris & Apostolicæ* de sacrosancto *Eucharistiæ* sacramento, aduersus *Stephani Gardineri* librum, quem ille primum sub commentitio nomine *Antonij Constantij* deinde proprio suo ipsius nomine apposito euulgauit: opus lōge accuratissimum, in quo quicquid de *Eucharistia*, in sacris literis, *Patrum Concilio* rumque monumentis proditum est, accurate & copiose tractatur. *Tiguri* excus. anno D. 1559. in fol. *Disputatio* de *Eucharistiæ* sacramento habita in celeberrima vniuersitate *Oxonienſi* De eadem re tractatio ibidem habita: Hi duo libri primum in Anglia excusi sunt, & postea *Tiguri* apud *Andream Gesnerum* & *Rodolphum Vuiffenbach.* anno 1552. in 8. & postremo à *Froschouero* vna cum *Defensione doctrinæ de Eucharistia*, &c. in folio. *Defensio* ad *Richardum Smythæi* Angli, olim *Theologiæ* professoris *Oxonienſis*, duos libellos de cœlibatu sacerdotum & votis monasticis. *Basileæ* apud *Pet. Pernam* anno 1559. in 8. Porro post obitum ipsius sequentes libri editi sunt *Cõmentarij* in duos libros *Samuelis*, *Tiguri*, anno D. 1554. in folio. *Cõmentarij* in primum librum *Melachim*, & posterioris libri vndecim prima capita. *Ibidem* anno 1556. *Cõmentarij* in primum librum *Mosis*. *Ibidem*. *Cõmentarij* in primum & secundum, & tertij libri *Ethicorum Nicomachiorum Aristotelis* initium. *Ibidem* in quarto. *Precum* ex *Psalms* libellus in 16. *Epitome* *Defensionis* aduersus *Stephanum Gardinerum*. *Confessio* de *Cœna domini* exhibita *Senatui Argentoratensi*. *Sententia* de præsentia corporis *Christi* in *Eucharistia*, proposita in colloquio *Poissiaci*. *Epistola* de causa *Eucharistiæ*, ad viuum quendam magni nominis. Hæc simul cum oratione *Simleri* de vita *Martyris* impressa sunt anno 1561. in quarto. Præterea *Cõmentarij* *Martyris* in *Exodum*, in *Prophetas* aliquot minores, *Epistolæ* item & *Orationes*, aliæque nonnulla *manuscripta* seruantur à *Iulio Terentiano*. *Obijt* *Tiguri* anno Domini 1562.

Petrus Matthæus Carrantus, librum *Italicum* de gestis *Murij Attédulæ*, *Cortignolani*, & *Sphortia*, *Latinitate* donauit: impressus est *Bononiæ*, is liber (ni fallor) à *Paulo Iouio* primum *Italice* scriptus est, vide supra.

* *Petri* *Matthæi Pini* annotationes in anatomica *Bartholomæi Eustachij*.

Petrus Mathesilanus, scripsit in locum primi *Codicis*, famil. hercif. l. filium quem habentem.

Petrus Maurocenus, patricius *Venetus*, scripsit in signe volumen, super 6. decretalium lib. 1. & varia

varias determinaciones. Claruit anno 1418.

Petrus Megangus Flander, ex Cominio ad Lyfam scripsit carminetabulas grammaticales.

* *Petri* Memmij Herendalij, medici, de recto medicina vsu liber.

* *Petrus* Melius Debrecinensis orthodoxam & catholicam doctrinam de vno Deo Patre Filio & Spiritu sancto, contra furores Blandratg & Francisci Davidis constanter in multis disputationibus defendit, edidit etiam fidei confessionem & & quedam alia: dicuntur præterea eius scripta complura extare nondum tamen publicata. Obijt superiori (ni fallor) anno 1572.

Petri Menenij Lugdunensis commentaria in P. Terentij Andriam & Eunuchum. Item libellus de fabularum origine & earum differentia, de ludorum generibus ac tibiis, quibus modis fiebant, quæ non sunt hæcenus à quoquam vel magis perspicue tractata. Lugduni excudit Ioan. Tornæstus, anno D. 1552. in 8.

* *Petri* Messæ liber exemplorum, seu variarum lectionum primum Hispanica lingua editus, & postea in Italicam, Gallicam & Germanicam linguam translatus.

* *Petri* Michaelis Delphini decisio de propotione Papæ ad concilium, & de eius principatu. Venetijs, 1560. in quarto.

Petri Mochij vel Mochij Senensis opusculum de cruciati exilioq; Cupidinis: Vuchelus excudit Parisijs. & Bernard. Vitalis. Venetijs, 1545.

Petrus Monachus ordinis S. Dominici, historiam scripsit sanctorum, quos Iacobus è Voragine præterierat. Raphael Volaterranus.

* *Petri* de Monchada Additiones in Ioan. Croti tractatum de testibus.

Petrus Mongus Alexandriae episcopus, inter Eutychianæ hæreseos patronos sæpe nominatur in ecclesiastica historia.

* *Petrus* Montagnana, opus edidit celeberrimum, in quo picturis & imaginibus interiora hominis, cum optimis expositionibus, sic efficta sunt, vt notiora esse non possint. Item De agnoscendis vrinis opus aliud per vtile. De vlcere & vlcerebus, & de cunctis lesionibus humani corporis, & de modo ac ratione curandi. Italice.

* *Petri* Montani, Guardiani conuentus Antuerpiensis Fratrum Minorum Elucidatio in septem Psalmos pœnitentiales. Antuerpiæ, 1569. in 12. Dominicæ passionis secundum quatuor Euangelistas enarratio, ex veterum doctorum commentarijs concinnata. Ibidem, 1555.

Petri Montani Satyræ excusæ in 8.

Petrus de Monte, præsul Brixienis, Iuris repertorium appellatum edidit. Raph. Volaterranus. Eiusdè opus monarchia inscriptum, extare fertur.

Petrus Montis philosophus, ad Ioannem Hispaniarum regem, scripsit de dignoscendis hominibus. libros sex multiplici doctrina repletos: quos à G. Ayora Latinitate donatos ad Elizabeth Hispaniarum reginam, Anto. Zarotus impressit Mediolani, anno Domini 1492. in fol.

* *Petri* de Monte pessulano De arbitrio & arbitratore.

Petrus Mosellanus Protegèsis, Germanus, scripsit multa; ex quibus extat Pædologia in puero. *Erasmi. l. 6. Ep. 2. p. 120.*

rum vsum conscripta, & aucta: dialogi sunt 37.

Gymnicus impressit Colonie, & Christoph. Froschouerus Tiguri, cum Christophori Hegendorphini dialogis 12. anno D. 1540. Tabulæ de schematibus & tropis, impressæ Argentorati. Præceptiones de primis apud rhetorem exercitationibus, in priuatum discipulorum suorum vsum scriptæ, excusæ Argentorati 1534. Oratio de variarum linguarum cognitione paranda; impressa Basileæ. Annotationes in A. Gellij Noctes Atticas, impressæ Colon. apud Soterem, anno Do. 1533. & Basileæ à Bebelio, & Lugduni à Gryphio.

10 in M. Fabij Quintil. rhetoricarum institutio num libros 7. annotationes; impressæ Basileæ apud Adamum Petri, anno 1527. & Lugduni à Gryphio. Dialectica Georgij Vallæ cum scholijs Petri Mosellani: Gymnicus excudit Colonia, & Bebelius Basileæ cum ipso Georg. Vallæ libello de expedita argumentatione, anno 1529. Scripsit

20 etiam in aliquot Demosthenis orationes. Ex Græcis Latina fecit. Gregorij Nazianzeni sermonem de natalijs Christi vestis, qui & impressus est. Isocratis orationem de bello fugiendo, & pacè seruanda: excusa est ea translatio Basileæ apud Thomam Vuolphium, anno 1522. cum præfatione ad Fridericum Saxonie ducem: & ibidem eodem tempore apud Frobenium Græco textui è regione posita, sine præfatione prædicta, cum Libanij quibusdam, per Des. Erasmi versis; Idem scripsit scholia in Dionysium de situ orbis; in quibus quæ in Latino interpretare à Græcis variant. paucis ostenditur: Lipsiæ excudit Vuolfgangus Monacensis, anno Domi. 1518. Libellum de accentibus, item De ratione studiorum nondum editum. De ratione disputandi præferum in re theologica, librum excusum Augustæ, anno 1519. in quarto. Claruit Lipsiæ, circa annum Domini 1518.

Petrus de Musandina quædam scripsit de cibis & potibus.

40 *Petrus* Nannius Alcmarianus, transtulit orationem Demosthenis de immunitate aduersus Leptinen. Ioan. Oporinus excudit Basileæ, anno Dom. 1544. cum eiusdem oratione contra Andronionem, per Bassianum Landum versa. Athenagoræ librum de resurrectione mortuorum, eodem interprete: Vuchelus impressit Parisijs, & Henricus Petri Basileæ, cum alijs quorundam Theologorum verustissimorum opusculis, anno Do. 1551. Dialogismi Heroinarum

50 *Petro* Nannio authore, ibidem excusi. Declamatio in eos qui negat bellum Turcæ inferendum; impressa Basileæ cum alijs quibusdam eiusdem argumenti. Idem scripsit Symmiæ seu Miscellaneorum decadem vnâ, impressam Lugduni in octauo apud Beringos fratres anno Domini 1548. Librum excusum Louanij, cui titulus, Quod libertica disputatio An mûdus ad æternitatem creatus sit. Enarrationes in quartam & quintam actionem Ciceronis contra Verrem, excusas ab Oporino, anno D. 1553. cum diuersorum in omnes orationes Ciceronis commentarijs. Annotationes in Theophilum & pro iisdem apologiam; Deuterologias in quartum Aeneidos. Duos dialogismos Diuarum Agathæ & Lucie. Aucta

rium miscellaneorum cum quibusdam retractationibus. Duas gratulatorias orationes in aduentum Cæsaris. Orationes tres, Primam in laudem rhetorices, Alteram in laudem agriculturæ, Tertiam in laudem iurisprudentiæ. Funebrem orationem in morte Contradi Coclenij. Orationem de obsidione Louaniensi habitam ad Clerum. Ex Græca autem lingua in Latinam transtulit, Dialogos aliquot Luciani, Theocriti idyllia aliquot carmine. Vitam Catonis & Phocionis è Plutarcho. Tres homilias ex Chrysothomo ac vna ex Basilio. Epistolas Apollonij & Synesij, impressas ab Oporino. Epistolas Demosthenis & Aeschinis, Athanasium, Sapientiam Solomonis, quam etiam scholijs illustrauit, excusam Basileg, an. 1552. In Bucolica Vergilij, annotationes. Psal. XII. vario carminis genere reddidit, excu. à Plantino anno 1572. Floret Louanij nostro tempore.

* Petrus de Natalibus episcopus Equilius, scripsit quasdam historias sanctorum.

Petrus Nicolaus Castellanus, scripsit de immortalitate animorū, vt refert Cælius Calcagninus epistola quadam ad eum scripta. Idem scripsit paraphrasim in Aristotelis theologiam mysticam, impressam Romæ.

Petrus Niger quidam componēdi leges & collocandi præcepta memorię literarum mandauit.

Petrus Nigri, ordinis prædicatorum, scripsit librum ad episcopum Ratisponensem, contra ludæos de conditionibus veri Messia.

* Petri Nitardi Nicæi Anacephalæosis in distinctiones & quæstiones Decreti Gratiani.

* Petri Nitschij Cantiones sacre quatuor vocum Germanice, mane, vesperi, ante & post sumtum cibum canendæ. Lipsiæ 1573.

* Petri Nonij Salaciensis, De crepusculis liber: impressus cum Alhaceni de crepusculorum causis libro. Alibi lego Pomponij Nonni librum de crepusculis in Hispania impressum esse. Item Petri Nonij De arte nauigandi, Basileæ excus. a 40

pud Henr. Petri.

* Petrus de Nongento, patria Normannus, Carmelita, Parisijs in magna Sorbona sententias publice legit, anno Domini 1404. & scripsit Lecturam in eisdem lib. 4. Quæstiones ordinarias lib. 1. Quodlibeta scholastica lib. 1. Atque alia. Claruit anto prius numeratō. Laurentius Burrellus.

* Petri Nunij Velij Dialecticæ libri tres. Eiusdem liber de ratione interpretandi aliorum scripta. Eiusdem Poematorum Latinorum & Græcorum lib. 2. Græca habent Latinam interpretationem ad verbum è regione appositam. Basileæ apud P. Pernam anno 1570. in octauo.

Petrus Numagen Treuerensis sacerdos, scripsit de Nicolao Subsyluano Heluetio, qui longo tempore sine cibo solitarius sancte vixisse creditur: item tractatum de spirituum apparitionibus ac phantasmatibus. Extant in bibliotheca publica Tiguri, authoris manu conscripti. Claruit Tiguri anno 1483.

Petrus Ollicinus, Senensis I. C. scripsit Commentaria in secundum librum C. in quo omnium sententias de illa materia collegit, vt iuris candidati sumptum vitent. Commentariolum de iu-

ritia & iure, in quo philosophos cum iuriconsultis coniunxit. Commentarium in primum librum Ciceronis de oratore, in quo multa de iure ciuili & philosophia tractantur ex Platone. Comment. in Aristot. Categorias. Comment. in eiusdem librum de enunciatione, adiecta suis locis Pselli paraphrasi. Præfationes aliquot, 1. De officio auditoris. 2. De optimo genere vitæ. 3. De officio doctoris. Locos communes in totum testamentum nouum. Apologiam de substantia, Apologiam, De cælibatu, De libertate Christiana, & De auctoritate ecclesiæ. De antinomij iuris librum in quo quæcunque contrariæ afferuntur leges conciliantur. Librum regularum iuris, & sententiarum. Librum apologeticum de sexaginta quæstionibus iuris contra leguleium quendam. Librum de diatriba Platonica & Aristotelica, in quo exponitur differētia inter Platonem & Aristotelem. Commentarium in orationem

30 Isocratis de regno, in quo fufius administrati regni rationes traduntur. Librum variorum poematum. Claruit anno Dom. 1551

* Petri Onspachi, Antithesis cōfessionis Luth.

* Petrus Paduanus Dioscoridē alphabetico ordine in capitula 717. digessit, additis annotationibus breuibus, & tractatu exiguo de aquarum naturis: sunt autem aquæ non destillatæ, sed ex diuersis simplicibus compositæ ad morbos quosdam. Liber impressus est Lugduni anno Domini 1512. in quarto.

* Petri Pagani poeta laureati, poetos ac historiarum professoris ordinarij Marpurgi Historia tergemintorum Romanorum & Albanorū fratrum ex Liuio paraphrasticè carmine Heroico reddita, & in promotione 14. Magistrorum publice recitata: item promotionis solennitas carmine comprehēsa. Marpurgi an. 1571. in quarto. Eiusdem in Q. Horatij Flacci Odas, Satyras, & epistolas argumenta. Francofordiæ anno 1567. Scripsit plurima alia carmine.

Petrus Palladius, episcopus Roschildensis, scripsit catechismum impressum Hassniæ. Argumenta & breuem seriem in omnes libros Bibliocos. De prodigijs & quædam alia.

Petrus de Palude, natione Gallus, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit super sententias lib. 4. quæstiones varias lib. 1. & diuersos sermones lib. 1. & alia multa. Multos etiam Bibliorū libros suis commentarijs ornasse dicitur, & exposuisse. Commentarij eius super tertio & quarto Sententiarum impressi sunt Parisijs an. 1530. Idem scripsit librum de potestate ecclesiastica: Item super vniuersa Biblia sacra in sensu quadruplici. Floruit anno Domini 1300.

Petri Papæ iurisperiti Consilium, ad quem spectet electio episcopi.

Petri Papei Samarites comœdia, de Samaritano euangelico: Ioan. Gymnicus excudit Colonię, anno 1539. cum Eras. Rot. carmine Bucolico.

Petrus cantor Parisiensis, & postea episcopus, scripsit volumen quod appellauit verbum abbreviatum, distinctionum aliud lib. 1. Grammaticam theologorum lib. 1. sermones varios lib. 1. de quibusdam miraculis li. 1. de sacramentis quoq; lib. 3. Claruit anno 1200.

Petri Paschalij aduersus Ioannis Maulij patri-
eidas actio in senatu Veneto recitata. Eiusdem
Gallia per profopopœiam inducta ad Venetam
republicam. Oratio de legibus Romæ habita
cum iuris insignia caperet. Epistolæ in Italica
peregrinatione exarata. Gryphius excudit Lug-
duni anno D. 1548. in 8. In antepenultima episto-
la scribit se etiam orationes quasdam scripsisse,
comœdias, odas, elegias, & epigrammata. Scrip-
sit etiam elogium Henrici II. Galliarum regis.

Petrus Pacerhull Augustinianus, scripsit sen-
centiarum lecturam lib. 4. & Postillas de tempo-
& sanctis per totum annum. Vixit anno 1360.

Petri Pauli Mediolanens. selectissimorum pro-
testudine carminum liber, Louanij, 1573.

Petri Pauli Parauicini Nouocomensis medici,
de Masinensium & Burmiensium thermarum
situ, natura, miraculisq; liber, impressus à Iuntis
anno D. 1553. cum diuersorum scriptis de balneis.
Idem in epistola de balneis Burmiensibus & Masi-
nensibus mentionem facit Prompuarij à se con-
scripti, è quo peti iubet vsum balneorum pro
morbi qualitate & ægrotantis temperatura, &
naturæ viribus, & singulis eorum morborum
historijs qui thermarum auxilio egent.

Petrus Paulus Parisius scripsit in 2. Decret. de
testibus. c. cum nuncius. item de præscriptioni-
bus & exceptionibus, ex eodem. Idem scripsit
Consiliorum volumina 4. Venetijs, anno 1571.

Petrus Paulus Vergerius, patria Iustinopolit.
Chrysolore Byzantini philosophi apud Venetias
Græcas literas docentis quondam auditor, scripsit
de gestis Carrar. dominorū, historiā perpulchrā
lib. 1. de laudibus D. Hieronymi lib. 1. qui extat
cum Tomo 2. operum Hieron. impres. de gestis
principum Mantuanorū librum, impressum opi-
nor. Scripsit etiam aduersus Malatestam (qui Ma-
ronis statuem in foro Mantuano, deijci iusserat)
nobilem inuectiuam; de ingenuis moribus ac li-
beralibus studijs libellum ad Vbertinum Carra-
riensem, impress. Basileæ apud Rob. Vuint. 1541.
cū L. Vitruuij Roscij de docendi studendiq; mo-
do, & claris puerorū moribus libello. Arriani li-
bros de gestis Alexandri Latinos fecit. Cla. 1420.

Petrus Paulus Vergerius iunior, Iurecōsultus,
episcopus primum Modruensensis, deinde Iusti-
nopolitanus, Clementis VII. & Pauli III. in Germa-
nia legatus, scripsit de repub. Veneta lib. 1. de pa-
ce ecclesiæ orationem in colloquio Vuornacien-
si habitam, prælectionem & Apologiam ad gym-
nasium Parauinum. Mox relicto episcopatu, Pa-
pa, & Italia, in Rhetiam, atq; ad Heluetios se con-
tulit, vbi biennio hæc scripsit partim Latine, par-
tim Italice. & curauit imprimenda partim Basile-
æ, partim Puschlauij in Rhætia: De persecutio-
ne facta contra Euangelium in vrbe Iustinopoli-
tana. Contra catalogum Ioannis della casa Sodo-
miæ patronum. Duos catechismos, pro vsu eccle-
siæ Vicosoprani. Octo defensiones. Duodecim
tractatus. De matrimonio ministrorum eccle-
siæ. De anno Iubilei. Contra librum cui nomen
Flosculi sancti Francisci. Contra librum cui titu-
lus rosarium. Contra librum cui titulus Miracu-
la Virginis. De coronatione Iulij Pape III. Quid
sit sperandum à Concilio Tridentino, ad regem

Angliæ. Quid sperandum ex papatu Iulij III.
ad eundem. De statu ecclesiæ Genuensis. De
baptismo. De missa. Vertit ex Latina in Italicam
linguam. Apologiam D. Iacobi de Fallezio: & tra-
ctatum D. Bullingeri de iustificatione; aliamq;
tractatum eiusdem. De Concilio Tridentino. Ad
Ducem & Rempub. Venetam, de fratre Tho-
ma Stella, seu Thedeshino adultero. Ad papam
Iulium III. qui librum Mutij approbavit. Histo-
riam Francisci Spieræ Latine atque Italice, cum
apologia. Idem scripsit hæc etiam præter ante ex-
numerata Catechismum pro vsu vallis Telinæ.
De septimana sancta. Contra Nauseam qui Tri-
dentinum concilium libro edito laudarat. De li-
bro cui titulus Flosculi Bibliæ. De libro cui titu-
lus Lux fidei. De statuis & imaginibus. Ad Hie-
ronymum Francum legatum Iulij III. Papæ. Ad
quendam cardinalem, qui erat per Rhetiam iter
facturus. De literis Othonis cardinalis Augusti-
ni, scriptis de creatione Iulij III. Responsio ad
Christophorum Madrutium cardinalem Tri-
dentinum. De facultatibus ac mandatis Pauli Or-
deschalchi, Comēsis, nunciij apostolici. Edictum
nomine eiusdem. De concilio Tridentino dia-
logi sex. Quatuor literæ sub nomine Bonini de
Boninis de statu Romanæ curiæ. De epistolis
Italice scriptis à Claudio Ptolemæo. Edictum
contra Lutheranos. Ad liberatores ciuitatis Pla-
centiæ. Quot modis vir pius qui in Italia degat
sæpe Deum & Christum negare compellatur. Sa-
pitome libri cui titulus Anatomia missæ ab An-
tonio de Adamo. Contra Leandrum Alberti
monachum Dominicanum, eiusque mendacia
quæ ille scripsit in libro cui titulus Descriptio Ita-
liæ. De nugis & fabulis Papæ Gregorij primi.
lib. 1. De triginta missis nuncupatis S. Gregorij.
Duodecim conciones de Antichristo. Aduersus
aliquot epistolas editas à Dionysio Nastagio.
Atq; hæc omnia Italice scripta sunt. Latine verò
& Italice hæc sunt ab eo conscripta. Consilium
trium episcoporum Bononiæ congregatorum.
Contra catalogū Arcimbaldi archiepiscopi Me-
diolanensis. Epistola ad cardinalem Tridentinū;
qua petit saluum conductum, vt auto possit eo
accedere. Contra Durantem de Palazolo cardinā-
lem, sub nomine Athanasij. De veris indulgen-
tijs D. N. Iesu Christi. Decem conciones de An-
tichristo. Retractatio ad Iustinopolim patriam.
Actiones duorum dierum sub nomine secretarij
Pontificij, quod Pontifex instaurare concilium
non debeat, nec exequi illud possit. Contra decre-
ta cōcilij Tridentini. Oratio de diminutione pa-
patus. Cōmentaria in acta Apostolorum. De ido-
lo Lauretano. Latine autem hæc ab eo edita sunt.
Ad Eberhardum primogenitū illustrissimi prin-
cipis Vuirtenbergensis institutio Christiana. Cō-
cilium Tridentinum omnibus pijs fugiendum
esse. Concilium nō modò Tridentinū, sed omne
Papisticū perpetuè fugiendū esse omnibus pijs.
Scholia in orationē cardinalis Poli ad Cæsarem;
quæ illū ad arma cōtra eos qui Euangelio nemē
dederunt instigat. Sub nomine Athanasij Noua
editio fasciculi rerū expetendarū & fugiendarū.
Noua editio libri Ceremon. Rom. ecclesiæ cū præ-
fatione et scholijs. Trāstulit etiā in Italicā linguam

Confessionem Illustrissimi principis Vuirtembergensis concilio Tridentino exhibitam. Syntagmata item quæ in Concilio Tridentino nomine eiusdem principis edita sunt. Catechismum Anglicum. Catechismum Ioan. Brentij. Libellum Philippi Melanctonis de auctoritate ecclesiæ. Matthiæ Flaccij libellum de notis ecclesiarum. Edidit etiam 16. epistolas Petrarchæ contra Papatum; & hymnos Francisci Bernæ contra Papatum, Italice. Quatuor libros Poli cardinalis cum antidotis. Vixit nostro tempore Tubingæ in ditione illustrissimi principis Vuirtembergensis, & plura alia contra Romanum Antichristum conscripsit.

Petrus Paulus Villanus citatur à monachis qui commentaria scripserunt in Mesuem.

* Petri Patritij Siracusani Consiliorum volumen, extat inter consilia Feudalia plurimorum doctorum.

* Petrus Pateshul professione Augustinianus, Vuicleui defensor, scripsit vitam fratrum mendicantium lib. 1. Defensorium Armachani lib. 1. Nouam cantilenam lib. 1. Lamentationes fratrum lib. 1. Risus natalicios lib. 1. De flagitijs Augustinensium lib. 1. De nequitijs Dominicanorum lib. 1. Mandata legis Euangelicæ lib. 1. De de solatione Ecclesiæ lib. 1. Lecturam theologiæ lib. 4. Determinationes aliquot lib. 1. Postillationes scripturæ lib. 1. Sermones in papismo lib. 1. Sermones contra Papismum lib. 1. Claruit anno 1390. Baleus.

Petrus Payne, Vuicleui discipulus, scripsit de ciuili Clericorum dominio lib. 1. contra cæremoniarum superstitiones li. 1. de vtraque sacramenti specie lib. 1. De prædestinatione & libero arbitrio. Claruit anno Dom. 1438. aduersus hunc scripsit Ioannes de Turre cremata Cardinalis.

* Petrus Peckius, Ziricæus, scripsit in titulos iuris ad Rem nauticam pertinentes, De nauicularijs seu naucleris, Nauibus non excusandis, & de naufragijs Louanij, 8. &c. Item librum De catholicis ecclesijs reparandis & reficiendis, Ibidem anno 1573. in quarto.

Petri Pellicarij cõmentarij in orationem pro Cecinna, impressus.

* Petri Penæ & Mathiæ de Lobe medicorum, Stirpium aduersaria: perfacilis vestigatio luculentaq; accessio ad præscarum præsertim Dioscoridis & recentiorum materiam medicam. Coniectaneorum de plantis appëdix. De succis medicatis & metallicis lectio: antiquæ & nouæ medicinæ thesaurus, &c. Londini, anno 1571. in folio.

* Petri peregrini de Maricourt, tractatus siue epistola de magnete, seu rota perpetui motus Augustiæ, anno 1538. in quarto cum præfatione Achillis Gassari.

Petrus Perondinus Prætensis conscripsit vitam Magni Tamberlanis Schytarum imperatoris, impressam Florentiæ anno Domini 1553. octern. 3. & dimid. Eiusdem orationes editæ sunt Florentiæ cum orationibus Pet. Victorij anno Domini 1562. in quarto.

Petrus de Perpignano, dictus Rhimi, natione Cathalanus, ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli, scripsit quæstiones sententiarum

lib. 1. in totum Psalterium lib. 1. sermones varios lib. 1.

Petrus de Perusio iurisperitus, scripsit de mutatione status ecclesiarum.

* Petrus Philippus Corneus Perusinus super 2. ff. veteris. Item super 1. & 2. Codicis. Consiliorum volumina 4. impressa Venetijs, anno Domini 1572. in folio.

* Petri Piccoli de Monteforti Glossæ super constitutionibus regni Siciliae, & ritibus magnæ curiæ vicariæ.

Petrus Pintor Hispanus, patria Valentinus, scripsit de epidemia lib. 1.

Petri Pitati Veronensis mathematici Almanach nouum, superadditis annis v. supra vltimas hæctenus editas Ioannis Stœffleri ephemerides, ab anno 1551. vsque ad Christi annum 1556. cum Isagoge in Astronomia electionibus, reuolutionibus, mutatione aeris, horarijs tabulis, &c. cum Supplemento ephemeridum eiusdem, impressum anno Dom. 1544. Tubingæ. Eiusdem Almanach nouum ad annos vñdecim, incipiens ab anno Christi 1552. vsque ad annum 1562. impressum Venetijs, & Tubingæ ab Vlricho Merharo, anno Dom. 1553. Addita sunt Isagogica in cœlesti astronomicâ disciplinâ, Tractatus tres perbreues de Electionibus, Reuolutionibus, anno rû, & Mutatione aeris. * Eiusdẽ Compendiũ, De annua solaris atque lunaris anni quantitate, depaschalis solennitatis iuxta veteres ecclesiæ cænonnes recognitione, Romaniq; Calendarij institutione, deq; verò passionis Dominicę die, De ortu & occasu stellarum fixarum, Veronæ 1561. in quarto.

* Petrus Pithæus I. C. raræ cuiusdam eruditionis vir, natus ad eruenda verustatis monumeta, edidit, Aduersariorum subseciuorum libros 2. in quibus auctorum veterum loci quàm plurimi aut explicantur aut emendantur. Parisijs, anno Dom. 1565. in octauo. Idem libri ab auctore recogniti nunc sub prælo esse dicuntur. Historiæ Germanicæ scriptores qui ante annos CC. vixerunt partim collegit ipse, partim typographo colligendi auctor fuit, ex his totus vnus editus est, qui Othonis Frisingensis scripta complectitur ab ipso ad vetusta exemplaria recognita, & præterea Radeuicum, Guntherum, Albertum Argentinensem & quædam alia. Basileæ apud Pet. Pernam anno Dom. 1569. Historiæ miscellæ à Paulo Aquilegiensi diacono primum collectæ, post à Landulpho Sagaci aucte, Anastasij Bibliothecarij præfationem addidit ac Nicephori Chronologiam, P. Pernam, anno 1569. in octauo. Constitutiones Nouellas quæ in Codice Theodosiano desiderantur, edidit Parisijs ex officina Roberti Stephani. Item fragmenta quædam Papiiani, Pauli, Vlpiani, Cai, Modestini, aliorumque veterum iuris auctorum, ex integris ipsorum libris ante Iustiniani Imper. tempora collecta, & cum Moyse legibus collata. Eiusdem Imper. Iustiniani Nouell. Constit. III. Iuliani Antecessoris C. P. Dictatum de Consiliarijs. Eiusdem Iuliani collectio de contutoribus. Omnia hæc nunc primum in lucem edidit, additis etiam Notis, Ibidem anno 1573. in quarto. De comitibus

nitibus Campaniæ librum primum Gallice edidit. Primus etiam in lucem protulit Fœbadij librum contra Arianos. Vigilij exemplar emendatum & vulgatis auctius ad me misit, quod superioribus annis publicavi. Præterea Aethici Cosmographiam, Antonini Itinerarium, Vibij Sequēstri libellum; qui omnes simul breui in publicum edentur. Expectamus ab eo Gallicas historias, ac leges Gothicas integros, & auctiores quàm vulgo extēt. Saluanum de verò iudicio, & cum aliâ veterum scripta ex instrumētissima ipsius bibliotheca, tum etiam ipsius doctissimas lucubrations. Floret Parisijs.

* Petrus Plateanus super institutiones iuris in tit. De exceptio. & interdict.

Petrus Platensis Musicus symphoneta, citatur à Glareano.

* Petri à Plaza Epitome delictorum ac causarum criminalium.

Petri Pomerani Casletensis, de studijs Sapiētiæ liber ad F. Ferdinandū Aualum, excusus Mediolani apud Caluum, 1542. Eiusdem de ratione instituendi pueri, ad illustriss. Ioan. Comitem in Tarnouu, ibidem.

* Petri Pomponatij Mantuani philosophi celeberrimi liber. in quo disputatur penes quid in sensu & remissio formarum attendantur, nec minus paruitas & magnitudo, Bononiæ excudit 1514. Hieronymus Platonides. De immortalitate animæ liber impressus Bononiæ. De incantatione, Basileæ in octauo. Dubitationes in quartum meteorologicorum Aristotelis librum, Venetijs 1563 in folio.

Petri Pontani cæci Brugensis ars Grammatica, impressa Parisijs anno 1528. Apologia in eos qui pleraq; diuini sacrificij vocabula & sensa perperam vsurpantes obstinatis suis erroribus pertinaciter inhærent, Parisijs Ioan. Lambert. Scholia in Lucanum poetam, impressa Parisijs 1512.

* Petrus Præmonstratensis, scripsit Chronicon quod vocabat Bibliam pauperum lib. 1. Ioannes Paleonydorus.

Petri de Prato repertorium siue compēdium super iure canonico, magnnm volumen.

* Petrus de Quesuel, Anglus, Minorita, scripsit Directorium iuris, in foro conscientie & iudiciali, diuisum in quatuor libr. Primus de summa Trinitate & fide Catholica, & de septē sacramentis. 11 De his qui habent Ecclesiastica sacramenta ministrare, & de his quæ ad eos & recipientes sacramenta pertinet: ac etiam quæ possunt ad contractus varios pertinere. 111. De criminibus quæ possunt à sacramentis impedire, & de pœnis pro criminibus imponendis. 1111. De his quæ ad ius vel iudicium pertinent vt omnia sine debito ordinentur. Extrat in Nordouitensis bibliotheca, & apud M. Drefferum.

* Petrus Ramus Regius in celeberrimâ Parisiorum academia professor, plurimum elaborauit, vt artes ad rectam methodum & vsum expēditum reuocaret, ideoq; multa ab eò conscripta publicataque sunt de singulis philosophiæ partibus, è quibus sunt quæ sequuntur. Grammaticæ Græcæ lib. 2. Grammaticæ Latine lib. 2. Grammaticæ Francicæ lib. 2. Brutinæ quæstiones in Orato-

rem Ciceronis. Ciceronianus de Ciceronis imitatione. Rhetoricæ distinctiones in Quintilianum. Dialecticæ, lib. 2. cum prælectionibus Audomari Talæi. Dialecticæ Francicæ lib. 2. Scholarum dialecticarum lib. 20. Prælectiones in Vergilij Bucolica & Geōrgica. In Ciceronis epistolam 9. ad Lentulum. In orationes 8. Consulares pro Rabirio. In Rullum. In Catilinam. In librum de fato. In somnium Scipionis. In libellum de optimo genere oratorum. In primum de legibus. Epistolæ Platonis in Latinum conuersæ & prælectionibus quibusdam illustratæ. Orationes quinque. Prima habita initio regie professionis. 2. Pro disciplina Parisiensis Academiæ. 3. Pro cœmiū reformandę Parisiensis Academiæ. 4. De professione liberalium artium. 5. De legatione Latine & Gallicæ. De moribus veterum Gallorum Latin. & Gall. De militia Cæsaris. Scholarum physicarum lib. 8. in Acroamatykos Aristotelis libros. Scholarum Metaphysicarum lib. 14. in Metaphysica Aristotelis. Omnia hæc Parisijs apud Andream Vuchel excu. sunt. Præterea Basileæ ab Episcopo excusi sunt huius libri ab auctore recogniti & aucti. Grammatica & Dialectica, in octauo. Arithmetica & Geometria in quarto. Scholarum Mathematicarum libri vnus & triginta, in quarto. Scholæ in liberales artes, Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Physicam, Metaphysicam, in folio. Idem Politica Aristotelis iam pridem conuertit, & eadem seruat omnibus sententijs alio ordine descriptis. Scripsit etiam Aduersaria quædam de Platonis philosophia generatim in dialecticam, physicam, ethicam, digerenda. Epistolas ad Iacobum Scheggium. Orationem de vrbe Basileæ excusam Lausannæ. Libros de theologia & copulata alia. Crude liter cæsus est Parisijs in illo tumultu anni 1572.

* Petri Ranzani oratoris apud Matthiam regem Hungariæ Chronica de rebus Hungariæ, tum sua appendice Ioannes Sambucus edidit. Eiusdem orationes extant in bibliotheca Sambuci.

Petrus de Rauenna I. C. scripsit Aureum alphabetum, Compendium iuris ciuili, Compendium iuris canonici, Disputationem de corpore suspecti si in patibulo si manere debeat, &c. & an decimæ sint de iure diuino. Eius Alphabetum, & Artem paruum, excudit Antonius Vincentius Lugduni. Eiusdem Ars memoratiua, impressa in 8.

Petrus Raymudi de Insula Grassa, natione Galus, Carmelita, scripsit super Sententias lib. 4. & quædam alia. Vixit anno D. 1343.

* Petri Rebuffi, Praxis beneficiorum acquirendi conseruandique illa, ac amittendi modos continens, vsuq; & stilum literarum Curie Romanæ, formas deniq; signaturæ. Bullæ simplicis, & alia ad hanc materiam spectantia. Venetijs, 1563. in quarto, & Lugduni, 1570. ex postrema auctoris recognitione, in folio. Tractatus de decimis tam feudalibus quam alijs, noualibusq; in quæstiones 15. digestus, atque summarijs illustratus; cui adiectus est Tractatus congruæ portionis beneficiorum, vicarijs maxime debitæ, in forensi iudicio vsu veniens, Colonia excus. anno D. 1572.

mini 1572. in octavo. Commentarij in constitutiones regias, Commentarij in concordata. Repetitio quædam impressa Parisijs anno Do. 1534. De feudis super 3. lib. Cod.

Petrus de Regio, vide in Haliabenragel.

Petri Reginaldetti theologi, ordinis Minorum, speculum finalis retributionis de gaudijs piorum & pœnis malorum, impressum Basileæ à la cobo de Pfortze, anno Do. 1499. & Parisijs anno Do. 1509.

Petrus clericus ecclesie Remensis, dictus de Riga, scripsit opus metricum in ligno super Biblia, quod Auroram vocavit, in Genesim lib. 1. in Exodusum lib. 1. in Leviticum lib. 1. in Numeros lib. 1. in Deuteronomium lib. 1. in Iosue lib. 1. in Iudicum lib. 1. in Ruth, lib. 1. in Regum libros 3. in Cantica canticorum lib. 1. in quartum Regum lib. 1. in Daniele lib. 1. in Thobiam lib. 1. in Iob. lib. 2. in librum Iudith lib. 1. in librum Hester lib. 1. in libros Machabæorum lib. 1. in Evangelicam historiam lib. 1. in Actus Apostolorum lib. 1. Recapitulationum lib. 1. de Grammatica lib. 1. & multa alia. in præfatis autè opusculis libros historiales biblicæ mira breuitate exposuit, obseruata diligenter lege metri, historico allegoricoque sensu singula declarauit.

* *Petri* Remensch Aurora, carmen Allegoricū veteris testamenti.

* *Petri* Richardi doctoris Theologi Parisiensis, & cathedralis ecclesie Trecentis canonici, Pastoralis diuinæ legis decalogus. Parisijs apud Simonem Colinæum 1524.

* *Petrus* Ripponensis Canonicus secularis, scripsit *Vitam Vuilfridi* lib. 1. Miracula illius quoque lib. 1. Claruit anno 1190. Baleus.

Petrus de Riio, Theologus Louaniensis, scripsit de anno, die & feria Dominicæ passionis libros 3. Claruit anno Domini 1549.

* *Petri* Roccæ, summa perutilis artis metricæ. Venetijs apud Franciscum Roccam, anno Do. 1551.

Petrus Rogerius, vide Clemens Papa VI.

Petrus de Rosenhem, monachus Mellicensis cœnobij in Austria, ordinis sancti Benedicti, natione Germanus, scripsit opus metricum, super totius Biblicæ capita, quod vocauit Roseum memoriale diuinorum, historiam temporum, sermones varios. Eiusdem rationarium euangelistarum, omnia euangelia prosa, versu, imaginibusque continens, excusum à Thoma Anshelmo, ad editis ad initium Sebastiani Brand, Iodoci Galii, & Georgij Simleri epigrammatis, Tritemius cum claruisse ait anno 1427.

Petri Rossseti poetæ Parisiensis Christus lib. 3. eiusdem Paulus, de laboribus beatissimi apostoli lib. 6. excusos prius Lutetia per Ascensium & Colinæum Ioannes Oporinus recudit Basileæ, 1547. Laurentias, Stephanis, Panegyris, Salazaria. Opusculum de puero Iudæo. De miraculo Eucharistiæ. Epigrammata. Omnia impressa Parisijs, cum commentarijs Nicolai Bonæ spei Puteani Trecentis 1517.

* *Petri* Rostini medicinæ doctoris tractatus de morbo Gallico, in quo docetur 232. eius mali species esse, & vnde aut quibus de causis infici ali-

quis possit: liber Italicus impressus Venetijs anno 1556. *Petri* & Ludouici Rostinorū totius chirurgiæ compendium vtilissimum, cum instrumentis, Italicæ impressum, Venetijs anno 1557. Sententiæ omnes ac verba quæ in Hippocratis Aphorismis continentur, in ordinem alphabeticum digestæ, ab iisdem Rostinijs.

* *Petri* Royzj Decisiones de rebus in sacro auditorio Lituanico, ex appellatione iudicialis, Francofurti in folio.

* *Petrus* de Rubeis, Italus natione, patria Senensis, professione Augustinianus, post commentationes in philosophiam ac scripturam sacram, annotationes edidit in Augustinū de ciuitate Dei lib. 1. Et in alios tractatus eiusdem. Claruit anno Domini 1420. Ambrosius Choriolanus.

* *Petrus* Russellus chordiger cōmentaria scripsit in vtramque *Petri* epistolam. Floruit 1410. Bal.

Petrus Salernus scripsit in locum 1. ff. vet. de patris. l. referiptum. si quis pacto.

* *Petri* Saluni veteris iuris Canonici, Burchardica. Colonia 1564. in 8.

* *Petrus* de Samsona super libros Decretalium, & constitutiones nouas.

Petrus de Sancta fide, Anglus & Carmelita, scripsit in *Petri* Apostoli Canonicam lib. 1. in secundam *Petri* lectiones 38. Breviarium sententiarum. Præconia *Petri* Lomb. Alphabetū Theologiæ. Determinationes varias. Placita Theologica. Conciones ad clerum. Sermones capitulares. Claruit anno 1452. Nordouici.

* *Petri* Sanctifleur Thesaurus Aristotel. in quocumque vniuersæ philosophiæ præceptiones, tum rerum variarum problemata & historiæ explicantur. Venetijs 1565. in 16.

* *Petri* Santernæ Lusitani I. C. Tractatus de assecurationibus & sponsonibus mercatorum. Gerardus Spelmanus impressit. Antuerp. 1554.

Petrus de Saxonia, Germanus, Minorita, scripsit summam casuum lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1.

* *Petrus* Scarrerius Scardonius, scripsit opusculum de venenis.

Petrus Scotus, Argentinensis, scripsit de sanctis, Ioanne Baptista Euangelista, & Chrysothomo, carmine elegiaco. item laudes Ioannis Gerson lib. 1. epistolae elegantissimas, Argenting impressas. Claruit autem anno 1492.

Petrus archiep. Senonensis, scripsit in epist. Pauli omnes li. 14. sermones varios li. 1. diuersos etiā libros Bibliorum diligenter exposuit, aliosque tractatus & varios & viles scripsisse dicitur.

* *Petri* Seuerini Dani Idea medicinæ philosophicæ, fundamēta continens totius doctrinæ Paracelsicæ, Hippocraticæ, & Galenicæ, Basileæ Sixtus Hen. Petri 1571. in 4. Eiusdem Epistola scripta Theophrasto Paracelso, in qua ratio ordinis & nominum, totiusque philosophiæ adeptæ methodus ostenditur. Basileæ in 8. 1572.

* *Petri* Sybilleni de peste liber absolutissimus.

* *Petri* de Soto Institutionum Christianarū lib. 3. Eiusdem libri contra Ioan. Brentium.

Petrus de Spira, ordinis eremitarū S. Aug. German. scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. super libros Ethicorū lib. 8.

Petrus de Stagno scriptor iuris, citatur in Summa Angelica.

Petri Stellæ disputatio de creditore, impressa Parisijs apud Vnechelum. Super 1. & 2. ff. Veteris, De officio Proconsulis & legati: De pub. in rem actio. De cond. in debitu l. Repetitio. Super 2. ff. Infortiati De bon. poss. con. tab. L. Si duobus para. Si prius. Super 2. ff. noui. De verb. oblig. L. Qui Romæ parag. Aug. Super 1. Codicis. De pactis L. Si creditores.

Petrus Stockes scripsit contra Vuicleui articulos, Lecturam sententiarum lib. 4. Bibliorū commentarios. Contra Philippum Repyngadum, aduersus Nicolaum Herforde. Defensionē Holcoth. & alia plura; quæ Ioan. Baleus in eius vita enumerat. Vixit anno 1399.

Petri Strategj medicinæ doctoris Rostochij, libellus de ijs affectibus qui falso incantationum vi excitari à plerisq; creduntur, nondum impressus.

Petri Suauenij Pomerani ad Ioan. Cellarium epistola apologetica. Obijt circa annum 1551.

Petrus Subertus scripsit librum de visitatione in vinea Domini.

* *Petrus* Sulpinus, Tolosæ Minorita, episcopus Basatenfis, scripsit de Angelica hierarchia lib. 1. De ecclesiastica hierarchia lib. 1. De theologia mystica lib. 1. De diuinis nominibus lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1340. Nicolaus Bertrandus.

Petrus Summonius omnes Ioannis Iouiniani Pontani obscuriores locos explicauit, & præfationes aliquot operibus eius præfixit, quæ vnâ cum illis impressa habentur. Idem edidit Neapoli elegos Rutilij Namantiæ.

Petri de Superuilla Consilium, an Ecclesia possit feudare sine consensu Domini.

Petrus Sutor Carhusianus, scripsit de translatione Bibliorum librum impressum. Ad huius Apologiam Desid. Erasmus Antapologiam edidit, quæ coniunctur Tomo 9. operum ipsius. De vita Cathustanorum lib. 2. impressi Louanij 1572. in octauo.

Petrus Suuanynghon Anglus, Nordouolcas; Carmelita, scripsit ordinarias quæstiones, & scripturarum lecturas. Vixit anno 1270.

Petri Syluij monachi Dominicanij, libelli contumeliosi in D. Marti. Lutherū, excusis Lipsiæ.

* *Petrus* Taboræus, historiographus diligens, scripsit Chronica Brabantig l. 1. Ex quo & Ioan. Mario Gallicatum rerū illustratore, Christianus Massæus plura pro suo opere collegit. Idem Mas-

* *Petri* Talpæ Stellini, Vuernio, Empiricus siue indoctus medicus per dialogū. Exilium Empiricorum, breui elegia Satyrico sale condita descriptum.

Petrus Tartaretus Parisiæsis, scripsit expositionem in totam fere philosophiam Aristotelis: in logicam, physica, de cælo & mundo, generatione & corruptione, mereora, de anima, de sensu & sensibili, memoria & remissencia, somno & vigilia, longitudine & breuitate vitæ, & metaphysica quædam. Expositio totius Logicæ Aristotelis seorsim excusa est, item physica: vtraq; Parisijs apud Claudium Dauost. anno 1509. quo tempore etiam ipse author claruit. Expositio in Sum-

mulas Petri Hispani, cum textu, vnâ cum additionibus; ibidem & eodem tempore excusa. Idem recognouit veterem translationem Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, & commentarios adiecit, qui manuscripti extant apud Casparum Vuolsum medicum. Eiusdem lucubrationes excusæ sunt Venetijs, anno 1571.

Petrus de Tarantasia, ordinis Prædicatorum, scripsit super sententijs lib. 4. in epistolas Pauli omnes lib. 14. in Psalmos quoq; lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. Thomæ Aquinatis opera in epitomen redegit. Scripsit etiam Postillas super V. libros Moïsis, De æternitate mundi, De intellectu & voluntate. Super Lucā. De vnitæte formarum. De materia cæli. Hic ex monacho primum episcopus Lugdunensis, postea Cardinalis Ostiænsis, & demum Papa Innocentius V. factus est. Claruit anno 1275.

* *Petri* Teghij liber Cantionum Gallicarum & motterarum, ad vsum Testudinis. Louanij anno Domini 1573.

Petrus Textor. vide Ioan. Rauisius textor.

Petrus Thomas, Carmelita, scripsit super sententijs lib. 4. sermones quoq; vârios li. 2. & quædam alia. Claruit anno D. 1350.

* *Petrus* Tiara, vide Petreius Tiara.

Petrus Toletus, medicus domus Hospitalis Lugdunens. Gallus, scripsit vniuersalem n. orbi articularis præcautionem & curationem. ad libellum Odi de Odis, de prandij & cœnæ ratione, seu quantitate parastasin: Appendices in opusculum anonymi cuiusdam de morbis puerorū, (is autem est Paulus Bagellardus;) Epistolas quasdam prodigiosas de rebus futuris. Germanus Rose impressit Lugduni anno 1534. Ex Latinis Gallica fecit, sextum librum Pauli Aeginetæ de chirurgia, opusculum Galeni de tumoribus contra naturam, eiusdem libellum de ratione curandi per phlebotomiam, Stephanus Doletus Lugduni an. 1540. Claruit anno eodem;

* *Petrus* Trapolinus, Patavinus; subtilissimè scripsit de humido radicali. Item commentarios laudatissimos in quæstionem de ætuatione medicinarum.

Petrus Trecentis. Vide Petrus Comestor.

Petri Turelli, Augustudunensis, Cōpuius nouus pedestri oratione contextus, dies festos ab operosis vno digito determinans, excusis Lugduni à Petro Principe anno D. 1553.

Petri de Tusignano consilia contra epidemiā, impressa cum fasciculo medicinæ: item de regimine sanitatis libellus, impressus Parisijs à Vnechelo. Eiusdem recepta multiplicia, cum Sillani Papiensis medicinalibus cōmentarijs; excusa Venetijs anno Domini 1518. Eiusdem liber de balneis Burmi, in quo non solum aquarum vires & medicinæ, sed earum quoque exhibendarum canones explicantur, impressus Venetijs à Iunctis anno 1553. cum diuersorum scriptis de balneis.

* *Petrus* Valla, Placentinus; transtulit tabulam de succedaneis.

Petrus de Vbaldis I. C. scripsit de canonica episcopali, de canonica parochiali, de collectis, de duobus fratribus & alijs quibuscunque socijs, de muneribus, de permutatione beneficiorum, de

mutacione status ecclesiarum, de vnione ecclesiarum & eius renouatione. de præscriptionibus in 2. Decretal. c. si diligenti. Floruit anno 1344.

* *Petrus* de Vbaldis iunior, scripsit Repetitionem super 3. Decretalium, De testamentis.

* *Petrus* de Vena, Tolosanus 22. magister Augustinianorum generalis, scripsit super Ethica Aristotelis lib. 10. Quodlibeta Tolosana lib. 2. Vitas sanctorum lib. 1. De perfectione hominis libr. 1. Expositionem decretalis lib. 1. De quadruplici instinctu lib. 1. De origine sui ordinis lib. 1. Atq; alia Claruit anno Domini 1370. Nicolaus Betr. * *Petri* Vendrami I. C. Enchiridion, De iudicijs veterum. De priuilegijs creditorum, commentarius excusus Antuerpiæ, 1560. in 8.

Petrus Venerabilis abbas, floruit anno Domini 1140. scripsit puro Latinoq; sermone contra hæreticos sui temporis impugnâtes baptismum infantium. *Petri* venerabilis abbatis Cluniacensis contra Heinricianorum & Petrobusianorum hæreses lib. 2. excusi Ingolstadij ab Alexandro Vuiffenhorn, anno Domini 1546. *Petri* Venerabilis Epistolarum libri sex, Eiusdem Rythmi. Præterea Miraculorum libri duo, Parisijs, 1522.

Petrus de Verberia, dictus Aureoli, ordinis fratrum minorum, & archiepiscopus Aquensis, scripsit super sententias li. 4. breuiarium Bibliorum, de conceptione S. Mariæ lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Citatur in Summa Angelica. Vixit anno 1317.

Pet. Vetrui. scripsit de modo studedi in Iure.

Petrus Victor, aliàs Victorius, Ciceronis libros castigauit, & adiecit explanationes castigationum. *Robertus* Stephanus Parisijs excudit, cum Ciceronis operibus Castigationes in libros de oratore, Brutum, perfectum oratorem, & rhetorica ad Herennium, item in epistolas familiares, & ad Atticum, Oporinus excudit Basileæ, cum diuersis aliorum in eisdem Ciceronis libros commentarijs. eiusdem Victorij annotationes in Catone, Varronem, Columellam, excusæ Lugduni, 1542. Commentaria in libros tres Aristotelis de arte cecidi, excusa primum Florentiæ, postea Basileæ excudit Ioannes Oporinus anno 1548. Eiusdem variarum lectionum li. 25. ad vtriusq; linguæ illustrationem vtilissimi pariter iucundissimiq; excusi Florentiæ apud Torrentinum, anno D. 1553. in fol. chart. 121. Oratio ad Iulium 111. Pont. Rom. habita & excusa Florentiæ apud Torrentinum, 1551. Politica Aristotelis per Victorium correctæ excusa in 4. * Eiusdem alij Variarum lectionum lib. 4. Florentiæ, 1569. in quarto. Commentarij in Demetrium Phalereum de elocutione, Florentiæ, 1562. In Aristotelem de arte poetica, ibidem, & Basileæ. Aristoteles de arte poetica à Victorio correctus Græce. Venetijs in octauo, 1564. Liber de laudibus Ioannæ Austriacæ natæ Reginae Vngariæ & Bohemiæ. Florentiæ, 1566. Eiusdem & Ioan. Bapt. Adriani & Petri Peronini orationes. Florentiæ, 1562.

Petri Vigmāni Vratislaviensis Minoritæ, de nomine Iesu Christi adorando, tractatus, cōtra quē illius tēporis monachi & disputarūt & scripserūt. * *Petrus* Vincētinus, dominicanus, Catalogum eorum magistrorum, ex omnium ordine ac pro-

fessione fecit, qui de Mariæ virginis conceptione scripserunt, lib. 1. Opus est impressum.

Petrus de Vineis, natione Germanus, Friderici Imp. cancellarius, scripsit Epistolarum ex persona Imperatoris lib. 6. De potestate imperiali li. 1. Nominatur etiam inter illos scriptores, ex quibus memorabilia sua Bap. Fulgofus collegit. Claruit anno 1230. Scripsit & Querimoniam Friderici. Viridarium Imperatorum. Epistolæ eius impressæ sunt Basileæ, 1565. in octauo.

Petrus Viretus, Orbæ natus, oppido Bernensium et Friburgensium communi, edidit Gallicè dialogos sex Christianarum disputationum, impressos Geneuæ, 1544. Item Necromaniam Gallicè, eodem styli genere dialogum, ibidē impressum. Eisdem dialogos in Latinam quoque linguam ab eo conuersos aiunt, & Gallicos cōmentarios in acta Apostolorum parari. Idem scripsit de origine veteris & nouæ idololatriæ lib. 3. quibus ostenditur qua in re veteres superstitiones à nouis differant, & quæ sit earum conuenientia. Item quæ imagines aut reliquiæ veræ aut falsæ sint. Item quis verus mediator. Geneuæ excudit Crispinus in 8. Item de origine, continuatione, vsu, autoritate, atq; præstantia ministerij verbi Dei & sacramentorum, & de controuersijs ea de re in Christiano orbe præsertim sæculo exci. tatis: ac de earum componendarū ratione, lib. 18. excusi Geneuæ à Roberto Stephano anno 1554. in folio. De vero verbi Dei, sacramentorum & ecclesiæ ministerio lib. 2. De adulterinis sacramētis lib. 1. De adulterato bapismi sacramento, & de sanctorum oleorum vsu & consecrationibus lib. 1. De adulterata cœna Domini & tremendis missæ mysterijs lib. 6. De theatrica missæ salatione Cento ex veteribus poetis Latinis consarcinatus. Liber ab eodem excusus anno 1553. in folio. Claruit anno D. 1554.

* *Petri* Vlneri cōcio funebris habita cum funus duceretur Illustris principis Henrici ducis Brunsvicensis & Lunenburgensis 1568. Germanicè. Explicatio Euangeliorum & Epistolarum quæ do minicis & festis diebus recitantur, desumpta ex postillis maioribus Ioannis Feri, Colonia anno 1572. in folio Germanicè.

Petrus de Vnzola, Bononiensis, I. C. scripsit super continuatione quinti, sexti, & septimi capitulorum Summæ domini Rolandini, quod vocauit Auroram nouissimam. Item Consultationes varias lib. 1. Eiusdem lectura & practica artis notariatus varios ac vtilissimos effectus declarans, in legum varijs titulis, excusa Lugd. anno 1538.

* *Petrus* Vuattes monachus Carthusianus, papistica illa secta deserta, scripsit De superioritate regia lib. 1. Super piorum hominum desiderio lib. 1. Super vana spe Papistarum lib. 1. Claruit anno D. 1548. Baleus.

* *Petrus* de Yckehā, patria Cantianus, Parisijs dū operam literis daret Gallicè edidit Genealogiā regum Britannia lib. 1. Genealogiam Angliæ regum lib. 1. Claruit anno 1274. Baleus.

* *Petrocus* Corinius honesto inter Cambros loco natus, composuisse fertur De vita solitaria librum 1. Claruit anno 560. Baleus.

Phacelli tetraastichon lib. 3. Flor. Græci sect. 22.

* *Phabam*

* *Phabammonis* Sophistæ liber de figuris rhetoricis. in bibliotheca Ioan. Sambuci.

Phædini Heracleam citat Athenæus.

Phædon Eliensis philosophus, Socratis discipulus, &c. vide Suidam, qui & dialogos ab eo scriptos enumerat.

Phædon Eliensis Socratis auditor, scripsit dialogos de quibus nihil dubitatur, Zopyrum, & Simonem: de quibus ambigitur, Niciam, Medium quos quidam Aeschinis alij Polixeni esse tradunt. Presbytas id est senes, quem ferunt esse Antimachi. Scythicos sermones quos etiam quidam Aeschinis esse asseverant. Laertius Suidas præterea inter eius dialogos numerat, Siminiam (qui fortè idem cum Simone est) Alcibiadem & Critolaum.

* *Phædimus* elegiarum poeta Bisanthenus aut Amastrianus, aut Cromnites. Stephanus in Bisanthe. Eius Heracleam citat Athenæus.

Phæmonis philosophi *πυροδοξίου ἢ περὶ ἰατρικῆς κτλ* impressus libellus Vuitenbergæ, cum interpretatione & annotationibus Andréæ Aurifabri Vratislaviensis. In direptione Rhodi insulæ, à milite literarum non igharo asportatus libellus, & venditus fuit Ioanni Treslero Danciscano, medicinæ doctori. Eundem libellum conuertit etiam Rudbertus à Moshaim. Exstat quoque in bibliotheca Augustiana exemplar manuscriptum Græcè, unà cum altero eiusdem auctoris libello de cura accipitrum, sed absque vllò authoris nomine.

Phænni tetrasticha duo lib. 3. Florilegij Græci.

Phalaridis Agrigentinarum tyranni epistolæ aliquot Græcæ, impressæ Venetijs apud Aldum, cum diuersis aliorum Græcis epistolis. Stobæus etiam nonnulla inde citat, & Suidas testatur eum epistolas valde mirabiles composuisse. Bartholomæus Iustinopolitanus epistolas Phalaridis, Apollonij, & Bruci ad verbum transtulit, & Græcè ac Latine excudi curauit, anno Domini 1502. in 4. In præfatione ait non deesse qui epistolas quæ Phalaridis feruntur Liciani esse putent. Eisdem epistolas Franciscò Aretino interprete. Basileæ impressit Oporinus in 16. cum diuersorum epistolis Laconicis.

* *Phaniades* Peripateticus ex Phalana vrbe Crætæ. Stephanus.

* *Phaniās* aut *Phenias* Eresius philosophus, Peripateticus, Aristotelis discipulus: vixit centesima vndecima Olympiade, & deinde, sub Alexandro Macedone. Suidas. Citantur autem ab Athenæo libri eius, Ad Sophistas, De poetis, De tyrannis Siciliae, De plantis, Magistratus Eressi, Tyrannorum cædes ex vindicta. Citantur etiam à Plutarcho in vita Themistoclis & Solonis Phaniæ Lesbij historici, quem eundem esse arbitror, cum Eressus sit Lesbii vrbs. Porro à Laertio citatur Phaniās *ἐν τῷ περὶ σοκρατικῶν, ἐν τῷ περὶ τῶν ποσειδωνικῶν, ἐν τῷ περὶ κριτηρίων*. An hic idem sit cum superior iudicent docti, ego alium esse arbitror, cum hic fuerit Posidonio recentior eius necessarius alter Aristotelis discipulus, inter quos magnam est temporis interuallum.

Phaniās Physicus citatur à Plinio lib. 21. 22. 24. & tribus deinceps: scripsit autem vt idem refert Vetricæ laudes. Arbitror autem non alium ab eo

citari quam Eresium, qui, Suida teste, de plantis scripsit.

Phaniæ octostichon lib. 1. Florilegij Græci.

* *Phanocles* *ἐν τῷ περὶ* citatur in Clementis Protreptico.

Phanoclis poetæ versus aliquot elegos refert Stobæus, de morte Orphei, in sermone Quod malus sit amor.

Phanocriti librum *περὶ ἰσοπέδων*, Athenæus citat.

Phanodemii historias subinde citat Plutarchus in vita Themistoclis & Cimonis. Et eius Atthidem Athenæus:

* *Phanodicus* citatur à Laertio.

* *Phanotheam* Icarij vxorem aiunt inuenisse carmen heroicum hexametrum, alij verò Themim vnã ex Titanidibus. Clemens Strom. 1.

* *Phanutiūs* Phanutiūs Lucensis, De in litem iurando. Idem de iure dotis, Lugduni 1562. in 8.

* *Pharnuchius* qui Persicas historias scripsit, natus est ex Asybe, vel Antiochia Mesopotamig vrbe. Stephanus.

* *Phasgo* in libro de Longæuis citatur à Laertio in Epimenide: quidam tamen V. C. habent Phlegon.

Phauoriniūs Arelatensis, ex Gallia, in multitudine scribendi Plutarchi Chæronei æmulator, composuit plurima philosophica, & historica, ex quibus feruntur de Homeri philosophia de Socrate, & amatoria eius arte: de Platone, de philosophorum diæta, & alia: scripsit etiam Gnomologica.

Suidas. Multa ex eius scriptis passim recitantur apud Stobæum. * *Phauorini* aliquot libri à Galeno citantur, *περὶ ἀναδυμναϊκῆς ἰατρικῆς*, qui Plutarchus inscribitur, in quo Onesimum Plutarchi seruum cum Epicteto colloquentem inducit. Alcibiades. *περὶ κατὰ νοῦν ἰατρικῆς* libri tres. Vnus ad Dysonem, ad Adrianum alter, tertius ad Aristarchum. *μὴδὲ τὸν ἑ. 109 ἔχει κατὰ νοῦν ἰατρικῆς*. Meminit horum librorum Galenus in libello De optimo genere doctrinæ, qui totus contra Phauorinum & Academicos scriptus est. Citatur etiam eiusdem Omnimoda historia, siue *παντοδραμῆς ἕως ἡσπορικῆς* libri: Commentariorum libri. Metrous, *περὶ κρυφαίων ἀόλων, ἐν τοῖς τῶν ἰατρικῶν ἀρχαῖς ἐπιτομῆμασι*. Epitome quæta Pamphylia. A Laertio & Stephano.

Phelli cuiusdam liber Grætus de rebus varijs; Venetijs habetur manuscriptus.

* *Pheniūs* Ithacensis reditum Græcorum à Troia Agamemnone duce, carmine cecinit. Plutarchus de Musica.

Phemonoe prima Apollinis Delphici vates, carmen heroicum primum inuenisse, eoque multa scripsisse fertur, Suidas, & Volaterranus.

Pherecrates Atheniensis, veteris comediæ poeta *ἀντικωμῶν*, scripsit Comædias 17. vt Suidas refert: vt scholiâ Aristophanis 18. Citantur autem ab Athenæo & Polluce hæc illius fabulæ: Agricola, Anus, Crapatalli, Coriannus, Dulodidascalus, *ἐν τῷ περὶ ἰατρικῆς*, Littæra, *τὰρ οἱ μὲν ἄλλοι, μεταπολεως*

Myrmecanthropi, Persæ, Petala, Transfuga, Triptolemus, Tyrannis: Somnus à *παννυκτί*, apud Pollucem pro *παννυκτί* habetur Hippone *τῆς ἰατρικῆς*, Pleudohercules: Vixit tempore Platonis.

* *Pherecides* Atheniensis, antiquior Syrio, quæcogisse Orphei scripta ferunt: scripsit de indigis

nis (sunt autē libri 10. Atticæ antiquitates comprehensæ) & adhortationes versibus. Porphyrius aut nullum Syrio admittit antiquiorē, sed illū solum putat auctore fuisse solutæ orationis. Suid.

Pherecidas Læcius, historicus, natus paulō ante septuagesimā quintam Olympiad, scripsit de *Leoro*, de *Iphigenia*, de *Bacchicis festis*, & alia. Suid. *Pherecidas* Syrius, ex *Syria* insula *Cycladum* vna natus, æqualis *Thaletis*, primus de *natura* & *Dijs* scripsit. Ac eius liber de rerum principio *Laertij* tempore extabat cuius initiū ab illo commemoratur: à *Suida* verō hæc eius scripta nominantur: *Heptamychus* (nomen factum à septem recessibus) siue *Theocrasia*, id est temperies *Deorum*: aut *Theogonia*, id est *Deorū ortus*. Est aut *Theologia* li. 10. descripta, *deorū origines* & *successiones* continens. *Clemens* quinto *Stromaton* scribit huius *theologiam* fuisse obscuram & *arithmeticā* similem *Heracliti* libro de *natura*. *Andron Ephesius* præter hunc alium fuisse tradit *Pherecydem* *Syrium* *Astrologum*. *Eratosthenes* vnum tantum *Syrium*, alterum *Atheniensem* *genealogum* fuisse asserit.

Pherenicus *Heracl. epoptæus*. *Athenæo* citatur.

Philadelphus *Ptolemæensis* philosophus, vnus ex *dipnosophistis* apud *Athenæum*.

Philaci epigrammata *Athenæus* allegat.

Philaletis *Clementis Benacensis* de *Christi lesu* passione, deq; illius fructu libellus est *Basil. excus.* apud *Opor.* anno 1548. & alius, ad eos qui *iniuria* de *natura* queruntur, *ibidem*.

Philagrius *Lycius* *Macrensis*, *Epirota* genere, *medicus*, *libros* *medicinales* reliquit, *monobiblos* septuaginta, & alios non paucos, item *commentarium* in *Hippocrate*. *Suidas*. *Aetius* *Philagrii* citat *aloetica*, de *colliquante febre*, de *dulcibus consuetisq; in febris* *potionibus*, *diætā* *calculosorū gracilium*, de *feminis in somno p̄t̄fluuio*, *collyrium quoddā ad anginas*, de *lienis affectionibus*, de *calculosis renibus*, de *ganglio*, vnde *confectiones ad vteri suffocationē*, & alia *praesidia* ad idē. Allegatur etiā à *Ioan. F. Mesuæ*.

* *Philagrii* & *Archigenis* de *renum calculo* fragmentum *manuscriptū* in *bibliotheca Regia*. Vidēdū an *diuersum* ab eo quod in *Actio* habetur.

* *Philammon* *Delphicus*, *Latonæ Dianæ* atque *Apollinis ortū* *canticis modis* edidit, & *choros* circa *Delphicum templū* constituit, vt ex *Heraclide* *Plutarchus* commemorat in libro de *Musica*.

Philarchi liber de *pulsibus*, impressus olim cū *Ioannicio*, deinde cum *Theophilo* de *vrinis*, *Albano Torino interprete*, *Basilææ* apud *Henricū Petri*, anno 1533.

Philareti *historici* scripta subinde citantur apud *Plutarchum* in *vita Camilli*, *Pyrrhi* et *Arati*. Eius *historiarum libri* aliquot ad *vicissimum vsque* citantur ab *Apollonio*.

Philarchi cuiusdam scripta citantur etiam apud *Higinum*.

Philastrius scripsit *catalogum hæreseon*, 156. *Henricus Petri* excudit *Basilææ*, anno 1528. *Clauit* anno *Domini trecentesimo octuagesimo*.

Phileas episcopus *Thebaidæ Aegypti* scripsit *disputationē* contra *iudicē iniquū* li. 1. de *laude martyrum* lib. 1, vide *Hieronymum*, *Cl.* 246.

Phileæ *Thmuitani* episcopi scriptum de *Alexandrinis* *martyribus* extat in *historia ecclesiastica* *Nicephori* lib. 4.

* *Phileas* *ep̄ thep̄zois* citatur à *Stephano*.

* *Phileas* in *Asia* citatur à *Macrobio* 5. *Sat.* 20. *Phileæ* epigrammatum *distichon* *Stobæus* in *paregoricis* citat.

Philelius, Vide *Phillilius*.

* *Philemon* *Syracusanus*, *filius Damonis*, noue *comædiæ* poeta, conscripsit *comædias* circiter nonaginta, vixit annos 99. *Comædiarum* eius nomina hæc apud *Athenæum* & *Pollucem* leguntur. *Agricus*, *Anancumene*, *Androphonos*, seu *homicida*; *Apollo*, *Arpallomene*, *Babylonius*, *Delphi*, *Enchiridion*, *Epidicazomenos*, *Thefaurus*, *Medicus*, *Corinthia*, *Metachus*, *Metion* aut *Metion*, *Neæra*, *Palamedes*, *Parission*, *Parion*, *Mendica*, *Mendicus*, *Miles*, *Comorientes*, *Synephebi*, *Phasma*, *Philosophi*, *Nuptiæ* *Ianitor*, *Panegyris*, *Rhodij*, *Sardius*, *Siculus*, *Pterygius*, *Hypobolimæus*. Citantur *Philemonis* carmina à *Stobæo*, *Clemente*, *Athenæo*, à quo etiam citantur *Philemonis* *Zintæ* liber de *Atticis* nominibus, & alius de *veris oraculis*. Citantur etiam à *Plinio* *Philemonis* scripta 14. *Nat. histor.*

Philemon *iunior*, & ipse *comicus*, *filius Philemonis* *comici*, edidit *quinquaginta* *quatuor* *comædias*. *Suidas*.

* *Philemonis* *Lexicon* *ῥαδοζινόν*, in *bibliotheca* *Heinrici Memmij*.

S. Philemonis *anachoretæ* *ἠπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως* liber *Græcus* seruat in *Italia*.

Phileni *Lunardi* & *Io. Angeli Odoni* *Italorū*, *epistolia* quædā ad *Gilb. Cognatū*, impressa *Basilææ* apud *Rob. Vuinter*. *Claruerunt* anno 1536.

Philenis *impudicissima* *mulier*, de *uarijs* *concupitus* *generibus*, *Astyanassam* *imitata*, aliquot *libros* scripsit. *Leonicus* lib. 1. cap. 31. de *Varia* *hist.*

Philes quidam *Græcus*, scripsit *versus* *senarios*, *obseruato* *certo* *numero* *syllabarū* *magis* *quàm* *prosodia*, ad *Michaelem Imp.* de *animalium* *propriate*: impressi sunt *Venetijs* *Græce*, cum *Arzenij* *Monembasæ* *archiepiscopi* *præfatione* ad *Carolū* v.

Philetæ *Cous*, tempore *Philippi* & *Alexandri* scripsit *epigram.* & *elegias*, &c. *Suidas*. Citantur *versus* aliquot apud *Stobæum*, ex eius *Pægnij*. *Athenæus* allegat *Philetæ* *Aracta*, & *Attica*. *Philetæ* quidam *tribuunt Hippocratis* *librum* de *diætā*. *Galenus*.

Philetæus *Athenien*. *Comicus*, *Aristoph.* *Comici* *F.* *fabulas* scripsit 21. quarū *aliquæ* *hominantur* à *Suida*. *Athen.* etiā *passim* 8. ex *illis* *allegat*.

* *Philiades* *Megarensis*, citatur à *Stephano*.

* *Philibertus* *Bonetius* super 1. *Codicis* *De* *probationibus*. l. neq; *natales*.

* *Philibertus* *Brusselius* *I. C.* *De* *conditionibus*, & *Philinus* *rhetor* citatur ab *Athē*. *Meminit* etiā *Clem.* 6. *Strom.* *Philini* *oratoris*, qui *æmulus* *fuit* *Demosthenis*. *Meminit* etiam *Erotianus* *Philini* *glossographi* *Hippocratis*.

Philinus quidā scripsit *historiā* 1. *belli* *Punici*. *Philippides* *Athenien*, *poeta* *nouæ* *comædiæ*, *Olympia*, 3. *fabulas* exhibuit *quadraginta* *quinque*.

que, Suidas, Athenæus octo ex fabulis eius nominatim citat. à Stobæo etiam ter aut quater allegatur. Eiusdè scripta citantur apud Plutarch. in vita Demetrii. Ex eius fabulis ab Athenæo & Polluce citantur, Amphiarus, Adoniazusa, Ananeosis, *Ἀπυρῶν ἀπαικίς, Ἀπὸδ, Eनावιγαντες* Philargyrus, Phileuripides.

Philippi cuiusdam Græci poetæ, plurima passim leguntur epigrammata in Anthologio: alia quando Macedo gentile additur.

Philippus quidam Græcus author, Hori Apollinis hieroglyphica ex Aegyptio sermone in Gregum transfuit.

* Philippus Caricarum rerum scriptor citatur à Strabone lib. 14. Stephanus quoque Philippi quintum Sicellicorum laudat, nisi forte perperam nomen Philippi pro Philisti positum sit.

Philippi Abucaræ sunt scholia in Hephæstionem quæ extant *ἀβουκάρου*.

Philippus quidam I. C. alius à Philippo Perusino, citatur in Summa Angelica.

Philippus, ordinis Prædicatorum, Siculus (conterraneus & affinis Ioan. Philippi de Lignamine equitis Siculi & typographi Romæ circa annu Domini 1480.) scripsit opuscula aliquot ab eo Ioan. Philippo impressa in 4. chart. 19. sunt autè hæc: De discordantijs inter Eusebium, Hieronymum & Aurelium Augustinū, numero 16. quarum ultima est, An poetæ & gentiles prænotionem aliquam de Christo habuerint, qua occasione subiungit cum aliquot gentilium tum Sibyllarum omnium de Christo & Christiana religione præfagia. Deinde sequuntur Cómmentarij super Symbolū Athanasij, Orationē dominicā, Salutationē angelicam, Super illud, Te Deū laudamus, & Gloria in excelsis Deo. Donatus theologus, quo theologicæ quæstiones grammaticæ arte solvuntur.

Philippus Alberti de Nussia, Germanus, Carmelita, scripsit in Cantica Canticorū, in textu sententiarū lib. 4. contra Vuigandum ordinis prædicatorij monachum, de purissima conceptione Virg. Mariæ Vixit 1495. Idem scripsit Sermones per annum lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1.

Philippus Amphipolites historicus, scripsit Rhodiacorum libros 19. Coana libris 2. Thytiaca lib. 2. & alia. Suidas.

* Philippus Appiani Cosmographia vtriusque: Bauiaræ, in qua oppida, castella, arces, vici insigniores, flumina, lacus, paludes, diligentissime annotantur, 1569. Eadem in libri formam redacta, in tabulas 24. impressa anno 1570.

* Philippus Aubinus philosophus ac mathematicus, scripsit Canones tabularum lib. 1. Baleus.

* Philippi Auëarij Cæiones sacre quinq; vocū, accommodatæ ad omnes vsus. Norimb. 1572.

Philippus Aug. & Philippus Cæsar imp. in fragmentis Gregoriani codicis allegantur.

* Philippus Baltonus Notinghamiensis ditionis alumnus & eiusdem vrbis Carmelita, composuit Epistolarum opus lib. 1. Conciones quoque lib. 2. Claruit anno 1320. Baleus.

Philippus Bechius in Virgilij Bucolica, Georgica, Aeneida, annotationes scripsit, impressas Lipsiæ cum opere Virgiliano à Valentino Papa,

anno Domini, 1546. octern. 9. * Philippus Bechius philosophus & medicus professor dialectices in Academia Basiliensi è Græco in Latinum sermonem conuertit Georgij Pachymerij Epitómè in vniuersam fere Aristotelis philosophiam. Basileæ in officina Frobeniana, 1560. in folio.

* Philippi Begardi index sanctorum impressus Germanice.

Philippus Beroaldus, Bononiensis, scripsit multa, quæ impressa Lugduni & Parisijs, 1499. & Brixia apud Angelum Britannum. Ex his sunt De optimo statu libellus. Oratio de felicitate habita in enarratione Georgicon Vergilij & Columellæ. Declamatio an orator sit philosopho & medico antepotendus. Declamatio Ebriosi contra scortatorem & Aleatorem. Epigrammatum & poematorum liber. Liber præfationum, prælectionū & orationum, 1. De laudibus Agricultura, 2. Amoris, 3. Historia, 4. Poetices, 5. Eloquentiæ & Ciceronis, 6. Musices, 7. Iuuenalis & Sallustij, 8. Persij poetæ, 9. Ad Tribunos plebis, cū aliquot alijs. Panegyricus ad Ludouicū Sfortiam. Oratio in nuptias Bentiuolorum. Alia oratio nuptialis. Historia Gissippi & Titi: Alia de Galeo & Cimone. Oratio prouerbialis. Alia in Verrinas. Itè De nomine imperatorio, de terræ motu & pestilentia opusculū impressum Basileæ apud Heruag. Eius Centuria prima, continet annotationes in Ouidium, Horatium, Martiale, Iuuenalem, Papinium Statiū, Tibullum, Lucanū, Plinij epistolas, Liuium, A. Gellium, Ciceronē, Plinij historiam naturalem, Apuleiū, Pedianum Aconium, Quintilianum, Aemylium Probum, D. Hieronymum, Cæsaris commentaria, Hieremiam prophetā & Daniele, Suetonium, Plautum, Q. Curtium, Aufonium, Iuriconsultos, Seruium Grammaticum, in Plinium annotationes: Ascensius excudit Parisijs cum alijs quibusdam. Cómmentarij in Ciceronis orationes Philippicas, impressi Parisijs apud Ascensiu, 1529. cum ipsius Ascensij, Maturantij, & Trapezuntij scholijs in eisdem, & Basileæ apud Opor. ann. 1553. item in M. Tullij Quæstiones Tusculanas, impressi Parisijs. Cómmentarij in Apuleij de asino aureo lib. 10. impressi Venetijs. Pæanes & carmen lugubre passionis Domini, scorsim etiam excudit Ascensius cum suis commentarijs. annotationes in P. Cornelium Tacitum, impressæ. Cómmentationes in C. Suetonium, impressæ Parisijs. Annotationes in lib. 13. Columelle, quibus ordine alphabeti vocabula rustica, & alia quædam obscuriora ab eo explicantur. Gryphius excudit Lugduni cum ipso Columella, &c. Explicatio in præcepta septem Græciæ sapientum, & in symbola Pythagoræ. Henricus Petri excudit Basileæ, 1534. & de scribendis epistolis libellus, cum appendicè Margaritæ philosophicæ, Basileæ apud Henricum Petri. Anticategoriæ, id est mutue accusationes, scortatoris, aleatoris, & ebrij: Col. apud Gymnicū. Eiusdè Epistolæ quædam leguntur li. 2. & 6. & 11. epistolarū Ang. Politiani: item li. 2. epistolarū Ioan. Fr. Pici: Claruit anno Domini 1510.

Philippi Beroaldi iunioris epistola, in fine operum Antonij Codri, Scripsit multa carmine.

* Philippus Beuerlay sacrificus vel monachus,

scripsit Quæstiones in Perihermenias libr. 2. Super sex principijs lib. 1. Baleus.

* *Philippus Bromierus* Dominicanus, congescit *Diuisionum Prædicabilium* lib. 1. Sermonum quoque per annum lib. 1. Claruit ann. 1490. Bal.

Philippus Callimachus, patria Florentinus, regis Poloniae secretarius, scripsit de gestis *Attilæ* regis impij lib. 1. historiam Polonicam contra *Turcam* lib. 1. de moribus *Tartarorum* lib. 1. de morum diuerso metro lib. 1. & alia complura. Esius *Attila*, impressus Haganoæ, 1531. vide supra in *Callimacho*. Claruit anno Domini 1490.

Philippus de Casso, scripsit de testamentis in 2. Codicis.

Philippi Comici fabulæ ab *Athenæo* citantur, *Obeliaphori*, *Phylira*. *Codaniastæ*. Meminit & *Suidas*.

Philippi Chalcedensis scripta citantur apud *Plutarchum* in vita *Alexandri Magni*.

Philippus Cominæus, scripsit Gallice historiã rerum gestarum sub rege *Ludouico* vndecimo, in *Gallia*, *Burgundia*, *Flandria*, *Anglia*, & *Hispania*: liber impressus *Parisijs*, 1539. apud *Engilbertum de Marnef*. *Philippi Comingi* viri patri- cij & equestris ordinis, commentarios de rebus gestis *Ludouici* eius nominis vndecimi *Galliarum Regis*, & *Caroli Burgundiæ Ducis*, ex *Gallico* Latinos factos à *Ioanne Sleidano*, *Argentinae* excudit *Crato Mylius*, anno Domini 1545. in 4. chart. 48. Eiusdem commentarij de *Carolo octauo Galliarum rege*, & bello *Neapolitano*, eodem interprete, Latine excusi sunt à *Vuendelino Rihelio*, anno Domini 1548. in 8. chart. 16.

Philippus Corneus I. C. *Perusij* natus, reliquit *Commentaria* in *Codicem*, & quatuor volumina *Consiliorum*. vide plura apud *Ioan. Fichardû*. eiusdem etiam *Commentarius* super sexto *Codici*, impressus fertur *Papiæ*, 1498. item super 2. *Cod.* & *Repetitiones* in 1. *Cod.* de pactis. l. si pas- scenda pecora. & Si ad vendi. *Autenti*. *Sacramenta* *puerum*. Obijt anno 1462. *Petri Philippi Cornei* lecturæ, super prima & secunda parte *Codici*. Item super secunda *Digesti* veteris parte. *Lugduni* apud *Iuntas*, 1570. fol. vide in *Petro*.

Philippus Clericus librum de secretis secretorum *Aristoteli* attributum, ex *Arabico* in *Latinum* sermonem conuertit.

Philippus episcopus *Cretensis*, præclarum aduersum *Marcionem* edidit librum, temporibus- que *M. Antonini Veri*, & *L. Aurelij Commodi* claruit. *Hieronymus*. *Tritemius* addit, cum clauis- se, anno salutis 170.

Philippus Decius *Mediolanensis* iurecõsultus, reliquit in vtroque iure scripta doctissima, & præ- terea *Consiliorum* libros 4. *Lecturæ* eius super *Decretal.* & super *ff.* & *Cod.* impressæ sunt. *Com- mentarius* de regulis iuris, impressus *Lugduni* apud *Paganum*. inuenio præterea ab eo scripta citari, *Consiliorum* volumina 4. *repetition.* in 1. *ff.* *vet. de rei venditione.* item alibi *commentarios* super prima & secunda *ff.* *vet.* & prima & 2. *Codi- cis*. Claruit anno 1535. quo etiam *Senis* mortuus est. *Commentarius* de regulis iuris impressus est *Coloniae*, 1569. in folio.

* *Philippus Doberiner* scripta quædam *Ludo-*

uici Bloisij in *Germanicam* linguam transtulit, quæ impressa sunt *Dillingæ*. Idem scripsit cõtra *Viretum* de sacrificio *Missæ*. *Germanice*. *Medi- cinam* aduersus hæreses. *German.* *Monaci*, 1570. *Hieronymi Cacciaguerræ* librum de cõmunio- ne sacra- menti altaris in *Germanicam* linguam transtulit, excusum *Dillingæ*, 1571. Item *Ludouici à Granatâ Manuale*. *Ibidem*, 1572.

* *Philippus*, abbas *Eluonenfis*, in *Hannonia*, scripsit vitam *S. Amandi* lib. 1. Est autem *Eluona* in- ter *Tornacum* & *Valehconas*. *Iacobus Meier*.

Philippi Engelbrechti Engentini *Epithala- mium* carmen, in nuptijs *Ioãnis ducis Saxoniae*, & *Margarethæ principis de Anhalt*, impressum *Vuittenbergæ*, anno Domini 1514. quatern. 6.

Philippus Engentinus poeta *Germanus*, fertur scripsisse de vita *Lamberti*, & carmen in laudem *Friburgi Brisgoiæ*, cuius vniuersitatis magna cum laude professor poeti- cæ fuit annis aliquot. Floruit 1530.

* *Philippus Fantonius Florétinus*, edidit librum *De ratione reducendi annum ad legitimam for- mam & numerum*: cui etiam inserta sunt alia ad eandem rem pertinentia, omnibus huius scientiæ studiosis cognitu valde digna. *Florétia*, 1560. in octauo.

Philippus Ferrariensis Tholosanus, episcopus *Pacensis* ecclesiæ in *Hispania*, *Carmelita*, scripsit sermones de tempore li. 1. sermones de sanctis li. 1.

Philippi Forresti Bergomensis *Chronica* ab in- itio mundi vsq; ad annum 1463. impressa *Vene- tijs* per *Bernardinum de Benalijs*, anno 1486.

Philippi Franci Perusini *Commentarius* super sexto *Decretal.* impressus *Lugduni*, 1534. Eiusdẽ super tit. de appellacionibus, *Tridini*. Citatur præterea *Disputatio* eius in materia *petitorij* & *possessorij*. Item super sexto *Decretalium*. *Loua- nij* in folio.

Philippus de monte Galerio, *Minorita*, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones quadragesimales lib. 1.

* *Philippus Gallus* *Diuiinarum nuptiarum cõ- uenta & acta* ad morum admonitionem tabulis æreis incidit. Item *Iesu Christi vitæ* admirabi- liumq; actionum speculum, quibus addita sunt *disticha* *Benedicti Ariæ Montani*.

Philippus Gallitius Rhætus, minister ecclesiæ *Curia Rhætorum*, scripsit *catechismum*, item *grammaticam Latinam* impressam *Tiguri* ab *Augustino Frisio*.

Philippus Gerrarde, *Cubicularius* *Eduardi* sex- ti *Anglorum* regis, scripsit inuestiuam in *Biblio- mastiges*. Claruit anno 1548.

Philippi Gundelij Patauiensis *Eclogæ* 2. *Apol- lonodia* & *Callianera*, impressæ *Viennæ Austriæ* anno Domini 1518.

Philippus Ingasias Siculus, professor *Neapoli*, scripsit *latrologiam*, & *De tumoribus* præter na- turam, anno Domini 1551. Forte *Ioannes Philippus Ingrassias*.

Philippi Isangelei scripta citantur apud *Plutar- chum* in *Alexandro*.

Philippus Kersbel, *Carmelita* *Flander* *Philoso- phus* & *Theologus* præclarus, scripsit contra *ve- saniam* *Vincenrij de Nouocastro*, contra *purissimam*

mam conceptionem Mariæ Virginis latrantem.
* Idē, scripsit, Ex Eliphaz Anglo compendium lib.
1. Compendium ex Vualdeno lib. 1. Compendium
Braduardini lib. 1. Ex Alta villa compendium
lib. 1. Ex Holcoth Anglo compendium lib. 1. Ex
Petro Pelaton compendium lib. 1. Atq; alia. O-
bijt Parisijs anno Domini 1489. ex peste, in suo
cænobio sepultus, Huius opus de cōceptione cō-
tra Vincetium à Carolo Phernando correctum,
impressum est. Iulianus Hasart.

Philippus Lonicerus Icones Liuianas, præci-
pua Romanorum historias ad viuum expressas
oculis repræsentates, succinctis versibus illustra-
uit. Francofurti, 1573.

* Philippus de Macerijs, Siculus natione, Sum-
mus regni Cypri Cancellarius sub rege Petro,
scripsit vitam Petri Thomæ Carmelitæ, patriar-
chæ Constantinopolitani lib. 2. Claruit anno Do-
mini 1370. Iulianus Hasart.

* Philippus de Mantua, Italus, Augustinianus,
doctor Clarissimus, scripsit lectionem per lucidam
in Apocalypsim lib. 1. Syluester Meuctius.

* Philippus Medmæus ex Medme vrbe Italiae,
scripsit De ventis. Stèphanus.

* Philippus medicus, scripsit lib. 2. De marasmo,
quorum primus tantum Galeni tempore extra-
bat. Galenus. de marasmo cap. 10. Idem in præ-
fatione lib. 6. de simplicibus, Philippum & Ar-
chigenem inter recentiores de vsu simplicium in
therapeuticis suis voluminib. scripsisse refert.
Non esse autem pro Philippo (vt quidam vol-
unt) Pamphilum legendum docet Gesnerus. In
Isagoge inquit, Philippus Cous primus Empi-
ricam separauit à logica, rationes accipiens ab He-
rophilo cuius discipulus fuit.

Philippus Melanchton, natione Germanus, pa-
tria Brettanus, & totius Germaniæ summum de-
cus & ornamentum, scripsit infinita volumina,
hinc inde impressa, Cuius tamen lucubrations
editas vsq; ad ann. 1541. Heruagius excudit Basileæ,
anno 1546. Ceterum Tomus primus editio-
nis Heruagianæ continet hæc: Commentarium
in Genesim, Commentarium in Prouerbia Salo-
monis, Enarrationem breuem in aliquot Psal-
mos, nempe primum, 2. 3. 4. 110. & deinceps vsq;
ad 133. Annotationes in Euangelium Math. in
Euangelium Ioānis. in epistolam Pauli priorem
ad Corinthios. Orationem Didymi pro Marti-
no Luthero, aduersus Thomam Placentinum.
Apologiam pro Martino Luthero aduersus Pa-
senses sophistas. Iudicium contra Anabaptistas.
De cœna Domini sententias veterum collectas. de
officio principum: vel. An principes debeant mu-
tare impios cultus cessantibus, aut prohibenti-
bus episcopis, aut superioribus dominis. An li-
ceat Christianis litigare, de arbore siue gradibus
consanguinitatis & affinitatis, de ecclesia, & au-
toritate verbi Dei, cum catalogo synodorum, &
censura doctissima. de ecclesiasticis scriptoribus
antiquis, sententias collectas ex vtroque Testa-
mento de promouendo euangelio. Tomo se-
cundo continentur, Commentaria in epistolam
Pauli ad Romanos, Aliud commentarium in
eandem epistolam cum præfatione ad Philip-
pum Landgrauium Hassiæ, &c. Dispositio siue

methodus ordinis & locorum dialectica, in epi-
stolam Pauli ad Romanos. Scholia in epistolam
Pauli ad Colossenses. Loci communes theologi-
ci, siue summa religionis, pure, simpliciter, & me-
thodice tractata per capita 39. Tomo tertio in-
sunt: Confessio fidei: & Apologia confessionis,
qualis à principibus quibusdam Germaniæ exa-
hibita est Casari. Catechismus, qui continet ex-
plicationem decalogi, sacramentorum, &c. Ra-
tio breuissima concionandi à quodam docto &
pio rhapsodo Phil. Melanchtonis familiari con-
gesta: cum dissertatione de officio cōcionatoris.
Ratio breuis discēdæ Theologiæ. Disputationes
variæ theologicæ methodo propositæ. De tribus
votis, ad Carthusianum quendam epistola. Epi-
tome renouatæ ecclesiasticæ doctrinæ. Epistola
ad Comitem Ioannem à Vueda. Tomi tertij ope-
ra philosophica: Commentarius de anima. In pri-
mum, secundum, tertium, & quintum libros E-
thicorum Aristotelis commentarius. Philoso-
phiæ moralis Epitome, in Politica Aristotelis
commentaria. Tomo quinto continentur: Gram-
matica Latina, Grammatica Græca, Dialecticæ
libri 4. rhetoricæ lib. 2. in Hesiodi opera & dies
enarratio. Vocabula mensurarū & rei numariæ,
cum interpretatione Germanica. Farrago epigrā-
matum. Et hætenus quæ ab Heruagio impressa
sunt. Liber de ecclesiæ autoritate, seorsim excusus
est Vuittenberge, anno 1539. & Argentorati. Cō-
mentaria in epistolam ad Romanos, Argentinæ
apud Cratonem Mylium, 1540. Verum scripsit
etiam alia, quæ in Heruagiana editione non ha-
bentur, vt sunt: Tabula de mensibus Græcorum,
impressa aliquoties Basileæ, in calce Lexici Græ-
colatini. Eclipsium Solis & Lunæ annis iam ali-
quot visarū, vsq; ad annum 1540. descriptiones:
liber selectarum declamationum Philippi Me-
lanchtonis, quas cōscripsit, & partim ipse in schō-
la Vuittenbergeni recitauit, partim alijs recitari
das exhibuit. Adiectæ sunt eiusdem præfationes
in aliquot illustres autores: Crato Mylius excu-
dit Argentorati, 1541. Earum catalogum qui vo-
let videre, Bibliothecam Gesneri, imò ipsos po-
tius Declamationum tomos, qui tres iam editi
sunt, quarto etiam propediem in lucem proditu-
ro, inspiciat. Præter hæc verò, ab eodem scripta
extant etiam, Præmonitio ad Alcorani lectorem,
cum eodem impressa Basileæ, apud Ioan. Opori-
num. Defensio coniugij sacerdotum, excusa Ar-
gentorati, 1542. Responsio ad scriptum quorū-
dam delectorum à clero secundario Coloniae A-
grippinæ: impressa Francfordiæ apud Herman-
num Gulfferich, 1543. Commentarius in Danie-
lem prophetam, in quo seculi nostri status corru-
ptissimus, & Turcicæ crudelitatis finis describi-
tur. item in Hieremiæ prophetæ vaticinia argu-
mentum, liber impressus nuper Basileæ. Dissertatio
in locum ad Colossenses, Videte ne quis
vos decipiat per philosophiam inanem: excusa
Basileæ ab Adamo Petri, 1527. M. Tullij Officia;
ac dialogos de Amicitia & Senectute, item Pa-
radoxæ, & somnium Scipionis annotationibus il-
lustrauit, sepe ac diuersis in locis impressis. Argu-
mēta & scholia eius in familiares epistolas Cice-
ron. Brubachius impressit Halæ Sucuorum, 1538.

Commentarios de artificio & dispositione rhetorica in aliquas Ciceronis orationes, nempe pro S. Roscio Amerino, L. Murena, P. Sylla, Archia poeta: in quam & paraphrasin edidit, pro M. Caelio, pro Milone, pro M. Marcello: impressi sunt Basileæ apud Rob. Vuinter, cum annotationibus diuersorum in omnes Ciceronis orationes. M. T. Ciceronis de oratore dialogi 3. passim notis quibusdam ab eodem illustrati, vna cum scholijs in fronte adiectis, quibus loci obscuriores explicantur: Secerius excudit Haganoæ, 1530. & Gryph. Lugduni, 1535. Annotationes quædam in epistolas Ciceronis familiares, impressæ Basileæ, apud Rob. Vuinter. In historias Salustij, & alios libellos veteres, qui cum illis imprimi solent, breues annotationes, cum alterius cuiusdã scholijs: Ioannes Gymnicus excudit Colonia, 1539. in singulas P. Terentij fabulas duplicia argumenta, cum scholijs perbreuib; in easdem: Brylingerus excudit Basileæ, 1540. & Gymnicus Colonia. Scholia & succineta quædam enarratio locorum insigniu, difficultumq; in P. Ouidij Fastorum libros 6. Brubachius excudit Halæ Sueuofum, anno 1539. Annotationes in Virgilij Bucolica, Georgica, & Aeneidem, excusæ Basileæ, apud Brylingerum, anno 1545. cum operibus Virgilij. Annotationes in Georgica, Vuesthemerus ibidem, anno 1544. excudit seorsim. Syntaxis eius, siue constructio Latini sermonis, cum libello de Periodis & Prosodia, seorsim Colonia à Gymnico, anno 1541. & Argentinæ à Lucundo eodem tempore, cum grammatica eius. Prefatus est in Thomæ Linacri libros de structura Latini sermonis, Scholia in pugnam ranarum & murium, excusæ Basileæ, apud Rob. Vuinter. Ex Demosthene transtulit Olynthiacam primam, Philippicas quatuor, & duas orationes contra Aristogitonem: adiecit & scholia nonnulla. Ex Plutarcho vertit Symposiacorum libri septimi caput sextum. Psalmos quosdam ex Hebræo vertit: Rihelius excudit Argentorati, anno 1536. Epistola ad Ioan. Oecolampadium, de theologica disputatione Lipsica, impressa Basileæ. Elogion de Erasmo Roteroth. & M. Luthero, impressum cum aliquot Lutheri operibus. Annotationes in Euangelia, quæ vsitatõ more in diebus Dominicis & Festis proponuntur: adiectæ sunt Iodoci Vuillichij in eadem Euangelia expositiones, eiusdem argumenti: Vuesthemerus excudit Basileæ, 1544. Doctrinæ physicæ elementa, siue initia, dictatã in Academia Vuitebergensi, excus. Vuittenberg, 1549. & rursus Basileæ ex postrema auctoris recognitione, apud Ioan. Oporinum, anno 1550. cum indice copioso. Scripsit & causas, quare & amplexæ sint, & retinendam ducant doctrinã, quam profitentur ecclesiæ, quæ confessionem Augustæ exhibitam sequuntur: & cur iniquis in synodo Tridentina iudicibus non sit assentiendum: Liber excusus Argentinæ, anno 1546. Historiam de vita & obitu Martini Lutheri, excusam Vuittenbergæ, anno 1549 apud Ioannem Luffr. Enarrationem symboli Niceni, excusam ab Oporino, anno Domini 1550. & 1551. Responsonem ad scripta quorundam delectorum à Clero Secundario Colonia Agrippinæ, excusam Lipsiæ, 1543. Imã

ginem ecclesiæ carmine elegiaco impressam Bona, 1543. Erotemata Dialectices. Commentaria in primam & difficillimã partem Partitionum oratoriarum Ciceronis, Scholia in libros de oratore & in topica eiusdem: excusa Basileæ. Librum de officio principis, cum Ambrosij Moibanilibro de cõmunionem infantu excusum. Librum de anima recognouit, 1553. & alia plura edidit. Philippi M. Declamationu quæ ab ipso & alijs, in academia Vuittenbergensi recitata & editæ sunt, tomitres, opera Ioan. Richardi I. C. optimo ordine distinctæ. Argent. 1570. Epistolaru liber Vuittenbergæ. Alter libellus epistolarum ibidem. 1570. Epigrammatum liber, editus in octauo. Ptolemæi libros quatuor de syderum effectionibus in linguam Latinam transtulit. Commentarios in epistolam ad Colossenses recognouit & auxit. Scripsit etiam Commentarios in priorem epistolam ad Corinthios à Chyreo editos. Item in Euangeliu Matthæi. De controuersia Musculi & Stancari. Responsonem ad articulos Bauaricos. Corpus doctrinæ in quo cõplures eius libri coniuncti sunt, impressum est Lipsiæ in folio. Disputationes eius plurimæ cù Lutheri operibus impressæ sunt. Plurima præterea alia scripsit quæ mihi non omnia nota sunt, spero eius successores si non simul edituri sunt tanti viri & de literis optime meriti opera, saltem eorum exactum catalogum in gratiam studiosorum publicatos. Obijt magna cum bonarum literarum iacturã anno 1560.

Philippus Melhofer, canone missæ in linguam Germanicam conuertit, & breues annotationes adiecit, liber impressus in 4.

* Philippus Merzilius ex Latina lingua in Germanicam transtulit Bullingeri libros De origine erroris, & De Concilijs. Francofurti aut Heidelbergæ excusos.

Philippus Montanus, recognouit & multis in locis restituit enarrationes Theophylacti, in euangelia, epistolas Pauli, & aliquot prophetas minores, Basileæ excudit Heruagius, ann. 1554. & 1570. Idem recognouit opera Ioan. Chrysostomi Parisijs impressa.

* Philippus Montis Galerij, scripsit Conciones de corpore Christi, & alias. Vixit anno 1544.

Philippi de Monte in euangelia totius anni explicationes.

Philippi de Monte Madrigalium lib. 2. quinq; vocum. Venetijs apud Gardanum, 1567.

Philippi Niuolini oratio quædam, excusa est in quarto.

* Philippus Norrys sacrificus, scripsit Declamationes quasdam lib. 1. Lecturas scripturarũ lib. 1. Sermones ad populum lib. 1. Contra mendacitatem validam lib. 1. Claruit anno 1446. Balcus.

Philippus Nouesianus Hasfurtinus, commentatus in Lipsiam Hermanni Buschij. Martinus Herbiolenensis excudit Lipsiæ, 1521.

* Philippus Nycols patria Deuonius homopijs, scripsit anglico sermone Historiam 12. nunciatorum Moysi lib. 1. Ad Angliæ protectorem Eduardum lib. 1. Ad Crispinum Excestriensem Canonicum lib. 1. Contra Cornubiensium Rebeliones lib. 1. Claruit anno 1558. Balcus.

Philippus

- Philippus* abbas monasterij Otterburgenfis, ordinis Cisterciensis, Germanus, scripsit in Cantica canticorum lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1.
- Philippus Cancellarius* Parisiensis, scripsit de singulis psalmis duos vel tres sermones elegantes lib. 1. summam theologiam lib. 1.
- Philippus* de Pergamo, ordinis sancti Benedicti, scripsit super Ethica Catonis lib. 1. sermones etiam scripsisse dicitur lib. 1.
- Philippus Phasianinus* Bononiensis, transtulit librum Palæphati de fabulosis narrationibus, Henricus Petri excudit Basileæ.
- Philippus presbyter*, commentatus est in Iob, edidit sermone simplici libros & familiares epistolas. Moritur Martiano & Auito regnantibus. Gennadius. Commentarij eius in historiam Iob ad Nectarium episcopum, impressi sunt Basileæ, apud Adam Petri, anno 1527.
- * *Philippi Probi* additiones ad Ioannis monachi lecturam siue glossam super sextum Decretalium.
- Philippi* regis Maced, epistola, cum orationibus Demosthenis ad Athenienses, & alia in oratione eiusdem de corona. Extant & alia eius epistolæ impressæ Venetijs apud Aldum, in volumine epistolarum Græcarum.
- * *Philippus Repingtonus* Canonorum D. Augustini ad Leycestriense cœnobium abbas, Vicleui discipulus, scripsit *Defensorium* Vicleui lib. 1. Pro doctrina morali eiusdem lib. 1. Homilias per annum li. 1. In Euāgelia Dominicalia. li. 1. De seculari Dominio li. 1. Quæstiones disputatas li. 1. Atq; alia quædam. Idem postea 26. articulos Londini retractauit anno 1382. & Lincolnix episcopus factus pios persecutus est. Balcus.
- Philippus Riboti*, natione Cathalanus, Carmelita, scripsit de ordinis sui prima institutione, dilatatione & confirmatione, quod vocauit de gestis Carmelitarum peculiaribus lib. 10. de illustribus viris Carmel. lib. 1. sermones & epistolas.
- * *Philippus* de Rotingo, De monte pietatis.
- * *Philippus* Saulus episcopus Brugnarésis è Greco in Latinum conuertit Euthymij monachi cœmentarios in omnes psalmos. Vener. 1568. in fol.
- Philippus Sidites*, sophista & diaconus, scripsit contra Iulianum apostatam, item historiam ecclesiasticam.
- * *Philippus* Simoneta doctor canonum citatur à Felino c. 2. extra. de Iudi.
- Philippus* de Soldeuilla, natione Cathalanus, medicus, scripsit in technam Galeni lib. 1. de spiritu gignitiuo lib. 1. de astronomica veritate lib. 1.
- Philippus* sophista, scripsit de spiritibus ex opere Herodiani, ordine literarū: & de Synalæphe. Suidas.
- Philippus* Theangellen, scripsit historiam Carum & Lelegum. Athenæus.
- Philippus* Strozza. Vide in Strozijs.
- Philippi* Vistadij patricij Norinbergenfis, professione medici, Cælum philosophorum, seu de secretis nature liber, impressus Argent. 1528. Eiusdem tractatus de epidemia, impressus Basileæ,

- apud Cratandrum, 1526. Claruit anno 1525.
- * *Philippi* Vuagneri, Cócionatoris aulici apud Illustris. Electorem Saxonem, Explicatio Ionæ prophetæ. 1570. Budissinæ. Explicatio Psalmi 128. Concionēs de matrimonio. Ibidem. Omnia Germanice. Explicatio Psal. 101. De officio principum & aulicorum qui his inferuiunt.
- * *Philiscus* Aegineta, Alexandrum Macedonem literas docuit. Ipse autem auditor fuit Dionis Cynici: secundum Hermippum, Stilponis. Conscripsit dialogos, quorum de numero est Codrus.
- Philiscus* Corcyreus, Philotæ F. tragicus, & sacerdos Bacchi, sub Philadelpho: & ab illo Philiscus versus appellatus est, quod illo frequenter vteretur. Est autem secundus ex ordine tragicorum qui septem Pleias dicti sunt. Tragediarum vero eius sunt 42. Suidas.
- Philiscus* comicus. Comædiæ eius sunt, Adonis, Iouis partus, Themistocles, Olympius, Panis partus, Mercurij & Veneris partus, Dianæ & Apollinis. Suidas.
- Philiscus* Milesius orator, Isocratis oratoris auditor, fuit autem prius tibicen: scripsit Orationem Milesiacam, Amphictyonicam, Artem dicendi libris duobus, Isocratis *ἀντιγόνη*. Suidas.
- * *Philistus* Naucratis aut Syracusanus, Archomidæ F. discipulus Eueni elegiaci poetæ, primus ex arte oratoria historiam scripsit. Composuit Artem dicendi. Aegyptiaca libris 12. Res Siculas libris 11. Aduersus Tricarantum. Orationem de Naucratis. De Dionysio tyranno lib. 6. De Aegyptiorum theologia lib. 3. Concionēs, & alia quædam de Libya & Syria, Phœnicia, insula Sicilia, & genealogiam. Suidas. Item Philistus Syracusanus historicus, cognatus fuit Dionysij Siciliæ tyranni: in nauali contra Carthagenenses prælio occubuit. Fuit discipulus Eueni, elegiaci poetæ. Scripsit Sicula, id est res variæ gestas ab eis aduersus Græcos, & genealogiam, de Phœnicia, & alia quædam de insula Sicilia. Philisti. Sicelicorum lib. 13. citantur à Stephano. Citantur etiam eius historiarum à Plutarcho & in Arati commentarijs.
- Philistion* Prusaensis, scripsit comædias Bœologicas, Misopsephistas fabulam, & Philogelon librum. Obijt, viuentē Socrate, præ nimio risu. Suidas. Philistion Locrus literis mandauit Opsartytica. Athenæus. Epiphanius quoque in hæresi Ptolemæi & Valentini mentionem facit Philistionis qui res incredibiles scripsit.
- Philistion* quidam citatur à Plinio Naturalis historiarum lib. 20. & 7. sequentibus.
- Philistioni* quidam tribuunt Hippocratis librum de diæta. Galenus.
- Ex *Philistide* Mallore quædam transtulit Plinius in Naturalis historiarum librum quartum.
- Philistus* qui de melliturgia scripsit, citatur ab eodem libro 11. Naturalis historiarum.
- Philistus*, vide Philiscus paulo superius.
- Phillylius* Atheniensis comicus, veteris comædiæ scriptor. Comædiæ eius sunt Aegeus, Ange, Antia, Dubdecima (meretricis nomē id est) Hæ-

cules, Plyntria, aut Nausicaa, Vrbs, Puteos foediens, Aralanta, Helena. Phyllium hunc nominat Stephanus.

Phyllis Delius, scripsit de Musica, & de tibicinibus. Athenæus.

Philocalus Troianus quidam scripsit librum epigrammatum; quæ in Italia impressum puto.

Philochorus Cygni F. Atheniensis vates & aruspex, uxorem habuit Arcestratam. Fuit temporibus Eratosthenis, sic tamen ut adolescens senem Eratosthenem attingeret. Occubuit ex insidijs Antigoni quod delatus esset, quasi studeret Prolemæo. Scripsit De Attica lib. 17. qui res Atheniensium gestas continent: & reges & prætores vsque ad Antiochum postremum, cognomento Deum: scripti sunt autem aduersus Demonem. De diuinatione 4. l. De sacrificijs. 1. De tetrapoli, Salaminis origines. Epigrammata Attica, De Atheniensium prætoribus à Socrate vsque ad Apollodorum. Olympiades libris duobus. Aduersus Demonis Atticam historiam. Epitomè suæ Atticæ historiarum. Epitomen operis Dionysij, De Tæplis. De Sophoclis fabulis lib. 5. De Euripide. De Alcmane. De Atheniensium mysterijs. Collectionem Heroidum, siue Pythagorearum matronarum, Deliacos libros duos. De inuētis, De expiationibus, De symbolis. Philochori historiae subinde citantur apud Plutarchum in Theseo.

Philocles Atheniensis tragicus scripsit tragædias centum, de quarum numero à Suida commemorantur, Erigone, Nauplius, Oedipus, Aeneas, Priamus, Penelope, Philoctetes. Scholiastes Aristophanis scribit Sophoclem primum Tereum fabulam scripsisse, deinde etiam Philoclem Tereum fecisse. Hic propter amarulentiam à bile & sale cognomen sortitus est.

Philocrates, scripsit Thesalica. Athenæus.

Philodemus librum edidit *ἐπι τῶν ἐν πόλει οὐκ ἐπιβίων*. Athenæus libro 10. Vide Philomnestus.

Philodemi plurima epigrammata extant in Anthologio, præsertim lib. 7.

Philodemus Epicureus *ἐν τῷ Πλάτῳ τῶν ἐπιπέδων* citatur à Laertio.

* Philodemi de Hippolitis Dialogus amicorum disputationem de sollicitudine continens, 1492. manuscriptus.

Philolaus Pythagorica de natura rerum primam edidit, quorum initium est, Innuendo natura coacta est ex infinitis ac finitis. Laertius. Idem fertur scripsisse ea carmina, quæ vulgo Pythagoræ tribuuntur. Ioan. Picus.

Philomnestus scripsit *ἐπι τῶν ἐν πόλει οὐκ ἐπιβίων*. Athenæus lib. 3. Idem lib. 10. Philodemum testatur eiusdem inscriptionis librum edidisse: in alterutro nomine forsitan erratum.

Philon quidam scripsit librum metallicum. Athenæus.

Philonis versus de antidoto (quod ab ipso Philonium adhuc vocatur, & conficitur in Seplasijs) extant apud Galenum in opere de medendo secundum locos.

Philo Biblius grammaticus edidit de libris comparandis & eligendis, libros 12. de cluitatibus, & qui viri à singulis nati sint, lib. 30. De regno An-

driani, sub quo degebat; & alia. Claruit tempore Neronis vsq; ad Marcum. * Philo Biblius historiam Sanchoniatae à lingua Phœnicum in Græcam transtulit. Philo *ἐπι νόμων*, & *ἐν ποινῶν* citatur à Stephano. Strabo præterea lib. 2. meminit Philonis qui navigationem in Aethiopiā scripserit.

Philo de regibus Iudgorū aliter scripsit quam Demetrius. Clemens Strom. 1. Forte autem de Biblio Philone loquitur.

* Philo dialecticus in Menexeno citatur à Clemente Alexandrino lib. 4. Stromaton.

Philon Metapontinus *ἀντί τῶν νόμων* commemoratur à Stephano.

* Philo Pythagoricus citatur à Clemente 2. Stromaton.

Philon quidam grammaticus citatur in Cornu copiae Græco Varini Camertis.

Philonis tetrastrichon lib. 1. Anthologij, sectione 16.

Philonis Byzantij libellus Græcus de septem spectaculis, extat etiam in Italia. Vide in Francisco Maurolyco.

Philonis Comici scripta citantur in Arati commentarijs.

Philon episcopus Carpathius, scripsit commentarium in Canticum canticorum. Suidas.

Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum: scripsit librum de prima Marci euangelistæ apud Alexandriam ecclesia, &c. vide plura apud Hieronymum, & Suidam. Enumerantur autem ijdem libri à Philone scripti, omnes à Suida, quos & Hieronymus recitat: & insuper, de vita Mosis, in Cherubin, id est flammeâ thronopharam, in Pentateuchum Mosis, & in ipsum Mosen libros 5. Extat apud Hebræos Salomonis liber, cui Sapientia titulus, non qui nunc in manibus est, Philonis opus: sed alter, de quo in Salomone. Volumen eius ingens, plures continens libros, ad se peruenisse conuersum à Lilio Tiphernate, bibliothecæq; Vaticanæ dicatur, testatur Volater. Lilius Aegidius Libellius Tiphernas edidit interpretationem Philonis Iudæi volumina quatuor, ad Sixtum IIII. pont. max. quæ manuscripta seruantur Romæ in bibliotheca Vaticana, quorum argumenta pete de Gesnero. extant autem Græce adhuc libri 38. cum alibi, tum in noua bibliotheca Augustæ Vindelicorum, & alibi lego, sermones Philonis extare vnum &

quingenta. Illustris vir Diegus Hurtadus Venetijs, orationes Philonis seruat quadraginta octo in duobus voluminibus. inuenio præterea librum eius Græcum haberi, de virtutibus, fortitudine, pietate, humanitate, penitentia, &c. Philonis allegoriæ sacrarum legum, extant Florentiæ in bibliotheca Medicum. Philonis Iudæi Alexandrini libri aliquot, impressi Basileæ apud Adam Petri, 1527. & rursus apud filium eius Henricum, anno 1538. Sunt autem isti. Antiquitatum Biblicarum incerto interprete lib. 1. Tritemius hunc librum inscribit, De generationis successu. Quæstionum & solutionum in Genesim lib. 1. de statu Essæorum, id est monachorum qui temporibus Agrippæ regis monasteria sibi fecerunt lib. 1. de nominibus Hebraicis per singulos libros veteris

veteris testamēti, de mundo liber, Guilielmo Budaō interprete, qui & Græce impressus est Basil. apud Vualderū, 1533. cum Aristotele de mundo, &c. Pleraq; autē omnia Græca Philonis asseruātur Romæ in bibl. Vaticana. Eius commentarij in Geneleos & Exodi libros, incerto interprete, cum præfatione beati Hieronymi, extant Vienne apud Vuolffg. Lazium. Philonis opera quæ extant omnia. De mundi opificio, Historica, Legalia, Monobibla, Græce excusa sunt Parisijs ab Adriano Turnebo, an. D. 1552. in fol. chart. 199. & Basileæ Latine Sigismundo Gelenio interprete, in officina Frobeniana, anno Domini 1553. Eiusdem libri de vita Mosis Latine excusi sunt Parisijs, Adriano Turnebo interprete, Trittemius eum claruisse scribit anno Domini 50.

Philonis Thebani scripta citantur apud Plutarchum in Alexandro.

Philometor rex à Plinio allegatur 11. 14. 15. 17. & 18. Naturalis historiæ libro.

Philonides Atheniensis, comicus antiquus, ante fullo fuit. Comædiæ eius sunt, Cothurni, Apene, id est currus, Philæterus. Suidas. Citatur nonnunquam à Stobæo, Cothurnos eius allegat Athenæus.

* Philonides Dyrachenus audiuit Asclepiadē, & cum in patria medicam artem magna cum laude exercuisset libros composuit 45. Stephanus. Porro Galenus Philonide Siculi librum 18. de medicina, citat de diff. pulsuum lib. 4. cap. 10.

Philonidis scripta citantur à Plinio 4. & 5. lib. Naturalis historiæ.

Philopator citatur ab eodem 29. libro.

Philosophus, qui Platonis leges diuisit in libros duodecim (decimum enim tertium ipse addidisse fertur) fuit Socratis & ipsius Platonis auditor, in rerum sublimium meditatione versatus. Fuit tempore Philippi Macedonis & scripsit hæc. De interuallo Solis & Lunæ. De dijs libros 2. De tempore 1. De fabulis 1. De libertate 1. De ira 4. De vnum. De retributione vnum. De Locris Opuntijs. De voluptate vnum. De amore vnum. De amicis & amicitia 1. De descriptione. De Platone. De eclipsi & magnitudine Solis & Lunæ & terræ vnum. De fulgetris. De planetis. De Arithmetica. De fecundis numeris. De opticiis li. 2. De enopticiis 2. Circularia. Medietates & alia. Suidas. Videtur autem in nomine mendum esse, & forte hic est Philippus Opuntius.

Philostephani Cyrenæi scripta ab Athenæo citantur: Delius, de Asiæ ciuitatibus, de mirabilibus fluuijs. Eius historiæ allegantur etiam apud Plutarchum in Lycurgo. Idem in opere de Cypro citatur à Clemente Strom. 1. Eius etiam Philippica citantur in Etymologico quamuis quidam illic Philochorum legant.

Ex Philostorgij Ariani historia, aliquot versus recenset Suidas in Apollinario, & alibi. Eiusdem verba multa de Gregorio, vide in Gregorio apud Suidam. Ex Philostorgio quedam de historia ecclesiastica supersunt Græce, apud Diegum Hüradum Venetijs.

Philostratus primus Lemnius, filius Veri, pater alterius Philostrati, ipse etiam Sophista fuit. Docuit Athenis sub Nerone. Scripsit Orationes

panegyricas plurimas, Orationes Eleusiniacæ 4. Declamationes, Quæstiones rhetoricas; de ijs quæ apud rhetores quærentur. De nomine. Ad sophistam Antipatrum. De Tragœdia lib. 3. Gymnasticum, id est de ijs quæ Olympiæ sunt, Lithognomicum, id est de cognoscendis geminis, Proteum, Canem siue Sophistam, Nerone, Spectatorem, Tragœdias 43. Comœdias 14. & alia plurima & magni momenti, Suidas.

Philostratus Veri Lemnij Sophistæ nepos, ipse etiam alter sophista. Docuit Athenis deinde Romæ, sub Severo Imperatore vsque ad Philippum, scripsit Declamationes, Epistolas amatorias, Imagines, siue descriptiones libris 4. Disputationes siue de fistula, Apollonij Tyanei vitam libris 8. Forum Heroicum, Vitas sophistarum lib. 4. Epigrammata & alia quædam. Suidas. Cæterum quæ hic à Suida scribuntur quo ad temporum rationem vix consentiunt, ut pater sub Nerone docuerit, filius ad Philippi vsque tempora peruenerit, cum inter hos interuallum sit fere 180. annorum. Eius historiæ de vita Apollonij lib. 8. Græci, excusi Venetijs olim ab Aldo, cum Eusebij Cæsarien. libro contra Hieroclem, Apollonium Christo æquiparantem. Eosdem Latine excudit Ioan. Gymnicus. Colonia, 1532. Eusebij quidem, interprete Zenobio Acciaolo: Philostrati autem, Alemanno Rhinuccino, omnia per Gybertum Longolium ad Græcam veritatem diligenter castigata, adiectis per margines scholijs. Claruit sub Severo imperatore, ad Philippum vsque. Eiusdem Icones, Heroica, vitæ sophistarum, &c. impressa sunt Græce, Venetijs apud Aldum, 1503. cum operibus Luciani. Philostrati Icones, Græce cum scholijs extant Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli manuscriptæ. eadem à Stephano Nigro Latine factæ sunt. Philostrati epistolæ amatorias, impressæ Venetijs ab Aldo, in volumine Græcarum epistolarum. Philostrati tetraſtichon libro 4. Anthologij.

Philostratus Neruiani F. Philostrati nepos, ex fratre secundi Philostrati, Lemnius, & ipse Sophista. Docuit Athenis, obiit & sepultus est Lemni, & auditor & gener fuit secundi Philostrati. Scripsit Icones, Panathenæicum, Troicum, Paraphrasim Homerici clypei, Declamationes quinque. Quidam etiam sophistarum vitas illi adscribunt. Suidas.

Philothei cuiusdam Græci commentarij extant, in aphorismos Hippocratis: quorum bonam partem Antonius Musa Brasauolus in suos transtulit Commentarios super aphorismis. Forcassis hic est ille Theophilus, cuius & alia scripta Græce in medicina habemus. Hunc Albanus Torinus Latinitate donauerat, paulo antea quæ obiret, nondum in lucem editum. Philothei medici, quem alij Theophilum vocant, cuius etiam de vrinis liber extat, commentaria in aphorismos Hippocratis, Græce extant: quæ anno Domini 1549. Venetijs apud Cominum de Tridino, excusa sunt Latine in octauo, chart. 12. & dimidia, cum indice, Ludouico Corado de Austria Mantuano interprete.

Philotheus Irenæus collegit aphorismos ex orō

chodosis patribus, Ambrosio, Augustino, Laetantio, &c. Rob. Vuinter excudit Basileæ.

Philothei patriarchæ Constantinopolitani liber contra philosophi Gregoræ scripta, *κατὰ τὴν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἱστορίαν, καὶ ἑκτονὸς γένους*, καὶ τῆς ἀποδείξεως ἐν βασιλεῶν ἀποφασίαις καὶ ἑκτονὸς. Ad primum Gregoræ sermonem cōtradictio prima, vsque ad duodecimum sermonem. Eiusdem Philothei τῶν περὶ τὴν βασιλείαν ἡμετέραν τῶν τοῖς κῆρς ἰσχυρίων ἀντιρρήσεων, ἀδύοι ἐξ. Encomia Basilij magni, Gregorij theologi, & Io. Chrysostomi, in omnes sanctos. Epitome œconomix Christi incarnati. Hęc & alia quedam Græce condita sunt Romæ in Vatic. bibl.

Ex Philothei monachi Asceticis, &c. fragmenta quadam extant in Italia.

Philotimi Opsaryticum, & librum de alimento, Athenæus allegat. Scripsit etiam libros de officina medica Galeno teste.

Philoxenus quidam medicus, allegatur à Galeno in opere de remedijs generalibus. * Philoxenus (in Aegypto) hanc medicinæ partem quæ manu curat pluribus voluminibus diligentissime comprehendit. Celsus lib. 7. cap. 1.

Philoxenus Alexandrinus grammaticus Romæ docuit. scripsit, De monosyllabis verbis, De punctis Iliadis, De verbis in *μ*i desinentibus, De conduplicacione, De dimensionibus. De Syracusarum dialecto. De Hellenismo lib. 6. De coniugationibus, De glossis quinq; , De Homericis glossis, De Lacœnum dialecto, De Ionica dialecto, & reliquis. Suidas, Philoxenum ἐν τοῖς περὶ ῥημάτων ἀποδείξεων citat Eustathius. Stephanus autem in Alabanda meminit Philoxeni interpretis Odysseæ.

* Philoxeni Alexandrini ἀγγλικὰ μνημὸν ὀκτώ in bibliotheca Henrici Memmij.

Philoxenus Euletidæ F. Citherius, lyricus, scripsit Dithyrambos 24. obiit Ephesi. Direptis Citheris à Lacedæmonijs, emptus est ab Agefylo quodam ab illoque educatus: & Myrmex id est formica dictus. Post obitum autem Agefyli eruditus, est à Melanippide Lyrico emptus. Calistratus eum ait Heracleæ Ponticæ natum. Scripsit carmine lyrico genealogiam Aœacidarum. Suidas.

Philumeni medici fragmenta in Aetij collectaneis leguntur hæc. Curatio febris ardentis, de vigilijs in febribus, de extinguenda siti, de aurium inflammatione, de heberudine quæ à morbo contigerit, de lumborū doloribus, curatio vlceris ossis sacri in febrib. de animi deliquio, de crapula, de cura alui fluxione laborantis, de tonsillarū inflammationibus, de vlcerebus eandem, de factus extractione siue sectione, de loculo educendo, ad mamillarum inflammationes, ad easdem induratas, de vteri inflammatione: de thymis, formicis, & verrucis vteri.

Philus comicus ἐν ἀρχαῖς γὰ μόνον citatur à Laertio.

* Philteus qui & historicus vocatur & Naxia cōposuit. Etymologus.

* Philydæus comicus citatur à Clemente quinto Stromat.

Philyrini Cinesicæ Dithyramborū poetæ meminit Suid.

Phlegon Trallianus historicus, libertus Augusti Cæsaris aliàs Adriani, scripsit Olympiades li-

bris 16. &c. Vide Suidam. * Phlegonis fragmentum de Olympiadibus, item libellus De mirabilibus & Longæuis, Græce & Latine impressus, Xilandro interprete: Basileæ, 1568. in octavo.

Phocionis grammatici fragmentum quoddam legitur in Lexico Suidæ & Varini de varijs vermiculis.

* Phocion ex Peripatetica disciplina haud sane ignobilis vir, librum multæ varixq; historix refertum composuit, eumq; inscripsit *ἄσπας ἀμυνθείας*, Gellius 1. cap. 18.

* Photion Etymologici auctor, sic enim passim Hermolaus Barbarus citat, alicubi tamen Micholli cuiusdam nomen legitur.

Phocæ grammatici liber quidam adhuc extat. Eum imitatus est Ael. Antonius Nebriffensis.

* Phocus Samius fertur auctor Nauticæ astrologix, quam quidam ad Thaletem referunt. Laertius.

Phocylides Milesius philosophus, æqualis Theognidi, post annos 647. à bello Troiano, Olympiade 59. scripsit carmina & elegias, Pæneses siue sententias, quas aliqui inscribunt *Κιπάρναα*: subtracta sunt autem ex carminibus Sibyllinis. Suidas. Eius præcepta cum alibi impressa sunt, tum Basileæ in officina Frobeniana, cum Græcis Aesopi fabulis. Parisijs cum sententiosis poetis: & ab Hen. Stephano cum Homero. Citatur nonnunquam à Ioan Srobæo.

Phœnicides scripsit fabulas, Misumenen & Pylarctium. Athenæus.

Phœnicen Colophoniuū bis allegat Athenæus, & bis eiusdem iambos.

* Phormus Syracusanus comicus, æqualis Epicharmi, familiaris Geloni Siciliæ tyranno, & actor puerorum eius. Scripsit comedias has septem, Admetum, Alcinoium, Halyones, Ilij excidium, Equum, Cepheum seu Cepheam, Perseum. Vnus est primus veste talari, & scena ex rubris pellibus. Et alterius comedix Athenæus in Dipnosophistis meminit, Atalantes. Suidas.

Photinus de Gallogræcia, Sirmij episcopus, scripsit Contra gentes, & ad Valentianum libros. Hieronymus. Nominatur Photinus inter illos theologos ex quorū scriptis anonymus, quidam collegit exegesis in epistolam Pauli ad Romanos: quæ impressa est Basil. apud Rob. Vuint. 1537. Photinus episcopus Sirmij veterem Sarmofateni errorem reuocauit, Christum initium ex Maria sumpsisse docens: hic contra omnes hereses scripsit Græce & Latine, ad hoc solum vtdogma suum cōfirmaret. Socrates lib. 2. cap. 3. historix ecclesiasticæ.

Photij patriarchæ descriptionis & enumerationis auctori, quotquot ipse legerat, volumina duo Græca, extant Venetijs in ædibus D. Diegi Hurtadi à Mendoza & in Sirozæ bibl. Non solum autem scriptorum nomina Photius enumerat, sed etiam argumenta & firmima librorum capita perstringit. Eiusdem purgatio & defensio ad Concilium, extat Græce in eiusdem Diegi Hurtadi bibliotheca, κατὰ τὸν τῆς παλαιᾶς βίβλους cap. 13. Romæ seruantur in Vaticana bibliotheca: in alio quodam Italicæ bibliothecæ Græco catalogo, sequentes inscriptio.

inſcriptiones inueniuntur: Photij patriarchæ epiſtola ad Anatolicos thronos, de ſpiritus ſancti p̄greſſu, de ſpiritu ſancto, de ſeptem ſynodis liber imperfectus. * Photij Patriarchæ Conſtantiæ nopolitani Nomocanonus, ſiue ex legibus & canonibus compoſitum opus, quod merito ius pontificium Græcorum voces: vna cum annotationibus Theodori Baſamoni, Henrico Agy-læo interprete, impreſſit Oporinus, 1561. in folio. Idem opus Pariſijs quoq; impreſſum eſt Gentiano Herueto interprete.

Phraotis regis epiſtolum, ad Iarcham præceptorem, & ſapientes circa ipſum. verſus ſunt ſex, cum Apollonij epiſtolis impreſſi, in Græco volumine Aldino variarum epiſtolarum.

Phrynichus Athenienſis cômicus, ex altero ordine antiquæ comœdiæ: primum comœdias edidit 86. Olympiade. Comœdiæ ſunt hæ: *Euphialtes*, *Connus*, *Cronus*, *Comaſte*, *Satyri*, *Tragœdi*, ſiue *Apeleutheri*, *Monotropus*, *Muſæ*, *Myſtes*, *Poſtriæ*, *Satyri*. Suidas.

Phrynichus Melanthæ filius Athenienſis tragicus. Sunt de tragœdijs illius hæ: *Andromeda*, *Erigone*. fecit etiam *Pyrrichas*. Suidas.

Phrynichus Polyphradmonis aut Minyræ filius aut Choroclis, Athenienſis tragicus, Theſpidis primi tragœdiæ inuentoris diſcipulus, vixit ſexageſima ſeptima Olympiade. *Phrynichus* hic primus muliebrem perſonam introduxit in ſcenam, & inuentor tetrametri fuit, & ſilium habuit *Tragicum*, *Polyphradmonem*. Tragœdiæ autem eius ſunt nouem hæ: *Pæuronia*, *Aegyptij*, *Actæon*, *Alceſti*, *Actæus* aut *Libyes*, *Dicæi*, *Perſæ*, *Sinthoræ*, *Zanaiſes*. Suidas.

Phrynichus ſophiſta *Pythynius*, ſcripſit *Atticam*, ſiue de Atticis nominibus lib. 2. *Sophiſtica* apparatus lib. 47. alijs 74. item *Phrynichus* *eclogæ Atticorum* nomen & verborum, impreſſæ olim Romæ ordine literarum, & *Luteriæ* cum *Eclogis Thomæ magiſtri*.

Phrynus citharædus *Mitylenæus* qui primus putatur apud Athenienſes cithara ceciniffe, & primas tuliffe in Panathenæis *Callia* prætoris. Suidas.

Phulami quidam citatur à Ioan. F. Serapionis.

Phurnutus, alijs *Phornutus*, prænomine *Polydeucos*, ſcripſit opuſculum de grumnis *Herculis*, quod extat Græce Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Eiuſdem de dijs cœleſtibus, ſeu de natura deorum gentiliū *Commentarius*, impreſſus olim Græce ab Aldo cum fabulis *Aeſopi*: & *Baſileæ*, apud Io. Oporinum, cum translatione *Conradi Clauſeri Tigurini*. in fine libri non *Phurnutus*, ſed *Lappus* ſcribitur. Vide in *Cornuto*.

* *Phylarchus* Athenienſis ſiue *Naucratita*, alij *Sicyonium*, alij *Aegyptium* fuiſſe ſcripſerunt: hiſtoricus. Scripſit expeditionem *Pyrrhi* in *Peloponneſum*, libris 28. eamque deducit vſq; ad *Ptolemæi* cognomento *Euergetæ* & *Berenices* obitum, & vſq; ad mortem *Cleonymi* (forte *Cleomenis*) *Spartani*. cum *Antigonus* ei bellum intuliſſet. Item res *Antiochi*, & *Pergameni Eumenis*. *Compendium* fabuloſum de *Iouis aduentu*. De

inuentis. De ſignificationibus lib. 6. Suidas.

* *Phyllinus* medicus nominatur à *Plinio* lib. 20. & ſeptem ſequentibus.

Picatrix *Hiſpanus*, *Magiæ* ſcriptor. Eiuſdem liber, ni fallor, ab alijs adſcribitur *Alphonſo*.

Pierius *Alexandriæ* præbyter, *Origenes* iunior dictus, edidit longiſſimum in *Oſee* propheta tam tractatum. Vide *Hieron*.

Pierus *Hypſilæ* *Aeginenſis*, ſcripſit argumenta in 3. libros *Claudiani* de raptu *Proſerpinae*.

* *Pierius* ex *Pieria*, ſcripſit poemata de *Muſis*. *Plutarchus* de *Muſicâ*.

Pigres *Halicarnæſis*, frater *Artemiæ* vxoris *Mauſoli*, poeta inſignis, *Iliados* *Homeri* primis quibuſq; verſibus adiecit elegos, iſdem incipiendo literis. Scripſit etiã *Margitæ* qui *Homeri* tribuitur, & *Ranarū* murūq; pugna. Suid. * *Pilatus* *Iudæorum* præſes, *Gallus* natione, ad *Tiberium* *Cæſarē* ſcripſit, *Gēſta* & *virtutes* *Chriſti ſeruatoris*, quæ apud ſe exarata ſeruari refert *Gregorius Turonenſis* epiſcopus in ſuo *Chronico* *Pariſijs* impreſſo.

Pileus *Modicenſis* *I. C.* ſcripſit de ordine iudiciorum li. 1. hoc opus à *Iuſtino* *Goblero* emendatum & auctum, *Ioan. Oporinus* excudit *Baſileę*. Audio præterea citari eius *Diſputationes*, & ſummam de *Feudis*. Floruit iuxta *Tritemij* coniecturam. anno 390. * Hic in nomenclatura *Iureconſultorum* *Pileus* *Bagarotus* nominatur, qui præter ſuperiora quoq; ſcripſit in aliquot titulos lib. 20. *Codicis*, quæ ſcripta habentur in ſumma *Azonis*, poſt tit. de *Municip.* & *origina*. lib. 10.

Pindarus *Thebanus*, diſcipulus *Myrtidis* mulieris, qui floruit olympiade 65. ſcripſit lib. 17. *Dorica* dialecto, quæ ſequuntur: *Olympionicas*, *Pythionicas*, *Proſodia*, *Parthenia*, *Enthroniſmos*, *Bacchica*, *Daphnephorica*, *Pæanes*, *Hyporchemata*, *Hymnos*, *Dichyrabos*, *Scholia*, *Encomia*, *threnos*, *fabulas tragicas* 17. *Epiſgrammata* verſibus *heroicis*, & ſermone ſoluto *parenæſes* ad *Græcos*, deniq; alia plurima. Suidas, qui & mortem eius & alia quædam deſcribit: alium quoq; *Pindarum* *Thebanum* nominat, obſcuriorem, *superioris*, & ipſum *Lyricū*. *Pindari* *Olympia*, *Pythia*, *Nemea*, & *Iſthmia*: id eſt, *encomia* illorū qui in quatuor iſtis Græciæ ludorum generibus *viſtores* extiterūt. *Aldus* impreſſit *Venetijs* *Græce*, & *Cratander* *Baſileę*, 1526. Idem opus cum *commentarijs* *Græcis* antiquis, & *recentiorum* quorundā *ſcholijs*, *virſq;* *anonymis*, niſi quod quædam *Demetrii*, *Triclinij* ſunt, excuſa ſunt *Romę*, 1515. & *Francofurti* apud *Brubachium*, 1542. cum *vita* *Pindari* ſecundum *Thomam* *Magiſtrum*. * *Pindari* *Olympia*, *Pythia*, *Nemea*, *Iſthmia*, & cæterorum octo *Lyricorum* carmina: nonnulla etiam aliorum, *Græcolatina* edidit *Henr. Stephanus* in *decimoſexto*. *Pindari* *hymni* *aliſgmi* meminit *Athenæus*.

Pindari *Thebani* epitome ac ſumma *vniuerſæ* *Iliados* *Homeri*, *heroico* carmine *Latino*: *Ioan. Seceſius* excudit *Haganoæ*, 1531. & *Rob. Vinter* *Baſileæ*, anno 1541. cum *Darete* *Phrygiæ*, &c.

Pinon ſcriptor *Græcus*, citatur ab *Athenæo*. *Pinytus* *Crētēſis*, *Gnoſſis* *virbis* epiſcopus, ſcripſit

pfit ad Dionysium Corinthi episcopum, epistolam: in qua docet, non semper lacte populos nutriendos, ne quasi paruuli ab vltima occupentur die: sed & solido vesci debere cibo, vt in spiritualem proficiant senectutem. Et hic sub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit. Hieron.

* *Pinytus* grammaticus Romæ, natus in Bythinio vrbis Bythinia libertus Epaphroditæ liberti Neronis. Stephanus in Bythinio. Pinyti distichon lib. 3. Anthologij, sectione 25.

Piperinus quidam, scripsit librum de omni vero officio.

Pirithus, citatur à Ioan. Stobæo.

Pisander Pisonis & Aristæchmæ filius Camiræus ex Rhodo, nam Camirus fuit vrbs Rhodi. Quidam eum Eumolpi poetæ æqualem & amicum fuisse tradunt, quidam etiam Hesiodo antiquiorem, quidam eum ad 33. Olympiadem referunt. Habuit & sororem Diocleam. Poemata eius sunt Heraclea libris 2. continent autem labores Herculis. Hic primus Herculi clauam attribuit. reliqua poemata falso ei ascribuntur, cum ab alijs tum ab Aristæo poeta condita, Suidas. Clemens scribit Pisandrum Heracleam à Pisino Lydio (aut Lindio potius) furatum esse. Macrobius scribit, Vergilium secundum Aeneidos pene totum ex Pisandro transcripsisse: refert autem Pisandrum à Iouis & Iunonis nuptijs exortuuisse. Itaque historia inscripta Iunoniæ nuptiæ Camiræi videtur esse non Larandæi, vt Suidas scribit, nisi forte hic continuerit illius historiam.

Pisandri Heracleam Athenæus allegat. leguntur eius quædam & apud Stobæum.

* *Pisander* Nestoris poetæ filius, Larandæus aut Lycaon, fuit sub Alexandro Imperatore Mammææ filio, versificator & ipse. Scripsit historiam variam versibus, quam inscribit Iunonias nuptias. Scripsit & alia oratione prosa.

Pisandri Physici scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Pisandri tetrastichon libro 3. Anthologij, sectione 5.

* *Pisinus* Lydius Heracleam scripsit, quam ab eo suffuratus est Pisander Camiræus. Clemens Stromat.

* *Pisistratus* Ephesius citatur à Laetio quo loco V. C. legunt Pisistratus.

Pisistrati epistolium quoddam ad Solonem, extat apud Plutarchum, aut Diogenem Laertium.

Pisistrati scripta citantur apud Plutarchum, in vita Thesei, ex quibus multa transtulit Plinius senior in suos de Naturali historia libros.

Pisonis epistola ad Ioan. Coritium de conflictu Polonorum & Lituanorum cum Moscovitis, impressa Basileæ apud Ioannem Frobenium, 1515. cum Iani Damiani elegia, &c. Claruit Vilnæ, anno 1514.

Pisonis scripta citantur apud Plutarchum in vita Numæ Pompilij.

* *Pithoclis* Vide Pythocles.

Pitaci Mitylenæi, vnus è septem Græciæ sapientibus dicta, à Stobæo, Plutarco, & Laetio in

eius vita annotantur. Scripsit elegiacos versus sexcentos, & de legibus sermone soluto, vide Suidam. Scripsit præterea de molæ laudibus, cuius encomium semper decantabat, eo quod in loco tam exiguo multi sese exercitare possent. Aelianus lib. 7. de varia historia.

* *Pittacus* minor alius à priore Legislator, huius meminit Phauorinus & Demetrius in æquiuocis. Laertius.

Pitheus scripsit volumē de arte oratoria, quod à viro quodam Epidaurio euulgarum est, ac perlectum à Pausania. Testis ipse est Pausanias in Corinthiacis.

Pij Papæ decreta, extant cum reliquorum pontificum decretis.

Pius secundus, pont. max. Vide Aeneas Syluius. * *Pij* Quinti PP. Bulla lecta in die cœnæ Domini, Louanij, 1569.

Pij Antonij Bartolini in leges castigationes, vbi septuaginta loci in iure ciuili corriguntur, & septem legum nouæ & veræ sententiæ aperuntur. Eiusdem de ordine imperatorum libellus: Ascensius excudit Parisijs cum quibusdam alijs.

Placentinus natione Italus, I. C. scripsit summam iudiciorum, super Codice quoque lib. 9. Eius summa in 9. libros Codicis, impressa est Moguntia apud Iuonem Schœffer, 1536. Summa in Institutiones ibidem impressa, anno 1535. & Lugduni apud Frellæos recognita, 1536. De varietate actionum libri 6. impressi Lugduni apud Frellæos, & Moguntia, 1550. Claruit in monte Pessulano, anno Domini 1200.

Placemius catalogum episcoporum Tungrensium coniecit ex fabulosis annalibus. Hubertus Thomas Leos in præfatione libelli de Tungris, &c. impressi Argorati, 1541.

Platearius, vide Io. Platearius. *Platini* Plati carmina quædam leguntur in libro Epigrammatum scholæ Christianæ, Basileæ impresso.

Placidus grammaticus. Vide Laetius Placidus. * *Placidi* Parmensis in omnes psalmos Davidicos succincta commentaria, Basileæ apud P. Petram, 1569. quarto.

* *Planudis* grammatica extat apud Michaelē Sophianum.

* *Planudis* Chronicorum ad Copronymum vsque in 1207. in bibliotheca Sambuci. Videndum an Maximi Planudis.

Plato Atheniensis comicus fuit temporibus Aristophanis, Phrynichi, Eupolidis & Pherecratis. Fabulæ eius sunt 28. Adonis, Aphieron, Gryphes, Dædalus, Festa, Græcia aut insula, Europa, Iupiter afflictus, Io, Cleophon, Laius, Lacones aut poetæ, Inquilini, Formicæ, Mammæcuthus, Menelaus, Victoriæ, Nox longa, Xantæ aut Cercopes, Dolens, poeta Pisander, Senes, Puerulus, Sophistæ, Societas, Syrphax, Hyperbolicus, Phaon. Vtitur autem illustri dicendi genere, vt Athenæus in Dipnosophistis ait. Sunt etiam fabulæ Platonis Homicida, & Vna decipiens, & Panegyristæ, & aliæ plurimæ. Suidas. Præter hæc ab Athengo citatur Atlanticus, à Polluce Demio pratos, Sacra. Eius scripta poetica citantur etiam apud Plutarchum in Alcibiade & Antonio.

Plato philosophus Atheniensis, *ἄδελφος*, id est di-
 binus cognominatus, ob raram sapientiam; eius
 opera Aldus excudit Venetijs Græce, deinde &
 Vualderus Basileæ, vnâ cum Græcis Procli com-
 mentarijs in Timæum & Politicâ, adiectis etiam
 Græcis indicibus perquam copiosis, anno 1534.
 Eadem Marsilio Ficino interprete excusa sunt
 Venetijs, 1517. apud Philippum Pincium. Basileæ
 verò in officina Frobeniana, ex recognitione Si-
 monis Grynæi. Eius libri à posteris in quaterni-
 tates nouem collecti: quarum prima continetur,
 Euthyphro, vel de sanctitate. apologia Socratis.
 Crito, vel de eo quod is egit in carcere, vel de agē-
 do. Phædo, vel de animi immortalitate, vel de a-
 nima. 2. Cratylus, vel de recta nominum ratione.
 Theætetus, vel de scientia. Sophista, vel de ente.
 Ciuilis, vel de regno. 3. Parmenides, vel de vnò
 omnium principio, & de idæis. Philebus, vel de
 summo bono, vel de voluptate. Conuiuium, vel
 de amore. Phædrus, vel de pulchro. 4. Alcibiades
 primus, vel de natura hominis. Alcibiades sec-
 undus, vel de voto. Hipparchus, vel de studio lu-
 crandi, vel de lucri cupiditate. Amatores, vel de
 philosophia. 5. Theages, vel de sapientia. Char-
 mides, vel de temperantia. Laches, vel de fortitu-
 dine. Lyfis, vel de amicitia. 6. Eurhydemus, vel
 de litigijs, Protagoras, vel de morib. sapientiæ
 professorum. Gorgias, vel de rhetorica. Meno,
 vel de virtute. 7. Hippias maior, vel de pulchro,
 vel de honesto. Hippias minor, vel de mendacio. 30
 Ion, vel de furore poetico, vel de Iliade. Menexen-
 nus, vel de Attica antiquitate, vel Epitaphius.
 8. Clitopho, vel exhortatorius. De republica, li-
 bri decem, vel de iusto. Timæus, de mundi natu-
 ra. Critias, vel Atlanticus, vel de Atlantica anti-
 quitate. 9. Minos, vel de lege. De legibus libri
 duo decim. Epinomis, id est legum appendix, vel
 philosophus. Epistolarum duodecim, quæ etiam in
 Græco epistolarum volumine ab Aldo excusæ
 sunt. Cæterum libri falso attributi Platoni, cum 40
 Græcis eiusdem operibus excusit: Axiochus, siue
 de morte dialogus, qui refertur ad Xenocratem
 autorem: de iuitio: de virtute, an docti possit: qui
 dialogi à Contado etiam Gesnero conuersi, cum
 Ioannis Strobæi sententijs, Tiguri per Frochoe-
 rum excusi sunt. Demodocus, aut de consulēdo:
 Eryxias, aut Erasistratus, aut de diuitijs: Defini-
 tiones: Timæi Locri de natura liber Doricus. Pla-
 tonis esse Phædonem dialogum negat Panætius,
 Epigrammatum Græcorum sectione prima. In-
 ter Platonis notha, opusculum à *Ἰδιδανδρῶν ἢ ἀπερὶ* ni-
 hil quàm compendium Menonis est, digressio-
 nibus quæ in Menone erant relictis.

Plato I. C. vide in Triboniano.

Plato Tyburtinus quidam transtulit Alman-
 foris iudicia, seu propositiones, vt supra diximus
 in Almanfore.

Platonius Grammaticus Græcus citatur in Miscel-
 laneis Ang. Politiani: Scriptū eius de differentijs
 comædiarū legitur ab initio Aristophanis, im-
 pressū eū cōmentarijs, Basilius Zachus quoq; Pla-
 tonium quendam citat inter Græcos qui extant,
 ex quib. ipse aliquid in sua Epitheta trāscripserit.
 * Pleguinius Nortabrinus, scripsit ad Bedam su-
 per quibusdā quæstionibus lib. 1. Ad monachō

eruditos epist. plures. Claruit anno 740. Balceus:
 Plinij Valeriani opus in re medica: impressum;
 alicubi in Germania.

Plistonius medicus citatur à Plinio 20. & septē
 deinceps libris, item 36. li. Scripsit autē therapeu-
 tica volumina. Citatur etiam ab Athenæo.

Plotinus Lycopolites Ammonij discipulus, di-
 uinus philosophus, ac à quibusdam alter Platonē
 cognominatus, scripsit de rebus philosophicis li-
 bros 54. in Enneades sex distributos, à Marsilio
 Ficino Florentino è Græca lingua in Latinam
 versos, & insuper doctissimis commentarijs illu-
 stratos. Ioan. Soter excudit Salingiaci, 1540. & P.
 Perna Basileæ. Hoc opus Græce habetur in bibl.
 Carpenfi, Strozæ & Diegi Hurtadi. Horum au-
 tem 6. librorum in Enneades diuisorū argumen-
 ta petere licet ex magna Gesneri bibliotheca, cu-
 ius compendium tātum contexamus. Floruit autē
 Plotinus iam senex, sub Galieno imperatore.

Plutarchus Chæroneus ex Bæotia, qui tempo-
 re Traiani Cæsaris, & ante ipsum floruit, scripsit
 Parallela, id est, vitas illustrium Græci nominis
 ac Latini virorū, numero 48. ita digestas, vt sem-
 per Græco homini Latinus aliquis comparetur,
 vt Theseo Romulus, Alexandro Cæsar. Bebelius
 excudit Basileæ Græce, 1523. Prius autem Aldus
 excuderat Venetijs, 1519. & Philippus Iunta Flo-
 rentiæ, idem opus Latinitate donatum per diuer-
 sos interpretes, multo quàm antea castigatius,
 idque Grynæi quoq; opera, excudit Isingrinus
 Basileæ, anno 1542. vita Homeri, authore Plutar-
 cho, excusa est Græce aliquoties cum ipso Ho-
 mero, & seorsim Latine versa à Ioan. Rellicano
 Tigurino, apud Rob. Vuinter. Plutarchi opus
 de proprietate linguæ Græcæ, siue de dialectis ap-
 ud Homerum, habetur impressum in appendi-
 ce Lexici Græcolatini. Eiusdem Moralia opuscu-
 la Aldus excudit Græce Venetijs, & Frobenius
 Basileæ, anno 1542. Magnam verò partem La-
 tine redditam, Cratander, & Isingrinus excude-
 runt, & Luceiã Vascosanus. Sunt autem quæ
 extant Græce, hæc: De liberis educandis. quom-
 modo oportet adolefcentem audire poemata. de
 audiendo, quonam modo queat quis assentator
 rem ab amico discernere. quomodo quis sentiat
 se in virtute proficere, quomodo quis iuari pos-
 sit ab inimicis, de amicitia cum multis, de fortu-
 na. de virtute & vitio. consolatoria ad Apollo-
 nium, sanitatis tuendæ præcepta. nuptialia præ-
 cepta, septem sapientium conuiuium. de supersti-
 tione. Apophthegmata regum ac imperatorum.
 dicteria Laconica. mulierum virtutes. vtrum a-
 qua an ignis vtilior. res ac ritus Romanorum, ca-
 pitibus 113. res & ritus Græcorum cap. 61. de pla-
 citis philosophorum lib. 5. qui physicorum dog-
 matum epitome sunt. Heruagius etiam seorsim
 excudit Basileæ, 1531. Græce & Latine, Gul. Budæo
 interprete. de comparatione Græcorum & Ro-
 manorum capita 84. compendium commenta-
 rij, in quo Stoicos inopinatiores, quàm poetas as-
 seruisse tradit, de vnus, & populū, & paucorū dō-
 minatu. Belluas ratione vti. quod ne viuere qui-
 dem datur suauiter, secundum Epicurum, an rectē
 dictum sit, lateat te vixisse. an satis sit vitium ad
 infelicitatem, de amore erga sobolem, de Iside &

Osride, de ijs qui à Deo serò puniuntur, quòd vir-
 tus acquiri possit doctrina, de laudàdo seipsum ci-
 tra inuidiam, de cohibenda iracundia, de curiosi-
 tate, de tràquillitate animi, de vitiosa verecùdia,
 de amore fraterno, de loquacitate, de studio erga
 diuitias, vtrū animi, an corporis morbi peiores,
 de fortuna Romanorum, de fortuna & virtute
 Alexandri lib. 2, de esu carniū lib. 2, quod maxi-
 me oportet philosophum cum principibus dege-
 re, ad principē indoctum, de morali virtute, num
 10 feni sit gerenda respub. de capeffenda republica
 præcepta, quod non oporteat mutuari, Platoni-
 cæ quæstiones, de animi potestatibus, de primo
 frigido, vtrum Athenienses ob res bellicas, an ob
 doctrinam gloriores, de exilio, de inuidia &
 odio, consolatoria ad suam vxorē, de fato, de mu-
 sica, compendium comparationis Aristophanis
 & Menandri, vitæ decem oratorum, Antiphōtis,
 Andocidē, Lyfig, Isocratis, Isæi, Aeschinis, Lycur-
 gi, Demosthenis, Hyperidæ, Dinarchi, de pugna 20
 tibus inter se Stoicorum dictis, Galbas, Otho, v-
 tra animalia prudētiora, terrena an aquatilia, de
 animæ generatione in Timæo. Eiusdem libri
 compendium, amatorij narrationes, Causæ natu-
 rales, conuiuiorum libri nouem, De facie appa-
 rente in circulo Lunę, De eo quòd Pythia nō dat
 nunc oracula carminib. ad Colotem, De commu-
 nibus conceptib. ad Stoicos, De demonio Socra-
 tis, De malignitate Herodoti. * Plutarchi vitas
 in Latinam linguā cōuertit Guilielmus Xilāder. 30
 Heidelbergæ in folio, Moralia à diuersis transla-
 ta sunt: sed eadem omnia idem Xilander transtu-
 lit, Basileæ apud Guerinū. Idem Guerinus Plu-
 tarchi omnia ab Hermanno Cruserio conuersa
 excudit, Præterea omnia Plutarchi Græce & La-
 tine edidit H. Stephanus in 8, Plutarchi liber *ὁπότεν
 ψυχῆν καὶ σαρμάνωρ ἀνθρώπων περιινοῦνται καὶ ἀρετῆν ἀναφορὰ*. I-
 tem De anima liber citatur ab A. Gellio lib. 1.
 Eiusdem commentarij in Aristotelem de anima
 sæpe citatur à Philopono. Reperiuntur etiam 40
 eiusdem nomine inscripta nonnulla prouerbio-
 rum collectanea, sed pauca eaq; fermè nuda, vt
 Erasmus scribit.

Plutarchi libellum de fluminum & montium
 appellatione, ac rebus quæ inueniuntur in eis,
 Græce, Frobenius excudit Basileæ, 1533. Aliū au-
 tem hunc esse Plutarchum à Chæronensi, stilus
 arguit: & nudum Plutarchi nomen adscriptum
 reperitur. Vide in Parthenio. Suid. Herodis so-
 phistæ meminit, qui fuerit filius *Ἀθηνοῦ τοῦ πλεονάρχου*. 50

Plutarchus Nestorij, Atheniensis philosophus,
 præceptor Syriani, &c. multa scripsit, Suidas. E-
 iusdem meminit in Nicolao rhetore, Nestorium
 inquiēs cum cognominatum fuisse. Plutarchus
 quidam fertur edidisse commentarios in Nican-
 drum, Gyraldus.

Pogius Florentinus, scripsit de situ Indię regio-
 nis lib. 1. in Laurentium Vallam lib. 2. epistolarū
 ad diuersos lib. 1. orationes varias lib. 1. Præterea
 in concilio Constantien. funebres orationes plu-
 rimas habuit. Scripsit etiā facerias spurcitarum,
 opus turpissimum, & aquis incendioq; dignum,
 quod tamen non semel impressum est cum alibi,
 cum Mediolani, ann. 1477. oratio de laude rei ru-
 sticæ, impressa in fine P. Crescentij de agricultu-
 ra, Epistolæ eius duæ leguntur inter Acnes Syl-
 uij epistolas, iuxta numeros 425. & 426. Mira &
 naturali facundia fuit, præserim in accusationi-
 bus & inuectiuis, quas plures in Philelphum pos-
 tissimè scripsit, item de varietate fortunæ, Histo-
 riam Florentinam. Conuertit quædam Diodori
 Siculi, & Xenophontis Pædiā. in Concilio Con-
 stantiensī Quintilianum & Asconium Pedianum
 dicitur reperisse. Pogij liber de officio principis,
 excusus est in Italia. Claruit anno 1420.
 * Polemonis cuiusdam hæretici scripta citantur
 in sexta Synodo.
 Polemon Athenien. philosophus, Xenocratis
 discipulus, &c. multa scripsit, ex quibus nihil ex-
 tat. Suidas.
 Polemonis Atheniensis, naturæ signorum in-
 terpretationis liber, à Nicolao Petreio Corcyteo
 in Latinam linguam translatus, excusus est Ve-
 netijs apud Gryphium, anno Domini 1552. in 4.
 cum alijs quibusdam.
 Polemon Hiensis historicus, cognomine Hella-
 dicus *ἑλληνιστής*, tempore Ptolemæi Epiphaniis ed-
 dit Hij descriptionem lib. 3. de vrbibus in Phocia
 de conditis, De vrbibus in Lacedæmone, de ciui-
 tatum Ponticarum cognatione erga Athenien-
 ses, Geographiam seu orbis terrarum descriptio-
 nem, & alia plurima. Suidas.
 * Polemo *ἰσ τῶν τῶν κωνσταντινουπόλεως*. Citatur à
 Clemète 7. Strom. & in Protrep. *ἰσ τῆν τελετῆν τῶν πε-
 τριμῶν*, item, in quadam epistola. Arbitror autem
 hunc esse Polemonem Academicum.
 * Polemonis multa citantur ab Athenæo quæ par-
 tim Atheniensis, pleraq; Hiensis esse puto. Sunt
 autem hæc quorum meminit. Epigrammata, Epi-
 stola *περὶ ἀδελφῶν ἀποστάσεων, περὶ ἔργων, περὶ μορῆων, ἐπὶ πῶ
 κέρων ἀπὸ τῶν γαλακίων, ἰσοδύνατον, περὶ τῶν ἐν παραδόξοις ἀπάντων*, Ana-
 themata Lacedæmoniorum. Porticus varia Sic-
 cyoniorū. De tabulis Sicyoniorum, De fluminib.
 Sicilia. Ad Agæum & Antigonum syngra-
 mata, & aduersus Timæum. De arce Athenarum:
 qui liber alibi citatur, De donis sacris in ar-
 ce Athenarum libri quatuor. *περὶ τῶν δῶν κεραιῶν*.
 Polemon natus in Laodicea, rhetor & sophista,
 præceptor Aristidis rhetoris: eius orationes edie-
 tæ sunt ab Henrico Stephano in quarto, 1557. cū
 Himerij declamationibus.
 Polemon iunior sophista, & ipse sub Commo-
 do vixit. Suidas.
 Polemonis regis tetraestichon lib. 4. Antholog-
 gij, sectione 18.
 Polla Argentaria Lucani vxor, poeticæ peritiū-
 sima, maritum iuuit in emédandis tribus primis
 libr. Pharsaliæ. Huius meminit Martialis, & Sta-
 tius libro 2. Sylvarum.
 Polles Aegiensis (Aegæ autē vrbs Asiæ vicina
 Magnesię & Smyrnę) philosophus, ordine alpha-
 betico symbolica conscripsit, id est cōiecturas li.
 2. Auguria li. 8. Arithmetica lib. 2. Medicamenta
 lib. 2. De Homericis auspicijs. De Tyrrenorum
 haruspicina, Iatrosymbolica, id est cōiecturas me-
 dicas. De pico martio. Sacram orationem. *κατὰ τὸν
 δῖον* domesticorum siue altilium li. 1. De venatio-
 ne. De sympathijs & antipathijs, id est de conue-
 nientia & repugnantia rerum inter se li. 3. De ful-
 minibus eorumq; obseruatione, & alia. Suidas.
 Polliani,

Polliani, aliàs Proliani, quatuor epigrammata leguntur lib. 2. Anthologij.

Polliani à Milco verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hereticis baptizandis.

Pollio grammaticus, scripsit *περί τῆς γὰρ ἀπὸ γράμματος ἀμαρτανόου*.

Pollio Alexādrinus, cognomine Valerius, philosophus, edidit collectanea Atticarum dictionū ordine alphabeti, & alia quaedam philosophica; Suidas. Huius dictionarium Suidæ Lexico accessit, ut inscriptio testatur. Claruit tempore Adriani imperatoris.

Polyænus Sardinianus sophista, scripsit orationes forenses, & causarum forensium hypotyposes, Triumpho Parchici lib. 3. & alia. Suidas.

Polyænus Rhetor Macedo, scripsit de Thebis, de acie instruenda lib. 3. & alia. Suidas. Item strategematum ad D. Antoninum & Verum imperatores lib. 8. quibus ampliss. secundissimaq; rei militaris doctrina continetur, qui extant in bibliot. Diegi Hurradi. S. Angeli & Strozg. idem è Græco sermone in Latinū à Iusto Vulteo cōversus, ac Basil. apud Ioā. Opor. excusi sunt 1550. Eius verba citantur interdum à Io. Stobæo. Polyæni hexastichon lib. 1. Florilegij, sectione 33. alibi additur prænomen Iulij, eodē libro, sectione 25. & 31.

Polybius Lyci filius Megalopolites ex Arcadia, præceptor Scipionis Africani, scripsit prolixa historiam Romanam lib. 40. incipit autem ab exilio Cleomenis Spartani, & Philippi filij Persei, successioni Macedonum coniungens Romanorum res postea gestas. Quæ Polybij historiam sequuntur, Posidonius Olbiopolita sophista persequitur. Scripsit & Strabo Amasiens. res Polybij historiam sequentes, lib. 43. Suidas. Eius autem historiarum lib. 5. Græce & Latine, Nicolao Perotto interprete, impressi sunt Haganoë apud Secerium, 1530. dein apud Frobenium Basileæ, & Henr. Petri, sed Latine tantum. Eius historiarum libri priores quinque; Perotto interprete, item epitome sequentium librorum vsq; ad 17. Vuolfgango Musculo interprete, excusi sunt Basileæ Græce & Latine seorsim, anno 1549. cum indice copioso, apud Io. Heruagium. Est autem quædam quindecim librorum, nō autem eorundem Epitome. Fragmenta duo è sexto Polybij historiarum libro, de diuersis rerum publicarum formis, deq; Romanæ præstantia, Pompilio Amasæo interprete: impressa Bononiæ, 1543. Polybij historiarum Compendij libri octo decim, extant apud Diegum Hurradum Venetijs, & in bibliotheca publica Augustæ Vindelicorum. Libellus de militia siue castrametatione Romanorum, Græce & Latine conscriptus per Ianum Lascaum, ex Polybij libris. vide in Iano. Polybius citatur à Plinio 4. 5. 6. 8. & 31. libro.

Polybi, illustris medici, Hippocratis quondam discipuli & successoris, opuscula aliquot Græca cum Hippocratis operibus impressa sunt. Eadē Latine Albano Torino interprete exierunt Basileæ apud Io. Opor. 1544. sunt autem hæc: de tuenda valetudine, seu de ratione victus sanorum, lib. 1. de seminis humani natura lib. 1. de morbis siue affectibus corporis lib. 2. quorum vtriq; sua sapientia præmittuntur. Polybōne an Hippocrati

ascribendus sit liber de morbis, siue passionibus Galenus dubitat in Cōmentario super aphorismum primum, sectione 6. * Polybo adscriptus liber de internis morbis ab Albano Torino, à nemine alio Polybo adscriptus, sed antecedens. Sed neq; alius quasi eiusdem tractationis duos libros facit præter Albanum: neq; sanè eiusdem tractatus sunt duæ partes, alioqui bis de iisdem idem author ageret. Hoc notandum, permultos in hoc libro quem Albanus Polybi secundum facit morbos proponi, de quibus alibi nihil reperias, Gesnerus. Polybos medicus *περί τῆς ἀπὸ τῶν ἀπομύκτων* citatur à Clemente lib. 6. Strom.

Polycarpus Ioannis apostoli discipulus, scripsit ad Philippenses epistolam vide Hieronymum & Suidam. item ad magnum Dionysium Areopagitam, & ad alias ecclesias. Suidas. Beari Polycarpi martyris epistola, cum argumento per Iacobum Fabrum impressa cum epistolis Ignatii, Basileæ apud Adam Petri, anno 1520. Polycarpi epistola Latinitate donata à Peronio excusa est Colon. cū operibus Dionysij Areopagitæ 1557.

Polycarpus epistolæ 4. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepistolis lib. 1.

Polycarpi ab Adrumeto verba apud Cyprianum in sententijs episcoporum de hereticis baptizandis.

Polyclitus allegatur à Plinio 31. lib. Naturalis historiae.

* **Polycharmi** Lyciata citatur à Steph. in Sura.

* **Polychronius** vnus è vetustissimis patribus, scripsit in Daniele.

* **Polychronij** monachi monothelitæ quaedam leguntur in sexta Synodō.

Polycrates Ephesiorum episcopus, cum cæteris episcopis Asiæ, qui iuxta quandam veterem consuetudinem cum Iudæis decima quarta luna pascha celebrabant, scripsit aduersus Victorē episcopum Romanum epistolam synodicā, in qua docet se apostoli Ioannis & veterum auctoritatem sequi. Inde excerpta quaedam Hieronymus proposuit, nos breuitatis causa omittimus. Floruit temporibus Seueri principis.

Polycrates Atheniensis, rhetor vehemens, qui post Anytum & Melirum Socratis accusationē scripsit. Polycratis cuiusdam scripta citantur apud Plutarchum in vita Alexandri Magni.

Polydeuces, vide in Polluce. **Polydeucis** de elegantiā, & cuiusdā monachi librum extare audio Romæ in Vaticana bibliot. Græce. item **Polydeucen** Furnutum de fabulis Græcorum, ibidem. Videtur autem idem esse Phurnuti liber, quem superius impressum haberi scripsimus.

* **Polycritus** Mendesius in primo de Dionysio citatur à Laertio in Aeschine. Item Polycritus qui res Siculas carmine scripsit citatur ab Aristotele in mirabilibus. Citatur etiam à Plinio Polycritus quidam.

* **Polydamantis** Tiberti Cæsenatis De arte tabellionatus.

Polydicus semel aut iterum à Stobæo citatur: legendum est autem Polyænus.

Polydori Vergilij Vrbinatis Dialogorum de prodigijs libri tres, impressi Basileæ, apud Bebelium, anno Do. 1531. **Adagiatorum** tum sacrorum tum prophanorū, opus, impressum Basileæ apud

Erasm. l. 1. ep. 12. p. 38. c. 4

Ioannem Frobenium, anno 1525. & rursus apud Bebelium, ibidem. Anglicæ historiæ libri 26. apud eundem, anno 1534. de rerum inuentoribus libri 8. quarto iam per auctorem recogniti & locupletati Est & alia inscriptio: De inuentoribus rerum libri 3. quibus adiecti sunt quinque instituta omnia nostræ Christianæ religionis, aliarum ue gentium, ac eorum primordia docentes. Robertus Stephanus excudit Parisijs, & Bebelius Basileæ, cum eiusdem Polydori Comentarolo in Dominicam precem, anno 1536. Cratander etiam, & Frobenius antea impesserant Basileæ. Emendationes Gildæ lib. 2. de patientia lib. 2. de vita perfecta lib. 1. de veritate & mendacio lib. 1. Chrysostomi versiones. Clauit anno 1533. quo Chronicorum suorum Henrico Anglorum regi 8. dedicauerat opus. Anglicæ historiæ lib. 27. ab auctore recogniti atque ad amussim expoliti, impressi sunt ab Isingrinio, & postremo à Thoma Guerino 1570. in folio.

Polyeuctus Comicus, scripsit Heniochnm fabulam, teste Athenæo, Suidas.

Polyida versus aliquot citat Stobæus in laude paupertatis: qui in manuscripto codice emendatiore tribuuntur Euripidi.

Polyhistor historicus, citatur à Plinio lib. 7.

Polymarcus epistolæ 2. apud Cyprianum auctor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Ex *Polyochi* Corinthiasta senarios quosdam Athenæus refert libro 7.

Polyphili Hypnerotomachia, ubi humana omnia non nisi somnium esse ostendit, atque obiter plurima scitu digna commemorat, excusa Venetijs ab Aldo.

Polystrati hexastichon li. 3. Anthologii, sectioe. 5.

* *Polyzelus* comicus cuius fabulæ sunt, Niptra, id est lauacra, Demotyndareus (Memus Tyndareus Polluci) Musarum partus, Bacchi partus. Suidas. Athenæus etiam Rhodiaca eius citat.

Polyzeni Rhodij scripta citatur apud Higinū.

Pomperius natione Maurus, composuit de natura animæ & qualitate eius, & de resurrectionis eius specialitate, in hac vita fidelium, & generali omnium hominum, libros 8. item, de contemptu mundi ac rerum transitoriarum hortatorium, & alium de vitijs & virtutibus, Gennadius. Pomerij (aliàs Ponseriij) sermones impressi Colonia apud Quentel.

* *Pompeius* Etymologici Græci auctor.

* *Pompeius* Columna Cardinalis, scripsit iustum volumen de laudibus mulierum. Iouius.

* *Pompeius* Lenæus Pompei M. libertus, Grammaticæ artis peritissimus, commentarios medicos Mithridatis iussu patroni Latino sermone transtulit: teste Plinio lib. 26. cap. 2. qui eundem citat lib. 14. 15. 20. & septem deinceps libris.

Pompeij Macri senarij 6. apud Stobæum, in sermone de pueris. Pópeij distichon lib. 4. Anthogij: hexastichon li. 1. licet ibi aliàs legatur Marci junioris. Pompeij junioris hexastichon li. 3. ibid.

Pompei Rufi collectorum libros adducit Valerius Maximus ex quibus idem multa desumpsit.

* *Pompilius* poeta citatur à Varrone.

Pompilius Amasæus, Romuli Amasæi filius, fragmenta duo è sexto libro historiarum Poly-

P. Man. l. 7. Ep. p. 352.

bij de diuersis rerum pub. formis, deque Romanæ præstantia. Latina fecit. Excusa sunt Bononiæ, anno 1543. quatern. 8.

* *Pompilius* Azalus De omnibus rebus naturalibus quæ continentur in mundo: videlicet celestibus, terrestribus & mathematicis. Venetijs 1544. in folio.

Pomponius epistolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum auctor, cum alijs lib. 1.

10 * *Pomponius* Atellanarum poeta, cuius fabulæ sunt, Adelpi, Agamemnon, Alcones, Aruspex, Anulus posterior, Asinaria, Aureus, Augur, Bucco adoptatus, Bucco auctoratus, Campani, Collegiū, Cōditiones, Crenula, Debia, Decuma, Dorata, Ergastulū, Fullo. Hares petitor. Hirnea, Maxialis pappi. Maccus geminus, Medicus, Munda, Nuptis, Pansa, Pānuceati, Pappus agricola, Pappus præteritus, Patruus, Philosophia, Pistores, Piscatores, Placeta, Pithon Gorgonius, Porcaria,

20 Portitor. Præco posterior, Præfectus morū. Pro stubulū, Quinquaria, Rusticus, Sarcularia, Sponsa, Synaristosa, Syri, Verniones. Verres ægrotus. Præter has quæ à Nonio Marc. nominantur, hæc quoque Pomponij laudantur, Epigrammatia Varrone. Aeditimus, Galli Transalpini. Parceira (quæ forte est Porcaria Nonio) ab A. Gallio. Meuia vel Metui. Calendæ Marcie à Macrobio. Item Auctoratus, Cæna, Capella, Leno, Macci gemini priores, Machus miles, Synphebi, & liber ad Thraseam, citantur à Charisio.

30 * *Pomponij* Castalij Oliuetani scholia in Gaudentij Merulæ Memorabiliū libros. Lugduni apud Matthiam Bonhomme 1556.

Pomponij Gaurici librū de sculptura, Petreius excudit Norimbergæ. Idem verit Ammonium in Predicabilia, liber impress. Parisijs cum Boetij & Themistij quibusdam. Eiusdem eclogæ duæ excusæ sunt Basileæ ab Oporino.

Pomponij Læti de Romanorum magistratibus, sacerdotijs, iurisperitis, & legibus libellus, impressus Moguntia, & Basileæ apud Brylingerum, anno Do. 1538. Eiusdem de antiquitatibus vrbis Romæ libellus, excusus Basileæ apud Platetum, anno 1538. cum alijs diuersorum scriptis eiusdem argumēti. De exortu Maometis liber, excusus Basileæ apud Henricum Petri, Eadem omnia (præter librum de Maomethe) & insuper Romanæ historiæ Compendium, ex multis dispersis apud scriptores locis in vnum corpus collectum, ab interitu Gordiani junioris vsque ad Iustinum III. & epistolæ aliquot familiares ad M. Antonium Sabellicum, & Ang. Politianum, & vita eius per M. Antonium Sabellicum, impressa sunt Argentorati apud Schurerium, anno 1515. Scripsit etiam de arte Grammatica, primo suo tyronicio ex veteri Grammaticorum forma librum, excusum in Italia, & vitam Salustij, cuius libros quoque emendauit, quæ etiam impressa habentur. Cum Varrone diu luctatus est, vt in integrū restitueret. Eiusdem Romanæ historiæ compendium impressum est ab Henrico Stephano in octauo cum alijs Romanæ historiæ scriptoribus.

Pomponij Melæ, natione Hispani, ex Mellaria Beticæ oppido, de situ orbis libri 3. impressi Venetijs ab

nerijs ab Aldo, item Florentiæ, & Basileæ apud Robertum Vuinter, cum scholijs Petri Oluarii, &c. & rursus ibidem cum tabulis Geographicis. Item apud H. Petri cum Commentarijs Vadiani D. Ioachimus Vadianus cõiecit eum vixisse, Claudio imperatoris tempore.

Pomponius Secundus comicus, Vide Põmpõnius Atellanarum poeta.

Pontiani hexastichon libro quarto Florilegij Græci, sectione 9.

Pontiani Papæ decreta, cum reliquorum pontificum decretis impressa.

Ponticus antiquus poeta haud ignobilis fuit, cuius aliquoties meminit Propertius. Gyraldus.

Pontius de Baladuno, Gallus, scripsit ad epicurum Viuaricensem, de Hierosolymitana captione lib. 1. Londini bibliotheca.

Põticus Virgilius (aliàs Virunnius) patria Tarvisinus, philosophus, scripsit in Claudianum commentaria. in Ioannis Sacrobustensis spherâ cõmentaria. de obscuris authorum locis & corruptis nominibus lib. 3. de miseria literarum lib. 2. carmine. de laudibus Beatricis Mediolanensis reginæ librum vnum carmine. Elegiarum & epigramatum lib. 1. in Erotemata Chrysoloræ commentarium. in Achilleida Stacianam cõmentarium. in Ovidianam meta. cõmentaria. in Vergilij opera cõmentaria. de arte diuinandi lib. 16. odyseam Homeri transtulit in Latinum. Hymnorum eiusdem Homeri lib. 4. Euripidis tragœdias sex. in medicina traduxit Theophilum de pulsibus & vrinis, item Aeneum de pulsibus & vrinis, inuestiguarum lib. 1. de intuculationibus lib. 1. Apollonij argonautica in Latinum vertit in lib. 4. alia quoq; multa & Latina fecit & misit. Libanij de scribendis epistolis opusculum, Pontico Virunio interprete, extat impressum, cum alijs quibusdam. Pontici Virunij Britannicæ historiæ lib. 6. excusi sunt Augustæ ab Alexandro Vuiffenhorn, 1534. & anno Domini 1542. in 8. Vixit sub Ludovico Sphortia, anno 1490.

Pontius Paulinus, vide Paulinus.

Pontius diaconus Cypriani, vsq; ad diem passionis eius, cum ipso exilium sustinens, egregiũ volumẽ vitæ & passionis Cypriani reliquit. Hieronymus apud Tritemium nõ rectè legitur Pontinus, addit autè, eum floruisse anno salutis 240. libellus hic de passione Cypriani, impressus est in frontispicio operum ipsius Cypriani.

Porcellius poeta Neapolitanus (verum ipse Romanus dici malebat) tantũ carmina, quibus omnia referat, natura faciebat, non tam bona, quàm facilia, & pene extemporalia, cui viro admirator non defuit Fredericus Urbini dux, qui res suas ab eo conscribi voluit, Raphael Volaterranus. Porcellij. Basnij, & Thebani, poetarũ opuscula Colinaeus excudit Parisijs, 1539.

Porphyrionis grammatici commentarij in Horatium impressi, & aliàs, & anno 1545. Basileæ apud Henricum Petri, cum Acrone in eundem, adiectis etiam carminibus Horatij.

Porphyrogetæ regis Constantini epitome de alimentis, Græca asseruatur Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris.

Porphyrus Tyrius philosophus, propriè di-

*ctus Basilius, discipulus Amelij Plotini discipuli, præceptor Iamblichi, vixit tempore Aureliani ad Diocletianũ vsq;, scripsit multa è quibus hæc enumerantur à Suida. De diuinis nominibus 1. De principijs 2. De materia 6. De anima ad Boethium 5. De abstinendo ab esu animalium 4. De seipso cognoscendo 4. De incorporeis. Vnam esse Platonis & Aristotelis sectã 7. In Iuliani Chaldaei philosophi historiam lib. 4. Contra Christianos lib. 15. De Homerica philosophia. Ad Aristotelis, animam esse entelechiam. Philologæ historiæ lib. 5. De genere, specie, differentia, proprio & accidente, De Nili fontibus, secundũ Pindarũ. Qui fructus ex Homero capiendus sit regibus li. 10. Miscellanearũ quæstionũ li. 7. In Thucydidijs proemiũ. Ad Aristidẽ 7. In Minutiani artem, aliq; plurima, præsertim astronomica & inter alia, Isagogen astronomicarũ rerum lib. 3. & Gramaticas dubitationes Suidas. Eius autè Isagoge in Aristot. organum, siue de quinque vocibus, ubiq; Aristotelis organo præponi solet, liber Homericarum quæstionum, & alius de Nymphæarum antro in Odyssæa, impressi ab Aldo Venetijs: & Argentorati à Rihelio, cum cõmentarijs Græcis anonymis in Homerum, 1539. & seorsim Romæ, aut Florentiæ. Liber de diuinis & dæmonibus, Latine opinor excusus ab Aldo, cum alijs quibusdam. Fragmentum quoddam ex Porphyrio de animæ descensu atq; ascensu, à Marsilio Ficino deceptum, cũ Mercurio Trismegisto, &c. in calce impressum est, Basileæ apud Bebelium, 1522. in Aristotelis categoriis expositio per interrogationem & responsonem, impressa Parisijs 1545. Latine reddita, vt puto. expositio in Musicam Ptolemæi Latine extat, nescio an impressa. Diegus Hurtadus Venetijs, Porphyrij opuscula Græca habet in prædicamenta, de abstinencia ab animatis, de ascensibus ad intelligibilia. Introductio in Ptolemæi Apotelesmaticã, quæ pars est astrologiæ. interpretatio Harmonicorum Ptolemæi, Cõment. in primũ musicæ Ptolemæi & partẽ secundã. Cõmentaria Græca in Quadrupartitũ Ptolemæi, extant Venetijs in manuscriptis. liber de profodia Græcus, seruatur ibidem in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli, manuscriptus. Porphyrij logica sine principio, Græce extat Romæ in Vaticana. Plotini vita, authore Porphyrio, cum Plotini operibus; à Marsilio Ficino Latinitate donatis, impressa est, vt supra dixi. Ex libro de anima, & alijs, citantur fragmenta quædam in locis Strobæi. * Porphyrij Isagoge à Plotino, quædam in Ptolemæi in bibliotheca H. Mémij. Porphyrij in Platonis philosophiam libri duo manuscripti extat. Eiusdem vita Plotini & in Ptolemæi Harmonica, in Carpensi bibliotheca. De non necandis animalibus lib. 4. & Selectæ breuesque sententiæ ducentes ad intelligentiam rerum quæ mente noscuntur: Græce impressi sunt in Italia in folio. Porphyrio etiam quidam ascribunt Scholia in Iliadem quæ publice extant.*

Porphyrus quidam poeta Latinus, Constantini ætate floruit: vide Gyraldum.

Portij Latronis, antiqui scriptoris, declamatio contra L. Catilinam, impressa cum Salustij historijs.

* *Portij* Licinij versus leguntur apud A. Gellium 19. Noct. Att. 9.
 * *Posidippus* Cassandreuus Cynisci F. poeta comicus, docuit tertio post Menandri obitum anno, fabulæ eius sunt hæc, Anablepon, Apocleiomene, Galatea, Epistathmos, Ephesia, Codon, Locri, Metapheromenos, Myrmix, Pornoboscus seu leno (quæ maxime omnium celebratur ab Athenæo) Syntrophi, Chereusæ. Citantur ab Athenæo, Stephano, Polluce, Harpocrate. Posidippus in opere de Cnido citatur à Clemente 1. Strom.

Posidippus poeta Epigrammatum alius à Comico cuius mentio fit in commentarijs in Apollonium, apud Athenæum & Stobæum. Epigrammata eius leguntur in magno Græcorum epigrammatum volumine.

Posidonius Afer, episcopus Calamensis, scripsit vitam sancti Augustini lib. 1. indiculum librorum eius lib. 1. Claruit anno 430.

* *Posidonius* Alexandrinus, philosophus Stoicus, Zenonis Citiei discipulus: scripsit historiam post Polybium lib. 52. usque ad bellum Cynericum & Ptolemæum, & declamationes rhetoricas, in Demosthenem argumenta, quæ quidem potius esse credo Posidonij sopheris Olbiopolitæ. Suidas. Posidonium Alexandrinum de instruendis aciebus scripsisse testatur Aelianus. Dubito autem an vnus idemque sit Posidonius, certe historiam Apamensi Posidonio tribuit Athenæus. Citantur autem à Laertio hi libri Posidonij. De Dijs decimus tertius, De diuinatione quintus. Rationis naturalis Meteora, Meteorologica elementa, De mundo, De cælestibus, De fato, De scholis, De iudicio. Introductio de diuinatione, De moribus, De virtutibus, De officijs, De finibus, Exhortationes. Suidas ait Posidonium scripsisse Auguria palpatationum, seu vibrationum: veluti si dexter oculus palparit hoc significat. Posidonius in libris De heroibus & demomonibus citatur à Macrobio 1. Sat. 23.

* *Posidonius* Apamensis Syrus aut Rhodius, philosophus Stoicus, cognomento Pugil, scholam habuit Rhodi, discipulus, & successor Panætij. Venit & Romam sub. M. Marcello. Scripsit multa. Suidas.

Posidonij philosophi historiarum citantur apud Plutarchum in vita Marcelli & Pauli Aemilij.

Posidonius calumnias quasdam aduersus Iudæos scripsit, vt meminit Iosephus lib. 2. contra Apionem.

Posidonij fragmenta, de phrenitide, de lethargo, de caro, de commate, de vertiginosis, de mania, de melancholia, de ephialta, de epilepticis, alicuius membri vitio: curatio senum & puerorum epilepticorum, item decrepitorum & infantium: de morsu à cane rabido, citantur ab Actio.

* *Posidonius* Olbiopolites, Sophista & historicus, scripsit de Oceano & rebus quæ iuxta eum sunt: De regione quæ Tyrica dicitur: Atticas historias lib. 4. Libyca lib. 11. & alia quedam. Suidas.

Posis Magnes scripsit Amazonidem, & de Magnetibus. Athenæus.

* *Potamon* Alexandrinus philosophus, ante & post Augustum vixit. Extat eius in libros Platonis

de republica commetarius. Suidas. Potamon Alexandrinus in 17. *σοφιστικῶν* citatur à Laertio.

* *Potamon* Mirylenæus, Lesbonaftis F. orator, docuit Romæ sub Cæsare Tiberio. Qui cum aliquando in patriam reuerteretur, talibus ab Imperatore literis est instructus. Potamonem Lesbonaftis F. si quis afficere iniuria fuerit ausus, an bellum gerere mecum possit consideret. Scripsit, De Alexandro Macedone, Limites Samiorum, Bruti laudationem, De perfecto oratore. Suidas.

Pothonis presbyteri Prumiensis scriptoris vetustissimi, De statu domus Dei lib. 5. & De domo sapientiarum lib. 1.

Pragensium studentium Postilla super euangelia dominicalia, quæ leguntur per anni circulum incerto auctore. Pragenses ite quæstiones & sermones de corpore Christi, itidẽ auctore incerto.

* *Praxichus* vel Pierion, scripsit carmina quædam contra ductores Macedonum à barbaris profugatos. Plutarchus in vita Alexandri.

Pratinas Phliasius poeta Tragicus, vide Suidam. Athenæus citat eius Dymanas, siue Caritidas.

* *Praxagora* liber de Pharico veneno, citatur in scholijs Nicandri. Scripsit etiam de naturalibus, de superuenientibus, de assidentibus. Plinius eius volumina referta esse inquit herbarum mentione, vtitur autem eius testimonio 20. & septem deinceps libris.

Praxilla Sicyonia allegatur ab Athenæo lib. 13. Scripsit autem varia carmina, in quibus Adonidem inter cætera reducit ab inferis, interrogatum quid apud superos pulcherrimum reliquerit. vide Erasmus Roter. in prouerbio, Scultior Praxilla.

* *Praxiphanes* scripsit diatribam inter Platonem & Isocratem. Laertius.

Praxiteles citatur à Plinio 36. 14. 10.

* *Præpositiui* Summa, Citatur à Socrate, ni fallor. *Priami* Capotij Siculi Lilybætani Fridericeis, ad Fridericum Saxoniarum electorem. Est autem comicum heroicum in laudem Friderici primi marchionis Misnensis, ob victum Adolphum imperatorem, & Sueuicum exercitum è ditione sua profugatum. Lipsig excudit Mauritius Brandis, anno Domini 1488.

Primasius episcopus Africanus, & vt quidam volunt, beati Augustini quondam discipulus, multa dicitur composuisse opuscula, ex quibus extra re dicuntur contra hæreses ad Fortunatum episcopum lib. 3. in Apocal. Ioan. ad Castorium lib. 5. de libro Apocal. B. Ioan. Eius Commentarij in Apocalypsin ex illegibili scriptura antiqua, impressi Basileæ, 1544. apud Robertum Vuinter. in epistolâ ad Romanos impressi, 1537. apud Gymnicum Colonia. Gryphius Lugduni publicauit Primasij commentarios in epistolas Pauli, & in Apocalypsin. Claruisse aiunt anno Do. 440.

Primus epistolæ 4. & 12. apud Cyprianum auctor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Primi Felicis à Migirpa verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizadis.

* *Primus* Truberus Carniolanus primus cepit Schlaunonicam linguam Latinis literis scribere, & in eam traduxit & typis excudit Testamentum no-

tum nouum, Augustanam confessionem, Postillam, Locos Theologicos Melanchronis, Carechismum Brentij, Cantica spiritualia: Noui testamenti pars prima complectens quatuor Euangelistas lingua Crætica, excusa est in octauo, tum Glagolicis tum etiam Cyrulicis literis.

Priscianus grāmaticus, patria Cæsariensis, scripsit ad Iulium patricium, de octo partibus orationis libros 16. de constructione earundem lib. 2. de duodecim primis Aeneidos librorum carminibus. de accentibus tam nominum quam verborum. de ponderibus & mensuris. de præexercitamentis rhetoricorum & Hermogene. de versibus comicis: de declinatione nominum liber. His accedit, Rufini, viri doctissimi, Grammatici Antiochenis, cōmentarium de metris comicis & oratorij numeris. Hæc etiam impressa Parisiæ & Coloniae 1538. Hermogenis ad oratoriam præexercitamenta, interprete Prisciano, impressa seorsim Parisijs apud Colinæum, 1526. Quæ Græce ab Hermogene scripta sunt, intercidisse puto. Scripsit etiam de Naturalibus quæstionibus ad Cosroem regem Persarum lib. 1. referente Tritemio, qui Priscianum claruisse ait anno D. 440. Prisciano quidam falso hætenus adscriperunt translationem operis Dionysij Afri de situ orbis, cum ea sit Rhenij Palæmonis Grāmatici. Liber de naturalibus quæstionibus ad regem Persarum, manuscriptus extat apud M. Dresserum.

Prisciani philosophi Lydi expositio librorum Theophrasti de sensu, phantasia, & intellectu, Græce cum eisdem impressa est Basileæ, apud Ioannem Oporinum: & prius in Latinum versa (nescio quo interprete) Venetijs apud Aldum.

Priscilianus, Abilæ episcopus, qui factione Hy lacij & Ithacij, Treueris à Maximo tyrāno cæsus est, edidit multa opuscula, de quibus ad nos aliqua peruenerunt, &c. Hieronymus. Eiusdem extant canones siue argumenta & periochæ noui testamenti.

Priscilla Montani hæretici sectatrix, libros propheticos scripsit, quorum meminit Nicephorus libro 4. historiæ ecclesiasticæ.

Priscus Iabolenus, vetus I. C. scripsit ex Cassio libros 15. Epistolarum lib. 14. ad Plautium lib. 5.

Priscus Panites genere, sophista, Theodosij iunioris epistolarum magister fuit, orator ab eo in Scythiam missus, ad Attilam Hūnorum regem. Scripsit historiā Constantinopolitanam, & ipse Attilæ, lib. 8. & declamationes, & epistolas. Suidas, Hæc historia hodie in bibliotheca Vaticana continetur, Raph. Volaterranus. Citatur in memorabilibus Baptistæ Fulgosi.

* *Priscus* Sophista è Thesprotis seu Molossis oriundus, celebratur ab Eunapio.

Priscus epistolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis de hæreticis baptizandis lib. 1.

Priuatianus epistolæ 2. apud Cyprianum author cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1. Apud eundem in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis, leguntur verba Priuatiani à Suffeula, & Priuati à Suffibus.

* *Proeresius* Cappadox, Cæsariensis, Pancratij F. Sophistes, Vlpiani discipulus, floruit sub Iulia

no. Scripsit Declamationes. De hoc multa scribit Eunapius.

Proba Falconia Romana, Adelphi proconsulis vxor doctissima, cū Vergiliū poetarū Latinorum principē mente teneret, eius libros solícite percurrens, scripsit Vergilio centones, hoc est carmen ex diuersis Vergilij versibus & hemistichijs confarcatū, continens descriptionē veteris & noui testamenti. libellus excusus est Francof. apud Pet. Brubach. cum alijs, anno 1541. & separatim Basileæ, apud Iacob. Parcū anno 1546. Claruit autem anno D. 430. Vide Eudoxiam.

Probi catholica, liber inuentus in Italia, in cenobio Bobij oppidi, circa annū 1490. vt meminit Raph. Volaterranus in eius oppidi mentione. Nescio an forte sit Probi grāmatici, cui Valerius prænomē est, vt infra dicitur. * *Probi* Grammatica impres. Mediolani & Lutetiæ cum alijs grāmaticis in folio. Probi grāmatici cōmentarius de occulta literarum significatione epistolarum C. Cæsaris: citatur à Gellio 17. cap. 8. Arbitror hunc esse Valerium probum.

* *Prochetus* Saluaticensis, scripsit tractatus aliquot de victoria contra Iudæos. Vixit anno 1315.

Prochori Cydonæ hieromonachi scripta quædam Græca extant Romæ in Vaticana bibliotheca, nempe, Proœmium in quæstionem de lumine, capita vndecim de lumine in Thaborio, & capita quædam dialectica de eodem lumine: Liber de essentia & operatione, cum cōtradictionibus Ioan. Cantacuzeni. Tractatus de attributis S. Ioannis theologi & euāgelistæ. periodi siue miracula per Prochorum discipulum eius scripta, vnum ex septem, & consobrinum Stephani protomartyris: Græce in Italia.

Proclius citatur à Varrone li. 4. de lingua Latina, & à Plinio lib. 8. cap. 2. naturalis historiæ. Videtur autem quiddam historicum scripsisse.

Procli Constantinopolitani episcopi epistola de fide, ad venerabiles & sanctos episcopos, presbyteros, & archimandritas per Armeniam, impressa Basileæ 1528. apud Henricum Petri. In ea refellit præcipue hæreses Theodori Mousuestenæ ciuitatis episcopi, Sabellij, & Nestorij, de trinitate & Christi natura male sentientium. Eadem epistola Græce & Latine impressa est Parisijs apud Guillardam. Fuere & alij Procli Constantinopolitani episcopi. Procli verba multa referuntur ab Epiphānio.

Proclus Lycius, discipulus Syriani, ac Plutarachi Nestorij, philosophus Platonicus, per multa scripsit philosophicā & grammaticā: Commentarios in totum Homerum, in Hesiodi opera & dies, *νεπι γηνοσφαιας βιβλια 2.* De bonâ disciplina li. 3. *νεπι ἀγογης β.* De educatione lib. 2. in Rempublic. Platonis lib. 4. in Orphei theologiam, Symphoniam Orphei, Pythagoræ, & Platonis. De oraculis libros 10. De dijs apud Homerum. Epiche remata contra Christianos 18. Librum Metroacum. Suidas. Idem in Hegia Procli meminit. Vide Proculus. Procli Epiche remata 18. contra Christianos, quibus mundum ingenitum & incorruptibilem esse contendit, cum refutatione per Ioannem Grāmaticum, extant impressa. vide in Ioā. Grāmatico, Procli Diadochi libellus

de sphaera, siue de circulis sphaerae, impressus Graece & Latine Parisijs apud Vuchelum, & Argentorati apud Rihelium, & alibi saepe, vt cum Hygino Basileae, & ibidem cum Arato Graecis commentarijs explicato, apud Vualderum. De vsu astrolabij Proclus paucissima quaedam reliquit: Viues. Conuertit ea Georgius Valla, vt supra est dictum. Enarrationum in primum Euclidis lib. 4. impressi Basileae cum Euclide Graeco, & Latine separatim Fr. Barotio interprete. Hymni quatuor Graeci a Proclo Lycio compositi, vnus in Solem, duo in Venerem, & alius in Musas, post Orphei hymnos impressi habentur. Eos Gyraldus confusus nominibus Laodicensi tribuit. Procli Diadochi hypotyposis astronomicarum positio num, quae est omnium quae in Almagesto Ptolemaei demonstrantur, compendium, Georg. Valla Placentino interprete, impressa Basileae cum Cl. Ptolemaeo Latino, 1541. & Graece separatim in 4. Ibidem. Compediaria de motu disputatio, in posteriores quinque Aristotelis, de auscultatione naturali libros: impressa Basileae, apud Bebelium 1531, & rursum Argentorati apud Rihelium cum Latina versione Iusti Velsij. Excerpta quaedam per Marsilium Ficinum ex Graecis Procli commentarijs in Alcibiadem Platonis primum, de anima & daemone: item libellus de sacrificio & magia, eodem interprete: impressus Basileae, apud Bebelium, 1532, cum Mercurio Trismegisto, &c. Interpretatio in opera & dies Hesiodi, quae circa theologiam ethnicam ferè & allegorias versatur: impressa cum Graecis diuersorum commentarijs in opera Hesiodi, Venetijs 1537. Commentariorum in Platonis Timaeum lib. 5. totius veteris philosophiae thesaurus, in eiusdem Politicen difficultiorum quaestionum aliquot per capita cum suis argumentis enarratio, praesertim earum quae ad poesein, & fabulas poetarum, in primis Homeri, pertinent: impressa Basileae 1534. cum Platone Graeco. Epitomen autem harum quaestionum, ex Conradi Gesneri versione, excudit Froschouer, Tiguri. Scripsit praeter haec alia multa, quae nondum impressa seruantur in diuersis bibliothecis, vt est eius Christomachia, quae conditur in Vaticana bibliotheca Romae. De theologia secundum Platonem lib. 2. & institutio theologica elementaris in sermones 6. diuisa: ibidem, & apud Diegum Hurtadum Venetijs, item Augustae Vindelicorum in bibliotheca, extant. Inuenitur & huiusmodi titulus in catalogo quodam: Declaratio theologicae institutionis, cuius capita sunt 211. subiectis statim his verbis: *πρὸς τὸ μὴ συναρπάζειν τὸν λόγον τῆς θεολογίας ἀπὸ τῆς ἐπιφανομένης αὐτῆς περιουσίας, καὶ ἀναρπάζειν τὸν λόγον τῆς ἱερῆς πίστεως.* Apparet autem sensus imperfectus. Haec institutio aliàs inscribitur, Propositiones metaphysicae 211. & fertur etiam Latine extare. Adhuc in Platonis Parmenidem libri 3. in Cratylum parebolae, in Platonis Alcibiadem primum explicatio, in Parmenidem sermones sex, in libros de republica supersunt apud Diegum Hurtadum Venetijs. Feruntur & in Aristotelis quaedam, scripra Procli extare Romae in Vaticana. Procli & Theonistabulae quaedam in astronomia Graece extant: forsanae, quam Hypotyposes.

* Procli Diadochi Paraphrases in quatuor Ptolemaei libros de siderum effectioibus, impressi sunt ab Opor. Graece cum praefatione P. Melach. in 8.
* Procli De causis, Theorica de inerrantiu gradibus in Zodiaco. De epistolico charactere. Theologica elementatio. Physica elementatio. Platonis theologia lib. 6. In Alcibiadem 1. in Cratylum, in Parm. in bibliot. Strozæ. & S. Fioræ seruantur. Commentarios in Platonis Alcibiadem primum, & in Parmenidem, Latinos facit Ant. Hermannus Gogaua. Procli institutio Physica & lib. 1111. de theologia Platonis. Augustae Vindelicorum.

Proclus Mallotes è Cilicia philosophus Stoicus, scripsit commentarium in Didgenis sophismata, & ad Epicurum. fuit & alter Proclus Mallotes, & ipse Stoicus. Suidas.

Proclus, Proculeius cognominatus, Themisio nis filius, ex Laodicea Syriae, hierophanta, scripsit theologiam In Pandorae fabulam apud Hesiodum, In aurea carmina, In Nicomachi introductionem arithmeticae, & alia quaedam Geometrica. Suidas.

Procli Sophistae liber Graecus de epistolico charactere, extat Romae in Vaticana.

Procopius, Caesariensis ex Palaestina, rhetor & sophista, scripsit historiam Romanam, bella videlicet Belisarij, quae circa Romam & per Libyam gesta sunt. Scripsit alterum quoque librum appellatum anecdota, de rebus ipsius indubie non vulgaria continentem. nam titulus indicat, non in hoc scriptum vt ederetur: vt sint operis vtriusque volumina nouem. Liber Procopij qui vocatur anecdota, conuicia atque comicos morsus in Iustinianum Caesarem continet, & eius coniugem Theodoram, atque adeo in ipsum Belisarium & illius uxorem. Suidas. Eius de rebus vel bello Gothorum libri 3. Christophoro Porfena interprete. De bello Persico lib. 2. & alij duo de bello Vandalico, Raph. Volaterrano interprete, impressi Basileae apud Heruagium, anno Dom. 1531. cum alijs. Libri septem historiarum iam dicti, extant etiam Graece in Vaticana bibliotheca Romae, & apud Diegum Hurtadum Venetijs. orationes quaedam Procopij, impressae Moguntiae, anno Dom. 1538. de Iustiniani imperatoris aedificijs libri sex, Francisco Craneueldio interprete, cum scholijs Theodorici Adamaei, excusi sunt Parisijs, vide in Francisco Craneueldio, & in Theodoro Cynopelita, Procopij sophistae epistolae aliquot, mirè elegantes, impressae ab Aldo, in volumine Graecarum epistolarum. Scribit autem ad Philippum fratrem, Hieronymum, Macarium, Sozomenum, Pancratium, Castorem, Zachariam, Eliam episcopum, &c. Vtrum verò à Procopio Gazæo, an Caesariensi scriptae sint, nescio: quoniam vtrique tribuitur sophistae cognomen.

* Procopij Gazæi sophistae Commentarij in ostateuchum, hoc est priores octo veteris testamenti libros, ex vetustissimis orthodoxorum patrum, aliorumque scriptorum enarrationibus, in vnum corpus accuratissime concinnati: Graece extant in bibliotheca Augustana, & Latine editi sunt Tiguri apud Gesneros fratres, anno Dom. 1355. in fo

- proterius episcopus Alexandrinus, scripsit ad S. Leonem Papam, de celebratione paschæ epist. 3. ad Hilarium de eadem re epist. 1. Epistolas plures ad diversos. & quædam alia. Claruit anno Domini 460.
- * *Protogenes* Xanthius pictor celeberrimus, qui Rhodium Bacchum pinxit, scripsit de graphica & figuris lib. 2. Suidas.
- * *Proxenus* πρὸς νόβωλον οὐκ ἐπισημασμένος citatur à Stephano: & ab Athenæo lib. 2. de republica Laconica.
- Ptochodromi* Theages & Pericles Romæ exstant Græce.
- * *Ptolemæus* quidam Valentini hæretici discipulus ex Gnosticorum secta, propriam hæresim instituit, quæ ab Epiphano lib. 1. tom. 2. describitur, ubi etiam ponitur Ptolemæi ad Floram epist.
- * *Ptolemæi* lexicon Demosthenicum, in bibliotheca Ioannis Sambuci.
- * *Ptolemæus* in Periplus citatur à Stephano.
- * *Ptolemæus* Astronomus & Geographus, vide 20 *Claudius Ptol.*
- Ptolemæus*, naturalis magiæ scriptor. Vide in *Zoroastre.*
- Ptolemæi* Anticlidis scripta citantur apud Plutarchum in vita Alexandri Magni.
- * *Ptolemæus* Agelarchi F. Megalopolita genere, scripsit historiam Ptolemæi Philopatoris, quæ ab Athenæo & Clemente Alexandrino citatur. *Ptolemæus* (idem forte) scripsit libros aliquot commentariorum πρὸς τὸν ἰπὸ ἀναξαρδοπέου βασιλέως, & de animalibus quæ in eis nutriuntur.
- * *Ptolemæus* Alexandrinus grāmaticus, Hephæstionis F. fuit sub Traiano & Adriano Imp. Chænus appellatus de admirabili historia: Sphingæ, quæ fabula est historica: Anthomerum, quæ poësis est librorum 24. & alia quædam. Suidas.
- * *Ptolemæus* Alexandrinus grāmaticus, Pindarion cognomento, filius Oroandri, Aristarchi discipulus, scripsit Homericorum exemplorū lib. 6. De charactere Homericō: Ad Neotalidem, De 40 dictione, De vitæ Homericō, De Astropæo, cuius meminit Homerus & alia. Suidas.
- * *Ptolemæus* Aristonici grāmatici pater & ipse grāmaticus. Ambo Romæ se ostentarunt. Scripsit, Quæ similiter dicta sint à Tragicis: Libros in Homerum: Quæ à poetis peregrine dicta sint: D Musis & Nereidibus. Suidas.
- * *Ptolemæus* Ascalonites grāmaticus, Romæ doctus. Scripsit Prologiam Homericam, De Hellenismo, seu recta locutione Græca li. 15. De metris. 50 De Aristarchea Odysseæ correctione. De differentia vocabulorum & alia grāmatica. Suidas.
- * *Ptolemæus* Cytherius versificator, scripsit de Psalanchantha, quam stirpem ait mira quadam vi esse præditam. Suidas.
- * *Ptolemæus* grāmaticus Epithetes dictus, quod sequeretur Aristarchum: audiit siue Hellenicum grāmaticum, siue Agathoclem, siue Zenodorum Ephesium. Scripsit De plagis Homericis, Commentarium in Odysseam. Suidas.
- Ptolemæi* Flauij collectaneorū siue obseruationū in varios auctores Centuria 1. excusa Anconæ apud Bernardinū Gualdū, anno D. 1522. in fol.
- Ptolemæi* de Hispania liber, qui dictus est Argerzelli introductorius, &c. extat manuscriptus.

- Ptolemæus* Lagi, historiæ regis Alexandri scripsit. Citatur à Plinio 12 & 13. li. naturalis historiæ.
- * *Ptolemæus* Lucensis, scripsit magno volumine historiæ pontificum Romanorū in, & breuiter attingit viros, qui temporibus singulorū claruerunt, vsq; ad Cælestinum V. cuius temporibus se dicit fuisse, anno 1273. Raph. Volaterranus.
- * *Ptolemæus* Lucensis, patria Saxo, inter alia scripsit, Rudimenta nouitiorum, lib. 1. Tricemius 10 compendio.
- * *Ptolemæus* Mendesijs in temporibus citatur à Clemente Alexandrino, fuit autem ut idem perhibet sacerdos, & Regum Aegypti res gestas tribus libris exponens, dicit tempore Amosis Aegypti regis Iudaos exisse ex Aegypto.
- * *Ptolemæus* Spagnolus, eques auratus, Baptiste Manuani frater, scripsit pro eodem suo fratre, contra Zoilos quosdam lib. 1. De licentijs poetarum li. 1. quæ opuscula impressa sunt Lug. anno 1524. Claruit anno 1510. Stephanus Balsignanus.
- Publicolæ* epistola ad D. Augustinum, petens quæstionum aliquot explicationem, numero 153. inter D. Augustini epistolas.
- * *Publius* Aurelius Opilius sæpe citatur à Varone & Festo Pompeio. Gellius etiam citat. Aur. Opilium in primo librorum quos Musarum inscripsit. 1 cap. 25.
- Publium* Celsum de mirabilibus naturæ, extrare scribit auctor luminis animæ in præfatione.
- * *Publij* Consentij V. C. Institutiones Grammaticæ editæ à Sichardo cum orbe disciplinarum ex 30 Cassiodoro.
- * *Publius* Cornelius. Pauli F. Scipio Africanus Acilianus in orationibus Ad populum, Proæde Castoris. De imperio D. Bruti. Postquam ex Africa redijt. Citatur à Festo.
- * *Publius* Scipio Africanus citatur ab A. Gellio, Oratione quinta contra Claud. Asell. Ad populum de moribus, seu Oratione quam dixit in censura cum ad maiorū mores populum hortaretur.
- Publij* Cornelij Taciti equitis Romani, Historiæ Augustæ, siue Annalium ab excessu Augusti lib. 16. per Beatum Rhenum recogniti. Castigationes suis quæque libris adduntur. Eiusdem libellus de Germanorum populis, moribus ac situ. Dialogus de oratoribus, in quo Ciceronis Brutum imitatur. Vita Iulij Agricola socii sui. Accessit etiam ab operis initio thesaurus constructionum, locutionumq; & vocum Tacito solennium, citatis etiā ex Liuiio plerunq; testimoniis, item aliorū in hunc autorem ante editæ annotationes, præfationesq; siue Phil. Beroaldi, seu Andree Alciati, Froben. excudit Basileæ. 1533. prius autem Aldus Venetijs excuderat. Eadem omnia emendatiora excusa sunt Lugduni apud Gryphium. In libellum de moribus Germanorum commentarios scripserunt Andreas Althamerus & Iodocus Vuillichius.
- Publij* Fausti Andrelini Foroliuiensis poetæ, 60 epistolæ prouerbiales & morales, excusa Argentorati, anno 1517. & rursus 1519. Poemata eius publicata, Eclogæ 4. Disticha, quæ & seorsim cum commentario Lugduni à Pagano impres. sunt. Idem opus aliàs inscribitur hecatodistichon, excusum Parisijs anno D. 1525. Eiusdem, Elegiæ. De victoria

Victoria Neapolitana, De captiuitate Lodouici Sfortiæ. De secunda victoria Neapolitana. De gestis legati, & alia quædam impressa sunt.

Publij Francisci Amerini in parentalia Plating carmina in fine operum ipsius Platinæ.

Publius Furius Anthinus, vetus I. C. scripsit ad editum libros 5.

Publius Iubentius Celsus, vetus I. C. scripsit libros 39. Digestorum. vide Iuuentius Celsus, in vitis Bernardini Rutilij.

Publius Larginus citatur à Plinio libro 21. naturalis historiæ.

* Publij Læuini liber de verbis sordidis laudatur à Gellio lib. 20. cap. 10.

Publij Lentuli Pub. fi. proquæstoris ad Ciceronem epistolâ libro 12. Familiarium: & alia ad S. P. Q. R. ibidem.

* Publius Nigidius Figulus Ciceronis familiaris, philosophiæ inter Latinos experientissimus, scripsit De ventis libros duos. Commentarios Grammaticos quorum 24. citatur à Gellio. De augurijs priuatis: quorum 1. ab eodem laudatur. De animalibus. De Dijs, quorum 19. laudatur à Macrobio 3. Saturn. 4. De extis.

* Publij Optatiani Porphyrij Pahegyricus Constantino dicatus, extat in bibliotheca P. Pithoei.

Publij Ouidij Nasonis operâ, impressa Venetijs apud Aldum, cum annotationibus in omnia Ouidij opera: & Basileæ, apud Henricum Petri, anno 1532. adiectis etiam fragmentis quibusdam ex libris quæ periire Epigrammatum, & carmine ad Pisonem: item cum annotationibus Glareani, apud eundem. Sunt autem hæc eius poemata: Metamorphoseon libri 15. Fastorum lib. 6.

Tristium libri 5. de Ponto libri 4. Heroidum epistolæ amatoriaræ, de arte amandi libri 3. de remedio amoris libri 2. in Ibin, Consolatio ad Liuiam Augustam, de morte Drusi Neronis, filij eius qui in Germania morbo periit, de nuce elegia, de medicamine faciei, de pulice elegia, quam constat non esse Ouidij, de philomela elegia, nec ea quidem Ouidij: fragmenta quædam ex epigrammatibus nuper inuenta: ad Pisonem carmen heroicum, ad quem extat & Horatij ars poetica. Sunt qui affirmant, sex etiam reliquos Fastorum libros ætate nostra inuentos esse. Præter enumerata composuit etiam Germanicum triumphum, Medeam tragicæ dramæ: Halieuticôn, siue de piscibus librum inchoatum, cuius fragmentum nuper impressum est à Gryphio Lugduni, cum Gratio de venatione, & alijs. Item lingua Getica libellum de laudibus Cæsaris. Qui plura cognoscere cupit de Ouidio, vitam ab initio operum eius editam legat. Metamorphoseon opus præclarissimum (sic enim vocat Lactantius) seorsim excusum reperitur, cum alibi, tum Colonia à Gymnico, anno D. 1534. cum Gyberti Longolij annotationibus per margines. Omnia Ouidij quæ habentur opera, cum diuersorum commentarijs, annotationibus ac scholijs, excusa sunt Basileæ apud Heruagium, an. 1550. ex emendatione Iacobi Mycilli. Eiusdem omnia opera excusa sunt Basileæ ab Henrico Petri anno Domini 1548. in octauo, cum annotationibus Glareani & Longolij in libros Metamorphoseon, Melanchtonis in

libros Fastorum, Guidonis Morillonis in Heroides, Carmen ad Pisonem Ouidio hæctenus inscriptum vir diligentissimus Adrianus Iunius ex V. Codicis testimonio Luciano asseruit.

* Publius Seruilius augur laudatur à Festo Pompeio.

Publij Syri mimi, quidam versiculi senarij morales, Publani dicti, & falso quondam Senecæ inscripti, inter opera Senecæ excu. sunt. vide Raph. Volaterran. Publij Syri mimographi sententiæ morales, senarijs versibus, ex ipsius operibus selectæ. Has Erasmus scholijs exposuit, Georgius Fabricius nuper ex antiquo codice emendauit, additis 20. senarijs, in impressis hæctenus desideratis, Lipsiæ excusa anno 1550.

Publij Terentij Afri comædiæ sex, quarum postrema editio cum diuersis annotationibus. impres. est Basileæ apud Brylingerum, & alibi. Vita ipsius per Aelium Donatum descripta, ubiq; fabulis eius præponi solet. Phormionæ & Hecyram, vertit ab Apollodoro: sed Andriam, Eunuchum, Adelphos, & Heautontimorumenon, à Menandro. vide Lilius Gyraldum in Vitis poetarum. P. Terentij Andria omni interpretationis genere in adulescentulorum gratiam facilius effecta, vt ex hac comædia omnes alias ab eodem conscriptas nullo negotio consequantur, excusa est Lugduni à Ioan. Tornæsio anno 1548. in 8. Eiusdem Eunuchus fabula Latine & Gallice enarrata per Ioan. Ericium cum scholijs, excusa est Lugduni à Ioan. Temporalis 1553.

* Publius Terentius Varro Attacinus in Europa: laudatur à Festo. Idem fertur scripsisse de bello Siciliano librum. Scripsit etiam Satyras vt author est Horatius: & lib. 1111. de Argonautis vt Probus scribit, citatur à Charisio in Nepote. Citatur à Plinio, Iacobus Bergomensis tribuit illi Antiquitatum variarum libros 4. 13. & de culturis Deorum lib. 1. Confundens M. Terentij Varronis, & huius Attacini Varronis scripta.

* Publius Tertius citatur à Macrobio lib. 3. Sat.

Publij Vatinij imperatoris epistolæ 2. ad Ciceronem libro 5. Familiarium.

Publij Vellei Paterculij Historiæ Romanæ duobus volumina, ad M. Vinicium Cos. progenerum Tiberij Cæsaris, per Beatum Rhenanum Selestadien. ab interitu vtrinq; vindicata, Ioan. Frobenius excudit Basileæ, 1520. Accesserunt in calce castigationes quædam Ioan. Alberti Burerij. Beatus Rhenanus præfatur, & vitam authoris describit. Vide C. Velleius Paterculus.

Publij Vergilij Maronis opera, sæpissime impressa cum alibi, tum Basileæ apud Brylingerum, cum plurimis diuersorum annotationibus, & Venerijs cum Nicolai Erythræi indice, vt supra dictum est. Sunt autem hæc: Bucolicorum eclogarum 10. Georgicorum libri 4. Aeneidos libri 12. quibus decimum tertium subtexuit Maphæus Vergilius, his accedunt varia poemata, partim anonyma, partim Vergilij. in obitum Vergilij: laudes hortuli, senarijs. De vino & Venere, De liuore, De cantu Sirenum, De natali die, De fortuna, De Orpheo, De seipso, de aratibus animalium, De ludo, De ærumnis & laboribus Herculis. Argumenta 12. librorum Aeneid. De Musarum in

uentis, elegia in Mecœnatis obitum, epitaphia virorum illustrium, De speculo mira experientia, De quatuor temporibus anni, De ortu solis, De litera Pythagoræ, De signis cœlestibus, summa Bucolicorum, Georgicorum, & Aeneidos. Argumenta 12. librorum Aeneidos, quæ Ouidio Naso ni adscribuntur. Est & non, Vir bonus, elegia de rosa, falso quondam adscripta Ausonio. Culex. Diræ, id est carmen execratorium, ad Battarum. Aetna, Ciris ad Messalam Moretum, siue descriptio condimenti sic dicti. Copa saltatrix puella. Epigrammata in Priapum, quæ quidam Vergilio, quidam Ouidio, plerique diuersis adscribunt. Vitam Vergilij per Ael. Donatum descriptam habemus, quæ cum commentarijs in Vergiliũ excudi solet. Vide etiam Gyraldum. Omnia Vergilij opera nuper Venetijs cum commentarijs 13. excusa sunt in fol. P. Vergilij M. opera cù P. Manutij annotationibus: & G. Fabricij Virgilianæ, lectiois obseruationibus. Antuerpiæ Plautinus in 8. Eadem Theod. Pulmani diligentia correctæ & annotationibus illustrata, ibidem in 16. P. Virgilij Maronis appendix, cum supplemento multorum ante hac nunquã excusorum poematum veterum poetarum: cum Iosephi Scaligeri in eandem appendicem commentarijs & castigationibus. Lugduni, 1573.

Publij Victoris de locis & regionibus vrbs Romæ libellus, siue tabula: Aldus excudit Venetijs, & Platensis Basileæ, 1538. cum Pomponio Læto de antiquitatibus Romæ. Meminit huius libelli Petrus Crinitus lib. 8. cap. 5.

Publij Volumnij carmina citantur apud Plutarchum in vita Marci Bruti.

Pudentiani à Cniculi verba apud Cyprianũ, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Pupperi Gocchiani de libertate Christiana liber, impressus.

Pusilli à Lamasba verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Puteolanus verus I. C. scripsit librum Assessorum aliquot.

Pyamonis collatio de tribus antiquis monachorum generibus, & quarto nuper exorto, impressa cum Ioan. Cassiani Collationibus.

Pyladis Brixiani carmen scholasticum impressum Mediolani, 1539 in 4. char. 7. ex vltima recognitione auctoris. Plura vide in Burcardo Pylade, Pylades Cilix, scripsit de saltationibus, Italica, Comica, & Tragica, & Satyrica. Suidas.

Pyusij sermo de satisfactione pœnitentiæ, cù Ioan. Cassiani Collationibus.

Pyrandrus scripsit aliquot libris Peloponnesiacarum rerum historias, ex cuius libro quarto Plutarchus cap. 70. Agamemnonis, Cassandræ & Orestis historias recitat.

Pyrgion scripsit de legibus Cretensium. Athenæ.

Pyrrho Lipareus citatur à Plutarcho in pro-

blematicibus Romanis.

Pyrrhon Eliensis, citatur ab Athenæo. vide Suidam quoque.

* Pyrrhi Constantinopolitani scripta quædam leguntur in sexta Synodo. Fuit hic Monothelita.

Pyrrhus Epirotarum rex scripsit regiorum commentariorum libros, qui citantur apud a-

puud Plutarchum in eius vita. Idem De instruendis aciebus, scripsit, vt Aelianus refert.

* Pyrrhi Ligorij Neapolitani, picturæ nouæ & veteris Romæ, excusa à Michaelæ Trameziano. Eiusdem Paradoxa contra antiquarios nondum edita. Eiusdem Galliæ descriptio.

Pyrsandri scripta citantur apud Higinum.

* Pythagoras medicus de hernia scripsit, ac de Homero quædam composuit. Laertius Huius forte fuerit liber de bulbis à Plinio philosopho inscriptus.

* Pythagoras quidam alius à superioribus qui Dorice scripserit, à Laertio commemoratur, qui etiam Pythagoram Zazinthium philosophum nominat, à quo emanarit prouerbiũ ipse dixit: & duos sculptores Pythagoras Rheginum vandum, & alterum Samium, & Pythagoram quemdam oratorem non bonum.

* Pythagoras Samius seu Tyrrenus à quo Pythagoræ dicti sunt. Scripsit tria volumina, de institutione, de ciuilitate, de natura. Quod autem nomine Pythagoræ legitur, Lyfidis Tarentini Pythagoræ est. Refert Heraclides Serapionis F. in Sotionis epitome, scripsisse illum versibus de toto, secundum item sacrum sermonem, cuius est initium, O iuuenes tacita colite hæc pia sacra quiesce Tertium de anima, quartum de pietate, quintum Elothalem Epicharmi comici patrem, sextum Crotonem & alios. Porro mysticum sermonem aiunt Hippasus fuisse, qui in iniuriam Pythagoræ scripserit. Plura item ab Astone Crotonate scripta Pythagoræ inscripta esse Ionetiam Chius, aut ipsum cum poema quoddam scripserit, Orphei titulum adnotauisse. Scopiadæ item ipsius esse aiunt, cuius operis initium est. Nullus rex egens esto. Laertius. Plinius Pythagoricæ philosophiæ libros citat lib. 13. Idem tradit Pythagoram philosophum volumem de bulbis condidisse, quo medicas vires collegerit.

40 Eiusdem librum de rubro mari, Athenæus allegat. Symbola, siue Carmina aurea, aurea, quæ circumferuntur nomine Pythagoræ dicuntur à Phalolao esse conscripta. Vide Suidam, & Diogenem Laertium, epistolia etiam quædam Pythagoræ extant, impressa ab Aldo. Pythagoræ & Phocylidis poenata cum duplici interpretatione Viri Amerbachij ex postrema eiusdem recognitione impressit Basileæ Io. Opor. anno 1554. octern 10. & dimid. Ex Pythagoræ scriptis quædam Plinius transcripsit in 20. 23. & quatuor sequentes libros naturalis historię.

50 Pythet sententias citat Plutarchus, in vita Thesei, & Demosthenis.

* Pytheas Atheniensis, orator, homo audacissimus, scripsit conciones & orationes forenses. De hoc plura Suidas.

Pytheas quidam citatur à Plinio 2. 4. & 34. libr.

Pythermi Ephesij historiam Athenęus allegat: item Pythæneti librum de Aegina.

60 Pythocles Samius, scripsit libros Georgicorum, ex cuius libro tertio Plutarchus in parallelis minoribus Hegestrati & Clementis historias transcripsit. Idem in tertio de Cõcordia citatur à Clemente Alexandrino in Protreptico. Et ab eodem alibi libro quarto Italiorum.

Pythonis rhetoris Byzantij meminit Suidas: sed nihil ab eo scriptum commemorat.

Q

Quadratus Atheniensis post Publium martyrem episcopus, cum esset doctor insignis, scripsit inter alia pro Christianis ad Adrianum principem plenum instructione Apologeticum lib. 1. & alia nobis incognita. Hæc Tritemius ex D. Hieronymo. Claruit an. 120.
* *Quelpingtonus* Anglus, Martonensis collegij apud Oxonienses alumnus, scripsit quæstiones, in posteriora Aristotelis lib. 2. Claruit anno Domini 1380. Ioannes Lelandus.

Quietus epistolæ 4. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Quieti à Burus verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

* *Quinctius* Atta citatur à Pompeio Festo.

* *Quintilia* Georgica citat Hierocles in præmio. Item libri *Quintilij* (aliàs *Quintilianij*) citantur in libris Constantini de re rustica.

* *Quintilianus* Mandosij Praxis signaturæ Græciæ, Venetijs apud Franciscum Zilletum, 1571. ab auctore reuisa, meliori ordine disposita; ac multis additionibus locupletata. Eiusdem commentarius super regulas cancellariæ Apostolicæ. Nescio an idem opus cum priore. Additiones in *Lapi Allegationes* ab infinitis modis per *Quintilianum* purgatas, & nonnullis allegationibus ante non editis auctas. Venetijs, 1571.

Quintij Aemiliani Cimbrici carmen in Petri Hædi Anterotica, elegantissimum, ad Cupidinè, impressum est Taruisij, anno 1492. apud Gerardum de Flandria. Eiusdem epicedion in *Fridericum* 111. imperatorem excusum *Argentinae*, anno Domini 1514.

Quintus nomen proprium, aut potius prænomen, per Q. literam initialem designatur.

Quintus epistolæ 2. & 4. & 12. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Quinti Aelij Tuberonis in *Gracchum* orationes.

Quinti ab Aggiva verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

* *Quinti* Apollinaris secreta naturæ à capite ad calcem.

Quintus Asconius Pedianus. vide *Asconius Pedianus*; aliàs *Quirinus Asconius*.

Quintus poeta Romanus; Homeri rhapsodiâ imitatus, eodem carmine atq; eadem lingua Græcum poema scripsit vsq; ad finem belli Troiani, exordiens vbi desinit Homerus, quod opus adhuc extat. Græci *Kvintov* eum vocant. Raphael Volaterranus.

Quinti Calabri derelictorū ab Homero libros 14. Aldus excudit olim Venetijs, cum Tryphiodoro de Ilij captiuitate, & Colutho de raptu Helenæ.

Quintus Cecilius Epeirota, Tusculi natus, Atinici Sactij libertus, primus Romæ Latine disputauit, primusq; Vergilium & alios poetas nouos perlegere cepit. Suetonius.

Quinti Cæpionis oratoris in M. Aemiliū Scau

rum lege Varia oratio, citatur à Charisio.

Quinti Ciceronis de petitione cōsulatus ad M. Tullium fratrem liber, impressus in fine operū M. T. Ciceronis. Eiusdem epistola ad M. Tullium fratrem, & altera ad Tyronem; lib. 6. Familiarium.

* *Quinti* Claudij Quadrigarij anthalium libri citantur à Gellio; hic aliquando *Q. Claudius*, aliquando *Quadrigarius* simpliciter nominatur.

Quinti Curtij de rebus gestis Alexandri Magni regis Macedonum libri 10. desunt autem duopriores, excusi Argentorati apud Schurerium, 1518. & Venetijs ab Aldo, 1520. & Lugd. à Gryphio: & Basileæ à Thoma Vuolfio, 1534. adiectis Desy. Erasmi annotationibus, & Huldrici Hutteni in eodem authore obseruatis floribus in compendium redactis: & similiter Coloniae apud Ioan. Gymnicum, 1538. & 1545. apud Henricum Petri Basileæ adiectis quæ deerant à principio ex *Atriani* & *Diodori Siculi* historijs, item apud Frobenium duobus prioribus libris, qui desiderabantur, à nescio quo adiectis. *Q. Curtius* integrum omnino, non completum aliunde, habet Vuolfgangus Lazius.

* *Quinti* Ennij antiquissimi poetæ Latini hæc scripta citantur, Achilles, siue Achilles Aristarchi, Ajax, Alceste, Alcmæon, Alexander, Ambracia, Amphitryon, Andromachia, Andromeda, Armorum iudicium, Afotus, Cresphontes, Cressæ, Cupiuncula, Epicharmus, Eularia, Erechteus, Eumenides, Hectoris Iytra, Hecuba, Hermaphroditus, Iphigenia, Medea, Melanippa, Nemea, Pancratiaestes, Phœnix, Scipio, Telamon, Telephus, Thyestes. Satyrarum libri, Animalium libri. Sotadici versus, Phageticæ, Saturnium carmen Laudantur hi libri à Varro, ne, Festo, Nonio, Apuleio, Fulgentio, Macrobio, Gellio. Fragmenta Ennij excusa sunt ab H. Steph. cū aliorū veterū Latin. poetarū fragmentis.

* *Quinti* Fabij Luculli Epicum carmen citatur à Fulgentio de vocibus antiquis.

Quinti Fabij Pictoris de aureo seculo, & de origine vrbe Romæ, eiusq; descriptione li. 2. impr. Basil. à Bebelio 1530. cum Myrsilo Lesbio, &c. Iidem libri cum cōmentarijs Ioan. Annij Viterbiensis excusi sunt Antuer. anno 1552. *Q. Fabius*, Punico bello clarus scriptor rerum Roman. Græco sermone: vide Dionysij Halicarnassei præfationem, apud Suidam nominatur *Q. Fabius Pictor* 1. Pontificij iuris citatur à Macrobo. Sat. 3.

* *Quintus* Fabius Maximus Seruilius Pontifex libro XII. citatur à Macrobio 1. Saturn.

Quinti Hircij scripta allegantur apud Plinium lib. 19. naturalis historiae.

Quinti Horacij Flacci, qui Cæsaris & Augusti tempore in vrbe floruit, opera excusa Venetijs ab Aldo. Argenting 1498. cum cōmentarijs Iacobus Locher. Basileæ 1527. apud Curionè, cū scholijs Acronis, & rursus cū Acrone & Porphyrione apud Henr. Petri 1545. Venetijs eodem anno cū plurimis diuersorum cōmentarijs. Parisijs apud Colingum 1540. cū libello Nic. Perotti de metris odarum Horacij. Coloniae 1541. cū annotationibus. * Eadem opera Lipsiæ excusa sunt illustrata argumentis & castigationibus Georgij Fabricij Chemnicensis. In officina Aldi cū

annotationibus M. Anton. Mureti. Parisijs cum doctissimis & copiosissimis Dionysij Lambini commentarijs. Antuerpiæ ex officina Plantini. Ibidem Satyræ emendatæ ex XI. codic. cum antiquis commentarijs, 1573.

* *Quintus Hortensius* in poematis laudatur à Varrone.

* *Quinti Iulij Hilarionis* libellus de Danielis hebdomadibus, manuscriptus extat in bibliotheca P. Pithœi.

Quintus Lelius grāmaticus adducitur à Char. * *Quintus Lucatius Catulus* citatur à Varrone in libro de Latina lingua, Extat autem apud Gellium, Catuli carmen lib. 19. cap. 9. & ab alijs citatur Q. Catuli liber de consulatu & rebus gestis suis ad A. Furium poetam.

* *Quinti Marij Corradi Martiani*, de lingua Latina ad Marcellum Corradum fratrem lib. 12. Venetijs anno 1569. in octavo.

Quinti Metelli Nepotis proconsulis, epistola 20 duæ ad Ciceronem lib. 5. Familiarium.

* *Quinti Metelli Numidici* Orationes laudantur ab A. Gellio. Quam in censura dixit ad populum, de ducendis vxoribus, Quam de triumpho suo dixit, Accusationis in Valerium Messalam lib. Aduersus Cn. Manlium tribunum plebis, Item eiusdem exulis epistola ad Cn. & L. Domitios. Citantur etiam Metelli pontificis indices 4. à Macrobio.

Quinti Mutij Scæuolæ veteris I. C. libri 18. & 30 ^{prop} lib. 1. citantur in Digestis iuris.

Quintus Rhēnius Palæmon Veicerinus, Grammaticus & poeta insignis, poemata varia, nec vulgaribus metris, ex tempore scripsit, Cuius vitam describit Suetonius de claris Gram. in fine.

Quinti Rhemnij Fannij Palæmonis, Grammatici antiqui, de ponderibus & mensuris libellus hexametris conscriptus, impressus Parisijs apud Colinæum, cum Q. Sereno Samonico. Eiusdem de summa grāmaticæ libellus, excusus olim Basileæ, apud Adam Petri, cum aliquot alijs antiquis grāmaticis.

Quinti Saturnini iureconsulti scripta citantur apud Pomponium.

Quintus Septimius Romanus, Dictys Cretensis de bello Troiano libros sex Latinos fecit, vt supra diximus.

Quinti Septimij Florentis Tertulliani, Carthaginensis presbyteri, opera per Beatum Rhenaanum Seletstadie sem à situ vindicata, adiectis singulorum librorum argumentis, nouisq; annotationibus exposita: excusa Basileæ in officina Frobeniana, 1539. Sunt autem hæc, quæ extant, eius opera: de patientia lib. 1. de virginibus uelands lib. 1. de carne Christi lib. 1. de habitu muliebri lib. 1. De resurrectione carnis lib. 1. De cultu scæminarum lib. 1. De præscriptione aduersus hæret. lib. 1. ad vxorem suam lib. 2. aduersus Iudæos lib. 1. de fuga in persequutione lib. 1. aduersus Marcionem lib. 5. ad Scapulam lib. 1. aduersus Hermogenem lib. 1. de exhortatione castitatis lib. 1. aduersus Valentinianos lib. 1. de Monogamia lib. 1. aduersus Praxeam lib. 1. de pallio lib. 1. de corona militis lib. 1. Apologet. aduersus gentes lib. 1. excusus etiam ab Aldo cum Lactantio Firmiano, ad mar-

tyres lib. 1. de pœnitentia lib. 1. Tritemius præter superiora nominat etiam, Contra omnes hæreses lib. 1. cuius initium sit, Diuorum hæreticorum. Addit & alios quinque libros, de spectaculis, de ecstasi, de pudicitia, de ieiunijs, aduersus Apollonium: sed horum initia, vt pote non extantiu, nulla apponit. Floruit circa annum 160. vel iuxta Tritemium, 200. Q. Septimij Florētis Tertulliani opera audiora excusa sunt Parisijs, & deinde 10 Basileæ in officina Frobeniana, emendatis prærisq; locis ex antiquissimo exēplari quod in Britannia Iōā. Lelandus repertum Frobenio communicauit. Accesserunt autem in hac vltima editione hi libri: De Trinitate lib. 1. De testimonio animæ lib. 1. De anima li. 1. De spectaculis li. 1. De baptismo lib. 1. Contra Gnosticos Scorpia cum lib. 1. De idololatria lib. 1. De pudicitia lib. 1. De ieiunio aduersus Psychicos lib. 1. De cibis Iudaicis epistola. De oratione lib. 1.

* *Quintum Tertullianum* De faco citat Fulgentius de vocibus antiquis. Tertulliani contra Martionem libri quinque; carmine scripti, cum Christianorum poetarum veterū operibus editi sunt à Georg. Fabricio, anno D. 1562. Tertulliani operum editionem nouam expectamus à Theodoro Beza, collatione V. C. C. emendatam & annotationibus eius illustratam.

Quintus Serenus Samonicus, Gordiani iunioris præceptor fuit. Eius meminit Spartianus in Caracalla, cuius libri plurimi extant. Macrobius quoq; Saturnalium tertio, carmina quædam de vrbibus deuouendis in libro quinto Reconditorum Samonici Sereni reperisse se ait: Eius autem de medicina, siue de curandis morbis à capite ad pedes, capita 65. versibus hexametris descripta; Aldus excudit Venetijs, & Colinæus Paris. 1533. cum annotationibus Io. Cæsarij, & Frosch. Tiguri cum commentarijs Gabr. Humelbergij, 1540. vide Gyraldum, qui alium putat esse Q. Serenū, & alium Sammonicum Serenum.

Quinti Terentij Scauri veteris Grammatici, de orthographia liber, impressus Basileæ apud Adam Petri olim, cum Rhemnio Palæmone, & alijs. Idem in poeticam Horatij decem libris committatus est, vt ex Charisio liquet, Scripsit de Celsij vindicis erroribus vt Gellius refert. Vixit Adriani tempore.

Quintus Tubero I. C. Offlij auditor, plurimos reliquit publici priuatique iuris commentarios, sermone antiquissimo descriptos. *Quinti Tuberonis* scriptis vsus est Plinius secundo Naturalis historiae libro.

Quintus Valerius Soratus carmine quædam scripsit, à Cicerone doctissimus togatorum nominatur: citatur etiam à Varrone.

Quiricus de Augustis de Thertona, artium & medicinæ doctor, scripsit Lumen apothecariorum, impressum Lugduni, 1528. cum Ioan. Iacobi Manlij Luminari maiori, &c.

Quirinus Asconius Pedianus, vide Asconius: aliàs *Quintus Asconius*, quod magis placet.

Quoduultdei epistola ad Augustinum, petentis vt hæreseon catalogum describat, ante idem Augustini opus in principio Tomi sexti eius operum habetur.

Rabanus Anglicus monachus, summusq; theologus, præful Meldensis, Bedæ discipulus, tempore Ludouici Pij & Gregorij V. scripsit in librū Paralipomenon 2. & Machabæos. Raph. Volaterranus, & Platina in Gregorio 4. Apparet omnino eundem esse cum sequente Rabano, quāquā diuersa quædā ceu de duobus Rabanis scribatur, cū ille Anglicus, hic Germanus dicatur, etc.

Rabanus Maurus, archiepiscopus Mogūrinus, ex abbate Fuldensis monasterij, ordinis sancti Benedicti, natione Germanus ex ciuitate Fuldensi in Buchonia, Albini Anglici quondam auditor: scripsit in omnes veteris ac Noui testamenti libros, item de laude sanctæ crucis li. 2. ad Haymonem episcopū de vniuerso li. 22. de vniuersali natura li. 1. de institutione clericorum li. 3. de diuinis officijs li. 1. de computo dialogum li. 1. ad Ludouicum regem li. 1. de questionibus canonum li. 1. ad Heribaldum episcopum li. 1. de benedictionibus patriarcharum li. 1. epistolarum ad diuersos li. 1. sermonum innumerabilium penē li. 1. Addit præterea Ioannes Baleus, de corpore & sanguine Domini li. 1. de naturis rerum li. 5. de ortu & moribus Antichristi li. 1. de signis natiuitatis Domini li. 1. de virtutibus numerorum li. 1. Claruit ann. 856. quo etiam prope Mogunciam obiit. Eius de institutione clericorum ad Heistulphum archiepiscopum li. 3. de septem signis natiuitatis Domini li. 1. de ortu, vita, & moribus Antichristi li. 1. Thomas Anselmus excudit Phorcæ in Germania, 1505. Commentarij in Pentateuchum, excusi, item in Genesim & Exodum, Colonia, collegit autem interpretationes ex Ambrosio, Augustino, Hieronymo, Isidoro, Beda, Gregorio, &c. quibus destitutus, suam addidit. item in Numeros li. 4. in Deuteronomium li. 4. excusi Colonia, apud Io. Prael, 1532. Commentaria in Hieremiam prophetam, Hen. Petri excudit Basileæ, 1534. de laudibus S. Crucis opus ad Sergium papam, excusum Phorcæ, 1503. Apud Thomam Anselmum. Commentarij eius in Ecclesiasticum, impressi Parisijs à Simone Colinao venduntur 8. solidis Gallicis. Scribit Platina Rhabanum sub Gregorio 4. pont. Romano vixisse, cū omnium Sanctorum celebritas est instituta: condidit quæ de re à Rhabano sermonem, quem nūc etiam legimus. Rabani libri de rebus gestis à Chlorario Ludouico & Carolo Ludouici primi filijs, carmine heroico scripti, extant Viennæ apud Vu. Lazium. De rerum naturis, & verborum proprietatibus, & de mystica rerū significatione li. 22. apud M. Drefferum. Rabanus de officijs diuinis liber olim impressus in quarto, & nuper Colonie cum alijs veterum scriptis de eadem materia, in folio. De sacramento Eucharistiæ libellus ibidem impressus, 1551.

* Rabani Bonbelli historia de virgine Maria: impressa.

* Rachan filius Dybe, chymista, citatur ab Horulano philosopho.

Radeuicus Frisingensis ecclesiæ Canonicus, scripsit de rebus gestis Friderici primi Rom. imperatoris lib. 2. qui vnā cum Othone Phrisingensi

excusi sunt Argentinae apud Schulerium, anno 1515. & Basileæ apud P. Pernam.

* **Radulphus Acton**, cuiusdam ecclesiæ præpositus apud Anglos venerabilis, scripsit expositionem euangeliorum Dominicalium lib. 1. Homilias morales in epistolas lib. 1. Homilias alias de tempore lib. 1. Sermones de sanctis lib. 1. De comuni sanctorum lib. 1. In epistolas de sanctis lib. 1. Atque alia nonnulla. Ioannes Lelandus.

10 * **Radulphus** de S. Albano monachus, scripsit Historiam Alexandri Macedonis lib. 5. Vitam Diui Albani lib. 1. vixit anno 1151.

* **Radulphus Alemanus** Anglus, scripsit Ad diuersarum nationum fratres Epist. plures. Obijt anno 1277. Baleus.

* **Radulphus Baldock**, scripsit Historiam Anglicam lib. 1. Claruit anno 1313. Baleus.

* **Radulphus Bockynge** Cicestriensis, scripsit Vitam Ricardi Episcopi lib. 1. Sermones quoque lib. 1. Vixit anno 1270. Baleus.

20 * **Radulphus Camerianus**, Germanus, Carmelita, scripsit ad archiepiscopum Salzbürgensem in ciuitate Frisancensi, de futuris euentibus lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1348. Nordouici bibliotheca. Hic eodem tempore floruit, quod Ioannes de Rupe scissa, Franciscanus, desolationem ecclesiæ prædixit.

Radulphus Cicestrius ex Sudofaxiæ comitatu natus, descripsit vitam S. Ricardi episcopi Cicestriensis. Vixit 1270.

30 * **Radulphus Cöggeshale** Cisterciensis ordinis monachus, scripsit Additiones Radulphi Nigri librum 1. Chronicon terræ sanctæ librum 1. Super quibusdam visionibus lib. 1. Claruit anno 1228. Baleus.

* **Radulphus Eleemosynarius** monachus, scripsit Homilias epistolarū li. 1. Homilias Euangeliorū li. 1. De peccatore li. 1. Claruit anno 1150. Baleus.

40 * **Radulphus Flauiacensis**, monachus S. Benedicti, scripsit in Leuiticum lib. 20. in epistolas Pauli lib. 14. Chronicorum lib. 1. historiarum Francorum lib. 1. eius commentaria in Leuit. excudit Quentel, Colonia.

* **Radulphus Fresburue** Anglus, scripsit Epistolas eruditas lib. 1. Pia quædam monira lib. 1. Claruit anno 1274. Baleus.

Radulphus Hygeden, ex occidentali Anglia ortus, monachus Benedictinus, scripsit opus iuxta dierum ac mundi ætatum numerum, quod Polychronicon vocauit, distinctum in lib. 6. & alia quæ enumerantur apud Baleum in eius vita. Claruit anno Domini 1342.

50 * **Radulphus Kelley** Anglus, Archiepiscopus Cassellensis, scripsit In iure Canonico lib. 1. Epistolas familiares lib. 1. Vixit anno 1342. Baleus.

* **Radulphus de Longo campo**, Anglus, scripsit commentarios in Anticlaudianum lib. 1. Ioannes Frumentarius.

* **Radulphus Matham** monachus, scripsit Manipulum chroniconum lib. 7. Indices amplos in eadem chronica lib. 2. Conciones plures lib. 1. Claruit anno 1380. Baleus.

Radulphus Niger ex Sudouolgia, scripsit Chronicon succinctum lib. 1. Chronicon à condito mundo lib. 1. Gesta Ioannis Regis lib. 1. Initia regis

- Henrici tertij lib. 1. De regibus à Guilhelmo lib. 1. Super Petateuchum lib. 7. Super historias regum lib. 24. In Paralipomenon epitomen lib. 2. De tribus vijs Hierosolymæ lib. 4. Pantheologi con lib. 1. Interpretationes Hebræorum nominum lib. 1. Remediariuū in Esdras lib. 1. De militari lib. 1. De quatuor festis Mariæ lib. 1. claruit anno 1217. Baleus.
- * Radulphus Radiptorius, Anglus minorita, scripsit in sententias lib. 4. quæstiones ordinarias li. 18. 1. lecturas scholasticas. Vixit anno Domini 1350.
- * Radulphus Roffensis Ecclesiæ Episcopus Anglus, scripsit quasdam Homiliâs lib. 1. Baleus.
- Radulphus de Dizeto, natione Anglus, vir diuinarum humanarumq; rerum doctissimus, scripsit Anglorum Chronica. Claruit ann. D. 1200.
- * Radulphus Spaldingus Anglus, Carmelita, composuit super Aristotelis elenchos lib. 2. Determinationes scripturæ lib. 1. Sermones quoq; plures lib. 1. Claruit anno 1390. Baleus.
- * Radulphus Stroodus monachus, scripsit Consequentiæ formulas lib. 1. Sophismatum strophas lib. 1. Sūmulas logicales lib. 1. Positiones an. contra Vuicleuum, & alia. Claruit anno 1370.
- Raherius episcopus à rege Hugone in exilium missus, quod Boarijs fauerat, librū de suis ærumnis aliaque multa edidit, teste Sigeberto in Chronicis. Claruit anno Domini 932.
- Raimundus. vide Raymundus.
- Rambam ita nominat Hebræi suum Rabi Mo= 30 sen Aegyptium Maimonis filium, sicut alterum R. Molen Gerundesen Nahmani F. Ramban nominant.
- Raimundus Fruiger, scripsit de religiosis sectis ac regulis. Vide Raymundos.
- Ranulfus quidam transtulit Auicennam.
- * Ranulphus Glannuyle Cestrig Comes in vitroque iure eruditus, scripsit De legibus Angliæ lib. 1. Claruit anno 1230. Baleus.
- * Ranulphus Hygden in occidentali Anglorum patria oriundus, monachus, scripsit Polychronicon lib. 7. Pædagogicon Grammatices lib. 1. Distinctiones Theologiæ lib. 1. Speculum curatorum lib. 1. Expositionem super Iob lib. 1. In Cantica canticorum lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Determinationes sub compendio lib. 1. Abbreuiationes chronicorum lib. 1. Ex Guilhelmo Stephanide lib. 1. Mappam mundi lib. 1. In literam Calendarij lib. 1. Vixit anno 1363. Baleus.
- * Ranulphus Lockesley monachus Fræciscanus, 50 scripsit Lecturam sententiarum lib. 4. De paupertate Euangelica lib. 1. Super Aristotelis philosophica lib. plures. Vixit anno 1310. Baleus.
- Ranulphus episcopi Arusiensis regimen cōtra pestilentiam seu epidimiam.
- Raphael Cumanus, iuris ciuilis insignis professor, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. Consiliorum quoque lib. 1. & complura alia. Consilia eius impressa sunt. Discipulus fuit Christophori de Castiliano, & claruit Patauij, anno Domini 1416.
- * Raphaelis Cyllenij Tabulæ rhetoricæ, quibus omnia, quæ ab Aristotele tribus de arte dicendi libris, & à Demetrio Phalereo suo de elocutione libello tradita sunt, præcepta fidelissime expli-

cantur. Venetijs, 1571. in folio. Eiusdem 3. Orationes, 1562. in octauo.

Raphael Fulgosius, natione Placentinus, scripsit super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. super ff. nouo lib. 12. consilia multa lib. 1. & quædam alia, quæ impressa sunt: & commentarij super 2. ff. veteris impressi. Allegatur aliquando simpliciter Fulgosius. Claruit Patauij, anno 1416.

Raphael Musæi epistola in M. Lutheri defensionem, impressa Basileæ ab Adamo Petri, 1522.

Raphael de Pernionibus, scripsit in locum 3. Cod. de Con. si. deb. l. inter chartulas.

Raphael Placentinus Iustineus, scripsit Armeados libros 10. cum alijs opusculis excusos in Italia.

Raphael Regius, natione Italus, vir doctissimus, scripsit in Quintilianum correctiones lib. 1. de laudibus eloquentiæ lib. 1. in epistolam vnam Plinij li. 7. contra Ioan. Calphurniū lib. 1. in eundem dialogum lib. 1. orationes varias, epistolas quoque multas. eius commentaria in Ouidij Metamorphosin impressa Venetijs apud Scotum, 1493. & apud Ioan. Tacuinum ibid. 1518. & alibi. Eius etiam trāslatio Odyssæ Homeri, sermone soluto, impressa Lugduni à Gryph. 1541. ex Plutarcho transtulit dicteria Laconica, apophthegmata regum ac imperatorum: habentur impressa cum cæteris diuersorum ex Plutarcho translationibus. Basileæ apud Cratandrum, Lugduni, & alibi. Castigationes in Quintilianum, impressæ Parisijs apud Ascensium. Idem scripsit problemata 200. Panegyricum in rhetoricam Ciceronis. Oratoriam institutionem. An rhetorica falso sit inscripta ad Herennium. Claruit autem Patauij, anno 1494.

Raphael Seiletus Augustanus, Geryonis filius, iuuenis doctus, è Græco in Latinum transtulit Cydonij de contemnenda morte orationem: item Hermiæ philosophi irrisionem gentilium philosophorum: Ioannes Oporinus impressit, anno 1553. in 8. Græce & Latine. Idem edidit Remissiones vel relegationes, instar Mercurialis staturæ indicantes quoque textuum iuris ciuilis, veri, perspicui, solidique intellectus locò, vltra ordinarias leges, à diuersis iuris interpretibus traditi ac explicati sint: Francofurti, 1571. in folio. Item Decisiones seu sententias Cameræ Imperialis, ab anno 1495. vsq; ad annum 1570. collegit & edidit, lingua Germanica. Francofurti, 1572. in folio 10. mis duobus.

* Raphael Verustus, De potestate Papæ super coniugijs in gradibus lege diuina prohibitis.

Raphaelis Volaterrani commentariorum vrbanoꝝ octo & triginta libri, item Oeconomicus Xenophontis eodem interprete: opus excusum Basil. in officina Frobeniana, 1530. & rursus 1544. Hæc antea erant excusa omnia Parisijs, apud Iodocum Badium, & Conradum Reschium, anno 1526. de principijs ducisq; officio lib. 1. seorsim excusus Basileæ à Rob. Vuinter. & iterum apud Oporinum cum Onofandri Platonici de optimo imperatore libello, anno 1541. Præter Xenophontis Oeconomicum, transtulit etiam è Græco Gregorij Nazianzeni monodiam, seu fœnebrem orationem, Basilij oratiunculas decem. Eiusdem

Eiusdem instituta monachorum, ut ipse testatur, mentionem faciens Gregorij Nazianzeni in Anthropologia sua. Procopij Cæsariensis de bello Persico lib. 2. & de bello Vandalico totidem, impressos Basileæ apud Hervagium, 1531. &c. Eiusdem de fide Christiana lib. 10. impressi sunt olim in Italia, Romæ puto. Insunt autem non pauca (ut audio) ex Græcis theologis translata. Claruit anno 1503.

Raphaelis Zauenzonij sapphica ode de morte Christi, & aliqua impressa sunt carmina.

Rasis medicus Arabs, alias Rhazis, à nonnullis citatur Almanforis nomine: in libris eius impressis nominatur Albuberri Arazi filius Zacharia, Rhazæ experimentatoris lib. de pestilentia, diuisus in cap. 15. quæ enumerantur in præfatione Georgij Vallæ Placentini, qui id opus ex Arabico sermone redditum Græce, Latinum fecit: impres. Basileæ à Cratandro, 1529. cum Psello de ratione victus, &c. Opera aliquot Rasis, impres. Venetijs, apud Bonetum Locatellum, 1497.

cum alijs quibusdam R. Mossi, Damasceni Hippocratis, & Zoari libris. Sunt autem hæc que Rasis edidit: liber inscriptus Almanfor, eo quod regis Mansoris Isaac filij iussu editus est. cuius librum nonum Andreas Vesalius docte & eleganter ex barbaro & obscuro Latino fecit, liber diuisionum translatus à Gerardo Cremonensi de Arabico in Latinum, de iunctarum ægritudinibus. de ægritudinibus puerorum. Aphorismi, antidotaria. de præseruatione ab ægritudine lapidis. introductorium medicinæ. de sectionibus, cauterijs, & ventosis. Casus quidam, qui ad manus eius peruenerunt, synonyma, sive dictionarium vocabulorum Arabicorum, ordine literarum, tabula omnium antidotorum, quorum meminit Rasis in suis operibus. De proprietatibus, iuuamentis, & nocumentis 60. animalium, liber aggregatus ex dictis antiquorum, per capita 56. Cunctorum ante se scriptorum commentarios ingenti volumine coegit, quod medici continentem vocant, quod cuncta contineat. Raph. Volaterranus Rasis autem omnia opera, præter continens. Basileæ excudit Henricus Petri. Rhazæ liber de pestilentia, ex Syrorum lingua in Græcam translatus, Græce excusus est Parisijs à Roberto Stephano cum Alexandro Tralliano, & Iacobi Goupyli in utrunque castigationibus.

Rathbertus Pascasius abbas Corbeiensis, scripsit de sacramento altaris lib. 1. vitam S. Adalhardi episcopi, in Threnos Hieremiæ prophetæ. Transtulit etiam multa è Græco in Latinum sermonem. Claruit anno 1480.

Rathbodus episcopus Traiectensis, natione Germanus, scripsit laudes sancti Martini lib. 1. laudes sancti Bonifacii episcopi lib. 1. de sancta Amalberga lib. 1. homiliarum & sermonum lib. 1. de S. Vuilibrordo flores lib. 1. Integrum quoque de sancti Martini translatione officium composuit, & varios cantus in honore sanctorum. Claruit ann. 917.

Ratherius ex monacho Lobienfis cœnobij, post Hildouinum, episcopus Veronensis, scripsit de primo suo exilio lib. 1. alium de secundo prænotatum Frenefis lib. 1. alium qui vocatur inefficax lib. 1. de Corpore & sanguine Domini lib. 1. con-

tra Anthropomorphitas li. 1. agonisticon id est præloquiorum lib. 6. confessionum quoque lib. 1. vitam S. Ursuari Lobien. lib. 1. Vixit anno Domini 930.

Rathulffus, vide Radulphus.

Raymundus Barchinonensis, à Gregorio 9 pont. accersitus, Decretales quæ sparsæ fuerant, in volumen coegit, quo videntur hodie. Scripsit quoque Summam de penitentia & sponsalibus. Vide supra in Gregorio nono, & inferius Raymundus de Penaforti est enim idem author. Claruit anno 1230.

Raymundus de Penaforti, natione Cathalanus, siue Prouincialis, iussu Gregorij papæ noni compilauit Decretales iuris lib. 5. summam decalibus lib. 3. constitutiones ordinis sui lib. 1. Citatur etiam scriptum eius de bello & duello. vide supra Raymundus Barchinonensis: est enim idem author. Claruit anno 1230. Raymundi de Penaforti ordinis Prædicatorum Summa casuum. Item De bello & duello.

* Raymundus Boquerius, Gallus, patria Narbonensis, vicesimus, Carmelitarum magister generalis, scripsit contra quendam apostatam lib. 1. Et alia. Obijt Perpiniani, anno Domini 1388. Ioannes Grossus.

Raymundi Summula breuissimo compendio sacramentorum complectens mysteria, de sortilegijs, simonia, furto, rapina, vitura, atque varijs casibus (quæ in plurimis iuris codicum voluminibus confusa disperguntur) resolutiones abunde tradens: pastoribus, sacerdotibus & omnibus religiosjs summe necessaria. Liber hac inscriptione impressus est Colonia, apud Henricum Quentel, anno Domini 1502, in quarto, chartis 29. Continet autem versibus hexametris barbaris, & barbaro commentario expositis. Versus primus hic est: Summula de summa Raymundi prodijt ista. Nimirum quod hic liber paruus sit si summe Raymundi quam is prosa scripsit comparatur.

Raymundi Cardinalis liber de actis suis Lubeci, & in Dacia, & alij varij libelli, impressi olim in Germania.

Raymundi Cardinalis Gurcensis, sedis apostolicæ legati, liber de dignitate sacerdotali, super omnes reges terræ, excusus absque libri titulo & typographi nomine.

Raymundus de Forliuio, scripsit de interpretatione legum.

Raymundus Lullius, Eremita, natione Maioricensis, claruit circa annum 1311, ac plurima cum in Theologia tum in omni philosophiæ genere scripsit: exiit publice vita eius descripta à Carolo Bouillo in qua hi eius libri commemorantur. Liber gentilis. Alius liber gentilis. Liber contemplationis. Alius liber contemplationis. Ars compendiosa lib. 2. Ars magna. Ars inuentiua. Ars demonstratiua. Ars decem propositionum. Tabula generalis. Ars breuis Doctrina puerilis. Liber Blaqueriæ. De mirabilibus. De Maria virgine. De angelis. De Antichristo. De amico & amato. De arte amatoria. De philosophia amoris. De tertia figura. De principijs. De prima & secunda intentione. Logica breuis. Logica noua. De homine. De medicina peccati. De tartaro. Disputat

tio fidei & intellectus. De intellectu lib. 2. De libera voluntate. De memoria. De anima. De refrigerio intellectus. De ascensu & descensu intellectus. De principijs theologiæ. De principijs philosophiæ libri 10. Ars philosophiæ. De philosophia. Liber prouerbiorum. Artis medicinæ lib. 2. Artis iuris lib. 2. Liber significationis. Liber luminis. Ars consilij. Ars nauigandi. Ars astronomiæ. De erroribus Boerij & Fulgerij. Ars predicandi. De militia. Quæstiones sententiarum. De prædestinatione. Disputatio Raymundi & hominis Sarraceni. De his quæ de Deo sunt credenda. De Trinitate & incarnatione. De proprietatibus Dei. Liber Clericorum. Prædicatio contra Iudæos. Ars diuina. De potentia obiecto & actu. De duratione. De beatitudine. Liber Chaos. Liber quæstionum. De sexto sensu. Liber naturæ. De substantiâ & accidente. Excusatio Raymundi. De fine. De terra sanctâ. De articulis fidei. De septem sacramentis. Rhetorica noua. Liber articulo-
culorum. De intellectu Dei. De quinque sapientibus. De Deo. Ars notanda. Ars electionis. De diuina & indiuidua maiestate. De experientia realitatis. Liber Phantastici. De concordia fidei & intellectus. De qualitate actuum animæ in beatitudine. De proprijs & communibus actibus. De perfectitate. De diuinis personis. De potestate diuinarum rationum. De nominibus differentiarum personarum. De sufficientia trium personarum. Ars mystica. De peruersione entis tolle-
da. Metaphysica noua. Liber physicorum. De ignotis corrolarijs. De naturali modo intelligendi. Supplicatio Raymundi. De conuersione subiecti prædicati & mediij. De ente infinito. De possibili & impossibili. Contra Auerroÿm. De fallacijs. De centum syllogismis contradictorijs. De natali. De lamentatione. De diuina unitate. De efficiente & effectu. De facili sciëntia. De quæstionibus sapientiæ. De Deo & vniuerso. De forma
Dei. De substantiâ & actione Dei. De quæstione
alta & profunda. Libri alchymicæ. Horum librorum maior pars in ædibus Ascensianis varijs temporibus impressa est. Præterea alibi editi sunt. Ars magna generalis & vltima, quarumcunque artium & scientiarum ipsius Lulli auctrix & clauigera, Lugduni apud Iacobum Me-
rechal, 1517. Ars breuis ibidem. De secretis naturæ siue quinta essentia lib. 1. Argentorati, apud Balthasarem Bek. De Alchymia lib. 3. Apertoriũ, Magica naturalis. De secretis naturæ seu de quinta essentia libr. 1. Norimbergæ, 1546. in quarto
chartis 28. Fertur quodq; non tantum Latine sed Hispanico quoque & Arabico idiomate complures libros scripsisse, qui hic non sunt enumerati, neque vulgo noti. Eius libelli aliquot Chemici, nunc primum in lucem editi opera M. Toxitæ, Basileæ per P. Pernam, 1572.

Raymundus Marlianus, scripsit indicem ordinẽ literarum, quo explicat nomina populorum & locorum Gallicorum, ac finitimorum Gallijs, quæ apud Iulium Cæsarem & Tacitum leguntur: addit plerumque vocabula hodie vsurpata, & alia scitu iucunda: aliquoties iam impressa, cum commentarijs C. Iulij Cæsaris.
* Raymundus Michridates Romanus de tropis

Hebraicis citatur à Munstero.

* Raymundus Pius Fichardus, collegit Receptarum sententiarum communium opinionum iuris reconsultorum, volumen: tomus secundus continens communes opiniones Viuij Benedicti de Benedictis & Iulij Clari, editus est Francofurti, 1569. in folio.

* Raymundus de Podio, comitis Podiensis Capellanus, scripsit de obsidione Hierosolymæ per Francos libr. 1. Anno ab incarnatione Domini 1091. Londini bibliotheca.

Raymundus Sebeide, natione Hispanus, scripsit creaturarum, siue de homine lib. 1. quæstiones disputatas lib. 1. Claruit anno 1430. Eius theologia naturalis, siue liber creaturarum, &c. impressus Parisijs, 1509. apud Io. Paruum, & alibi. Raymundi Sebundij Viola animæ, per modum dialogi inter Raimundum Sebundium, artium, medicinæ, & theologiæ professorẽ, & Dominicum Seminuctbium, De hominis natura tractans, ad cognoscendum se, Deum, & hominem: & omnem debitum quo Deo obligatur & proximo. Opus impressum Colonia apud Henricum Quentel, anno Domini 1501. in 4. chart. 21. Idem argumentum in theologia naturali siue libro creaturarum antea tractauerat, & nunc reperit dialogi forma.

Raymundus Senilis, scripsit in locum 2. ff. noui, de verborum significatione. I. eum qui vestigal.

Raymyri Gaditani diuinatio sideralis, excusa.

* Rainaldus Carsus I. C. edidit Consilia & quæstiones Oldradi de Ponte Laudensis cum expunctionibus, castigationibus, & additionibus nouis, ab antiquis separatis & asterisco notatis, &c. Venetijs, 1570. in folio. Idem scripsit Indagationum iuris libros tres, editos Venetijs, apud Ioan. Andream Valuasorem, 1568. in octaui.

Raynerius de Forliuio I. C. Bartoli præceptor, scripsit summam. Singularia & cautelas super 2. ff. veteris. De iureiurando I. admonendi. de condi. cau. data. De condi. indebiti. De condi. sine causa. De condi. ex lege. De eo quod certo lo. De condi. pecu. Commodati, Super 2. Codicis De sentent. quæ pro eo quod interest. De interpretatione iuris. De propositionibus maioribus & minoribus. De substitutionibus. Consilium vnum in fine consiliorum Signoroli de Homodeis. Hunc quidam Rainaldum alij Raymundum vocauerunt. Lectura super 1. & 2. ff. noui impressa est anno 1569. cum additionibus plurium doctorum.

Raynaldus Lonzone, scripsit de syndicato.

Raynerius, vide Reinherus.

Raynerius Snoygoudanus, Psalterium Davidis paraphrasi illustrauit, quæ verbis psalmorum minusculis literis inserta est. liber excusus Lugduni, 1540. apud Frellæos. & Parisijs apud Ioannẽ Roygni, anno 1549. & Venetijs, 1572. in 8. Claruit anno 1534.

* Realdi Columbi Cremonensis, de re anatomica libri quindecim, qui continent ea quæ raro in anatome conspiciuntur.

* Rebnitzij Quodlibetum. M. Dresserus.

Rebuffi cuiusdam extant Concordata in iure. Eiusdem Repetitio quædam impressa Parisijs, apud Chevallon, anno 1534.

* Reginaldus Gonsaluius Montanus scripsit libellum

bellum de inquisitione Hispanica, Heidelbergæ excusum.

* Reginaldus Langham, Anglus, Minorita Nordouicensis & Cantabrigiæ Doctor, scripsit Conclusiones sententiarum lib. 4. Contra Eadmundum monachum lib. 1. Contra Ioannem Heidon Carmelitam lib. 1. Contra Andream Bingham Dominicanum lib. 1. Lecturas 30. bibliæ lib. 1. Determinationes quoque lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1410. Nordouici bibliotheca.

* Reginaldus monachus ad fanum Augustini Cantuariæ, carmine scripsit, Super Malcum Byzantium lib. 1. Nicolaus Brigam.

Reginaldus Perock, Anglus, Alaphesis primus, & deinde Cicestriensis episcopus, scripsit de providentia Dei lib. 1. de libertate Euangelij lib. 1. de secularium potestate lib. 1. contra dotationem clerici. de æqualitate ministrorum. de legibus & doctrinis hominum. de vtriusque speciei communiōne. contra mendicitatem impiam. Ob fidei demum confessionem Londini ad perpetuos carceres damnatus, anno 1477 miserè interiit. Collestanea quedam ex Reginaldi Pecoki (ita enim illic scribitur, non Peroki) episcopi Cicestriensis opusculis exultis conseruata, & ex antiquo plegmate descripta: impressa sunt Argentinae cum historia ecclesiastica Ioan. Foxi.

* Reginaldus de Piperno, Anglus, Dominicanus, scripsit in Ioannem, postillam lib. 1. Et alia. Ramesiæ bibliotheca.

* Reginaldi Poli Angli, Cardinalis, libri duo, primus de Concilio, alter de reformatione Angliæ, impressi sunt Venerijs à Paulo Manutio, & postea Dillingæ, 1562. in octauo. Eiusdem de summo pontifice Christi in terris vicario, eiusque officio & potestate, liber singularis in modum dialogi conscriptus Louanij, 1569. Epistolæ quatuor in volumine epistolarum clarorum virorum. Pro ecclesiasticæ vnitatis defensione lib. 4. in Italia primum & postea Argentinae editi, anno 1555. in folio. *Accl. l. 3. Ep. 11. p. 125. vide in sup.*

* Regneri Prædini, Frisij Groningensis, viri clarissimi atque doctissimi, scholæ quondam Groningæ rectoris, opera quæ supersunt omnia, impressa sunt Basileæ per Ioannem Oporinum, 1563. in folio. Sunt autem ista. De fide eiusque antecessionibus & consecutionibus, liber vnus. De precatōne Christiana libri 3. De excommunicatōne ecclesiastica, liber vnus. Locorum difficilium apud quatuor Euangelistas, breuis enarratio. In epistolam Pauli ad Corinthios priorem integri commentarij. De iure litigandi liber vnus. Atque hos quidem omnes auctor edi permisit: sed illos qui sequuntur amicorum arbitrio concessit. Breues annotationes in epistolam D. Pauli ad Romanos. Integri commentarij in 1. & 2. caput. Epistolæ ad Romanos, postremum auctoris scriptum, nam morte præuenitus, non absolvit. De inuocatione diuorum, liber vnus.

Regnerij opusculum de nonnullis iuris casibus, super titulis, Quibus modis re contrahitur obli. De verb. obl. De stipul seruo. De duobus reis stipul. & promi. De inutil. stip. & De fideiussoribus, excusum Parisijs à Simone Colinaeo venditur 10. denariolis Gallicis.

Regnerij eum idem Commentat. Tadolat. l. 3. Ep. 10. p. 100. 109. it. 16. Ep. 13. p. 195. et l. 1. Ep. 2. p. 306. 307. Ep. 2. p. 312. l. 12. Ep. 4. p. 470. 535. 542. P. An. l. 1. Ep. 3. p. 14. 15. 27. l. 4. p. 106. 243. in Praef. lib. de Con. c. ho. p. 622. Jeff.

Regino, vide Rhegino.

* Reinhardus abbas in Reinhufen Saxoniæ, scripsit Commentaria in Ezechielem prophetam: in Esaiam: Psalmos: Pauli apostoli epistolas: Metricum in Iob & quædam alia. Trittemius in Chron. Hirs.

Reinardus de Fronthouë, natione Germanus, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Claruit in Conuentu Confluentino, vbi & mortuus est.

* Reinhardi de Laudēburg, de passione Christi.

Reinhardus Lorichius Hadamarius, natione Germanus, scripsit commentaria in Aphthoniū, quæ impressa sunt. Def. Erasmi Rot. libellum de ciuilitate morum puerilium in succinctas & memoratæ iuuantæ viles quæstiones digessit, ac locupletauit: Iacobus Lucundus excudit Argentinae, 1538. & Thomas Platterus Basileæ, eodem tempore. Eiusdem de institutione principum loci communes, ex diuersis iisdemq; optimis authoribus collecti, quorū cognitio non modo ijs qui cum imperio sunt, verum quibusuis alijs magistratibus & subditis in primis vtilis & necessaria est. Egenolphus excudit Francofurti, 1538. T. Liuij orationes omnes, ex libris de 2. bello Punico, artificio dialectico & rhetorico illustratae. Ex iisdem libris miscellanea, obseruationes, & apophthegmata rerum omnium memorabilium ac insignium diligenter excerpta, per Reinhardum Lorichium: liber ibidem excusus, 1537. Scripsit deinde argumenta in omnes Liuij orationes, quæ separatim editæ sunt, quibus accesserunt orationes omnes quæ extant apud Crispum Salustium, Quintum Curtium, C. Cæsarem, Cornelium Tacitum, & Herodianum. Hæc Marpurgi excusa sunt apud eundem, anno Domini 1541. Idem collegit Medicinam animæ, non ægrotis solum aut cum morte confluantibus, sed etiam ijs qui prospera valetudine præditi sunt admodum vilem atq; necessariam. Additæ sunt mortis commentationes atq; consolationes, ex optimis auctoribus depraeræ, & in quæstiones ab eodem contractæ. Liber impressus Francofurti apud Egenolphum, anno 1548. octernionibus 9. Idem carmine descriptit Afueri Persarum regis conuiuium, & Darij Persarum regis cœnam, excusum Coloniae, anno Domini 1542. in 4. Rhetoricam ad Herennium in compendium redegit & in tabulas digessit: liber excusus Francofurti in octauo, chartis 7. Claruit anno 1542.

Reinherus Pisanus, natione Italus, scripsit pantheologiã li. 2. & quædam alia. Raineriana Summa, huius authoris, habetur impres. Raph. Volaterranus commemorato opere Bartholomei Pisani, quod Pisanellam vocant, subdit: Circa eandem ferè materiam laborauit Rainerius Pisanus operibusque suis titulum non inscripsit. Claruit anno 1300.

* Reineri Reineccij. Familiæ Regum & Pontificum Bosphoranorū ex stirpe Achemenidarum, & Zenonis Laodicensis, quæ à Darij Histaspis temporibus, vsque ad imperium Claudij regnarunt, annos circiter DLX. Lipsiæ, 1570. quarto. Eiusdem liber Germanicus, de Misenorum origine, rebus gestis, mutationibus, aduētū in Ger-

maniam. Item de origine Germanicæ nobilitatis & eorum insignijs. Ibidem. Familiæ regū Mæcedoniæ, quæ à Caranò vsque ad captum Persea regnarūt annos DCXLVI. Ibidem. Familia Arfacidarum, quæ à consularū C. Attilij Serrani, & L. Manlij Volsonis, vsq; ad annum quartum Alexandri Seueri imperium tenuit Parthicum annos CDLXXV. Ibidem. Familia Seleucidarum, quæ ab Olympiade 17. hoc est tertia ab Alexandri Magni obitu vsq; ad pulsum à Pompeio Antiochū Asiaticū regnauit in Asia & Syria annis CCLI. Additis regibus Comagenæ & Bithyniæ. Familia Lagidarum, seu Ptolemæorum à conditore stirpis & rege ex hac prius ita cognominata: quæ post Alexandrum tenuit Aegyptium regnum, annos 293. Adiecti sunt reges Cyrenæi. Lipsiæ. Familiæ regum Armeniorum & Pergameniiorum. Vuitebergæ, 1572. Familiæ regum Iudæorum, quæ Asmonæorum & conditoris Antipatri nominibus celebrata, postremæ in gente illa regnarunt. Lipsiæ. Familiæ regum Mediæ & Bactrianæ, origine tempore & imperijs distinctæ. Regum Spartanorum & Messeniæ, qui post Pelopidas & Nelidas regnarunt familiæ, ab Hercule & Hyllo, vsque ad Agesipolim III. & Aristodemum deductæ.

Reineri Solenandri Apologia qua Iulio Alexandrino respondet pro Argenterio. De causis calor fontium, liber impressus. Idem præmanibus habet sequentia, quorum tamen an aliqua iam edita sint ignoro. De excrementis, exponendo genera, differentias, causas, causarum differentias, & quomodo sit prædicendum ex excrementis. De præstantia hominis. De morbo Gallico. Consilia medicinalia. Collegit etiam in Theophrastum multas correctiones partim ex manuscriptorum codicum collatione, partim ab amicis obseruantibus multaque ex coniecturis. Plurima quoque in priores quinque Theophrasti libros annotauit, ut ea prope iustorum commentariorum loco esse possint. Habet etiā librum vetustate insignem, varia experimeta continentem & insignia, quem auxit, & in libros 3 distinxit, ac titulum fecit Expertorum remediorum. Hunc aliquando studiosis in publicum daturus.

Remacii Fusch Lymburgi, Germanij, methodus curandi morbi Hispanici, siue Gallici, per ligni Guayaci decoctum: impressa Parisijs apud Vuchelum. Eiusdem historia omnium aquarum, quæ in communi hodie practantium sunt vsu. item tractatus conditorum & specierum aromaticarum, quorum vsus frequentior apud pharmacopolas est, impressæ Venetijs, 1542. eodem anno ab authore cōscriptæ. Nomenclaturæ plantarum omnium, quarum hodie apud pharmacopolas vsus est magis frequens, iuxta Græcorum, Latinorum, Gallorum, Italarum, Hispanorum, & Germanorum sententiam, collectæ ordine literarum, impressæ Venetijs, 1542. & præcedente anno Parisijs. Eiusdem Illustrium medicorum vitam cum catalogo neotericorum medicorum Symphoriani Campegi, Parisijs excudit Petrus Gromorus, anno Domini 1541. Eiusdem de simplicium medicamentorum delectu tabella, item dialogus de herbarum notitia, excusa sunt Antuerpiæ a

pud Martinum Nucium, anno Domini 1544. in 8. chart. 6. Pharmacorum omnium quæ in communi sunt practantium vsu tabulæ 10.

* Remberti Dodonæi, florum & coronariarum odoratarumque nonnullarum herbarum historia. Antuerpiæ Plantinus, 1568. in octauo. Eiusdem Historia frumentorum, leguminum, palustrium & aquatiliū herbarum: additæ sunt imagines viuarum, quarum pleræque nouæ & hæctenus non editæ. Antuerpiæ Plantinus in octauo.

* Remeus citatur à Plinio lib. 33. cap. 3. sed non nominat hunc in catalogo auctorum libri 33. itaque mihi hic locus suspectus est.

Remigius monachus Antisiodorensis, scripsit in cantica canticorum lib. 1. in totum Psalterium lib. 1. in euangelium Matthæi lib. 1. in canonem Missæ lib. 1. de officijs diuinis lib. 1. de festiuitatibus sanctorum lib. 1. ad episcopum Eduorum lib. 1. sermones quosque plures lib. 1. Donatum, & veteres authores exposuit etiam, quæ hodie habentur. Commentarij eius in Psalmos impressi sunt Colonia. Commentarij in Martianum Capellam de nuptijs Mercurij, extant in bibliotheca Tigurina manuscripti. Eiusdem in 11. prophetas posteriores commentarij, impressi sunt Antuerpiæ, anno Domini 1545. cum Aretha. Claruit anno 880.

* Remigius Apheronymus Farnesij Cardinalis medicus, transtulit Compendium Galeni de pulsibus, & reliquos eiusdem de pulsibus libros.

Remigius de Conuy, De caritatiuo subsidio. Remigius monachus, & abbas cœnobij S. Luthuini Treuerensis diœcesis, scripsit In quinque libros Mosis, In euangelium, In apostolum regulas de uisione abaci lib. 1. Excerptioem Prisciani lib. 1. Super Donatum commentum lib. 1. Cantus & sermones & alia quædã. Claruit an. 1000.

Remigius Melioratus, philosophiæ professor Pisis, scripsit contra Ioan. Argenterium de putrefactione libellum in Italia publicatum.

* Remundi Ruffi Defensio contra Carolum Molinæum, de summo pontifice, Cardinalibus, episcopis, totoque ordine sacro. Respondit huic Franc. Hotomanus.

* Renati Benedicti Stromata in vniuersum organum Biblicum: seu potius Panoplia Catholicorum aduersus omnes hæreses. Colonia apud Maternum, 1568. Eiusdem locorum præcipuorum sacræ scripturæ quibus hæretici abutuntur explicatio. Venetijs. Nescio an idem liber cum priore.

Renatus Casteneus D. Anselmi Archiepiscopi enarrationes in epistolas Pauli à situ vindicauit, mendisq; innumeris repurgauit.

Renatus Guillonius Vindocineus, scripsit annotationes in Grammaticam Græcam Nicolai Clenardi, quæ cum eadem excusæ sunt Parisijs apud Vuchelum. Idem scripsit de generibus carminum Græcorum libellum excusum Parisijs à Vuchelo, anno 1548. in 4. Isocratis epistolas in Latinam linguam transtulit, & in eas annotationes addidit, ibidem exc. anno 1547.

* Renatus Henerus, Lindoensis, edidit Apologiam pro Andrea Vesalio contra Siluium, in qua præcipue totius rei anatomicæ controuersia exa

thea pulcherrimum tractatum, quem Græco sermone vocauit philobiblon. Epistolas plures lib. 1. & quædam alia. Eius Philobiblon impressus est Spiræ, anno Domini 1483, in 4. chartis 10. Claruit anno 1344.

* *Richardus* Caistre ex Nordouolgie comitatu, scripsit De decem præceptis li. 1. De octo beatitudinibus. Hom. 1. Inter magistrū & seruū Hom. 1. Inter filium & patrē Hom. 1. Inter virum & vxorē Hom. 1. De charitate fraterna Hom. 1. Ex diuo Bernardo Hom. plures. Vixit ann. 1420. Baleus.

* *Richardus* Cádish philosophus Anglus, in patriam linguam transtulit Geometriam Euclidis Megarensis lib. 15. Claruit anno 1556. Baleus.

* *Richardus* Canonicus ad Trinitatis fanū Londini, scripsit Itinerarium Richardi regis lib. 1. Gesta eiusdem Regis lib. 1. Epigrammata quoque edidit lib. 1. Baleus.

* *Richardus* Chefer Anglus in Nordouolgiæ comitatu natus, scripsit sermones elegantes lib. 1. De natiuitate Christi lib. 1. De quatuor nouissimis lib. 1. Collationes plures lib. 1. Vixit anno 1407. Baleus.

* *Richardus* Cicestrius, Benedictinus monachus, Anglus, scripsit Anglofaxonum Chronicon li. 5. Vixit anno 1348. Baleus.

Richardus Clapole. Vide R. Knapuuel.

Richardus monachus Cluniacensis, ordinis sancti Benedicti, scripsit Historiarum temporum lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno 1160.

* *Richardus* Conyngton, monachus Anglus, edidit Lecturam sententiarum li. 4. In Psalmos penitentiales lib. 1. In quadragesimale Gregorij li. 1. De Christi Dominio libr. 1. Sermones solennes lib. 1. Quodlibeta quoque lib. 1. Obijt anno 1330. Baleus.

* *Richardus* Coxus Episcopus Eliensis, post Petri Martyris disputationem de Eucharistia Orationem scripsit & habuit Oxonij. Audio & alia scripsisse nondum edita. Viuit adhuc sub Elizabetha regina.

Richardus Cricliden. D. August. Canonicus, scripsit de Connubio Iacob, de testamento patrum, Homilias vulgares, vixit anno 1310.

Richardus Crocus, Anglus, scripsit Introductiones in linguam Græcam, & tabulas Græcæ grammaticæ. Opus est impressum Colonia, anno D. 1520. Transtulit quartum Theodori Gazæ de verborum constructione lib. 1. Elisij Calenti lib. 1. Floruit Lipsiæ cum Mosellano.

* *Richardus* Cunctius vulgò Kenet Carmelita scripsit De virtutibus, aquarū li. 1. Claruit an. 1390. Bal.

Richardus Depedale Carmelita, scripsit De virtute Christiana lib. 1. Vixit anno 1380. Baleus.

* *Richardus* Diuifis Anglus, monachus Benedictinus, scripsit Tempora Regis Richardi li. 1. Epitomè rerū Britanicarū li. 2. Clar. an. 1190. Bal.

Richardus Douerensis, Cantuariensis episcopus, scripsit contra Petrum Blesensem, & contra Hieronymum præsulum mores, Obijt apud Halin ges, anno 1184.

* *Richardus* Eligenfis seu Heliensis monachus, cōposuit De insula Eligēsi li. 1. Gesta sui cœnobij li. 1. Sermones quamplures li. 1. Carmina diuersa

li. 1. Epistolas familiares lib. 1. Clar. an. 1220. Bal.
* *Richardus* Eltesley sacrificus, scripsit vitam Pandionæ Virginis lib. 1. Baleus.

Richardus Eremitæ liber de emendatione peccatoris, impressus Colonia, 1536.

* *Richardus* Fastolphus, Anglus, Cisteriensium abbas Fontanus, postea Clareuallensis, D. Bernar do olim familiaris, scripsit homiliarum opuselegans lib. 1. De Harmonia quoque lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1150. Ioannes Lelandus.

* *Richardus* Feribrig, scripsit Consequentiarum formulas lib. 1. Vixit anno 1360. Baleus.

* *Richardus* Flemmynge, Anglus, doctor & episcopus Lincolnensis, scripsit protestationem quandam contra Hispanos, Gallos & Scotos, factam in cōcilio generali Senis, De etymologia Angliæ lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1430. Oxonij bibliotheca.

* *Richardus* Folsham monachus Benedictinus Nordouicensis cœnobij exarauit Epistolas natalitias lib. 1. Epistolas 28. ad Papam lib. 1. Claruit anno 1410. Baleus.

Richardus Fyshacker Excestriensis Anglus, scripsit sententiarum lib. 4. in Psalterium Dauidis, postillas morales, & alia quæ à Baleo præterea enumerantur. Vixit anno 1330.

Richardus Goræus Parisiensis, scripsit annotationes in Pomponium Lærum de magistratibus Romanorum, excusas Parisijs apud Io. Roigny, anno D. 1552. Idem scripsit Tabulam quatuor partium philosophiæ partitiones, omniumque illius partium facillimæ ac doctissimæ explanationes continentur. Lugduni apud Theobaldum Paganum, 1560. in octauo, chartæ sex & semis & præterea tabula.

* *Richardus* Grasdale, Anglus, magister Oxoniensis, scripsit de ætatibus mundi libr. 1. De regnis & ciuitatibus lib. 1. De dilatatione fidei li. 1. De prelijs famosissimis lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1420. Nicolaus Brigam.

* *Richardus* Hagustaldensis Anglus monachus, scripsit Gesta regis Stephani lib. 1. Gesta Henrici secundi lib. 1. De bello Standardico li. 1. Chronicon paruum ab Adam. Claruit ann. 1190. Baleus.

Richardus Hampole ex Eboracensi Anglorum comitatu oriundus, theologus insignis, scripsit Explanations in librum Iob. Elogium nominis Ihesu. de incēdio amoris, in Threnos Hieremiæ, Regulam bene viuendi. Idem scripsit expositiones in cantica prophetarum, Esaiæ, Ezechielis, Annæ matris Samuelis, Moysi, Abacuc, Danielis, Zachariæ, Mariæ, Simeonis, in orationem dominicam, in symbola tria, Apostolicum, Ambrosianum, & Anastasianum (foras Athanasianum.) Claruit anno Domini 1430.

* *Richardus* Huloetus Anglus, scripsit Abecedarium Anglicolatinum lib. 1. Claruit anno 1552.

* *Richardus* Kendale Anglus grammaticus, edidit De legibus constructionum lib. 1. Aequiuocorum exempla lib. 1. De componendis epistolis lib. 1. De dictamine profaico lib. 1. De dictamine metrico lib. 1. Versus acrythmos lib. 1. Claruit anno 1429.

* *Richardus* Kilyngton doctor theologiæ Oxoniensis, scripsit commentarios in Aristotele De generat

generatione & corruptione lib. 2. Pro Armachano contra fratres lib. 1. Contra Rogerum Conuey lib. 1. Quæstiones Theologiæ lib. 1. Contra mendicitatem otiosam lib. 1. Sermones quoq; varios lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

Richardus Knapuuell (alij Clapola cognominant) Anglus, dominicanorum doctor, octo opinioniones erroneas prædicabat publice, an. D. 1286. easque pertinaciter defendere non erubuit. Qui tandem citatus & non comparens à Ioanne Pecham archiepiscopo Cantuariensi pro tribunali sedente atq; à suo clero perpetuo decreto damnatur. At provincialis eius ordinis se ingerens pro illo allegabat, quod nullus haberet in sui ordinis fratres potestatem, nisi solus Papa. Et ad Honorij quinti sedem appellabat. Ex Chronico Thomæ Vuicij. Hic scripsit Commentarios sententiarum lib. 4. Aduersus corruptorium Thomæ lib. 1. De unitate formarum lib. 1. De immediata Dei visione lib. 1. Quæstiones theologiæ lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1290. Ioannes Baleus.

Richardus Lauinham, Carmelita, natione Anglicus, scripsit contra Lolhardos lib. 1. de fundatione sui ordinis lib. 1. pro libro Brigide lib. 1. sermones varios lib. 1. de logica quoq; li. 1. & varias quæstiones lib. 1. Hæc Tritemius, at Ioannes Balens ait eum præterea scripsisse sententiarum quæstiones lib. 4. Encomium virtutis lib. 1. dictionarium scripturæ lib. 1. Commentarios in Esaiam, in Paulum ad Titum. Clypeum paupertatis, contra hæreticos, sermones de tempore & de sanctis, de inuentionibus rerum, de futurorum euentu de proportionibus summulas Logicales, de speciebus argumentorum & sophismatum canones li. 12. de potentijs actiuis & passiujs, de potètijs animæ. Compendium Meteororum lib. 4. de cælo & mundo lib. 2. speculum naturale lib. 8. quæstiones physicorum lib. 8. de scientia & sensu lib. 1. de distantia planetarum lib. 1. contra Ioannem Puruey lib. 1. de arte obligatoria lib. 1. de proprietatibus elementorum lib. 1. compendium Gualtheri reclusi lib. 1. annotationes in Tobiam. Abbreuiationes Bedæ. Historiam trium Magorum. Argumeta in epistolas Hieronymi, & alia multa, quæ breuiatis studio omitto. Claruit anno 1381.

Richardus Maydescon, Carmelita, natione Anglicus, scripsit contra Lolhardos Vuicleff. lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. cætera latent. Claruit Oxoniæ tempore Vuicleni.

Richardus Malumbra, patria Cremonensis, Iacobus de Arena quondam auditor, scripsit super Codice lib. 9. super institutis li. 4. super ff. lib. 50. quæstiones varias lib. 1. & alia multa. Vide plura in vitis Iureconsultorum apud Fichardum. Claruit anno 1310.

Richardus de Mediuilla, natione Anglicus, Minorita, scripsit super Sententias lib. 4. super dif. decreti lib. 1. de ordine iudiciorum lib. 1. in quatuor Euangelia lib. 4. in epistolas Pauli lib. 14. Hæc Tritemius. Ioannes vero Balens addit, de conceptione Mariæ virginis lib. 1. in Francisci regulam lib. 1. contra Petrum Ioannem lib. 1. Aliqui confundunt hunc, & Richardum ordinis Prædicatorum Alchorani interpretem, de quo

infra. Scripsit etiam Quodlibetum quod continet quatuor partialia quodlibeta: id manuscriptum extat apud M. Dresserum. Claruit ann. 1290. * **Richardus** de Melchesham, Anglus, monachus Bellenfis, scripsit sermonum iustum volumen li. 1. Ioannes Lelandus.

Richardus Moryson, ex Ostrosaxiæ comitatu oriundus, vir in omni bonarum disciplinarum genere peritissimus, scripsit contra blasphemias Ioannis Coclei, in Angliæ regis defensionem, de ruinis ex rebellione li. 1. de seditionum remedijs, & Stratagematum lib. 1. Claruit anno 1550.

Richardus Norynham Anglus, sacre Theologiæ doctor, scripsit lecturam sententiarum lib. 4. conclusiones ordinarias. Cōmentaria in Matthæum, Lucam, & Pauli epistolam ad Romanos ac Corinthios. Claruit anno 1320.

* **Richardus** Northall Anglus Carmelita, composuit sermones per annum lib. 1. Ad Ecclesiarum parochos lib. 1. Obijt anno 1397. Baleus.

Richardus Pacæus Anglus, scripsit librum de fructu & utilitate artium ac scientiarum, diuersas ad Erasmus Roterod. epistolas, ac orationes varias ad principes. Claruit anno 1520.

Richardus frater ordinis Prædicatorum, Florentinus, cum in Asta peregrinaretur, Alcoranum, doctus linguam Arabicam, conuertit, contraque commentarium edidit, quem Demetrius Cydonius in Græcū postea transtulit sermonem. Hūc aliqui Ricoldum vocant. Confutationem legis Mahumeticæ, translata ex Romana lingua (quæ primum scripta erat à Richardo, barbarè tamè) per Demetrium Cydonium in Græcam, non inè eleganter: deinde rursus per Bartholomæum Picenum de Montearduo, è Græco in Latinum sermonem probum & purum, ad Ferdinandum regem Aragoniæ. Ioan. Oporinus excudit Basileæ cum Alcorano, &c. Græcis & Latinis è regione positis, Colinæus etiam Parisijs seorsim, Latina solum excudit.

Richardus Parisiensis artium magister, edidit tractatum de signis febrilium, impressum Venetijs, anno D. 1514. in fol. cum Galeatij & Marsilij de S. Sophia tractatibus. Extat etiam manuscriptus apud Matthæum Dresserum, vna cum Quodlibeto Richardi, nescio an eiusdem.

* **Richardus** Pluto Dorbernenfis seu Cantuariensis Ecclesiæ monachus, scripsit ecclesiasticam historiam Anglorum li. 1. Vnde malum? carmine li. 1. De inquisitione boni li. 1. De gradibus virtutum lib. 1. De virginitate lib. 1. De bono mortis lib. 1. De loco & tempore lib. 1. De arte iconica lib. 1. In Canones Apostolorum lib. 1. Super opere Philonis lib. 1. Claruit anno 1180.

* **Richardus** Porlonde, Minorita Nordouicensis, Anglus, scripsit Sermones per annum lib. 1. Nordouicensis bibliotheca.

* **Richardus** Præmonstratensium canonicorum Abbas Anglus, scripsit De canone Missæ li. 1. De computo Ecclesiastico lib. 1. De mysterijs sacrorum lib. 1. Vitam diuæ Virsulæ lib. 1. Vixit anno 1190. Baleus.

Richardus, abbas de Pratellis, inter alia multa, scripsit Expositionem Sapientiæ lib. 1. Super Iosua lib. 1. Super Iudicum lib. 1. Super Ruth lib. 1.

*Erasm. l. 3. Ep. 1. p. 127.
l. 6. Ep. 19. p. 255.*

Et consimilia plura. Ioannes Pullanus.

Richardus Radulphi, Oxoniensis gymnasij Cellarius, &c. scripsit lectionem sententiarum li. 4. de laudibus Marię virginis lib. 1. quęstiones Armenorum lib. 29. aduersus validos mendicantes. De paupertate varia lib. 6. De intentionibus Iudęorum lib. 1. Obijt anno 1359.

Richardus archiepiscopus Remensis in Gallia, ordinis fratrum Minorum, scripsit sermones de tempore lib. 1. & de sanctis lib. 1.

Richardus de Ruys, doctor, Anglus, etiam minorita, scripsit Lectionem sententiarum lib. 4. Nordouicensis bibliotheca.

* *Richardus* Ryce in Sudouolgia, scripsit inuestiuam Contra leuiora vitia lib. 1. Claruit anno 1548. Baleus.

* *Richardus* de Saliceto Consilium in materia solutionis talearum, habetur inter consilia Alberti Bruni. Vixit anno 1400.

* *Richardus* Samson Anglus, scripsit in Paulum ad Romanos libr. 1. In eundem ad Corinthios lib. 2. In quosdam Psalmos libr. 2. Contra primatum Roman. Pontificis lib. 1. Vixit anno 1555. Baleus.

* *Richardus* Scrope Anglus nobilis, scripsit super Epistolas quotidianas lib. 1. Inuestiuamq; in regem Henricum lib. 1. capitis supplicio affectus anno 1405. Baleus.

Richardus de Senis, Romanę ecclesię vicecellarius, &c. tertius eorum qui Sextum decretalium iussu Bonifacij papę octauı comportarunt, fertur nonnulla in iure scripsisse opuscula. Claruit anno 1300.

* *Richardus* Sherrey Grammaticus, scripsit de Schematibus & tropis lib. 1. Claruit ann. 1558. Baleus.

Richardus Smyth, doctor Oxoniensis, scripsit contra libertatem ieiunij librum 1. assertionem sacramenti altaris lib. 5. defensorium sacrificij Missę librum 1. de veritatibus non scriptis lib. 1. retractionem suorum errorum. Extant etiam eiusdem hi libri. De libero hominis arbitrio aduersus Ioan. Caluinum, & quoquoque illud auferunt Lutherum imitati: liber impressus 1563. anno. De missę sacrificio succincta enarratio. Item confutatio eorum quę Melancthon, Caluinus, Musculus, Ioannes Iuellus, contra Missam, eius canonem, & Purgatorium obiecerunt. Item defensio Externi & visibilis Iesu Christi sacerdotij & De infantum baptismo, De operibus supererogationis, De merito mortis Christi contra Caluinum. Omnia hæc impressa Louanij in octauo. Obijt vt fertur Duaci anno 1563.

* *Richardus* Suetisham Anglus, vnus ex duodecim Vuicleuię doctrinę censoribus, scripsit Lectionem Theologię lib. 1. Ad dubia quędam lib. 1. Abbreuiationes Couutonı li. 4. Contra quosdam articulos Vuicleui. Vixit anno 1420. Baleus.

* *Richardus* Stradley Anglus, edidit In Euangelia commentarios lib. 4. In orationem Dominicam lib. 1. Homilias quoq; multas lib. 1. Baleus.

Richardus Sprulij Foroiuliani poetę Cęsarei in diui Maximiliani Cęsaris Aug. obitum Nęnia excussa. Item Elegia de laude Fribergi Misnici, nondum excusa. Extant eius & alia passim epigrammata.

* *Richardus* Streinij Baronis, liber De gentibus & familijs Romanorum: excusus ab Hen. Steph. in folio: & postea Venetijs apud Aldum iuniorum in quarto.

Richardus Tauerner, Anglus, præter Bibliorũ recognitionem, in Britannicum sermonem conuertit Sacerij Locos communes, & Precationes ex scripturis, scripsit Catechismum fidei, & Homilias sermonum multas. Claruit anno 1548.

* *Richardus* Theologus Anglus, scripsit De arbore Nabuchodonosor lib. 1. Super Iohalem li. 1. Expositiones in Nahũ li. 1. Super ad me clamant li. 1. Super Ecclesiasten li. 1. Super Exijt edictum lib. 1. Sermones deuotos lib. 1. Opus pœnitentiale lib. 1. In Orationem dominicam lib. 1. Sex genera contemplationis lib. 1. De conceptione Marię lib. 1. Expositiones in Psalterium lib. 1. Sententias scripturarum lib. 1. De vitis Patriarcharum lib. 1. Claruit anno 1240. Baleus

Richardus Tracij, de Todyngtõ, ex Glocestrie comitatu armiger, scripsit ad Henricũ Anglorũ regem, de excæcatione cleri Papiistici li. 1. de iustificatione fidei lib. 1. de arte moriendi lib. 1. contra articulos Papisticos li. 1. & alia. Claruit an. 1548.

* *Richardus* Turpyn, Nobilis Anglus, scripsit sui temporis Chronicon. Obijt anno 1541. Baleus.

Richardus monachus sancti Victoris Parisiensis, ordinis canonico regularium S. Augustini, scripsit de sancta trinitate li. 6. De contemplatione li. 5. De 12. patriarchis, vel de minori cõtemplatione li. 1. in arca mystica li. 5. in Cantica canticorum lib. 1. De exterminatione mali lib. 1. De promotione boni lib. 1. contra Iudaizantes lib. 1. De tabernaculo fœderis lib. 1. De 24. mansionib. lib. 1. De 4. gradibus charitatis lib. 1. De sacerdotio Melchisedech li. 2. De 12. apparitoribus lib. 1. De studio sapientię li. 1. De profectu monachorum lib. 1. De oratione mentali lib. 1. De triplici holocausto li. 1. De autoritate Petri lib. 1. De potestate iudiciaria lib. 1. De differētia peccatorum lib. 1. De instructione nouitiorum lib. 1. De spiritu blasphemię lib. 1. De officijs ecclesię lib. 1. De diuersis affectibus lib. 1. epitoma totius Biblię lib. 1. in Apocalypsin Ioannis lib. 1. in Danielem prophetam lib. 1. chronica ab initio mundi lib. 1. De gemino pascha lib. 1. diuisionum vel exceptionum lib. 24. De visione Nabuchodonosor li. 1. De sacrificio Abrahę li. 1. De quatuor ventis lib. 1. De verbis Esaię lib. 1. De verbis Apostoli li. 1. De actibus Apostolorum lib. 1. De charitate violenta li. 1. De nouitate vitę lib. 1. Alia in super multa composuit, epistolae, sermones, & varios tractatus. Eius opera omnia circa annum 1540. excusa Parisijs apud Ioannem Petit, 1518.

* *Richardus* Vualingforth, Anglus, ad fanum D. Albani monachorum abbas, talem eruditionis, ingenij, & artis excellentis miraculo horologij fabricam compegit, qualem non habet tota Europa secundam. Huic operi canones edito libro, cui nomē Albion, addidit, ne monachorum errore tandem vilesceret, Albion, omnia per vnum, Britanice sonat, arri detq; cœ nobij vocabulo: scripsit igitur Canones in Albionem lib. 1. De finibus demõstratiuis lib. 1. De corda & arcu li. 1. Ekafrenon, de iudicijs astronomicis lib. 1. De rebus arith-

bus arithmetis & astrologicis lib. 2. Rectangulum quoq; lib. 1. De computo lib. 1. Atq; alia. Claruit anno Domini 1326. eratq; in mathesi omnium sui temporis primus. Ioannes Baleus.

* *Richardus* Vuinchelsea Dominicanus, scripsit *Quæstionum*, vt vocât, opinabilium lib. Baleus.

Richardus Vllercon Anglus, scripsit in symbolum apostolorum anno D. 1409. Cuius opusculum postea Ioannes Scamberij episcopus Herefordensis ampliauit, ac anno Domini 1463. sub alio symboli titulo promulgauit.

* *Richardus* Vuerheret alias Cantabrigiensis, cæcellarius, Anglus, scripsit *Speculû Ecclesiasticorum* li. 1. De virtijs & virtutibus lib. 1. De Sacramentis Ecclesiæ lib. 1. Homiliarum in signe opus li. 1. De computo mathematico li. 1. Clar. an. 1350. Bal.

Richardus Vuichiensis pontifex Cisterciensis, scripsit de officijs ecclesiæ lib. 1. Obijt an. D. 1252.

* *Richardus* Vuichinghâ Nordouolgius Carmelita, scripsit in sententias Longobardi li. 2. Sermones per annum lib. 1. Claruit anno 1380. Baleus.

Richardus Vuhysforde monachus Anglus, trãstulit in *Anglicum sermonem* Martyrologiû sanctorum lib. 1. Additiones ex alijs auctoribus lib. 1. Pro gubernatore domus lib. 1. Meditationes solitarias lib. 1. Claruit anno 1320. Baleus.

Richardus Vuysse, scripsit de Veritate credenda lib. 1. Baleus.

Richardus Vuinh Anglus, Vuicleui discipulus, scripsit contra uenerationes imaginum lib. 1. Refponia 4 articulorum. Claruit anno 1390.

Ricoldus vide *Richardus*.

* *Richerus*, monachus Remensis, Gallus natione, scripsit *Chronicon quoddam* li. 1. Trittemius in compendio.

* *Richruda* & *Gisla*, Anglice mulieres vestales & nobiles, scripserunt *Epistolas consolatorias*. Claruerunt anno 770 Baleus.

* *Rigordus* Gallus physicus Philippi Augusti Galliarum regis, *Annales eius Latine* scripsit.

Ringmannus Philesus, scripsit enarrationem *Europæ*. Liber impressus Argentinae, 1511.

Roberti cuiusdam sermones in Theologia impressi sunt, alias *Ruberti*.

Roberti cuiusdam de expeditione trãsmarina, & recuperatione regni Hierosolymitani, à Goto feedo Boloniensi facta, extat Vienna Austriae apud Vuolffgangum Lazium.

* *Robertus* Alyngiô sophista Anglus, edidit *Sophistica principia* li. 1. *Suppositiones Logicales* li. 1. In prædicamentâ Aristotelis li. 3. De adoratione imaginum li. 1. De ueneratione sanctorum li. 1. *Quæstiones de imaginibus* lib. 1. De mendicitate spontanea lib. 1. De Christi humanitate lib. 1. Super constitutis Ioãnis 22. lib. 1. De Eucharistia lib. 1. *Lecturam quandam* lib. 1. De eleemosyna li. 1. Super sex principijs lib. 1. In diuisiones Boethij lib. 1. In priora Aristotelis lib. 2. In posteriora eiusdem lib. 2. *Ordinarias quæstiones* lib. 1. Claruit anno 1400. Baleus.

Robertus Anglicus, scripsit deliramenta quædam de Magia. Vide Henricum Cornelium Agrippam, in præfatione super occultâ philosophiam suam ad Trittemium.

* *Robertus* Aston, Anglus, de ordine mendicanti

tiû, scripsit *expositiones scripturarum* li. 1. Londini bibliotheca.

Robertus Backon Anglus, Theologiæ apud Oxonienses doctor, scripsit *lectiones ordinarias* li. 1. *Glossas scripturarum* lib. 1. Vixit anno 1240.

Robertus Bale vel Baleus senior iurisperitus in vrbe Londinensi, scripsit *Londinensis vrbis Chronicon* lib. 1. *Instrumenta libertatum eiusdem* lib. 1. *Gesta Eduardi Regis tertij* lib. 1. *Alphabetum sanctorum Angliæ* lib. 1. De præfectis & consulis *Londinensibus* lib. 1. Claruit ann. 1461. Bal.

* *Robertus* Bale vel Baleus iunior Nordouolgius Carmelita, scripsit *Annales sui ordinis* per biueus lib. 1. *Historiam Helix prophetae* lib. 1. *Offitium Simonis Angli* lib. 1. Obijt anno 1503. Baleus.

* *Robertus* Balsack Anglus, scripsit *De re militari* lib. 1. Claruit anno 1450. Baleus.

Robertus Barnes Nordouicensis, scripsit *Romanorum Pontificum vitas* lib. 1. *sententiarum ex Ecclesiæ doctoribus* lib. 1. *Idiomate autem Anglico* edidit, de *Sacerdotum coniugio* lib. 1. De sua per impios episcopos damnatione lib. 1. De iustificatione fidei lib. 1. De ecclesia vera, & eius membris lib. 1. De Ecclesiæ potestate & clauibus lib. 1. De seruo hominis arbitrio li. 1. De constitutionibus humanis li. 1. De utraq; sacramenti specie li. 1. contra inuocationem sanctorum. *indicem de dictis patrum*, De ecclesia ad Morum. De iurisdictionum abusu lib. 1. De rebus Ecclesiæ lib. 1. & alia quædã. Pro fidei confessione, sub Stephano Vuintonienti episcopo ad ignem condemnatus. Obijt Londini morte crudelissima anno 1540. Baleus.

* *Robertus* Balcon, Anglus, Sardeburgi Carmelita in orientali Brigantum litore sita, Oxonij poeta Laureatus, scripsit stylo satis barbaro, scripsit de bello Stiuelinô lib. 1. De Scotorum victoria, coactus lib. 1. De varijs mundi statibus lib. 1. Super sacerdotum luxurijs lib. 1. Contra Artistas li. 1. De diuite & Lazaro lib. 1. De Scotia guerra li. 1. *Epistolas ad diuersos* li. 1. *Tragœdias & Comœdias vulgares, poemata, sermones, & alia*. Captus erat à Scottis, anno D. 1314. Ioannes Baleus.

Roberti Britannî encomium agriculturæ, excusum Parisijs apud Vuechelum. Eiusdem orationes duæ, vna de pace, altera de philosophia; ibidem excusæ. De Parsimonia, Parisijs apud Colinæum. Eiusdem de optimo statu reipublicæ liber, cum deploratione Guilielmi Bellai, Parisijs excusus à Vuechelo, anno Domini 1543. in 4. Eiusdem ratio conscribendarum epistolarum in viroque genere, excusa Parisijs apud Ludouicum Grandinum, anno Domini 1545. Idem transtulit ex Plutarcho consolatoriam ad vxorem & vitas decem rhetorum.

* *Robertus* de Bello focô Anglus Saresburieus Ecclesiæ canonicus, scripsit *Encomiô Topographiæ* li. 1. *Monita salubria* li. 1. Clar. an. 1190. Bal.

* *Robertus* Canutus Anglus, scripsit *Deflorationes historiæ naturalis* li. 9. De connubio Iacob li. 1. *Opus de Matrimonijs* li. 1. *comentarios in Genesim* li. 1. In *Exodum* lib. 1. in *Leuiticum* li. 1. In *Numeros* li. 1. In *Psalteriû*, li. 1. In *Cantica canticorum* lib. 1. In *Regum* lib. 4. In *Ezechielem* lib. 1. In 12. *Prophetas* lib. 12. In *Euangelium Matthæi* li. 1. In *epistolas Pauli* lib. 14. In *Apocalypsim Ioãnis*

nis lib. 1. Speculum fidei lib. 4. Homilias 40. numerum ero lib. 1. De benedictionibus Iacob & Moysi lib. 1. Vtriusque Testamenti sacramenta lib. 1. Sermones & epistolae lib. 1. Sententiarum Theologiarum lib. 2. Claruit anno 1170. Baleus.

Robertus Caracholus de Licio, Quere Rupertum de Licio.

* *Roberti* Caubraith Quadripartitum. Sorbona. Liber est physicus, videndum an forte sit Geopretius.

* *Robertus* Colman Anglus Franciscanus edidit Sermones & lecturas lib. 2. Agrestia quaedam carmina lib. 1. Vixit anno 1428. Baleus.

* *Robertus* Constantinus vir singularis eruditionis & diligentiae, Dictionarium ex Homero caeterisque poetis Graecis collegit, ut est dictionarium Nizolij in Cicerone: quod tamen nondum publicatum est. Idem Graecae linguae thesaurum recognouit & in multis locis auxit, ita ut nouum propemodum opus esse videatur. Crispinus excudit Geneuae. Eiusdem Nomenclator insignium scriptorum, quorum libri extant vel manuscripti, vel impressi, indexque totius bibliothecae atque Pandectarum Gesneri, impressus Parisijs apud Vuchelum, 1555. in octauo. Correctiones Lemmatum & annotationes in libros Dioscoridis, excusae Lugduni cum Amari enarrationibus in eundem anno 1558. Supplementum linguae Latinae, seu Dictionarium abstrusorum vocabulorum. Geneuae, 1573.

Robertus Couuton Anglus, Franciscanorum ordinis, scripsit quaestiones sententiarum lib. 4. Quodlibeta scholastica lib. 1. & alia quaedam. Vixit anno 1240.

* *Robertus* Crouche seu Crucius, monachus Anglus, exposuit Petri Lombardi sententias lib. 4. Physica Aristotelis lib. 8. Ethica eiusdem lib. 10. Quaestiones quoque edidit. Claruit anno Domini 1300. Baleus.

* *Robertus* Croulgeus Anglus artium magister, scripsit contra Milonem Porcarium alias Hoggardum Apologiam argutulam lib. 1. Philargyrtam lib. 1. Ad parlamentum querelam lib. 1. De mundi fine prognosticon lib. 1. Claruit ann. 1349. Baleus.

* *Robertus* Curson Anglus, Cardinalis, scripsit summam Theologiae lib. 1. De saluatione Originis lib. 1. Lecturas solennes lib. 1. Claruit anno 1218. Baleus.

* *Robertus* Dodeforde, Anglus, Ramesiae monachus, hebraicos thesauros, diuina volumina religiose comparabat, & in sacra lingua mirifice profecit. Hic scripsit In parabolas Salomonis lib. 1. Et alia. Ramesiae bibliotheca.

* *Robertus* Eboracensis, natione Anglus, Dominicanorum instituti monachus, scripsit de Magia ceremoniali lib. 1. Correctorium Alchimiae lib. 1. De mysterijs secretorum lib. 1. Claruit anno Domini 1349.

Robertus Eliphath Anglus, Minorita, scripsit quaestiones sententiarum lib. 4. Conclusiones ordinarias lib. 1. Lecturas Theologiae lib. 1. Vixit anno 1330.

Robertus Fabianae Londinensis, scripsit historiarum concordantias lib. 7. Rerum in Anglia a

Richardo primo vsque ad sua tempora gestarum lib. 1. de omnibus Angliae regibus lib. 1. Annales Londinensium lib. 1. & alia. Claruit anno Domini 1485.

Robertus Fiscanensis, Neustrius seu Normannus natione, scripsit Chronicon a Christo incarnato ad sua tempora lib. 1. Nordouicensis bibl.

* *Robertus* Fynyngam, Anglus monachus, scripsit De excommunicationibus lib. 1. De casibus Decretorum li. 1. De casibus Decretalium. De extrauagantibus quoque li. 1. De casibus Papae reseruatatis li. 1. Casus conciliorum Angliae li. 1. Pro ordine minorum li. 1. De status eorum dignitate li. 1. Bal.

* *Robertus* Flemmyng Anglus, scripsit Lucubratorum Tiburtinarum lib. 2. Dictionarium Graecolatinum lib. 1. Diuersi generis carmina li. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Clar. ann. 1470. Bal.

* *Robertus* Folioth episcopus Herefordensis Anglus, composuit De sacramentis antiquae legis li. 1. Conciones aliquot li. 1. Claruit ann. 1170. Baleus.

Robertus Gaguinus: vide in Ruperto.

* *Robertus* Geryll monachus Benedictinus, scripsit Homiliarum opus lib. 1. Baleus.

Robertus Geopretius, Atrebaensis medicus, scripsit de regimine sanitatis libellum, excusum Parisijs apud Dionysium Ianotium.

Robertus Gouillet, sacrae paginae professor. Iosephi opera Latina, impressa Paris apud Io. Paruū, 1519. emendauit, in capita distinxit, argumentis singulorum adiectis: & scholijs per margines illustrauit. Addidit etiam Terramonon opus conciliatum ex historijs Iosephi, Egesippi, historia scholastica & Biblijs. Item compendium de sex aetatibus mundi, in quo perstringitur Christi genealogia, breuis Cosmographiae collectio: & omnium ferme regnorum origo, successio & finis, quique reges in illis & quor annis regnauerunt, illi praesertim quorum Iosephus & sacrae literae meminerunt, & generaliter de omnibus imperatoribus & Francorum regibus a natiuitate Christi vsque ad annum salutis, 1513.

* *Robertus* Gryme monachus Anglus, composuit Commemarios in Euangelia lib. 4. Conciones quoque varias lib. 1. Baleus.

Robertus Grosthede Lincolnensis. vide Rupertus Lincolnensis.

Robertus Guiba, scripsit orationem ad Innocentium VIII. Pont. Max.

* *Robertus* Hardebius Carmelita, scripsit in festiuitatibus Mariae lib. 1. Vixit ann. 1450. Baleus.

Robertus Holcoth Anglus, Vide Rupertus Holcoth.

* *Robertus* Hornus Anglus, composuit Anglicum sermonem Apologiam Christianam li. 1. De miserae abominationibus li. 1. Transtulit in linguam vernaculam quasdam Homilias Caluini. Bal. Viuit sub regina Elizabetha episcopus nunc Vintoniae.

* *Robertus* Houndeslouu Anglus, edidit Epistolas ad diuersos lib. 1. Sermones synodales lib. 1. Claruit anno 1433. Baleus.

Robertus Humbleton Anglus, Dominicanus, scripsit summam Theologiae lib. 1. Aduersus Vnicleuistas li. 1. lectiones scholasticas li. 1. Vixit an. 1390.

* *Roberti* Ionsoni & Henrici Iolici sacerdotum Anglorum

Anglorum Responso ad Ioannis Hopperi articulos in quibus à Catholica ecclesia dissentiebat. Antuerpiæ, 1564. in quarto.

* *Robertus Iorius Londinensis, Carmelita, scripsit in Ecclesiasticum lib. 1. monumenta prouinciae lib. 1. conciones ad clerum lib. 1. sermones ad populum lib. 1. lecturas scripturarum lib. 1. Claruit anno 1392.*

* *Robertus Kareuue aliàs Ceruinus, Anglus sophista, in posteriora Aristotelis lib. 2. Super sententias Longobardi lib. 4. Ordinarias quæstiones lib. 2. Claruit anno 1326. Baleus.*

Robertus Ketenensis, ex Aglosaxonibus Britannus, & tandem Archidiaconus Papienensis, Alcorani libros 4. in epitomen redactos, ex Arabico transtulit in sermonem Latinum. Liber excusus Norimbergæ, 1543. Codex authenticus doctrinæ Mahumeticæ, ex Arabico versus per Robertum Ketenensem ad Petrum abbatem Cluniacensem, de Alcorani versione; excusus Basileæ apud Ioannem Oporinum, cum alijs multis de Alcorano & contra eum, &c. Claruit autem anno D. 114.

Robertus Kiluarby Anglus, Oxoniensis academiæ doctor, scripsit in Isagogen Porphirij lib. 1. in prædicamenta Arist. lib. 3. in Perihermeneias lib. 2. in sex principia Gilberti lib. 1. in priora & posteriora lib. 4. in elenchos eiusdem lib. 2. in Priscianum minorem lib. 1. in Boetium de consolatione lib. 5. de natura relationis lib. 1. de prædicationibus lib. 1. Sophistriam Grammaticalem lib. 1. Sophistriam logicalem lib. 1. de ortu scientiarum lib. 1. de unitate formarum lib. 1. de tempore lib. 1. de vniuersali lib. 1. in libros physicorum lib. 8. de celo & mundo, generatione & corruptione, meteora, & libros de anima. Super parua naturalia. Baleus.

* *Robertus Langelande Anglus sacerdos, scripsit Visionem Petri Aratoris lib. 1. Vixit anno D. 69. Baleus.*

* *Robertus de Lycestria, Anglus, minorita, scripsit De computo Latinorum lib. 1. De computo Hebraeorum lib. 1. De ratione temporum lib. 1. Cõmentarios in Longobardum lib. 4. Quodlibeta etiam lib. 1. De paupertate Christi lib. 1. Et alia. Obijt Lychefeldiæ anno Domini 1348. Oxonijs bibliotheca.*

Robertus Lothoringus, Herefordensis episcopus, scripsit desolationes Mariani lib. 1. de stellarum motibus lib. 1. Mathematicas tabulas, & de Lunari computo lib. 1. Claruit anno Domini 1095.

* *Roberti Marantæ Speculum aureum, lumen aduocatorum praxis ciuilibis, nouissime recognitum nouoque ordine opulentis additionibus, in suis locis congruentibus locupletatum: per D. Petrum Follerium Venetijs anno 1568. in quarto. Idem scripsit super 1. ff. veteris De procuratoribus. Disputationes numero 10. quæ in fine sui speculi habentur.*

* *Robertus Mascall Anglus carmelita, scripsit de suis legationibus lib. 1. Ad Herefordenses, & Salopianes lib. 1. Sermones coram rege lib. 1. sermones vulgares lib. 1. Claruit anno 1415. Baleus.*

Robertus Montensis abbas siue de monte S.

Michaelis patria Normannus, addidit ad Sigeberti Gemblacensis Chronicon annales centum ferè annorum, & scripsit bella Christianorum principum lib. 8. acta conciliorum lib. 1. de suis temporibus lib. 1. Gesta Vualuani lib. 1. Gesta Marodoci lib. 1. Et alia. Chronicon digessit vsque ad annum Domini 1153. vt refert Ioannes Landus. Libri octo de bello sacro impressi sunt Basileæ.

10 *Robertus à Mosham, decanus Pataviensis, edidit Microsynodum Norimbergens. & quædam alia, inter Miscellaneas ad Nauisam episcopum Viennensem epistolas inserta. Vixit anno 1340. Vide Ioannes Patavinus decanus.*

* *Robertus Ormeskircus Carmelita, scripsit Propugnaculum sui ordinis lib. 1. Vixit anno Domini 1380. Baleus.*

20 *Robertus Oxfordius Anglus, Dominicanus, scripsit contra Henricum Gandauensem lib. 1. Aduersus primum Aegidij lib. 1. Contra quosdam Sorbonistas lib. 1. Protectorium Thoracæ Aquinatis lib. 1. Determinationes varias lib. 1. Claruit anno 1270. Baleus.*

* *Robertus Paschasius in Lamentationes. Sorabona.*

* *Robertus Plymton Anglus monachus, scripsit De pœnitentia lib. 1. Conciones Dominicales lib. 1. Baleus.*

30 *Robertus Polenus aliàs Pully Cardinalis Anglus, edidit sententias quasdam li. 8. De contemptu mundi lib. 1. In Apocalypsim Ioannis lib. 1. Super Psalmos aliquot lib. 1. Super doctorum dictis lib. 4. Opus suorum sermonum lib. 1. Prælectiones aliquot lib. 1. Vixit anno 1146. Baleus.*

* *Robertus Recorde, Britanus, doctor in medicina atq; in artibus liberalibus, scripsit Arithmeticæ principia lib. 1. De iudicijs vrinarum lib. 1. Vrinale physices lib. 1. Anatomiam lib. 1. Semitanti ad artem Geometriæ lib. 1. Theoremata Geometriæ lib. 1. De origine artium lib. 1. Isagogen in Geometriam & Cosmographiam lib. 1. De auriculari confessione lib. 1. De negotio Eucharistiæ lib. 1. Atque alia. Secundam partem Arithmeticæ promittit lib. 1. De arte mensurandi lib. 1. De arte faciendi horologium lib. 1. De vsu globorum lib. 1. Opera Euclidis transtulit lib. 4. promittit etiam de peregrinatione hominis atq; origine nationum lib. 1. De statu temporum ac mutationibus regnorum lib. 1. Imaginem Reipublicæ veræ lib. 1. De effectibus creaturarum lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1554.*

* *Robertus Remensis, vide Robertus Mortensis.*

* *Robertus Ritche, Anglus, scripsit vitam sui fratris Eadmundi Cantuariensis archiepiscopi lib. 1. Exegesim in Canonem diui Augustini lib. 1. Claruit anno Domini 1240. Ioannes Landus.*

60 *Robertus Richardinus scripsit exegesim in canonem diui Augustini.*

Robertus Rose, Anglus, & Carmelita, scripsit commentarios in Genesim, Exodum, Leuiticum, in Ecclesiasticum, in Paulum ad Titum, de naturis animalium lib. 1. sermones & lecturas lib. 1. Vixit anno D. 1420. Nordouici.

* *Robertus* Salopicensis Anglus, monachus, scripsit De vita Vuenefridæ virginis lib. 1. Vixit anno 1140. Baleus.

Robertus Saluiatus nominatur inter illos, quorum epistolæ Ioan. Pici epistolis coniunctæ sunt.

* *Robertus* Scriba Anglus canonicorum regularium Bridlingtonensis cœnobij quartus præses, scripsit In Genesim commentarios lib. 1. In Exodum lib. 1. In Leuiticum lib. 1. In Numeros lib. 1. In Deuteronomium lib. 1. Super Psalterium lib. 1. Breuiarium in Psalmos lib. 1. In Cantica canticorum lib. 1. In 12. Prophetas lib. 12. Super Apocalypsim lib. 1. In Symbolum Athanasij lib. 1. In Cantica Bibliorum lib. 1. In orationem Dominicam lib. 1. Super Mattheum lib. 1. Super Ioannem lib. 1. Super epistolas Pauli lib. 4. De operibus sex dierum lib. 1. Dialogos plures lib. 1. De corpore & sanguine Domini lib. 1. De Ecclesia Catholica lib. 1. Sermones quoque lib. 1. Claruit anno 1180. Baleus.

Roberti Senalis episcopi Abrincensis, de verâ mensurarum ponderumque ratione, opus de integro instauratum, impressum Parisijs apud Ioan. Roigny, 1535. Idem scripsit De cœna Domini lib. 1. aduersus Martinum Bucerum. Appendicem ad cœnam dominicam lib. 1. De diuortio Moisaico per legem euâgelicam refutato lib. 1. De sacro cœlibatu tuendo lib. 1. De vsu vtriusque gladii, spiritualis videlicet & temporalis lib. 1. Contra Interim Cæsareum lib. 1. Omnia hæc excusa Parisijs.

* *Robertus* Shyngleton sacrificus, Anglus, scripsit De septem Ecclesijs lib. 1. De Spiritu lib. 1. Super quibusdam vaticinijs lib. 1. Londini strangulatum ferunt, anno 1544. Baleus.

* *Robertus* Shiruode Anglus theologus, scripsit Explanations in Ecclesiasten lib. 1. Sermones etiam edidit lib. 1. Claruit anno 1510. Baleus.

Robertus Stephanus, natione Gallus, typographus Parisiensis, nō modo excudit, verum etiam sua diligentia ipse cōfecit nobilissima volumina, quale est Dictionarium, seu Latinæ linguæ Thesaurus, non singulas modo dictiones continens, sed integras quoque Latine & loquendi & scribendi formulas: ex optimis quibusque Latinæ linguæ scriptoribus. Opus excusum Parisijs apud autorem, diuisum in Tomos tres, anno 1542. Insertæ sunt passim etiā Gallicæ vocabulorum interpretationes. item Lexicon Latinogallicum, quod est Epitome prædicti Thesauri: sed copiosius & diligentius singula interpretatur Gallice. Idem rursus Gallicolatinum, vbi Gallicæ voces præcedunt, expositio Latina sequitur. Vtrunque ibidem impressum est. Elucidarius poeticus, nō ille prior, sed totus planè alter, ac ita auctus & expolitus, vt studiosus adolescens nihil eum ijs quæ ad poetarum, tum ad oratorum spectant intelligentiam, desiderare possit: ibidem excusus, & postea Basileæ quoque. Idem edidit secundo Thesaurum Latinæ linguæ. Item Dictionarium Latinogallicum multo locupletius, Thesaurum recens excuso ita ex aduerso respondens, vt extra pauca quædam aut obsoleta aut minus vsitata vocabula, in hoc eadem sint omnia eodem ordine, sermone Gallico explicata: adiectis authorum appellationibus quas in superiore Latinogallico

prætermiserat. Opus excusum Lutetiæ anno Domini 1546. in folio, chartis 345. Dictionarium Gallicolatinum correctum & auctum edidit anno 1549. Ambrosij Calepini dictionarium ex Thesaurio suo auctum impressit anno 1554. Sacra Biblia ex veteri & noua translatione, additis doctissimis annotationibus Franc. Vatabli, 1545. Responsionem etiam scripsit ad theologorum Parisiensium censuras, quibus Biblia ab eo edita notarunt. Liber excusus Geneuæ, anno 1552 in 4. Concordantias vtriusque testamenti plane nouas, & veteribus illis quadruplo auctiores, maximis sumptibus & summis laboribus diligentissime colligendas curauit. Nouam glosam ordinariam, id est cōmentaria ex ecclesiasticis scriptoribus collecta, in euangelium Matthæi, Marci, & Lucæ, edidit Geneuæ, anno Domini 1553. & similia parat in omnes libros vtriusque testamenti. Claruit anno 1554.

20 * *Robertus* Talbotus Anglus canonicus collegit opus quod vocat Aurum ex stercore li. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* *Robertus* Tumbley, Anglus, Crolandensis, vt fertur, monachus, scripsit super Cantica lib. 1. Ioannes Lelandus.

Roberti Valturij de re militari libri 12. additis vbiq; picturis bellicis, excusi Parisijs apud Vuchelum, 1532. & Veronæ, 1472.

* *Robertus* Vuannucius Florentinus, scripsit sermocinales artes vbi de Dialectica atque grammatica tractatur. Item de arte sermocinandi dialogum, Eglogam Anthon. Epigrammatum librum. Venetijs apud Cominum de Tridino, 1545.

Robertus Vuackefelde, Anglus, scripsit institutiones Grammaticæ Hebraicæ lib. 1. de laudibus linguæ Hebrææ. de fide & operibus lib. 1. de Agriculturne laudibus lib. 1. de pace lib. 1. de philosophia lib. 1. Claruit anno Domini 1536.

* *Robertus* Vualdeby Anglus Augustinianus, composuit Lecturam sententiarum lib. 4. Quæstiones ordinarias lib. 1. Quodlibeta varia lib. 1. Contra Vueluistas lib. 1. Sermones per annum lib. 1. Obijt anno 1399. Baleus.

Robertus Vualsyngham Anglus, Carmelita, scripsit Elucidationes sententiarum lib. 4. quæstiones ordinarias lib. 1. quæstiones solennes lib. 1. quæstiones vesperales XII. Super Ecclesiasticum lib. 1. & alia. Claruit apud Nordouicenses, anno 1310. Idem, scripsit alias quæstiones ordinarias lib. 1. Aliaque quodlibeta magna lib. 1. Iste aduersus Alexandrum de Hales, Gerardum Bononiensem, Aegidium Romanum, Ioannes Duns, Simonem de Fenersham, Henricum de Gandano, Thomam Sutton, Robertum Couuton, Ricardum Conington, & alios adhuc ætatis suæ doctores scholasticos, determinauit publice per impugnationes subtilissimas. Baleus ex libro vetustissimo.

* *Robertus* Veyse de Hulmo iuxta mare, Nordouicensis diocesis monachus, scripsit Catholicon paruum lib. 1. Alia quoque composuit. Cantabrigiæ bibliotheca.

Robertus Vuhirytngton Lichfeldiensis, Grammaticus sui temporis non vulgaris, scripsit de octo partibus orationis lib. 1. de institutione Grammaticæ

maticulorum li. 1. de concinnitate Grammatices lib. 4. de Synonymis dictionibus lib. 1. Vixit anno 1540.

Robertus Vuorsop, Anglus, ex Eboracensi patria natus, monachus S. Augustini, scripsit Introitum sententiarum lib. 1. scholasticas questiones libr. 1. sermones populares libr. 1. Vixit anno 1350.

Roberti Vuäufeld de Hebraicæ linguæ laudibus, libellus impressus. Vide Rupertos.

Rocherius de Curte, scripsit de iure patronatus, & in 1. Decret. de consuetudine. c. fi. Liber de iure patronatus impressus est Lugduni, 1573. cum alijs qui de eadem materia tractant. Nominatur illic Rochus de Cyrte.

* Rochus Anglus, Chartusianus monachus, scripsit carmina varij generis lib. 1. Et alia plura, Claruit anno Domini 1470. Ioannes Lelandus.

Rodericus Calaguritanus de sceleribus & infelicitate Turcæ.

Roderici de S. Ella Hispani, oratio habita coram Sixto IIII. pont. max. anno 1477. impressa alicubi in Italia, argumentum est, de mysterio crucis & Christi passione.

Rodericus episcopus Palentinus Hispanus, scripsit Epistolam lugubrem simul & consolatoriam de expugnatione insule Nigropotis per Turcas.

Rodericus Toletanus presul, res Hispanas poetis prodidit.

Roderici Portuensis episcopi in regulas cancellariæ apostolicæ glossa, scripta ad Innocentium octauum.

* Rodericus Suarez I. C. Super 1. ff. noui De re iudicata. l. post rem iudicatam. Super 1. Codicis De inofficioso testamento. l. quoniam in prioribus. De captatoria voluntate. De fideiussore in causa criminali aliaque complura in legibus fori. Consiliorum volumen 1.

Rodericus episcopus Zamorensis, scripsit Speculum humanæ vitæ lib. 2. excusos Argentinae apud Ioannem Prys. anno Domini 1507. in fol. Idem scripsit librum de paupertate Christi, item Defensorium status ecclesiastici. Claruit anno Domini 1470.

Rodolphi cuiusdam Relatio de partibus vltimarum & terra sancta, M. Dresserus.

Rodolphus quidam scripsit vitam Christi, liber impressus.

Rodolphus abbas sancti Trudonis in diocesi Leodiensi, ordinis diui Benedicti, natione Germanus, scripsit contra Symmoniacos libr. 7. Chronica quoque. Carmina multa. Cantus etiam in laudem sanctorum plures. Claruit anno Domini 1115.

Rodolphus Agricola de Gruningen, natione Friso, scripsit multa, ex quibus que extare dicuntur, labore & industria Alardi Amstelredami excusa sunt Coloniae apud Gymnicum, tomis duobus, anno 1539. Sunt autem in tomo 1. De inuentione dialectica libri omnes, integri, recogniti, & annotationibus illustrati. De vniuersalibus questionibus aliquot singulares. Propædeumatium dialecticæ inuentionis opusculum, circumstantias siue attributa personarum & rerum ad Rodolphi locos redacta, simul & exemplis aliquot

Rodolphus Agricola primus sum curata quondam Nicholis liberatore Germanij in vicijs ex Italia. Erasmi in Catal. scripsit. Luc. p. 2. Id. l. 1. Ep. 10. p. 20.

explicata, compendio pertractans. Scholia in orationem pro lege Manilia, quibus ea potissimum quæ ad Dialecticam pertinent explicantur. Tomus alter continet, Aphthonij Sophistæ progymnasmata, Rod. Agric. interprete. Prisciani Casariensis præexercitamenta, ex Hermogene translata, cōmentariola in aliquot L. Anni Senecæ de clamationes. Hæc etiã seorsim excudit Bebelius Basileæ 1529. item orationes Rodolphi: de natiuitate, siue immensa natalis Christi læticia: in laudem Matthiæ Richili rectoris designati: oratio dicta in studiorum ad hycem inuentione: oratio gratulatoria dicta Innocentio VIII. Epistola, inter quas etiã ea que seorsim aliquoties impressa est, de studio formado. Ex Græcis translata: Parænesis Isocratis ad Demonicum, eiusdem de regno libellus, Luciani libellus de non credendis delationibus, eiusdem Mycillus siue Gallus, Axiochus Platoni inscriptus de contem-

nenda morte. Carmina & epitaphia Rodolphi. Hæc sunt quæ in Coloniensi editione simul excusa sunt. Scripsit præterea, vt Tritemius refert, vitam Francisci Petrarchæ, & translulit ex Hebraico Psalterium, Dionysij Ariopagitæ opera traducere incipiens, morte immatura præuentus imperfecta reliquit. Rodol. Agricola, & Io. Murmelij scholia in Seuerini Boetij libros 5. de consolatione philosophiæ, impressa Coloniae apud Ceruicornum 1535. De inuentione Dialecticæ li. 3. cum scholijs Ioannis Matthæi Phrissemij & marginalibus annotationibus. excusi Coloniae apud Eucharium Ceruicornum anno Domini 1535. Idem congeffit plurimã vocabula quæ Germani cum Græcis communia habent. Claruit Heydelbergæ, anno Domini 1485. quo etiam obiit.

Rodolphus Agricola iunior, poeta laureatus, scripsit congratulationem ad Sigismundum de Ebersteyn, consiliarium Maximiliani Casaris feliciter à Moschis reuersum. Impressa est Cracouia, anno D. 1518. cum Ioannis Dantis Soterijs ad eundem.

Rodolphi Agricola Vuasserburgensis Hymnus de D. Stanislao, tutelari Poloniae, impressus Cracouia anno Domini 1519. per Hieronymum Vietorem. Item Latine edidit somnia, quæ falso Danieli prophetae ascribuntur.

Rodolphus Auincatius, scripsit librum carminum ad Farnesios, excusum Romæ, anno 1543.

Rodolphi Auantij libellus carminum, impressus.

Rodolphus de Auricuria, scripsit super Institutiones.

* Rodolphi Bayni Cantuariensis libri tres commentariorum in Prouerbia Solomonis ex ipsis Hebraeorum fontibus manantes. Parisijs Vascolanus anno 1555.

Rodolphus Brügensis Cl. Ptolemæi Planisphærium translulit e Græco in Latinum sermonem, præfatione ad Theodoricum Platonicum, præceptorem suum, scripta Tholosæ anno D. 1144. Vualderus impressit Basileæ, anno 1536. cum Arato Græco, cōmentarijs Græcis explicato, &c.

Rodolphus de Buxella, vico Sneuig, scripsit questiones sententiarum lib. 1. Sermones perutilia

lib. 1. quæstiones varias lib. 1. orationes plures ad patres lib. 1. & alia multa. Vixit anno 1430.

* *Rodolphi* Batingij Compendiosa astrolabij methodus, edita in octavo.

* *Rodolphus* Collinus senior linguæ Græcæ in schola Tigurina professor, transtulit Euripidis omnia quæ in scio auctore sub nomine Dorothei Camilli edita sunt Basileæ. Scripsit carmine quædam nondum edita.

* *Rodolphus* Collinus senioris filius Ebrietatis malum carmine descripsit, quod Vitebergæ & Tiguri impressum est in quarto, scripsit etiam Epicædia & alia diuersi generis carmina.

Rodolphus Gualtherus Tigurinus Helueticus, ecclesiæ Tigurinæ minister, scripsit in secundam & tertiam Ciceronis de lege Agraria contra Rulum orationem, & in Verrinas Annotationes, sub nomine Eubuli Dynateri, Basileæ impressas primum apud Robertum Vuinter & postea apud Ioan. Oporinum anno D. 1553. cum alijs diuersorum Annotationibus in omnes Ciceronis orationes. Iulij pollucis Onomasticon, Latinitate ab eo donatum, excudit Rober. Vuinter Basileæ 1541. Item Monomachia Davidis & Goliæ, & Allegorica eiusdem expositio, Heroico carmine descripta; cum Epicædijs Eobani Helli, Henrichi Lauateri, Nicolai Partrigij Angli, Friderichi Pistorij Niddani, 1541. Ibidem excu. & Apotheosis Simonis Gryngi, versibus elegis, in tabula Epicædium in mortem Margaritæ Blaureræ, ad Ambrosium & Thomam Blaureros fratres. De ratione syllabarum & carminis libri duo. & de Germanicæ nobilitatis studijs Elegia, ad nobilem iuuenem Eberhardum à Bruch 1542. Argumenta omnium tam veteris quam noui Testamenti capitum, Elegiaco carmine conscripta anno D. 1543. excusa Tiguri apud Froshouerum. Ioannis Cantacuzeni Constantinopolitani regis cõtra Mahometicam fidem Apologias quatuor, & orationes totidem, è Græco in Latinum transtulit, 1543. Basileæ, apud Oporinum. Eiusdem extat etiam collatio noui testamenti ad Græcam veritatem. Vide in Leone Iudæ, Hul. Zuinglij libros circiter 34. è Germanico in Latinum sermonem transtulit. Item ad Catholicam ecclesiam, omnemq; fidelium posteritatem, pro Hul. Zuinglio & operum eiusdem editione Apologiam, quæ & Zuinglij operibus præfixa & seorsim excusa extat 1545. Orthodoxa fidei doctrinæ confessio per Tigurinæ ecclesiæ ministros, contra Lutheri calumnias & conuicia Germanice scripta, eodem interprete Latinitate donata est, anno 1545. Scripsit etiam Homilias quinque de nouissimis temporibus & Antichristo, in locu Match. 24. Germanice & Latine, apud Froshou. excus. Idem scripsit in Ioannis apostoli & euangelistæ epistolam Canonicam homilias 37. & in eiusdem apostoli duas posteriores epistolas homiliarum sylvam Tiguri excudit Froshouerus anno Domini 1553. in 8. chartis 36. Quæ omnia etiam in Germanicam linguam transtulit. Orationem de officio ministri ecclesiastici ibidem excusam in 4. anno 1548. Homilias aliquot Germanicas, nempe, In canticum Zachariæ homilias duas, ibidem impressas, 1552. in 8. De natiuitate D. N.

Iesu Christi homilias 3. 1553. De pueritia & educatione D. N. Iesu Christi homilias 2. 1553. De seruitute peccati & libertate fidelium homil. è 6. capite epistolæ D. Pauli ad Romanos, 1552. De origine, præstantia, dignitate, seu auctoritate sacræ scripturæ, ex 15. cap. epistolæ ad Romanos, 1553. De aduentu D. N. Iesu Christi & quomodo nos ad eum præparare debeamus, ex 4. capite 1. epistolæ D. Petri. In Psalmum 113. qui in actione cœnæ Domini in ecclesia Tigurina recitatur. Theodori de Providentiâ Sermones X. Latinitate donauit. Excudit Tiguri Froshouerus. Nabal, comœdia sacra ex 1. Samuel, 25. Froshouerus excudit. Scripsit, & ibidem ædedit, Homilias tres de ascensione D. N. Iesu Christi & missione s; iritus sancti, Speculum Christianorum, seu homilias duas de Christiani hominis nomine & officio. * Præterea scripsit Homiliam de Circuncisione. In orationem Dominicam homilias 10. De constantia & perseverantiâ in fide ex 1. Ioan. 2. In passionis Dominicæ historiam homilias 2. De resurrectione Christi, item de nostrorum corporum resurrectione, & paschate Christianorum, homilias 3. De ascensione Christi & missione Spiritus sancti homilias 3. De afflictionibus fidelium & eorundem consolatione ex 2. Cor. 1. homiliam 1. Homiliam in testimonium Ioannis Baptistæ de Christo. Homilia istæ omnes Germanice editæ sunt in 8. De incarnatione Filij Dei homilias 6. Latine & Germanice editas, Psalterium in Germanicam transtulit linguam, argumentis & annotationibus illustravit. Postremo sequentes libros sacros per homilias integros explicauit, Duodecim prophetas minores, Euangelium sancti Marci Euangelium, sancti Lucæ, Euangelium sancti Ioannis, Acta Apostolorum, Epistolam D. Pauli ad Romanos. Eiusdem vitæ quæ epistolam ad Corinthios. Singula hæc diuersis temporibus à Froshouero excusa sunt Tiguri in folio. Porro nunc in manibus habet homilias in epistolam ad Galatas, & in Euangelium Matthæi.

* *Rodolphus* Hufelinus Tigurinus, ex Latina lingua in Germanicam transtulit Con. Gesneri auium historiam, Tiguri excudit Froshouerus.

* *Rodolphus* Landebergius Tigurinus, ex Latina lingua in Germanicam transtulit Euonymi Philiatri thesaurum. Tiguri excuderunt Gesneri fratres, in quarto.

Rodolphus Langius, natione Germanus, Monasteriensis ecclesiæ in Vuestphalia canonicus, scripsit ad Hermannum Langium eiusdem ecclesiæ decanum, de vrbe Hierosolyma lib. 2. ad decanum Coloniensem carminum lib. 1. de obsidione Nusien. vrbis lib. 1. de tribus Magis carmen lib. 1. epistolas plures ad diuersos. Carmina quoq; varia. & alia complura. Claruit anno 1494.

* *Rodolphus* Radclif, Anglus, patria Cestriensis, Hutchiniæ in agro Hartfordiensis sedecim annos iam ludum literarium aperuit, docuitq; Latinas literas. Mihi quidem aliquot dies in vnis & eiusdem ædibus commoranti, multa arriserunt, eaq; etiam laude dignissima. Potissimum vero theatrum, quod in inferiori ædium parte longe pulcherrimum extruxit. Ibi solitus est quotannis simul iucunda & honesta plebi ædere spectacula, cum

cum ob iuuenturis, suæ fidei & institutioni committitur, inuilem pudorem exuendum, cum ad for mandum os tenerum & balbutiens, quo clare eleganter & distinctè verba eloqui consuecat. Scripsit enim Latinè, De calamitosa & exitiali nominis & verbi pugna lib. 2. De Grisilidis Chaucerianæ rara patientia, Com. 1. De Melibæo Chauceriano, com. 1. De Titi & Gissipi firmissima amicitia, com. 1. De Sodome & Gomorrhæ incendio, trag. 1. De Io. Huis Bohemia nari condemnatione, trag. 1. De Ionæ ad Niniuitas ablegati defectione, com. 1. De Lazaro à diuitis aedibus abæto, com. 1. De Iudith Bethuliensis incredibili fortitudine, com. 1. De Iobi iusti afflictionibus, com. 1. De Susannæ diuina liberatione, trag. 1. De puerorum institutione lib. 1. Epigrammata quoque lib. 1. Locos cõmunes à philosophis in studioforum usum selectos lib. 1. De naturali, artificiali, & nouissima memoria lib. 1. Et alia. Claruit sub felicissimo Eduardo rege Christianissimo anno Domini 1550. Baleus.

Rodolphus de Rudesheim episcopus Vratislaviensis, scripsit in Genes. lib. 1. In Exod. lib. 1. In Leuit. lib. 1. In Numeros lib. 1. In Deuteron. li. 1. In Iosue lib. 1. In Iudicum li. 1. In Esaiam propheta tam lib. 1. Super sententias li. 4. Sermones de tempore & sanctis lib. 1. Claruit anno 1470.

Rodolphus Tracinthus scripsit de gestis Iulij 2. Rosfredus patria Beneuentanus, scripsit quaestiones iuris ciuilibus lib. 1. quaestiones iuris canonici lib. 1. summam iuris lib. 1. Eius etiam commentarius de libellis impressus est Lugduni 1538. apud Matthiam Bonhome. Allegantur etiam Disputationes eius. vide supra in Odofredo, de hoc Rosfredo: videntur enim confundi.

Rogatianus author epistolarum aliquot apud Cyprianum, cum aliquot alijs coepiscopis, scilicet secundæ, quartæ, & 12. lib. 1.

Rogatianus à Noua verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis. Rogatus epistolæ 2. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Rogerij Bachonis perspectiua extat. Eiusdem libellus De mirabili potestate artis & naturæ, vbi de philosophorum lapide, excusus Parisijs, ni fallor, venditur 3. solidis Gallicis. Quære Rugerum Bakon.

Rogerij canonici Varadiensis historici nomen alicubi citatur.

Rogerus quidam scripsit de destructione Hungariæ per Tartaros.

Rogerus quidam citatur in Tacuinis Ellucha sem medici.

Rogerij liber de phlebotomia venarum omnium, eiusque usu ac vtilitate, impressus Basileæ ab Henrico Petri. Eius practica medicinalis, impressa Venetijs anno 1499. cum varijs chirurgorum aliquot opusculis.

Rogerus monachus ordinis S. Benedicti, ad quem Guimundus Auerfanus episcopus adhuc in cœnobio constitutus, libros tres contra Berengarium scripsisse dicitur, descripsit vitam Brunonis episcopi Coloniensis lib. 1. & quædam alia. Rogerus quidam summista allegatur in summa Angelica, Claruit anno 1040.

Rogerij iurisperiti liber de præscriptionibus impressus.

* Rogerus Albanus Anglus Carmelita, scripsit Progenies Regum Britannia lib. 1. Compendium historiarum Bibliae li. 1. Claruit anno 1450. Baleus.

Rogerus Ascanius librum omnibus modis elaboratissimum de arte sagittandi lingua Britannica conscripsit, impressum Londini.

* Rogerus Blake Anglus, monachus Benedictinus, scripsit Sermones eruditos lib. 1. Baleus.

* Rogerus Cisterciensis Bernardinae sectæ professor, Anglus, scripsit Reuelationes Elizabethæ lib. 2. De 11. millibus Coloniensium virginum lib. 1. Encomion D. Mariæ lib. 1. Vixit 1180. Baleus.

* Rogerus Computista monachus Anglus, scripsit super vocabulis Bibliorum expositiones quaedam lib. 1. Postillationes Euangeliorum lib. 1. De excommunicatione maiori lib. 1. Constitutiones Cantuarienses lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

* Rogerus Conuuy Anglus, Fraciscanus, scripsit contra propositiones Armachani li. 1. Supra Extrauagantis intellectu li. 1. Determinationes scholasticas li. 1. Quaestiones Theologiae lib. 1. Lecturas & sermones lib. 2. Obijt 1360. Baleus.

* Rogerus Crolandiensis Anglus, monachus, præses poltea, scripsit vitam Thomæ Cantuariensis lib. 7. Vixit anno 1214. Baleus.

* Rogerus de Cestria, monachus Benedictinus Anglus, scripsit Polycratica temporum li. 7. Ad conditiones 15. annorum. Claruit anno 1339. Baleus.

* Rogerus Dymmock Anglus Dominicanus, scripsit contra 12. hæreses lib. 12. Ordinarias quaestiones lib. 1. Vixit anno 1390. Baleus.

* Rogerus Fuldenis, Germanus, cœnobij monachis S. Mariæ monachus, sub abbate Marquardo, composuit 6. ingentia volumina, de sanctis ecclesiæ. Claruit anno 1156. Vuicelius in hagiologio.

* Rogerus de S. luone, Anglus, de ordine mendicantium, scripsit contra hæreticos ac Lollardos, præcipue contra Ioannem Oldecastel lib. 1. Claruit anno D. 1420. Ioannes Lelandus.

* Rogerus Morshall, Anglus, Mathematicus, scripsit de figura Cata & Apodiatis eius. Ioannes Lelandus.

* Rogerus Glaston Anglus, monachus, scripsit Epistolarum suarum lib. 1. sermones per annuum lib. 1. Lecturas & quaestiones lib. 2. Claruit anno 1340. Baleus.

* Rogerus Herefordensis Anglus, scripsit De rebus metallicis lib. 1. In artem iudiciariam lib. 1. Theoricam planetarum lib. 1. De ortu & occasu signorum lib. 1. Collectaneum annorum planetarum lib. 1. Expositiones Alphidij lib. 1. Claruit anno 1170. Baleus.

* Rogerus Huchelinson Anglus, scripsit De imagine Dei, lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* Rogerus Sarisburiensis, Anglus, concionator, scripsit super psalterium lib. 1. Expositiones morales in Euangelia Dominicalia lib. 1. Io. Lelandus.

* Rogerus Tuuiforde, Anglus, monachus Augustinianus, scripsit itinerarium mentis in Deum li. 1. Sermones eruditos lib. 1. Claruit 1390. Baleus.

* Rogerus Vualtham, Anglus, canonicus secularis, scripsit Compendium morale lib. 13. Imagines oratorum lib. 1. Claruit anno D. 1250. Baleus.

* *Rogerus Vuelpedale*, Anglus, composuit Summularum Logicalium lib. 1. De vniuersalibus li. 1. De aggregatis li. 1. De quantis & continuo lib. 1. De compositione continuo lib. 1. De rogando Deo lib. 1. Claruit anno 1368. Baleus.

* *Rogerus de Vuindore*, Anglus, monachus ad fanum D. Albani, scripsit Chronicon lib. 1. Bosconus Buriensis.

* *Rogerus Yonge* Anglus, in mathesi apprime eruditus, scripsit Librum de Computo, Baleus. 10
Rogerus. Vide *Rogerus*.

Rolandinus de Romancijs I. C. scripsit de ordine maleficiorum lib. 1. de terminations & questionibus. *Rolandina* Practica impressa cum autoram, & additionibus nouis Taurini additis per Ioan. Neuizanum opinor. *Rolandina* summa in Germanicum sermonem versa, impressa est nuper Ingolstadtij.

Rolandinus Passagerius iuris peritus, scripsit de successione, de donatione causa mortis, de co- 20 dicillis, de testamento. *Rolandini* Passagerij Bononiensis opera De vltimis voluntatibus cum additionibus *Giraldi Mulert* impressa Lugduni per *Antonium Blanchard* 1524.

* *Rolandinus* de Platiola Patavinus summista, citatur ab *Aluoroto* in proemio feudorum.

Rolandi Capelluti *Chrysopolitani*, philosophi *Parmen*, tractatus de curatione pestiferorum a postematum (vixit author circa annum 1468.) 30 impressus alicubi in Italia.

Rolandus *Parmensis* edidit libellos 4. de chirurgia, impressos Venetijs 1499 cum diuersis alijs chirurgis *Rolandi* de ratione medendi inter- 40 nis externisque morbis lib. 4. Hen. Petri excudit *Basileæ*: ijdem, fortè cum superioribus.

* *Rolandi* *Petræi* in *Ciceronis* orationem pro *Sex. Roscio*, *Philippicas*, pro *Fonteio*, pro *Flacco*, in *Pisonem*, *Romæ* in 8.

* *Rolandi* à *Valle* I. C. *Patricij* *Casalensis* Quaestiones III, super statuto de lucro dotis. Consilio 40 rum volumina duo Lugduni 1566. Eiusdem liber tertius, editus Venetijs 1570. in folio. Eiusdem tractatus de inuentarij confectio, cum summarijs & repertorio. Venetijs 1573. in octauo.

Romanus quidam scriptor *Græcus*, grammaticus, nominatur inter cæteros, ex quibus *Cornu- copix* suum *Varinus Camers* congescit.

Romani *Aquilæ* de nominibus figurarum *Græcis* & *Latinis*, & exemplis earum liber, ex *Alexandro Numenio*: impressus *Basileæ* 1521. apud 50 *Ioan. Frobenium*, cum alijs eiusdem argumenti scriptoribus: Item *Lutetiæ* apud *Robertum Stephanum*, Lugduni apud *Gryphium*.

* *Romanus* *Presbyter* natione *Scotus*, scripsit de *Paschæ* celebratione lib. 1. Claruit anno Domini 660. Baleus.

* *Romerius* quidam scripsit appëdicem ad *Rheginonis* abbatis annalium libros duos, vsque ad annum D. CCCC. LXVII.

Romulus quidam ad *Tybertinum* filium librum 60 scripsit, quem ab imitatione apologorum *Aesopi* illius *Phrygis*, fabulas *Aesopi* nuncupauit: non, vt aliqui rati sunt, transtulit. vide *Gyraldum* in poetis.

Romulus Amasæus *Italus*, transtulit *Xenophontis* libros 7. De *Cyri* minoris expeditione, qui cum reliquis *Xenophontis* operibus *Latinis* impressi sunt *Basileæ* ab *Isingrinio*. & *Pausaniam*, impressum *Florentiæ* anno Do. 1551. Eiusdem scholæ duæ, de ratione instituendi. Eiusdem De dignitate linguæ *Latinæ* aduersus *Hetruscos* lib. 2. nondum excusi. Epistola vna in volumine epistolarum clarorum virorum.

Sadoh. l. 16. Ep. 3.

Ronchegalli I. C. commentaria in titulum De bonorum possessionibus, excusa sunt *Florentiæ* à *Torrentino* in folio.

* *Rosellus*, alias *Ruffel*, Anglus, vir eruditus, scripsit de potestate imperatoris & papæ lib. 1. In Cantica canticorum lib. 1. Bibliotheca regis.

Rosini philosophi tractatus quidam extat in alchymia.

Rosuida nobilis mulier in *Saxonia* nata, in *Gadeshemensi* cœnobio sacromonialis, miro ingenio & doctrina claruit, & in vtroque scribendi genere admirabilis. Ad virgines sacratas, castitatem & continentiam hortando, *Latino* sermone conscripsit comedias sex. De gestis *Ottorum* panegyricum versu hexametro. In laudes beatę virginis elegiaco & hexametro versu lib. 1. item passionem *S. Dionysij* carmine elegiaco, item de *S. Gangolpho*, & alijs sanctis plura. *Græcè* etiam linguæ notitiam habuit. Coætanea *Ioan. Angliaci* fuit, qui doctrina sua papatum meruit. Eadem *Gyraldus*, *Rosuidæ* scripta edita sunt à *Conrado* *Celte Norimbergæ* anno 1501.

* *Ruardi* *Tapperi* *Responsio* ad declarationem articulorum *Louaniensium*. Eiusdem alia quædam scripta vt opinor edita sunt.

Rubirufi architecti, libri quidam cum figuris extare feruntur in membranarum descriptis, in Bibliotheca *Desyderij Erasmi* *Roterodami*.

* *Rubrius* in *Satyra* citatur à *Fulgentio* in vocu antiquarum interpretatione.

Rudienus philosophus citatur ab alchymistis, & *Rubinus*.

Rudolphus. vide *Rodolphus*.

* *Rufinus* glossator antiquus decretorum, qui in glossis per litteram *R*. designatur: fuit autem non solum compilerator glossarum sed etiam textuū. *Nomenclat.* *Iurecons.*

Rufinus *Nicaensis*, vnus ex *Dipnosophistis* apud *Athenæum*, medicus.

Rufini cuiusdam epigrammata, numero 28. li. 7. *Anthologij*.

Rufini *V. D.* *Grammatici* *Antiochensis*, commentariū in metra *Terentiana*, impressum cum *Prisciano* grammatico: aliàs inscribitur, de metris comicis, & oratorijs numeris.

* *Rufinus* *Floridus* poeta *Britānus*, illustris vir, hunc duobus libris *Claudianus* insectatus est, contra eundem *Claudianum*, scripsit *Epigrammata* 28. Ad *Theodosium* Imperatorem lib. 1. De oris maritimis lib. 1. Claruit anno 414. Baleus.

Rufinus monachus & *Aquileiensis* ecclesię presbyter, aliàs *Ruffinus* *Tarmus* presbyter, scripsit in *Osee* prophetam lib. 1. in *Amos* prophetam lib. 1. in *Ioel* prophetam lib. 1. de sua fide ad *Laurentium* episcopum lib. 1. inuestiuarum contra *Hieronymum* lib. 2. de sua fide ad *Anastasio* lib. 1. de benedictionibus patriarcharum lib. 1.

lib. 1. de sacramentis lib. 1. exhortationis ad Probam lib. 1. additiones ecclesiasticæ historiæ lib. 2. epistolatum ad diuersos lib. 1. Deniq; maximam partem Græcorum bibliothecæ Latinis exhibuit: Basilij Cæsariensis Cappadocij episcopi, Gregorij Nazianzeni, Clementis Romani recognitionum libros, Eusebij Cæsariensis Palæsting ecclesiasticam historiæ, Xysti sententias, Euagrij sententias, Pamphyli martyris aduersum mathematicos: Origenis non omnia, quia & Hieronymus transtulit quædam, quæ suo prologo discernuntur. exposuit idem Rufinus symbolum, & benedictionem Iacob super Patriarchas triplici, id est historico, morali, & mystico sensu. Scripsit epistolas ad timorem Dei hortatorias multas, inter quas præeminet illæ quas ad Probam dedit. Historiæ etiã ecclesiasticæ, quæ ab Eusebio conscripta, & ab isto diximus interpretatam, addidit de cimû & vndecimû librû. Sed & obrectatori opusculorû suorû respondit duobus voluminibus, arguens & conuincens se Dei intuitu & ecclesiæ utilitate, auxiliante Domino ingenium agitauisse: illum vero emulationis stimulo incitatum, ad obloquium stilum vertisse. Hæc Gennadius. Inter opera Hieronymi, tomò 4. Basiliensis editionis, continentur, Rufini symbolum, de quo videtur etiam in præfatione Erasmi in Cyprian. de sua fide lib. inuestiuarum lib. 2. Iosephum conuertit in Latinû, cuius originalis est Mediolani in S. Ambrosij fano, Longobardis characteribus cariosissimis. Rufini opusculum de deprauatione librorum, præcipue Origenis, impressum cum operibus Origenis, in fine primæ partis: item Tom. 2. operum D. Hieron. Vertit etiã apologeticû Pamphyli martyris pro Origenis, in prima parte operum Origenis, Basiliensis editionis. Addidit insuper suam apologiam, vbi contrarias sententiâs in libris Origenis ob eorum deprauationem natas ostendit. Præfatio eius in libros Origenis de principijs, habetur in tertio tomo operû D. Hieron. adiuncta per Des. Eras. vt facilius intelligerentur Apologiæ D. Hieron. Eiusdem symbolû, ibid. Aemulus atq; obrectator fuit D. Hieron. vt Origenis adfertor, quodq; ab eo reprehensus sit, quod eius libros *περὶ τῶν ἀρχαίων*, qui contra fidem sunt, conuertit. ex epistolis autem inter se missis constat, quæ sit viriusque ingenij, vitæque ac morum differentia. Claruit anno Domini 400.

Rufus, aliàs per f duplex scribitur.

Rufus conscripsit librum ex dictis Epicteti de amicitia, qui cum alibi apud Stobæum citatur, tum in sermone, Quodeuentus rerum fortiter sint ferendi.

Rufus Auienus transtulit Arati Phænomena Latinis versibus, quorû adhuc fragmenta quædam extant, impressa cum Ciceronis & Germanici translationibus in eadê: adiecta Ioachimi Petionij translationi Ethicorum. Præterea Dionysij Punicij de situ orbis versus ex Græcis Latinis fecit: & de oris maritimis librum edidit, carmine trimetro iambico, ad Probam virum consularem, ad quem etiam Cl. Claudianus scripsit, &c. Seruius Grammaticus Auienum ait Vergilianas fabulas, & Liuium, iambicis versibus descripsisse. Sunt qui hunc ipsum Auienum esse putent, quæ

Macrobius in Saturnalibus loquentem induxit. Extat & libellus ad Theodosium imperatorem, huius, vt putatur, Auieni: in quo plerosque Aesopi apologos elego carmine complexus est: qui an legitimus sit, non multum esse precium operæ vt disquiramus, existimo. Hæc Gyraldus. Vide infra de Sexto Rufo. idem enim est, si Sextus pro Festo, vt Volaterrano Raphaeli placet, non recte scribitur. Rufus Festus figuris ad Ptolemæi doctrinam excelsis ornatus, editus est Colonia 1569. in folio, cum Arato, eius interpretibus & cõmentarijs, iteinque Higino: ex emendatione Morelij.

Rufus Celsus scripsit vitas aliquot imperatorum Romanorum, teste Vopisco.

Rufi Domestici distichon libro 7. Anthologij:

* Rufus Ephesus medicus, sub Traiano vixit cum Critone. Feruntur eius libri plurimi, quorum & hi sunt De ratione victus 5. De victu nauigantium 1. De vulnerum medicamentis 1. De contractione articulorum 1. De ficibus 1. De veteri medicina lib. 1. De vino lib. 1. De melle. De herbis libri quatuor carmina hexametro scripti, quorum meminit Galenus. Aldus olim cum Dioscoride Græco carmina aliquot Græca de viribus quarundam herbarum excudit, auctoris incerti, quæ an Rufi sint medicis inquirendum relinquo. Eiusdem libelli de De vesicæ renumque morbis, De purgantibus medicamentis, De partibus corporis humani, Græce impressi sunt Parisijs ab Adriano Turnebo anno Do. 1554. in 8. Et ab Hehr. Stephano.

Rufus medicus apud Ioannē F. Serapionis citatur. Extant & apud Aeri nonnũ pauca ex eius scriptis fragmenta, quem qui volet consulat. Nos breuitatis studio libenter hoc loco plura omisimus.

Rugerus Bakon Anglus, Minoritani olim nominis, doctor Oxoniensis, scripsit de Necromanticis imaginibus lib. 1. prognostica ex siderum cursu lib. 1. regimina cœlestium lib. 1. De exantationibus lib. 1. De occultis naturæ operibus lib. 1. De vera Astronomia lib. 1. De retardatione accidentium lib. 1. super sententias lib. 4. in Philosophiam naturalem lib. 8. in Moralem lib. 10. speculum Alchymicæ lib. 1. De Alchymistarum artibus lib. 1. De Grammatica Græca lib. 1. De situ Palæstinæ lib. 1. De iudicijs Astrologiæ lib. 1. sententias experimentales lib. 1. De speculi facultate lib. 1. Compendium studij theologi lib. 1. De rerum mirabilibus lib. 1. De perspectiua lib. 1. Rogerij Bachonis Speculum Alchymicæ, excusum est Norimberge apud Petreiu cum Gebri Arabis scriptis. Claruit anno 1280.

Rugerus de Houeden Anglus natione, scripsit Annales regum Angliæ, & Lecturas sophisticas. Vixit anno 1190.

Rugerus Onley Anglus, scripsit librum contra vulgi superstitiones. Claruit anno D. 1442.

* Rugeri Edingij libellus precum ex nouo Testamento & SS. Partibus collectus, & Germanice editus Colonia 1572. Eiusdem Missæ, Cantiones, Ecclesiasticæ preces, Euangelia, & Epistolæ dominicis & festis diebus legi & cantari consuetæ in vnum collectæ & German. editæ. Ibid. 1527.

Rugerus Suicetus Anglus; scripsit calculatio

nes Astronomicas lib. 1. Ephemerides lib. 1. De arte Cabalística lib. 1. Mathematicas cōmentatio nes. Claruit anno 1370.

Rugerus, vel vt ab alijs vocatur, Rutgerus Ven ray, Germanus, Canonicus regularis S. August. scripsit de institutione puerili lib. 2. De inquisitione bearæ vitæ lib. 2. Hymnorum de S. Maria lib. 1. De vario literarum vsu lib. 2. De rebus mirabilibus lib. 2. De rebus nouis lib. 2. De metrorum generibus lib. 1. De accentibus Latinorum lib. 2. & Panegyricos 2. Claruit anno 1490.

Ruggandus episcopus Metensis, Pippini regis ex sorore nepos, scripsit pro clericis Metensis ecclésiæ regulam canonicorum lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 760.

Rupertus. Vide Robertus.

Rupertus abbas monasterij Cassinensis, ordinis S. Benedicti, scripsit elegantes sermones li. 1.

* Rupertus Grossi capitis disputatio de corpore & anima.

Rupertus abbas Tuitiensis cœnobij iuxta Coloniam Agrippinā, ordinis sancti Benedicti, natione Germanus, scripsit ad Cunonem abbatem Sigeburgensem, postea episcopum Ratisponensem, de victoria verbi Dei lib. 13. in Genesim lib. 9. in Cantica canticorum lib. 7. in librū sancti Iob lib. 10. in lib. Reg. de David lib. 15. de sancta trinitate in vetus Testamentum lib. 42. in Apocalypsim Ioan. lib. 12. aliàs 22. de officijs diuinis lib. 12. Meditationes de incendio Tuitien. li. 3. in 12. prophetas minores lib. 30. in Euang. Matthæi lib. 8. in Euang. Ioannis lib. 14. super regulam S. Benedicti lib. 1. Apologeticum eiusdem operis lib. 1. epistolarum ad diuersos li. 1. Deniq; fertur & alia plura scripsisse, & nouum ac vetus testamentum pro maiori parte in multis libris explanasse. Claruit anno 1124. Opera eius impressa sunt Colonia 1533. apud Arnoldum Birkman, & seorsim cōmentariorum in Apocalypsin lib. 22. Parisijs sub insigni Mortarij aurei. Item in Cantica canticorum, de incarnatione Domini cōmentariorū lib. 7. impensis Arnoldi Birkmanni excusi anno 1550. Eiusdem de victoria verbi Dei lib. 13. excusi Louanij anno 1551. apud Seruatium Sassenum, de diuinis officijs lib. 12. excusi Colonia anno Do. 1543. In Euangelium Ioannis libri 14. ibidem, anno 1541. Eius item libri XXXII. de operibus sanctæ trinitatis, excusi sunt Louanij apud Seruatium Sassenum anno 1551. Eiusdem in XII. prophetas minores cōmentariorum libri XXXII. apud eundem, eodem anno. De gloria & honore filij hominis in Matthæum lib. XIII. Item de glorificatione trinitatis & processione spiritus sancti libri IX. excusi Colonia apud Ioannem Soier, anno D. 1533. De incendio Tuitien. in quo corpus Dominicum à flamma circumfusa intactum remansit: De meditatione mortis libelli duo. Vita auctoris. Colonia anno Domini 1572.

Rupertus rex Franciæ, cantus & responsoria dulci & regulari modulamine scripsit. Eius est illa vulgata sequentia, quæ cantatur diebus Pentecostes, de sancto spiritu, Veni sancte spiritus, responsoriū de S. Petro, Cornelius Centurio, de natiuitate Domini, Iudæa & Hierusalē no. & il-

lud Alleluia, Eripe me de inimicis. Attribuitur ei & hæc sequentia, quæ incipit, Sancti spiritus adsit nobis gratia. Claruit anno 980.

Rupertus Gaguinus, natione Gallus, ordinis sanctæ Trinitatis generalis minister, scripsit opus ad Arnoldum Bostium, Carmelitam Gaudai morantem, contra Vincentium de Castro nouo, ordinis Prædicatorum, carmine, de conceptione sanctæ Mariæ lib. 1. de eadem re, prosaice lib. 1. de misera hominis conditione lib. 1. de arte metricandi lib. 3. orationes multas elegantissimas lib. 1. epistolarum quoq; lib. 1. Epigrammata innumera, & alia complura. Fertur & chronica scripsisse, quæ excusa sunt. Eiusdem de arte metrorum lib. 3. Primus de syllabis, secundus de pedibus, tertius de metrorū generibus, excusi sunt Phorcæ per Vdalricum Carinthum anno Do. 1505. quatern. 6. Claruit Parisijs anno Domini 1494.

Rupertus natione Gallus, Carmelita, scripsit super sententias lib. 4. in epistolas Pauli lib. 14. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis li. 1.

Rupertus Holkoth, natione Anglicus, ordinis fratrum Prædicatorum, scripsit multa, è quibus ista feruntur: super sententias lib. 4. in librum sapientiæ lib. 1. de septem peccatis mortalibus lib. 1. Moralizationes lib. 1. de immortalitate animæ lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. in Ecclesiasticum imperfecte lib. 1. Idem scripsit In Prouerbia Salomonis. In ecclesiasten. In quatuor euangelia. De ludo Scacchorum lib. 4. De impunitate peccati lib. 1. De libertate credendi lib. 1. De motibus naturalibus lib. 1. De effectibus stellarum lib. 1. & alia plura. Claruit anno 1349. Cōmentarij eius super sententias impressi sunt, item quadragesimale, vt vocant. Extat etiam eius lectura super librum sapientiæ: item liber De bello seu militia spirituali: quæ sunt quæstiones seu sententiæ cum subtilibus argumentis & rarissimis. M. Dresserus.

Rupertus de Licio, episcopus Aquilæ Marso- rum, seu Aprucij vrbis, ordinis fratrum Minorū, scripsit sermones de tempore lib. 1. de laudibus sanctorum lib. 1. de pœnitentia per quadragesimam lib. 1. de peccatis quoque lib. 1. & quædam alia. Rob. Caracholi de Licio, ordinis minorum episcopi Licien. Quadragesimale de peccatis, impressum Venetijs, per Andream Tofesannum de Asula anno 1488. in 8. Eiusdem sermones de laudibus sanctorum, impressi Basileæ per Nicol. Kesler 1490. De huius viri audacia & libertate contra Pontificem, & Cardinales, non nihil Eras mus de modo concionandi, Vixit anno Domini 1486.

Rupertus episcopus Licolnien. scripsit summam theologiæ lib. 1. super libris Dionysij 4. summam quæ numerale dicitur lib. 1. de sphaera cœlesti lib. 1. de computo ecclesiastico librum vnum. Calendarium pulchrum librum vnum. Numeratur à Tritemio inter illos, qui claruerunt anno Domini 1140. Summa eius super 8. libris physicorum Aristotelis, impressa est Venetijs anno Domini 1506. & 1504. apud Scotum: ibidem cum Thomæ Aquinatis in eisdem libros interpretatione. Eius compendiū sphaeræ, impressum

impressum Venetijs 1108. cum Io. de Sacro busto de sphaera, & alijs. Idē scripsit distinctiones quas inscripsit, Templum Dei, estq; quasi summa confessionis.

Rupertus abbas cœnobij Lymburgēsis, in dicecesi Spirensi, ordinis sancti Benedicti, natione Germanus, scripsit in Cantica canticorum lib. 4. de contemptu mundi lib. 2. de S. Ioanne baptista lib. 1. reuelationum suarum lib. 1. Scripsit quosdam sermones de sanctis, quorum corpora vel partocinia in eodem Lymburgensi monasterio habebantur. Claruit anno 1124.

* *Rupertus*, monachus S. Albani propè Moguntiam, Germanus natione, Chronicon scripsit lib. 1. Tritemius in compendio.

Rupertus ordinis fratrum Prædicatorum, edidit quædam non contemnenda, è quibus extant super sententias li. 4. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Multos præterea libros Aristotelis cœmentarijs elegantissimis exornauit. Vixit anno D. 1320. Vide an sit Holcoth.

* *Rupertus* Canonicus Præmonstratensis, scripsit historiã quandã lib. 1. Tritemius in compendio.

Rupertus monachus cœnobij S. Remigij in dicecesi Remēsi, ordinis diui Benedicti, natione Gallicus, scripsit gestorũ in terra sancta per Christianos tempore Vrbanii II. contra infideles, historiã insignem, distinctam in li. 10. Claruit anno 1120. Bellorum Christianorum principum, præcipue Gallorum contra Saracenos, historiã H. Petri excudit Basileæ. Hic etiam Robertus Montensis à quibusdam nominatur, vide supra.

Rupertus de Russia, ordinis fratrum Minorum, scripsit ad Haymonem Anglicum ordinis sui ministrum generalem, declarationem in regulam sancti Francisci lib. 1. Super sententias quoque li. 4. Sermones varios lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1280.

* *Ruseus* Parisiensis, Regius, Cancellarius, scripsit erudite in Titulum, Quæ sint regalia in vñibus feudorum.

Rustici diaconi contra acephalos librum, incerto interprete, Henricus Petri excudit Basileæ, anno D. 1528. cum alijs veterum theologorum scriptis contra hæreses. Item Tiguri cum alijs Patrum scriptis contra Eutychem & Nestorium. Defendit autem definitionem de fide Synodi Chalcedonensis, per dialogum orthodoxi & hæretici.

* *Rusticus* Helpidius, temporibus Symmachi & Boethi vixit, medicus Theoderici Gothorum regis. Scripsit Consolationem sui dolotis; qui liber non extat. Tristicha historiarum veteris & noui Testamenti, De Christi Iesu beneficijs carmen. Hæc duo opuscula cum Christianorum poetarum veterum operibus excusa sunt ab Oporino 1562.

* *Ruthuicus*, vates Francorum, Richimeri regis vitam, mores, acta, & cultum in deos descripsit carmine. Claruit anno Domini 120. Tritemius in Compendio.

Rutilius Flaccus, Theodosij atq; Honorij principum vitas descripsit.

Rutilij Galli poetæ elegia quædam iter suum continens, nuper inuenta est, Raph. Volaterra-

nus eandem alibi in cœnobio quodam ad Bobium Italiae oppidum inuentam scribit. Eundē Rutilium Numantianum poetam vocans, Basilius Zanchus in dictionum Latinarum catalogo citat. Vide Gyraldũ in Rutilio Gemino, qui etiam à Fulgētio citatur. Rutilij Numantiani eum legos Neapoli edidit Petrus Summontius. Rutilij itineraria antea edita, & post ab Onuphrio Panuino cœmentarijs reipublicæ Romanæ inserta sunt, emendatiõra cum alijs.

* *Rutilij* Gemini Asiyanax tragœdia & libri pontificales citantur à Fulgētio de vocibus antiquis.

Rutilius Lupus rhetor, scripsit de arte, Gorgia secutus, non illum quidem Leoninum, sed aliũ sui temporis; cuius quatuor libros in vnum suũ transtulit. Quintil. li. 9. & Volat. li. 19. Urb. com.

Rutilius Rufus sub Scipione tribunus militũ fuit, & eius temporis historiã conscripsit, teste Appiano in Romana historia. Suidas Eius historiæ citatur etiam apud Plutarchum in vita Marcelli & Pompeij: & ab Athenæo.

S.

Santi patris nostri *Saba* typicum ecclesiasticæ traditionis & consecrationis diuæ Lauræ Hierosolymis: lib. Græcus hac inscriptione seruetur in quadam bibliotheca Italiae.

Sabbatius Gallicanæ provinciæ episcopus, rogatus à quadam casta & Christo dicata virgine Secunda nomine, composuit librum de fide, aduersum Marcionem, & Valentinianum eius auctorem, & aduersum Eunomium, & eius magistrum Aetium, &c. hæc Gennadius, qui & argumenta eorundem librorum addit. Tritemius scribit, eum claruisse anno salutis 440.

* *Sabellius* hæresiarches, qui vnam tantum sanctæ Trinitatis personam esse docuit.

* *Sabellus* poetã impudicus, fuit Domitiani & Neruæ temporibus: dignus sanè cuius scripta perierint.

Sabinus quidam Macedonianæ hereseos sectator conscripsit acta synodalia.

Sabinus vetus I. C. scripsit iuris ciuilibus libros 3. vide in Fabio Sabino, eius filio.

Sabinus sophista sub Adriano Cæsare scripsit introductionem & argumentum materiæ declamatoriæ libris 4. Commentarios in Thucydidem, & Acusilaum, & alios, Suidas. Hunc Aphthonij filium fuisse putant: vide in Sergio infra.

* *Sabinus* ipse dicitur in quarto de meditatione libro citatur à Laertio in Platone.

Sabinus Maserius scripsit fastorum & rerum memorabilium libros, teste Volaterrano lib. 19. Quære Massurium Sabinum.

Sabinus Tyro scripsit Cepurica, teste Plinio libro 20. cap. 9.

Sabini cuiusdam scripta allegantur à Plinio li. 7. & 19. naturalis historiæ.

Sabini tetrastichon l. 6. Anthologij, sectione 7.

Sabor, aliàs Sapor, rex Medorũ, citatur à Mel.

Sacas poeta fuit Tragicus. Suidas. Est & Ammonij philosophi cognomen.

Sæuius Nicanor insignis Grammaticus, scripsit

præter commentarios, quorum tamen pars maxima interiit, satyram quoque, cuius meminit Suetonius Tranquillus.

Sæus scripsit de republica Lacedæmoniorum. Athenæus lib. 4.

Sagadinus nominatur inter illos scriptores, ex quibus memorabilia sua Baptista Fulgofus collegit.

R. *Sahadius* Geon edidit Commentariū Hebraicū in Daniel, qui extat impressus Venetijs apud Bambergū. Eiusdem liber de credulitatibus. Dicitur Arabice transtulisse quosdā sacros libros.

Saladinus de Esculo, scripsit barbaro stylo compendium Aromatariorum, quod habetur excusum cum Io. Mesu operibus. Eiusdem iudicium de ponderibus medicinalibus, impressum ab initio Onomastici Othonis Brunfelsij.

Salagastus, sacerdos & summus pontifex Iouis, volumen legalium constitutionum nouum edidit, sub Pharamundo rege. Claruit anno Domini 420. Tritemius in compendio.

Saleius Bassus, in pangendis heroicis claruit, amatus à Vespasiano, atque ab eo quinquaginta sestertijs donatus, &c. Gyraldus.

Salemnia quidam citatur à Ioan. F. Serapionis.

Salernitani cuiusdam episcopi extat liber manuscriptor, de sceleribus perfidi Turcæ.

* *Salerni* liber de virtutibus & operationibus medicinarum, De phlebotomia ac ventosis, De nobilitate corporis humani M. Dresserus.

Saliceti commentarij super 1. & 2. Codicis, & in Digestum vetu., impressi sunt, peculiariter autem scripta eius citantur in 2. ff. vet. & in Rub. Infortiari. 1. soluto matri. l. semel mora.

* *Saliphilax* Britannus ex Bardorū genere, scripsit genealogiam Britannorum lib. 1. Baleus.

* *Salpe* Lesbia Pægnia conscripsit, quæ tamen quidā à Mnaset. qui Salpe cognominatus sit scripta esse tradunt. Plinius auctor: qui Salpen obstericem laudat.

Salomonij Macrini Iuliodunensis, Hymnorum lib. 6. eiusdem Hymnorum selectorum lib. 3. Robertus Stephanus excudit Parisijs. Carminum libellus, i. à Colinæo Parisijs. Carminum vel Odarum lib. 4. quibus Odas Horatij tum carmine tum argumento imitatur: ibidem impressi 1530. Næniarum lib. 3. de Golonide Borsala vxore. Luteriæ, 1550. apud Vascofanum.

Salò, vide in Romulo.

Salomonis filij Dauid, regis Israel, libros tres in veteri Testamento habemus, nempe Prouerbia, Canticum canctorū, & Ecclesiasten. Extat apud Hebræos Salomonis liber, cui Sapientia titulus, non qui nunc in manibus est Philonis opus: sed alter Hierosolyma, quam vocant, secretiore lingua compositus, in quo vir naturæ rerum (sicuti putatur) interpres, omnē se illiusmodi disciplinā fatetur de Mosaicæ legis penetralibus accepisse. Ioannes Picus in commentarijs super Genesin.

* *Salomonis* Dauid regis filij Somnia, cum Danielis propheta somniorum interpretatione. Liber hoc titulo impressus Venet. an. 1516. Circūferatur etiam magicus libellus titulo Clauis Solomonis. Item liber Salomonis sub nomine Razielis inscriptus, fictio magica est.

Salomon eben Halem, aliàs Sulahin eben Hæhasen, citatur à Ioanne F. Serapionis.

Salomon, naturalis magiæ scriptor. vide in Zoroastre.

R. *Salomonis* Iarchi Galli commentaria extant impressa Hebraice in aliquot veteris Testamenti libros, nempe in quinq; libros Moses: in Iosue, Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, & Paralipomenon: in Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, duodecim prophetas minores, Psalterium, Cantica canctorum, Lamentationes Ieremiæ, Ecclesiasten, Hester, Esdram, Neemiam, Glossas in Talmud Babylonicum & in Talmudicos libros R. Alphes. Collectanea Paradisi, sunt autem loci communes Iudæici de fide & morib. Claruit in Rhodo, anno Domini 1217.

Salomon episcopus Constantiensis, scripsit de septem artibus liberalibus lib. 1. & Vocabulariū linguæ Latinæ. Salomon abbas S. Galli, & post Constantiensis episcopus, scripsit Dictionarium cuius adhuc exemplaria manuscripta extant Constantiæ, & in cœnobio S. Galli. Claruit sub Lothario imperatore, anno 1350.

D. *Salonijs* episcopi Viennensis, ad Veranium fratrem, in Salomonis parabolas explicationē, excudit Basileæ Henricus Petri, anno 1551. cum alijs veterum Theologorum opusculis.

Ex *Salpe* scriptore quædam Plinius in 28. & 32. naturalis historiae librum transtulit.

Saluianus Massiliensis presbyter, scripsit scholastico & aperto sermone, de virginitatis bono ad Marcellum presbyterum libros tres: aduersum auaritiā libros 4. de præsentis iudicio libros quinque: & pro eorum merito Satisfactionis ad Salonium episcopum librum vnum. Expositio nis extremæ partis Ecclesiasticis ad Claudianum episcopum Viennensem librum vnum. Epistolarum librum vnum: Et in morem Græcorum de principio Genesis vsq; ad conditionem hominis, composuit versu quasi Hexameron lib. 1. Homilias multas. Tritemius scribit eum claruisse an. 480. De vero iudicio & prouidentia Dei, & ipsius gubernatione hominum & rerum mundi huius, ad S. Salonium episcopum Viennensem libri 8. cura Io. Alexandri Brassicani I. C. editi, ac scholijs illustrati: Frobenius excudit Basile. 1530. His accedūt, Anticimenon libri 3. in quibus continentur Quæstiones veteris ac noui Testamenti, de locis in speciem pugnantibus, incerto auctore, per interrogationem & responsionē Idem Saluianus præfatus est ad Salonium episcopum, in librum Timothei, cur Timotheus hoc nomen suo suppresso confinxerit, & cur ad totam ecclesiam scripserit.

* *Saluiani* libri VIII. De vero iudicio, &c. multo integriores quàm hactenus editi sint, extant apud C. L. V. Pithæum, à quo publicandos speramus.

Saluiani à Gazaufala martyris verba apud Cypria, in sententijs episcopi de hæreticis baptizadis.

Saluius Iulianus, vetus I. C. scripsit Digestorū libros 99. ad Minutium Natalem libros 6. ad Verserium Ferozem lib. 4.

Salustij philosophi Cynici meminit Suidas, sed nihil ab eo scriptum refert.

Salustius Mōbeates medicus, sub Tiberio Cæsare scripsit medicinalia. Suidas.

* *Salustij* de Perusio I. C. consilium, an petitio compromissi ex forma statuti possit peti post litem contestatam: habetur in sine tracta. Lanfranchi de Oriano de arbitris.

* *Salustius* Sophista, scripsit in Demosthenem & Herodotum commentarium, & alia. Suidas. Hunc arbitror forte eundem esse quem philosophum Suidas nominat, & Cynico more philosophatum scribit.

Samij tetrastichon libro 3. Anthologij, sectione 23. aliàs scribitur per duplex m *Σαμίου*, vt alibi *ομμίου*.

* *Samone* episcopi Gazensis dialogus cum Machometano, scriptus circa annum 1229.

Samothes Gigas, cognomento Dis, ex Iaphetonatus, præter codices rituales, naturalium secreta literis quoq; mandauit. Docuit cursus astrorum, agriculturam, & alia pleraq; ad vitam moralem, politiam & oeconomiam spectantia. Obiisse fertur anno mundi conditi, 1956. ante vero Christi aduentum 2007. cum 156. annis Celtis præfuisset. Hæc Ioan. Baleus in eius vita.

Sampsatines. vide in Io. Cantacuzeno.

Sampson vel *Simpson*, scripsit glossam in *Talmud* Babylonicum, impressam Venetijs.

* *Sampson* Durouernius Anglus monachus, scripsit Homiliarum opus. Claruit anno 1170.

* *Sampson* Glamorganius Demetarum alumnus, scripsit De patientia in aduersis lib. 1. Claruit anno 560. Baleus.

Samuel Beulanus Britanus, scripsit annotationes in historiã Nennij Britanni. Clar. an. D. 650.

* *Samuel* Hebelius, Euangelia Dominicalia per totum annum ad Germanicas cantionum formulas redegit. Gorlicij, 1571.

Samuelis Iudæi Israelite, oriundi de ciuitate regis Marochiani, epistola prorsus Christiana & erudita, ad Rabbi Isaac Synagogæ magistrũ transmissa, anno post Christum natum millesimo, de Iudæorum vana expectatione: vel, Quod Iudæi Messiam, qui venit, ceu venturum temere expectent: impressa Coloniae apud Io. Ruremundanum, 1538. & prius Argentorati apud Heruagiũ, 1523. & nuper etiam Germanice reddita. Eadem epistola excusa est Basileæ apud Hen. Petri, ann. D. 1551. cum alijs veterũ theologorum opusculis.

R. *Samuel* filius Naaman, citatur à Petro Galatino: aliàs inuenio R. *Samuel* Gallus. Extant eius laudes, quas scripsit in editionem secundam Bibliorum.

Samuel Quicelbergius fecit atque conscripsit tabulas, omnibus medicis ad medicinam veram accedentibus summopere viles, atque ad curandi studium accedentibus, alijsq; præterea studiosis imprimis salutares. Floruit Ingolstadij anno Domini 1553.

Samuel Ediffenę ecclesię presbyter, scripsit aduersum Nestorianos lib. 1. aduersum Eutychnos lib. 1. aduersum Timotheanos lib. 1. vide Genadium. Claruit anno 480.

* *Samuelis* Siderocratis Brettani, Oratio de methodo *ιατρομαθηματικῆν συντάξιν*, in qua eam semper medicis veteribus & recentioribus vsui fuisse

multis rationibus confirmatur.

* *Samuelis* Zimmermani Augustani, Ars probandi omnis generis metalla, gemmas, margaritas, corallia, &c. ex Chymicis & mechanicis artibus hausta. Augustæ anno 1573. Germanice.

Sanchoniaton Tyrius philosophus, tempore belli Troiani, scripsit de physiologia Mercurij, quæ translata est in Græcum sermonem, ex patria Tyriorum dialecto: Aegyptiacam theologiam, & alia quædam. Suidas. * *Sanchoniaton* Phœnicum historiam ipsorum lingua conscripsit, quã Philo Biblius octo libris in Græcam linguam transtulit.

Sanctes de Arduinis ex Pisautensi vrbe, edidit opus de omnibus naturalibus & artificialibus venenis notabile lib. 1. de odorazione quoq; lib. 1. de prolificatione lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 1439. Opus de venenis opera Theodori Zuinggeri Basileæ editum à P. Perna.

Santis Pagnini Lucensis, Prædicatorij ordinis, Hebraicę institutiones absolutissimę, in quatuor libros diuisę. Antonius de Ry excudit Lug. 1526. Earundem abbreviatio, excusa Lugduni à Gryphio, anno 1528. Isagoge ad sacras literas li. 1. Isagoge ad mysticos sacrę scripturę sensus li. 18. Hugo à Porta impressit Lugduni an. 1536. & Petrus Quentel Coloniae. Vtriusque instrumenti noua translatio ex Hebraica & Græca veritate, ferè ad verbũ. Accedit liber de interpretamētis Hebraicorum, Aramæorum, Græcorumq; nominum, sacris in literis contentorum, ordine alphabeti. Lugduni apud Antonium de Ry, an. 1528. Thesaurus linguæ sanctę, siue Lexicon Hebraicum ex quo non solum vocularum significata, sed & abstrusiores quosq; sacrę scripturę sensus, è varijs Rabinorum cõmentarijs selectos, haurire licet. Sebastianus Gryphius excudit Lugdu. 1529.

cum indice copioso Latinarũ vocum, vnde quis statim quam voluerit vocem Latinam Hebraice redditam inueniat. Eiusdem Thesaurum linguæ sanctę, Hebraicarum institutionum libros quatuor, Earundem abbreviationem, Obseruationes in linguam Hebraicam, Rob. Steph. excu. in 4. maioris folij. Eiusdem introductio ad linguã Græcam impressa olim in 4. Eiusdem Epitome Thesauri linguæ sanctę, à Plantino impr. 1570.

Sanctius Caranza. vide in epistola Desyderij Erasmi ad Boxhemum, operibus eius præfixa: & operum eius Tomo 9.

* *Sanctius* Muletius, patria Tolosanus, professione dominicanus, episcopus Olorensis, scripsit expositiones sententiarum lib. 4. Nicol. Bertrand.

Sanctius Porta, Hispanus, ordinis Prædicatorum conuentus Cæsaraugustani, scripsit sermones æstiuales quaternionum 28. item hyemales quatern. 26. impressos in quarto Lugduni per Ioanem Clein Alemannum, anno Domini 1514. Idem Mariale festa Mariæ continens, item Sanctorale vel sermones de sanctis scripsit, impressos Haganoæ per Henricum Gran, anno 1514.

Sandon Hellanici philosophus, scripsit Hypotheses in Orpheum lib. 1. Suidas.

Sanga Romani poetæ beneficio Latinum Athenæum debemus: Paulus Iouius in libro de piscibus, sed nihil huius authoris impress. reperio.

Sannyrion Athenien. Comicus, fabulas scripsit, *Gelon*, *Danaem*, *Io*, *Psychothas*, teste Athenæo in *Dipnosophistis*. *Suidas*.

Sanfonis cuiusdam *Metaphysica* impressa sunt.

Santra-grammaticus antiquus, à *Varrone*, *Nonio*, & *Charisio* citatur. Scripsit de viris illustribus li. 1. *Hieronymus* in præfatione. De verborum antiquitate, & *Nuntias Bacchas* teste *Nonio*.

Sappho *Lesbia* *Lyrica*, floruit *Olympiade* 42. scripsit *Epigrammata*, *Elegias*, *Iambos*, *Monodias*, & *Carminum Lyricorum* libros 9. *Prima plectrum* inuenit. vide *Suidam*. Citatur ab *Athenæo*, & *Stobæo*. *Distichon* eius extat li. 3. *Florelegij*, sectione 4. & *tetrastichon* ibid. sectione 12. Eius de amoribus scripta citantur apud *Plutarchum* in vita *Demetrii*. Sunt autem qui dicant aliam fuisse *Lesbiam*, poetriam quoque, quæ adolescentem *Phaonem* adamauerit, & è *Leucade* in aquas se demiserit. *Vtracûq;* fuerit, vnâ tantum commendant *Latini* poetæ, utpote *Stattius* lib. 5. *Sylvarum*, & alij. * *Sapphus* carmina quæ adhuc extant omnia cum cæterorum octo *Lyricorum* carminibus *Græcolatina* impressit *Henricus Stephanus* in 16.

Sarapion, cognomine *Aelius*, rhetor *Alexandri* nus, scripsit de erratis declamationum, *Auscultationum* lib. 7. *Panegyricum* *Adriani* regis. *Consilia Alexandrinis*. *Artem rhetoricam*. An *Plato* iure *Homerum* à sua republica ablegauerit, & alia multa. *Suidas*. idem & alterius cuiusdam *Sarapionis* philosophi aut theologi, sed gentilis, ut videtur, mirabilem vitam describit. *Sarapionis* *tetrastichon* lib. 3. *Anthologij*, sectione 6.

* *Sarapion* in *in* laudatur à *Clemente Strom.* 1.

* *Sarapion* *Sroicus* ex *Hierapoli*. *Stephanus*.

Sarapion *episcopus* *Aegypti* urbis *episcopus*. qui ob elegantiam ingenij, cognomen *Scholastici* meruit, edidit aduersum *Manichæum* egregium librum, & de *Psalmorum* titulis alium, & ad diuersos vtilis epistolas. *Tritemius* hunc *Sarapionem* vocat, & floruisse ait anno 340. de *Sarapione* *Antiocheno* *episcopo* infra dicetur.

* *Sardiani* *Medici* antiquissimi, *Epitome medicinæ* *Oribasij*. *Venetijs* 1571. in 12.

* *Sarmenes* quidam eques, primus de equitatu scripsit. *Plinius*.

* *Sarpedonis* epistola citatur à *Plinio* 13. cap. 13.

Sarsena pater & filius citantur à *Plinio* 14. 15. 17. & 18. libro. Scripsere de *Agricultura*. *Sarsena* pater, filiusq;, & *Scrofa*, vetustissimi, peritissimiq; *agriculturæ* post *Catonem*. Idem lib. 17. cap. 23.

Sasgeri de libero arbitrio, liber impressus.

Satij à *Sicilippa* verba apud *Cyprianum*, in sententijs *episcoporum* de hæreticis baptizandis.

Sattius epistolæ 2. & 4. & 12. apud *Cyprianum* auctor, cum aliquot alijs *coepiscopis* lib. 1.

Saturninus vetus *I. C.* scripsit *edictorum* lib. 10.

Saturnini historici meminit *Sueton.* *Tranquil.*

* *Saturnini* veteris hæretici meminere *Irenæus*, *Tertullianus* & multi alij: fuit hic *Antiochenus*, & *Menandrum* hæreticum in quibusdam secutus est.

Saturnini tres diuersi, auctores epistolæ cuiusdam apud *Cyprianum* li. 1. cum aliquot alijs *coe*

piscopis, item epistolæ duodecimæ, ibid. *Saturnini* duo, auctores epistolæ 4. ibidem. *Saturnini* ab *Itinis*, & *Saturnini* a *Tucca* confessoris, & *Saturnini* à *Victoriana* verba referuntur apud *Cyprianum*, in *Sententijs* *episcoporum* de hæreticis baptizandis.

* *Satyra* *Gynæcia* *Florentiæ* seruantur. Videntur an *Sotiræ* obstetricis quæ citatur à *Plinio* 28. cap. 7.

10 *Satyri* *Peripateticus* scripsit vitas, & inter cæteras *Philippi*, & librum de characteribus: allegantur ab *Athenæo* *Satyri* *tetrastichon*, & *octosticha* duo, lib. 1. *Anthologij*, sectione 56. *Hexastichon* lib. 4. sectione 11. & aliud lib. 6. sectione 15. Semel legitur *Satirij*, & semel additur cognomen *Thyilli*.

Satyri *lucubrationes* citantur apud *Plinium* lib. 37. *Naturalis* *historiæ*.

Saxonis *Græmatici* *Sialandici*, *Danorum* *historia* libri sedecim ad *Andream* *episcopum* *Danig*, excusi *Basilæ* apud *Bebel*. 1534. item *Parisijs*.

Scauola allegatur à *Plinio* lib. 15. *Naturalis* *historiæ*.

Scamon scripsit de inuentis. *Athenæus*.

Schiarchandi, citatur in *Tacuinis* *Elluchasem* *medici*.

Scholastij *expositio* *Græca* in quinque voces *Porphyrij*, in *Aristotelis* *prædicamenta*, de interpretatione, *Priorum*, & de anima libros: seruantur *manuscripta* *Venetijs*. Alium esse puto *Scholastium*, de quo supra diximus, prenominem *Génad.*

Scholarius *Byzantius* *Aristotelem* contra *ciuem* suum *Gemistum* *Plethonem* defendit.

Scholastici cuiusdam, *Nili*, *Marci* *monachi*, *Diadochi*, capita *quorundam*: item *Theodori* *Edeffeni* *Ascetica*, & aliorum multorum diuersa capita, *Græca* extant apud *Diegum* *Hurtadum* *Venetijs*.

* *Schritouinus* & *Fretulphus* antiquissimi *Boiorum* *historiographi*. *Auentinus*.

40 *Scipionis* *Capycij* viri doctissimi de vate *Maximo* libri 3. erudito carmine conscripti: *Io. Oporinus* excudit nuper *Basilæ*, cum alijs quibusdam *Christianis* poematis. Eiusdem de principijs rerum poema eruditissimum, excusum est *Lutetiæ* 1548. cum lib. 5. *Casparis* *Contareni* de *Elementis*, Eiusdem libri de principijs, & de vate *Maximo*, excusi sunt *Venetijs* apud *Aldi* filios 1546.

Scipio *Carteromachus* *Pistoriensis* præfixit epistolam *Græcam* *Thesauro*, seu *Cornucopiæ* *Græco* *Varini* *Camertis*, excuso apud *Aldum*, *Aristidis* *Smyrnæi* orationem de laudibus urbis *Romæ* *Latinitate* donauit, quæ & impressa est *Latine*. Eiusdem epistola lib. 12. *epist.* *Ang. Polit.* *Oratio* de laudibus *literarum* *Græcarum*. *Basilæ* *Frobenius* 1517.

* *Scipionis* *Lentuli*, *Græmaticæ* *Italicæ* præcepta ac ratio: in eorum gratiam qui linguæ elegantiam addiscere cupiunt. *Geneuæ* apud *Ioan. Crispinum* 1568. in octauo. Eiusdem liber de iure magistratum in puniendis hæreticis, quo *Syluij* cuiusdam epistolam hereticis patrocinantem refutat, nondum editus. *Minister* est *Euangelij* *Clauenæ* ad caput *Larij* lacus in *Rætia*.

Ex *Scipionis* *Nasiciæ* epistola quædam referuntur apud *Plutarchum* in *Paulo* *Aemyljo*.

* *Scipionis*

P. Man. in Pref.
in Scip. Capiti de
matal p. 5192. legat

* *Scipionis Terri viri apprime docti de Apollodori commentarius, impressus Romæ cum Apollodoro de dijs 1555.*

Scleria poetæ senarios Stobæus citat in sermone de incōtinētia, & alios in sermone de felicitate.

Scopelianus Clazomenius sophista tempore Neruæ, quando & Apollonius Tyanæus vixit, audiuit Niceram: scripsit & epistolas ad eum Apollonius. Suid.

Scotellus super quatuor libros sententiarum. Item tractatus de vsuris.

Scotus quidam scripsit librum de insignibus magistratum ad Theodosium Augustum.

Scribonius Aphrodisius Orbilius seruus atque discipulus, Verrij Flacci de orthographia librōs non sine insectatione studiorum morumq; eius rescripsit. Suetonius.

*Scribonij Largi, medici vetustissimi, de cōpōsitione medicamentorum liber. Io. Ruellij opera è tenebris erutus, & à situ vindicatus, Cratander impressit Basileæ, 1529. cum indice capitum singulorum, quæ sunt 271. adiecto libello Antonij Berninij, de abditis nonnullis ac mirandis morborum & sanationum causis. Vixit ætate Tyberij Cæsaris. Commendat eum Galenus, & aliquoties medicamenta eius citat in libris *paræ rōnis*. Scribonij Largi librum de medicamentis, H. Stephanus cum alijs præcipuorum medicorum scriptis impressit.*

Scropha antiquus auctor, allegatur à Plinio 11. 14. 15. 17. & 18. Naturalis historiæ libro.

Scylax Cariandensis. Est autem Cariada vrbs Cariæ prope Halicarnassum. Mathematicus & musicus, scripsit Navigationem extra columnas Herculis. De Heraclide Mylassorum rege. Terræ ambitum, ἀντιπαρὰ Scriptum contra Polybij historiam. Suidas. Citatur ab Aenea Syluio. Audio eius geographica seruari in bibliotheca Henr. Scringeri.

*Scymnus Chius in primo *επιτηδεύων* In Europa, & in Asia, laudatur à Stephano.*

Scyras Tarentinus Italicæ Comædiæ poeta, scripsit Meleagram. Athenæus lib. 9.

Scythici Teij historiam Athenæus allegat.

* *Scythinus Iamborum poeta Teius, in Heracliti librum metro iocatus est, vt scribit Laertius. Scytinus Chius citatur ab Apollonio, qui ex illo quædam de Britannia insula recenset.*

Sebaldi Buschij regimen pro pestilentia scriptum Erfurdæ, anno Domini 1540.

Sebaldi Heyden de arte canendi, ac vero signorum in cantibus vsu libri duo, excusi Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1537. & rursus ibidem 1540. aucti & recogniti per authorem. Nomenclatura rerum, per classes digesta varias. Formulæ colloquiorum puerilium, omnis Latinitatis & copiæ, & alia quædam huius instituti non aspernanda. Froshoueris excudit Tiguri. Eiusdem Pædonomia Latine & Germanice excusa est Norimbergæ, Valentino Deygero interprete, anno 1548. Floruit Norimbergæ ann. Domini 1549. Eiusdem Apologia aduersus Salue regina lib. 1. Contra Gasparum Scharzgerum lib. 1. Atq; alia plura. Hæc sunt impressa.

Sebaldus Munsterus iureconsultus, scripsit ora-

tionem de rebus non iudicandis secundum arbitrium iudicis, sed secundum ius scriptum: excusa iam Argentinae apud Cratone in Mylium.

Sebastiani Aerichalci Poloni, Descriptiones affectuum quæ extrant in libello Philippi Melanctonis de anima, versibus heroicis comprehensæ, impressæ Vuitenbergæ chart. 3. anno Do. 1546. Item carmen de eiusdem anni eclipsi solari.

Sebastiani Aquilani Galeni sectatoris, de morbo Gallico liber, eiusdem de febris sanguinea ad Ludouicum de Gonzaga Manuæ episcopum quæstio: Henricus Petri impressit Basileæ, 1537. & Vincēntius de Pörtōnarijs Lugduni, 1532. cum Mar. Gatinaria.

Sebastianus Augustus Nurzenus, I. C. scripsit grammaticam Hebrææ linguæ, quæ excusa est Marpurgi, anno Domini 1530. Item arborem tōs sanguinitatis vt vocant, ibidem 1532. Claruit Marpurgi, vbi & ante annos aliquot immatura morte obiit.

Sebastiani Austrij Rubeaquentis, natione Germani, explanatio in Pauli Aeginete librum, vniuersam super hac re materiam amplectens. impressa Argentorati apud Io. Schocum, 1538. Cornelij archiatri Mechelingensis liber, de puerorū infantiūmue morborum dignotione & curatione, ad Philippum Hispanorum regem, archiducem Austriae, per Sebastianum Austriam reputatus, & ex barbaro Latiniore factus, cum præfatione ad Ferdinandum Romanorum regem, & c. Philippi filium. Vuesthemerus excudit Basileæ, 1540. Claruit Friburgi Brisgoiæ, anno Salutis humanae, 1550. quo etiam fatis concessit.

Sebastianus Besselmeier, cuius Magdeburgensis, scripsit Germanice historiam obsidionis Magdeburgensis. Liber impressus Basileæ Germanice, & Latine etiam.

Sebastiani de Bucellis Florentini sumptibus & liberalitate aucta est S. Crucis bibliotheca, quæ est Florentiæ.

Sebastianus Titio, alias Brant, Argentinenis, vtriusque iuris professor, scripsit super titulis vtriusque iuris lib. 1. rosarium diuæ Mariæ sapphicum, in laudem virginis ænigmata vet. testa. de virginali conceptu possibili, admirationem Mariæ adueniente angelo. salutationem angeli. de locis mirificis beatæ virginis, compassionem virginalis. consolationem Christi ad matrem, de colaphis Christi, de ingratitude edentium manna. in laudem sancti Sebastiani. vitam sancti Onophrij. in laudem sancti Valentini. in laudem sancti Iuonis. vitam sancti Bernardi. in laudem ordinis Carthusien. de cōtemptu seculi. laudes beatæ Christianæ prope Basileam. contra aduocatos calumniantes. de captiuitate regis Maximiliani. elegiam in mortē Imperatoris Friderici. Variorum epigrammatum lib. 1. de stultorū nauicula, satyras planè diuinas carmine Latino, & rhythmis etiam Germanicis. Iuris ciuilibus & canonicis omnium titulorum expositiones, siue declarationes: impressæ Basileæ apud Michaelē Furer, 1505. ex recognitione auctoris, cum libello Io. Baptistæ de Casalupis, de modo studendi in vtroq; iure, & nominibus scriptorū in iure. Vateria carmina in laudes Sanctorū, & Epithalamiora

Maximiliani regis, & Blancae Mariae reginae Rom. &c. Idem in Germanicam linguam transtulit librum Moreti de moribus iuuenum, impressum Argentinae, anno Domini 1508. Scripsit etiam memorabiles euangelistarum, Item librum, quem inscripsit Chronica Germaniae, praesertim Alsaciae & urbis Argentoratensis, impressum cum Germanicis Chronicis Hedionis. De origine & conuersatione bonorum regum, & de laude ciuitatis Hierosolymae. Praeterea, scripsit in quaedam opera Baptistae Mantuani, commentarios: Parisijs impressos. Eius liber de titulis iuris impressus est Venetijs, 1564.

Sebastianus Castalio, scripsit dialogos sacros lib. 4. quibus praecipuae tam veteris quam noui testamenti historiae tam eleganter tenellae aetati proponuntur, ut nihil ad pietatis ac linguae eadem opera perdiscendae rationem parari accommodatius posse videatur. Ioannes Oporinus excudit primum Basileae, anno 1545. & 1548. & postremo 1551. ab authore recognitos, ac magna accessione auctos. Sibyllina oracula de Graeco in Latinum carmine heroico conuertit, ac annotationes adiecit: liber excusus ab eodem, ann. 1546. psalterium Dauidis regis, reliquaque sacrarum literarum carmina & preces, vera Latinitate donauit, additis argumentis & difficiliorum locorum declarationibus: excusus est liber ab eodem, 1547. Mosem Latinum ex Hebraeo fecit, praefationemque adiecit, in qua multiplex eius doctrina ostenditur, & adnotationes, in quibus translationis ratio, sicubi opus est, redditur, & loci difficiliores explicantur: excusus ab eodem, anno 1546. Scripsit praeterea Sirtillum eclogam, de natiuitate Christi saluatoris, excusam cum alijs Bucolicorum autoribus, apud eundem Oporinum, anno 1546. Mosi institutionem Reipublicae Graecolatinae, ex Iosepho in puerorum gratiam decerpit, impress. Basileae apud eundem. Ionam prophetam heroico carmine Latino descripsit, vitam D. Ioannis Baptistae Graeco carmine heroico libris 3. idem Oporinus excudit, 1548. Ode in Psalmos 40. & odae in carmina Mosi duae excusae Basileae, cum pijs aliquot poetis, apud Ioan. Oporinum, anno 1551. Postremo vertit tota Biblia, ita diligenter ac summa fide ad Hebraica & Graeca exemplaria collatis veteris ac Noui testamenti libris omnibus, ac inde in Latinam linguam, obseruata ubique & perspicuitatis & elegantiae & proprietatis ipsius ratione, ut omnes omnium versiones haecenus editas longo post se intervallo reliquisse videatur. Adiectae sunt etiam eiusdem Annotationes, quibus & versionis suae ratio redditur, & difficiliora loca explicantur, Basileae excudit Ia. Parcus, sumptibus Ioan. Oporini, 1551. Nouum testamentum ex eiusdem versione, seorsim excusum, eodem anno enchiridij forma, ab Opor. Idem transtulit e Graeco Xenophontis librum de repub. Atheniensium, exc. Basileae. Item Cyrilli Alexandrini libellum, De exitu animi & secundo eius aduentu: qui habetur 4. tomo operum Cyrilli. Idem suam Bibliorum translationem recognouit & adiecit ex Flauio Iosepho historiae supplementum ab Estra temporibus vsque ad Machabaeos, itemque a Ma-

chab. vsque ad Christum, Opor. impressit in magno folio. Recognouit translationem suam oraculorum Sibyllinorum, Commentarios Italicos Bern. Ochini in epistolam ad Romanos Latinitati donauit, excusos Augustae in 8. * Item eiusdem Labyrinthos, De cena Domini, & Dialogorum duos tomos. Libellum De imitatione Christi. Transtulit etiam quaedam Homeri. Biblia Gallice reddidit, Scripsit etiam defensionem suae translationis Noui Test. contra Theodorum Bezam, & reprehensionem translationis ipsius. Dicitur etiam quosdam libellos alieno nomine in publicum edidisse, De non puniendis haereticis, De praedestinatione, Theologiam Germanicam, &c. de quib. nihil affirmare possum. Translatio utraque Bibliorum a multis reprehenditur, & vir doctissimus Theodorus eum manifeste multos locos noui foederis corrupisse arguit & scripto peculiari aduersus eius reprehensiones edito, docet sacras literas in Latinum & Gallicum sermonem pessime ab ipso conuersas esse.

Sebastianus Coquillatus Scipio, Latine conuertit libellum Cl. Galeni, Quos, quibus, & quando purgare oporteat, &c. & commentarijs illustrauit: Liber excusus Lugduni a Rouillio, anno Domini 1553. Idem scripsit De materia & forma medicamentorum, tam eorum quae intus assumuntur, quam quae foris adhibentur.

Sebastiani Corradi annotationes in omnes epistolas Familiares Ciceronis, impressae Basileae apud Robert. Vinter, & Ioan. Oporinum, cum aliorum quoque scholijs in eisdem, in Ciceronis ad Atticum epistolas commentaria iusta, excusae Venetijs apud Scotum, 1544. Eius emendationes & scholia in Valerium Maximum, una cum Valerio sunt excusae Venetijs in officina Erasmiiana apud Vincentium Valgrisium, anno 1545. Extat eiusdem in M. T. Ciceronem Quaestura, quo in libello praeter ea quae cum ex Cicerone, tum alijs autoribus, supra ducenta partim restituntur, partim explicantur loca, ratio quoque mendas in omni scriptorum genere non temere emendandi optima certissimaque traditur: excusum Venetijs, 1537. Eiusdem commentarius in quo Ciceronis de claris oratoribus liber, Brutus, explicatur, excusus Florentiae a Torrentino. Eiusdem oratio de officio doctoris & auditoris, ibidem excusa in 4. chartis 5. & dimid. Claruit anno 1549. * Scripsit etiam commentaria in Virgilij Aeneidos primum librum, excusa Venetijs (ut opinor) in 8. Vertit ex Graeco in Latinum Platonicos dialogos sex. De iusto. De virtute, an tradi doctrina possit. Demodocum siue de consultando. Sisyphum vel de deliberando. Eryxiam vel de diuitijs. Definitiones.

Sebastianus Derrerus Arestauionensis, I. C. scripsit Iurisprudentiae lib. 1. in star disciplinae institutum, & axiomatibus magna ex parte conscriptum. Frellae excudere Lugd. 1540.

* Sebastianus Entaillator, edidit Venetijs figuras diuersas animalium, & edificiorum & aliarum rerum ad usum pictorum.

Sebastiani Foxij Morzilli, Hispalensis, Ethices philosophiae compendium, ex Platone, Aristotele, aliisque optimis quibusque auctoribus collectum,

Eum, excusum est Basileæ à Ioan. Oporino, anno D. 1554. in 8. chart. 18. & dimid. Eiusdem commentaria in Timæum Platonis ab eodem excusa sunt in folio. Commentarij in Phædonem Platonis. Item in libros Platonis de republica, impressi ab Oporino in folio. De demonstratione. De exercitatione dialectica. De iuuentute. De honore. Omnia simul impressa ab eodẽ in 8. De cõsensu Platonis & Aristotelis liber excusus in 8. De naturæ philosophia libri 5. in 8.

Sebastianus Francus Vuerdenſis Chronica, Paradoxa theologica, Arcam aureã, Librum signaturum septem sigillis, Prouerbia Germanica, De moribus & ritibus variarum gentium noui præsertim orbis, & alia cõplura scripsit Germanice. * *Sebastianus Fræschelius*, scripsit Germanice de Spiritu sancto, de diabolo, de hominis animo, homilias tres editas anno 1563.

Sebastianus Guldebeck, Tigurinus, Græcæ & Latinæ linguæ peritissimus, vertit Hesiodi Theogoniam ad verbum: Ioan. Oporinus excudit Basileæ, quamuis non adiecto interpretis nomine, cum cæteris Hesiodi Græcis & Latine redditis operibus. Item Aristophanis comœdias omnes, adiectis etiam annotationibus, quas propediem dabit in publicum ex officina Ioannis Oporini. Item Tragœdiam Greg. Nazianzeni de Christi passione, excusam cum operibus ipsius Græcæ & Latine, editis ab Heruagio Basileæ, anno 1550. & quædam alia, quæ apud se adhuc inchoata detinet, aliquando volente Deo & absoluenda, & in lucem edenda. Idem Elestram Euripidis Latine conuertit: scripsit etiam marginales annotationes in primum & secundum librum Iliados Homeri: impressas. Præterea in Chrysoſtomo multa ad Græcum exemplum castigauit. Aelianum Græcum ex vetustissimo exemplari descripsit, & quædam in illo transtulit. Obijt Tiguri.

* *Sebastiani Heidelauſſi* Propositiones triginta tres quibus probare conatur concionatores Euangelicos non tantum à receri sed à veteri quoque & apostolica Romana ecclesia defecisse. Ingolſtadij 1569. Germanice. De noua concordia ministrorum Augustanæ confessionis per Iacobum Andreæ instituta, Monachij, 1572. Germanice. Concordia eorum qui Augustanam confessionem profitentur 40. articulis comprehensa. Ibidem Germanice.

Sebastiani Hofmeister, ecclesiastæ Scaphusiensis, responsio ad quandam confutationem Ioannis Eccij: impressa est.

Sebastiani Linckij declamatio de primorum studiorum ordine & ratione, Ingolſtadij habitata, anno 1537.

* *Sebastiani Marij*, medici Dillingæ, Typus & forma totius artis Hippocraticæ, in summa rerum capita contracta.

* *Sebastiani Medicis Florentini* in tractatus de legibus & statutis. Florentiæ 1570. in octauo. Eiusdem tractatus de Definitionibus, in quo declaratur ferè omnes termini I. V. Ibidem, 1571.

Sebastiani Meyer, natione Germani, ecclesiastæ Bernensis, & Argentoratensis postea, commentarius in Apocalypſin Ioannis, nostro huic sæculo accommodus: Froſchoueris excudit Tiguri.

Idem scripsit commentaria in D. Pauli ad Corinthios vtraque epistolam & in epistolam ad Galatas annotationes breues, excusas Bernæ; anno Domini 1546. in quarto. Eiusdem Nundinæ papales, Germanice scriptus liber.

* *Sebastiani Monticuli Vicentini* Commentarius in tres titulos institutionum De rerum diuisione. De rebus corporalibus & incorporalibus, & De actionibus. Patuij, 1570. in 4. Eiusdem Tractatus de inuentario hæredis: cui adiectum est glossema ad l. fin. C. de iure deliber. Francofurti, 1573. in octauo.

* *Sebastiani Montis sacrati*, Oratio de optimarum disciplinarum studijs à Senatu populoque Lucensi restituta & aucta. Luca, 1549.

Sebastiani Montui natione Galli, medici nostri temporis, Medicinalium dialexeon libri duo: adiectus est de his quæ ad rationalis medici disciplinam, munus, laudes, consilia & præmia pertinet, libellus: Michael Parmenterius impressit Lugduni, anno Domini 1537.

Sebastianus Lepusculus, Basiliensis, annotationes in octauum Topicorum librum Aristotelis, in academia Basiliensi ex ore D. Simonis Gryngi exceptas edidit, excusas Basileæ apud Hier. Curationem, anno 1545. Floruit Basileæ, anno 1551.

Sebaldi Munsteri oratio de legibus, impressa in Germania, cum alijs quibusdam.

Sebastianus Munsterus natione Germanus, vir cum in varijs linguis, tum Hebraicæ præcipue doctus, & varijs scientijs, maximè verò mathematicis præclare imbutus: ingeniosus ac pijs lucubrationibus Germanice, Latine, & Hebraice conscriptis, de bonis literis omnibus, linguis, philosophia & theologia, optimè meritis, scripsit Horologigraphiam, vel horologiorum compositionem, recognitam, & auctã, adiectis multis nouis descriptionibus & figuris, in plano, cõcauo, conuexo, erecta superficie, &c. Hen. Petrus excudit Basileæ, 1533. Organum Vranicum, in quod expli-

caritur theoricæ omnium planetarum, atq; eorundem singuli & quotidiani motus, ad annos vsq; centũ & ultra exprimuntur: Lunæ quoq; in lumine crescentis, senescentis, & per eclipsim deficientis: ite Solis deliquiũ patientis, omnis varietas: quibus omnibus cõmodi adiecti sunt canones: Opus ibid. excusum, 1536. Canones super nouum instrumentũ luminarium, docentes quo pacto per illud inueniantur Solis & Lunæ medijs & veri motus, lunationes, coniunctiones, oppositiones, caput draconis, eclipses, horæ inæquales & nocturnæ æquales, ortus solis & occasus, ascensio denis cœli, interuallũ, aureus numerus, &c. exc. Cratander Basileæ, 1534. Tabulas quasdam nouas ad Geographiã Prolémæi adiecit, quæ & excusæ sunt apud eundem, anno 1546. Explicationem tabulæ Cusanæ, excusam apud Cratandrum. Depictionem vrbs Basiliensis, cum descriptione circumiacentis regionis, introductionem in librum noui orbis, Cosmographiam Germanicam, cum plurimis tabulis geographicis: opus ingens, in quo perstringuntur omnes regiones, regna & principatus mundi, potissimũ Germaniæ, quando orti sint singuli ducatus, ciuitates, & alia dominia; & quæ in eis temporũ successu cõtingerũt notatũ

digna: conscriptum sermone Germanico, & impressum anno 1543. & rursus, 1545. insigniter locupletatum. Scholia in libros Pomponij Melæ, & C. Iulij Solini, impressa Basileæ apud Isingrinium. Libri ad Hebraicæ linguæ cognitionem ab eo scripti, vel ex Hebræis translatis, sunt hi: Iſagogæ elementalis in Hebraicam linguam. item lectio Hebraica ex Euangelio Matthæi, impressa à Frobenio, anno 1535. tabula coniugationum Hebraicarum, ibidem. Hebraicæ grammaticæ præcipua illa pars, quæ est de verborum coniugationibus, & eorum affixis, per chartas 6. vnà cum tabula coniugationum absoluta. Hen. Petri impressit, 1536. R. Mosche Kimhi Grammatica iuxta Hebraïsmum versâ. Accessit in eandem Eliæ Leuitæ commentarium, id quoque versum: Cratan der excudit, 1531. Grammatica Hebræa Eliæ Leuitæ, scholijs illustrata, item institutio elementalis in eandem linguam, ex Eliæ varijs libellis concinnata. quibus omnibus & Tabula coniugationum pulchrè explicata accessit. Frobenius excudit, 1537. Composita verborum & nominum Hebraicorum, opus Romæ Eliæ Leuitæ auctore editum, & Hebraicæ linguæ studiosis necessarium, Ioan. Frobenius excudit, 1525. Hebraicæ institutiones, inscriptæ Capitula Cantici, specierum, proprietatum, & officiorum, in quibus scilicet agitur de literis, punctis, & quibusdam accentibus Hebraicis, auctore Eliæ Leuitæ, ibidem excusæ, anno 1527. Vocabula Hebraica irregularia, quæ vel ordine, vel coniugatione, aut tempore componuntur, in ordinè alphabeticum digesta. Henricus Petri excudit, 1536. Accentuum Hebraicorum liber 1. ab Eliæ Iudæo editus. Item liber traditionum, eodem auctore: Henricus Petri excudit, 1539. Opus grammaticum Hebraicum absolutum ex varijs Eliæ libris, complectens elementarium consummatum, numerandi rationem, pronominum declinationes, verborum integras coniugationes, artificium subiiciendorum affixorum, nominum varias formulas & mutationes, consignificatuorum explicationes, magistrales abbreviationes, accentuum tractationem, metrorum compositionem. Additus est liber Tobix, quæ Hebraicum suppeditarunt Iudæi Constantinopolitani, cum versione & annotationibus Sebastiani Munsteri: opus ibidem excusum, 1542. Versio Latina textui Hebraico respondet è regione. dictionarium Hebraicum, siue Hebraicolatinum, ex Rabbinorum commentarijs, cum Chaldaicis vocabulis, quorum in Biblijs vsus est. Frobenius impressit, 1525. & 1535. Kalendariū Hebraicum, ex Hebræorum penetralibus, quod non tam Hebraicè studiosis quam historiographis & Astronomiæ peritis subseruire poterit. Ioan. Frobenius impressit, 1527. Chaldaicâ Grammaticâ primus omnium conscripsit, item in commentaria Hebræorum regulas aliquot generales, vbi & modi loquendi Hebraicè plurimi, abbreviaturæ Hebraicæ generales, nec non plurimæ speciales, Latine & Hebraicè explicatæ: opus ex eadem officina editum, 1527. Aruch, seu Dictionariū Chaldaicum, ex eadem officina. Prouerbia Salomonis iuxta Hebraicam veritatem translata, & annotationibus grammaticis illustrata: liber excu-

sus Basileæ, 1524. cum textu Hebraico & Latino è regione. Iſaias Hebraicè & Græcè, cum duplici Latina versione, & succincto cōmentario Hebraico, ex Rabi David Kimhi collecto. Hebraica Biblia cū planè noua Sebastiani Munsteri translatione è regione locata, quoad fieri potuit Hebraicè veritati cōformata, collatis vbiq; vetustissimis & probatissimis eius linguæ scriptoribus: adiectis insuper è Rabinorum cōmentarijs annotationibus. haud pœnitendis, pulchrè & voces ambiguas, & obscuriora quæq; elucidantibus, in tomos duos distincta: impressa Basileæ, 1535. Eadem translatio (sine Hebraico textu, ac sine cōmentarijs) adiectis libris apocryphis, siue ecclesiasticis è LXX. versione, & Nouo Testamento Des. Erasmo interprete, impressa est Tiguri, 1539. Idè opus integrum, Hebraicè inquam & Latine cum cōmentarijs, denudò anno 1545. excusum est. Matthæus in lingua Hebraica, cum versione Latina, atque succinctis annotationibus Sebastiani Munsteri, editus Basileæ ab Henr. Petri. Rabi Aben Ezra commentariolus Hebraicus in Decalogum, cum versione Sebastiani Munsteri è regione, impressus Basileæ à Ioan. Frobenio, 1527. Historiarum Iudaicarum li. 5. ex Iosepho Hebræo in Latinam linguam translatis. Tredecim articuli fidei Iudæorum R. Mosi. Iosippi compendium elegans historiarum Iosephi, complectens Acta LXX. interpretum, Gesta Machabæorum, & Herodum, & excidium Hierosolymitanum. Item 10. captiuitates Iudæorum, incerti auctoris: omnia Hebraicè cum Latina interpretatione Sebastiani Munsteri è regione, impressa sunt Vuormaciæ, apud Petrum Schæffer, 1529. R. Symeonis logica Latina fecit. Dictionarium trilingue, in quo Latinis vocabulis in ordinem alphabeticum digestis Græca & Hebraica respondent: Hebraicis adiecta sunt magistralia & Chaldaica. Henr. Petri impressit, 1530. Et rursus postea, adiecto libro de Hebræis vrbium, fluminum, montium, & aliorum locorum nominibus. Colloquium cum Iudæo pertinaciter suis de Messia opinionibus adducto, Hebraicè & Latine conscriptum, per Sebastianum Munsterum: Henr. Petri excudit, 1539. Scripsit præterea Cosmographiæ vniuersalis li. 6. ad Carolum V. Romanorum imperatorem. in quibus totius orbis situs, & regionum tabulæ, nobilium ciuitatum icones & descriptiones, omnium gentium ritus, mores, item regum & principum genealogiæ, &c. continentur. Hoc opus Latine & Germanicè impressum est an. 1550. apud Henricum Petri. Claruit Basileæ, anno 1551.

Sebastianus Murrho Colmariensis, scripsit inter alia, ad Iacobum Vuimphelingum Sleſtetensem, breuem, sed perpulchram epitomam de laudibus Germanorum lib. 1. in Baptistæ Mant. opera lib. 1. epistolas plures ad diuersos. & quædam alia. Prima & secunda Baptistæ Mantuani Parthenice, cū annotatiunculis Sebastiani Murrhoni in marginibus, excusæ Argëtorati, 1518. apud Io. Knoblochum. Epitomen rerum Germanicarum ab eo cæptam, Iacobus Vuimphelingius absoluit. Claruit anno 1494.

Sebastianus Nouimola Duisburgen. Ioannis Despauterij Syntaxim in absolutâ redegit methodum.

thodum. Huic accedunt, Libellus de reciprocijs, ac ordine in declaratione grammatica seruando. Eiusdem de syncategorematis, de proprietate graduum comparationis, & de speciebus numeri libellus vtiliff. Postremò Def. Erasmi de ratione studij Parænesis, Ioan. Gymnicus impressit Colonia, anno 1539.

* *Sebastiani* Paparellæ liber de catharris, impressus Venetijs, Eiusdem in Hippocratem de natura humana. Item de sufficientia primi motoris in naturalium omnium rerum facturam, Florentiæ, 1542. in quarto.

* *Sebastianus* Pontanius, Delphinus, de emendatione orationis structura. Lugduni apud Paganum, anno 1551.

Sebastianus Rotenhan, vir nobilis, Fræconiam descripsit.

Sebastianus Sapia iuris peritus, scripsit repetitiones in aliquot Rubricas & leges primi ff. vet. scilicet de officio eius, in l. 1. eiusdem tit. in l. fin. eodem super Rubr. de offic. assess. in l. diem functo. super Rub. de iurisd. om. iud. in l. ius dicentis, ibid. in l. cui iurisdic. ibid. in l. imperium. ibid. in l. cum quidã. & l. fin. ibid. in l. iubere cauere. ibid. & l. more.

* *Sebastiani* Schefferi Aldenbergenfis, Poemata, Francofurti, 1572. octauo. Processus iuris breuissimis versibus redditus, ibidem.

Sebastianus Scropha, transtulit Galeni librum de bono & malo succo, impressum Parisijs apud Vuchelum, anno Domini 1546.

Sebastiani Serlij de architectura tomi duo, Venetijs impressi. Eiusdem liber tertius in quo depinguntur & describuntur antiquitates vrbs Romæ, & aliæ cum extra tum intra Italia m. impressus Italice Venetijs apud Franciscum Marcolinum, anno Domini 1540. in magno folio. Pinguntur arcus, theatra, amphitheatra, pyramides, templa, &c. Eius quinque libri de architectura impressi sunt Venetijs, 1569. Latine.

Sebastiani Sigmarij, encomium cicadæ adiuuenum animos rectè inflammandos, conscriptum Viennæ Austriæ, anno 1539. & sequente anno impressum in Germania.

* *Sebastiani* Sperberi, Armamentarium spirituale, hoc est sententiæ consolatoriæ in grauissimis tentationibus, Vuitebergæ, 1571. duodecimo.

* *Sebastianus* Stockhamerus Germanus edidit Commentarios in D. Andreæ Alciati Emblemata. Lugduni impressit Tornæsius, 1556. in 16.

* *Sebastiani* Theoderici Vuinshemij mathematici professoris, Nouæ quæstiones sphaeræ, hoc est, de circulis cælestibus & primo mobili, in gratiam studiosæ iuuentutis scriptæ. Vuiteb. 1567.

* *Sebastianus* Vantius de nullitatibus.

* *Sebastiani* Vredman Carminum quæ cythara pulsantur libri duo. Louanij, 1569.

* *Sebastiani* Vuinder. Oratio gratulatoria nomine academici Viennensis ad cardinalem Gurcensem. 1515.

* *Sebastianus* Vuciman doctor Erphordiæ ad beatam Mariam, comportauit Speculum pacificæ Virginis Mariæ, quod continet multa notabilia capitula.

Sebosus quidam allegatur à Plinio 5. 6. 8. 12. &

13. libro Naturalis historiæ.

Secæi tetra stichon libro 7. Anthologij.

Secundiani à Tabetis martyris, & *Secundini* à Carpis, & *Secundini* à Chezas verba, leguntur apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Secundinus epistolæ 2. & 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Secundini Manichæi epistola ad sanctum Augustinum, sexto eius operum tomo legitur, ante librum quem Augustinus contra eundem scripsit.

Secundi hexastichon libro 1. Anthologij, sectione 33. & aliud sect. 57. & octostichon lib. 4. sect. 12.

Secundus Atheniësis sophista, cognomine Plinius, & Epiurus à quibusdam dictus, utpote filius fabri: præceptor fuit Herodoti sophistæ, & scripsit declamationes rhetoricas, Suidas.

Secundus Tridëntinus, Longobardorum vsq; ad sua tempora descripsit historias. Paulus Diaconus.

Sedatus epistolæ 4. & 12. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Sedati à Tuborbo verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Sedulius presbyter. Vide Cælius, & Ioan. Tritemium in Sedulio.

* *Sedulius* Iunior Australium Scotorum episcopus, scripsit statuta concilij Romæ ad S. Petrum habiti lib. 1. Claruit anno 714. Baleus.

Sedulius autor epistolæ 11. apud Cyprianum, cum alijs presbyteris lib. 1.

Seleucus Alexandrinus grammaticus cognomento Homericus, Romæ docuit. Commentarios scripsit in omnes penè poetas; De Synonymorum differentia, De falso creditis rebus, De Alexandrinorum prouerbij, De Dijs libros 100. & alia miscellanca, Suidas. Huius forte sunt quæ ab Athenæo citantur Glossæ & liber de Hellenismo.

Seleucus Emisenus grammaticus, Piscatoria scripsit libris 4. In Lyricis commentarium. Parthiorum lib. 2. Suidas. Athenæus citat Seleuci Piscatoria, sed ipsum Tarsensem cognominat.

Seleucus grammaticus ἐν ἡρώδῳ ἐπι εὐροοχίας citatur à Laertio, Is forte fuerit Alexandrinus.

Sellius, vel *Sillius*, qui & *Homerus*, grammaticus, fuit ante Menandrum, Suid.

Semaia propheta de Kiriath Iearim, Roboamæ regis gesta quæ desiderantur conscripsit, ut legimus in libris regum, & Athanasius in Synopsi sua testatur.

Sempronius Asellio sub P. Africano Tribunus militum ad Numantiam fuit; resque eas quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. Eius terum gestarum libri quintus & decimus tertius citantur à Gellio, & quadragesimus rerum Romanarum à Charisio.

Semus Eleus grammaticus, scripsit *Deliacos* libr. 8. *Circuitus* 2. *De Paro* 1. *De Pergamo* 1. *De Peganibus*, quò in opere meminit mulicorù quorundam generum, &c. Suidas. Citat Athenæus *Semi Deliada*, *Nesiada* (hoc est de insulis, cuius operis partem esse puto librum de Paro) & *Pænes*: nominat autem hunc *Delium*.

* *Senatus* Vuigornienfis monachorum Vuigoz

niæ præses, Anglus, scripsit Epistolarum opus lib. 1. Pallij pontificij rationem lib. 1. Vitam Osvualdi Episcopi lib. 1. Vitam Vuolstani Episcopi lib. 1. Claruit anno 1170. Baleus.

Senior Zadith vide in Zadith.

Septimij Seueri Afri versiculi quidam exant de laudibus Iani. Vide Gyraldum, qui & alibi imperatoris eiusdem nominis ac gentis meminit, qui vitam ipse suam tum publicam tum priuatam perscripsit. quæ nunc non extat.

Septimius quidam Alexandri imperatoris vitam atq; res gestas conscripsisse dicitur.

* Seraphinus Cumiranus Feltrensis conciliauit tribus romis locos communes totius sacræ scripturæ, qui inter se pugnare videntur. Paris. Ioannes Foucherius, 1556.

* Seraphinus Ecclesianus, edidit Emblemata Florum, cum significatione, carmine. Item carmen in insigne PP. Iulij tertij. Mediolani excudit Franciscus Marchisinus.

* Serapionis qui geographica scripsit meminit Cicero 2. ad Atticum.

Serapionis Antiocheni scripta allegantur à Plinio libro 2. & 4. Naturalis historię.

Serapion. Vide Serapion.

Serapion ex anachoreta, ecclesiæ Antiochenæ episcopus, scripsit ad Domnionem Iudaizantem lib. 1. Ad Carinum de Montano lib. 1. de Euangelio sub nomine Petri lib. 1. epistolas breues, sed plures lib. 1. Claruit 193.

Serapionis Ascalonitis scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Serapionis sermo de impugnatione omnium vitiatorum, extat inter Collationes Ioan. Cassiani.

De Serapionis libris contra sectas, Galenus ait se scripsisse duos libros.

Serapionis senarij duo citantur à Stobæo, in sermone de Iniustitia.

Serbidius Scæuola vetus I. C. scripsit quæstionum, alias variarum quæstionum lib. 20. Responsorum libros 6. regularum lib. 4. Libros singulares, de quæstione familiæ lib. 1. quæstionum publice tractatarum lib. 1. Digestorum lib. 40.

Serenus, qui & Athenæus, cognomine Aelius grammaticus, scripsit epitomen tractatus Philonis, de vrbibus, & qui in singulis claruerint lib. 3. Epitomen scriptorum Philoxeni, in Homerum lib. 1. Suidas.

Sereni Anusæi de Cylindri sectione libri duo aut 3. vt alij aiunt, Græci, extant Romæ in bibliotheca Pontificia, & apud Diegum Hurradum Venetijs, & in Strozæ biblioth. Feruntur etiam Latine extare. Franc. Maurolycus Sereni Cylindrica in lucem se daturum promittit. Hermannus Gogana Sereni Cylindrica in Latinam linguam transtulit.

Sereni sermones 2. vnus de spiritalibus nequitij, alter de principatibus ac potestatibus, cum Io. Cassiani Collationibus habentur.

Sergius Galbæ, imperatoris Galbæ auus, non incuriosam, vt Suetonius refert, scripsit historiã.

Sergius Paulus citatur li. 18. Naturalis historię.

* Sergij Vrseni Neapolitani Glossæ super constitutionibus regni Siciliæ.

* Sergius Zeugmateus, scripsit epitaphium So-

phistæ & fratri suo Sabino, & alium librum præcausidicis ad Aristidem. Suid.

Sergij monachi sermones Græci extant in bibliotheca Augustæ Vindelicorum.

Sergius Grammaticus. Vide in Seruio.

* Serim somniorum interpres sæpissime citatur à Leone Thulco.

Serini Apomnemoneumata, id est, librum de memorabilibus dictis, non raro allegat Stobæus. Serini Epitome Philonis de vrbibus, citatur in Etymologico.

* Serlo Dorobernensis Anglus, monachus Benedictinus, edidit Contra monachorum libidines lib. 1. Commentarios in Pentateuchum lib. 5. De differentijs lib. 1. De prouerbij lib. 1. Homilias quoque lib. 1. Claruit anno 960. Baleus.

* Serlo Grammaticus, Anglus, Cisterciensis ordinis monachus, rhetor & poeta, scripsit De quodam bello Scotico li. 1. De morte Sum erledi li. 1. In orationem Dominicam lib. 1. De dictionibus dissyllabis lib. 1. De dictionibus æquiuocis lib. 1. De dictionibus vniuocis lib. 1. Claruit ann. 1160. Baleus.

* Serlo Normannus, monachus, scripsit Super oratione Dominica lib. 1. Obijt anno 1104. Bal.

Sertorius, quem Fortanerium nonnulli appellant, ordinis fratrum Minorum, natione Anglicus, scripsit quodlibeta disputata, lectiones theologię, super Augustino de ciuitate Dei libr. 22. Denique fertur etiam in Bibliorum libros varia syntagmata lucubraste. Claruit anno 1356.

* Seruanus Scotorum Episcopus, & Orchardum apostolus primus, scripsit Ad Orchardianos illos Epist. plures. Claruit anno 440. Baleus.

* Seruafius Aediceilius, Agrippinas, scripsit heroico carmine, vitam Sancti Vuillebrordi lib. 1. Ioannes Lelandus.

Serulius grammaticus, citatur à Charisio.

Serutor. Vide Albucafin: est enim idem auctor.

* Seruij Claudij commentarij citantur à Gellio lib. 13. cap. 22.

Seruij Galbæ ad Ciceronem epistola, legitur lib. 12. familiarium Ciceronis epistolarum

* Seruius Maurus Honoratus, idem qui Marius Sergius etiam appellatur, scripsit commentaria in vtranque artem Aelij Dohari: Rob. Stephanus excudit Parisijs. & Adamus Perri Basileæ, vnâ cum libello de quantitate syllabarum. Centimeterum ad Albinum de totidem carminum visitatorum generibus, excusum ab Aldo cum Honoratio & cum Io. Despauterij opere versificatorio. circa finē. Libelli duo, vnus de pedibus versuum, alter de syllabarum quantitate, impressi Tubingæ, 1537. ab Vlricho Morhardo, cum Marij Victorini de orthographia & ratione carminum libris 4. &c. Opusculum de litera, inuentum ante annos circiter quinquaginta in cœnobio quodam Italiæ ad Bobium oppidum. Raph. Volaterranus, in Geographia sua. Commentarij in opera P. Virgilij Maronis, cum indice eorum quæ à Seruio explicantur, excusi Parisijs, 1532. Basileæ apud Hieron. Curionem, & olim Venetijs.

Seruius Sulpicius vetus I. C. Ciceroni coniunctissimus, aliqui P. Seruium Rufum Lemoniam appellant, scripsit edictorum lib. 2. ad Brutum. ad Ne-

ad Neratium lib. 4. ad Vitellium Sabinum li. 4. Notas in Q. Mutium Scauolam. Extant eius epistolae ad Ciceronem lib. 4. Familiarium epistolarum Ciceronis, doctissime conscriptae. * Eius epistola ad Varronem. In reprehensio Scauolae capitibus. In libro de dotibus, In libro de Testamentis, citatur ab A. Gellio, S. Sulpitius Rufus saepe citatur a Pomp. Festo, semel tamen expresso libri nomine, pro Aufidia.

* *Seruius* Sulpitius filius citatur a Pomp. Festo. *Seruus* Dei episcopus, scripsit aduersum eos qui dicunt Christum in hac vita de gente non vidisse carnis suis oculis patrem, sed post resurrectionem ex mortuis, & ascensionem in caelos, &c. Genadius. Tritemius addit, eum claruisse anno 480. Alius est *Theodulus*, quanquam & hoc nomen *Seruus* Dei significet.

Sestius vel *Sextius* apud Plinium saepe citatur, de Hippace quidem eadem ex *Sextio* citatur quae de ea *Dioscorides* scribit, videndum num & alia quaedam, & an *Dioscorides* a *Sestio* multa mutatus sit.

* *Seuallus* Magnanimus, Eboracensis Archiepiscopus, scripsit Breuiloquium ad Alexandrum lib. 1. Statuta synodalia lib. 1. Ad suos sacerdotes lib. 1. Sermones & epistolas lib. 1. Obijt anno 1258. Baleus.

Seueriani cuiusdam ethnici Graeci, tempore Zenonis imperatoris, vitam describit *Suidas*: & epistolas aliquot egregie ab eo scriptas testatur.

Seuerianus Gabalenis ecclesiae episcopus, scripsit expositionem in epistolam ad Galatas, & de baptismo & *Theophaniae* solennitate libellum, in ecclesia Constantinopolitana hom. 1. de morte innocentium ho. 1. Homilia eius de pace, cum suspectus esset Ioan. Chrysof. habetur inter homilias secundi tomi Chrysofomi, quae primo loco ponuntur, numero 18. editionis Basiliensis. Latine. Nominatur *Seuerianus* & inter illos theologos, ex quibus desumpta est Exegesis in Epist. Pauli ad Rom. impressa Basilea a Rob. Vuinter, 1537. Ioan. Loniceri interprete. Conciones eius 14. in Genesin Graecis Ioan. Alexander Brassicanus in bibliotheca sua Viennae se possidere scribit. Est etiam sermo eius vnus cum homilijs patrum, quas *Alcuinus* Leuita collegit. Claruit anno Domini 400. *Seueriani* sermo de natiuitate Christi, & alius De signaculis, citantur in *Theodoret* Eranieste.

* *Seuerianus* quidam, post *Hieronymum*, *Genadium*, & *Isidorum*, scripsit de viris illustribus lib. 1. *Ioannes Lelandus*.

* *Seuerini* *Gabelij* medici, de succino libri duo: prior theologicus continens piam commonefactionem de passione, resurrectione, ac beneficijs Christi, quae in historia succini depinguntur: alter physicus & medicus, qui tradit veram de origine succini sententiam. Tiguri apud *Gesneros* fratres, cum *Corollario* *Conr. Gesneri*.

D. *Seueri* Aug. Nouellarum liber. Titulus est vnus, cum interpretatione, de abrogatis capitibus iniustis legis Diui *Maiores*, excudit *Henricus Petri* Basileae cum codice *Theodosij*, 1528. Citatur etiam *Seuerus* in fragmentis *Gregoriani* codicis.

Seuerus Malacitanæ vrbs episcopus, scripsit contra *Vincentium Caesaraugustanæ* vrbs episcopum, qui de catholica fide in *Arianam* prauitatem fuerat deuolutus. correctorium li. 1. de virginitate ad sororem lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno 580.

Seuerus presbyter, & cognomento *Sulpicius*, *Aquitanicæ* prouinciæ, scripsit epistolas ad amorem Dei & contemptum mundi exhortatorias: scripsit sorori suae duas, quae & nota sunt: & ad *Paulinum Nolanum* duas, & ad alios alias. *Chronica*. *Vitam beati Martini* episcopi. *Collationem Posthumiani & Galli* de conuersatione monachorum orientalium, & ipsius *Martini*, per dialogum. Haec ex *Gennadio*, qui eadem copiosius persequitur. De vita *S. Martini* libri tres adhuc extant, ite *collatio Posthumiani & Galli*. Claruit anno 420. Extant eiusdem libri duo historiae sacrae, *Basileae* excusi ab *Oporino*: post etiam *Orthodoxographorum* volumini inserti. Citantur etiam *Seueri* *chronica* a *Greg. Turonensi* & alijs. *Vita B. Martini Sabariensis*, cum collatione *Posthumiani & Galli*, impressa est cum *Abdia Babylo* nio, *Basileae*, *Coloniae* & *Parisijs* nuper, 1571.

Seueri epistola ad *D. Augustinum*, numero tricesima septima, inter *D. Augustini* epistolas.

Seuerus poeta fuit tempore *Quidij*, ad quem extat elegia in quarto de *Ponto*.

Seueri *sophistæ* *Romani*, genere *Afri*, sub *Anthemio* rege historiam scribit *Suidas*, sed nihil ab eo scriptum refert.

* *Seueri* *Ethopæia*, *Meletæ*, & *Demosthenis* schemata: seruantur in bibliotheca *Strozæ*.

Seueri medici scriptorum fragmenta leguntur in libris *Aetij*, nempe, *Curatio communis vlcera oculi*, & *confectio succi fœnogræci*. de carbunculis genarum. de *ægilope*. de inurentibus tempora. de arteriae sectione. de linimentis totius capitis.

Sextilius *Anteus* citatur apud *Plinium* 28. lib. *Naturalis historiae*.

Sextilius *Hena* *Hispanus* *Cordubensis*, versus scripsit de *Ciceronis* morte. *Forte* *Hemina*.

Sextilius *Niger*, Graece libros aliquot de medicina scripsit. *Volaterranus* lib. 14.

Sextij *Syllæ* *Carthaginensis* scripta citantur apud *Plutarchum* in *Romulo*.

Sextus sub imperatore *Seuero* librum de resurrectione scripsit. *Hieronymus*.

Sextus *Cecilius* *Gallus* iureconsultus insignis, scripsit librum de verborum significatione quae ad ius civile pertinent, cuius meminit *Gellius*.

Sextus *Charonæus* *Plutarchi* sororis filius, philosophus, tempore *Marci Antonini* *Cæsaris*, discipulus *Herodoti* *Philadelphæi*, sectæ *Pyrhoniae*, scripsit ethica & sceptica libris 10. *Suidas*. Perperam autem, vt iudico, *Sceptica* tribuitur *Sexto* *Cheroneo*, cum mox subiiciat *Sextum* *Lybicum* philosophum *Sceptica* & *Pyrhonia* scripsisse libris 10.

* *Sexti* *Empirici* aduersus *Mathematicos*, hoc est, aduersus eos qui profitentur disciplinas, opus Graece nunquam, Latine nunc primum editum, *Gentiano* *Heruero* interprete. Eiusdem *Sexti* *Pyrhoniae* *Hypolyposon* lib. 3. quibus in tres philosophiae partes seuerissime inquiritur inter

prete. Hen. Stephano. Antuerpiæ apud Plantinum in folio, 1569. Sunt etiam separatim editi Latine hypotyposeon libri ab H. Stephano. Exstant Sexti Pyrrhonia manuscripta Græce in biblioth. Diegi Hurt. Mendozæ, & SS. Ioannis & Pauli Venetijs. S. Fioræ, Strozæ.

Sexti philosophi Platonici de medicina animalium, bestiarum, pecorum, & auium, liber impressus Tiguri apud Froschouerum, 1539. cum scholijs Gabrielis Humelbergij. Idem impressus est Norimbergæ apud Petreum, 1538. titulo, Sexti Placiti Papyriensis.

Sexti Pythagorici enchiridion. vide in Xysto.

Sextus Aelius I. C. scripsit Tripartita de legib.

Sexti Aurelij Propertij Vmbri elegiarum li. 4. impressi Venetijs apud Andream Patacichis Carentensem, anno 1508. cum Tibullo & Catullo, & Basileæ apud Henricum Petri.

Sextus Aurelius Victor, scripsit de vitis & moribus imperatorum Romanorum, à D. Cæsare Augusto vsq; ad Theodosium: ex quo opere excerpta quædam & abbreviata habemus, impressa ab Aldo, & Argenting apud Matthiam Schurerium, 1505. cum præfatione Laur. Abstemij. Gryphius etiam excudit Lugd. 1542. & Cratand. Basl. 1530. & Frobenius cum C. Suetonio, &c.

Sexti Gallici scripta citantur à Plinio lib. 25. Naturalis historiae.

Sexti Iulij Frontini viri consularis strategemaricôn & stratagematû lib. 3. excusi Parisijs apud Vuchelum, & Coloniae apud Ceruicorn. 1532. cum Fl. Vegetio. de aquæductibus vrbis Romæ lib. 2. impressis Basileæ apud Bebelium, 1530. cum Myrsilo Lesbio, &c. & Florentiæ, 1522. cum M. Vitruuio. Iul. Frontini liber de qualitate agrorum inuentus in cœnobio quodam Bobij oppidi in Italia. Raph. Volaterranus: impressus auctem Parisijs cum alijs limitum authoribus ex commendatione Turnebi.

*verè aureus liber
P. Man. l. 2. Ep. p.
Pl. 83.*

Sextus Pompeius Festus, scripsit 20 libros De verborum significatione, siue prisorum verborum cum exemplis: in quibus libros Verrij Flacci eiusdem argumenti in breuiorem formam redegit. Hos libros postea Paulus quidam tempore Caroli Regis in Epitomen redegit, quæ pro Festi libris in omnibus libris substituta & in publicum edita est. Aldus Festi fragmenta edidit, sed cum epitome Pauli coniuncta. Primus omnium Antonius Augustinus, omnia fragmenta Festi collegit & edidit, addita etiam Pauli epitome, ubiq; tamen quæ Festi quæque Pauli essent admonens: initio libri collocatis fragmentis Verrij Flacci, & in fine annotationibus additis. Liber impressus primum Romæ (vt arbitrator) & Venetijs apud Zillerum, 1560. in octauo.

Sextus Pomponius vetus I. C. scripsit ad Q. Mutium lectionum libros 15. ad Sabinum libr. 35. epistolarum libr. 20. ad Plautium libr. 7. Fideicommissorum libr. 5. senatusconsultorum libr. 5. Enchiridij libr. 2. regularum libr. 1. Variarum lectionum, siue quæstionum, aliàs ad edictum ex varijs lectionibus libr. 35.

Sexti Ruffi viri consularis epitome de historia Romana, excusa Basileæ apud Henricum Petri, & ibidem apud Heruagiû, 1532. cum L. Floro:

& Colonig apud Gymnicum, 1537. multo quàm antea emaculatio.

Sextus Turpilius Comicus Terentio amicus fuit. Vide Gyraldum.

* Sfortia Oldi I. C. Perusini compendiosæ substitutionis tractatus. Perusiæ, 1571. in folio.

Sibertus de Beka, natione Germanus, patria Gelrensis, Carmelita, scripsit super sententias lib. 4. summam censurarum noui iuris lib. 1. super regulam ordinis sui lib. 1. & quædam alia. Ordinale quoq; ordinis sui correxit. Vixit ann. 1320. Idem scripsit fasciculum florum historiarum diuersarum lib. 1. Arnoldus Boscius.

Sibyllinorum Oraculorum lib. 8. versibus herouicis Græce conscriptos, cum annotationibus Xysti Beruleij, & alijs, excudit Basileæ Io. Oporinus, anno 1545. Et anno 1546. carmine heroico à Sebastiano Castalione Latine redditos. Vide Sebastianum Castalionem. In bibliotheca Vaticana Romæ feruntur extare libri quatuordecim Sibyllæ: est & alterius voluminis ibidem hic titulus, *in τῶν προφητικῶν σιβυλλικῶν λόγων ἢ μύθων τῶν ἑ.* De Sibyllis vide Suidam & alios.

Sibyntius Theodestæ Phaselitæ lector & famulus, scripsit artem rhetoricam. Suid.

Sicardus præsul Cremonensis, scripsit historiã pontificum. Raph. Volater. Item summam de officijs lib. 8. Ioannes Lelandus.

Siculi Flacci cuiusdam scriptum in iuris prudentia, apud se extare Ioan. Sichardus meminit, in præfatione super codice Theod. Siculi Flacci liber cum alijs limitum auctoribus editus est Lutetiæ à Turnebo in quarto, 1554.

Sidonij, Maximi, Urbani, & Macarij epistoliû ad Cyprianum, libro 3. epistola 14. apud Cyprianum.

Sidonem Ponti filiam, hymnorum inuetricem, Sanchuniathon Byblius apud Eusebium asserit.

Sifridus episcopus Cirenensis, ordinis fratrum Prædicatorum, natione Germanus, scripsit ad Theodericum archiepiscopum Moguntinum, de ludæorum vsura lib. 1. de censibus & redemptione lib. 1. sermones & collationes lib. 1. quæstiones varias lib. 1. & quædam alia.

Sifridi presbyteri Misnensis, compendium historiarû à creatione mûdi vsq; ad annû D. 1307. Epitomen Sifridi edidit V. CL. Gregorius Fabricius cum suis annalibus Misnæ, 1569. Lipsiæ.

Sigebertus monachus Gemblacensis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, scripsit vitã S. Theoderici episcopi lib. 1. passionem S. Lucie metricè lib. 1. de translatione eiusdem lib. 1. vitã Sigeberti regis lib. 1. Passionem Thebeorum carmine li. 1. vitam S. Guniberti li. 1. gesta abbatum Gemblacen lib. 1. vitam S. Maclouij li. 1. vitam S. Theobardi lib. 1. contra papam Gregorium lib. 1. apologiam ad imperatorem lib. 1. contra epistolam Paschalis papæ lib. 1. in Ecclesiasten heroico metro lib. 1. historiarum post Eusebium lib. 1. de illustribus viris sui ordinis lib. 1. de computo ecclesiastico lib. 1. sermonum quoque lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. & Chronicam, quam Trémierius vsq; ad annum D. M. D. XI. perduxit. Volaterranus historias Pontificum ad annum vsq; 1131. conscripsisse ait. Dicitur etiam conscripsisse de ieiunijs

ieiunijs quatuor temporum, & De scriptoribus famosis. Sigeberti Chronicon ab anno Domini 381. ad 1113. cum insertionibus ex historia Galfriedi, & additionibus Roberti abbatis Montis 103. sequentes annos complectentibus, excusum Parisijs vœnit 10. solidis Gallicis.

* Sigebertus Pius Orientalium Anglorum Rex, scripsit Legum Instituta lib. 1. monachus deinde factus, anno 652. Obijt. Baleus.

* Sigeboti monachi de vita Paulinæ liber.

* Sigefridi Sacci, de Academica Pontificiorum dubitatione in negotio iustificationis, quæ omnem euerit fiduciam nitentem promissione & meritis Christi, Magdeburgi, 1569. in octauo.

Sigismundi & Friderici Germanicorum imperatorum prouerbia, Argentinæ impressa, anno Domini 1519.

Sigismundus Arquer Calaritanus theologiæ ac iuris vtriusque doctor, descripsit insulam Sardiniam, operi Cosmographico Sebastiani Munsteri inferam.

Sigismundi Fulginatis secretarij Apostolici carmina in exequijs Platinæ, in fine operum ipsius Platinæ.

Sigismundus Gelenius, Bohemus, vir diuersis linguis & variarum rerum cognitione doctissimus, scripsit Lexicon Symphonum, quo quatuor linguarum Europæ familiarum, Græcæ scilicet, Latinæ, Germanicæ ac Sclauinice cõcordia consonantiq; indicatur, partim *ὅτι* *ἰσχυρῶς*, vbi in omnibus prædictis linguis eiusdem significatio nis vocabula è regione ponuntur, quæ etiam literis & pronuntiatione conueniunt, vel omnia vel aliqua partim *ὅτι* *ἰσχυρῶς*, partim *ὅτι* *δυσίτη*. Frobenius excudit Basileæ, 1537. & postea Rob. Vuinzer, 1544. Annotationes eius in T. Liuium, Basileæ cum ipso Liuiio excusæ, & Lugduni scorsim, 1541. Annotationes in Plinij historiã naturalem, cum eodẽ excusæ Basileæ. Præfatus est in Eutropij historiã, è Græco in Latinum sermonem 40 transtulit, Dionysij Halicarnassæi de gestis Romanorum historias, excusas Basileæ, apud Frobenium, anno 1549. Item Iosephi Iudæi historias, ibidem anno 1550. excusas. Chrysofomi homilias aliquot cum manuscriptoris Græcis exemplaribus contulit, emendauit, suppleuit. E Græco in Latinum sermonem transtulit Euagrii rerum ecclesiasticarum historiã, Origenem contra Cellsum, Philonis opera omnia. Appianum de bellis Punicis, Syriacis, Parthicis, Mithridaticis, Ciuilibus, Gallicis. Omnia hæc excusæ Basileæ in officina Froben. Obijt anno (ni fallor) 1554. Vita eius à Cælio S. C. descripta, præfixa est Appiano ab eo conuerso.

Sigismundus Gelous Transylvanus, scripsit historiã Francisci Spieræ Ciuitatulanij, qui ob fidei sanioris abnegationem in summam incidit desperationem, Excusam Basileæ, cum doctorum aliquot virorum præfationibus, anno 1550. Ex Euripide vertit aliquot tragædias, quarum vna tantum excusa est, Orestes, Basileæ apud Io. Oporinum, 1550. Idem scripsit orationem de beatitudine, Quæstionem, An honesta natura sint, an vero opinione. Patavij excudit Iacobus Fabricianus, anno Domini 1549.

Sigismundus Grossenbrot, scripsit Chronica Augultensium, quæ extant Viennæ Austriæ apud Vuolfgangum Lazium medicum Vien.

* Sigismundus Hemmelius magister cantorum Vuirtebergici ducis, harmonias nouas composuit in omnes psalmos Dauidis, quæ Tubingæ impressæ sunt, 1569.

Sigismundus Liber Baro in Herberstein Neyperg & Guttenhag, scripsit rerum Moscouiticarum commentarios, excusos Viennæ primũ, Austriæ, deinde Basileæ apud Ioan. Oporinum, 1551.

* Sigismundi Loffredi in dubijs compluribus Andree de Ifernia scriptis extricationes, seu paraphrases, & nonnullæ quæstiones. De gradibus affinitatis. Disputationes feudales. Consilia. Pleaque ex his simul excusa sunt Venetijs, 1572. in folio. Eiusdem Consilia siue Responsa: item Paraphrases Feudales, subtilissimæque quæstiones; necnon Commentaria ad L. Iurisconsultus, ff. de gradibus: à mendis repurgata vna cum summarijs, & indice reuisa à Ioanne Dreterero, excusa sunt Francofurti, 1573. in folio.

Sigismundus Lupulus Rorenburgius, collegit rudimenta prima Grammaticæ, Syntaxim Latinæ linguæ, excusam Argenting apud Iacobum Lucundum, 1544.

* Sigismundus Schorkelius nuper edidit Helmol di historiarum librum, inscriptum Chronica Slauorum Francofurti, 1573.

* Sigismundi Sueui Freistadiensis, Explicatio similitudinis sancti Bernardi de auaritiæ curru. Ienæ, 1570. Herodis conuiuium seu de decollatione Ioannis Baptistæ. Ibidem, 1569. Explicatio verborum Psalmi 23. Ego autem vermis & non homo. Item noui anni aut strenaturum distributio, &c. Gorlicij, 1570. Admonitio de cauenda desperatione, in qua indicatur quomodo diabolici laquei dubitationum soluendi sint. Ibidem, 1572. Parricidij cuiusdam historia, cum vtili admonitione. Ibidem Germanice, De quinque letalibus signis ægrotantis mundi. Vuirtebergæ, 1572. Germanice, Peregrinatio spiritualis ad S. sepulchrum: hoc est fides doctrina & vita Christianorum, sententijs elegantibus, similitudinibus & exemplis descripta. Gorlicij, 1573. Germanice in octauo. Catalogus operum Lutheri Latine & Germanice in folio.

Signorolus de Homodeis, vt citatur in summa Angelica, scripsit in Rubricas primi ff. vet. de adoptionibus l. si arrogator. & de legibus. l. princeps legibus ante sua consilia. in 2. ff. vet. de iure iurando. l. nam & postea. parag. minor. In Rub. 1. ff. noui. de don. cau. mor. l. vbi ita donatur. In 1. infortiati, de iniust. nup. l. si ego. & in Rub. soluto matri. l. si extimatis. in 2. infortiati, de legatis 2. l. peto. parag. fratre. in 1. Cod. de summa trinitate. l. nemo. & l. 1. & de iuris & facti. l. cum quis. & de sacrosanc. eccl. Auten. ingressi. in 2. Cod. de insti. & sublti. l. 1. & de fideicom. l. post mortem. & vnde liberi. l. qui se patris. Præterea scripsit de præcellentia doctoris & militis consilia, ex quibus peculiariter nominatur consilium, quomodo intelligatur iuratum super negotio lucis supposito statuto.

Silatio poeta citatur à Plutarcho.

Simon de Cremona, ordinis fratrum eremitae-
rum sancti Augustini, scripsit ad Antonium Ger-
manum suum presbyterum sermones, super Euan-
gelia lib. 1. super epistolas quoque lib. 1.

* *Simon de Corbeia*, Gallus, doctor Parisiensis
& prouincialis Carmelitarum Franciæ, scripsit
Glossas scripturarum lib. 1. Sermones quoque plu-
res lib. 1. Atque alia. Claruit anno Domini 1312.
Ioannes Triffa.

* *Simon de Euersham*, Anglus, Ecclesiæ rector,
composuit super priora Aristotelis lib. 2. Super
posteriora eiusdem lib. 2. Quæstiones de anima
lib. 1. De sensu & sensato lib. 1. Quæstiones super
Ethica lib. 10. Quæstiones in Meteora lib. 4. In
Aristotelem de animalibus lib. 1. Claruit sub E-
duardo tertio. Baleus.

* *Simon Fraxinus*, Anglus, Canonicus Herefor-
diæ pro Giraldo amico, scripsit contra Adamum
Cisterciensem Apologiam rhythmicam lib. 1. Su-
per innocentia eiusdem lib. 1. Ad magistrum Gi-
raldum lib. 1. Epistolas ad diuersos lib. 1. Carmina
quoque lib. 1. Claruit anno 1200. Baleus.

Simon à Corroy professione Celestinus, scri-
psit pandectas legis euangelicæ, excusas Lugd. à
Grypho, anno Domini 1547. in 16. & Antuer-
piæ apud Steelfum.

Simonis Fagelli Villatici Boemi, opuscula Li-
psicæ excudit Nicolaus Vuolrab, anno Domini
1538. De cœna Domini conciones 3. Hymnorum
lib. 1. Epigrammatum libr. 3. Tumulorum lib. 1.
Distichorum lib. 1.

* *Simonis Falck Lipsensis*, Repertorium iuris
ibidem impressum 1457.

* *Simon Fyshe*, Anglus causidicus, scripsit *Que-
rimonias pauperum* lib. 1. Obijt anno 1531. Bal.

* *Simonis Fontani* in prophetam Ruth explica-
tio. Parisijs in octauo.

* *Simon de Gauut vel Gandauus*, Londini na-
tus, Episcopus Sarisburiensis, scripsit De vita so-
litaria lib. 7. Ad suos sacerdotes lib. 1. Claruit an-
no 1298. Baleus.

Simon Grynæus Germanus, vir scientiarum
omnium & linguarum eruditissimus, ac ad promo-
uenda bonarum artium ac pietatis studia natus, ex
Græcis transtulit Agesilai vitam in Paralleliis Pla-
tarchi, quæ cum reliquis Latine redditis. Basil. edita
est. Ite alium Plutarchi librum, qui inscribitur, *Sine
rationis aliqua in bestiis vis, tum vtra animanti-
um plus huius habeant, terrestriane an aquatica*: Be-
belius excudit Basileæ, 1534. adiuncto etiam Græ-
co exemplari. Aristotelis Elenchorum lib. 2. qui
cum cæteris Latinis operibus Aristotelis Basileæ
excusi sunt. Eiusdem de virtutibus libellum, ad-
iecta exactiori quâdam de virtutibus diuisione:
Rob. Vuinter impressit Basileæ. Eiusdem de mun-
do librum ad Alexandrum doctissimis commen-
tarijs illustrauit: Vualderus ibidem impressit. An-
notationes in 8. librum Topicorum, exceptæ ab
ore profitentis D. Symonis Grynæi, per Seba-
stianum Lepusculum, impressæ Basileæ, 1545. a-
pud Hieronymum Curionem, cum Græco tex-
tu, adiecta etiam tabula, qua continetur typus
omnium præceptorum Aristotelicorum, quæ in
octauo libro Topicorum interroganti & respon-
denti dantur. Homilias Chrysofomi in primam

ad Corinthios, quæ post vigesimam sunt, vsque
ad 44. Latinas fecit. Extat eius etiam epistola ad
Oecolampadium libro 4. epistolarum Oecolam-
padij & Zuinglij, numero 22. epistola de obitu
Io. Oecolampadij, ab initio eiusdem operis im-
pressa. Item præfationes: In Iulium Pollucem, in
Absyrtum, & reliquos autores Græcos Hippia-
tros, in Lexicon Græcolatinum ante annos cir-
citer quinque editum, in Plutarchi vitas Latine
impressas: in quo opere etiam integro multa re-
stituit, & locos aliquot declarauit. Bebelius excu-
dit Basileæ, 1533. In eisdem Græce excusas ab eor-
dem. item in Euclidis elementa Geometrica Græ-
ca excusa, 1533. præfatio vbi de disciplinis Mathe-
maticis egregie differit. in Cl. Ptolemæi magnæ
constructionis libros Græcos, 1538. In scriptores
noui orbis ab Heruagio excusos. In Iustinum à
Bebelio excusum. Præfatiuncula in Hugonis La-
tineri orationem de regni statu per Euangelium
in Anglia reformando. opera Platonis à Marsi-
lio Ficino versa emendauit, & cum exemplaribus
Græcis contulit, adiecta præfatiuncula. Frobenius
excudit, 1539. Scripsit etiam somnium ad clarissi-
mum virum Iacobum Sturmium, carmine he-
roico, excusum Basileæ apud Rob. Vuinter, an-
no 1541. Extant etiam apud hæredes eius nondum
excusa, commentaria in epistolam Pauli ad Ro-
manos, de cœna Domini liber, opus epistolarum,
& alia quædam. Floruit Basileæ, 1539.

Simon monachus Hassligemen. ordinis sancti
Benedicti, abbreviauit *Moralia Gregorij papæ*
lib. 10. In Cantica scripsit sermones lib. 1. visionem
cuiusdam conuersi lib. 1. sermones plures lib. 1. e-
pistolas etiam ad diuersos lib. 1. Collegit etiam ex-
cerpta de sermonibus beati Gregorij papæ in E-
zechielem, de collationibus quoque sanctorum pa-
trū ex Richardo sancti Victoris; de 12. patriarchis
& contéplatione, & ex varijs varia non spernenda.
* *Simon Henton*, Anglus, Dominicanus, com-
posuit De decem præceptis lib. 1. De articulis fidei
lib. 1. Commentarios in Iobum lib. 1. Claruit
anno 1358. Baleus.

* *Simon Hermannus*, Harlemensis cœnobij apud
Batauos Carmelita, scripsit *Copularum sermonum*
lib. 1. Et alia. Claruit anno Domini 1460. Nicæ-
laus Harleimen.

Simonis Helli Apologia aduersus D. Roffen-
sem, episcopum Anglicanum, super concertatio-
ne eius cum Vlrico Veleno, an Petrus fuerit Ro-
mæ, & quid de primatu Romani pontificis sic
censendum. Addita est epistola de ecclesiasticor-
um pastorum authoritate & officijs in subditos;
& subditorum in superiores obedientia. Liber
impressus in Germania. Simonis Helli sedis A-
postolicæ Protonotarij, contra Martinum Luth-
therum epistola, scripta anno D. 1521.

Simon Ianuensis (aut Genuensis potius) & A-
braham Iudæus, transtulerunt Ioan. F. Serapio-
nis opus de simplicibus medicamentis ex Arabi-
co in Latinum sermonem. Annotationes eius plus
rimæ additæ sunt & insertæ vltimæ editioni Par-
dectarum Syluatici.

* *Simonis Iacobi* Arithmetica logistica absolut-
issima, edita Germanice Francofurti in 4.

* *Simon Islepus*, Anglus, archiepiscopus Catta-

tuariensis, scripsit speculū regis ad Eduardum 111. lib. 1. Sermones per quadragesimam lib. 1. Sermones de sanctis li. 1. Decreta sacerdotalis ordinis lib. 1. Epistolas ad diuersos, & alia. Obijt anno Domini 1365. Nicolaus Brigam.

* *Simonis* Koferlini libellus Logisticus Germanicus, 1573. Norimbergæ.

* *Simon* de Langiō, Anglus, Stephani Cantuariensis archiepiscopi frater, & archidiaconus eiusdem ecclesiæ, scripsit De pœnitentia Magdalenæ lib. 1. Et alia. Obijt anno Domini 1248. Mathæus Parys.

Simon Lemnius Germanus, scripsit Epifodia de Ioachimo Marchione Brandeburgensi & eius coniuge, impressa anno 1531. Vertit Dionysium de situ orbis versibus heroicis, liber excusus Venetijs, anno 1543. Odyssæ Homeri lib. 24. heroico Latino carmine transtulit, quibus accessit & Batrachomyomachia Homeri, ab eodem secundum Græcum hexametro Latinitate donata. Basilæ apud Oporinum anno 1550. Bucolicorum Aeglogas quinque ab eodem excusas, anno 1551. Eiusdem Ethica, siue de virtutibus moralibus li. 4. nondum excusi carmine scripti, extant apud Oporinum. Fatis concessit Curia Heluetiorum, peste grassante, anno 1550.

* *Simon* de Louitz medicus, scripsit Enchiridion medicinæ, excusum Cracouiæ, in octauo. Annotationes in Aemilianum Macrum ibidem excusas.

Simonis Maricij Pilnensis (Poloni) I. C. de scholis seu Academijs lib. 2. excusi Cracouiæ apud Hieronymum Scharffenbergum, anno D. 1551. in 8. chart. 20. In præfatione scribit se superioribus annis Demosthenis orationes de pace & libertate Latinas à se factas edidisse.

* *Simon* medicus Seleuci & Nicanoris necessarius.

* *Simon* Mineruius Homeri Odyssæam in Germanicam linguam transtulit. Francofurti, 1570. in octauo.

* *Simonis* Musei Catechismus Germanicus, de præcipuis dogmatibus Christianæ religionis, de quibus nostra ætate disputatur. Idem Figuris illustratus, Francofurti, 1570. Eiusdem sententia de peccato originis, quod non sit substantia sed extra eius corruptio, tam iuxta materiã quã formam. Ienæ, 1572. Diabolus melancholicus: liber Germanicus de pellendis melancholicis & Satanicis cogitationibus, 1572.

* *Simon* magister & Logotheta selegit ex omnibus Basilij libris, quorum magna pars nõ extat, Conciones viginti quatuor, de vita & moribus Christianorum. Parisijs apud Morelium Græce & Latine in octauo.

* *Simonis* Nanquarij de lubrico temporum curriculo, deq; hominis miseria opusculum carmine. Eiusdem Bucolicon de funere Caroli VIII. Trecis apud Ioannem le Coq, 1536.

* *Simonis* Pauli dispositiones rhetoricæ, & breuis textus enarratio Euangeliorum, quæ diebus Dominicis, & festis sanctorum, in ecclesia proponi consueuerūt. Duæ partes. Rostochij apud Iac. Lucium in 8, 1567. Prima & secunda pars methodi aliquot locorum ecclesiæ Dei, continens ex-

plicationem præcipuarum controuersiarū, quæ & viuente Luthero, & post obitum eius, de religionis doctrina excitatæ sunt. Rostochij Eiusdem methodi pars tertia quæ continet explicationē doctrinæ de Sacramētis & aliquot aliorum locorum. Ibidem. Eiusdem postilla impressa Germanice Ienæ, Magdeburgi, Francoforti in folio & in octauo.

Simon Petrus Apostolus, &c. scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur, quarum secunda à plebisq; eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius, è quibus vnus Actorum eius inscribitur, alius euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Hæc ex D. Hieronymo.

* *Simonis* Pistorij Lipsensis, Disputatio de morbo Gallico, contra quam scripsit Manardus Ferrariensis, Castigationes in declamationes Alabandicas.

Simon Porcius philosophus insignis, scripsit Ercômium de dolore capitis & de incendio Puteolano: epistolam excusam Neapoli, anno D. 1538. & Florentiæ, anno 1551. Idem scripsit Disputationem An homo bonus vel malus volens fiat, Florentiæ excusam, anno D. 1551. in 4. chart. 8. & dimid. De dolore librum ibidem excusum, anno 1551. in 4. chart. 7. & dimid. De coloribus oculorum, De fato, De cœlibatu, De puella Germanica quæ biennium vixerat sine cibo & potu. Enarrationem in precationem Dominicam. Scholion in Ioannem. Omnia hæc excusa Florentiæ à Torrentino. Aristotelis de coloribus libellum Latinitate donauit & commentarijs illustrauit. Liber ibidem excusus, anno Domini 1548. in 4. chart. 25. Scripsit etiam de mente humana opus impium & porco non homine auctore dignum, excusum Florentiæ 1551. in 4.

Simon Riquinus de ἰσπορπητῆς, id est Sudatoria febris Liber impressus Coloniae apud Soterem, anno Domini 1529.

* *Simon* Rothus Aenigmata sacra Ioannis Bohemi Latine reddidit & auxit, 1568.

* *Simon* Simonius Lucensis philosophiam primum in Italia, postea Geneuæ, & nunc Lipsiæ docet, magna cum laude, edidit autem Commentaria in primum librum Ethicorum Aristotelis, impressa Geneuæ in quarto. Aristotelis Categoriae Boetio interprete addita præfatione edidit. Disputationē de anima impressam Lipsiæ cum Aristotelis libris de anima ex Michaelis Sophiani versione. De vera nobilitate. Lipsiæ, 1572. in 4. Quæstionum Dialecticarum fragmentū, in quo examinatur tertia pars anatomes Schegkianæ. Basileæ, 1573. Commentaria in Aristotelis lib. de sensuum instrumentis, & lib. de memoria & reminiscencia: excu. in folio. Antischegkianorum lib. 1. in quo ad obiecta Schegkij respondetur, vetera nonnulla eiusdem errata inculcantur, nouaque quam plurima peiora prioribus deteguntur, anno 1570. Basileæ. Scripsit & alia plura partim edita, partim breui, vt audio cenda.

Simonis Sinapij, Lubenensis pastoris in Lusania, carmina de passione Christi, quæ in horas est distributa.

Simon Sothray, Anglus natione, professione Augustinianus, scripsit de Ecclesiæ auctoritate lib. 1. de sacramento corporis Domini lib. 1. contra Vucleuistas lib. 1. Floruit anno 1382.

Simon de Spira, natione Germanus, Carmelita, scripsit super Sententias lib. 4. contra Iudæos lib. 1. postillam Coloniam lectam lib. 1.

Simon Stocklius, ex Cantia Anglorum comitatu oriundus, scripsit Homilias ad plebem lib. 1. ad Christiparam virginem Antiph. Vixit an. 1265.

Simon Sulcerus, natione Heluetius, vir in sacris humanisq; literis, & vtraq; lingua non mediocriter doctus, ecclesiastes Basiliensis, Acta synodi Bernensis è Germanico sermone in Latinum translit. Cratander impressit Basileæ 1532. Collegit etiam ex vtriusq; linguæ sacris ac profanis authoribus, locorum communium thesaurum, quæ tanto studio ac artificio in certas arculas disposuit, ut de quacumq; re sit dicendum, amplissimam in promptu habeas materiam: quod opus in rei publicæ literariæ utilitatem editurum speramus & optamus, vna cum alijs quæ subinde meditatur. Claruit Basileæ anno D. 1573.

Simon Thomas, vide in Laur. Laurentiano.

Simon de Tornaco presbyter, scripsit sententiarum suarum lib. 1. quæstiones varias lib. 1. in symbolum Athanasij lib. 1. in Boethium de Trinitate lib. 1. lecturas scholasticas. Claruit anno 1226, ab alijs autem vocatur *Simon* Thuruaius.

* *Simon* de Tunstede, Anglus, Franciscanus, musicus, scripsit quatuor principalia lib. 1. In Aristotelis Meteora lib. 4. Claruit 1369. Baleus.

* *Simon* Thuruaius Presbyter Anglus, composuit summam theologiæ lib. 1. Institutiones diuinæ paginæ lib. 1. Sententiarum quæstiones lib. 4. Quæstiones quasdam lib. 1. Alias quæstiones lib. 1. In symbolum Athanasij lib. 1. In Boethium de Trinitate lib. 1. De rerum naturis lib. 1. De Christiana doctrina lib. 1. Lecturas scholasticas lib. 1. Vixit anno 1201. Baleus.

Simonis Valamberti epigrammata, Paganus excudit Lugduni, Et Parisijs Vuchelus in 8. char. 2. Scripsit & alia quædam carmina.

* *Simonis* Verrepæi libellus precum ex patribus & vtriusque testamenti libris collectus, an. 1571. Coloniam. Latinæ linguæ progymnasmata ex varijs doctorum obseruationibus collecta, Antuerpiæ 1371. De Epistolis Latine conscribendis libri 4. Ibidem. Ludouici Viuis Epistolæ aliquot selectiores, ab eodem editæ.

* *Simon* Vicetinus de iudiciali missione in possessionem.

* *Simon* Villanouanus Belga Græce Latineque doctissimus, quædam scripsit quæ à nonnullis premuntur. Fertur author esse Vitæ Christopho Longolij quæ absq; nomine edita est. Præterea epistola illius in volumine epistolarum clarorum virorum habetur.

* *Simon* Vuichyngan, Anglus, Carmelita, scripsit Quæstiones ordinarias lib. 1. Quodlibeta varia lib. 1. Lecturas in scripturam lib. 1. Sermones quoq; lib. 1. Claruit anno 1360. Baleus.

Simonides Carystius, vel ut alijs placet Eretrieus, Græcorum in Aulide conuentum duobus trimetrorum versuum voluminibus complexus; & de Iphigenia librum vnum scripsit.

Simonides Ceus, Lyricus, Cambyse & Darei regnum, & Xerxis nauale prælium descripsit. Item prælium illud quod ad Artemisium promontorium commissum est, versu elego composuit: quod vero ad Salaminem factum est, lyrico carmine executus est. Scripsit & threnos, hoc est nenas vel lachrymas. Item laudes, hoc est encomia, & epigrammata, quorum adhuc aliqua leguntur. Scripsit & pæanas & tragædias & Deliacorum dithyrambum, quem Memnon inscripsit. Gryphis quoque (& hoc genus poematis) delectatus est. Floruit circa Olympiadem 62. *Simonidis* carmina quæ hodie extant Græce & Latine edita sunt ab Henrico Stephano, cum cæterorum Lyricorum carminibus.

Simonides iunior huius filius, vel ut alij volunt ex filia nepos, tres genealogiarum libros reliquit, & totidem inuentorum.

Simonidis minoris scripta citantur à Plinio li. 6. Naturalis historiæ.

Simonides Crinei Amorginus lambos reliquit & elegiam duobus libris distinctam.

Simonides Magnesium, Antiochi, cognomento Magni, res gestas carmine scripsit, & præcipue bellum eius contra Galatas.

* *Simonides* ad Speusippum, scripsit historias in quibus Dionis ac Bionis gesta signauerat. Latius in Speusippo.

Simplicianus Mediolanensis post S. Ambrosium episcopus, ad Augustinum aliosq; diuersos vtiliter conscripsit epistolas, quæ partim hinc inde reperuntur. vide Gennadium. Claruit anno 420.

Simplicius papa, natione Tiburtinus, scripsit ad Io. Rauennatis episcop. epist. 1. ad Florentium & Equitium episcopos epist. 1. ad Severum episcopum epist. 1. & decreta, quæ cum cæteris pontificijs decretis impressa sunt. Claruit an. 4831.

Simplicius Philolophus insignis, ex Phrygia natus, scripsit multa, ex quibus hodie extant tantum in Aristotelis physicae auscultationis lib. 8. commentarij Græci, cum ipso Aristotelis textu excusi Venetijs, in officina Aldina, anno Do. 1526. & Latine Lucillo Philaltheo interprete, ibidem apud Scotum, anno D. 1543. Commentarij Græci in libros 4. de cælo Aristotelis, vna cum textu: ibidem excusi, anno 1526. commentarij Græci in tres libros Aristotelis de anima, cum textu. deest autem initium præmij, ibidem excusi anno D. 1527. cum alijs quibusdam Alexandri, & Michaelis Ephesij. Commentarij Græci in decem prædicamenta Aristotelis, excusi in Italia, & Latinitate donati per Guilielmum Dorotheum, vna cum sex principijs ab eodem authore editis: Venetijs apud Scotum, anno Do. 1541. interpretatio Græca doctissima & dignissima lectu in Enchiridion Epicteti impressa Venetijs anno Domini 1538. apud fratres de Sabio. Epicteti epistolæ Græcæ cum expositione Simplicij, extant Græce Florentiæ, in bibliotheca Medicum. Commentarij in Iamblichi de Pythagorica secta li. 3. Rôm. seruatur in bibliotheca Vaticana. Raph;

Volater. Commentarius in Enchiridion Epistemi, quo vniuersa humana vita instituitur, & liber tatis recuperandæ viâ monstratur, Angelo Caninio interprete. Latine excusus est Venetijs apud Hieronymum Scotum, ann. Domini 1546. in folio. Claruit Iustiniani Cæsaris temporibus. Audio etiam in Italia extare Simplicij commentariolum de Syllogismis, & initium commentariorum de anima: quæ aliquando Arn. Arlenius se editurum promisit.

* *Simplicij* Taisneri opus de natura magnetis excusum Colonia, 1562. in octauo.

* *Simplicius* Theocriti glossemarius, citatur ab illo qui scribit in Epigrammata Græca.

Simuli poetæ fragmentum, quo opinatur Tarpeiam virginem non Sabinis Capitolium prodidisse, sed Celtis, eorum regis amore incensam, extat apud Plutarchum in vita Romuli.

Simyli versus 12. senarios legimus apud Stobæum in sermone pro artibus.

Sinelingus quidam scripsit lib. 7. de sacramētis.

Sinibaldus, vide supra in Innocentio quarto.

Sirach narratio impia, & voces animalium. Liber Græcus hoc titulo, extat Romæ in Vaticana bibliotheca.

Sirasi vel *Serasi* & *Ebenesi* philosophorū commentaria in quædā Auicennæ, impressa sunt Venetijs apud Cominum de Tridino, 1547. in fol.

Siricius papa, natione Romanus, scripsit inter cætera contra Iovinianum & Auxentium lib. 1. & Decreta, quæ habentur impressa cum reliquis Pontificijs.

* *Siricius* sophista Neapolitanus ex Palæstina, discipulus Andromachi, qui docuit aliquandiu Athenis: scripsit Progymnasmata, & declamationes, Suidas.

* *Sirnacham* dicti Somniorum interpretis fit mentio à Leone Tusco.

* *Sisarion* Icaricus Comœdiam inuenit. Clemēs Stromat. 1.

Sisenna Milefiarū lib. 13. adducuntur à Charisio.

Sisenna grammatici in Amphitryonem Plauti commentationes adducit Charisius.

Siserna scripsit libros historiarum, atq; de agricultura, teste Prisciano.

Sisinnij Patriarchæ Constantinopolitani tomus quidam extat inter Græcos canones conciliorum à Zonara collectos, *ἡ ἐπιτομὴ τῶν ἐν τῷ πατριαρχεῖον δὲ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἀδελφῶν*, &c.

Sisinnus Nouatianorum episcopus, vir doctus, summus philosophus, multa scripsit: bis de eo scribit Suidas, eadem repetens.

Sixtus papa IIII. natione Ligur, ex Sauona vrbe maritima natus, Franciscus antea vocatus, ordinis fratrum Minorum minister generalis, scripsit ante pontificatum de futuris cōtingentibus lib. 1. de conceptione S. Mariæ lib. 1. & quædam alia. Claruit anno 1484.

Sixtorum aliquot pontificum decreta, cum cæteris Pontificijs impressa.

* *Sixti* Kargel musici, carmina Italica Gallica & Germanica ludenda cithara. Eiusdem noua & elegantissima Italica & Gallica carmina in testudine canenda, in tabulaturam translata, Moguntia, anno 1569.

* *Sixtus* à Popma, Cornelij Celsi libellum de arte dicendi edidit. Colonia, 1569.

Smaragdus abbas monasterij S. Michaelis, ordinis diui Benedicti, scripsit in regulam S. Benedicti lib. 1. diadema monachorum lib. 1. in totum Psalterium lib. 1. in epist. & euang. per annum lib. 2. sermones quoque plures lib. 1. multos in diuinis scripturis commentariorum tractatus edidit. Donatum maiorem exposuit, & multos sæcularium literarum auctores explanauit. Eius postilla habetur impressa. eadem ex Gasparis Hedionis versione Germanice impressa est ann. D. 1536. Sunt autem commentarij in Euangelia & epistolas per totum annum, ex patribus collecti.

Smyrnei Bucolici (aliàs Bionis) versus Dorici, apud Stobæum in Sermone de assiduitate.

* *Socrates* Sophronisci F. Atheniensis philosophus, fertur scripsisse Pæana, cuius initium est, *Delie Apollo salue, & Diana pueri gloriosi*. Dionysedorus tamen Pæana illius non esse memorat. Fecit & Aesopiam fabulam, non multum composita. Grylli filij Xenophontis laudes conscripsit. Laertius.

* *Socratis* (alterius à philosopho) libri *ἡ ἀδοξασίη* siue successuum aliquoties laudantur à Laertio.

* *Socrates* Chirurgus citatur apud Cælium Aurelium lib. 5. cap. 1.

* *Socrates* Cous deorum preces inuocationesq; conscripsit. Laertius. Huius forte fuerit liber *ἡ ἐπιτομὴ* qui Socratis titulo citatur à Plutarcho in de Iside.

* *Socrates* historicus Argos diligenter descripsit. Laertius. Citatur etiam in scholijs Aristophanis Socratis liber duodecimus Creticorum.

Socrates quidam scripsit aliquot de Thracibus libros, ex quorum secundo Plutarchus Codri Atheniensis historias recitat in Parallelis minoribus cap. 36.

40 *Socratis* Rhodij bellum intestinum, *ἡ ἐπιτομὴ*, & librum *ἡ ἐπιτομὴ τῶν ἐν τῷ πατριαρχεῖον δὲ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἀδελφῶν*, Athenæus allegat.

Socrates quidam natione Græcus, scripsit à tempore primi Constantini magni imperatoris vsque ad imperium Theodosij iunioris, volumen Ecclesiasticæ historiæ, & Rerum Romanarum epitomen. Eius historiæ ecclesiasticam Græcam Robert. Stephanus excudit Parisijs anno D. 1545. cum alijs quibusdam Græcis veterum theologorum. Feruntur autem esse tomus 5. qui etiam Venetijs manuscripti extant. Historia Tripertita impressa est Basileæ apud Ioan. Frobenium, 1523. cum indice. cum Eusebij Pamphili historia ecclesiastica. Ruffino interprete: additis passim Græcis epistolis Synodorum ac Imp. è romis Theodoriti. scripsit historiã ad preces Theodoriti Sozomenicę simillimam, quantum ad tempus attinet. Claruit autem, vt Volater. refert Iustiniani temporibus.

60 *Sæbadius* Agenni Galliarum episcopus, edidit contra Arianos librum teste Hieronymo: hic in V. C. Sæbadius nominatur, & Geneuæ anno D. 1570. editus est in octauo.

* *Sohalta* Chymicus auctor, citatur à seniore Zadith.

Solitarij Cætuar. eccles. presbyteri, Speculū eccl. Solom

Solon legislator Athenien, vide Diogenē Laertium, & Suidam, & Stobæum. Solonis iambos Athenæus allegat. Solonis elegia Græce & Latine Philippo Melanchtone interprete; cum aliâ cum etiâ cum Stobæo excusa est. Scripsit Leges, Conciones quoq; & ad sese quædam exhortatoria carmine elegiaco. De Salamine & Atheniensiu republica ad 500. versuû. Iambos etiamnum & Epodos. Laertius, Philocyprus à Solone versibus celebratus. Herodotus.

Solon medicus allegatur à Plinio 20. & septem deinceps libris.

Sonini cuiusdam metaphysica, impres. in Ital. Sopater Apamensis, Sophista & philosophus discipulus Iamblich, quem Cæsar Constantinus interfecit, ut cõfirmaret se non amplius esse gentili religioni addictum. Erat enim ei familiaris prius. Scripsit de providentia, & de ijs qui præter meritũ felices sint, aut infelices. Idem Epitomas plurimorum scripsit, quidam vero etiam excerptra historiarum eius esse dicunt. Suidas.

Sopatri ad Alexandrum prolegomena in libros Aristidis de rhetorica, cum eisdem impressa sunt. Eiusdem quæstiones de cõponendis declamationibus, in causis præcipuè iudicialibus, Aldus impressit olim Græce. Item cõmentarij Græci in Hermogenis Rhetorica, ibidem impressi, 1509. cum Syriani & Marcellini quoq; cõmentarijs, & Aphthonij progymnasmatibus.

* Sopater comicus. Ex fabulis illius sunt Hippolytus, Physiologus, Silphia, Cnidia, Nycia, Pylæ, Orestes, Phæce, ut Athen. in Dipnosoph. Suidas.

Sopater Parodus, huius fabula est, Bacchi, ut ex Athenæo Suidas refert. Athenæus hunc Phaciũ cognominat, & tres eius fabulas citat Baccidem, Mystes, Orestem.

Sopater Paphius in *μυστῶν ὄμιλον* citatur ab Ach.

Sopater absq; cognomine citatur ab Athenæo. Fabulæ eius, Hippolytus, Cnidia, Proci Bacchidis, Nycia, Silphia, Physiologus. Item Sopater *φρυγιστῆς* cuius fabulæ Bacchis, Bacchidis nuptiæ, Bacchidis proci, Eubelothembrotus, Pylæ. Ego hæc omnia ad vnum comicũ Sopatrum referenda puto.

* Sophænetus in Cyri anabasi citatur à Stephan.

* Sophiani Philoxeni in secundum metaphysicorum: in bibliotheca Henr. Memmij.

* Sophilus Sicyonius aut Thebanus, comicus mediæ comædiæ. Fabulæ eius sunt, Citharædus, Philarchus, Tindareus, seu Leda, & Demia, id est carnificula, ut ait Athenæus in Dipnosophistis, & Porcellus, & Depositum. Suidas. Cæterum in Athenæi indice hæc nomina fabularum Sophili leguntur *ἀνδροκλῆς ἀντιόχου* (quæ omissa sunt à Suida.) *ἰγλαρίδιον* (Suidas legit *ἰορίδιον*) Philarchus & Depositum.

Sophocles tragicus Sophili Colonei, ut Suidas, vel Amphiclidis Suniei, ut Pollux censet, scripsit fabulas 123. ex his sunt Aegis *Ἄϊξ* flagellifer, Amycus, Amphiaræos Satyricus, Andromeda, Antenoridæ, Antigone, Achæorũ *ἀνδραῖοι*. Achillis *ἄσπας*, Dædalus, *δῆμα ἀσπενδῶν* (si modo nomen est propriũ fabulæ) Eurialus, Electra, Helenæ nuptiæ, Hercules Satyricus, Hermione, Hippone, Iocles, Inachus, Iris, Iphigenia, *ἰπυρῶν, ἰαμικῶν, ἰνδανῶν*,

Cochlides, *κοχλῆς*, Lacæna, Larissæi Musæ, Myssi, Nausicaa, Oedypi duo, Nauplius, Nauplius *ναυπλίου*, Niobe, Oenomaus, Pandora, Pastores, Philoctetes, Phineus primus, Plyntria, Phryxus, Procris, Phoenix, Salmonæus, Schyte, Trachinia, Triptolemus vel Tlepolemus, Tympanista, Tyro, *τύρῆς*. Eius autem Tragediæ septem extant, nempe Ajax flagellifer, Electra, Oedipus tyrannus, Antigone, Oedipus Coloneus, Trachinia, Philoctetes: Aldus impressit Græce Venetijs. & Secerius Hagathæ cum cõmentarijs Ioach. Camerarij. Sophoclis quidam esse putant Rhesum inter Euripidis tragediâs. * Sophoclis tragediæ 7. cum omnibus Græcis scholijs, cum Latinis Ioachimi Camerarij. Additæ sunt annotationes Hen. Stephani & in Sophoclem & Euripidem. H. Steph. in 4. 1568.

* Sophocles Aristonis F. nepos tragici Sophoclis, & ipse poeta tragicus, Atheniensis, edidit tragediâs 40. alij 15. alij dicunt 11. vicit septem. Scripsit & elegias. Fuit post Pleiadẽ, id est septem illos tragicos ita nominatos. Suidas, qui huc etiam Lyricũ fuisse scribit. Citat huc Clemens in Protreptico.

Sophoclem Apollonij, interpretem citat Stephanus, & Sophoclis Laryssæi quoq; mentionem facit. Sophocleus, Theon, & Lucillus. Sophoclis interpretes, citantur ab Ambrosio Calepino in Eudymione. Ista sanè cõmentaria Græca, quæ nos habemus in septem tragediâs Sophoclis, impressa in Italia, hunc vnum titulum habent: Scholia antiqua valde probatorum interpretum, in eas quæ extant Sophoclis tragediâs.

Sophonias prophetæ, vide Zephania. Sophron Syracusius, Artaxerxis & Euripidiæ tẽpore, scripsit mimos viriles & muliebres, &c. Suidas.

Sophonis Comici octo fabulas Athenæus nominatim citat: meminit & Suidas.

Sophonius vir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, & de subuersione Serapis, insignem librum composuit: de virginitate quoq; ad Eustochium, & vitam Hilarionis monachi. Hieronymi aliquot opuscula in Græcum elegantifermone transtulit, & Psalterium quoq; & prophetas, quos Hieronymus de Hebræo in Latinum vertit. Hieronymus. Idem D. Hieron. scriptorum ecclesiasticorum vitas è Latina lingua in Græcam transtulit liber excusus Græce & Latine è regione Basileæ apud Cratandrum an. 1539. cum scholijs Des. Erasmi, &c. Cyri Sophronij Paraphrasis Græca in Aristotelis libros de anima, extat Florentiæ in Bibliotheca Medicum. item, in libellum de memoria, & sequentes.

Sophonius Hierosolymitanus, scripsit vitas sanctorum monachorum, cui libro nomen indidit Noui Prati & Paradisi, ut refert Nicephorus lib. 8. historiæ ecclesiasticæ.

* Sophronij archiepiscopi Hieros epistola Synodica legitur in actis sextæ synodi cõtra Monoth.

* Sopolis Sophista præceptor Eunapij ab illõ laudatur.

* Soranus Cilix, cognomẽto Mallotès, medicus, hunc solum ex antiquioribus post Hippocratẽ probabat Asclepiodorus philosophus & medicinam edoctus. Suidas.

40

50

60

Soranus Menandri & Phœbes F. Ephesius medicus Alexandriæ versatus, Romæ etiam medicinam fecit, sub Traiano & Adriano imperatoribus, composuit & libros plurimos & pulcherrimos. Suidas. Eius in artem medendi Isagoge, impressa Basileæ apud Cratandrum 1528, cum alijs quibusdam Apuleij & Plinij de re medica libris. Citatur alicubi apud Galenum in libris de compos. pharmac. secundum locos. Aetius quoque eius fragmenta refert. Confectionem ex succo vug acerbg, de gonorrhœa, de vteri imbecillitate, de vterino furore, de vteri resolutione; de vteri procidentia, & demate, satyriasi: Quomodo secundæ mulieres dignoscantur: de scirrho & scirrhomate, vteri: nimirum hæc omnia ex libris quatuor muliebrium Sorani iunioris, quorum Suidas meminit decerpta sunt. * Sorani de vtero & muliebri pudendo libellus Græce impressus est Parisijs ab Adriano Turnebo 1554. in 8. cum Ruffi Ephesij libellis. Soranus etiam ante Galenum de fascijs scripsit.

Soranus Ephesius medicus iunior, muliebrium rerum libros quatuor scripsit: Viras & sectas medicorum. Libros duos compositionum, & alia diuersa. Suidas.

Sornatius allegatur à Plinio 31. Naturalis historiae lib.

Soflades quidam conscripsit sententias septem sapientum, quas habet Stobæus in sermone de Temperantia.

* *Sosibius* Lacædemonius grammaticus, ex ijs qui à resoluendo vel explicando dicuntur: in quibus & hoc narrat, genus Comœdiæ esse quod dicitur Dicelista (forte Dicelista, ita enim Lacones histriones seu mimos nominabant) & Mimela, à duplici conclusione, & imitatione, & de Mimitis in Laconia dictis veteribus. Suidas. Est autem locus mendosus ideoque etiam asterisco notatus. Athenæus Dinosophist. lib. 11. pag. 243. meminit huius Sosibij quem *ῥωσινδρ* vocat, quo ex loco apparet quæ fuerit analysis qua utebatur. Citat autem alibi Sosibij Laconis Alemanem, & eundem laudat Clemens 1. Strom. *ἰν ῥόσινδρ ἀναγραφῆ* in Descriptione temporum. Vixit sub Ptol. Philad.

Sosibij cuiusdam scripta citantur apud Plutarchum in vita Lycurgi.

Soficles Syracusanus tragicus, scripsit fabulas 73. &c. Suidas.

Soficratis Ciziceni scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Soficratis Diadochas, Cretica, & Philadelphos, Athenæus citat: & *Soficratis* Phanagoritæ *ὄψ*. *Soficratis* distichon iambicum apud Stobæum de philautia.

* *Sosigenis* præceptoris Alexandri Aphrodisiæi liber tertius de visu citatur à Themistio lib. 2. de anima.

* *Sosigenes* peritus scientiæ syderum, quo usus est Cæsar Dictator, trinis commentationibus admirationem exposuit, vt testatur Plinius lib. 18. cap. 25. Qui eum diligentiosem cæteris tamen ad dubitasse ac semet correxisse scribit.

Sosimenis medici scripta allegantur à Plinio 20. & quinque deinceps libris.

Sosimi lib. de temporibus, Athenæus allegat.

Sofides Atticus scriptor citatur apud Fulgentium in Mytholog.

Sofipatri catapseudomenon Athenæus citat.

Sosiphani distichon iambicum Stobæus recitat in sermone de ira: & sex alios senarios in sermone de superbia.

Sosithenus, vnus ex Pleiade poetarum, claruit Olympiade 164. scripsit ligato & soluto sermone, &c. Suidas. *Sosithes* Tragicus Daphnium, aut Lityersam, Athenæus allegat. Ex Aethlio eius fabula, distichon citatur à Ioan. Stobæo in laude audaciæ. Scripta Tragica citantur etiam apud Higinum & Arati interpretem.

* *Sostratus* Phanagorites laudatur à Stephano.

Sostratus scripsit rerum Tuscanicarum aliquot libros, ex quorum secundo Aeoli & filiorum eius historias recitat Plutarchus cap. 52. Paralleolorum minorum.

* *Sostrati* vel *Sostrati*, & Hippocratis de mulo medicina, liber Græcus in biblioth. Regis Gall.

Sostrati librum de animalibus Athenæus allegat, Eiusdem librum Fabulorum Stobæus, in sermone de morbis, & librum secundum, de venatione in vituperio Veneris.

* *Sostratus* vir celebris quædam in chirurgiâ reperit. Celsus.

* *Sofus* philosophus Stoicus Ascalone natus.

* *Sotacius* citatur à Plinio 37. libro Naturalis historiae.

30 * *Sotades* Atheniensis mediæ comœdiæ poeta, hunc *ἰν ἰπποκρίτους* fabula citat Athenæus libro 7. vbi *Sotadus* mendose nominatur: & lib. 9. *ἰν παραπορομένω*.

* *Sotades* Atheniensis philosophus, qui scripsit de mysterijs lib. 1. Suidas.

* *Sotades* Byzantinus philosophus, vt libro sexto de philosophia tradit Aristoteles. Suidas.

* *Sotades* Cretensis, Maronita, à dæmonio *vegas* tus, iambographus, scripsit Phlyacas, siue Cinædos, lingua Ionica: nam Ionici sermones sic vocabantur. Vsus est hoc genere etiam Alexander Aetolus, & Pyrrhus Milesius, & Theodorus, & Timocharidas, & Xenarchus. Sunt autem eius genera plurima, veluti, Ad inferos descensus, Priapus, ad Belestichem, Amazon, & alia: & Inclusæ, & Redemptus vt Athenæus ait in Dipnosophistis. Suidas. Quale fuerit huius poema scribit Athenæus 14. Qui hunc etiam maledicum fuisse asserit. Meminere etiam illius Plutarchus & Strabo. Errat autem Suidas qui huic attribuit Inclusas & Redemptum fabulas quas diserte Athenæus Comico Sotadi tribuit, quem alium ab hoc esse docet. *Sotadis* cuiusdam scripta citantur à Plinio libro 5. Naturalis historiae.

Soteris Papæ decreta, cum reliquis pontificijs impressa.

* *Soterichus* Asites, poeta heroicus. Fuit sub Diocletiano. Scripsit encomium Diocletiani: Bassarica seu Bacchica li. 4. De Panthea Babylonia, de Ariadne. Vitam Appollonij Tyanei, Pythonem siue Alexandriacum, est autem Alexandri Macedonis historia cum & Thebas & alia cœpisset. Suidas.

* *Soteridas* grammaticus, Pamphilæ pater aut maritus (vtrunque enim à Suida scribitur) scripsit illi

fit illi cōmētariorū li 3. vt Dionys. ait in 30. de musica historia. Scripsit etiā Orthographiam, Quæstiones Homericas, Commentarium in Menandrum, De metris, De comœdia, In Euripidem.

Sotionis Alexandrini Diadochas, librum de filiis Timonis, Athenæus citat, Stobæus cum alia quædā Sotionis, tum ex libro de ira allegat, Citatur etiam sæpe à Laertio & in Constantini Geoponicis, item apud Plutarchū in vita Lyfandri.

Sotire scripta allegantur apud Plinium li. 28. Naturalis historiæ.

* *R. Tedacus* *Leui* librum edit de decem numerationibus cabalisticis, citatur à *Reuchlino* libro 3.

* *Telauges* *Pythagora* præstantissimi viri filius & discipulus, philosophus, magister *Empedoclis*: scripsit de quaternione libros quatuor. *Suidas*. Eiusdem epistola ad *Philolaum* citatur à *Laertio*.

Teleclides *Atheniensis* comicus. Ex eius fabulis sunt, *Amphyctiones*, & *Prytanes*, & *Robusti*: vt *Athenus* in *Dignosophistis* ait. *Suidas*. Idem in *Mendacibus* citatur à *Polluce*.

* *Telephus* *Pergamenus* grammaticus, scripsit & ipse libros, in quibus etiam tradit, Quot res Grammatico tenendæ sint, de *Homeris* figuris, *Rhetoricorum* lib. 2. de *Homerica* rhetorica. de *Homeri* & *Platonis* consensu, variae eruditionis 2. *Vitas* tragicorum & comicorum. *Experientia* librorum lib. 3. in quibus docet qui libri digni sint comparatu: & *Homerum* solum ex antiquis Græce loqui. *Descriptionem* *Pergami*. De *Pergameno* *Sebastio* seu *Augustali* lib. 2. de *Pergamensis* *Atheniensium*: de *Atheniensium* legibus & moribus: de *Pergami* legibus lib. 5. De vsu, siue de nominibus vestitus cæterarumque rerum quibus vtimur, ordine alphabetico, de *Vlyssis* errore: *Ocytocion*: id est *Collectanea* epithetorum eidem rei cōuenientium ad parandam dictionis copiam lib. 10. *Suidas*. Videtur autē *Ocytocium*, quod vt *pharmaca* *ocytocia* accelerant partum sic ille in hoc libro extempore loquendi rationes tradiderit, videtur enim oratio quasi partus quidam, animo primum conceptus.

Teletis librorum de autarcia, de casibus, de exilio, de imperturbatione, fragmenta in collectione Stobaei supersunt.

Telesilla poetrix Argivæ, quam cum alijs mulieribus armatam Lacedæmonij fugerunt, Suidas meminit.

Telesilla liber secundus citatur à Polluce.

Telesphori papæ decreta, cum reliquis pontificijs impressa.

Telesphori Cusentini explanatio figurata super Apocalypsim.

* *Telephorus* Eremita scripsit Epistolam de devotione religionis & animæ militantis.

Tenarium Grammaticum Athenæus libro decimo quinto citat.

Tenax epistolæ 4. apud Cyprianum autor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Tenacis ab Horreis Cæliæ, & *Terapij* à Bulla confessoris verba, leguntur apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis. 20

Terentianus Maurus Carthaginensis excellens in poetica, & opus composuit vario multipliciq; carminum genere, de literis, syllabis, pedibus & varijs metris: impressum Francoforti apud Egenolphum, 1532, ex emendatione Jacobi Micylli. Pleraque ex hoc opere in Aldi Manutij grammaticis institutionibus de prosodia trascripta sunt. Scripsit in hunc commentarios Villerius quidam Lutetiæ cum Terentiano impressos in quarto apud Colinaum.

Terentius Clemens verus iureconsultus, scripsit de legibus lib. 20.

Terentius Scaurus. Vide Quintus Teren. Scaur.

Ex *Tergilla* transtulit quædam Plinius in lib. Naturalis historiæ. 15.

Terpander poeta primus heptachordû lyram inuenit, & carmina lyrica scripsit, Suidas. Huius carmina citantur apud Plutarchum in Lycurgo.

* *Terpander* Antissæus modos poemaribus primus adiecit, & Lacedæmoniorum leges numerosis versibus scripsit. Clemens Strom. 1. De Terpandro eiusq; inuentis multa scribit Plutarchus in libro de Musica, ubi etiam refert ipsum carmine proætima ad canus fidium condidisse.

Terpsicles scripsit de Venereis, Athenæus.

Tertij Damiani Vissenaci Decipolitani, Theorica medicinæ & chirurgiæ, cum libello *πυριτις ιδρωνας*, id est morbo sudorifico, Antonius Idusmæus excudit Antwerpia, anno 1541.

Tertullianus vetus I. C. scripsit quæstionum lib. 3. de castrensi peculio lib. 1. de senatusconsultis lib. 1. ad senatusconsultum Libonianum & Ophitianum.

Tertullus epistolæ vndecimæ, & 12. author apud Cyprianum lib. 1. cum alijs presbyteris.

* *Teruanus* Pontifex Scotorum Episcopus, scripsit Exhortationes quasdam lib. 1. Claruit anno 440. Baleus.

* *Teucer* Cyzicenus, scripsit de aurifera terra, de Byzantio, Mithridaticarum rerum lib. 5. de Tyro 5. Arabicarum 5. Iudaicam historiam lib. 6. Adolescentium Cyzicenorum exercitationem 3. & reliqua. Suidas.

* *Teupalus* scripsit Iliaca, citatur à Stephano in Andria.

* *Thaddæus* Dunus Italus, Locarnensis medicus, scripsit adhuc adolescens librum de arithmetica, excusum Basileæ à Iacobo Parco, 1545. Item folium vnum de Nonis, Idibus, & Calendis: Ibidem. Francisci Stancafi Commentarium in epistolam D. Iacobi ex Italico sermone in Latinum conuertit, Ibidem 1547. Idem adultior edidit Epistolas medicinales & libellum de Semiteriana, Tiguri apud Andream Gesnerum, 1555. De muliebribus morbis librum, excusum Argentinæ apud Rihelum, 1565. De venæ sectione libros tres: Tiguri apud Frosh, 1570. De respiratione contra Galenû, quod respiratio non sit motus voluntarius, librum breui edendum, Bernard. Ouchini libros de cœna Domini contra Vuestphalum, & Dialogû eius de purgatorio ex Italico in Latinum conuertit. Tiguri apud Gesnerum, 1556. Viuit Tiguri propter Christi confessionem è patria exul.

Thadæus Romanus, qui res Friderici primi carmine descripsit, citatur in Chronicis Ioan. Cuspiniani.

Thadæus natione Florentinus, medicæ artis peritissimus doctor, scripsit in aphorismos Hippocratis lib. 1. in prognosticos eiusdem lib. 1. in opus acutorum eiusdem lib. 1. in Tegni Galieni lib. 1. in Isagogas Iohannitij lib. 1. de conseruanda sanitate lib. 1. consilia varia lib. 1. & quædam alia. Vide Tritemium, & Symphorianum Campegium, de iugenti mercede, quam à principibus vocatus in diem solebat pacisci, &c. Claruit anno 1280.

* *Thaddei* Pelusiensis liber contra Iudæos: manuscr. in bibliotheca Henrici Memmij.

* *Thaddei* Piconij Collensis De itinere Christiani. Louanij 1554. in octauo.

Abba *Thalassij* Libyis & Africani monachi, de amore, continentia, & gubernatione animi, ad Paulum presbyterum hecatontas prima vsq; ad quartam, Græce extant, Thalassum Suidas in Theophilo nominat. Hecatontades eadem quatuor Ioanne Oecolampadio interprete, impressæ sunt Augustæ Vindelicorum, apud Sigismundum Grimm, 1520. Sunt autem numero circiter 400. diuinæ & viles pijs sententiæ. & Basileæ apud Hen. Petri, cum alijs vetustissimorum quorundam theologorum opusculis, anno D. 1551.

Thaletis Milelij vnus ex septem sapientibus Græciæ dicta referuntur à Plutarcho, Stobæo, Diogene Laertio. Vide Suidam. Thales iuxta quosdam nullum ingenij sui monumentum reliquit: quidam tamen ferunt eum scripsisse nauticam astrologiam, quæ tamē ab alijs Phoci Samij esse perhibetur: Item de conuersione & æquinoctio, ac versibus de ijs quæ in sublimi sunt, & alia quædam. Laertius & Suidas.

Thaletas Cres aut Illyrius, Lyricus, ante Homeritæ ætatem carmina scripsit. Suidas.

Thaletas Cnosius Rhapsodus edidit poemata quædam fabulosa. Suidas.

Thalli hexastichon lib. 2. Florilegij, sect. 1.

Thallus citatur à Iustino martyre contra Gentes.

Thamyras bellum Tithanum aduersus Deos dimicatum carmine descripsisse traditur. Plutarchus

tarchus de Musica. Refert etiā Suidas eius Theologia extare versibus 3000.

Theatetus Atheniensis astrologus philosophus, Socratis discipulus, primus scripsit τὰ θεωρητικά. Suidas bis de eodem opinor.

Theatetus poeta philosopho posterior laudatur à Laer. qui eius carmē in Crantorē adscribit.

* *Theagenes* quidam in Homerum scripsit. Suidas in *ύμνω*.

* *Theagenis* Carica & Macedonica citat Steph. *Theatridas* ipse τῆς ἀσπίδος citatur à Clemente 5. Stromat.

Theanus ex libro de virtute Dorico citantur fragmenta apud Stobæum in sermone de prudentia, duobus in locis. Theano Locris poetria, & Theano Metapōtina, aut Thuria, & alia Cresfa, commemorantur à Suida. Theanus epistola de liberorum educatione ad Eubulam, Cōsolatoria ad Nicostraram zelotypam, Admonitoria ad Callisto, quomodo ancillis p̄gesse deceat. Aldus excudit Venetijs Græce, in volumine Epistoliarum diuersorum authorum.

* *Thecare* τοῦ Θανάτου βιβλίον, in quo Symeonis iunioris theologi, & aliorum quædam continentur: manuscr.

Telesinus Helius, vates Britannicus, scripsit aetia Arthuri regis. Claruit 540.

* *Thebitus* Anglus, Mathematicus, scripsit de motu octauæ sphaeræ lib. 1. Ioannes Lelandus.

* *Thelias* Landamus inter Britannicæ Ecclesiæ proceres contexit Conciones ad populum pijs lib. 1. Claruit anno 550: Baleus.

Themison medicus plantaginem celebravit, tanquam inuentor, volumine de eā edito. Plinius: qui alibi, Themison (inquit) summus auctor damnauit hydromeli & oxymeli. Citatur à Plinio lib. 11. & 15. Naturalis historię. Themisonis Pallenidem Athenæus citat.

* *Themistius* hæreticus Acephalorum sectæ, scripsit quædam, ex quibus Epistola ad Marcellinum presbyterum & Stephanum diaconum, item aduersus Collutham hæreticum liber, citantur in sexta synodo.

Themistij Euphradæ Peripatetici opera omnia, excusa Græce Venetijs in officina Aldi, 1534. cum Alexandri Aphrod. libris de anima & de fato. Sunt autem hæc: Paraphrases in Aristotelis posteriora analytica, de naturali auscultatione, de anima, de memoria & reminiscencia, de somno & vigilia, de insomnijs, de diuinatione per somnum. Eadem Paraphrases excusæ sunt Latine Hermolao Barbaro interprete, Basileæ in officina Curionis, 1533. item orationes eiusdem. Extant autem orationes etiam sex aliæ nondum editæ Venetijs, apud Diegum Hurtadum. Eius sermo in calamitosè affectos sub Valente, & in alios, Græce extat in Italia. Meminit & Sozomenus lib. 8. tripartitæ historię, libri Themistij ad Valentem, in quo perorat eum esse non oportere crudelem in consubstantialitatis cultores, &c. Apud Stobæum etiam ex libris eius fragmenta aliquot citantur, de characteribus opusculum Græcum, Romæ in bibliotheca Vaticana. Suidas præter superiores Paraphrases in Aristotelem, ait eum scripsisse etiam propria quædam de

scopo & inscriptione prædicamentorum lib. 1. & Dialexes. Themistij Summa naturalium entium, ubi etiam entia distinguuntur naturalia ab incorruptilibus & supernis: reperta Palentiæ, ut scribit author Luminis animæ: & mox subdit, Commenta etiam mihi allata sunt, Simplicij & Zenonis: nec exprimit an in hanc Themistij summam aut aliquem alium librum. * Themistij Orationes 14. quarum sex posteriores, sunt nouæ: cæteræ emendatiores quam antea: editæ sunt Græce ab Henrico Stephano in octauo. Eiusdem Orationes 8. ab Hieronymo Donzellano in Latinam linguam conuersæ, nempe, Explorator seu philosophus. *ἠνθάκος*, hoc est funebris in patrem suum. De amicitia. Sophista. De Clementia Theodosij imperatoris in senatu habita oratio. De studio Regis in disciplinis percipiendis. Adhortatio ad philosophiam. Reprehensio importunitatis, qua quidam eum ex tempore orationem habere volebat. Basileæ, apud P. Pernam 1559. in octauo. Præter orationes audio in Italia seruari librum Themistij de epistolico characterē.

Themistocles Atheniensis, scripsit epistolas grauitate plenas, Suidas.

Themistogenes Syracusanus historicus, Cyri expeditionem, quæ inter Xenophonis Græcicâ historiâ censetur, & alia quædam de patriâ sua composuit. Suidas.

Theobaldi de naturis duodecim animalium, leonis, aquilæ, serpentis, formicæ, vulpis, aranei, cerui, ceri, onocentauri, elephantis, turturis, pantheræ. Liber scriptus carmine inepto & moralisatus.

Theobaldus Anglicus Carthusianus, scripsit à mundi origine ad suam vsque ætatem librum de progressu patrum. Vixit anno 1320.

Theobaldus Fagorius, descripsit Bituricensium primordia & incrementa, quæ à Sebastiano Munstero cosmographico suo operi inserta sunt.

Theobaldi Gersachij Billicani Nordlingiacensis ecclesiastæ, scholia in Micheam prophetâ, impressa Augustæ Vindelicorum, 1524. Apologia ad Io. Stoplerum cancellariū Brunsvicensem, de commento reuocationis in religione per ætulos vulgato: impressa Vuormaciæ, epistola ad Urbanum Regium de verbis cænæ Dominicæ, & opinionum varietate, cum responso Urbani Regij: Libellus excusus, 1526. Epitome dialecticę, impressa Haganoæ apud Secerium, 1527. Scripsit etiam in libros Physicorum & Meteororum Aristotelis annotationes, dictatas in Academiâ Heidelbergensi. Claruit anno 1544.

Theobaldi Lopleignij Vindocinensis de vsu Pharmaceutices in consarcinandis medicamentis Isagoge, impress. Lugduni, anno Dom. 1539. à Ioan. Barboo.

* *Theobaldus* rex Nauartæ, comes Campaniæ, scripsit Cantiones aliquot sua lingua, quæ in bibliothecis quibusdam Galliæ extant. Idem scripsit De obitu felici D. Ludouici Francorum regis, ad Cardinalem Tusulanum lib. 1. Obijt Drepani in Sicilia, anno 1277.

* *Theobaldus* Stampellis, Anglus, ad Robertum Lincolnensem episcopū, scripsit aduersus quosdam, qui sua ætate contra clauis ecclesiæ temere

prædicabant lib. 1. Claruisse fertur anno Domini 1240. Guil. Horman.

Theobaldus Thamerus scripsit tractatum, an & quatenus Christianis in persecutionibus sit sciendum. excusum Marpurgi, 1547. apud Andream Colibium. Item librum De varijs calumnijs quas à Lutheranis tulit, Mogútiæ, 1562. in 4.

Theoboli gnomas aliquas Stobæus allegat.

* *Theocalus*, Sicambrorum Pontifex & historiographus, in omni Græcorum sapientia præstantissimus, regum fortiter acta carminibus scripsit lib. 1. Claruit anno ante Christi natiuitatem 360. Tritemius in compendio.

* *Theocles* citatur ab Aeliano in animalium historia.

Theoclius Cæsareorum temporum scriptor, citatur à Vopisco. Scripsit autem vitam Aureliani, teste Volaterrano.

Theoclyti Horas Athenæus allegat.

Theocrestus quidam allegatur à Plinio, ultimo libro Naturalis historię.

Theocritus Chius rhetor, &c. scripsit Chrias, Historiam Libyæ, & epistolas mirabiles. Suidas.

Theocriti historici scripta citantur apud Fulgentium in Mytholog.

Theocritus Praxagoræ & Philinnes F. vel ut alij Simmichidæ: alij Coum fuisse tradunt, qui migravit Syracusas. Scripsit Bucolicos versus lingua Dorica. Quidam & hæc illi adscribunt: Prætidæ, Elpidas, Hymnos, Heroinas, Epicedia carmina, Elegias, Iambos, Epigrammata. Suidas.

Theocriti veteris poetę Gręci Idyllia, siue poemata varij argumenti numero 36. hexametris versibus scripta, dialecto Dorica: item epigrammata 19. Bipennis, Ala, & Ara. impressa Græce Venetijs, & Haganoæ à Secerio, & Basileæ à Cratandro, 1530. & Romæ cum commentarijs Gręcis anonymis. Et apud Héricum Stephanum in folio magnis literis, cum Homero, &c. Vixit tempore Ptolemæi Lagi, vide Suid. Citantur eius epigrammata 4. in diuersis Florilegij locis. Eadem Latine, vide in Helio Eobano.

Theocristi presbyteri mentionem facit Hieronymus in vitis scriptorum ecclesiasticorum, de Ambrosio Origenis contemporaneo loquens. *Theocristi* sententię quædam Græcæ iuxta literarum seriem, habentur in fine collectaneorum Ioannis Stobæi.

Theocristus Prisciani grammatici præceptor, scripsit aliquot de arte grammatica libros.

Theodatus Græcis Latinisque literis eruditus, qui inter philosophos, quibus operam impendebat, Platonem maxime secutus est, temporum suorum historiam scripsit: teste Cassiodoro.

* *Theodatus* Leodiensis, Germanus, Carmelita, scripsit quadragesimale eximium lib. 1. Et alia quædam. Arnoldus Boscius.

Theodectes Aristandri F. Phaselites Lycius orator sed ad scribendas tragœdias se contulit: discipulus Platonis Isocratis & Aristotelis. Hic & Eurhythæus Naucrates, & Isocrates Apolloniates orator, & Theopompus Olympiade 103. funebres orationes habuerunt in Mausolum, Artemisæ vxoris eius hortatu: ac vicit, maxime laudata eius tragœdia, Alij Theopompum aiunt tulisse

primas. Fabulas edidit 50. Moritur Athenis annos natus 41. patre suo superstite. Scripsit & artem oratoriam versu, & alia quædam soluta oratione. Suidas.

Theodectes Phaselites, orator, superioris filius, scripsit Encomium Alexandri Epirotæ, Historica & Commentarios, Instituta barbarica, Artem dicendi lib. 7. & alios quosdam commentarios. Suidas.

Theodericus abbas ordinis S. Benedicti, natione Germanus, scripsit vitam S. Hildegardis li. 4. & quasdam epistolas. Claruit anno 1200.

Theoderici de Arnuelde sermones collecti, anno 1398. à dominica aduentus Domini vsque ad festum paschalis, cum explicatione passionis Iesu Christi. Eiusdem commentarius super librum sapientiæ.

Theoderici Gothorum regis epistola de thera mis Aponi, impressa est Venetijs à Iuntis, anno Domini 1553. cum variorum authorum scriptis de balneis. Est autem Cassiodori nomine Theoderici scripta, sicut & aliæ in varijs. In Catalogo bibliothecæ Oporini inter libros manuscriptos, mentio fit epistolarum Theoderici Regis de fide sanctorum.

Theoderici Adamæi Salembergi annotationes in Procopij rhetoris libros sex de Iustiniani imperatoris ædificijs, à Frâncisco Craneveldio cõuersos, excusæ Parisijs, vt supra dictum est. Eiusdem Panegyricus gratulatorius de Christiani orbis concordia, impressus Parisijs apud Vuchelum. de insula Rhodo, & militarium ordinum institutione liber: ibidem. Cebetis tabula Latinitate donata, ibidem.

Theodericus: vide Theoderitus.

* *Theodericus* Andreæ, patria Tolofanus, Minorita, scripsit in Apocalypsin Ioannis lib. 1. Et alia. Nicolaus Bertrandus.

Theodericus Archiepiscopus Treuirensis, scripsit de laudibus Mariæ virginis lib. 1. Vitam S. Lindrudis lib. 1. Vixit anno 1490.

Theoderici Dorstenij medici Botanicon, continens herbarum, aliorumq; simplicium, quorum vsus in medicina est, descriptiones & imagines, ex præcipuis vtriusque linguæ autoribus, cum corollario eorum quæ à Neotericis obseruata, vsuque comprobata sunt: Egenolphus excusit Francoforti, 1540.

Theodericus Corthoeuius Adagia Des. Erasmi redegit in locos communes. Liber impressus Colonia, 1533. apud Io. Prael.

Theoderici episcopi Ceruensis, chirurgia secundum medicationem Hugonis de Luca, sermone barbaro, impressa Venetijs ann. 1499. cum alijs diuersis chirurgijs.

* *Theodericus* Engelhusius, scripsit Chronicon Chronicorum durans vsque ad annum Domini 1410. M. Dresserus. Tractantur potissimum in hoc Chronico res Saxonicæ.

* *Theodericus* primum Minorita, postea Croaticæ episcopus, scripsit prophetias quasdam quæ vna cū alijs rhythmicis prophetijs impressæ sunt.

* *Theodericus* Græcus contra quem Leontius Byzantius fecit apologiam ad accusationes detestationis eius, Damascenus 3. cap. 11.

Theoderici

Theoderici Francorum regis late leges Ribocoriorum, impressa Basileæ. *Theoderici* Francorum regis Suidas meminit.

Theodericus Gerardus Gaudanus transtulit ex Galeno librum de curandi ratione per sanguinis missionem; de sanguisugis, reuulsione, cucurbitula, & scarificatione libellum. Habensur cum ceteris Latine redditis Galeni operibus impressa. Item de simplicium medicamentorum facultatibus libros 11, eiusdem.

Theodericus eiusdem cognominis, & eius filius, scripsit librum de 7. artibus liberalibus, cum annos natus esset 15. orationes & epistolas doctissimas. Liber impressus Moguntia apud Pet. Fridberg. anno 1494.

Theoderici Grefemundi Spirensis, carmen de historia violatæ crucis, Argentinæ impressum per Renatum Bek, anno D. 1514. quatern. 8. pure in primis scriptum. Idem carmen interpretatus est Hieronymus Gebuilerus, qui in vita Grefemundi inquit, eum laudes philosophiæ & liberalium artium luculentissimis dialogis complexum esse, vita functis epigraphia excudisse, ad multorum preces epigrammata varia tum sale tum iocis referre cecinisse, Viglij & Capnionis amicitia floruisse. Tandem ætatis anno 40. ex passionibus uulæ suffocatum fuisse gracili corpore, statura mediocri, honesto vultu, capillo subnigro, cæsis oculis. Eius aliquot versus citantur in adolescentia Vuimphelingi.

Theodericus Grefmūd de Mechschode, scripsit tractatum de regimine sanitatis, tempore pestis. Claruit anno 1470.

Theodericus de Herxen, natione Germanus, ordinis fratrum clericorum in communi viuētium uisitor, scripsit in totum Psalterium lib. 1. super orationem Dominicæ li. 1. super Aue Maria li. 1. de passione Domini lib. 1. de moriendi desiderio lib. 1. & alia multa. Claruit anno 1476.

Theodericus monachus S. Albani apud Moguntiam, ordinis S. Benedicti, philosophus & poeta, scripsit ad Richardū Fuldensem abbatē, de uita & miraculis S. Benedicti li. 1. de translatione eius in Galliam, ad eundem lib. 1. Vixit anno 1440.

Theodericus monachus cœnobij S. Mattheæ apostoli prope Treuirim, ordinis Benedictini, scripsit De inuentione S. Celsi lib. 1. De miraculis eiusdem sancti lib. 1. Sermones in honore sanctorum lib. 1. Claruit anno Domini 1500.

Theoderici Kærberi Magdeburgensis monachi, contra Petrum Vigmannum Vratislauensem epistolæ, in quibus de nonnullis laudatur, de furore iracundiæ & inuidiæ carpitur.

Theodericus Morellus Campanus, scripsit Enchiridion ad uerborum copiam frugiferum, ex optimis quibusque autoribus: præcipuè ex prouerbijs Erasmi, &c. Ioan. Gymnicus excudit Colonia, 1531.

Theoderici à Nicm historia de schismate, quod in Ecclesia Romana inter Vrbanum papam, & Clementem antipapam eorumque successores, per 39. annos, ab anno Christi, 1379. usque ad Concilium Constantiense durauit, in tres libros diuisa: quibus non solum pontificum, uerum etiam regum, principum, ac totius imperij res gestæ eius

temporis magna ex parte continentur, impressa Norimbergæ apud Ioan. Petreium, 1532. *Theoderici* à Nicm historia integra edita est Basileæ, cum alijs quibusdam in folio, apud Thomam Guarinum.

Theodericus de Osenbruk, natione Germanus, Minorita, scripsit de passione Domini lib. 1. Manuale simplicium lib. 1. de exercitio interiori li. 1. & quædam alia. Claruit anno 1494.

10 *Theoderici* de Rudenitz, collecta in sermones dominicales Fr. Iacobi de Voragine, diuisa in quatuor partes æquales.

* *Theoderici* Rysiclei Germani oratio in laudes S. Haymonis impressa Ingolstadij, 1502. Oratio ad Illustris. Georgium comitem Palat. Rheni habita Ingolstadij, impressa Norimbergæ, 1501.

* *Theoderici* Schnepfij Erhardi F. theologi Oratio in auspicio Danielis prophetæ in Tubingensi Academia habita: ibidem cum alijs eiusdem

20 Academia professorum orationibus edita est, 1557. Eiusdem Oratio habita cum funus duceretur illustrissimo principi & domino D. Eberhardo duci Wirtembergensi. Tubingæ, 1568.

Concio funebris in sepultura nobilis uiri Ioannis Burani habita. Ibidem Germanice, 1570. In quatuor postremas Psalmorum decades breuis interpretatio. Ibidem, 1571. Disputationes seu propositiones ad disputandum propositæ, de Imaginibus, de Satisfactione, de Quæstione, quæ & ubi uera Dei ecclesia sub regno Pontificio superioribus temporibus fuerit, & etiamnum hodie sit. Tubingæ, 1571. Item de propositione Paulina, Arbitramur hominem iustificari fide absque operibus legis. Ibidem 1569. De uotis, 1571.

30 *Theodericus* de Sustern citatur in Chrysopaso Ioannis Eccij.

Theodericus abbas monasterij sancti Trudonis Leodiensis diocesis, ordinis diui Benedicti, Germanus, scripsit vitam sancti Trudonis lib. 1. vitam sancti Bauonis libr. 1. vitam sancti Remoldi li. 1. Rhythmos quibus in corruptos clericos mores inuocatur. & alia plura. Vixit anno 1100.

40 *Theodericus* Vlsenius Phrysius, scripsit Elegias, epigrammata, & alia plura quæ ad posteritatem uenerunt. Idem scripsit lib. 2. de pharmacandi comprobata ratione, carminibus 316. absolutos. Norimbergæ impressos, anno Domini 1496. Eisdem scholia adiecit Georgius Pictorius Villinganus. Claruit anno Domini 1494.

* *Theodericus* Thammnus Dominicanus, scripsit libros De origine rerum predicamentalium, De quidditatibus entium, De mensuris rerum, De tempore, De generatione lucis, De tribus difficilibus, De iride. M. Dresserus.

50 *Theoderici* de Turingia ordinis Prædicatorum epitome, de uita beata Elizabeth, ex libris 8. magistri Conradi qui fuit S. Elizabeth concionator, in diuorum numerum relata est, ann. 1235. VI. Calendas Iunij in ciuitate Perusina.

Theoderici Tzuuiuel, de numeris liber impressus.

Theodocion Iudæus Ephesus, sacram scripturam interpretatus est, cuius meminit Aeneas Syluius in descriptione Asiae, cap. 78. Claruit anno Domini 180.

Theodolus presbyter, natione Italus, scripsit de miraculis veteris testamēti, & fabulis poetarum, Aeglogarum lib. 1. De consonātia scripturarum lib. 1. Floruit anno Domini 480.

Theodoli ecloga incipiens, Aethiopum terras iam feruida torruit æstas. Eiusdem de quinque clauibus sapientiæ.

Theodoli commentarius in sententias Catonis, typis olim est excusus.

Theodoli monachi opus extat de Atticismō, 16 vel elegantia Attica, Raphael Volaterranus.

Theodontij Grammatici nomen citatum legi in Genealogia Bocarij.

Theodoricho Platonico præceptori suo, Rodolphus Brugensis nuncupat versionem suam Planisphærij Ptolemæi.

* *Theodoricius* Vriæ Augustinianus, scripsit libros aliquot de Consolatione ecclesiæ. Vixit circa annum 1400.

Theodridam Syracusanum Athenæus citat. 20

Theodoritus Cyri episcopus, scripsit Ecclesiasticæ historiæ lib. 1. de incarnatione Domini contra Eutychem lib. 1. Eius historia nunc tripartitæ historiæ inserta est. Excudit Frobenius olim Basileæ. Sed etiam integræ Theodoretæ historiæ libri 5. Græci Parisijs à Roberto Stephano impressi sunt, cum aliorum veterum historijs ecclesiasticis: & seorsim Basileæ apud Frobenium, 1535. Eius præterea libri etiamnum Græce in Italiæ bibliothecis reperiuntur, in Pentateuchum, Dubia & solutiones in Biblia, vsque ad Paralipomena, 30 inclusivæ, ut vocant: aliàs, in Oseeuchum dubia & solutiones, In cantica, in Psalteriū. In Hieremiam prophetam, & Threnos, in omnes D. Pauli epistolas. De constitutione humani corporis, vel de officio Dei sermones duo. Hæc omnia apud Diegum Hurradum Venetijs extant.

Commentarius in Psalmos habetur etiam in biblioth. Augustæ Vindelicorum. Extant præterea alibi: Commentarius in visiones Danielis, Bononiæ ad S. Salvatorem, in Ezechielem, ibid. opus magnum. In duodecim prophetas minores. de providentia sermones decem. Eraniſta, aut Polymorphus, siue contra hereses. Hæreticæ malignitatis epitome, Romæ. Curatio Græcanicorum affectuum. Orationes monasticæ, Romæ. commentarij in prophetas 12. minores Latinitate donati, impressi sunt Lugduni apud Gryphium, 1533. Petro Gillio Albiensi interprete: & 40 & Parisijs apud Hen. Stephanum, idem scripsit

ad Ioannem Antiochenum reprehensionē duodecim capitum, siue anathematum, quæ Cyrillus contra Nestorium scripserat. Vide in Cyrillo, Ex Theodoretæ & aliorum veterum commentarijs scholia in epistolam Pauli ad Romanos, Ioanne Leonicero interprete, excusa Basileæ apud Rob. Vuint. Meminit ipse passim in historia sua de alijs quoq; libris à se conscriptis, ut responsionum ad Magos Persarum, & Historiæ de martyribus. Eiusdem de Evangelicæ veritatis ex Græcorum atque gentium philosophia cognitione, siue de Græcarum affectionum curatione lib. 12. Zeno-

bio Acciaolo Florentino interprete, Io. Stelsius Antuerpiæ impressit, 1540. & Henr. Stephanus Parisijs, Eius Eraniſtes seu Polymorphus, contra

fui temporis hæreticos: item eiusdem, hæreticorum, improbarum nugarum ac fabularum compendium, item diuinorum decretorum seu dogmatum epitome, Herueto Aurelio interprete, excudit Basileæ Io. Oporinus anno 1549. Theodoritus teste, Nicephoro præter enarrationes in vetus testamentum scripsit peculiarem librum in quem obscurorum locorum expositiones retulit. In 16. prophetas, in omnes Pauli epistolas. Aduersus omnes hæreses volumen, quod Mendacij & veritatis discrimen inscripsit. Historiam Deiamantum, in qua institutum eorum qui ætate sua vitam sancte transegerant persequitur. Vitam Symeonis Stylitis. Claruit ann. 390. * De providentia sermones 10. Tiguri Græce & Latine R. Gualtero interprete, & Lipsiæ Strigelio interprete. De questionibus selectis ambigujs S. Scripturæ Ioanne Pico interprete. Parisijs. Eiusdem Eraniſtes Victorino Strigelio interprete Lipsiæ. Eiusdem in epistolas Pauli commentarij Gentiano Herueto interprete, Parisijs. Historia Dei amantum, eodem interprete, in 4. excusa. Præterea omnia Theodoretæ opera simul impressa sunt Colonia, in fol. tomis duobus, 1573. Commentarij in Ezechielem Ioanne Baptista interprete, Romæ, 1563. in 4. Item in visiones Danielis eodem interprete. Ibidem, 1562. in folio.

Theodoriti grammatici distichon lib. 2. Anthologij, sectione 1.

Theodoriti quædam de spiritibus, impressa cum Grammatica Urbani.

Theodori sermo, de prosperis & aduersis huius seculi, & Causis flagellorum Dei: habetur inter collationes Io. Cassiani.

Theodorus, postea Gregorius appellatus, Neocæsareæ Ponti episcopus, &c. vide Hieronymum in Theodoro, vel Suidam in Gregorio, de eo dictum est in Gregorio Neocæsariensi.

Theodori episcopi Alanix Ethicorum lib. 10. Græci in bibliotheca quadam Italiæ.

Theodori Therapeutica Græcè, in Italia extat. Legendum forte Theodoriti, cuius therapeutica, id est, curationem Græcarum affectionum habemus.

Theodori Eiecti antigramma contra Ioannem Chrysostomum, Græce superest in Italia.

* *Theodorus* poeta, scripsit versibus hexametris de Cleopatra.

Theodori epigrammatū poetæ meminit Laertius. Item,

* *Theodori* tragædiarum scriptoris.

* *Theodori* quoque alterius qui de poetis scripserit, idem mentionem facit.

* *Theodorus* alius de legislatoribus scripsit à Terpandro initium sumens.

Theodorus de sectis citatur à Laertio.

* *Theodorus* item alius res Romanas scripsit.

* *Theodorus* quidam scripsit libellum *εὐνομιὰς*, siue de vocis exercitatione. Laertius.

Theodorus medicus Athenæi discipulus. Laertius. Citat etiam Theodorum medicum Actius lib. 13. cap. 46.

Theodori Atticæ glossas & Theodori Hierapolitæ librū de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

lib. 1. de agonibus Athenæus citat. Theodori distichon libro 2. Anthologij, sectione 13. & Theodori

Theodori Anthi distichon ibid. lib. 3. sectione 7.

Ex Theodori transformationibus leguntur quaedam apud Stobæum in vituperio Veneris. Item Myrrhæ Cyniræ filix historia apud Plutarchum cap. 44. parallelorum minorum.

Theodori episcopi Charran, cognominati Ababucoræ, cum infideli (fortè colloquium) de orthodoxa fide. Interrogatio Arabum ad Christianum, & aliorum ad eundem, Græce extat in Ital.

Theodori Anagnostæ, id est lectoris, libri duo Græci collectaneorum ex historia ecclesiastica, impressi cum ecclesiasticis historijs veterū theologorum, Parisijs à Rober. Stephano; & Basileæ in officina Frobeniana, Latine Vuolfgango Musculo interprete.

Theodorus Ancyranus, Galatiæ episcopus, scripsit aduersus Nestorium, adhuc Ephesi posuiss, librum redargutionis & confutationis. Gen.

Theodorus Antiochenæ ecclesiæ presbyter, scripsit, aduersus Apollinaristas & Eunomianos, opus magnificum & insigne, quod inscripsit, de incarnatione Domini, distinctum in lib. 15. Hi libri de incarnatione etiamnum extant Græce in Italia alicubi.

Theodorus primum deinde Theos appellatus, Aristipi auditor, à quo Theodori philosophi dicti sunt, Scripsit librum de Dijs ex quo Epicurum complura sumpsisse asserunt.

* Theodorus Balsamon interpretatus est Nomocanona Photij, liber impressus Parisijs. Gen. 30 Herueto, & Basileæ Henr. Agylgo interprete; cū Photij Nomocanone. Eiusdem Responiones ad interrogata Marci patriarchæ Alexandriæ. Expositio in monachorum quorundam extra urbem Constantinopolitanam interrogaciones. Epistola ad Antiochenos de ieiunijs quotannis obseruandis. De ordine sessionis metropolitārum & archiepiscoporum. Habentur hæc in magno canonum volumine Ioan. Zonaræ. Pleraque etiam ex his edita sunt ab Enimundo Bonæ fidei. Scripsit etiam in omnes Canones commentaria, translata in Latinam linguam ab Herueto, & cum Nomocanone Photij edita Parisijs.

* Theodorus Beza Vezelius Geneuensis ecclesiæ pastor, Scripsit adhuc iuuenis, Poemata doctorum omnium iudicio etiam Itolorum plurimum probata: verum eadem postea recognouit, ablati quæ amatorie & licenter poetico more iuuenis adhuc neq; dum Euangelij luce illustratus scripserat: atq; denuo edidit apud Henricum Stephanum, 1569. Præterea Psalmos aliquot varijs numeris expressit ab eodem cum Buchanani Psalmis excusos. Scholia in alphabetum Græcum in quibus de germana Græce linguæ pronunciatione differit. Ibidem, Zographiam Ioannis Cochleæ, in Germania excusam: Sacrificium Abrahamæ Tragædiam lingua Gallica editam. In rebus autem theologis plurimum pro gratia sibi diuinitus data laborans varia scripta edidit: quibus hæc sunt. Noui testamenti noua versio, cum annotationibus in quibus ratio interpretationis redditur: edita primum cum integro Bibliorum opere à Roberto Stephano, 1556; & postea separatim Græce & Latine cum annotationibus denuo ab auctore recogitis, in folio;

Et denuo Græce & Latine absque annotationibus, additis eodem auctore summis breuius doctrinæ vno quoque Euangelistarum & Actuum Apostolicorum loco comprehensæ; item Explicatione breui methodi Apostolicarum epistolarum: in octauo, 1565. Confessio Christianæ fidei & eiusdem collatio cum Papiisticis hæresibus. Item altera breuis confessio eiusdem cum superiore argumenti. De hæreticis à civili magistratu puniendis, aduersus Martini Bellij farraginem & nouorum Academicorum sectam, 1554. In octauo. Summa totius Christianismi, siue descriptio & distributio causarum saculatis Electorum, & exitij Reprobatorum, ex sacris literis collecta & explicata. In minima, forma. Summa doctrinæ de re sacramentaria. De cœna Domini plana & perspicua tractatio, in qua Ioachimi Vuestphali calumniæ refelluntur, 1559. Κρυπταίη siue Cyclops, Dialogus de vera communicatione corporis & sanguinis Domini, aduersus Tilemanni Heshusij commenta. Absterio calumniarum quibus aspersa est ecclesia Geneuensis à Tilemanno Heshusio, 1561. Ad Sebastiani Castellionis calumniâs quibus vnicum saculatis nostræ fundamentum, id est æternam Dei prædestinationem euertere nititur, responsio. Ad defensionem & reprehensionem Sebast. Castellionis suam Noui Testamenti interpretationem defendere aduersus Bezam & eius versionem vicissim reprehendere conatus est, responsio, 1563. Ad Ioannis Brentij argumenta, & Iacobi Andreae theses, quibus carnis Christi Omnipræsentiam inuuntur confirmare, id est, Aduersus renouatos Nestorij & Eutychetis errores, responsum. De hypostatica duarum in Christo naturarū vnione, aduersus Iacobi Andreae assertionem. De vnitatē essentia diuinæ, & tribus in ea subsistentib. personis aduersus Arianos ομοιοουσ. Theses siue axiomata de Trinitate personarum & Essentia vnitatē. Psalmi aliquot Davidici varijs numeris expressi: Integri, si dederit Dominus, futuri operis specimen. Quæstionum & Responionum Christianarum libellus, in quo præcipua Christianæ religionis capita κατ'επιτομήν proponuntur. Porro sedecim libri ordine iam commemorati, separatim quidem diuersis temporibus editi sunt, sed anno 1570, in vnum volumen coniuncti à Ioanne Crispino simul in folio excusi sunt. De sacramentali corporis & sanguinis Christi cum sacris symbolis coniunctione, aduersus Matthiæ Flaccij Illyrici falsissimas demonstrationes, 1565. in octauo. Apologia ad libellum Sorbonici theologastri F. Claudij de Xaintes, cui titulum fecit, Examen Calvinianæ & Bezanæ doctrinæ de cœna Domini ex scriptis auctorum eiusdem collectum, 1567. Responsio ad Francisci Balduini, Eusebolij Apostatæ conuicia, 1569. Ad Nicolai Senecceri & theologorū Ienensium calumniâs, breuis & necessaria responsio, 1571. Aduersus eiusdem ομοιοουσ Apologia secūda & tertia. Tractatio de Polygamia, & diuortijs, in qua Ochini apostatæ pro Polygamia, & Montanistarum aduersus repetitas nuptias argumenta refutantur: & plerique in causis matrimonialibus controuersia ex verbo Dei deciduntur, 1568. in octauo;

Epistolarum theologicarum liber primus, 1573. Editum etiam est tractatum Theologicarum voluminem alterum in quo multa noua continentur. Edidit quoque plurima aliorum scripta cum suis doctissimis præfationibus veluti Caluini commentarios in Ezechielem & Iosiam: in cuius præfatione obitum CL. theol. D. Io. Caluini describit. Refutationes hæresum Antitrinitariarum Valentini Genilis & aliorum, à varijs authoribus conscriptas: est autem hæc præfatio copiosa & solida istarum hæreson confutatio. Christiani Hessian dei refutationem dogmatis de ficticia carnis Christi Omnipræsentia, & reali idiomatum in ipsis naturis communicatione, ubi etiam in præfatione de eodem argumento differitur. Ioannis Merceri commentarios in Iobum & Solomonis libros, Lauatheri commentarium in prophetam Ezechielem. Stephani Szegedini librum de Trinitate, & alia plura. Athanasij Dialogos quinque de sancta Trinitate, Anastasij & Cyrilli compendiarum orthodoxæ fidei explicationem: scripta nunquam antea edita, item Basilij aduersus impium Eunomium lib. 4. in Latinam linguam transtulit & Græce atque Latine edidit, 1570. addito etiam Fœbadij libro contra Arianos nunquam ante publicato. Parat quoque operum Tertulliani nouam editionem, aliaque plura, quæ ut absoluat illi à Deo vitam & valetudinem optimam precamur.

Theodorus Bibliander, natione Helueticus, vir ut incōparabilis doctrinæ, eloquentiæ, ac tribus in linguis præstantiæ, sic pietate, moribus & vita exemplar omnibus optimum, scripsit multa, ex quibus excusa sunt, eius oratio ad enarrationem Esaiæ prophetae de sermone prophético, impressa Tiguri apud Frofchouerum, 1532. Purgatio scriptorum DD. Ioan. Oecolampadij & Huldrici Zuinglij, qua & acta eorum obiter defenduntur contra calumniatores: præfixa operi epistolarum eorundem impresso Basileæ, 1536, apud Rober. Vinter. Apologia ad reuerendissimos patres ac dominos, episcopos & doctores ecclesiæ Christianæ, præfixa volumini quod continet Alcoranum & eius confutationes & vitas Mahumetis atque successorum ipsius: in qua rationes redduntur editionis illius. Io. Oporinus excudit Basileæ, 1543. Emendauit quoque textum eiusdem Alcorani collatis exemplaribus Latinis & Arabibus, & marginibus apposuit annotationes, quibus doctrinæ Mahumeticæ absurditas, contradictiones, origines errorum, diuinæque scripturæ deprauationes, atque alia id genus indicantur. Nahum propheta ab eodem Latine redditus, iuxta veritatem Ebraicam, adiecta etiam exegesi, quæ versionis ratio redditur, & prophetae sententia explicatur: Frofchouerus excudit Tiguri, ann. D. 1534. Expositio vaticinij de restitutione Israelis, de instauranda urbe Ierusalem & templo, terraque diuidenda rursus inter tribus, quod vltimis octo capitibus Ezechielis legitur: inserta est D. Conradi Pellicani commentarijs in Biblia. Consultatio ad socios nominis Christiani, quanam ratione possit ac debeat repelli dira potentia Turcarum à populo Christiano: Ioannes Oporinus excudit Basileæ, anno Domini 1542. Relatio fidelis ad omnium ordi-

num reipublicæ Christianæ principes viros populūque Christianum: quod à solo verbo filioque Dei petenda sit exacta cognitio temporum præsentium & futurorum, & rerum Antichristi, optimaque moderatio reipublicæ, & totius viæ Christianæ. Ibidem impressa, anno Domini 1545. Institutionum grammaticarum de lingua Ebraica lib. 1. Frofchouerus excudit Tiguri, anno 1535. De optimo genere grammaticorum Ebraicorum li. 1. Hieronymus Curio impressit Basileæ, 1542. Commentariorum de sacrosancta Ebraica lingua, hoc est principe atque parente omnium linguarum & literarum li. 24. nondum editi De numeris, ponderibus & mensuris diuinæ scripturæ lib. 4. Et alia quædam Grammatici operis, cæterum intelligentiæ sacrarum literarum seruientia. Ad hæc, Quomodo legere oporteat sacras literas, præscriptiones propheticas, Apostolicas, theologicas, imperatorias & pontificias, item compendium doctrinæ Christianæ ex D. Anselmo Augustino ab eodem collectum. Excudit Basileæ Ioan. Oporinus, ann. 1550. De ratione temporum Christianis rebus & cognoscendis & explicandis accommodata liber vnus, impressus ab eodem, an. 1551. vna cum demonstrationum Chronologicarum libro alio, eodem autore: excuso apud Ioannem Oporinum, anno 1551. Item Christiana & Catholica doctrina, fides, opera, ecclesia D. Petri Apostoli, Basileæ apud Oporinum, anno 1551. Euangelica historia, quam scripsit B. Marcus, Petri discipulus & filius, primus episcopus Alexandriae, vna cum vita Ioan. Marci Euangelistæ, collecta ex probatoribus autoribus per eundem Theodorum Bibliander, excudebatur anno 1551. Basileæ, cum Proteuangelio D. Iacobi, apud Oporinum. Idem scripsit, illustravit scholij, publico studio iuuandi reipublicam Christianam, Concilium sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi, Angelorum, Apostolorum, Prophetarum, Regum, Episcoporum & doctorum excellentium in ecclesia Dei catholica, in quo demonstratur quomodo possit ac debeat pereunti populo Christiano succurri per legitimam ecclesiæ reformationem. Christianismum copiose ex euangelio S. Marci, epistolis catholicis beati Petri, & Prophetarum fonte Mose. Item Solomonis sapientissimi regis sermonem de sapientia vera & Christiana institutione, his adiunxit. Liber impressus Basileæ in 8. Eiusdem De legitima vindicatione Christianismi veri & sempiterni libri antisophistici tres, contra sophisticen, hoc est fucatam & imaginariam & decepticem sapientiam, excusi Basileæ apud Oporinum, ann. Domini 1553. chart. 17. Sermo diuinæ maiestatis voce pronuntiatum in monte Sinai, & ipsius digito scriptus in duabus tabulis lapideis, de hominis officio, fine & vera beatitudine. Quæ Theodorus Bibliander catholice & compendiose interpretatus est, ita ut specimen aliquod exhibuerit, instaurandi veterem & syncerissimam Theologiam. Liber ab eodem excusus, ann. Domini 1552. in octauo. De ratione communi omnium linguarum & literarum commentarius: cui adnexa est compendiaria explicatio doctrinæ recte beateque viuendi & religionis omnium gentium atque populorum, quam

argumens

argumentum hoc postulare videbatur. Tiguri excudit Froschouerus, anno Domini 1548. in 4. De fati Monarchiæ Romanæ somnium vaticinum Esdræ propheta, à Theodoro Bibliandro explicatum, non coniectatione priuata, sed demonstratione theologica, historica & mathematica. Item ad Iulium III. Papam, & ceteros ecclesiæ Romanæ præsides, consideratio de Iudæorum & Christianorum defectione à Christo, & ecclesia & fide catholica: itemq; de Iudæorum & Christianorum cōuersione ad Christum Iesum, & ecclesiam Dei sanctam, ac fidem catholicam. Liber, impressus Basileæ, anno Domini 1553. in quarto. Oratio ad illustrissimos Germaniæ principes, & optimates liberarum atque imperialem ciuitatum: de restituenda pace in Germanico imperio, cæterisque politijs: deque conseruandis sacris & ciuilibus hominum bonorum cœtibus, quas turbare studet improbus hostis Antichristus: & quid opis ad eas res conferant, literæ diuinæ & humanæ: Excusa Basileæ à Ioanne Oporino, anno 1553. in quarto. De summa trinitate & fide catholica, liber excusus Basileæ 1555. in 4. * De mysterijs salutiferæ passionis, & mortis Iesu Messie, expositionis historice libri tres: in quorum primo exponitur Pascha ecclesiæ Israeliticæ: in 2. Cœna D. N. Iesu Christi sacrosancta. in 3. Missa ecclesiæ Romanæ meritoria. Opor. 1555. in 4. Christianissimus sempiternus, uerus, certus, & immutabilis, in quo solo possunt homines beati: cōpendiose expositus in oratione cōmuni 12. Apostolorū Act. 2. ca. & cōmentario lo gramatico illustratus. Tiguri 1556. Temporū à cōdito mundo usq; ad ultimā ipsius ætatē supputatio partitioq; exactior, accommodata vniuersis quidem historiæ, præcipue tamen diuinis libris prophetarū & Apostolorum. Opor. 1558. in fol. Objic. Tiguri anno 1564. Seruantur præterea in Tigurina bibliotheca ipsius commentarij in plerisq; veteris Testamenti libros.

Theodorus Byzantius sophista, Logodædalus à Platone dictus, scripsit contra Thraisybulum, contra Andocidem, & alia quædam. *Theodorus* Byzantius cuius Aristoteles in oratorum epitome mentionem facit. Laertius. Idem meminit aliter *Theodori* Byzantij in ciuilibus causis clari.

Theodorus archiepiscopus Cantuariensis, natione Græcus, scripsit opus de qualitate pœnitentiæ, iniungendæ his qui in multis criminibus deliquissent: cuius operis titulus est, Pœnitentiale *Theodori* lib. 1. epistolæ nonnullas ad diuersos. Claruit anno 690.

* *Theodorus* Celophonius poeta composuit carmen horis dedicatum ut Pollux scribit lib. 4.

Theodorus Cynulcus philosophus Cynicus, vnus ex Dipnosophistis apud Athenæum.

Theodori Cynopolitæ Profopopœi: liber Græcus, in bibliotheca Augustæ Vindelicorum.

Theodorus Cyrenæicus geometra, cuius & Plato auditor fuit. Laert.

In Magistrum *Theodorum* Decapoliteni sermō quidam Græcus extat. Eiusdem in diuersos sanctos uel ἀναδελφικάς.

Magistri *Theodori* eclogæ 33. ex diuersis sermonibus Chrysofomi.

Theodori Diaconi liber Græcus sacrorum canonum, tum apostolorum, tum synodorum, & œcumenicorum & particularium, aliorumq; sanctorum patrum, &c. in quadam bibliotheca Italiæ.

Theodorus Diaconus ecclesiæ Romanæ; vide supra in tertio Tomo operum Des. Erasmi.

* *Theodori* Duçæ Lascaris, Imp. Cæs. Ioan. Augusti F. de communicatione naturali lib. 6. admiranda philosophia refertur, nunc primum in lucem prolata, & in Latinam linguam uersa à Claudio Auberio Triuincuriano Gallo. Basileæ apud Episcopium, 1571. in octauo. Exemplar Græcum V. C. Ioannes Sambucus Ioanni Leuientiæ transmissit. Eiusdem Encomium in nartyrem Tryphonem, extare dicitur alicubi in Italiâ.

Theodori Edeseni Ascetica, extant Græcæ apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem Veni.

Theodori Fabricij grammaticæ institutiones in linguam sanctam, impressæ Coloniae. Eiusdem tabulæ 2. de nominibus Hebræorum vna, altera de uerbis, impressa (ni fallor) ab Henrico Petri.

Theodorus Gadarensis Sophistes; seruii orationis genere, magister fuit Tiberij Cæsaris. Postquam autem cōparatus est de sophisticâ, & Romæ in ipsa vrbe cum Potamone & Antipatro certauit: sub Adriano Cæsare filius eius Antonius factus est senator. Libros scripsit tres de ijs quæ in uocibus quærentur. De historia 1. De positione 1. De dialectorum similitudine & demonstratione 2. de Republica 2. de Cœlestyria 1. De facultate oratoris 1. & alia.

* *Theodori* Graminei Ruremundani, mathematicum professoris Coloniae, Enarratio ueriorum quæ à Ioanne Sacto Bosco proponuntur, ita ut adiecta difficilioribus locis commentarij uicem supplere possit. Coloniae, 1567. in octauo. In Esaiæ prophetia de sex diebus Geneseos oratio: impressa cum Pauli de la Scala oratione contra Neopistos. in officina Theodori Graminei, 1571. Floruit anno 1566.

Theodorus Gaza Thessalonicensis, Græcæ Latinæq; linguæ suo tempore doctissimus, scripsit multa ex quibus extant. Introductionis Grammaticæ li. 4. Græci diuersis locis impressi, Venet. apud Aldum, Basileæ apud Curionem, Parisijs apud Vuchelum, & plerumque cum uersione Latina. Postremò Basileæ apud Nicolaum Brylengerum, 1540. De mensibus Atticis liber Græcus, impressus Basileæ apud Rob. Vuinter, cum Latina uersione Ioan. Perrelli. Ciceronis de senectute & Somnio Scipionis libri in Græcum sermonem ab eo translatis, aliquoties iam excusi. Ex Græco ab eo in Latinum sermonem uersa, sunt hæc: Aeliani de instruendis aciebus liber, impress. Coloniae cum alijs quibusdam. Dionysij Halicarnassæi liber de cōpositione orationis, &c. Theophrasti de historia & causis plantarum libri 15. Aristotelis de historia animalium lib. 9. De partibus animalium & earum causis lib. 4. De generatione animalium lib. 5. Problematum sectiones 38. quæ omnia cum cæteris operibus Aristotelis Latinitate donatis aliquoties iam impressa sunt. Alexandri Aphrodisiensis problematum libri duo, excusi Basileæ apud Cratan drum, 1537. cum problematibus Aristotelis ab eodem uersis:

Chrysofomi homiliae quinque, de incomprehensibili Dei natura: impressae cum ceteris Chrysofomi Latinis factis operibus. Scribit autem Theodorus in praefatione super has homilias, se etiam Mauritij imperatoris libros de re militari vertisse. Obijt anno Domini 1478. * Theodori Gazae grammaticam aliam excusa ab habet Ioannes Sambucus.

Theodorus Heraclaeotès, seu Perinthius episcopus, scripsit Euangeliorum explicationes, teste Nicophoro li. 9. historiae ecclesiasticae. Itè commentarios in Apostolũ, & in Psalteriũ. Clar. an. 340.

Theodorus presbyter, successor abbatis Pachumij, scripsit ad alia monasteria exhortationis scripturarum sanctarum epistolas 3. sermone digestas, &c. Gennadius. Claruit anno 420.

Theodori episcopi pars homiliae dictae in Chalcedone, cum essent abituri: eiusdem epistola ad Alexandrum Hieropolitanum, scripta à Chalcedone: Robertus Vuinter excudit Basileae, 1542. cum alijs quibusdam Synodicis constitutionib.

Theodori de Laelijs grammatica manuscripta. Eiusdem scripta contra Gregorium Heimbergiũ.

Theodori magni Logothetae Metochitae Physica Graeca, siue commentarij in Aristotelis libros de auscultatione naturali, vsque ad librum de memoria, in vno volumine, à libro de memoria vsque ad librum de sensu, in bibliotheca Diegi Hurtadi Caesarai oratoris apud Venetos. Gnomicae semeiotes, id est sententiosae observationes, ibidem. eiusdem Mathematica, & commentarij in Ptolemi magnam compositionem, ibidem. Eiusdem paraphrasis in quatuor libros Aristotelis de partibus animalium nondum excusa. Theodori Metochitae paraphrasis 40. Librorum Aristotelis in Italia manuscripta. Capita philosophica & historica 120. Augustae Vindelicorum. Paraphrasis eius in physica quae commentarij vice esse possit Gentiano Heruero interprete. Parisijs excusa est, & Basileae, 1559. in quarto.

Theodori Meliteniotis Graeca euangeliorum expositio, extat Romae in bibliotheca Vaticana.

* Theodorus Mopsuestiae episcopus dicitur fuisse Nestorij praceptor, damnatus est in quinta Synodo, vbi & in Romania Synodo hi eius libri citantur. Contra Synusiastas vel Apollinaristas, item Contra Apollinarium lib. 4. Contra Arrianos. De incarnatione li. 14. De creatura. Ad baptizandos libri, Interpretatio symboli CCCXVIII. Patrum, Commentarij in Psalmos, in Duodecim prophetas, in Euangelium Matthaei, in Lucam, in Ioannem, in Acta Apostolorũ, in Epistolam ad Hebraeos.

* Theodori Muscieni medici compositiones quasdam citat Alexander Trallianus.

Theodorus Neocaesareae Ponti praesul, scripsit panegyricum Eucharistiae, quem conuocato frequenti auditorio, ipsoque Origene praesente recitauit. Scripsit & Metaphrasim in Ecclesiasticum. Hieronymus.

* Theodori Peltani Propositiones de purgatorio de animarũ sedibus, de defunctorũ suffragijs, de Christianorũ sepulturis, exequijs, anniuersarijs, &c. ad disputandum propositae. Ingolst. 1568.

* Theodorus Pharanitanus episcopus inter hereticos Eurychianus numeratur, eius sermo ad Setgium episcopum Arsenoitanum citatur in conciliorum tom. 2.

Theodori philosophi dialectis ad Nestorianum: alia dialectis eiusdem: Graece extant in Italia.

Theodori Prisciani archiatri ad Timotheum fratrem Phænomemon eupotiston, id est facilius parati medicaminum, lib. 1. Logicus, liber secundus. Gynaecia, id est, muliebria ad Saluinam li. 3. opus editum Basileae apud Frobenium, 1532. In praefatione testatur autor, se etiam Graece quosdam libellos de re medica scripsisse. Otho Brunfelsius hunc authorem ab alijs Octauium Horatianum dici testatur, de quo supra dictum est. Theodorus Priscianus libellos suos medicos primum Graece scripsit, deinde ipsemet Latinos fecit, vt testatur in praefatione inuocans ad Olympium collegam suum.

Theodori Diæta, quibus vel salubriter utendum, vel cautiùs abstinendum sit: Ioan. Schotus excudit Argentorati, 1544. cum Trotula; Hildegardi, &c.

Theodori Prodromi in posteriora Aristotelis interpretatio, Graeca: eiusdem versus, iteme *επι ενδελεχισμῶν*, Interpretatio in canones in sacris Dominicis festis expositos à sanctis & doctis poetis Cosma & Ioanne: omnia extant Graece, Romae in Vaticana bibliotheca. Vide in Cyro Theodoro Prodromo.

* Theodorus Pulmannus Cranenburgius Auro Prudentij poemata emendauit. Item Iuuenalis & Persij Satyras & in easdem annotationes adiecit. Antuerpiae excudit Plantinus. Emendauit etiam Vergilium, Horatium, Lucanum, Claudianum ab eodem Plantino excisos.

Theodori Reysman epistola elegiaca de Caesaris Caroli V. in Germaniam aduentu, impressa Augustae Vindelicorum, 1530. Idem vertit carmine heroico prophetam Amos, libellus impressus Argentorati, anno D. 1544. chart. 4.

* Theodori Riccij liber primus Madrigalium, quinque vocum, Venetijs apud Gardanum, anno 1567.

* Theodori Smyrnei de physica doctrina & principijs *επι φυσικῆς θεωρίας καὶ ἀρχῶν*: in bibliotheca Ioan. Sambuci.

Theodori Sophiani astronomica & musica. * Theodori Straitmanni I. C. Harmonia titulum vtriusque iuris. Item: Coniunctiones & conciliationes legum Pandectarum. Coloniae, 1571.

Theodori Studitae sermo de inuentione capitis S. Ioannis Prodromi. Encomium in S. patrem Epiphanium.

S. Theodori Suditi ad discipulum suum Gregorium de futura restitutione, liber Graecus alibi in Italia.

* Theodorus Syracusanus de re militari scripsit. Laertius.

Theodosiani codicis lib. 16. excusi Basileae apud Hen. Petri, 1528. Eiusdem Theodosij, Valentini, Martiani, &c. Nouellarum legum liber 1. in eodem volumine excusus. Vbi que sanè in Nouellis Theodosio adiungitur Valentini nomen, vt pote eiusdem studij ac diligentiae in hoc opere sancient.

fanciendo collegæ. Ex Theodosij Imper. libro de re fide, ferè defumptus est liber de incarnatione verbi vngeneriti, etsi copiosiore stilo ea que diuinitatis & humanitatis sunt in Christo, hic exponantur, expendanturq; scripturæ locis ascitis, quàm apud Theodosium. Rob. Vuinter excudit Basileæ, 1542. cù synodicis constitutionibus quibusdam. * Theodosiani codicis libri, cum Nouellis Theodosij Valent. &c. longe integriores editi cum alijs quibusdam, Jacobi Cuiatij I. C. cura Lugduni apud G. Rouillium, 1566.

Theodosij regis ad Cyrillum Alexandrinum epistola, numero 4. inter epistolas Cyrilli. Item Theodosij & Valentiniani Imp. ad eundem epistola numero 17.

Theodosius Trebellio Italus, scripsit pro illustrissima Basiliensi academia instaurata, oratione, impressam Basileæ apud Frobenium. Congessit Latinæ linguæ Promptuarium, excusum apud Io. Oporinum, anno 1542. Claruit anno 1551.

Theodosius Tripolites, scripsit carmina in ver, & alia diuersa.

Theodosius philosophus, scripsit spherica lib. 3. Commentarios in Theod. capita, in Archimedis ephodion. De diebus & noctibus libros 2. de descriptione domuum lib. 3. Sceptica capita astrologica, de habitationibus. Suid. Spherica eius extant Græce Venetijs apud Cæsaris oratorem Diegum Hurtadum, & Romæ in Vaticanâ. Ibidem seruantur eiusdem libri de diebus & noctibus & de habitationibus. Franciscus Maurolycus promisit se editurum Theodosij spherica, de habitationibus, de noctibus & diebus libros. Extant & apparentia eius, ni fallor. Theodosius *ἑρῶν* *οὐρανίας* *νοῆς* *ὑπερῶνας* citatur à Laertio. Theodosij Spherica Græce & Latine excusa sunt Parisijs in quarto Ioanne Pena interprete.

Theodosius citatur in Tacuinis Elluchasem medici.

Theodosij grammatici liber de metris.

Theodosius quidam hæreticus Acephalorum factionis, à quo Theodosiani dicti sunt, citatur in synodis, & meminit eius (ni fallor) Liberatus in breuiario.

Theodotion Ephesinus, Tatiani philosophi, cù adhuc fidelis esset, quondam discipulus, vir doctissimus, præter translationem scripturarum, quam ex Hebræo Latinam fecit, etiam alia quædam conscripsit opuscula, quæ tamen ad manus nostras adhuc minime peruenerunt. Tritemius, vide supra in Aquila & Daniele. Claruit an. 180.

* Theodotus in quarto aduersus Epicurum citatur à Laertio.

* Theodotus Ostrogothorum princeps, Platonis disciplinam secutus, scripsit historiam sui temporis lib. 1. Claruit anno D. 535. Ioannes Lelandus.

Theodulphus episcopus Aurelianensis, à Ludouico Imperatore nescio ob quam suspensionem innocentem missus in carcerem, hymnum, Gloria laus, composuit. Scripsit autem inter cætera diuerso metro, Hymnorum li. 1. epistolarum li. 1. Tritemius, & eadem ferè Gyraldus. Claruit an. 849. Idem scripsit annales Caroli & Ludouici quæ manuscriptæ extant.

Theodulus martyr sub Iuliano apostata fuit.

Vide Suidam in Theodulo, & in Amachio,

Cyri Theoduli magistri varia opuscula Græcæ extant in bibliotheca quadam Italiae: nempe, Encomium in Ioan. Prodromum, ad Athenienses in Olynthijs, de nauigatione à Thessalonica Byzantium, & rursus Byzantio Thessaloniam. Oratio in legatione habita ad regem Andronicum Palæologum, De regno, De republica, & alia quædam. Vide infra in Thoma Magistro.

* Theofridi abbatis sermones duo de sanctorum reliquijs cum ueneratione, impressi Colonia cum Berengosij opusculis, 1555.

Theoduli nomen seruum Dei significat: sunt qui Theodolum scribant.

Theogenis ab Hippone regio verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

Theogeri episcopi Musica, manuscripta.

* Theogeiton Peripareticus Aristoteli familiaris, ex Tragea insula quæ iuxta Cyclades est, laudatur à Stephano.

* Theognetus Thessalus comicus. Ex eius fabulis, authore Aeliano sunt, Phasma seu Philargyrus, Philodespotis, Centaurus. Sacri quoque sermones huius feruntur fuisse, qui in 24. rhapsodias distincti fuere. Alij tamen hos in Orpheum referunt. Meminere huius Athenæus & Suidas.

Theognis Megarensis, ex Megaris Siciliae, claruit Olympiade 59 scripsit elegiam in Syracusanos in obsidione seruatos, ad Cynnũ, quem amabat. Gnomologiam elegis, & alias sententias admonitorias, omnia carmine. Fuit & tragicus poeta Theognis, valde frigidus, vnde & Niuis cognomen meruit. Suidas. Theognis Siculi sententiæ elegiacæ, impressæ Græce, Basileæ apud Frobenium, 1521. cum Græcis Aesopi fabulis, &c. Allegant elegos eius, Plato, Stobæus, Athenæus. Eisdem à Ioachimo Camerario integritati suæ restitutas, & doctis, commentario Græco illustratas, Ioan. Oporinus excudit, anno 1551. quemadmodum & priore anno, Latino carmine conuersas à Iacobo Scheggio, idem Basileæ. Editæ sunt eius sententiæ ab Hen. Stephano in folio cù Homero, &c. Stephanus Theognidem inquit ex Megara inter Peloponnesum & Atticam oriundum.

Theognostus numeratur inter grammaticos Græcos, ex quibus Cornucopiæ suum Varinus Cæmers congeffit.

Theogonus, vide Theoteuctus.

* Theolestherus de Cusentia, patria Calaber, presbyter atq; Eremita propè Thebas, scripsit ad Antonium Genuæ ducem, de deuotione religionis lib. 1. De futuris ecclesiæ schismatibus lib. 1. Explanacionem Apocalypsis lib. 1. De magnis tribulationibus & de statu ecclesiæ, vel de causis præsentis tunc schismatis, ex Ioachim, Cyrillo, atq; alijs composuit lib. 1. Claruit anno Domini 1386. Ioannes Baleus.

Theolyti Methymnæi carmina Bacchica Athenæus allegat.

Theomenis scripta citantur à Plinio lib. 3. Naturalis historię.

Theomnesti scripta citantur ab eodem 33. 34. & 35. lib.

Theonnesti hippiatris scriptoris Græci quædam leguntur cum Absyrto, ut supra dixi.

Theonæ abbatis in vltioris Aegypti partibus sermones tres: vide supra in collationibus Ioan Cassiani.

Theon Abbas transtulit ex Græca lingua historiam S. Nicolai episcopi, quam manuscriptam habet Vuolfgangus Lazius medicus & historicus Viennensis.

Theon Antiochenus philosophus Stoicus, scripsit apologiam Socratis. Suidas.

Ex *Theone* vini bilim purgantis præparatio, apud Aetium describitur.

Theano Metapontina, vel Cressa genere, Pythagoræ, vxor Brotini Crotoniata, scripsit commentaria in philosophiam de virtute, item poemata & apophthegmata pythagoræ. Laertius.

Theonis Alexandrini hexastichon, in Anthologij lib. 1. sect. 55. & *Theonis* simpliciter monostichum in hebdomadem, sect. 94. Ζηνὸς, ἄρμ, παφίη, 20
μύλων, κρόνον, ἰρμύς. Eius commentarij Græci in Arati Apparentia, & prognostica tempestatum, excusa Basileæ in officina Curionis, cum ipso textu Arati, & alijs diuersorum de sphaeræ & astrorum ratione opusculis, 1536.

* *Theon* Alexandrinus Sophistes, Aelius dictus, scripsit Artem progymnasmatum, Commentarium in Xenophontem, in Isocratem, in Demostenem, Argumenta rhetorica, Quæstiones de structura orationis, & alia plura. Suidas. *Theonis* Sophistæ progymnasmata rhetorica, varijs exemplis ad exercendam eloquentiam instructissima, Ioan. Oporinus excudit Basileæ, 1541. Græce, & Latine Ioachimo Camerario interprete, qui Græcum etiam librum innumeris mendis expurgauit.

Theon Alexandrinus, philosophus, Stoicus sub Augusto fuit, post Arium. Scripsit Apollodori physiologicæ introductionis commentarium: Artis rhetoricæ lib. 3. Suidas.

Theon è Musæo, Aegyptius philosophus, tempore Pappi philosophi, qui & ipse Alexandrinus fuit: vterq; sub Theodosio maiore. Scripsit Mathematica, Arithmetica, De signis & auspicijs, de voce coruorum, de Exortu Caniculæ, de Nili ascensu. In Ptolemæum expeditum canonem: & In paruum Astrolabium commentarium. Suid.

Theonis Synopsis totius harmonice. *Theonis* commentarij in Magnam Syntaxin Ptolemæi: excusi sunt Basileæ a Vualdero Græce in 1 folio. 50

Theon, Lucillus, & Sophocleus, Sophoclis interpretes, citantur ab Ambrosio Calepino in Eudymione. *Theonis* Alexandrini commentariorum lib. 11. Græci in Cl. Ptolemæi magnæ constructionis libros, excusi Basileæ, 1538. cum eodem opere Ptolemæi. *Theonis* & Procli tabulæ Græcæ in Astronomia, in quadam bibliotheca Italie. Ephodos per epitomen in canones πειράσεις Ptolemæi, ibidem. Meminit huius operis Suidas etiam, & plurium aliorum. *Theonis* commentaria in Callimachi ἄλγηα citantur in Erymologico. Eiusdem commentariorum in Lycophonem, & in Nicandri Theriaca meminit Stephanus.

Theon Antiochenus Daphnæus, philosophus Stoicus, scripsit Defensionem Socratis. Suidas.

Theon Gymnastij Sophistæ F. Sidonius Sophistes: docuit in patria, fuit sub Constantino. Suid.

Theonis Smyrnæi philosophi Platonici de Logicis mathematicis, qui ad lectionem librorum Platonis conducunt, liber Græcus, extat Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris manuscriptus. Extat quoq; apud Diegum Hurradum Cæsaris oratorem Venetijs. Item in Italia, *Theonis* Smyrnæi Theologumena & Mathematica Platonis. Videtur autem diuersa esse opera. Eius libri 2. De mathematicis rebus à Platone vsurpatis, Latine rediti sunt ab Ant. Hermanno Gogaua.

Theon Valerius dictus Sophistes, Commentarium scripsit in Andocidem Suidas.

Theano Locrensi mulier doctissima, ac in Lyricis præcellens, multa scripsit carmine lyricis: & alia eius nominis, Metapontica, seu Cressa, commentaria in philosophia de virtute & apophth. Pythagoræ.

Theophanis tetraastichon lib. 3. Anthologij, sectione 6, & hexastichon, sectione 22. *Theophanis* dictum citatur apud Stobæum de audacia, sed aliàs legitur *Theophrasti*.

Theophanes in libro de pictura citatur à Laert.

Theophanes Mitylenæus, miles insignis, quæ Albaniam procurauit, res gestas Pompeij posteritati commendauit, cum quo militasse etiam fertur. Eius scripta citantur apud Plutarchum in Pompeio, Aeneam Syluium in descriptione Asiae cap. 20. 42. & 74.

Theophanis episcopi Niceæ, contra Iudæos capita. epistola didascalica ad sacerdotes & reliquos clericos, de sacerdotio, & qualem oporteat esse cui id commissum est. Epistola ad Nicaenses, quomodo oporteat Christianum præsentia omnia tum suauia tum molesta cõtemnere. Omnia Græce seruantur alicubi in Italia.

* *Theophanis* τῶν κεραιῶν ὀμιλία εἰς ἰσαγγλία τῶν κινετικῶν, καὶ εἰς τὴν ἰσοστάς, manuscriptus liber, Vener. *Theophanis* hymnorum scriptoris meminit Th. Prodrom.

Theophili comici fabulæ sunt. Medicus, Epidaurus, Pancratiastes, Bœotia, Prætidus, Neoptolemus. Suidas. *Theophilus* Athenæo.

Theophilus rerum Italicarum scriptor citatur apud Plutarchum cap. 28. Parallelorum minorum, ex quo Torquati & Clusiae historias se mutuo accepisse fatetur.

* *Theophili* Agricolaæ contra Gasparum Redekerum de sublatione librorum Gaspari Schuuenfeldij. Responsio ad librum Illyrici, qui vocatur Contradictiones in Schuuenfeldium. Apologia contra Simonem Musæum quod Schuuenfeldius ministerium Christi nõ contemnat. Omnia hæc separatim edita Germanice in 4.

Theophilus Alexandrinæ ecclesie episcopus, scripsit epistolarum lib. 1. ad Epiphanium de hæresibus lib. 1. de pascha lib. 1. Contra Origenem volumen grande, aduersum Anthropomorphitas hæreticos. Paschalem etiam recursum, quem magna apud Niceam Synodus post 95. annos, agi in tempore & die & luna secundum statum suum inuenerat, additis quibusdam ipsius festiuitationibus & expositionibus, de fide libros. Hæc Gennad. qui & reliquorum argumeta copiosius recenset. Clar. an. 390. epistola eius ad Epiphanium extat.

de Indivisibilibus lineis 1. Auditionis 2. de Venetis 1. Virtutum differentiarum 1. de Regno vnum, de Regis instituto 1. de Vitis 3. de Senectute 1. de Democriti astrologia vnum, De his quæ in sublimi fiunt vnum, de Imaginibus vnum, de succis, cute & carnibus 1. *Διαγόρας* 1. de Hominibus 1. Distorum Diogenis collectio 1. Definitionum 3. Amatorius 1. alius de Amore 1. de Felicitate 1. de Spectibus 2. de Caducis 1. de Enthusiasmo seu afflatione Dei 1. de Empedocle 1. de Epicherematis 18. Controuersiarum 3. de Voluntariis 1. Abbreuiatio reipublicæ Platonis 2. de Diuersitate vocis animalium eiusdem generis 1. De his quæ subito apparent 1. De his quæ morsui & vulnere parent 1. de Animalibus quæ sapere dicuntur 1. De his quæ in sicco morantur 1. De his quæ colores mutantur 1. De his quæ latibula & fossas faciunt 1. de Animalibus 7. de Voluptate sicut Aristoteles 1. alius de Voluptate. Quæstiones 24. de Calido & Frigido 1. de Vertigine & obtenebratione 1. de Sudo-
re 1. de Affirmatione & negatione 1. Callisthenes siue de luctu 1. de Laboribus 1. de Motu 3. de Lapidibus 1. de Pestilentibus 1. de Exanimatione *νεκρωσις* 1. Megaricus 1. de Attrabile 1. de Metallis 2. de Melle 1. de Metrodori collectis 1. De æreis *μαρσιόδοξος* 2. de Ebrietate 1. Legum secundum elementa 24. Legum epitome 10. Ad definitiones 1. de Odoribus 1. de Vino & oleo primarum propositionum 18. legiferorum 3. Politicorum 3. Politicorum ad tempora 4. Ciuiliu consuetudinum 4. 30
de Optima republica 1. Problematum collectionis 5. de Proverbis 1. de Concretionibus & liquefactionibus 1. de igne 2. de Spiritibus 1. de Paraly-
si 1. de Suffocatione 1. de Amentia 1. de Passionibus 1. de Signis 1. Sophismatum 2. de Syllogism. solutione 1. (forte idem qui supra nominatus fuit) Topicorum 2. *ἀπὸ τιμωρίας* de cruciatu 2. de Pilis 1. de Tyrannide 1. de Aqua 3. de Somno & insomniis 1. de Amicitia 3. de Liberalitate *ἐπιτομὴς* 2. de Natura 3. de Naturalibus 18. de Naturalium abbreuiatione 2. Naturalium 8. Aduersus Physicos 1. de naturalibus historiis 10. Naturalium causarum 8. de Humoribus *ἰκνῶν* 5. de Mendacio voluntatis 1. de anima quæstio 1. de Indubitata fide 1. de Simplicibus dubitationibus, Harmoniatō 1. de Virtute 1. Occasionēs, siue contradictiones 1. de Negatione 1. de Sententia 1. de Ridiculo 1. Meridianorum *δενυῶν* 2. Diuisiones duæ, de Differentiis 1. de Iniuriis 1. de Laude 1. de Experiencia 1. Epistolarum 3. de Fortuitis *ἀπορροῶν* animalibus 1. de Selektione 1. Laudes deorum 1. de Solennitatibus 1. de Felicitate 1. de Enthymematis 1. de Inuentis 2. Scholarum moralium 1. Morales figuræ 1. de Tumultu 1. de Historia 1. de Iudicio syllogismorum 1. de Mari 1. de assentatione 1. ad Casandrum de regno 1. de Comædia 1. de Meteoris 1. de Dictione 1. Verborum collectio 1. Solutiones 1. de Musica 3. Naturalium opinionum 17. Naturalium epitome 1. de Gratia 1. Morales figuræ 1. de Falso & vero 1. Historia eorum quæ de Deo dicuntur 6. de Dijs 3. de Mensuris 1. Megacles 1. de Legibus 1. de iniquis legibus 1. Xenocraticorum collectanea 1. Confabulationes 1. de Iuramento 1. Oratoria præcepta 1. de Diuitijs 1. de Poetica 1. Problemata ciuilia, naturalia, amatoria, mora-

lia 1. Prouerbiorum 1. Problematum collectionis 1. de Problematibus naturalibus 1. De exemplariis 1. de Propositione & narratione 1. de Poetica alius. de Sapientibus 1. de Concilio 1. de Solæcismis 1. de Arte oratoria 1. de artibus oratorijs species 7. de Simulatione 1. Commentariorum Aristotelicorum siue Theophrasticorum 6. Historico-
rum Geometricorum 4. Epitome Aristotelis de animalibus 6. de dijs epicherematum 2. Quæ-
stiones 3. de Regno duo, de Causis 1. de Democrito 1. de Calumnia 1. de Generatione 1. de Animalium prudentia & moribus 1. de Motu 2. de Visu quatuor. ad Terminos 2. De eo quod est dari 1. de Maiore & minore 1. de Musicis 1. de Diuina felicitate 1. Ad eos qui erant ex Academia 1. Exhortatorius 1. Quo pacto ciuitates optime inhabitentur 1. Commentaria 1. de Riua *πικρα* qui erat in Sicilia 1. de Concessis 1. Qui sint modi sciendi 1. de Falso 3. Anretopica 1. Astrologice historie 6. Arithmeticarum historiarum argumentum 1. Acicharus 1. De iudicialibus orationibus 1. Epistola ad Asticeontem Phaniam & Nicanorē 1. de Pietate 1. Euiadis 1. de Temporibus *καρπῶν*, de Proprijs orationibus 1. de Liberis educandis 1. alius differens eadem de re de Disciplina seu de virtutibus, siue de frugalitate 1. Exhortatorius 1. de Numeris 1. Diffinitiones de dictione syllogismorum 1. de Cælo 1. Politici 2. de Natura 1. de fructibus & animalibus.

Theophrastus Paracelsus medicus, contemptis veteribus omnibus nouam medicinam instituit, & plurima non in medicina solum sed in Theologia que que scripsit, omnia tamen Germanica lingua. Editi autem sunt multi eius libri Germanice, non pauci etiam Latine ab eius sectatoribus in Latinam linguam conuersi, e quorum numero sunt sequentes libri. De vrinarum ac pulsuum iudicijs: tum de Physiognomia; item De morborum Physiognomia fragmentum. Argentinae apud Samuelem Emtel, 1568. Priores duo libri eodem anno Coloniae quoque editi sunt à Birkmanno. Septem libri de gradibus receptorum ac naturalium: his addita 17. capita de anatomia, publicata ab Adamo Bodenstein, Basileæ apud Pet. Pernam, 1568; Pyrophilia vexationumque liber: cui accesserunt, Primo tractatus metallorum septem. Secundo rerum naturalium tria fore principia, per demonstrationem artis igneæ docetur. Terrio contracturarum origines & curæ. Quarto, morborum capitalium quatuor Epilepsia, Podagra, Paralysis, & Hydropysis curæ. Ibidem. Philosophiæ magnæ collectanea quædam per Gerardum Dorn Latine reddita, Ibidem 1569. Chirurgia vulnerum, cum recentium, tum veterum occultorum & manifestorum vulnerum: Cui libri duo prior de Contracturis. de Apostematibus, Syronibus & nodis alter, accessere per Gerardum Dorn Latine redditi. Ibidem. De meteoris: item de matrice, & de tribus principijs libri 2. Quibus Astronomica & Astrologica fragmenta quædam accesserunt, per Dornum Latine reddita. Ibidem. 1570. Archidoxorum de secretis naturæ mysterijs lib. 10. De tinctura physicorum, de Præparationibus, de Vexationibus Alchimistarum, de Cementis metallorum, & de gradatio-

gradationibus eorundem: omnia eodem lecte prete, ibidemque excusa. Chirurgia minor, quam alia Bertheoneam intitulauit, cum eiusdem tractatibus, de apotematibus, syronibus; nodis. Item de cutis apertionibus, de vulnerum & vlcere curis, ac de vermibus, serpētibus, &c. ac maculis à natiuitate ortis: ex versione Dorni, Perna excudit. De Tartaro libri septem auctiores & castigatiores. Ibidem. Liber Paramirum in quo vniuersalis theoria physices, & Chirurgiæ origines, & causæ morborum traduntur. Accesserunt libri de modo pharmacandi, de Xenodochio, de Thermis. Basileæ apud Pernam, 1570. De Spiritibus Planetarum siue metallorum lib. 3. Eiusdem de tinctura Physica, de gradationibus, de Cementis, de Zodiaci signis & eius mysterijs. Georgij Phædronis pestis Epidimicæ curatio. Eiusdem Chirurgia minor. Basileæ, anno Do. 1571. in quarto. De vita longa libri quinque. Liber Paragraphorum; commentarij in Aphorismos Hippocratis. Ibidem. Septem defensionis aduersus æmulos suos. Item Tractatus de morbis tartarei. Colonia, 1573. De natura rerum & de natura hominis, 1573. Libri iam enumerati omnes Latine, sequentes vetò Germanice sunt editi. Explicatio aliquot Aphorismorum Hippocratis: item tres viles tractatus de occulta vi & operatione Corallorum, Hyperici & Persicariæ. Augustæ, 1568. De præparatione Ellebori, item de perforata: liber edui à Bodensteinio, 1568. Archidoxa. Libri præparationum, de tinctura physitorum, de renouatione & restauratione vitæ, de vita longa. Monachij, 1570. Tractatus de apertionibus cutis, de vulneribus, de serpentibus, araneis, &c. ac maculis à natiuitate ortis. Argentina. Occulta philosophiæ, archidoxa, &c. ibidem, 1570. Libri 9. de mysterijs naturæ, archidoxorum pars prima. De renouatione & restauratione & vita longa. De mineralibus, de Sale, vitriolo, arsenico, sulphuræ. Colonia, 1570. Tractatus quinque. 1. de rebus naturalibus. 2. de quibusdam herbis. 3. de metallis. 4. de mineralibus. 5. de gemmis. Argentina, 1570. Astronomia magna, siue tota philosophia sagax maioris & minoris mundi. Francofurti, 1571. Paragraphorum libri tredecim, Basileæ apud Pernam. De thermis Fabarianis in Heluetia. Argentina, anno 1571. De proprietatibus perfecti chirurgi: ibidem. De spiritu vitæ & eius virtute. De virtute interiorum spiritualium & corporeorum membrorum. De viribus exteriorum, & confirmatione interiorum membrorum. Basileæ à Bodensteinio primum publicati, anno 1572. Metamorphosis, de rebus naturalibus, de plantis, de transformationibus, de minoribus metallis, de lapide medicorum, & lapide philosophorum: liber ab eodem editus. Tractatus duo. De viribus membrorum spiritualium, De electro. Basileæ, anno 1572. De morbo Tartarico, Archidoxa. De tinctura physica & alchimia. De Cementis. De medicina celesti. De præparationibus. De spiritibus Planetarum; Singula hæc à Pet. Perna excusa sunt. Circumferuntur alij quoque plures libri Theophrasti mihi incogniti, atque audio multa theologi-

ca scripta illius seruari, cum commentaria in complures sacros libros, tum etiam quædam dogmatica. Porro contra Theophrasti nouam medicinam quatuor volumina edidit, clarissimus atque doctissimus medicus D. Thomas Erastus.

Theophylacti archiepiscopi Bulgariae in quatuor Euangelia enarratio Græca, excusa Romæ, 1542. Eiusdem operis translatio, sed mutila, impressa est Colonia apud Petrum Quentel, in omnibus diui Pauli epistolas enarrationes, Christophoro Porfena Romano interprete, excusæ primò Romæ tempore Sixti, cui interpretis id nuncupauit, anno 1469. deinde Colonia apud Petrum Quentel, 1531. Eadem enarrationes in omnes D. Pauli epistolas, item in prophetas aliquos minores per Ioan. Lonicerum translatae, excusæ sunt Parisijs apud Vascofanum, 1552. Commentarij Theophylacti in Oseam integri, & in totum Micheam, item epistolæ ex antiquissimo codice descriptæ, allato nuper ex Patmo insula, Græcè extant in Bibliotheca Dregi Hurtadi apud Venetos. Theophylacti commentaria in euangelia, epistolas Pauli, & prophetas quosdam, à Philippo Montano recognita impressa sunt Parisijs, anno Do. 1554. & Basileæ ab Heruagio, Latine. Eodem anno & postea denuo 1570. additis Explicationibus Theophylacti in Acta apostolorum Laurentio Sifano interprete. Commentarij in XII. prophetas Græcè extant in bibliotheca Augustana.

* Theophylacti ἀνὰ τὴν ἐκδοχὴν τῶν διπορητικῶν quaestiones, in bibliotheca Hen. Memmij.

Theophylactus sophista, cognomine Simocastes, Suidas. Eius epistolæ Græcè morales, rusticæ, & meretriciæ, impressæ Venetijs ab Aldo charitis ferè quinque, in volumine Græcarum epistolarum variorum authorum. Simocati historia œcumenica, id est totius orbis, Græcè extat apud Diegum Hurtadum Venetijs. Eiusdem de rebus gestis Mauritij imperatoris liber Græcus, Romæ in Vaticana bibliotheca.

Theophylacti de differentijs & dubitationibus physices liber Græcus, in biblioth. quad. altalica, Theophylacti monachi, de sobrietate breues ad modum admonitiones, alicubi in Italia.

Theopompus Theodectis siue Theodori Atheniensis, antiquæ comœdiæ poeta, sicut & Aristophanes edidit fabulas 24. inter quas est etiam Aesculapius, doctorum curator, qui hunc tabe laborantem in integrum restituit. Suidas. Fabulæ eius sunt Alpha, Adria, Aesculapius, Autrocharis, Venus, Baryla, Pax, Ἰδρα, Ἰδρα. Theseus, Callæschrus, Medus, Nemea, Vlysses; Pamphila, Penelope; Seirenes, Stratiotides, Phineus. Et apud Pollucem Capeli, Pueri, Vrbes: item Pantaleon de qua tamen fabula dubitari scribit Theopompi Cypriacum carmen à Fulgentio in Mythol. citatur.

Theopompus Chius orator, filius Damasi stratiatus tempore Atheniensis monarchiæ Olympiade 93, quo tempore & Ephorus Isocratis auditor fuit; Scripsit vna cum Ephoro epitomen Herodoti historiæ lib. 2. Philippi res gestas lib. 72. Græcas historias quæ Thucydideas & Xenophonetas sequuntur lib. 11, & ea quæ à Pelop-

Sacol. l. 3. Epid. 5.
p. 102.

ponnessiaco bello gesta sunt, & reliqua continēti-
bus. Scripsit & alia plurimā. Suidas. Athenæus
citat huius Philppica, Hellenica, & historias in
genere, item Consilia ad Alexādrum, De his qui
prædati sunt Delphicas pecunias *κατὰ τῶν ἀνδρῶν διὰ τὴν
τρίβυλον, ἀπὸ τῆς ἑλίας ἐνισοδῶν.*

Theopompi Colophonij Epopœi, Hærmation
citatur ab Athenæo.

* *Theopompus* Sinopenfis in libro de Terremō-
tibus, citatur à Phlegonte Tralliano.

Theosebia tetraſtichon libro 3. Anthologij, ſe-
ſtione 15.

Theoteſti, aliā Theogoni, vel potius Theo-
deſtis, vt in manuſcripto codice legi, ſenarij quin-
que apud Stobæum in ſermone de impudentia.

Theoteſti tragædiarum ſcriptoris meminit Io-
ſephus: forte Theodeſtis.

Theotimus quidam ſcripſit rerum Italicarum li-
bros, ex cuius ſecundo, Horatij Cœclitis & Porſe-
næ regis historias recitat Plutarchus cap. 16. Pa-
rallelorum minorum.

Theotimus Scythiæ Tomorum episcopus, in
morem dialogorum & veteris eloquentiæ, bre-
ues comicosq; tractatus edidit: D. Hierony.

* *Theramenes* Ceius Sophista, ſcripſit declama-
tionum lib. 3. De ſimilitudine orationis, De ima-
ginibus ſiue parabolis, De figuris. Suidas.

Theraſia, & Paulini ad D. Auguſtinum epiſto-
la, numero 36. inter D. Auguſtini epiſtolas.

Theſeus historicus, ſcripſit vitas illuſtrium vi-
rorum libris 5. Corinthiaca libris 3. Suidas.

Theſeus Ambroſius, ex comitibus Alboneſij
I. V. Doctor Papienſis, canonicus Lateranenſis
ac S. Petri in Cœlo aureo Papiæ præpoſitus, ſcrip-
ſit introductionem in Chaldaicam linguam,
Syriacam atque Armenicam, & decem alias lin-
guas: characterum differentium alphabeta circi-
ter quadraginta & eorundem inuicem confor-
mationem: Myſtica & cabaliſtica quam pluri-
ma ſcit digna: & deſcriptionem ac ſimulachrū
Phagoti Afranij muſici instrumenti Papiæ. Li-
ber excuſus anno 1539. in 4. Pap.

* *Theſpis* Icarij F. ex oppido Attico, tragicus,
qui ſedecimus ab Epigene Sicyonio, primo tra-
gico fuiſſe traditur. Alij ſecundum ab eo ponūt.
Edidit fabulæ Olympiade 61. Commemorantur
eius Tragædiæ, Præmia Peliæ, ſeu Phorbas, Sa-
cerdotes, Adoleſcentes, Pentheus. Suidas.

Theſſalus, Hippocratis filius, medicus Couſ,
ſcripſit medicinales libros ſex. Suidas. vide ſu-
pra in Herophilo. Eius oratio in Athenienſium
ſenatu habita, cū Hipocratis operibus excuſ. eſt.

* *Theſſalus* ſcripſit contra aphoriſmos Hippo-
cratis. Galenus in libro a contr Julianum.

Theſſelis Argiua ſœmina doctiſſima, ſcripſit e-
pigrammata diuerſa ac doctiſſima. Fulgoſus lib.
3. cap. 3. Vox vt apparet corrupta pro Teleſilla.

Thetel naturalis magiæ ſcriptor, vide in Zo-
roaſtre.

Theudas. vide in Theodoſio philoſopho.

Theuderichus. vide ſupra in Theodorico.

* *Thinredus* Anglus, monachus Douerienſis in
Cantia, composuit De legitimis ordinibus mu-
ſicæ lib. 1. Pentacordorum & tetracordorum li.
3. Arque alia plura. Boſconus Burienſis.

* *Thom* poeta citatur à Stephano.
Thobias. vide Tobias.

Thomæ Sareptenſis epiſcopi Practicæ medici-
nalis.

Thomæ apoſtoli euangelium falſo ei adſcrip-
tum circumfertur, Nicephorus lib. 2. Eccleſiaſti-
cæ historiae.

Thomæ patricij tetraſtichon lib. 5. Anthologijs
& aliud *Thomæ* Scholaſtici lib. 4. ſeſtione 31.

Thomas Anglicus, ſcripſit Summam theolo-
giæ, Poſtillam ſuper Pfalterium, Duo quodlibe-
ta cum multis argutijs. De concordia librorum
B. Thomæ, De vnitæte formarum, De relatione,
Poſtillam ſuper Prouerbia Solomonis. Et quæ-
dam in beato Thoma compleuit. Tribuitur illi
ſumma Logicę ſub Aquinatis nomine impreſſa.

Thomas de Aquino, ordinis fratrum Prædica-
torum, Alberti magni in conuentu Colonienſi
auditor, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. ſummam
theologiæ lib. 4. contra gentiles lib. 4. contra ero-
rores Græcorum lib. 1. contra Armenos & Sara-
cenos lib. 1. compendium theologiæ lib. 3. de præ-
ceptis charitatis lib. 1. de fide & ſacramentis lib. 1.
ſuper oratione dominica lib. 1. ſuper Aue Maria
lib. ſuper ſymbolo apoſt. li. de centum oſto arti-
culis lib. de xliij. articulis lib. de 36. articulis lib. de
ſex articulis lib. 1. de differentia diuini verbi &
humani lib. 1. de natura verbi lib. 1. de ſubſtan-
tijs ſeparatis lib. 1. contra Auerroïſtas de intelle-
ctu lib. 1. aduerſum detractores religionis lib. 1.
de perfectione vitæ ſpiritalis lib. 1. contra impu-
gnatores ordinis lib. 1. de regimine principum
lib. 4. de forma abſolutionis lib. 1. de regimine Iu-
dæorum lib. 1. expoſitione primæ decretalis lib.
1. expoſitionem ſecundæ decretalis lib. 1. in Eſa-
iam prophetam lib. 1. in Hieremiã lib. 1. in Thre-
nos eiufdem lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1.
in tres nocturnos Pfal. lib. 1. in Iob ad literam li.
1. continuum in euangelia lib. 4. lecturam in eu-
angelia lib. 4. in epiſtolas Pauli lib. 14. in cano-
nicas lib. 7. de ſacramento altaris lib. 1. de huma-
nitate Chriſti lib. 1. de dilectione Dei & proximi
lib. 1. de diuinis moribus lib. 1. de beatitudine lib.
1. de puritate conſcientiæ lib. 1. de officio ſacerdo-
tis lib. 1. de ſignificatione miſſæ lib. 1. de vitijs &
virtutibus lib. 1. de emptione reddituum lib. 1. de
veritate ſummam lib. 1. de potentia Dei diſputa-
tio lib. 1. de actione Iudæorum lib. 1. quodlibeta
12. lib. 1. ſuper Boetio de trinitate lib. 1. ſuper eo-
dem de hebdomadibus lib. 1. ſuper libris Diony-
ſij lib. 4. de ſortibus lib. 1. de iudicijs aſtorum li.
1. de æternitate mundi lib. 1. de fato lib. 1. de prin-
cipio indiuiduationis lib. 1. de ente & eſſentia li.
1. de principijs naturæ lib. 1. de materia & dimen-
ſionibus lib. 1. de mixtione elementorum lib. 1.
de oculis operibus naturæ lib. 1. de motu cor-
dis lib. 1. de inſtantibus lib. 1. de quatuor oppoſi-
tis lib. 1. de demonſtratione lib. 1. de fallacijs lib.
1. de propoſitionibus modalibus lib. 1. de natura
accidentis lib. 1. de naturis generis lib. 1. de prin-
cipijs animæ lib. 1. de tempore lib. 1. de plura-
litate formarum lib. 1. de natura ſyllogiſmorum
lib. 1. de ſenſu & intellectu lib. 1. de inuentione
medij lib. 1. de natura luminis lib. 1. de natura lo-
ci lib. 1. de vniuerſalibus lib. 2. de intellectu & in-
telligibili

Sadol. l. 3. epiſt. 5. p. 102.

telligibili li. 1. dictorum suorum concordia li. 1. sermones multos li. 1. contra Guil. de sancto amore li. 1. Iubete Urbano papa III. officium festi corporis Christi composuit. in omnes Aristot. ac Porphyri libros commentatus est. Quæstiones de veritate S. Thomæ, typis excusæ. Tractatus de corpore Christi, siue sacramento Eucharistiæ, in German. olim exc. Tabula de passione Christi, Cæcena aurea, Contra gentiles, Commentarij super quatuor li. Sententiarum, excusi an. 1535. Commentarij in quatuor euangelia, excusi Col. 1535. apud Gymnicum, & Paris. 1537. in epist. Pauli, Paris. 1532. & 1526. Summa, impres. Lugd. 1520. & Venetijs apud Scotum 1505. & Haganoæ apud Knoblochum 1510. Quodlibetale Quæstiones impres. Venetijs apud Scotum 1501. Commentarij in Boetij libros de consolatione philosophiæ & disciplina scholarium, impressi cum ipsis operibus Boetij, de esse & essentia, de unitate intellectus, impressa. Summa totius Logicæ Aristot. exceptis topicis & elenchis, impressa Venetijs apud Simonem Biui laquam, 1495. Alij hæc Summa tribuunt Herueo Britoni, alij Thomæ Anglico. Commentarij super Logica Aristot. in libr. Peri hermenias, & in posteriora, 1496. cum quæstionibus Dominici de Fladria, Venetijs. In octo libros Physicorum Commentarij, impres. 1480. & 1504. apud Scotum, cum Roberti Linconiensis Summa in eosdem libros. Libri de cælo & mundo cum translatione antiqua & Ioan. Argyropyli, illustrati interpretatione D. Thomæ Aquinatis, annotationibus textuum & commentorum Averrois, deniq; additionibus Petri Aluerniatis, &c. Lucanionius de luntæ excudit Venetijs, 1516. Eiusdem commentarios Aquinatis, & additionem Pet. de Aluernia, Scotus impresserat ibidem, 1495. Commentaria in libros de generatione & corruptione, cum textu Arist. ibidem excusa 1498. apud Petr. Liechtenstein. in libros de anima, ibidem 1503. in parua naturalia commentarij, de sensu & sensibili, de memoria & reminiscencia, de somno & vigilia, cum additionibus Petri de Aluernia, & libro Proculi de causis, qui & ipse Thomæ Aquinatis commentario illustratur: opus impressum Venetijs 1505. Super Ethica commentarij, Venetijs 1519. cum Leonardi Arerini & Ioan. Argyropyli translationibus in metaphysica, in Politica. Florentiæ etiam sunt edita eiusdem commentaria in Apocalypsim Ioannis, apud Laurentium Torrentinum, anno 1549. in 8. char. 47. In præfatione scribitur Thomæ commentarios in Esaiam haberi Perusiæ apud Dominicanos. Commentarij eius in epistolas canonicas, Sermones dominicales & festiuales, excusi sunt in Italia. Commentarij in Iob, Esaiam, Ieremiã excusi sunt in Gallia. Librum de arte & vero modo prædicandi, Lugduni Carcham impressit. Thomæ Aquinatis Expositio aurea in librum Geneleos literalem sensum atq; spiritualem complectens, opera F. Antonij Senensis Lusitani primum edita. Antuerpiæ an. 1573. in 8. Summa Theologiæ cum commentarijs Caietani: impressa Antuerpiæ à Steelfio anno 1568. in folio: & à Plantino absq; comment. Caietani in 8. anno 1569. Eius Catenam auream in quatuor Euangelia, item Commentaria in Epistolas Pauli & Canonicas

excusa sunt Antuerpiæ apud hæredes Steelfij anno 1569. Omnia opera D. Thomæ Aquinatis in XVII. tomos distincta, impressa sunt Romæ apud hæredes Antonij Bladij anno Domini 1570. in folio. Obijt anno 1274.

Thomas de Argentina, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, scripsit super Sententias lib. 4. constitutiones ordinis sui lib. 1. & quedam alia. Vixit anno 1350.

10 Thomas de Argentina ordinis fratrum Prædicatorum scripsit sermones (qui à Tritensio reliquis omnibus huius generis scriptis præferuntur) Meditationum lib. 1. Epistolas, Quæstiones, Claruit anno D. 1495.

* Thomas Artour patria Nordouolgius Academia Cantabrigiensis alumnus, congeffit Microcosmum tragædiam lib. 1. Mundum plumbeum tragædiam lib. 1. In quosdam Psalms lib. 1. Homilias Christianos lib. 1. Transtulit Erasmus de milite Christiano. Obijt anno 1532. Baleus.

20 Thomas Ascheborne Anglus, monachus Augustinian. scripsit contra Trialogum Vuicleui lib. 1. De Identitate in sacramento lib. 1. Quæstiones ordinarias lib. 1. replicationum suarum lib. 1. lectiones bibliorum. Vixit anno D. 1382.

* Thomas Aulabij, Anglus, Cantabrigiensis magister, scripsit de origine ac successu Cantabrig. gymnasij lib. 1. Scripsit ante illum Nicolaus Cartilepus Vuallicus, Carmelita, opusculum eiusdem tituli lib. 1. Ioannes Baleus.

* Thomas Bacillerius Bononiensis legit dialecticam Bononiæ, deinde Patauij philosophiam extraordinariam, demum in Papiensi Academia Salario 500. aureorum stipendio philosophiam docuit, & multos in philosophia libros edidit, sunt impressi, Obijt anno 1522. L. Gauricus.

* Thomas Baiocensis vel Bayona cognomento iunior, composuit ad usum Eboracensis Ecclesiæ, cantus Ecclesiasticos lib. 1. Officiarium eiusdem Ecclesiæ lib. 1. Vixit anno 1169. Baleus.

* Thomas Beauxamis, theologus Parisiensis, Carmelita, scripsit Homilias & tabulas in sacro sanctæ cenæ mysteria, passionem & resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, annexis quibusdam scholijs ex primis ecclesiæ Patribus. Parisi anno 1570. in octauo. Idem scripsit Homilias in omnia quæ per quadragesimam leguntur Euangelia. Antuerpiæ anno 1569. Idem Compendium vocabularij theologicæ scholasticæ recognouit & auxit. Parisijs anno 1567. De cultu, veneratione, intercessione, inuocatione, meritis, festiuitatibus, reliquijs & miraculis sanctorum, Catholicam assercionem scripsit, quæ edita est Parisijs anno D. 1566. Homiliæ eius omnes simul excusæ sunt Venetijs anno 1572.

Thomas Becket Anglus, scripsit processum ad Papam Alexandrum lib. 1. apologiam ad Gilbertum lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Vixit 1171.

* Thomas Beckington, Anglus, scripsit super iure regis ad Franciam lib. 1. In Epistolas Petri Bleensis lib. 1. Sermones aliquot lib. 1. Claruit anno 1450. Baleus.

Thomas Beckon ex Nordouolcarum patria natus, scripsit Olfactorium spirituale, Conuiuium natalitium, Documenta Christiana, Orandi metho-

idum, Citharam Dauidicam, de belli politia, Cathichismum contra peccantes. De matrimonio Christiano. De natiuitate Christi, de Eucharistia, Contra adulteros, & alia. Claruit anno 1548. Gnomotheca Solomonis, item Sententia illustriores lobi, Dauidis, Tobæique. Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno Dom. 1557. in octavo. De vita pie instituenda lib. 1. excusus in 3.

* Thomas Blaureus Constantiensis ciuitatis consul, scripsit historiam captiuitatis & decollationes Ludouici Hetzer, Constantiæ factæ, anno D. 1529. excusam in 4. chart. 2. Germanice. Pro uerbia Solomonis carmine transtulit. Scripsit orationem de controuersia cœnæ Domini ad Illustriss. prinipem Palatinum Rheni, & alia quædam. Obijt in Heluetia e patria religionis causa exul spontaneus.

* Thomas Boderius Rothomagensis de ratione dierum criticorum.

* Thomas Borstale in Nordouolgiæ patria, ordinis eremitarum diui Augustini, scripsit Lecturam sententiarum lib. 4. ordinarias disceptationes lib. 1. Quodlibera scholastica lib. 1. Claruit anno 1290. Baleus.

Thomas Brabantinus, scripsit librum de bono vniuersali De apibus. De naturis.

Thomas Branduandinus (aliàs Brauardinus) Anglic. scripsit de Causa Dei (aliàs de causis Dei, & de virtute Dei causa causarum) contra Pelagianos, & alia quædam. à quibusdam hic liber in 3 scribitur, Summa doctoris profundi Thomæ Brauardini, &c. extat Romæ in Vaticana, scriptus anno 1411. Scripsit præterea de S. Trinitate lib. 1. De præscientia, vel de prædestinatione lib. 1. Commentarios scientiarum lib. 1. Geometrica principia lib. 1. placita Theologica lib. 1. sermones per annum lib. 1. De saluandorum præmio lib. 1. summam Theologiæ. Claruit, iuxta Volaterranum, anno D. 1357. Baleum verò 1270.

Thomas Branduandini arithmetica, excusa Parisijs apud Dionysium Rosæ, an. 1502. Eiusdem libri in Geometria, & de velocitate proportionum manuscripti extant apud Ioan. Dryandrum.

Thomas Bricotii textus suppositionum Logice Petri Hispani, & quæstiones in fine singulorum librorum, &c. impressa sunt cum Georgij Bruzelliensis Logica, vt supra dictum, Lugduni 1594. & 1599. apud Iannot de Campis. Item textus Aristotelis super octo libris physicorum abbreviatus per M. Thomam Bricot. cum continuatione textus M. Georgij & quæstionibus eiusdem, Parisijs venditur 15 solidis Gallicis.

* Thomas Brinton, monachus Benedictinus, scripsit sermones coram Pontifice lib. 1. sermones alios solennes lib. 1. Baleus.

Thomas Brome Londinensis, scripsit lecturam Theologiæ lib. 1. encomium scripturæ lib. 1. in Paulum ad Romanos lib. 1. in præfationem Hieron. lib. 1. & sermones de tempore. Vixit 1380.

* Thomas de Brundusio additiones & apostillæ super constitutionibus, capitulis, & pragmaticis regni Siciliae

* Thomas Bungey Minorita, Anglicus, edidit Commentarios sententiarum li. 4. De magia naturali li. 1. Quæstiones Theolog. lib. 1. Claruit 290, Bal,

Thomas Caiuchus, scripsit in Rubricam 1. infortiati. de vulg. & pub. l. 1. in 3. & l. hæredes. ff. de vulg. & pup.

* Thomas Campogius episcopus Feltrensis, scripsit de auctoritate Romani pontificis, tractatum iustum, in quò plurimæ quæstiones ad ius ecclesiasticum spectantes, deciduntur.

Thomas de Caniprato, natione Brabatinus, Alberti magni quondam discipulus, scripsit opus de apibus mysticis, quod vocauit, bonum vniuersale, distinctum in libros 2. de rerum natura lib. 1. vitam sanctæ Christianæ lib. 1. & sunt qui scribant. eum libros Aristotelis, quorum iam vultus in scholis est, transtulisse. Floruit anno 1270.

Thomas Carinus in librū Latomi. De triū linguarū & studij theologicæ ratione, Parisijs, 1519.

* Thomas Castelforde, Eboracensis, Benedictinus, scripsit historiam Ponfreti lib. 1. Gesta sui cœnobij lib. Baleus.

Thomas Chabham Anglicus, scripsit summam de pœnitentia. De peccatis lib. 1. commentarios & sermones plures. Vixit anno 1316.

* Thomas Chaloner equestris ordinis homo, composuit Dictionarium paruū pro pueris lib. 1. Transtulit Erasmi Moriam lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* Thomas à Chaues edidit summam sacramentorum ecclesiæ ex Doctrina Francisci à Victoria, ac multas quæstiones addidit, ex Conciliorum decretis præsertim Tridentini & aliorum. Venetijs 1569. in duodecimo, & Antuerpiæ 1572.

* Thomas Cillendenus iurisperitus, commentarijs illustrauit Leges antiquas lib. 1.

* Thomas Cisterciensis in Cantica. Sorbona.

Thomas Colbij, Nordouicensis, scripsit præceptorum diuinæ legis librum 1. Collectanea sacrorum dogmatum lib. 1. in orationem dominicam lib. 1. super Miserere mei, &c. lib. 1. conciones sacras lib. 1. de ecclesiæ syncretitate lib. 1. indices in Genesim, & alia. Opus etiam Vuilhelmi Songham de fide & legibus indice decorauit. Hæc Baleus, qui scribit eum claruisse anno 1406.

* Thomas Cooperus, Anglicus, Ludimagister, scripsit continuationes Lanqueti li. 1. Aucarium bibliothecæ Elioti li. 1. Castigationes in eandem li. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* Thomas Dando scripsit Vitam Alphurdi Regis lib. 1. Claruit anno Domini 1436. Baleus.

* Thomas Cottisfordus, Anglicus pijsimus homo, congeffit Anglicæ Exhortationem ad communicantes lib. 1. Ad ægrotantes & morientes lib. 1. Meditationem mulieris prægnantis lib. 1. Dialogum inter patientem & medicum lib. 1. Aduersus contractus occultos lib. 1. Contra Anabaptistas lib. 1. Ad eorū argumenta & rationes li. 1. Ad senatū Londinens. pro pauperibus lib. 1. Piaturū precationū lib. 1. Ad mercatorē Vintoniens. lib. 1. De peccato in spiritum sanctum lib. 1. In linguam patriam transtulit Confessionem fidei ex Zuinglio lib. 1. Catechismum Martini Micronij lib. 1. Ioannem à Laseo de disciplina eccles. lib. 1. Differentiam Christi & Dei Mauzim lib. 1. Obijt Francofordiæ anno 1555. Baleus.

* Thomas Cranmerus, Anglicus, Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ac totius Angliæ primas, omni

mas, omni virtutū genere cumulatiſſimus in Anglico ſermone compoſuit Catechiſmū doctrinæ Chriſtianæ li. 1. Ordinationes Eccleſiæ reformationis li. 1. De miniſtris ordinandis li. 1. Ee Eucharistiā cū Luthero li. 1. Deſenſionē catholicę doctrine li. 5. Ad veritatis profeſſores li. 1. Iura Eccleſiæ ſtica tempore Eduardi lib. 1. Contra Gardineri concionem lib. 1. Doctrinā cœnę Dominicę lib. 1. Contra tranſubſtantiationis errorē lib. 1. Quo modo Chriſtus adſit in cœna lib. 1. De vſu cœnæ dominicę li. 1. De Chriſti oblatione lib. 1. Homilias Chriſtianas li. 1. Ad Richardi Smithi calumnias lib. 1. Confutationes veritatum non ſcriptarum lib. 1. Locos communes ex Doctōribus lib. 12. De non ducenda fratria lib. 2. Contra primatū Papæ lib. 2. Aduerſus Papæ purgatorium lib. 2. De iuſtificatione lib. 2. Pias preceſiones li. 1. Epistolæ ad viros eruditos lib. 1. Scripſit ex carcere. Contra ſacrificium Miſſæ lib. 1. Contra adorationem panis lib. 1. Ad Reginam Mariam lib. 1. Exuſtus fuit Oxoniꝝ anno 1556. Baleus.

* Thomæ Cricquilloni, muſici, libelli quidam Louaniꝝ excuſi ſunt 1569.

* Thomas Dando ſcripſit vitam Alphredi Regis lib. 1. Claruit anno 1436. Baleus.

Thomas Dinus, vel potius Dini de Garbo filius, vide Thom. de Garbo.

* Thomas Diplomatarius, ſcripſit vitas Innocentij III. Bartoli à Saxoferrato, Pauli Caſtrenſis, Angli de Gambillonibus, Aretini, Alexandri de Tartagnis Imolenſis & Iaſonis Mayni.

* Thomæ Doicij Conſilium in materia excuſſionis, extrat in fine tract. Antonij de Canario.

* Thomas Dockingæ ex Nordouolgiæ comitatu Anglus Franciſcanus compoſuit Commentarios in Iobum lib. 1. Quæſtiones in Iobum lib. 1. In Deuteronomium li. 1. Super Eſaiam li. 1. Commentarios in Lucam lib. 1. Quæſtiones in Lucam lib. 1. In Paulum ad Romanos lib. 1. Ad Corinthios lib. 2. Ad Galatas lib. 1. Ad Ephesios lib. 1. Ad Philippenſes lib. 1. Ad Coloſſenſes lib. 1. Ad Theſſalonicenſes lib. 2. Ad Timotheum lib. 2. Ad Titum lib. 1. Ad Philemonem lib. 1. Ad Hebræos li. 1. In præcepta Decalogi li. 1. Lecturas bibliorum lib. 1. Super ſententias lib. 4. In poſteriora Ariſtotelis lib. 2. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Claruit anno 1270. Baleus.

* Thomas Eborall, Anglus, theologiæ doctōr, ſcripſit ſermones in viſitatione clerici Londinenſis lib. 1. Paulina bibliotheca.

* Thomas Eleſcon, Franciſcanus, Anglus, ſcripſit ad Simonem de Eſſebij, de rebus à ſua ſecta in Anglia geſtis, quod opus vocabat, De aduentu fratrum Minorum ad Angliam librum 1. De eorum impugnatione per dominicanos librum 1. Et alia quædam. Claruit anno Domini 1340. Ioannes Baleus.

Thomas de Eduardſton Anglus, monachus S. Auguſtini, ſcripſit determinationes Theologiæ lib. 1. ſermones per annum, & Lecturas ſophiſticas lib. 1. Vixit anno 1410.

Thomas Eliora Anglus, eques auratus, ſcripſit ex probatiſſimis authoribus Bibliothecā diſtionariam. Caſtellum ſanitatibus libros 4. Flores ſapientię, Vixit anno 1540.

* Thomæ Elyſij Neapolitani ordinis prædicatorum Piorum Clypcus aduerſus hæreticorū prauitatem: impreſſus Venetijs in 4.

* Thomæ Eraſti medici, Heluetij, Ratio formandorum ſyllogiſmorum breuiſſimā & facillimā, non tam ex arte vſum, quā ex vſu artē docens. Eiuſdem epiſtola ad M. Simonē Grynæum, de diſcrimine Lōgicæ, Dialecticæ, & ſcientiæ Demonſtratiuæ Baſilæ per Io. Opōr. 1565. Deſenſio libelli Hieronymi Sauonarolę de Aſtologia diuinatrice, aduerſus Chriſtophorum Stathmionem, medicum Coburgenſem, in quā ſimul declaratur, quæ ſit iſtā diuination: quæ eius partes: ad quam prænotionis ſpeciē pertineat: quomodo à licitis diuinationibus differat. Acceſſit alia eiuſdem argumēti diſputatio, quā 178. Theſes pro diuinatione Aſtologica ſcriptæ ſolidiſſime confutantur. Geneuæ 1569. in quarto. Deſenſio hæc ab auctore primū Germanice ſcripta fuit, nam Sauonarolę librum ex Italica lingua in noſtratē conuerſit & publicauit; vnde occaſio certaminis orta eſt: ſed Latinam ex Germanicā fecit certis de cauſis quas in præſatione exponit. Diſputationum de medicina noua Philippi Paracelſi pars prima, in qua, quæ de remedijs ſuperſticioſis & magicis curationibus ille prodidit præcipue examinantur. Baſilæ apud Pet. Pernam; anno D. 1571. in quarto. Diſputationum de noua Philippi Paracelſi Medicina pars altera. In qua philoſophiæ Paracelſicæ principia & elementa explorantur. Ibidem, anno 1572. Contra nouam Philippi Theophrasti medicinam, pars tertia. In quæ veræ medicinæ aſſertio, & Paracelſicæ confutatio continetur, anno 1572. Diſputationum pars 4. & vltima 1571. Declaratio libri Iacobi Scheggij de vna perſona & duabus naturis Chriſti, Geneuæ, anno D. 1566. in octauo abſque auctoris nomine. Reſponſio ad libellum D. Iac. Scheggij, quo nuper Anonymo libri ſui; de vna perſona & duabus in Chriſto naturis, inter præti reſpondit. Geneuæ, anno D. 1567. De cœnâ Domini libellus Germanice editus abſque auctoris nomine, Extant & alia eius ſcripta erudita ſane & elegantia, quæ tamen nondum publicata ſunt.

Thomas Fargeus Vellauius, ſcripſit generales quântitatis ſyllabarum regulas, elegis incluſas, quas excudit Baſilæ Opōrinus, anno 1550. Item Tumulum Orontij Finci mathematici, Græcè, Latine, & Gallice. Vaſcoſ. impreſſit Luter. 1555.

Thomas Faxioli, ſcripſit de dubijs Rōtæ.

* Thomæ Fazelli Siculi de rebus Siculis decades duæ. Venetijs excuſi, in folio.

* Thomæ Ferratij Brixienſis Cautelæ.

Thomas Fyle Anglus; monachus Dōminicanus, ſcripſit conciones per annum lib. 1. ſcholæ ſtica certamina lib. 1. Vixit anno 1380.

Thomas de Garbo, patria Flōrentinus, Dini quondam medici filius, ſcripſit ſummam medicinæ lib. 1. & quædam alia in Galenum, impreſſ. olim. Claruit anno 1346. vel vt alij 1311.

* Thomas Gaſcoigne Anglus, nobili loco natus Hieronymi Stridonenſis vitā ſcripſit li. 1. Theologicum dictionarium lib. 3. Septem flumina Babiloniæ lib. 1. Veritatis ex ſcripturis lib. 1. Ordine

narias lectiones lib. 1. Sermones Euangeliorum lib. 1. Claruit anno 1460. Balcus.

Thomas Geminus Lyfensis, scripsit Epitomen librorum Andreę Velasij de humani corporis fabrica, quę excusa est Londini in officina Ioannis Herfordiæ, anno Dom. 1545. chartis 86. cum figuris in ære pulcherrimis.

* *Thomas Gorrei* libellus de toto eo poematis genere, quod Epigramma vulgo vocatur, & de ijs quę nihil ad illud pertinent. Venetijs ex officina Francisci Zilleti in quarto, anno Do. 1568. De prosodia & versus componendi ratione. Venetijs anno 1570. in 16.

* *Thomas Grammatici* I. C. Super constitutionibus regni Siciliae additiones & apostillæ. Decisiones Regij consilij Neapolitani. Consiliorum criminalium vol. 1. Civilium vol. 1. Eiusdem additiones in Decisiones Neapolitanas Marthæi de Afflictis, cum illis excusæ sunt Francofurti anno 1573. in folio. Consilia, vota, seu iuris responsa Lugduni, anno 1550. in 8.

Thomas Griphi Spoletani prognosticon, anno Do. 1543. Romæ impressum, apud Baltazarem de Cartularijs.

Thomas Gualensis, ordinis fratrum prædicatorum, natione Anglicus, scripsit in totum Psalterium lib. 1. in Prouerbia Salomonis lib. 1. in Augustinũ de ciuitate Dei lib. 10. in Cantica canticorum lib. 1. item Moralitates in Ouidium lib. 15. de formis veterum deorum lib. 1. de statu animarum post mortem lib. 1. aduersus Iconoclastes lib. 1. lectiones biblicorum, &c. Claruit anno D. 1410. *Thomas Vuallois* Angli Interpretatio Metamorphoseos Ouidianæ secundum sensum moralem: impressa Parisijs ab Ascensio 1509.

* *Thomas Guntheri* Consolationes pro parturientibus 1564. Francofurti, Germanice.

Thomas Gybson Anglus, scripsit Herbarium. Summam prophetiarum lib. 1. contra Alcumistas imperitos lib. 1. de vario statu Britannia lib. 5. in Astrologiam Isagogen lib. 1. omnia Anglice. Claruit anno D. 1554.

Thomas De Hales Anglus & Minorita, scripsit disputationes scholasticas, Sermones Dominicales, vitam beatæ Mariæ virginis, Vixit anno Dom. 1340.

Thomas de Haselbach, natione German. scripsit in Esaiam prophetam lib. 1. super Sententias lib. 4. de decem præceptis lib. 1. de quinque sensibus hominis lib. 1. sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. Sermones super epistolas Pauli, & alia multa. Claruit anno 1410. *Thomas de Haselbach* scriptor Annaliũ, citatur in Chronicis Ioan. Cuspiniani.

* *Thomas de Hanneya*, Anglus, Grammaticus, composuit de partibus Grammatices lib. 1. Claruit Tolosæ anno Domini 1363. Londini bibliotheca.

* *Thomas Hasyluolde*, Anglus, Canonicus regularis in cœnobio de Ledijs, scripsit Chronicon paruum lib. 1. Claruit anno Domini 1320. *Guilhelmus Botoner* in antiquitatibus.

* *Thomas Herentatij* Speculum Christianæ vitæ Antuerpiæ in 16.

* *Thomas de Hibernia*, socius olim in Sorbona,

Parisijs, scripsit ex 30. authoribus, Tabulam originalium, seu manipulum florum lib. 1. Oxonijs bibliotheca. Eius flores omnium doctorum qui super sacris literis scripserunt, nec non quorundam aliorum doctorum, liber excusus Venetijs tomis duobus, anno Domini 1550. Eiusdem De Christiana religione. De illusionibus dæmonum, & tentatione diaboli. De remedijs vitiorum,

10 *Thomas Iorlius* Anglus, monachus S. Dominici, scripsit commentarios sententiarum lib. 4. in Psalterium Dauidis lib. 1. sermones per annum lib. 1. Vixit anno D. 1310.

Thomas Illyrici, sermo de charitate, apud S. Nicolaum de portu, anno Do. 1525. impressit Hieronymus Iacobus. Tractatus de laudibus nominis Iesu, Tolosæ anno 1519. Item tractatus de potestate Papæ.

* *Thomas Ismaelita*, Anglus, monachus D. Brigittæ vel Brigidæ de Syon, sub regula Basilij Magni, se seruum Iustorum atque omnium in Christo credentium, fratremq; peccatorum vocans, collegit ex dispersis per loca scriptis, Miracula quę Deus occultari voluit li. 1. Londini bibliot.

Thomas Iunta collegit opus de balneis, in quibus omnia quę extant apud Græcos, Latinos, Arabas, tam medicos quàm quoscunque cæterarum artium scriptores, qui vel integris libris, vel quocunque alio modo hanc materiam tractauerunt, hinc inde accurate conquisita & excerpta, atque in vnum volumen redacta continentur. Authores plus quàm septuaginta, quorum scripta de aquis & balneis in hoc libro continentur. Opus ab ipso impressum, 1553. in folio chartis 240.

Thomas de Kempis, natione Germanus, ordinis Canonicorum regularium sancti Augustini, scripsit de contemptu mundi lib. 4. sermones ad nouitios lib. 3. sermones ad fratres lib. 1. dialogos nouitiorum lib. 1. de vita solitaria lib. 1. de tribus tabernaculis lib. 1. de vera compunctione lib. 1. hortulus rosarum lib. 1. vallem liliorum lib. 1. alphabetum monachi lib. 1. consolationem pauperum lib. 1. epitaphium monachi lib. 1. qualis debeat esse monachus lib. 1. manuale paruulorum lib. 1. doctrinale iuuenum li. de contemptu mundi alium lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. De imitatione Christi, & contemptu vanitatum mundi libri eius tres, Tiguri impressi sunt in Germanicum sermonem transfusi, nullo authoris expresso nomine, 1545. Claruit an. 1410. Eiusdem Alphabetum religiosorum impress. est Parisijs a 1530. Opera eius aucta & diligentius recognita, ibidem impressa in folio 1570. Item sequentia opuscula de disciplina claustralium, Soliloquium, Sermonum 3. partes. Sermones 9. Dialogus nouitiorum. Epistolæ. De paupertate, humilitate & patientia. De vera compunctione cordis. Hortulus rosarum, Vallis liliorum, Manuale paruulorum. Doctrinale iuuenũ, Hospitale pauperũ, &c. Impressa sunt Venetijs apud Iuntas 1568. Libellus de Christo imitando Antuerpiæ 1569. in 12. Dillingæ 16. Basileæ in 8. stilo sermonis Latini elegantiore per Sebastianum Castellionem.

Thomas Keye, scripsit Paraphrasim in Euangelium Marci. Claruit anno Do. 1548.

Thomas

Thomas Langforde Anglus, scripsit Chronicon vniuersale, & sermones per totum annum. Claruit anno D. 1320.

* **Thomas Lanquet** Anglus, iuuenis studiosus scripsit Chronicorum Epitomen li. 2. Expugnationem Bononiæ lib. 1. Obijt anno 1545. Baleus.

Thomas Leirmat, vel Ersletonus, natione Scoticus, edidit Rhythmica quædam, & ob id Rhythmicus apud Anglos cognominatus est. Vixit anno 1286.

Thomas Leuerus Anglus, scripsit conciones aliquot impressas in Anglia. Claruit anno 1555.

Thomas Linacer, natione Anglus, medicinæ professor, vir vtraq. linguæ doctissimus, scripsit multa, ex quibus eius Rudimeta græmaticæ, impressa Parisijs à Rob. Steph. & à Vuechelo ibidè, & Basileæ à Brylingero, & Lugduni à Gryphio. de Latini sermonis emendata structura lib. 6. omniū in hoc genere præstantissimi: Rob. Steph. excudit Parisijs, 1527. & Vuech. ibidem: Cratander Basileæ 1530. Gymnicus Colonia, 1539. Gryphius Lugduni 1541. Ex Cl. Galeni operibus Latinitate donauit, de temperamentis lib. 3. de inæquali temperie lib. 1. methodum medendi, vel de morbis curandis, lib. 14. de sanitate tuenda lib. 6. de naturalibus facultatibus lib. 3. de pulsuum vsu lib. 1. hæc omnia, ex eius versione, cum reliquis Galeni operibus Latinis, impressa sunt Basileæ, methodus medendi ipso interprete, seorsim impressa ex Martini Gregorij recognitione, Parisijs 1530.

apud Cheuallionū, 1538. Transtulit quoq. Sphæram Procli, sepe iam excusam, & alibi, & Parisijs apud Courmontium Græce Latineq. Clar. 1520.

* **Thomas Linij** annotationes in Institutiones Iustiniani, excusæ Francoforti ab Egenolpho.

Thomas Lombe Carmelita, natione Anglicus, scripsit super sententias lib. 4. contra Lollaros lib. 1. de incarnatione domini lib. 1. sermones quoque lib. 1. & varias quæstiones, & quædam alia. Item Determinationes Theologiæ lib. 1. De incarnatione verbi lib. 1. lecturas scripturarum. Vixit anno Dom. 1390.

* **Thomas Lupsetus** cuius Londinensis, scripsit Exhortationem charitatis lib. 1. Semitam vitæ honestæ lib. 1. Viam rectè moriendi lib. 1. De malis fugiendis lib. 1. Regulas vitæ Christianæ lib. 1. Concilia ex Isidoro lib. 1. Epistolæ familiares lib. 1. In Ciceronis Philippicas lib. 1. Homilia aliquot lib. 1. In corruptos seculi mores li. 1. De formando vitæ statu lib. 1. De morte non pertimescenda lib. 1. Pro Erasmo contra Læum lib. 1. In Anglicum sermonem transtulit: Chrysoctomi, Nemo læditur lib. 1. Cyprianum de mortalitate lib. 1. Coleti sermones ad clerum lib. 1. Obijt anno 1532. Baleus.

* **Thomas Lyle** Dominicanus, Anglus, scripsit Conciones per annum li. 1. Scholasticas quæstiones lib. 1. Obijt anno 1360. Baleus.

Thomas magistri græmatici Græci quædam leguntur ab initio impressorum operum Aristophanis, Euripidis, & Pindari. Eius eclogæ, siue de lectus Atticorum nominū ordine alphabeti: liber impressus Parisijs, in exemplari quodam manuscripto, Theoduli nomen, non Thomæ magistri in titulo reperitur, de Theodulo autem supra

diximus. Thomæ græmatici decisiones excusæ sunt in Italia. * Thomæ magistri aurea omnium operum Chrysoctomi Epitome: in bibliotheca Ioan. Sambuci.

Thomas Mailorius Britannus, scripsit collectiones Anglicas lib. 1. teste Baleo.

* **Thomas** Maldon, Anglus, Carmelita, scripsit lecturam sententiarum lib. 4. Quæstiones ordinarias lib. 1. Determinationes Theologiæ lib. 1.

18 Quodlibeta quoque lib. 1. Actus vesperales lib. 1. Bibliorum introitum lib. 1. Lecturam in Genesim lib. 1. In Psalmos 48. lectiones lib. 1. In epistolam Iacobi lib. 1. Sermo 36. de tempore lib. 1. Sermones 34. de B. Virginitate lib. 1. Collationes solennēs lib. 1. Obijt anno 1404. Baleus.

* **Thomas** Martinus, Anglus, scripsit contra Ministrotum coniugia lib. 1. Baleus.

* **Thomas** Meleghini Ferrariensis Cōmentū suū per Polydamantis Tiberti artem notariatus.

20 **Thomas** Medici patricij Veneri, fabella Epitota, impressa per Bernardinum de Cerberis, anno Dom. 1483.

* **Thomas** Mitis Nymburgus edidit farraginem poematum Bouslai Hassisteinij Boemi. Pragæ anno 1570.

* **Thomas** Monemutensis professione monachus Anglus, scripsit Vitam Guilhelmi martyris lib. 7. Miracula eiusdem Guil. lib. 1. Claruit anno 1160. Baleus.

30 **Thomas** Mopus natione Anglus, Luciani dialogos aliquot transtulit, qui excusati sunt Basileæ apud Ioan. Frobenium, anno D. 1534. & postea Francofordiæ cum omnibus Luciani operibus Latinis. Eiusdem Utopia impressa Basileæ apud Ioannem Frobenium, & Lonanij apud Seruatium Sassenum, anno Do. 1548. Epigrammata eius, quorum plurima versa sunt ex Græcis, Ioan. Frobenius excudit Basileæ, anno 1520. scripsit præterea Comædias, Dialogos familiares, Declamationes, pro Erasmo aduersus fratrem lib. 1. progymnasmata Græca, Epigrammata Græcis. in declamationes Luciani. Dialogum promissa contra Fryth: contra Germanum Brixium. Aduersus Cordigeram eiusdem, de purgatorio contra Fryth: de iustificatione operum lib. 1. apologiam ad Tyndale lib. 1. de ecclesia contra Barnes lib. 1. in Martinum Dorpium lib. 1. Claruit anno 1535. Eius epistola in qua respondet literis Ioannis Pomerani, Louanij anno D. 1569. Utopia Colonia anno 1555.

* **Thomas** Murnar, natione Germanus, scripsit Charitulum in Instituta Iustiniani. Eadem in tabulas redegit, quæ Venerijs impressæ sunt. Eius honestorum poematum laudatio, impudicorum verò castigatio, impressa in Germania. Scripsit & orationes, & alia quædam. Idem scripsit quædam contra Zuinglium. item contra Sebastianum Hoffmeister: præterea librum de disputatione Badensi, & quædam alia quæ German. excusata sunt Lucernæ. Vixit anno 1520. Idem ex Hebræo in Latinū traduxit, Paschatis celebrandi ritum & preces quæ Hebræis in vsu sunt.

60 **Thomas** Naogeorgus, Germanico cognomine Kirchmaier, Straubinga inferioris Bauariæ oppido nō ignobili natus, scripsit & edidit Tra

*Inuenitur quædam
Angliae de-
bulla usque ad
Sabitanam est.
Vixit in d. d. d.
Ecclesiæ.*

gædias quinq; quarū nomina sunt, Pâmachus, Mercator, Incendia, Hamanus, Hieremias. Scripsit etiam annotatōnes in Canonicam Ioannis primā, prosa. Item confutationem de bello Germanico in Pedioneum trimetris scazontibus. Item epitomen Ecclesiasticorū dogmatum carmine hexametro heroico, Versibus iisdē li. 5. Agriculturae sacre, excusos Basil. 1550. in 8. char. 14. Collegit etiam Rubricas, seu summas Decreti. Hęc quidem edita sunt. Satyrarum libros decem, quos nondum perfecisse dicitur. Verit etiam ē Græco Isocratis libellum ^{apud Baonelas}, qui editus est: & alia quædā nondum edita. Idem edidit novam tragædiam Iudam Iscariotem, & duas Sophoclis tragædias Aiaceum flagelliferum & Philoctetē carmine transtulit. Item carmine heroico scripsit Regnum Papiisticum lib. 4. quibus omnes ferē totius Papatūs, ritus & ceremoniæ, vniuersaq; Papiistica religio describitur, excusa sunt hæc Basileæ ab Oporino, anno D. 1553. in 8. Præterea in Latinam linguā transtulit Dionis Chrysostomi orationes 80. quæ breui ab Oporino imprimuntur. Item scripsit explanationem in Enchiridion Epicteti impressam Argenting, anno D. 1554. in 8. * Satyrarum libros quinq; impressos ab Oporino, 1555. in octauo. Transtulit ē Græca in Latinam linguam Plutarchi libellos Conuiuium Sapientum, de Superstitione, de Socratis dæmonio, De Amore fraterno, de Ei apud Delphos, qui omnes simul impressi sunt: & præterea librum de Animi tranquillitate, cum Satyris editū. Propositiones de infantium salute. De componendis dissidijs religionis carmen. In Psalmum 25. Iudica me Deus explanationem. Basileæ, 1561. in 8. Rubricas omnes iuris Canonici, collectas edidit. Scripsit Satyras quibus addit Senecæ librum de Tranquillitate animi, & alterum de eadem re Plutarchi, a se trāslatum. Transtulit etiam aliquot alios Plutarchi libellos in linguam Latinam excusos Basileæ, sicut & priores in 8. Item Synesij epistolas ibidem editas.

* *Thomas Neuuemarket*, Anglus, Episcopus Carlisensis, scripsit Tractatū de Rhetorica lib. 1. Super arte dictandi li. 1. Epistolas ad diuersos li. 1. Carmina quoq; diuersa lib. 1. Conciones aliquot lib. 1. Claruit anno 1410. Baleus.

* *Thomas Norton*, Anglus, Briscollensis, cōmpositus alchimiam quandam li. 1. De transmutatione metallorum lib. 1. Claruit anno Domini 1477. sub Eduuardo quarto. Robertus Recordarius.

* *Thomas Nycols*, Anglus, Legisperitus in Anglicum sermonem transtulit historiam Thucydidis De bello peloponnesium lib. 8. Claruit anno 1550. Baleus.

* *Thomas Occlue* eruditione & generis profapia clarus, Anglus in sua lingua eloquēs, scripsit Planctum proprium li. 1. Dialogum ad amicū lib. 1. De quadam imperatrice lib. 1. De arte moriendi lib. 1. De cœlesti Hierusalem lib. 1. De quadam Ionatha lib. 1. De regimine principis lib. 1. Claruit anno 1410. Baleus.

* *Thomas Otterburne* professione Frāscianus, scripsit Historiam rerum Anglicarum lib. 1. Baleus.

* *Thomas Palmer*, Anglus, Dominicanus, scripsit

psit Super facienda vnionē lib. 1. De venefatione sanctorum lib. 1. De adorandis imaginibus lib. 1. De originali peccato lib. 1. De peregrinatione lib. 1. De indulgentijs quoque lib. 1. Claruit anno 1410. Baleus.

* *Thomas Parapalia* scripsit Prælua Feudalia in Rub. ff. vet. Si certum petatur. l. si quis nec causam, in 1. infor. in eiusdem Rub. soluto mat. l. 1. & 2. in locum. 1. Cod. de factosanc. eccl. l. 1. placet. & de transac. l. si quis ma.

* *Thomas Paynel* Anglus, transtulit ex Latino sermone in Anglicum idiomā, Regimen sanitatis. Vixit anno 1500.

* *Thomas Penketh* Vuaryntōnensis Augustinianus, scripsit summam Dialectices lib. 1. Elucidationis naturalium lib. 1. philosophantium præceptiones lib. 1. actus magistrales librum 1. lecturam sententiarum lib. 4. in Metaphysicam Aristotelis lib. 12. Placita Theologica lib. & alia quædam, Claruit anno D. 1483.

* *Thomas Penzelo* Vuidensis, modus studendi, impressus Lipsiæ à Iacobo Thanner, anno 1504.

* *Thomas Peirel* Anglus, Carmelita, congeffit Quæstiones Theologiæ lib. 1. sermones solennes lib. 1. Ordinationes sui cleri lib. 1. Obijt anno 1418. Baleus.

* *Thomas Philologi* liber de vita vltimā annos 120. protrahenda, impressus Venetijs in quarto. Eiusdem morbi Gallici sanandi modi omnes, Vni ligni & aque vnctionis, ceroti, suffumigij, &c. Ibidem anno 1545.

* *Thomas Philomelus* Londinensis, scripsit In mortem Guilhelmi Lilij lib. 1. Super obitu Ioannis coleri Carm. 1. Claruit anno 1524. Baleus.

* *Thomas Phaiet* Brytannus, professione Leguleius & medicus, edidit Communium scriptorū exemplaria lib. 1. De natura breuium quoque lib. 1. Transtulit ex Gallico sermo. De ægritudinibus puerorum lib. 1. Regimen viræ naturalis lib. 1. De pestilentia & eius curatione lib. 1. De natura simplicium lib. 1. Claruit anno Domini 1550. Baleus.

* *Thomas Plonaratus* patricius Constantinopolitanus, l. C. scripsit de præstantia doctorum, qui à Phoroneo Inachi Argiuorum rege ad hæc vsque tempora nostra defluerunt: in quibus Iureconsultorum vitas legaliter & historice complectitur. Claruit anno D. 1508.

* *Thomas Pontius* Anglus, monachus, scripsit De clara Dei visione lib. 1. Claruit anno Domini 1332. Baleus.

* *Thomas Radclyf* Leycestriensis, monachus S. Augustini, scripsit lecturas scholasticas lib. 1. & Conciones vulgares. Vixit anno 160.

* *Thomas Radini* Todischi, Placentini, Oratio ad principes & populos Germaniæ, contra Lutherum. Eiusdem oratio in Philippum Melancthonem. Eiusdem carminis quædam citantur à Stœphero in commentarijs in speram Procli.

* *Thomas Rhinerus*, Heidelbergensis Gymnasij professor publicus, scripsit annotationes in Iuuenalem, Persium, Lucanum, Quintilianum, & dispositiones in aliquot Ciceronis orationes, quæ tamen omnia nondum typis excusa sunt. Claruit anno D. 1541.

Thomas Robertsonus, scripsit Annotationes in Regulas Guilielmi Liliij de Latinorum nominum generibus, verborum præteritis & supinis, adiecit insuper Appendicem de nominibus heteroclitis, verbis defectiuis, & versibus pangendis, appositis vbique annotationibus. Bebelius excudit Basileæ, 1532.

Thomas Rodburnæ episcopus Meneuiensis, scripsit Chronicon perpulchrum. Claruit anno Domini 1412.

* *Thomas* Rorarij Admonitio & consolatio ad Christianos è Bauaria pulsos, 1570. in 8. Germanice. Concio de pulsu campanarum arcendæ grandinis causa; in qua ratio redditur vnde grandines & aliæ tempestatis oriantur, & quomodo pellen dæ sint. Tubingæ, 1570. Germanice. Conciones 25. de graui annonæ caritate. Francofurti, 1572.

Thomas Ryngstedæ Anglus, monachus Dominicanus, scripsit lecturam sententiarum li. 4. placita theologica lib. 1. commentarios in psalterium li. 1. in parabolas Salomonis Distinctiones Theologice lib. 1. & alia. Vixit anno 1370.

* *Thomas* Schelbachij Conciones aliquot Germanicæ de verbo Dei impressæ Gorlicij, 1569. Eiusdem Patrocinium pauperum, siue de elemosyna. liber Germanicus ibidem excusus.

Thomas Scrope Anglus, Dromoriensis episcopus & Carmelita, scripsit de Carmelitarum ordinis primordijs ac dignitate lib. 1. de eodem ordine ad Eugenium pontificem lib. 1. catalogum sanctorum eiusdem lib. 1. compendium historiarum & iurium lib. 9. priuilegiorum Papalium lib. 1. in decem præcepta commentaria. Claruit anno 1491. quo etiam obiit.

* *Thomas* Spenserus Anglus, Carthusianus, composuit in Paulum ad Galatas lib. 1. Obijt anno 1529. Baleus.

Thomas Sperman Anglus, monachus S. Dominici, scripsit in totam Genesim, in epistolam Pauli ad Hebræos, in Canonicam Iacobi, & alia. Claruit anno Domini 1290.

Thomas Spottey Anglus, Benedictinensis familiaris, scripsit Chronica Cantuariorum, huius vitam describit Ioannes Baleus.

* *Thomas* Stacy, Anglus, Mathematicus, composuit Iudicia reuolutionum lib. 1. Et alia quædam. Claruit anno Domini 1440. Cantabrigiæ bibliotheca.

* *Thomas* Staucham, Anglus, monachus, edidit Tabulam Doctorum vniuersalem lib. 1. In lectionem Guil. de Vuara li. 1. In lectionem Rob. Couerton lib. 1. In Delamarum contra Thomam lib. 1. De salutatione angelica lib. 1. De excellentia nominis Iesu lib. 1. Conuertimini ad Deum lib. 1. Sermones diuersos lib. 1. Cursum moralem lib. 1. In Lucam collectanea lib. 1. Obijt ann. 1346. Bal.

Thomas Stubes Anglus, professione Dominicanus, scripsit de Constitutis ecclesiæ lib. 1. aduersus impugnantes eadem li. 1. de vita solitaria li. 1. de arte moriendi lib. 1. Vixit anno 1350.

Thomas Suetonius Anglus, Dominicanus, scripsit Quæstiones difficiles li. 1. quodlibeta duc. te Relatione lib. 1. de vnitare formæ lib. 1. in prædicamenta Aristot. lib. 3. in sex principia lib. 1. in priora & posteriora lib. 4. in Perhermenias li. 2.

compendium Thomæ lib. 1. breuiarum Theologiæ lib. 4. summam Theologiæ lib. 1. in Psalterium commentaria. Claruit anno 1290.

* *Thomas* Sternholde, Anglus, traduxit in rhythmos Anglicos. Ex Psalmis selectioribus 17. lib. 1. Obijt anno 1549. Baleus.

* *Thomas* de Sturæia, Anglus, Augustinianæ sodalitatis, composuit De sacramentis lib. 1. Moralitates in Apocalypsim lib. 1. Excerptiones Philosophorum li. 1. De vtroq; seculo prognosticon lib. 1. Declamationes quasdam li. 1. Clar. 1370. Bale.

* *Thomas* Suleman, de insula Gernezæ natus, vir antiquarum studiosissimus; Thomæ Becketi facinora in Anglia descripsit lib. 1. Et alia. Sepultus tandem Londini fuit apud Carmelitas, anno Do. 1545. Ioan. Lelandus.

* *Thomas* Suuineron, Anglus, scripsit De papalium susurris li. 1. De pontificibus schismaticis lib. 1. De tropis scripturarum lib. 1. Obijt exul anno 1554. Baleus.

* *Thomas* Thanholtzer Concio funebris impressa Gorlicij 1572. Germ.

* *Thomas* Thyrici Rheti, libelli duo de peste, manuscripti extant apud Casparum Vuolphium medicinæ doctorem.

* *Thomas* Triuizanus, Græco carmine reddidit Pub. Ouidij Nasonis epistolam, Paris Helenæ. Scripsit Epigrammata varia Græce. Patauij excudit Iacobus Fabrianus 1553.

* *Thomas* de Tuderto, Ars Sermocinandi. M. Dresserus.

Thomas Tzamen Aquægranensis, musicus symphoneta quasdam modulationes composuit.

Thomas Valois, idem qui iam dictus est *Thomas* Gualensis.

Thomas Vatoye, natione Scotus, scripsit de prælio Otteburnensi lib. 1. Vixit anno 1290.

Thomas Venatorij natione Germani, de virtute Christiana lib. 3. Fædericus Peypus excudit Norimb. 1529. Draco mysticus, siue venatio, versibus hexametris, excusus Argenting. Aristophanis Plurum Latinis versibus reddidit: Petreius excudit Norimb. 1531. Græce & Latine è regione. Fertur & carmina quædam composuisse de cruce, & ex Epigrammatis Græce vertisse complura. Eiusdem liber de baptismo paruulorum, item Epiphania Crucis, impressa sunt Norimb. in 8. Item commentaria in priorem D. Pauli epistolam ad Timotheum. Claruit Norimbergæ 1548.

* *Thomas* à Veiga tomus primus commentariorum in Galeni opera, complectens interpretationem artis medicæ, & librorum sex De locis affectis. Antuerpiæ in officina Plantini.

Thomas de Vio Caierani Cardinalis S. Xysti, aduersus Luther. opuscula. videlicet de fide & operibus, de comunione, de confessione, de satisfactio ne de inuocatione sanctorum: exc. Lug. 1536. apud Fressæos. Extat eiusdem Summa de peccatis, & de cambijs, item defensorium montis pietatis. Eiusdem extant Comentariorum in omnes libros historicos veteris testamenti: item in Pentateuchum, In Iob, Psalmos & Proverbia: in Euangelia, & epistolas apostolorum Liber de autoritate Papæ & concilij. Liber de diuina institutione Pontificatus. De coniugio liber. Comentariorum in Por-

phyrium, in Aristotelis Prædicamenta, Perihemenias, analytica, in eiusdem libros de anima, in Thomam de ente, de analogia, Quæstiones De sensu agente, De cælo & mundo, Hęc omnia partim Venerijs, partim Romæ impressa sunt. * In Parabolas Salomonis Romæ, anno 1542, in fol. 1542. & Parisijs in octavo cum libello de connubio Regis Angliæ. In Pentateuchum Parisijs in folio 1539. Scripsit etiam in Acta apostolorum. Fragmenta in Esaiam. Ientacula in nouum testamentum. Commentaria in summam S. Thomæ. Quæstiones de potestate pontificis. De potestate concilij. De pontificatu. De collatione sacri ordinis. De confessione. De voto. De ritu celebrationis. De castitate. De elemosinæ præcepto. De simonia. De maleficijs De festo. De matrimonio. De vsu rerum spiritualium. De psalmo virginis. De infinitate Dei. Orationes coram Alexandro VI. De vita domini cultus. De vnione verbi Dei. De causa mali. De immortalitate animarum, coram Iulio II. Quomodo spiritus patiantur ab igne, coram eodem. De synodorum differentia. Et alia tum physica, tum Theologica. Obijt anno Domini 1534. ætatis suæ 66. Vitam eius descripsit Antonius Fonseca, quæ cum commentarijs in 7 libros Moysi impressa est.

* Thomas Vitaley, Anglus, theologus, scripsit luculentos commentarios in epistolas Pauli li. 14. Ioannes Lelandus.

Thomas Vualdé, Carmelita, natione Anglicus, scripsit contra Vuicleffias & Hussitas, opus quod vocat doctrinale ecclesiæ, distinctum in lib. 3. super sententias quoq; li. 4. in libros Ethicorū li. 10. in libros Physicorū li. 4. in libros de cælo & mundo lib. 4. in de generatione & corr. li. 2. Meteororum lib. 4. in libros de anima lib. 4. Præterea in Genesim, Exodū, Leuiticū, in Salomonis sapientiam, in Paulū ad Romanos, Acta Apostolorū, in primā Petri canonicā, Sermones ad clerū Oxoniensem, Fasciculum zizaniorum Vuicleui, de religione perfectorum li. 1. de veritate Evangelica lib. 1. de corpore Christi lib. 1. de diuinatione lib. 2. de præscientia & prædestinatione lib. 1. de fide lib. 6. de defensorio pacis lib. 2. de indulgentijs li. 1. de paupertate lib. 1. in Aristot. de anima lib. 3. de decem prædicamentis lib. 3. sophismatū Strophas lib. 1. rudimenta Grammatices lib. 1. ad Constantiense Conciliū lib. 1. & alia quæ enumerantur apud Baleū in eius vita. Claruit aulān, 1430. quo etiam obiit. Eiusdem de sacramentis lib. impref. * Thomæ Vualdensis Carmelitani Angli. Doctrinalis antiquitatum ecclesiæ lib. 5. Eiusdem contra Vuicleuitas de sacramentis lib. 2. editi Parisijs ab Ascensio. De sacramentalibus li. 1. In suis scriptis sæpe in Pragenses & Bohemos inuehitur. Scripsit autē, vt illis temporibus copiose & philosophice.

* Thomas Vualsinghā, Anglus monachus Benedictinus, congeffit ex aliorum historijs, De gestis Anglorū li. 1. Historiam breuiorē lib. 1. Auctuarium Polychronici lib. 1. Acta regis Henrici sexti lib. 1. Claruit anno 1440. Baleus.

* Thomas Vuigenhale, præmonstratensis ordinis, Canonicus, scripsit ad Nordouol. suos, Narratiuncularum farraginem lib. 1. Claruit anno

Domini 1470. Ioannes Lelandus.

Thomas Vuike, seu Vuicius, Canonicus Oxoniensis, scripsit de præclarioribus principum atque aliorum factis à Guiliel. Nothi initijs vsque ad Eduardum primum: hoc est, annum 1067. & catalogum abbatum de Osney. Claruit 1290.

* Thomas Vuilsoutis, Anglus, Anglicè scripsit Regulam ratiortis, seu artem Logices lib. 1. Fontem sapientiæ de arte Rhetorica lib. 1. Claruit anno 1550. Baleus.

* Thomas Vuyat eques atratus, Anglus in Anglicos rhythmos transtulit Psalmos penitentiales lib. 1. Psalterium quoq; totū li. 1. Diuersi generis cantilenas lib. 1. Obijt anno 1541. Baleus.

Thomas Vuyet Anglus, transtulit in Anglicā linguam Davidis regis Psalterium, Claruit anno Domini 1542.

* Thomas Vuilton, Anglus, Cancellarius ad D. Paulū Londini, scripsit de validis mendicantibus, num sint in statu perfectionis, contra fratrum mendicitatem lib. 1. Petitiones 7. orationis dominicæ lib. 1. Claruisse fertur homo modestus anno Dō. 1460. Londini bibliotheca.

* Thomas Vuinchecombæ, Anglus, monachus de Euesham, scripsit Chronicon sui cœnobij lib. 1. Guilhelmus Barome.

Thomas Vuinteron Stanfordiēsis monachus, scripsit contra confessionem Vuicleui lib. 1. de Eucharistia lib. 1. disputatio nes Theologiae lib. 1. Vixit apud Anglos, anno D. 1382.

Thomas de Vileya patria Sudouolcas, Gippes suuicensis Carmelita, scripsit Quæstiones Theologiae lib. 1. in Apocalypsim Ioannæ & alia. Vixit anno 1290.

Thomæ Vuolphij Germani epistola, cum Adolescentia lac. Vuimpfelngij impressa. Eiusdem expositio in Psalmum 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: Argentinæ 1508. Item in Psalmum 110. ni fallor.

* Thomas Zinggenbergius Logisticen diu Bernæ Helueticum docuit & eius præcepta vernacula lingua descripta edidit anno 1540.

Thomasius patria Ferrariensis, ordinis fratrum Prædicatorum sancti Dominici, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermōnes per quadragesimam lib. 1. & alia.

* Thomellus historicus, patriæ Flandrius, scripsit vitam Baldeuini Insulani, comitis Flandriæ lib. 1. Chronicon quoq; lib. 1. Claruit anno Domini 1070. Iacobus Meier.

Thossam Muissart Insulani, iudicium astronomicum anni 1523. Salinis conscriptum, anno 1522.

Thracefus quidam citatur in Chronicis Ioannis Cuspiniani.

Thrasas historicus citatur apud Plutarchum in vita Catonis Vicensis.

* Thrasionides comicus citatur à Clemente 2. Strom.

* Thrasas Mantinensis radicem permissimus habitus est. Plinius, qui eius testimonio aliquoties vsus est.

* Thrasylus vel Thrasylaus in libro inscripto. De legendis Democriti libris, citatur à Laertio.

Ex Thrasylli Aegyptiacis quædam euasur, apud Stobæum in sermone de morbis.

Thrasymachus

Thrasymachus Chalcedonius sophista, discipulus Platonis & Iocratidis, scripsit rhetorica quædam, &c. Suidas. Citatur ab Athenæo quoque *Thrasymachus*.

Thrasymachus scripsit ædificiorum libros, ex quorum tertio *Amphiarai* historiam se mutuo accepisse fatetur *Plutarchus*, cap. 11. parallelorum minorum.

Thucydides Athenien. historiographi de bello Peloponnesium & Atheniensium (cui ipse interfuit, circa Olympiadem 87.) lib. 8. Græci, impressi Florentiæ apud *Bernardum Iuntam*, 1506. cum commentarijs Græcis anonymis, ubiq; iuxta textum adiectis: & *Basil.* apud *Heruagium*, 1540. ex castigatione *Ioach. Camerarij*, cum annotationibus eiusdem: sed in ea editione commentarij seorsim excusi sunt, non ad textum appositum. Et postremo ab *Henrico Stephano* Græce, & seorsim etiam Latine. Vna cum scholijs Græcis suæ integritati restituitis. Præterea *Vuilenbergæ* Latine 20 *Vito Vuunshemio* interpretata, 1569. in folio.

Thure de Castello Bononiensis liber de balneis Porretanis, impressus olim Venetijs, cum alijs quibusdam, sermone barbaro. Idem liber à *Iuano* impressus est, anno Domini 1553. cum variorum authorum scriptis de balneis.

* *Thurnæ* Annae Speculum poetarum, declaratio, modus ac methodus componendorum omne genus poematum. Item, Loci communes, ex quibus ornata omnia poetica bene eloquendi ac dicendi petantur. Venetijs, 1571. in quarto.

Thylli octostichon lib. 3. Anachologij, sect. 12.

Tibaldi carmina quædam leguntur in imaginibus *Pauli Iouij*

* *Tiberius* Bacilerius in Logica n. Sorbona.

Tiberianus Bænicus, scripsit pro suspitione, qua cum *Prisciliano* accusabatur hæreseos, apologeticum, tumentis compositoq; sermone, &c. Hier.

* *Tiberij* Imperatoris Constitutio vna Græce 40 edita à *Scringero*, & Latine facta ab *Agyleo*. H. *Stephanus*.

Tiberij fragmenta quædam, impressa cum *Absyrto*, & reliquis hippiatricis Græcis.

Tiberius philosophus & sophista varios rhetoricos libros conscripsit, quos *Suidas* recenset. *Tiberij* de figuris seu schematibus rhetoricis liber, extat Græce Venetijs apud *Diegum Hurradum*.

Tiberij hexastichon li. anachologij, sect. 33. *Tiberij* Illi tetraastichon & octostichon, ibid. sect. 33.

Tiberij *Claudij* *Donati* ad *Tiberiū* *Claudium* Maximum *Donatianum* filium, interpretationes in *Aeneida* *Virgilij*, primum impressæ *Neapoli*, deinde Venetijs, demum *Basilææ*, ex restitutione *Georgij* *Fabricij*. Huic editioni additus etiam *Seruius*. Item auctorum quibus in *Virgilio* *Seruius* vitur, & eorum librorum qui testi porum iniuria amissi sunt Catalogus, cum duplici indice in *Donatum* & *Seruium*, *Basilææ* excudit *Henricus* *Petri*, anno Domini 1551.

Tibullus de modo viuendi, seu de moribus sanctæ vitæ Item de actionibus animatorum, adducitur in libro, qui *Lumen vitæ* inscribitur.

Ticonus Afer, siue *Tichonius*, scripsit de bello intestino lib. 3. expositorum diuersarum causarum

rum lib. 1. regulas sacræ scripturæ lib. 1. in *Apocalypsin* *Ioannis* lib. 1. epistolas ad diuersos, & alia multa. Vide *Gennadium*. Claruit anno Domini 390. Eius *Regularum* lib. 7. inter *Orthodoxographa* editi sunt anno 1569.

Tillius. vide *Tyllius*.

Tilmannus Aquensis, natione Germanus, de alio lapide dictus, *Carmelita*, scripsit in euangelium *Matthæi* li. 1. super sententias quoq; li. 4. sermones etiam, & varios in *Biblia* commentarios, *Quæstiones Theologicæ* lib. 1. Claruit anno Domini 1360. *Ioannes* *Trissa*.

Tilmannus ordinis canonicorum regularium, scripsit de vinea spiritali lib. 1. de institutione nouitiorum lib. 1. & quædam parua exercitia. Vixit anno 1485.

* *Tilemannus* *Bredbachius* descripsit bellum *Liouonicum*, quod *Moscouiæ* princeps aduersus *Liouones* gessit, 1558. in octauo. Idem *Apologæticum tractatum* *Martini* *Eisengreim* de Certitudine gratiæ, in *Latinam* linguam transtulit, excusum *Colonix*, 1569. Scripsit *Orationes* de *Purgatorio*. *Ingoltdadij*, 1560.

* *Tilemanni* *Breulei* *Miles* *Christianus*, An *miles* *Christianus* in his bellis quæ *Papa* per suos contra *ecclesias* reformatas gerit, salua conscientia stipendium accipere & militare possit, 1573. *Germanice*.

Tilemanni *Cragij* *Luchouiani*, *Germani*, De imagine *Dei*, & primorum hominum. Item de corruptione imaginis & eiusdem renouatione. Item de signis tenatorum, *Impressum* *Magdeburgi*, anno 1549.

Tilmannus *Dolmaniensis*, *Vuestphalus*, ordinis *S. Augustini* canonicus, scripsit *Volume* de laudibus *B. Mariæ* virginis, quod *Coronant S. Mariæ* inscripsit. Item super illis verbis *domini*, Nisi quis conuersus fuerit sicut paruulus, traæ stationem longam.

Tilmannus de *Hachenberg*, *Minorita* *Germanus*, scripsit sermones de tempore li. 1. sermones de sanctis li. 1. sermones per quadagesimam li. 1. & quædam alia Claruit *Confluentiæ*.

* *Tilemanni* *Heshusij* oratio de sublimi auctoritate *Apostolorum* & *Prophetarum*, in ecclesia *Dei*, habita *Ienæ*. *Examen* *Theologicum* complectens præcipua capita doctrinæ *Christianæ*: *Ienæ*, 1571. *Epistola* ad *Matthiam* *Flaccium* *Illyricum*, de controuersia, An peccatum originis sit substantia: Item *Analysis* argumentorum quibus idem *Illyricus* vitur. *Ibidem*, 1572. Ad iudicium *Ph. Melanchtonis* de cœna *Domini* *Responso*: in 4. De præsentia corporis *Christi* in cœna. *Causæ* cur peccator impænitens à pastore ecclesiæ non admitti debeat ad *Baptismum* testis *infantis* baptizandi, neq; ad communionem cœnæ *Domini*. *Ienæ*, 1573. in 4. *Germanice*. De *Christo* coram hominibus confitendo, libellus *Germanicus*. *Ienæ*, 1571. *Testimonia* collecta ex libris *Lutheri*, quæ ostendunt peccatum originis non esse substantiam hominis. *Ibidem* 1572. *Germanice*. *Explicatio* prioris *Epistolæ* ad *Corinthios*. *Ienæ*, 1573. De exorcismo in actione *Baptismi*. *Ibidem* in 4. 1573. De cœna *Domini* conciones 4. *Ger.* 1572. *Ienæ*. *Cócio* de cruce *D. N. Iesu Christi*,

& Christianorum, ac cum defensoribus corruptelarum non posse firmam pacem fieri. Ienæ, 1570. Germanice, quarto. Eiusdem conciones sex de Lege, Laugingæ excusæ in quarto Germanicæ, 1569. Conciones octo de agnitione Dei, Ienæ, 1570. Libellus precum Germanicus, Ibidem. Oratio de synodis ecclesie, Ienæ, 1571. Epistolę Pauli ad Hebræos explicatio, tradita Ienæ. De peccato originis contra Manichæorum deliria, 1571. Ienæ. Propositiones de peccato originis disputatę Ienæ. De vera Iesu Christi ecclesia eiusque auctoritate lib. 2. 1572. Sexcenti errores quos Pontificia ecclesia contra verbum Dei defendit. Francofurti, 1572. in 8. Antidotum contra dogma Illyrici, quo asserit, Quod peccatum originis sit substantia, Ienæ quarto. Propositiones & solutiones præcipuarum obiectionum, de iustificatione hominis coram Deo. Ibidem. 1572. Defensio veræ & pię sententię D. Augustini, quod peccatum originis non sit substantia, sed accidens vitium, contra Matth. Flaccium. Ibidem, 1572. Propositiones de æterna diuinitate Spiritus sancti. Ibid. * *Tilmanni Segebergensis*, de septem sacramentis liber vnus. Colonia, 1546.

Tilemanni Stellæ Sigenensis, Hessi, typus chorographicus celebriorum locorum in regno Iuda, & regno Israel, ad lectionem sacrorum librorum, exc. Vuitenbergæ, 1552. per Ioan. Cratonem. Addita explicatione aliquot locorum insignium & historię per Philippum Melanctonem. Excipitur etiam eius chorographia totius Germanię. 30

Timachidas Rhodius, scripsit carmine libros vndecim conuiuiorum. Suidas. *Timachidę* Glossę citantur ab Athenæo libro secundo.

Timæus Andromachi F. Tauromenites, quem Athenienses Epitimæum ab increpando vocauerunt, dictus etiam Græosyllectria quod quælibet in literas referret. Scripsit Italica & Sicula libris octo, Græca & Sicula. Compendium Rhetoricorum argumentorum libros 68. Olympionicas, seu acta Chronica. Suidas. Idem refert Timæum de Syria & eius vrbibus & regibus scripsisse tres libros. Citatur à Cicerone, qui illum Pyrrhi bellum scripsisse refert: quæ forte sunt Italica; Meminere etiã eius Plutarchus, Plinius, Laertius.

Timæus qui de medicina metallica scripsit, citatur à Plinio lib. 33.

Timæus Locrus philosophus Pythagoricus, 50 scripsit mathematica, de natura, & de vita Pythagorę. Suidas. Extat in fine Græcorum Platonis operum impressus libellus Timæi Locri, de natura & anima mundi, Dorica dialecto. Quinetiam in dialogo Timæo, ipsum de natura disserentem Plato inducit. Hunc puto esse Timæum mathematicum quem Plinius citat lib. 5. & 16.

* *Timagenes* Alexandrinus bello captus & Romanam perductus Romę docuit, sub Pompeio & postea Cæsare Augusto, libros quam multos scripsit. Suidas, & mox: Timagenes historicus, maris totius situm libris quinque est complexus. Citat etiam Stephanus Timagenem primo βασιλειας. Meminit huius Suetonius in Augusto. Allegatur etiam à Plin. Timagenes lib. 3. Nat. histor. 60

Timagenes Milesius historicus post Thucydem & Philiscum scripsit libros 5, de Heraclea & viris in ea claris: & epistolas. Suidas.

Timagora librum primum de Fluuijs, Stobæus citat in sermone de Morbis.

* *Timanus* Borkensis collegit S. Patrum auctoritates & testimonia, de Baptismatis sacramento atque eiusdem ceremonijs contra Anabaptistas, & reliquos ecclesię Catholicę hostes, Colonia apud M. Cholinum, 1571.

Timarchus scripsit de Eratosthenis Mercurio, Athenæus.

Timarchus medicus citatur à Plinio lib. 2. 26. 27. Naturalis historię.

Timaristus aliàs Timarchus citatur ab eodem 21. & sex deinceps libris.

* *Timaristus* medicus halicacabum carmine laudauit. Plinius: hic libro 26. perperam Timarchus nominatur.

Timestheus tragicus, fabulę eius sunt, Danaides 2. Hectoris redemptio, Hercules, Ixion, Capaneus, Memnon, Proci, Iouis natalis, Helena repetitio, Orestes, Pylades, Castor & Pollux. Suidas.

Timocles Atheniensis comicus: fabularum eius sunt, Demofatyri, Centaurus, Caunij epistolę, Epichærecacus, Philadicastes Pugil, vt inquit Athenæus in libris Dipnosophistarum. Suidas.

* *Timocles* comicus. Fabularum eius sunt, Bacchę, Polypragmon, Icarij, Delus, Lethe, Bacchus, Conifalus, Porphyra, quę etiam videtur Xenarchi esse. Heroes, Dracontium, Neera (Meretrix Neera est) Orestes, Marathonij, Hęc Athenæus dicit in libris Dipnosophistarum. Sunt & alia plura. Suidas. Porro apud Athenæum & Stobæum vnus tantum Timoclis mentio fit nulla adiecta differētia: præter eas autem fabulas quas Suidas recenset, ab Athen. citantur Aegyptij, Dactylus, Δακτύλιος τῶν ἰσχυρῶν, καὶ ἄλλοι, (vbi forte Suidas habet Caunij epistolę) Epistolę Sapho, Ἐπιστολὴ Σαπφῶ. Timocleus in Balneo citatur à Polluce.

* *Timocrates* Adramyttenus citatur à Stephano: item à Laet *ἐν τῷ Ἀλιανί, ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις ὑπογραφοίς.*

Timocreon Rhodius Comicus veteris comœdię, scripsit cōtra Themistoclem & Simonidem poetam. Suidas.

* *Timolaus* Larissæus rhetor, singulis versibus Iliadis Homericę singulos de suo inseruit: Cuius poematis initium recitatur apud Suidam.

Timomachus in literas retulit Cypriaca. Athen. *Timocreontis* Rhodij poetę fragmentum extat apud Plutarchum in vita Themistoclis.

Timonidis scripta citantur apud Plutarchum in Dione.

Timonis Phliasij scripta citantur apud eundem Plutar. in vita Periclis.

Timon Apolloniates Nicæus, secundum alios Phliasius, philosophus Pyrrhonius, scripsit poemata & versus, tragœdias, & Satyras, & Comœdias 30. Tragœdias vero 60. Sillos 3. lib. item & Cinædos. Feruntur eius & libri varij ad viginti versuum millia producti, quorum & Antigonus Carystius meminit qui vitam ipsum conscripsit. Laertius. Idem citat eius librum inscriptum Arcesilai de cœnis, item *πρὸς πύθωνα & ἐν τοῖς ἰσχυροῖς.*

* *Timosthenes* Ptolemæi Philadelphi clauis præfectus,

fectus scripsit de portubus lib. 10. teste Strabone.

Timothei episcopi ad ecclesiam catholicam toto orbe diffusam libros quatuor, (in quibus asserit, Christiani hominis officium esse, ut dum in hac vita est, diuitias mundi huius pro Dei nomine atque honore consumat: secundum autem, ut si id vel metu, vel infirmitate, vel causa vel necessitate aliqua præpeditus forte non fecerit, saltem moriens vniuersa dispenset.) Henr. Petri excudit Basil. anno 1528. Est autem Saluani Massiliensis.

Timotheus I. C. Vide in Triboniano.

Timotheus episcopus, composuit librum de Natiuitate Domini secundum carnem, quam credit in Epiphania factam, Gennadius.

Timotheus extincto ab Alexandrinis Proterio episcopo, in locum illius non legitime substitutus, scripsit ad Leonem Imperatorem libellum, &c. quem Gennadius rogatus à fratribus in Lasinum transulit, & Cauendum prætitulauit. Vide Gennadium.

* *Timothei* episcopi Alexandriae vnus ex 150. patribus Constantinopoli congregatis, Responsiones canonicæ ad factas ei interrogationes ab episcopis & clericis habetur in canonib. Zonarg.

Timotheus Atheniensis comicus, mediæ comædiæ poeta. Fabularum ipsius fuit, Pagel, Depositum, Mutatus seu Translatus. Est & Caniculus *Timothei* fabula, ut Athenæus in suis libris ait, Suidas.

* *Timotheus* Atheniensis ἱστορικὸς ἄσπετος citatur à Laertio.

* *Timotheus* Gazeus grammaticus, temporibus Anastasij imperatoris fuit: in quem etiam tragœdiam edidit, de Demosio, qui Chrysfargyrus vocatur. Scripsit etiã heroicis vers. De animalibus, quadrupedibus. De feris apud Indos & Arabes & Aegyptios, & quas India alit, & De auibus peregrinis & prodigijs, & De serpentibus, li. 4. Suid.

* *Timotheus* Kirchnerus in Latinam linguam conuertit Vuigandi librum de peccato originis. Ienæ, 1572.

Timotheus Thersandri aut Neomyssi F. aut Philopolitis, Milesius, lyricus, qui decimam & vndecimam chordam Lyrae addidit & veterem musicam in molliore modum mutauit. Fuit autem temporibus Euripidis tragici, quibus etiam Philippus Macedo regnavit. Decessit an. ætatis 97. Scripsit versibus, Musicos modos 19. Procœmia 36. Dianam, Apparatus 8. Encomium, Perlas, aut Nauplium Phinidas, Laertem, Dithyrambos 18. Hymnos 21. & alia quædam. Suidas. Athenæus citat *Timothei* Cynarion, quã Comici fabulam esse Suidas perhibet; & Nauilon (vbi malim legere Nauplium, cum Suida) item Nioben & Charonta, de quibus videndum an sint Milesij Lyrici, an potius Atheniensis comici. *Timothei* meminisse Stephanus qui refert eum scripsisse νόμος κίθαρος δ' ἰστῆρος lib. 8. ad versus circiter octo millia: & πρὸς μίαν versum mille, ac etiam in Macedonia mortuum tradit, commemorans etiã eius Epitaphiũ.

* *Timotheus* Pergamenus ἱστορικὸς ἄσπετος citatur à Clemente 4. Strom.

Tindarus iurisperitus, scripsit de compensationibus, & de testibus variantibus.

* *Tiphasti* libellus Arabicus de lapidibus, præcioz

sis allegatur ab Andrea Bellunense, qui hunc in Latinum sermonem traductum asserit.

Tirami cuiusdam historia fabulosa extat. Videtur Pyrami & Thisbes.

Tirannius Gracula citatur à Plinio lib. 3. 9. & 18. Naturalis historię.

Tironis Tullij Ciceronis liberti scripta citantur apud Plutarchum in vita Ciceronis.

Tisberus barbarus interpres Aristotelis, nescio quos commentarios reliquit. Forte Entisberus.

Titianus Titiani senioris filius, Maximini minoris in arte oratoria præceptor, pulcherrimos prouinciãrum libros edidisse fertur.

Titinnius poeta Comicus, in Barathro, Cæco, Hortensio, Iurisperita, Prælia, Setina, Tempore, Tibicina à Charisio citatur. * Præterea Barbari meminit Nonius & Sex. Pompeius. Citat etiam Nonius Titinnij Decumã Fullonis (d. à vic doctissimus Adr. Iunius dubitat an Pomponio vendicanda sit) Diuortium, Fullones, seu Fulloniam, Geminam, Ilam rubrã, (forte Veliternam ut Iunius censet, aut Iurisperitam) Psaltriam, Prisvignum, Veliternam. Sex Pomp. præter has nominat Epistolam, Prillam (quæ forte est Prælia, aut Ila rubra) & Quintam: quæ forte est Q. Horatensius.

Titus nomen per T. literam apud veteres designabatur.

* *Titus* Anicius Lucus aduersus Tiberiũ Gracchum citatur à Festo.

Titus Bostrinus episcopus, sub Iuliano & Iouiano principibus, fortis aduersum Manichæũ, scripsit libros, & nonnulla alia. Moritur autem sub Valere. Hieronymus Trithemius addit, eum claruisse ann. 340. & edidisse contra Manichæos lib. 2. Commentariorum euangelij lib. 1. *Titus* aduersum Manichæos, numeratur inter illos scriptores, ex quibus excerpta sunt scholia in epistola ad Romanos impressa Basileæ, Io. Lonicerò interprete, 1537. apud Robertum Vinter. *Titus* episcopi Bostrensis expositio Græca in Lucam ex Chrysofomo extat alicubi in Italia.

Titus Bostrensis commentarij in Lucam extant manuscripti.

Titus Caius iuriconsultus vetus, scripsit Institutionum lib. 3. ex quibus extant duo, impressi cum Institutionibus Iustiniani Moguntia apud Ioannam Schæffer, 1529. & Basileæ apud Hen. Petri, cum Theodosij codice. Citantur præterea scripti ab eo libri, Ad edictum prouinciale li. 32. Ad leges lib. 15. Ad edictum publicum (aliàs vrbium) qui haberi potuerunt libri 10. Aureorum, siue rerum quotidianarum lib. 7. Dodecadecti libri 6. aliàs 16. de manumissionibus lib. 3. Fidei commissorum lib. 2. de verborum obligationibus lib. 3. ad edictum edilium curulium lib. 2. lib. 1. singulares. de casibus regularium, Dotalium, ad hypothecariam formulam.

Titus Calphurnij Siculi, Bucolicorum eclogarum septem impressæ Lugduni apud Gryphium, cum Gratio de venatione, &c. & Tiguri apud Froschouerum, & Venetijs cum commentarijs. Basileæ verò cum alijs Bucolicorum autoribus apud Oporinum.

Titus Castricius citatur à Gellio lib. 2. & 11. nos

ctium Atticarum. Scripsit Cepurica ex quibus multa in 19. naturalis historiae librum Plinius transcripsit.

Titus Ioannes Scandaniensis, scripsit doctissimos commentarios in Lucretij poesim, ut Bernardinus Realinus in suis variorum locorum annotationibus refert.

Titi Liuij Patavini Latinae historiae principis decades tres cum dimidia, una cum emendationibus ac annotationibus doctorum quorundam virorum, & Chronologia Hen. Glareani: Frobenius excudit Basil. 1535. & Gryphius Lugduni, 1542. postremo Heruagius, 1549. cum praefatione Caelij, ac eiusdem libello de mensuris Romanorum, & anno Domini 1554. in 8. & 1555. in fol. in quibus editionibus annorum ab vrbe condita series, praecipua historiae lux, accessit, numeris in margine ac literis V. C. signata, quae ad Chronologiam collata, & Consulium, Tribunorum, caeterorumque Ro. reipub. magistratuuum, & Olympiadum Graecarum successionem deprehendere certo liceat. Lucretiae quoque excudisse Vascofannus dicitur cum docti cuiusdam viri annotationibus, 1551. * *T. Liuij* historiae Romanae libri Elegantissime & emendatissime editi sunt Venetijs a Paulo Manutio, ex recognitione Sigonij cum eiusdem scholijs, & Chronologia. Hanc editionem postea secuti sunt typographi Basilienses, & deinde Francofordienses, qui etiam figuras, & diuersorum auctorum annotationes in Liuium adiecerunt.

Titi Liuij de Frulouijs Ferrariensis, De Orthographia.

Titi Lucretij Cari poetae & philosophi antiquissimi de rerum natura libr. 6. Hen. Petri impressit Basileae, 1531. Aldus Venetijs, & Gryphius Lugduni, 1536. Idem opus alicubi cum commentarijs Pet. Aponi, & Pij Bononiensis impressum est. * *T. Lucretij* Cari de rerum natura libr. 6. a Dionysio Lambino olim emendati, & breuibus commentarijs illustrati, nunc recogniti & longe meliores facti, cum iisdem commentarijs plus quarta parte auctis. Accessit Lucretij vita, cum duobus indicibus. Lutetiae, 1570. Idem libri post Dion. Lambinum mendis liberati, & in pristinum penes veterum potius, librorum ope & fide ab Ob. Gifanio iuris studioso restituti, excusi sunt Antuerpiae a Plantino.

Titus Pomponius Atticus, ad quem extant Ciceronis epistolae. Vide in Cornelio Nepote, & apud Gyraldum.

* *Titi* a Popma vel Popina in Sphaeram & prima Astronomiae elementa tabulae, figuris elegantissimis illustratae. Coloniae apud Theod. Grammaeum, 1569. in quarto. Eiusdem rationes castigationum suarum in M. T. Ciceronis epistolarum familiarium libr. 16. excusae cum epistolis Ciceronis. Antuerpiae, 1572. in 12.

Titus Stroza. vide Strozæ.

Titi Surtini oratio de vita & laudibus Augustini Dathi, in ipsius funere habita, impressa Parisijs, anno Domini 1511.

Titi Valgij veteris poetae versus quidam citantur apud Crinitum & Seruium. vide Gyraldum. * *Titus* Vespasianus delictae humani generis ap-

pellatus Poemata & tragœdias Graeco sermone scripsit teste Suida.

* *Tleptolemus* medicus subinde nominatur Plinio in describendis plantarum viribus libr. 20. & septem sequentibus, Primus quidem liber id est Catalogus auctorum Theopolemi pro Tleptolemo perperam habet. Nos libr. 20. cap. 17. Tleptolemum legimus. Theopolemi certe nomen omniosus est quam ut eo usus quisquam existimari debeat. Tleptolemus vero vsitatum est nomen, idem fere quod Menegmus significans. Gesner. * *Tobias* Cantianus illustri Anglosaxonum familia ortus, edidit Epistolas elegantes libr. 1. Homilias aliquot libr. 1. Mortuus est anno 726. Bal. * *Tobia* Nonij Perusini interpretationes in nonnullis Institutionum titulos, primis annis in Gymnasio Perusino explicatae. Venetijs, 1568. Eiusdem Consilia nunc reces edita. Ibidem 1573. in folio.

Tobias à Iudæis Constantinopolitanis in lingua Hebraica suppeditatus, impressus est Basil. apud Hen. Petri, 1542. cum versione & annotationibus Seb. Munsteri. Eodem tempore impressus est etiam Ilnæ, Paulo Fagio interprete.

Torelli Saraynae Veronenfis Leg. doct. de origine & amplitudine ciuitatis Veronae: eiusdem de viris illustribus antiquis Veronenfis, de his qui potius fuerunt dominio ciuitatis Veronae: de monumentis antiquis vrbs & agri Veronenfis: de interpretatione literarum antiquarum, ordine alphabeti digest. &c. Ant. Putellerus impressit Veron. 1540.

Tōpivus ἑὶορ αὐτοῦ, Romae in Vaticana bibl. * *Toffanus* de Villa noua, Gallus, patria Narbonensis, Parisijs doctor & Carmelita, episcopus Cauallicensis, scripsit Quadragesimale optimum libr. 1. Maioremque scripturarum partem commentasse perhibetur, homo sua ætate doctissimus. Claruit anno Domini 1480. Arnoldus Boscius.

Trabea poeta comicus adducitur à Cicerone & Charisio.

* *Trachelet* Statij Polyanteon studiorum liberalium. Venetijs 1558. in 8.

Traiani epistolae, libro decimo epistolarum C. Plinij. Vide supra in titulo Fl. Vegetij de re militari. Traiani regis distichon libro 2. Anthologij, sectione 13.

* *Traianus* Patricius, floruit sub Iustiniano Rhinotmeto. Scripsit annales breues praclaros, homo Christianissimus & orthodoxotams. Suidas.

Tranquilli Parthenij Andronici, Dalmatae oratio ad Germanos principes contra Turcas habita, impressa Augustae, anno Domini 1518. quater. 2. & dimid. Eiusdem oratio de laudibus eloquentiae. Hic literas docuit Lipsiae Pet. Mosellani tempore. Scripsit etiam quaedam carmina non inuadita varijs auctoribus apposita.

Trebatius Romanus, scripsit librum religionum. *Trebellius* Pollio, scripsit vitas, siue historias Gallieni vtriusque, triginta tyrannorum, Titi, Censorini, & Diui Claudij: impres. cum C. Suetonio & alijs, Basileae in officina Froben. 1533. Et apud Hen. Stephanum in 8.

Trebius Niger allegatur à Plinio libr. 8. 9. & 32. Naturalis historiae

Trechindus scriptor astrologiæ, non semel ab Hali Abenragele allegatur.

* *Treueti* Ludi scacorum. M. Dressertis.

Tribonianus exquestor & exconsul, cum illustribus alijs viris, dispersum antea infinitis voluminibus ciuile ius, in hæc quæ post mille annos adhuc durat, breuitatem concordiamq; contraxit. Vide in vitis Bernardini Rutilij.

Tribonianus Sidetes, ex Dicegoris Hyparchis & ipse, vir per quam eruditus, versibus commentarium scripsit in Ptolemæi canonem: Concen-
tum müdanæ & Harmoniæ dispositionis: De gubernatore & horæ domino: De planetarum domicilijs, & cur singulis id domicilium sit attributum. De 24. metricis pedibus & rhythmicis, Metaphrasin Homericæ nauium catalogi: Dialogum Macedoniû, seu de felicitate. Vitam Theodoti philosophi lib. 3. Consulare orationem soluta oratione, de Iustiniano imperatore: Imperatoriam de eodem. De mensium permutatione 20 versibus. Suidas.

Tricassi cuiusdam commentaria in Coelitis chiromantiam, excusa sunt in Italia.

Triphyllus Cypri Ledrensis, siue *νευτρω* episcopus, scripsit in Cantica canticorum commentarios. Claruit anno 350.

Triphyllus episcopus, discipulus Spiridonis Cypri, miraculis clari, eius sancti patris miracula descripsit, vt scriptum est in vita eius, versibus iambicis, quæ cognoscenda sunt vt valde vtilia. 30 Suidas.

Tristanni cuiusdam (barbari scriptoris, vt videtur) historia amatoria fabulosa extare fertur.

Tristramus Reuell Anglus, transtulit in suam linguam Paradoxa Francisci Lamberti & abbreviationes eiusdem in Apocalypsin Ioannis. Claruit anno 1548.

Trogus philosophus de animalibus scripsit, cuius librum decimum adducit Charisius.

Trogi Pompeij historias Iustinus in Epitomè redegit. Vide supra. Historiæ Trogi Pomp. citantur à Plin., lib. 7. 12. & 31.

Troilus Sophista Constantinopoli docuit. Scripsit orationes ciuiles, Epistolarum lib. 7.

Troili, Tiberij, & aliorum varia scripta in rhetorica, extant Græce. Diegus Hurtadus Troili sophistæ in Hermogenis rhetorica Commentarios Græcos habet.

Troilus Maluitius iuris peritus, scripsit de ludo, de oblationibus, de sortibus, de episcopi dignitate, de canonizatione sanctorum. Consilium de commenda beneficiorum. 50

Troili cuiusdam orationes de scientijs, & de rusticæ vitæ siue Agriculturæ laudibus in Vergilij Georg. excusæ sunt in Italia.

Trophili verba ex mirabiliû auscultationum collectaneis citantur apud Stobæum in sermone de morbis. Quanquam in eodem sermone idem liber Aristoteli tribuatur.

Trotula antiquissimi auctoris, curandarum ægritudinum ante, in, & post partum liber, operaliberorum Aldi Manutij in lucem editus, excusus est Parisijs ann. Domini 1550. in 16. apud Ioan-
nem Foucherium. Dicitur autem esse Erotis medicæ Iulix Augustæ liberti, qui cum in nomen de-

minæ suæ concessisset Eros Iulia dictus, inde nomen corruptum est & Trotula, dictus atq; etiam in fœminam mutatus: nam qui Argentinæ hæs libros edidit, 1544. Trotulæ mulieri inscripsit.

Trumberus Gedlingensis ex nobili regu Northumbrianorum genere originem ducens, edidit De officijs Ecclesiæ lib. 1. Claruit anno 700. Bal.
* *Trustanus* Florentinus, vide Drusianus.

Tryphiodorus Aegyptius grammaticus epopsæus, scripsit Marathonica, Ilij captiuitatem, de Hippodamea, Odysseam lipogrammaton Suid. & iterum, de eodem opinor: Tryphiodorus diuersa scripsit versibus heroicis, paraphrasin parabolarum Homeri, & alia plurima. Ilij captiuitas huius auctoris impressa est Græce Venetijs olim ab Aldo, cum Q. Calabro. Et ab Hen. Stephano cum Homero, Hesiodo, Colutho, &c.

Tryphonis Cabrielij de spherica ratione ex Macrobio & Plinio breuis & distincta tractatio, excusa Venetijs, cum Iasonis de Nores commentarijs in artem poeticam Horatii.

Tryphon Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epistolæ, scripsit lib. de vacca ruffa in Deuteronomio, & de dichotomimatis, quæ cum columba & turture ponuntur in Genesi. Hieronymus, Trittemius addit, eum floruisse anno 230.

* *Tryphon* pater Romæ nuper non mediocris chirurgiæ professor, quibusdam in melius mutatis aliquantum huic disciplinæ adiecit. Celsus libro 7.

Tryphon Ammonij F. Alexandrinus grammaticus & poeta, fuit Augusti temporibus, & ante. Scripsit de Pleonasmò Aeolicæ dictionis li. 7. de Homericis dialectis, Simonidis item & Pindaræ & Alcmænis, & aliorum Lyricorum. de Dialecto Græcorum, Argiuorum, Himeræorum, Reginorum, Doriensium & Syracusanorum. De inflexionum analogia. De Nominibus comparatiuis lib. 1. de Monosyllaborum analogia. de Nominum characteribus lib. 1. de Verborum barytonorum analogia lib. 1. de Verbis encliticis & infinitiuis & imperatiuis, & optatiuis denique omnibus. De orthographia & ijs quæ in ea quaeruntur. De spiritibus & tropis, & alia. Suidas.

Tryphonis Alexandrini *πυρκα* citat Athenæus: & à Stephano Trypho in Paronymis. Triphonis *πυρκα* liber, in bibliotheca Ioan. Sambuci.

Tuberonis lucubrationes citantur à Plinio lib. 18. & 36. Naturalis historiæ. Scripsit autem Romanas historias.

Tuccius Mariantus Florentinus, scriptam vitam C. Suetonij Tranquilli, quæ præponitur vitis Cæsarum Suetonij.

Tuditanus Commentariorum lib. 13. citatur à Plinio lib. 12. & 13. Naturalis historiæ.

* *Tullij* Crispoldi Commentarij in Christi snōtetem ac passionem, carmine Elegiaco.

Tundalus Hybernus Cassellensis Carthusianus, scripsit apparitionum suarum lib. 1. Vixit anno 1149.

Tundinus scripsit de Geomantia, teste Henrico Cornelio Agrippa.

* *Turcius* Rufus Asterius V. C. dicitur auctor esse carminis quod Sedulio tribuitur, incipiens,

Cantemus socij Domino cātemus honorem. Alij tamen id ipsi Turcio inscriptum & missum volunt. Alicubi legitur sub nomine Claudiani Martini.

Turduli Gallicani Ephemerim citat Vopiscus.

Turgotus Dunelmensis decanus, scripsit de Scotorum regibus lib. 1. Chronica Dunelmensis li. 1. annales sui temporis lib. 1. vitam Malcolmi regis, vitam Margaritæ Angliæ reginæ. Vixit anno 1098.

Turpilus poeta comicus citatur à Prisciano. & alijs. Eius fabulæ nominantur à Nonio Actis Bæthutes, Canephor, Demetrius, Demiurgus, Epiclesus, Heræra, Lénia, Leucadia, Lindia, Peraterusa, Pedium, Philopater, Pytatores, Thrasyleo.

Turpinus archiepiscopus Remensis, scripsit Gestâ Caroli Magni lib. 2. epistolarum ad diuersos lib. 1. Citatur in Chronicis Ioannis Cuspiniani, & à Io. Lud. Viue. Claruit anno 830. Liber de gestis Caroli Magni editus est. Francofurti inter quatuor celebres historicos Germaniæ.

Turrisanus quidam scripsit Plusquâ commentaria (vt titulus habet) in Galeni Michrotechnè, ex quibus è commēto 81. canones balneandi desumptos imprefferunt Iuntæ Venetijs, cum variorum auctorum scriptis de balneis, anno Domini 1553. Vide supra Taurisanum nam eundem puto.

* *Turstinus*, archiepiscopus Eboracensis, scripsit ad Guilhelmum Cantuariensem, de fundatione cœnobij Fontanensis lib. 1. Obijt anno Domini 1139. Incommoda multa pro tuenda dignitate perpeffus. Vnest monasterij bibliotheca.

* *Tuscianus* sophista laudatur ab Eunapio.

Tyberiani scripta citantur apud Fulgentium in Mythol.

Tydei Acciarini epistola lib. 7. epistolarum Angeli Polit.

Tyllij Gemini hexastichon lib. 1. Anthologij, & alia duo li. 4. Nescio an idem sit Geminus philosophus, de quo supra. scribitur etiam per iota. nam Tillij Laureæ octostichon citatur lib. 3. Anthologij, sect. 25.

Tymneo cuiusdam epigrammata 4. leguntur in Anthologij lib. 3. & 4.

* *Tymnichus*, scripsit Paganem, Porphyrius lib. 2. ἔπι ἀπορίας ἐπιφύραρ.

* *Typhon* inter Magiæ auctores numeratur à Tertulliano in libro de anima.

Tyrannion Amisenus, cum Theophrastus antea diceretur, ab Hestiaro Amiseno præceptore suo Tyrannion nominatus est. Hunc Lucullus, Mitridate debellato, Romam captiuum duxit, vbi gloria & diuitijs florens, voluminum supra triginta millia conquisiuit, &c. Suidas, nihil autem ab eo scriptum refert.

* *Tyrannio* iunior, Phœnix, Artemidori F. discipulus Tyrannionis senioris: vnde Tyrannio dicitur est, cum Diocles ante vocaretur. Captus & ipse bello Antonij & Cæsaris, à quodam Dymante liberto Cæsaris emptus. Deinde Terentiæ donatus est, Ciceronis vxori, ab eaq; manumissus Romæ docuit, & libros scripsit 68. quorum & hi sunt. De Homericâ profodia, de Partibus orationis, in quo dicit: indiuidua esse nomina propria,

positiua vero *ἑσuarinά* appellatiua, *ἑδῆματα* sine positione participalia. de Romanâ lingua eam esse à Græca ortam. Antigenis Romanâ lingua. Dissentire poetas recētiore ab Homero. Enarratio partitionis Tyrannionis, Correctio Homericâ, Orthographia. Suidas.

Tyrannion Messenius philosophus, scripsit de auspicijs libros tres, & alia plura. Suidas. Tyrannion ceu qui de stirpibus aliquid condiderit à Scholiaste Theriacorum Nicandri nominatur. Eundem esse puto Tyrannionem Messenium philosophum. Gefnerus.

Tyrannus sophista scripsit de statibus & diuisione orationis lib. 10. Suidas.

Tyrteus elegiarum poeta, & tibicen, &c. circa olympiadem 35. scripsit Lacedæmonijs de re publica, & admonitiones versibus, & carminum classicorum libros quinque Suidas. Horum carminum, quæ ad militum animos in acie incitantum vt fortius pugnam subeant, miro ingenio scripta sunt, non pauca adhuc leguntur apud Stobæum tribus in locis, in sermonibus de bello & audacia. & apud Pausaniâ in Messen. Item apud Plutarchum in Lycurgo.

* *Tyresius* Foscarus De donatione Constantini.
* *Tyro* Tullius Ciceronis libertus in epistola ad Q. Axium: citatur à Gellio.

Tyronis liberti & aliorum de antiquis notis, in bibliotheca R. Galliæ.

* *Tzezis* libellus de metris Græce manuscrip. in bibliotheca Henrici Memmij. Quærendum an Ioannis, an vero sit Isaacij Tzezis.

V

Vaconij à Vacuna Iuris civilis declarationes. *Vagellij* poetæ amici sui Seneca meminit.

* *Valasti* de Toranta medici de Epidimia.

Valens Cæsar allegatur in Codice Theodosij.
Valentis Antiocheni Anthologicum opus, id est Florilegium (aliud à Florilegio Max. Planudis toties in hoc opere citato) Græce extat Romæ. vide infra, Vesti Valentis.

D. *Valentiniani* imperatoris Augusti legum nouellarum liber, impressus Basileæ apud Henricum Petri, cum codice Theodosiano, 1528. Valentiniani & Martiani Imp. sanctio contra Eutychanos hereticos, cum recognitionibus Clementis, Gyraldus Valentinianum Imp. etiam inter poetas numerat.

Valentinus Bolzeius Rubeaquentis, scripsit libellum de coloribus, eorūq; mixturis, excusum Basil. apud Iacobum Parcum, an. 1547. & Francfordiæ apud Gilfericum. Comœdias multas, vt pote Conuersionem Pauli Apostoli, ac Speculū mundi, impressas Basileæ apud Parcum. Item comœdiam septem artium liberalium, contra abusus mundi. Passionis Christi historiam vsq; ad resurrectionē. Conciliū Christi & Papæ. Golie prelium contra Dauidem, Samsonis historiam, Tragediam Susannæ, & alias quasdam nondum typis excusas. Transtulit in Germanicam linguam omnes Terentij Comœdias, excusas Tubingæ.

Valentini epistola, folio 79. operum Latinorum Basiliensis editionis Epiphaniij

* *Valens*

* *Valentini* Cibelij de laudibus & vituperio vini & aquæ.

Valentini episcopi Hildesemensis statuta synodalia, impressa Venetijs, 1543. apud Io. Francium, cum canonibus concilij prouincialis Coloniensis, celebrati anno 1536.

Valentinus Cratoaldus, scripsit commentarios in Genesim; impressi sunt Argentinae, 1530. Item epistolam quandam ad Gasparum Schuuenckfeldium. Ad quaestiones Bonifacij Lycothensis epistola, Contentus verborum cœnæ Dominicæ cum sexto capite Ioannis.

* *Valentini* Engelharti Machina primi motoris: seu Sphæra armillarum, 1565.

* *Valentini* Engelharti Speculum Astrologiæ.

Valentinus Erythræus Lindauensis tabulas quasdam partitionum oratoriarum M. T. Ciceronis & 4. dialogorum in eisdem Ioannis Sturmij, confecit, impressas Argentinae in officina Cratomylia, anno 1547. Idem scripsit commentarios notationis artificij rhetorici ac dialectici in orationem Ciceronis pro Archia: item Commentariolum in orationem eiusdem pro M. Marcello.

Argentinae excudit Rihelius, anno D. 1550. in 8. & Basileæ Oporinus, anno 1553. cum diuerforum in omnes orationes commentarijs. De grammaticorum figuris & periodis librum: item alium De modis qui sunt partim in verbo, partim in oratione, Argentinae excudit Cephæus, an. 1549.

in 8. In epistolas Ciceronis à Sturmio selectas designationem artificij rhetorici & dialectici, Argentinae, anno 1550. Tabulas in duos libros partitionum dialecticarum Sturmij, ibidem excusas.

Item Tabulas in reliquos duos libros dialecticæ Sturmianæ. Technologica scholia in Petri Guntheri libros de arte Rhetorica. Schemata Syntaxeos Philippi Mel. Item de usu *ouvértivo* De ratione legendi, explicandi & scribendi epistolas lib. tres, 1573. De usu 10. Categoriarum in simplici quaestione per eas ducendo. Et quædam alia,

* *Valentini* Foscherij historia iuris ciuilibis.

* *Valentini* Forsteri de successione quæ ab intestato deferuntur lib. 5. in folio editi.

Valentinus Gentilis Consentinus nostra ætate tritheitarum hæresim renouauit. Edidit libellum in 16. Confessionem, Protheses, & Explicationem seu confutationem symboli Athanasij complexentem, & quædam alia. Scripsit & alium librum ad Regem Poloniae non editum. Item Italice & Latine de Christi incarnatione, Bernæ Helueticorum capitis supplicio affectus est, anno 1566.

* *Valentini* Greffi Pannonij Harmoniarum Musicarum in usum testitudinis pars prima. Antuerpiæ, 1569.

Valentini Hertelij Glauici, Germani, elementa Latinæ græmaticæ simplicissima, quæ ex Georgij Agricolæ Grammaticis institutionibus, quas Zuiccauij docens tradidit, descripsit. Lipsiæ excudit Nicolaus Faber, 1538. chart. 3. Commentarios in Terentij comædias, ex vetustis grammaticis & rhetoribus collegit, nondum editos.

Valentinus Lublinus edidit Baptistæ Montani commentaria in nonum Rhazæ ad Almaforem. Item primam centuriam consultationum medicinalium, promittit autem & alteram, & forsitan

etiam tertiam centuriam.

* *Valentini* Merkelij Cõciones duæ de vera maii dicatione corporis Christi in cœna Domini, ex quibus apparet quid de Selnecceri & Marpachij scriptis sentiendum sit. Heidelberg, 1572. Germ.

* *Valentini* Misnensis monachi Afrani de arte moriendi liber scriptus, 1489.

* *Valentinus* Munzerus Chronographiam scripsit, cuius meminit Illyricus in catalogo testium veritatis.

* *Valentini* Nabod Mathematicum professoris Coloniae, Elementa Astrologiæ, ibidem in 4. impressa. Primarum de cœlo & terra institutionum, quotidianarumq; mundi reuolutionum li. 3. restet phrasi artis propria & methodo noua constructi. Venetijs, 1573. in octauo.

Valentinus Pacæus, sacræ theologiæ professor & minister ecclesiæ Lipsiæ, edidit epigrammata & Idyllia quædam impressa Vuitenberge & Erfurdia. Item nomenclaturam præcipuorum in theologia scriptorum, idq; ordine temporum. Scripsit etiam Concordantias Hebraicas, Locos cõmunes, Locos hodie cõtrouersos in religione, & alia quædam nondum edita. Claruit anno 1554.

Valentini Polydami de re medica libri aliquot, impressi in Germania, 1540. Sunt autem hi: De pulsibus cum proprijs & dilucidis interpretationibus lib. 1. De vrinarum iudicijs ex optimis auctoribus aggregati li. 2. De quouis dolore capitis, cum experimētis aliquot & adhortationibus ad ægrum. In laudem artis medicæ oratio ad Ioanem episcopum Lundensem. Epistolarum aliquot libellus. Promittitur & elegiarum libellus in titulo.

* *Valentinus* Rotmarus poeseos professor, Apollonij Argonautica heroico carmine transtulit, additis annotatiunculis. Basileæ excudit Sebastianus Henricperri, 1572. Idem collegit & edidit tomum primum orationum Ingolstadiensium à professoribus eius Academiæ scriptarum. Ingolstadij, 1571.

* *Valentinus* Schachtius catechismum edidit, maxima parte ex Chytræi catechismo Latino desumptum, & in Germanicam linguam translatum.

* *Valentini* Trocedorfi, Methodus catecheticae doctrinae, & Rosarium biblicum, emendata & aucta ex alijs auctoris meditationibus per Martinum Taburnum. Gorlicij, 1570.

* *Valentini* Vanneij, de Missa iudicium. Tubingæ, 1557. Eiusdem Silua locorum theologicorum. Ibidem in octauo.

* *Valentini* Vuinsheimij libellus Germanicus de passione Christi Seruatoris, Lipsiæ.

Valerandi Machecrier Abbauillæi methodus poetica, impressa Parisijs apud Rob. Stephanum, 1529. Claruit anno 1530. Parisijs.

* *Valerandus* Pollanus, Gallicanæ ecclesiæ apud Franckfordienses pastor vigilantissimus, ab Anglico sermone in Latinum transtulit, veram relationem disputationis illius, quæ in ecclesiastica synodo, anno Domini 1553. ad 18. Octobris, Londini habebatur in comitijs regni li. 1. Liturgiam quoq; edidit Christianam lib. 1. Atque alia. Hæc duo opuscula Coloniae & Franckfordiæ sunt impressa. Ioannes Baleus.

Valeriani cuiusdã scripta citantur apud Plinium.

qui in librum tertium Nat. historiae quaedam ex his transcripsit.

Valerianus Aug. in fragmentis Gregoriani codicis allegatur.

* *Valerianus* cognatus Eucherij episcopi, scripsit *Annales*, ut Eucherius in epistola ad illū innuit.

Valerij de ducenda vxore opusculum, extat impressum inter opera D. Hieronymi.

* *Valerius* in explanatione XII. tabularum citatur à Pomp. Festo.

Valerius Antias, historicus insignis, citatur crebro apud Plutarchum in Romulo, & apud Livium: eius librum secundum & vigesimum adducit Charisius.

Valerij Anselmi Ryd medici catalogus annorum & principum geminus, ab homine cōdito, usque in annum à nato Christo, 1540. deductus & continuatus: opus excussum Bernæ, 1540. & anno 1550. iterum.

Valerius Cato grammaticus & poeta temporibus Syllæ claruit. Gyrald. Scripsit libellum cuius titulus est *Indignatio*, in quo se Burfeni cuiusdam libertum ex Gallia esse profiteretur. Scripsit etiam præter Grammaticos libellos, poemata, ex quibus præcipuè probantur *Lydia* & *Diana*. Huius vitam describit Suetonius cap. 10. de illustribus Grammat.

Valerius Cetannius Vicentinus, transtulit Galeni librum de exercitio parvæ pilæ, qui ab Hieronymo Donzellino plerisque in locis emendatus, excusus est Venetijs à lunis cū reliquis Galeni operibus, anno Domini 1550.

Valerij Cordi Simesusij De pharmacorū omnium conficiendorum ratione liber, excusus Norimbergæ apud Io. Petreium & Parisijs apud Io. Roignij, anno 1548. Eiusdem annotationes in Dioscoridis de materia medica libros, excusæ Francofurti apud Egenolphum, 1549. cum Dioscoridis textu & Gualtheri Rivij scholijs. * *Valerij* Cordi Annotationes in Pædaciij Dioscoridis Anazarbei de medica materia libros quinq; longe alia quàm antehac sunt enulgatæ. Historiæ stirpiū libri quatuor posthumi, nunc primum in lucē editi, adiectis etiam stirpiū iconibus & brevissimis annotatiunculis. Item Sylva qua rerum fossilium in Germania plurimarū, metallorum, lapidū, & stirpiū aliquot rariorum notitiam brevissime persequitur, nunquā hactenus visa. De artificiosis extractionib liber, Compositiones medicinales aliquot non vulgares. Omnia summo studio atq; industria Contr. Gesneri collecta & edita Argentinæ, 1561. in fol. Dispensatorium Cordi siue Pharmacorum conficiendorū ratio à Petro Coudebergo correctæ, & ab erroribus nō paucis vindicata: adiecto eiusdem Cordi nouo libello, excusa est Annerpiæ à Plantino, 1568. De Halosantho seu spermate ceti liber, cum corollario Gesneri, Tiguri apud Gesneros fratres.

* *Valerij* Fidlerij Epicedium de obitu Ioachimi Morlini. Ienæ, 1571.

Valerius episcopus Hipponensis, scripsit librum de vita monachorum, & quaedam alia. Volater.

Valerij Maximi factorum dictorum q; memorabilium exempla, ab illustribus electa auctoribus, & in locos communes digesta lib. 9. ad Ti-

berium Casarē: impressa Argentinæ apud Knoblauchū, 1521. & Lugd. apud Sebast. Gryphium, 1534. & Basileæ apud Hen. Petri, 1540. cum Caij Titi Probi in decimum librum huius operis epitome. Item Venetijs apud Io. de Forliuio, 1482. cum Omniboni Leonicensi commentarijs. Et ibidem in officina Erasmiiana apud Vincentiū Valgrisū, vna cum annotationibus Sebastiani Corradi, anno 1545. Andreas Alciatus lib. 4. Dispensationum, cap. 1. scribit extare penes se quoddam *Valerij* Maximi opusculum, inscriptū de nominibus Romanorum. *Valerij* Maximi exemplorum lib. 9. cum Henrici Glareani in eosdem annotationibus, excusi sunt Basileæ ab Henrico Petri, anno D. 1533. in 8. Iidem libri ab infinitis mendis ex veterum exemplarium fide repurgati, à Stephano Pigio Campensi, adiectis etiam annotationibus in loca plusquam 800. impressi sunt à Plantino, 1567.

20 *Valerij* Philarchi, dialogus super Tridentini concilij progressu & successu, recentè editus Basileæ, anno Domini 1552. in 8. chartis 9. Dicitur Fridericus Nausea huius auctor esse.

Valerij Probi Grammatici de literis antiquis opusculum, impressum cum Lucio Feneftella, cum ab alijs, tum Basileæ à Curione. & Brylingero ibidem, 1538. Eiusdem commentarij in Bucolica & Georgica Vergilij impressi Venetijs, 1520. Numerat eū Viues inter præcipuos interpretes Vergilij, quanquam pauca eius supersunt *Valerij* Probi ad Marcellum epistola, super accentu nominū quorundam Punicornum, citatur à Cellio.

Valerij Sorani poeta antiquissimi meminere Gyraldus.

* *Valerius* Valentinus Iocoso carmine citatur à Pomp. Festo.

Valescus de Tarata protomedicus regis Fræcijs, scripsit tractatū de peste & epidemia. Eiusdem Practica, vulgo dictū Philoniū, de curatione morborū omne genus à capite ad pedes, & aliorū: impressum olim Lugd. 1490. apud Alemannū Trecht.

40 *Valgius* poeta heroicus, quem Tibullus Homero comparat.

Valgius Rufus grammaticus, scripsit de rebus per epistolam quæstis, citatur à Charisio & Gel.

Valturnus quidam scripsit de rebus Britonum. *Vannocius* Biringucius Senensis, scripsit Italice Pyrotechniam li. 10. opus impressum Venetijs, an. D. 1540. in 4. chart. 44. Tractat autem de natura metallorum, & ratione fundendi ea. & separandi: & de campanis, & tormentis bellicis.

50 *Varemundi* Luitholdi libellus, per quos steterit quo minus initum sit Haganorū colloquium de religione: impressus.

Varinus, aliàs scribitur Guarinus.

60 *Varini* Phaurorini Camertis Nucerini episcopi, Dictionarium Græcum, & totius linguæ Græcæ commentarijs, multis varijsq; ex auctoribus collectus, impressus Romæ, deinde Basileæ apud Rob. Vuinter, 1538. Eiusdem Thesaurus, siue Cornucopia & horti Adonidis, ut habet inscriptio: sunt autem diuersa collectanea ex veteribus Græcis grammaticis: Aldus impressit Venetijs, 1504. Insunt autē hæc: Aelij Dionysij libellus de indeclinabilibus verbis. Ex commentarijs Eustachij & aliorum

& aliorum grammaticorum electa per ordinem literarum. continet aut maximè poeticas & Homericas dictiones, & quæ à cõmunibus grammaticis regulis recedunt, ac etymologias & formationes eorundem, &c. Formationes verborum *epi xxi* *Am.* id est sum & co. De verbis quæ sedere significant. Item de illis quæ ire significant. Ex scriptis Herodiani excerpta quædam, de magno verbo scitu dignissima, & quæ non passim reperies. Ex eodem deductiones difficulter declinatorum verborum. Chæroboſci ad eos qui in omnibus verbis regulas querunt & similitudines. Eiusdem in quibus ob maleſonantiam attrahatur n̄. De anomalis & inæqualibus verbis secundum ordinem alphabeti. Herodiani de inclinatis & encliticis & coencliticis dictiunculis. Ex scriptis Chæroboſci de ijs quæ inclinantur siue encliticis, Aelij Dionysij de eisdem. Et rursus anonymi de eisdem. Ex scriptis Ioan. grammatici de idiomatibus. Eustathij de idiomatibus. quæ apud Homerum sunt. Et rursus de idiomatibus à Corintho decerpta. De femininis nominibus quæ desinunt in omega. Trastulic etiam apophthegmata quædam ex Ioan. Strobæi locis selecta: Libellus excusus est Cracouicæ in Sarmatia, 1522. Phauorini Camertis Lexicon Græcum, cum indice paraſtichadum locupletissimo, excusum est Parisijs in officina Morelij, in folio.

Varij Epici poetæ ante Virgil. versus aliquot ex libro de Morte, Gyraldus citat, sumptos è Macrobio.

Varij poetâ scripsit Thyestam Tragediam, ut ait Seruius in 3. eclogam, hanc alij Virgilij fuisse voluit, sed à Vario editam pro sua ut Donatus ait. De hac ita Seruius: Aiuunt adamasse Virgiliû Varij poetæ uxorem, quæ doctissima fuit, & illi Tragediâ quam fecerat, dono dedisse, illam vero tanquam à se scriptam viro donasse, & virum pro sua edidisse. Aliter Horatianus interpretetur supra illum locum, Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat. Hic est Cassius (inquiunt) qui in partibus Cassij & Bruti Tribunus mil. militauit, quibus victis Athenas se contulit. Q. Varius ab Augusto missus ut eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit. Vnde multi crediderunt Thyestem Cassij Parmensis fuisse. Scripserat enim multas alias tragedias Cassius. Quintilianus ait cuiuslibet Græcorum eam comparari posse.

* Vates Britannus exarauit Ad regem Lucium epist. 1. Claruit anno 160. Baleus.

* Vbal dini Bendinelli epistola legitur in volumine epistolarum clarorum virorum Parisijs impresso 1556.

Vbers Decembrius Angeli parer, Mediolanensis, transtulit Demosthenis & Lysij Platonisque orationes & epistolas, & præter eius decem summi philosophi de R. P. libros, eiusdem argumeti libros 4. suo Marte scriptos, ad præsentem Insularium ducem Philippum Mariam edidit. Hæc in Politia sua Angelus Decemb.

Vbertus: vide Hubertus.

Vbertinus Casalis de septem ecclesiæ statibus.

* Vbertinus de Casali, Minorita primum postea Cartusianus, scripsit de 7. statib. ecclesiæ li. 1. Hic

in quibusdã articulis aliter sentijt, quam Romana ecclesia sentijt. Clar. an. D. 1290. Io. Lelandus: * Vbertinus Zuccardus super 2. Digesti veteris, Si certum petatur. Super 1. Codicis, De pactis: Super 2. Cod. Qui adm. ad bon. pos. De bon. pos. cont. ra. De edict. diui Adr. tol.

* Vbertus Folietâ, scripsit historiam vniuersam rerum Europæ suorum temporum, è qua Neapoli edita sunt, Coniuratio Ioan. Ludouici Flisci. Tumultus Neapolitani. Cædes Pet. Ludouici Faranesij Placentiæ ducis. 1571. in 4.

Vdalricus de Argentina, Germanus, ordinis fratrum Prædicatorum, Alberti magni quondam auditor, scripsit super sententias lib. 4. Summam Theologiæ lib. 1. De Anima quoq; lib. 1. & alia multa. Vixit anno 1280.

Vdalricus monachus S. Afræ, & Sigismundus Grossenprot Augustensis, scripserunt Chronica Augustensium ad Petrum Cardinalem tituli S. Vitalis episcopum Augustensium: volumen habet Vuolfgangus Lazius medicus Viennensis.

Vdalricus Molitoris, de lamij & phitonicis mulieribus.

Vdalrici Pinder, medici Germani, Speculum intellectuale felicitatis humanæ lib. 4. Eiusdem compendium de valetudinis cura seu regimen sanitatis lib. 2. De phlebotomia lib. 1. De simplicibus medicamentis lib. 1. Vixit in aula Friderici Archiducis Saxonie & electoris, anno 1510.

* Vdalricus Tengler Sueuus I. C. scripsit Speculum populare.

Vdalricus Zasius Germanus, patria Constantiensis, Iureconsultus nostro tempore clarissimus, reliquit multa præclare scripta, quorum quædam vltimam manum acceperunt, & ab eo edita sunt puta Intellectus singulares, Commentaria in leges 2. De origine iuris. Tractatus Substitutionum. Tractatus de Iudæorum infantibus baptizandis. Apologia contra Eccium. Item contra Stellam Aureliensem. & Epitome in vsu Feudales. Reliqua verò post mortem illius edita sunt à discipulis, confusa adhuc, incorrecta, & reliquis scriptis propter vltimæ manus defectum propè dissimilia, quæ sunt Summa in Digestum veteris, Lecturæ in aliquot titulos primæ partis Digesti Veteris: & in titulum, Si certum petatur, in 2. parte, item super tit. de Actionibus, in Institutis, item Consiliorum lib. 2. Et restant adhuc plura eius opera, quæ & ipsa fortasse in publicum prodibunt futuris temporibus. Illa autem omnia si ab eo fuissent ipso emendata, haud dubiè longè aliam faciem fuerant habitura, quam nunc habent. Intellectus Iuris civilis singulares sæpe iam excusi, & authoris additionibus locupletati. Eiusdem & reliqua omnia, ab ipsomet authore castigata & edita, videlicet: Substitutionum tractatus. Defensio nouissima contra Petrum Stellam Aureliensem, de Iudæorum infantibus baptizandis li. 1. Apologia aduersus Io. Eckium de assertionem illius dicti, Fidem hosti non seruandam. De vsibus Feudorum li. 1. Orationes eius aliquot disertæ tum in laudem legum, tum funebres Io. Faber Emmeus excudit Friburgi Brisgoiæ, 1529. Quæ præter hæc sub ipsius nomine edita circumferuntur, neq; sunt ab ipso recognita, neq; in lucem data.

*ejus de Linguis
concordationem con-
mardat P. Mar. l. 12.
Eg. p. 517. 518.*

VI quæ in hoc collecta non erant, sed obiter ab ore prælegentis excepta. Ex eius autem operibus Basileæ in officina Isingrinij excusa sunt, Intellectus singulares, Vsum feudorum Epitome, Paratula in primam Pandectarum partem, Consiliorum tomus duo, Eiusdem lecturæ in Titulos, De instit. & iure, cum pluribus alijs. De re iudicata Si cert pet. De verb. oblig. De iureiurando, cum multis alijs sibi adiunctis. Inst. de Actionibus de exceptionibus, &c. Scholia in Pomponij legem de orig. iuris ab auctore edita. In Rhetoricam Cic. ad Heren. enarratio, impressa Basileæ, 1537, in officina Rob. Vinter. Obijt Friburgi Brisgoiæ, anno 1535.

Vdalricos plures quære in Huldriccho supra.

* Vdelonis Cimbri Cusani de exustione librorum Lutheri.

* Vdonis medici Vtopiæsis, de Galeni librorum editione iudicium. Est autem nomen fictum.

Vdrus numeratur inter Dipnosophistas Atheni.

* Vechtanus Pontifex, senior & vates, Græcè & Latinè facundus, multa scripsit carminibus Græcis, præcipue historias regum. Perijt tandem in quodam flumine submersus, quod à suo nomine Vuecha dicitur, anno Christi 118. Tritemius in Compendio.

Velij Longi de Orthographia liber, inuentus anno 1594. in cœnobio quodam Bœbij Italiæ oppidi. Raph. Volaterranus.

Vellus Longus apud Charisium inter expositores Vergilij referitur, inquit enim De qua etiã Velius Longus in secundum Aeneidos suis commentatus est, & meminit eiusdè 3. Saturnal. Macrobius. Scripsit etiam Velius de quæstione de derivationis: & in Lucretium, à Charisto citatur.

Vellei Paterculi fragmentum de bello Augusti Cæsaris contra Sueuos in Noricis & Vindelicia, extat Viennæ Austriæ apud Vuolfgangum Lazium. Eius libri duo sed imperfecti editi sunt à Beato Rhenano, Basileæ primum & post etiam 40 Parisijs impressi.

Venantius Honorius Fortunatus, poeta Christianus, varia opera edidit, inter quæ eius poemata, & hymni complures, magnè pietate commendati sunt à nostris grammaticis. Sed & libros 4. fecit de gestis D. Marini versibus hexametris. Vide Gyraldum, qui per multa eius opera enumerat, Dialogos de poetis. * Venantij Honorij Clementiani Fortunati, episcopi Pictaviensis, De partu Virginis lib. 1. De Christi Iesu beneficijs lib. 1. De vita hominum lib. 3. De certaminibus & miraculis piorum lib. 1. excusa sunt cum Christianorum poetarum veterum operibus, 1562. apud Oporinum.

Venantius epistolæ 4. apud Cyprianum lib. 1. cum aliquot alijs coepiscopis, autor.

Venantij à Tiniis confessoris verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizandis.

* Venceslaus vir eruditus, ac prudens, Alraichij inferioris præsul, à consilijs Imp. Henrici 1111. inter eos numeratur quorum scriptis vsus est Auentinus in contexendis Boiorum Annalibus.

Venceslaus Beier, scripsit de thermis Elnbogen sibus. Idem edidit disputationem de violento

motu & sine instrumentis: Lipsig habitam, 1526. Item aliam de principatu cordis ibidem habitam, 1533.

Venceslai Bracka vocabularius extraxit secundum ordines rerum digestus, cum Germanica interpretatione: adiectæ sunt etiam elegantiæ quædam linguæ Latinæ, & formulæ epistoliarum: opus impressum olim in Germania.

* Vencelat de Budueis, iudicium Lipsense.

* Venceslai Godrecij tabula Polonia.

Venceslai Linck, Andree Oslandri, Viti Theodori, & Thomæ Venatorij, ecclesiastarum Norimbergensium epistola ad Rudbertum de Mosham, qua præcipue tractatur iustificationis causa, de fide & operibus, cum varijs eiusdem Rudberti libellis impressa. Venceslaus Linck Germanice breuia scholia in omnes libros sacros scripsit, impres. Norimbergæ. Claruit anno D. 1530.

Venceslai Philomathis de Noua domo, Musicorum lib. 4. compendioso carmine elucubrata Viennæ Austriæ, 1512. & impressi Argentinae apud Iacobum Lucundum, 1543.

Venonius citatur à Dion. Halicarnasseo lib. 4. Antiquitatum Romanarum.

* Venericus Vercellensis episcopus, scripsit librum ad Papam De discordia regni & sacerdotij. Vixit tempore Henrici 1111. Imp.

* Ventoritus monachus Dominicanus, scripsit multos deuotos sermones de beata virgine: Homilias sex deuotos & solennes super Euangelium, Stabat iuxta matrem matris Iesu. M. Dressius.

* Ventura Cecus in l. 2. de origine iuris. Eiusdem de scribenda historia dialogus. Bonon. 1563. in 4.

Venulcius Saturninus vetus l. C. scripsit Stipulationum lib. 19. Aetionum lib. 10. De officio proconsulis libros 4. Publicorum lib. 3. De inuestiendis lib. 6. De pœnis paganorum lib. 1.

* Veranius Pontificalis libro de supplicationibus, citatur à Macrobio li. 3. Saturn. vbi in exena plari legitur Verarius, sed malim Veranius: nam ab eodem citatur etiam Veranius de verbis pontificalibus. Item à Festo Veranius sæpe, absque libri nomine, semel in libro auspiciorum de comitijs.

Verberus & Vrantius collegerunt antiquas inscriptiones Transyluania, quarum mentionem faciunt Lazius in libris de republica Romana.

* Verecundus presbyter in Cantica canticorum.

Veremundus presbyter, ab exordio Scotiæ generis vsq; ad Malcolmum Cammoiri tempora, scripsit Scotorum antiquitates. Claruit anno 1090.

Vergilij Porti Mutinensis phisici epigrammata aliquot leguntur in fine operum Antonij Codri, de laudibus ipsius Codri.

Verres citatur apud Plinium lib. 28. qui quædam ex eo mutuatur.

Verrij cuiusdam scripta allegantur apud eundem lib. 33. & 35.

Verritus Flaccus Libertinus, Grammaticus, scripsit fastos, nempe libros de orthographia. Idem scripsit epistolas de re Grammatica, à Charisto adducitur & Seruio. Ex Verrio Flacco collecta sunt ea, quæ hodie Sex. Pompei Festi nomine leguntur. Floruit Tiberij Cæsaris temporibus. Eius lucubrationibus, multa transcripsit Plin. in 3. 7. 8. 14. 1.

8, 14, 18, 29, & 34. Naturalis historiae libros,
Verforis in logica Pet. Hispani commentarii
barbari, impressi olim in Germania, anno 1487.

Verus episcopus Hispalensis provinciae Berti-
ca, scripsit vitam Eutropij episcopi lib. 1. & qua-
dam alia. Vixit anno 760.

* Vespasiani epistolum ad Apollonium, excu-
sum inter Apollonij epistolas.

* Vestinus cognomine Iulius, sophista, scripsit
epitomen glossarum Pamphili libris 4. &c. Vide
Suidam.

* Vesti vel Vestij Valentis Antiocheni ex pri-
mo libro Floridorum excerpta quaedam, de natu-
ris planetarum, & ratione effectuum: impressa
Norimbergae, 1532. cum alijs astrologicis cura
Ioachimi Camerarij. Valentis Antiocheni Astro-
logia Graeca Romae fuit in bibliotheca Lucae
Gaurici. Hermolaus in Plinium citat Vestij Va-
lentis Antiocheni Antilogias: vbi Anthologias
legendum.

Vgo & Vgolinus. vide Hugo & Hugolinus.

Vibij Rufi scripta citantur a Plinio 14. 15, & 19.
libro: & ab eodem Vibij Ruffini lib. 21.

Vibij Sequestri, liber de montibus & fluminis-
bus, fontib. &c. impressus est ab Aldo Venetijs,
cum Pomponio Mela, &c. Eundem ad vetera ex-
emplaria recognitum breui publicabit Iosias
Simlerus.

* Vicimetus citatur ab Hortulano philosopho.
Videtur Chymista fuisse.

* Victoris presbyteri Antiocheni Commentarij
Graeci in Marcum, & *ἡθροῦς ἀνοσημότης* incerti
auctoris, extant apud Hen. Petri.

Victor tertiusdecimus Romanae urbis episco-
pus, super quaestione Paschae, & alia quaedam scri-
bens opuscula, rexit ecclesiam sub Seuero princi-
pe annis decem. Hieronymus. Eius decreta cum
reliquis Pontificijs impressa sunt.

Victoris ab Assuris confessoris, Victoris a Gor-
& Victoris ab Octauo verba, leguntur apud Cy-
priam, in sententijs episcoporum de haereticis
baptizandis.

* Victoris de Bona, de pestilenti statu, & proble-
mata de peste. Venetijs.

Victor episcopus Capuanus, scripsit contra er-
rorem Victorij Aquitanici, qui docebat esse cele-
brandum pascha XV. Calendas Maij, in anno Do-
mini, CCCCLV. Transtulit Ammonij Alexan-
drini, siue Tatiani, vt ipse suspicatur, consonan-
tiam Euangeliorum. Vide supra in Ammonio.
Claruit anno 480.

Victor Carrennae Mauritaniae ciuitatis episco-
pus, scripsit aduersum Arrianos lib. 1. Aduersum
Donatistas li. 1. Ad Basilium consolatorium li. 1.
De poenitentia quoque lib. 1. Homiliarum ad
populum lib. 2. Vide Gennadium. Claruit autem
secundum Tritemium, anno 450.

Victoris episcopi fidei ratio, exigenti Huneri-
co regi Vuandalorum reddita: Henr. Petri excu-
dit Basileae, 1528. in Antidoto contra haereses.

Victor epistolae 2. & 4. & 11. & 12. apud Cyprianum
author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Victor episcopus Cummenensis ecclesiae Afri-
canae, scripsit ab initio mundi vsque ad primum
Iustini iunioris imperij annum, De rebus gestis

& bellis Ecclesiasticis valde vtilem historiam;
item Pro defensione trium capitulorum lib. 1. Et
quaedam alia. Claruit anno 540.

Victoris Fausti, Veneti, orationes quinq; opo-
ra amicorum eius editae, & impressae Venetijs a
pud Aldum. Eiusdem epistolae 3. in volumine ea-
pistolarum clarorum virorum.

* Victor Giselinus Aurelij Prudentij libros ex
fide decem librorum manuscritorum emenda-
uit & commentarium adiecit. Antuerpiae Plaria-
tinus. Idem scripsit Epitomen Adagiorum om-
nium quae praeter Erasmi Chiliades ab alijs col-
lecta extant. Plantinus in 8.

* Victorinus Strigelius Ienenensis primum deinde
Lipsensis & postremo Heidelbergensis Acade-
miae professor, scripsit Arithmeticum libellum
qui non modo vsitata praecipua continet, sed etiam
demonstrationes praceptorum. Lipsiae, 1563. Epi-
tomen doctrinae de primo motu, aliquot dea-
monstrationibus illustratam. Vuitenbergae, 1565.

20 Duodecim prophetas minores ad Hebraicam ve-
ritatem recognouit, & argumentis atque scholijs
illustrauit. Lipsiae apud Vögelinum, 1571. Iobi
quoque librum eodem modo recognouit, addi-
tis argumentis & scholijs. ibidem. Recognitio-
nem quoque argumenta, atque scholia in librum Iudicium.
Lipsiae apud Ernestum Vögelinum in 8.
anno 1567. Libros Samuelis, Regum, & Paralipomenon,
ad Hebraicam veritatem recognouit,

30 & breuibus commentarijs explicauit: addita chro-
nologia in historiam regni Iudae & Israelis, a Saule
vsque ad exilium Babilonicum. Similiter Esaiam,
Ieremiam, Ezechielem & Danielem, Prouerbia
Solomonis, & Nouum testamentum, recognouit
& argumentis atque scholijs illustrauit. Item lib.
Sirach, & Sapientia, 1571. Item libros Esdrae, Ne-
hemiae, Esther, & Ruth. Libros Apocryphos,
Tobiae, Iudith, Baruch, fragmenta ex Esther &
Daniele. Machabaeorum 2. libros, Edidit Concio-

nes 21. quibus explicatur historia passionis Do-
mini & redemptoris nostri Iesu Christi. Vuiten-
bergae, 1572. Aristotelis de vita & motibus lib. 10.
e Graeco in Latinum sermonem conuertit, argu-
mentis item & scholijs illustrauit. Lipsiae, 1572.
Idem Theodoretum Sermones 10. de Providentia,
Dialogos tres, & Basilij Hemeron in Latinam
linguam conuertit. Lipsiae Vögelinus excudit.
Item Isocratis Archidemum. Scripsit Laudatio-
nem funebrem Egidij Medleri, 1547.

50 Victor Pisanus patricius Venetus, scripsit eru-
ditissima commentaria in Oratorem Ciceronis
ad M. Brutum. excusa sunt Venetijs, & Lugduni
apud Seb. Gryphium, 1536. & Parisijs apud Rob.
Stephanum.

* Victoris Trincavelij philosophi & medici Ve-
neti, libri 3. & quarti fragmentum, de ratione
componendorum medicamentorum eorundemque
vsu. Venetijs, 1571. quarto, & Basileae apud P. Per-
nam in 8. Eiusdem de sectione venae in pleuritide.

60 Beati Victoris episcopi Vitiensis libri tres, hi-
storiae persecutionum Vandalicarum, quas in
Africa olim circa D. Augustini tempora, circiter
annu Domini 430. Christiani perpeffi sunt sub
Genserycho & Hunericho Vandalorum regibus.
His inseruntur Eugenij Carthaginensis episcopi

confessio fidei & S. Trinitatis; item alia Rebaptistarum opiniones redarguentia. Ceruicornus excudit Coloniae, 1537.

Victorianus Buconius, Castellianae urbis Mauritaniae episcopus, scripsit aduersum Iudaeos li. 1. aduersum Arianos lib. 1. aduersum omnes haereticos lib. 2. De Sacramentis quoque lib. 1. Claruit anno 450.

Victoricus epistolae 2. & 4. apud Cyprianum author, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Victorici à Thabraca verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de haereticis baptizandis.

De Mario *Victorino* rhetore supra dictum est.

Victorinus grammaticus, quem in Georgica aliquid scripsisse conijcimus, ex Seruio in 4. Geor.

Victorini Anxigini Scythij, Triumphus Christi resurgētis carmine elegiaco, Viennae Austriae Ioan. Syngrenius excudit, anno D. 1550.

Victorinus Leoniensis citatur à Io. Stœffero.

Victorinus Massiliensis rhetor, scripsit commentariorum à principio vsq; ad mortem Abrahamae patriarchae, in Genesim lib. 4. & quaedam alia. Floruit an. 430. Hic nominatur CL. Marius Victor, & eius in Genesim lib. 3. & ad Salmonem abbatem epistola carmine, edita sunt cum Christianorum poetarum veterum operibus.

Victorinus episcopus Pictauiensis, scripsit in Genesim lib. 1. in Abacuc li. 1. in Exodum li. 1. in Ecclesiasten lib. 1. in Leuiticum lib. 1. in Cantica canticorum lib. 1. in Esaiam prophetam li. 1. in Apocalypsim lib. 1. in Ezechielem libr. 1. Aduersum omnes haereses librum 1. & alia multa. Claruit anno 270. Hieronymus scribit, fuisse episcopum Petabionensem. Commentaria eius in Apocalypsin Vascofanus nuper impressit Parisijs, cum quibusdam Theophylacti operibus. Carmen eius de Iesu Christo Deo & homine cum veterum Christianorum poetarum operibus primum editum est à Georg Fabricio, 1562.

Victorius natione Aquitanicus, iubente Papa Hilario, scripsit pro inueniendo termino paschali, Cyclum magnum annorum, 532. li. 1. quæ Dionysius abbas emendauit postea: & vsq; in hanc nostram ætatem, licet in aliquibus defecerit, tamen perseverat. Scripsit etiã Victorius iste quaedam epistolas. De cursu eius Paschali plura scribit Gennadius. à Trittemio Victorinus, in Vet. C. Victurinus nominatur. Claruit autem anno Domini 460.

Vidus Vidius, Florentinus, professor Regius Parisijs, edidit chirurgiam è Græco in Latinum à se conuersam, cum commentarijs Galeni & suis, Parisijs apud Petrum Galterium, anno D. 1544. in magno fol. Insunt autem hæc. Hippocratis libri, De vlceribus, De fistulis, De vulneribus capitibus, cum Vidij in singulos libros commentario: De fracturis, cum 3. Galeni commentarijs, De articulis cum 4. eiusdem commentarijs. Galeni liber defascijs. Oribasij de laqueis & machinamentis. Galeni liber de fascijs & Oribasius de laqueis & machinamentis, ex translatione Vidij impressi sunt Venetijs à Iuntis cum operibus Galeni, & Oribasij libri, Tiguri apud Gesneros fratres in volumine chirurgico, anno 1555. Audio etiam

eundem Vidium editurum glossemata doctissima in omnes Galeni & Hippocratis libros.

* *Vimon* chymista (vt opinor) citatur in libro senioris Zadith.

Vigilantius presbyter natione Gallus, exposuit prauo ingenio secundam Danielis visionem, & alia locutus est friuola, quæ in Catalogo hæreticorum necessariò exponentur. Gennadius.

Vigilij Papæ decreta, cum reliquis Pontificijs impressa.

Vigilius episcopus, scripsit ad quendam Simplicianum in laudem martyrum libellum, & epistolam continētē gesta sui temporis apud Barbaros martyrum. Gennadius.

Vigilius diaconus composuit ex traditione patrum monachorum regulam, quæ in cœnobio ad profectum fratrum in conuentu legitur breuiato & aperto sermone, totius monasticæ professionis in se tenentem disciplinam. Gennadius. Trittemius addit, eum claruisse, anno 420.

Vigilij Martyris & episcopi Tridentini libri quinque, quos ille ante mille annos contra Eutychem & alios hereticos, parum pie de naturarum Christi proprietate & personæ vnitate sentientes conscripsit. Froschouerus impressit Tiguri, 1539.

* Eisdem libros Cassander edidit Coloniae addito Dialogo Vigilij cum Ario Photino, &c. quem hactenus falso Athanasio inscriptum, ipse proprio auctori asseruit. Porro libri quinque contra Eutychem longe emendatiores & locupletiores editi sunt à Iosia Simlero cum alijs patrum scriptis contra Eutychem.

Viglius Zuichemus Frisius I. C. Theophili Antecessoris Institutiones iuris ciuilibus in Græcum sermonem translatis, in lucem eruit, ac studiose publicas fecit, cum doctissima præfatione ad Carolum V. Cæsarem. vide supra in Theophilo. Scripsit etiam commentaria in decem titulos secundæ libri Institutionum iuris ciuilibus, impressa Basileæ in officina Frobeniana, anno 1534. Claruit anno Domini 1533.

Vilhelmus de populis trans Albim citatur in Chronicis Saxonum.

Villa Sancta de libero arbitrio cōtra Melanchtonem. Londini in ædibus Pinsonianis, anno Domini 1523.

Villus qui vulgo dicitur Iulius Firmicus. L. Gyraldus.

Vincentinus quidam numeratur inter scriptores, à quibus memorabilia sua collegit Baptista Fulgosus.

Vincentius iurisperitus (forte qui Herculianus cognominatur, de quo inferius) scripsit de bello Italico.

S. *Vincentij* sermo impressus.

Vincentij ordinis Prædicatorum theologi Compilatio, de interiore homine, impressa Magdeburgi, anno Domini 1493. Hic in diuorum numerum relatus est, an. Domini 1455. * B. *Vincentij* ordinis Prædicatorum Theologiaeque doctoris, Sermones per annum de Tempore & Sanctis, per Damianum Diaz recogniti, annotationibus in margine additis, excusi sunt Antuerpiæ apud Philippum Nutium, 1570, in octauo: & Venetijs, 1573.

Vincentius

Vincentius presbyter natione Gallus, comenatus est in Psalmos. Claruit anno Dom. 450.

Vincentius monachus & presbyter monasterij Hirinensis insulæ, natione Gallus, scripsit contra omnes hereticos lib. 2. Tritemius ex Gennadio, qui cum claruisse ait anno D. 430. Eius pro catholice fidei antiquitate & vniuersitate, liber impressus Basileæ ab Hen. Petri, 1518. cum alijs varijs contra hereticos scriptis. Item Colonie apud Maternum Cholinum addito breui commentario per Ioannem Costorum 1569. in 12.

Vincentius epistolæ 4. apud Cyprianum auctor, cum aliquot alijs coepiscopis lib. 1.

Vincentij Barsij Carmelitæ Mantuani poetæ Sylua, excusa Bononiæ anno 1524. cum elegijs, item Alba Labyrinthus, Parma, anno 1519.

Vincentius Gallus natione Burgundus, Beluacensis, ordinis Prædicatorum, scripsit speculum historiale lib. 32. speculum naturale lib. 33. speculum morale lib. 3. speculum doctrinale lib. 13. de gratia Dei quoq; li. 4. de laudibus sanctæ Mariæ li. 1. de laudibus S. Ioannis Euang. li. 1. de Institutione puerorum lib. 1. consolationem super mortuo lib. 1. epistolarum ad diuersos lib. 1. Claruit anno 1240. Eius autem quatuor specula, in totidè permagnis voluminibus, impressa sunt olim Basileæ apud Ioan. Amerbachium. Item isti: De gratia siue mysterio redemptionis humanæ libri 4. ex patrû dictis concinnati. de gestis, moribus, & vita virginis Mariæ li. 1. ex authenticis patrû scriptis collectus. de sancto Io. Euangelista li. 1. de regularium puerorum eruditione, quomodo & in quibus libris potissimum Christiani sint instituendi lib. 1. Consolatorius de morte amici, siue de specialibus generalibusq; consolationis præceptis, & potissimum in aduersitatibus quæ in amicorû morte versantur, anno 1481.

* Vincentij Bellhaueri liber primus Madrigaliû quinq; & sex vocû. Venetijs apud Gardanû, 1567.

Vincentius Borghinus, vir acri iudicio præditus, ac eleganti doctrina expolitus, edidit quædam monumenta ingenij sui, vt refert Petrus Victorius, quibus diligentiam suam in elegantioribus literis illustrandis testatur.

* Vincentij Calzaueliæ medici Brixiani, tractatus de Theriacæ abusu in febribus pestilentibus, Brixia, anno 1570. in quarto.

* Vincentij Carteri tractatus suppositionum.

* Vincentij Casali Brixiani, Explicatio medicamentorum simplicium, ac eorundem compositio, ex Ioanne Baptista Montano excerpta, anno 1553. Metaphrasis eorum quæ ad doctrinam medicamentorum pertinent, excerpta ex prælectionibus eiusdem Montani, 1549. edita Patauij, 1550.

* Vincentij Castilionei in Salustium annotationes quædam, impressæ Basileæ, anno 1564.

Vincentius de Castro nouo, De conceptione B. virginis.

* Vincentij Ciconiæ enarrationes in Psalmos, Patauij, anno 1567. in quarto.

Vincentij Cingauli iurisperiti, consilium de alienatione iustitiæ, vel iurisdictionis.

* Vincentius Couentrianus, Anglus, minorita, scripsit Expositionem eorum quæ fiunt in Missa lib. 1. Lecturas quasdam lib. 1. Et alia. Claruit 1250. Ioannes Lelandus,

Vincentius Ferrarius de Valentia, ordinis Fratrum Prædicatorum, scripsit sermones de tempore lib. 1. sermones de sanctis lib. 1. sermones per quadragesimam lib. 1. Vixit anno Domini 1418.

Vincentij Ferrariensis, scripturæ sacræ partes moraliter editæ Parisijs.

* Vincentius Flumarenis Benedictinus, conscripsit Fasciculum Myrrhæ, de Christi vita, secundum literam noui testamenti collatam cum figuris & prophetijs veteris. Venetijs Ioannes Patavinus, anno 1551.

* Vincentij Gambicurtæ Pisani aliquot annorû prognostica.

* Vincentius Giacharus ordinis Prædicatorû, scripsit De contractu Liuellario, vel vsu seu affectu. De monte pieratis. De venditione rerû fructuosarum ad terminum, cum impositione libelli seu pensionis. Eiusdè disputatione, an clericus in minoribus constitutus vxoratus possit retinere pensionem, quam antea super beneficio habuit. Item aliam, De comparatione auctoritatis delegatæ, præsertim in causa inquisitionis hæreticæ prauitatis. Præterea edidit Tractatû de necessitate confessionis vocalis omnium peccatorum. Eiusdem libellus de libero arbitrio, gratia, præscientia & prædestinatione. Item de purgatorio animarum post mortem, & de suffragijs. Venetijs 1537.

Vincentius Gruner, natione German. scripsit super officio missæ lib. 3. quæstiones disputatas lib. 1. & quædam alia. Vixit anno 1410.

Vincentius Herculanius iurisperitus, scripsit super 1. & 2. ff. noui, super 1. & 2. infortiati, disputationem quæ incipit, Perusinus quidam.

Vincentij Lupani de magistratibus & præfecturis Francorum commentarij, excusi sunt Parisijs apud Guiliel. Nigrum anno 1551. Eiusdem annotationes in Tacitum impressæ apud Rob. Stephanum Item in Vopiscum, Capitolinum, &c. apud Vuchelum excusæ.

Vincentij Madij Brixiani, & Bartolomei Lombardi Veronensis, in Aristot. librû de poetica cõmunè explanationes, Madij vero in eundem librum propriæ annotationes. Eiusdem de ridiculis lib. & in Horatij librum de arte poetica interpretatio: impressa sunt Venetijs à Vincentio Valgriso, anno D. 1550. in folio.

Vincentius Obsopæus, natione German. partim suis, partim aliorû scriptis ab interitu vindicatis, & in lucem editis bene meritis: inter quæ sunt, compendiosa explicatio Græca incerti auctoris, in errores Vlyssis, per contèplatione moralè, cû Græco Symposio Xenof. hõris: edita Haganoë apud Seceriu, 1531. Precationes Græce per eundè editæ, in Demosthenis orationes, castigatæ ac diuersæ lectiones, vetustissimi cuiusdam exemplaris subsidio collectæ: nõ solum editioni Aldinæ, sed etiã postremæ Basiliensi ex officina Heruagij, accommodatæ. Io. Petreius excudit Norimb. 1534. Annotationes in quatuor libros Græcorum epigramatum, impressæ Basileæ apud Io. Oporinum, cum indice. Homeri Iliados libri aliquot, partim à Nicolao Valla, partim à Vincentio Obsopæo versi, excusi Basileæ.

Vincentius ab Ocha Bononiensis, scripsit in Rub. 1. infortiati, soluto matri, 1. 1. & 2.

Vincentius de Paleot, iurisperitus, scripsit de dote.

* *Vincentij* Pimpinelli archiepiscopi Rossanensis Oratio Augustæ habita, 1530. & ibidem impressa, cum epigrammatis Bernardi Gentilis Cesarei historici, M. Antonij magni C. Vrsini Velij.

* *Vincentius* Platanus Brabantinus Ludimagister in quodam Lusitanæ oppido fertur scripsisse libellum de piscibus.

Vincentius Roletus Veronensis transtulit Stephaniani Vannei Recinensis Retanetum de musica aurea, excusum Romæ per Valerium Doricū anno Domini 1553.

* *Vincentius* de Sala Brixiensis, super 1. Codicis Familiae eriscundæ.

* *Vincentius* Saluiolus super 1. Infortiati Soluti matri, &c.

* *Vincentij* de Sontheim liber de virtutibus a qua vitæ.

Vincentij à Thibari verba apud Cyprianum, in sententijs episcoporum de hæreticis baptizadis.

* *Vincentius* Victor ex Rogatista factus catholicus, scripsit libros duos, de origine animæ, contra quos deinde quatuor libros edidit, D. Augustinus qui extant septimo tomo operum eius.

Vindaonij quædã citantur in Geoponicis Constantiniani.

Vindiciani comitis archiatrorum librum de expertis remedijs, ad Valentianum Imperatorem, Marcellus transtulit in suum, de quo supra dixi, & Vindiciani præfationem ab initio apposuit.

Viperti Theologiæ magistri & Decretorum doctoris, de gestis & factis trium regum liber, in capita 47. diuisus, plenus fabulis. Eidem ascribitur liber de virtutibus sanctorum, cui quisque morbo medeatur, qui lucro aut alijs rebus præsent. Eisdem dialogus qui nominatur Horologium diuinæ sapientiæ. Eiusdem contra Talmud Iudæorum scriptum est.

Viridumni cuiusdam Epitome Almagesti extat Viennæ Austriæ.

* *Virgilius* Soliuagus illustri inter Hybernos famula ortus scripsit Ad Zachariam Rom. Pontificem lib. 1. Obijt anno 784. Baleus.

* *Virgilius* de Syluestris super 2. ff. veteris. Si certi peratur.

Virgilij Vuellendotfer Salisburgensis Morælogium ex ethicorum libris Aristotelis commentationumque lecturis, continens 330. conclusiones morales. Lipsiæ impressit Vuolfgangus Stokelanno 1509. Eiusdem Oecologium ex Aristotelis duobus libris æconomis, conclusiones 104. Item impressit anno 1511. Eiusdem Encenologium 1515. Eiusdem Valelogium, in quo Iſocratis præcepta 8. regalia & moralia explicantur, anno 1516.

* *Virginij* Romani libri & comædiæ Plinius lib. 6. epist.

Viridarij somnium de potestate Papæ, & principum secularium.

Vistarini scripsit in Rubr. primi Infort. soluto matri. l. 1.

Vitaliani Papæ Decreta, cum reliquorum Pontificum Decretis impressa.

* *Vitalis* Cambani, & Celsi Hugonis tractatus

in clausulas & conclusiones vtriusque iuris, Venerijs impressa apud hæredes Sessæ, anno Domini 1570. in quarto.

Vitalis de Cabanis iurisperitus, scripsit de clausulis.

Vitalis à Furno, olim Cardinalis, pro cõseruanda sanitate ad totius humani corporis morbos remedijs liber, excusus Moguntia in folio. Idem scripsit in prouerbia Salomonis lib. 1. Super Euangelia lib. 4. Et alia. Claruit anno D. 1310. Nicolaus Bertrandus.

* *Vitalis* Nemaufensis I. C. super 1. Infortiati De actione rerum annot. De collationibus. In 3. Decret. de parrochij C. Ioannes.

Vitalis Nissus paraphrasim Auerois in Aristot. libros de generatione & corruptione in Latinum conuertit, impressam Venerijs à Iuntis anno D. 1552. cum Auerois operibus.

Vitarus scriptor citatur à Raphaelo Volaterano lib. 16. Anthropologia, ubi de Gildardo & Medardo episcopis loquitur.

Vitellionis Mathematici doctissimi *ἡρώδιου*, id est, de natura, ratione, & præiectione radijs visus, luminum, colorum, atque formarum, quam vulgò perspectiuam vocant li. 10. Io. Petreus excudit Norimber 1535. Iidem libri instaurati & figuris illustrati à Friderico Risnero, Basileæ editi sunt cum Alhaceno 1572.

Vitellius Afer, Donatianorum schisma defendens, scripsit aduersus gentes li. 1. quod odio sine mundo serui Dei lib. 1. aduersum nostros querimoniarum lib. 1. Tritemius ex Gen. Clar. 360.

* *Vituria* Vrsi Ali vxor carissima, Aug. Cæsaris neptis, quæ de pudicitia verus condidit, vt vctus inscriptio testatur.

Vitus Amerbachius, German. vir nostro tempore doctissimus, scripsit Antiparadoxa cum orationibus de laudibus patriæ, & de ratione studiorum. Cõmentaria in Ciceronis tres libros de officijs: Gryphius impres. Lugd. & Crato Mylius Argentorati recognita & aucta 1539. & Oporina Basileæ anno 1551. Eiusdem Paraphrasis in orationem Ciceronis pro Archia poeta, impressa Vuittembergæ, 1539. Duplex interpretatio in poemata Pythagoræ & Phocylidis: Argentorati, anno Do. 1539. apud Mylium. interpretatio in Metæora Ioan. Iouiani Pontani, ibidem excusa, eodem tempore, de anima li. 4. ibidem, anno 1542. cum præfatione authoris ad regem Christianum scripta Vuittembergæ, anno 1541. cum indice. Epigrammata & Epitaphia diuersa, excusa Basileæ apud Ioan. Oporinum, anno 1550. Expositiones in Ouidij libros de Tristibus, & de Ponto, impressæ cum alijs in eundem autorẽ cõmentarijs, Basileæ apud Heruagium, anno 1550. Expositiones partitionum oratoriarum, & præfationes de optimo genere dicendi M. T. Ciceronis: excusæ apud Oporinum. Enarrationes in orationem Ciceronis pro Milone, & annotationes in Topica Ciceronis, ab eodem, anno 1550. de philosophia naturali lib. 6. ab eodem, anno 1548. ad Andreã Alciatum epistola de furto per lancem & licium concepto, ab eodem, anno Do. 1548. Vartorum carminum libellus, ab Io. Oporino excusus, anno 1550. Idem Donati de octo orationis partibus libellum

libellum emendauit atq; ad puerorum vsum instructiorem reddidit, excusum Basileæ à Io. Oporino, anno 1552. Scripsit etiam enarrationes epistolarum familiarium Ciceronis, excusas ab Oporino, anno Domini 1553, in 8. chartis 33. Transtulit orationes aliquot Isoeratis & Demosthenis, ab Oporino impressas in 8. anno 1554. Item Chrysostomi orationem de prouidentia; Epiphanium de fide catholica, & apostolica ecclesia; Historias de sacerdotio Iesu Christi ex Suida. Liber ab eodem excusus in 8. Enarrationes eius in aliquot orationes Ciceronis excusæ sunt ab Oporino 1553, cum diuersorum in omnes orationes commentarijs, De philosophia naturali lib. 6. Variorum carminum libri. Claruit Ingolstadij, an. 1551.

* *Vitus Arenpeckh* sacerdos Landshuta oriundus, Latina & vernacula lingua diligentissime omnium, de rebus Boicorum, parentum memoria perscripsit, sub duce Georgio. Io. Auentinus.

* *Viti Iacobi Academia Ingolstadiensis descriptio metrica*, in 4.

* *Vitus Polancus* Commentaria Petri à Bella Pertica in ff. nouum: & eiusdem explicationes singulares in aliquot leges ff. veteris & Codicis Iustiniani: euulgauit & à mendis repurgauit. Frâcofurti, 1571. Idem *Quæstiones earumq; distinctiones* in libros Codicis D. Iustiniani, incerti auctoris in lucem edidit: vnâ cum fragmento distinctionû in Digestû vetus. Heidelbergæ, 1570. in 8.

Vitus Theodorus concionator Norimbergensis, collegit & diuulgauit commentarium M. Lutheri in Micham prophetam, & annotationes in 31. capita Genesis (quibus & præfationem apposuit) cum alijs cor diuuantibus. Eiusdem annotationes, quæ commentarij vice esse possunt, in Psalterium Davidis carmine reddidit per Eobanura Hessum excusæ Argentorati à Mylio, anno 1539. & Basileæ apud Rob. Vuinter. Oratio, quæ de studio linguarum in Academia Vuitenbergensi ab eo pronuntiata est, habetur impressa cû declamationib. Phil. Melanck. Idem scripsit breues annotationes in tota Biblia, impressas Ger. Norimbergæ in 4. Explicationem aliquot sententiarû consolatoriârû ex D. Ioa. hæc paulo ante obitum ab ipso conscripta, & Norimbergæ edita est. Item expositionem Germanicam in Liliam, excusam Norimbergæ, 1548. Claruit anno 1544.

Viti Vuinsemij natione Germani declamatio, in qua recitatur, quomodo Guelphus dux Bavarix liberatus sit periculo in obsidione Vuinsbergensi, cõsilio honesto, sed vafro, coniugis suæ: impressa cum declamationib. Phil. Mel. Demosthenis contra Aristogitonem oratio secunda, eodem interprete, impressa Hagarox, an. 1527. Philippus Mel. syntaxis à Vito Vuinsenio locupletata, vt sit ad vsum scholarû accommodatior, cum præfatione Philippi Mel. Argentorati apud Mylium, 1538. Eius vero in Homerû præfatio, oratio funebris D. Sebaldi Munsteri, & aliæ de adolescentum studijs in gymnasio Vuitenbergensi pronuntiatæ, insertæ sunt Philippi Mel. declamationibus, impressis Argent. apud Crat. Mylium. Thucydidis libri octo ab eodẽ è Græco in Latinû sermone conuersi, impressi sunt Vuiteberge, 1569. Interpretatio Eidylliorû Theocriti, edita Franco-

furti. Item Sophoclis tragædiarû. Ibidem anno 1549. Floruit anno 1530.

* *Viuiani I. C. casus summarij*.

Viuio Held, nobilis Groningen, natione Phrysius, scripsit dialecticam.

Vlpiani Emeseni, & *Vlpiani Antiocheni* sophistarû, cû eorû scriptis Suidas meminit. Idẽ de Vlpiano fratre Isidori philosophi multa, sed nulum eius scriptum commemorat. *Vlpiani Gazæi* nomen solum æffert.

Vlpiani commentaria Græca in 18. Demosthenis orationes, cum eisdem excusa. *Vlpianum I. C.* in Domitio require.

Vlpianus Tyrtus, vnus ex Dipnosophistis Athenæi, *carburæ* cognomine.

Vlpianus de Zanis Bononiensis, scripsit super Institut. de iure natur.

Vlpus Fræckeræsis, natione Frisus, Hesiodi opera & dies carmine reddidit, ita vt singulos Græcos versus singulis Latinis exprimeret, vt interseret illis qui vtrinq; linguâ conferre cupiunt. Michael Isingrinus impres. Basil. 1540. Græcis & Latinis è regione positus. Scripsit & collectaneâ quædã Prouerb. quæ in Chiliadib. Erasmi nõ habetur, & alia quædã imperfecta, ad mortẽ auctoris.

Vlpus Marcellus vetus I. C. scripsit Digestorum lib. 13. ad leges lib. 6. responsorum lib. 1. In huñc notas edidit Martianus.

Vlrichus Coccius scripsit indicem & præfationem in opera Diui Gregorii Pontificis, quæ excusa sunt Basileæ in officina Frobeniana, 1551.

* *Vlricus de Herbipoli*, Germanus, Carusiensis monachus, theologus sua ætate famatus, scripsit carmina ac rhythmos lib. 1. Et alia. Claruit anno D. 1480. Arnoldus Boscius.

Vlrici Veleni Minihoniensis disputatio Petri apostolû Roma non venisse, persuasiones 19. cauilli 7. impressus liber quatern. 7. anno D. 1520.

* *Vlricus de Vrinarua*, Germanus & Augustin. scripsit de origine sui ordinis li. 1. Iac. Bergomẽs, *Vlrichus*, vide Huldrichus.

* *Vlysses Aldrouandus* Bononiensis cœpit scribere doctissima cõmentaria in totû Dioscoridẽ quæ aliquot annis in Bononiensi Academia interpretatus est, quæ num absoluta sint nescimus. Idem scripsit libellum de statu Romanis impressum Venetijs Italice.

Vmbertus Viënensis Theologus, horarû modû, quo nûc ordovitur, instituit, ac libros plurimos de vita religiosorû edidit. Raph. Volater. lib. 12.

Vmbrius Melior citatur à Plinio, qui in librû decimum ex eo autore quædam mutuatus est.

Vmbrius quidam de disciplina Hetrusca aliorum libros scripsit, ex quibus multa mutuatur Plinius in librum Naturalis historix vndecimû.

* *Vmbro* citatur à Macrobio 2. Satur.

Vmfridus Neckron, Nordouolcas, Carmelita, scripsit sermones Dominicales 14. quæstiones Theologiæ lib. 1. Lecturas scholasticas. Obijt anno D. 1503.

Vauonius Presbyter Brytannus in Latinam linguam transtulit Albani martyris vitam lib. 1. Claruit anno 920. Baleus.

Voconius Castellani Mauritanie oppidi episcopus, scripsit aduersus ecclesię inimicos Iudæos &

Arianos, & alios hæreticos. Composuit etiam sacramentorum egregium volumen. Gennadius.

Volcatius, alias *Vulcarius Gallicanus* quintum consul, scripsit vitas Imp. ad Diocletianum Eius tantum extat nunc, Auidij Cassij vita, impressa cum C. Sueronio Basileæ in officina Frobeniana anno Do. 1533. Et 1568. apud Henr. Stephanum in octavo.

Volcatij Sedigiti de comicis poetis Latinis senarij 13. ab initio Comædiarū Terentij habetur. 10
* *Volcheri Coiter* medici Norimbergensis, Externarum & internarum principalium humani corporis partium tabulæ atq; anatomicæ exercitationes, nouis & artificiosis figuris illustratæ. Norimbergæ, anno 1572. in folio.

* *Volcomarus* abbas cœnobij Furstenfeldensis Ludouico duci Boiorum Imp. Ludouici IIII. parenti à Consilijs, scripsit Annales Boiorum: Auentino teste.

Volsij Cyclopolis Cygnæi antidotarius contra furiosam Veneris phrenesim. De præclaris poetis ad Erasum Stellam apologia. Poetam nasci ad Baltassarem Fabricium Phaccum, Vuittenbergæ impressit Ioan. Gronenberg 1512. chart. 2.

* *Volquini* Homilia super Euangelium de interseminata zizania, impressa Basileæ 1555.

* *Volradi* comitis Mansfeldensis pia responsio aduersus impium scriptum Ioan. Vuigandi, Vræsellis, anno 1573. Germanice.

Volumnius Rodolphus scripsit de proportione 30
proportionum disputationem excusam Romæ apud Iacobum Mazochium anno D. 1527.

Volustiani epistola ad D. Augustinum, in qua rens de dubijs quibusdam conceptionis & humanæ naturæ Christi, cum D. Augustini epistolis habetur numero secunda.

Volusius Metianus: vide supra in L. Volusio.

S. Vranophronis liber Græcus, continens paræneticos sermones, in bibliotheca quadam Italię.

* *Vranij* Arabica, & Acacidarū libros citat Stephanus. 40

Vrbani Papæ decreta cum reliquis Pontificijs impressa.

* *Vrbani VI. PP.* formulę præcuri, quas ille composuit, & indulgentijs donauit, Germanice impressæ Dillingæ, anno 1567.

Vrbani, Maximi, Sidonij, & Macarij epistoliū ad Cyprianū lib. 3. epistola 14. apud Cyprianū.

* *Vrbanus* Auerroista philosophus summus, cōmentorū omnium Auerrois super librum Aristotelis de physico auditu expositionem clarissimam scripsit impressam Venetijs 1492. 50

Vrbani Bellunensis monachi Franciscani, Institutionum Grammaticarum in linguam Græcam libri duō, impressi Basileæ in officina Curionis, anno 1535. & 1539.

Vrbanus & Christophorus Cellij fecerunt tabulām Europæ. & eam Norimbergæ excuderūt anno 1533. cum Latinis & German. nominibus.

Vrbanus Regius, Germanus, scripsit collationem doctrinæ nouæ, siue religionis Romanæ ad veterem euangelicam & apostolicā, impressam in Germania, 1526. Idem prophetias veteris Testamenti de Christo collegit & explicauit, liber impressus Francofordiæ, 1542. Fortè idem liber 60

est qui inscribitur de regno Christi, impressus Hamburgi. Eiusdem libellus consolatorius, ad eos qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, cum enarratione succincta Psalmi 123. impressus 1543. Responsio ad duos libros, primum & tertium de Missa. Ioan. Eccij, quibus Missam esse sacrificiū ex scripturis ostendere, & aduersæ partis obiecta diluere conatur. Item epistolæ duæ, vna Ioan. Eccij, altera Vrbani: Henricus Steiner excudit Augustæ, 1529. Liber de Missa, impressus Hamburgi 1536. Commentarius in Psal. 47. Hamburgi, de fide & resurrectione liber, impressus Francofordiæ. Loci cōmunes Theologici ex patribus ac scholasticis neotericis collecti, & excusi Francofordi apud Petrum Brubachium, anno 1545. cum præfatione Pomerani. Idem scripsit Catechesim ad Franciscum Othonem Brunsvicens. Lunebergensemq; ducem: excusam Cellæ Saxonium anno D. 1543. in 8. chart. 14. Catechesim aliā ad filios Fursteri, Formulam docendi contra scandalum. Commentarium in Psalmum 87. de ecclesia Christi. Commentarium in Abdiam. Fulmen in vota monastica. Confutationem cuiusdam libelli Lunebergæ affixi. Librum de dignitate sacerdotali. Hæc omnia sunt edita. Præterea scripsit etiam alia quæ an excusa sint ignoramus, veluti Commentaria in aliquot capita Euangelij Ioannis, In epistolam ad Ephesios, In psalmos aliquot, in Zophoniam, Zachariam & Malachiam. Prælectiones in epistolam ad Romanos. De legendis veteribus orthodoxis iudicium. Iudiciū de loco quodam Cypriani. Epistolas aliquot insignes. Scripsit etiam Germanice multa, nempe: Explicationem Symboli Apostolici. Contra errorem Carolstadij. De seruitute. De perfectione & fructu passionis Christi. Epistolam ad amicū Hildeshemij. Epistolam consolatoriam ad Christianos Hildeshemenses. Explicationem 24. psalmi & hymni paschalis. Confutationem triū Pæpisticarum propositionum. Enchiridion principis Christiani. De cœna Domini. Inusitatam absolutionem monialium. Consolationem firmā, &c. Confutationem nouorū Monasteriensium Valentinianorum. Considerationē de magistratu. Colloquiū diaboli & hominis peccatoris penitentiam ageris. Dialogum de concilio Mantuano. Dialogum de concione Lucæ 24. Epistolam de hymno Salue regina. Explicationem psalmi 15. Conciones duas de angelis, &c. De diiudicandis pseudopphetis. Instructionem de confessione quotidie domino facienda. Medicinam animæ. Explicationem 25. psalmi. Instructionē quomodo se Christianus tempore pestis gerat. Christum Iesum esse verum Messiam. Concionem de dedicatione templorū. Responsionē ad duas epistolas Anabaptistarum. Dicuntur eius libri collecti in tomos. Liber eius Quomodo prudenter & citra offendiculum loquendum sit de præcipuis dogmatibus fidei nostræ, Norimbergæ impressus est Germanice, anno 1572. Claruit anno D. 1540.

* *Vrbanus* Vuys Tigurinus, conscripsit librum multa & varia scribendarum literarum generā complectentem: item institutionem ad orthographiam, anno 1549.

Vrsinus

Erasm. l. 2. Ep. 19.
p. 155.

Vrsinus monachus, scripsit opus insignis de nō rebaptizandis hæreticis, &c. Gennadius.

Vrsonis cuiusdā liber extat de somniorū expositione: Itē de vrinis, cuius liber ab Aegidio eiusdem argumenti scriptore citatur. Claruit 440.

Vrsula Cynosura, doctissima matrona, genere Britanna, Dionothi Cornubiensū principis filia, scripsit de archanis visionibus lib. 1. documēta fidei li. 1. epistolā quoq; tā ad doctores Græcos quā Latinos. Huius vitam describit Ioan. Baleus Su-
10 douleas, qui eam claruisse scribit anno D. 390.

* *Vrsule* Munsterbergensis ducissæ defensio, quare vitam monasticā deseruerit, Latine versa.

* *Vsuardi* Martyrologium, quō Romana ecclesia ac permultæ alię vtuntur, iussu Caroli Magni conscriptum, cum additionibus & annotationibus Ioannis Molani. Louanij apud Hieronymū Vuellæum in octauo anno 1568.

Vthæi verba quædam citantur apud Ioan. Stobæum in sermone de Prosperitate.

* *Vtredus* Bolton monachus Benedictinus, composuit Contra querelas fratrum lib. 1. contra eorum mendicitatē lib. 1. De præcepto & dispensatione lib. 1. De perfectione religionis li. 1. De regia Christi dignitate lib. 1. Substantialia monachorum li. 1. Pro monachis veris lib. 1. De varietate professionum lib. 1. Meditationes deuotas li. 1. De diligendis inimicis lib. 1. De regali & sacerdotali officio li. 1. De dotatione Ecclesię li. 1. Cōtra impugnantes eandem lib. 1. De sacramento altaris lib. 1. De diuina prædestinatione li. 1. Contra blasphemos in Christū lib. 1. De esu & abstinentia carniū li. 1. De perfectione viuendi lib. 1. De non auferendis Ecclesię bonis lib. 1. Claruit anno 1380 Baleus.

Vualafrius abbas Augiæ diuitis, natione Germanus, scripsit vitam sancti Galli profane lib. 1. eandem postea metricē lib. 1. de officijs diuinis lib. 1. epistolas plures ad diuersos, * Item elegantem libellum, De comparatione mundanarū & ecclesiasticarum dignitatum. Porro libellus de diuinis officijs impressus est Colonia cū alijs qui de eadem materia scripserunt. Claruit anno 700.

Vualdensium confessio & apologia fidei ad Vladislaum regem Vngarię. Eorundem excusatio contra binas literas doctoris Augustini datas ad regem, impressæ in Germania, cum Aenæ Syluij opere de concilio Basiliensi, &c.

* *Vualdeuinus* Vuigorinus, scripsit sermones eruditos lib. 1. Baleus.

* *Vualtramus*, episcopus Niemburgēsis, per seipsum defendebat Henricū Cæsarem, contra Hildebrandū. Tritemius. Aduersus hunc scripsit Stephanus Herrandus episcopus Halberstatis, monachus Iſenburgēsis, quod opus vocabat, defensoriū Pape, Tritemius. Idem fertur scripsisse de diuinis officijs. Quidā Vualeramū vocant.

* *Vuarnerus* Homiliarius, monachus, Anglus, scripsit Homilias ad vulgum li. 1. Clar. 1092. Bal.

* *Vuasmodus* quidam scripsit super Psalterium. M. Drefferus.

* *Vuandelbertus* diaconus & monachus Pruzmiensis cœnobij, ordinis S. Benedicti, scripsit ad Marcuar dum abbatem quendam, vitam S. Gouaris presbyteri lib. 1. Miracula eiusdem lib. 1. Martyrologium metricē lib. 1. Vixit anno 850.

* *Vuendelinus* Hack de Brakeman, scripsit tractatum de causis præseruatiuis, regimine & cūrā morbi Gallici, cui titulum fecit, Mentagra. De vlcerebus hunc morbum, vt plurimum consequentibus curandis.

Vuendelinus ab Helbach Mulbergenſis Oratiō nem dominicam, quam Lutherus in canticū primum redegit, elegiaco carmine reddidit, impressam Norimbergæ anno Domini 1551.

Vuenefridus Bonifacius Londinensis, episcopus Moguntinus, scripsit de sua fide & doctrina lib. 1. De religione sanctitatis lib. 1. pro rebus ecclesię lib. 1. Instituta synodalia lib. 1. De suis in Germania laboribus lib. 1. vitam *Liuii* martyris lib. 1. vitam aliorum sanctorum. De fidei vnitatelib. 1. contra hæreticos lib. 1. interfectus est in clade ad Bornæ ripam à Frisjs, anno 755.

Vuenericus episcopus Vercellēsis, natione Germanus, scripsit de discordia regni & sacerdotij li. 1. Vixit anno D. 1080.

Vuernerus Roleuineck de Laer, patria *Vuestphalus*, ordinis Carthusiensis, scripsit opus grande super omnes epistolas Pauli, quod vocauit doctrinam Pauli, distinctum in li. 14. de vita quoq; Pauli lib. 7. de valore missarum lib. 11. de regimine principum lib. 1. de studio Theologię li. 1. Fasciculum temporum li. 1. Paradisum conscientię lib. 1. sermones multos lib. 1. & alia complura. de sacramento eucharistię & fructu missarum, libellus impressus Colonia apud Gasparē Genepæū 1535. Fasciculus etiam impressus olim in Germania, sine nomine authoris, ex diuersis aliorum chronicis collectus, & veluti in tabulas digestus, sermone parum Latino. Vixit anno 1494.

Vuernherus, aliās Hirnerius, ius ciuile glossulis primus exposuit, & sine exemplo cæteris illuminandi iuris exemplum dedit. Extant eius glossulæ & monumenta præclara in legibus, quæ apud professores huius industrię notissima sunt. Vide supra in Irnerio. Claruit anno 1200.

* *Vuesselus* seu Basilius, Groningēsis, apud Phrysones natus, rhetor, poeta, philosophus, Rodolpho Agricolæ, suo etiam cōterraneo notus, arte medicus, ac tandem Doctor Theologus. Hebraicè, Græcè & Latine per suam ætatem peritus & lux mundi dictus, scripsit De audiēda missas lib. 1. De incarnatione verbi lib. 1. De amaritudine passionis lib. 1. Ad Engelbertum Leydensem lib. 1. De indulgentijs papalibus lib. 1. De igne purgatorio lib. 1. De prouidentia Dei lib. 1. De iustificatione per Christū lib. 1. De potestate ecclesiastica li. 1. De clauibus ecclesię li. 1. Et alia. Obijt an. 1489. Eius liber de moribus veterū hæreticorum impressus Lipsiæ, an. 1537. De causis incarnationis, de magnitudine & amaritudine dominicę passionis libri duo: impressi Antwerpæ. Farrago rerum Theologicarum, de Dei prouidentia: de causis, mysterijs, & effectibus Dominicę incarnationis & passionis: de dignitate & potestate ecclesiastica. De vera obedientia, & quantum obligent mandata, & statuta prælatorum, de sacramento pœnitentię, & quæ sint clauus ecclesię: de potestate ligandi & soluēdi. Quis sit vera communio sanctorum. de thesauro ecclesię: de participatione & dispensatione huius

thesauri: de fraternitatibus, &c. de purgatorio, quis & qualis sit ignis purgatorius: de statu & profectu animarum post hanc vitam, &c. de eisdem ferè rebus, eiusdem aliquot epistolæ: Adamus Petri excudit Basileæ, 1523.

* *Vuesthaldus* Scythæ, seu Sicamber, patrio sermone historiarum suæ gentis librum scripsit. Et incipiēs ab excidio Troiano per annos 758. continuauit, eandemq; terminat in anno 412. ante natiuitatem Christi. Tritemius in compendio. Et alibi *Vuesthaldus* Sicamber, historiarū suæ gentis opus edidit, quod per annos plus minus 758. à Troiano excidio perduxit. Tritemius.

* *Vuibertus* quidam Anglus, famatus ætate sua theologus, scripsit sermones aliquot aliquot li. 1. Ioannes Lelandus.

Vuichertus Deirus, ex Anglosaxonia natus, scripsit vitam Ccolfridi abbatis, ad Gregorium II. Pont. Max. Vixit anno 724.

Vulchari Baronis à Bolheym Austriaci, Salzeburgensis primum decani, ac deinde episcopi, Chronicon Austrig vsq; ad annum Domini 1312. habet *Vuolfgangus* Lazius medicus & historicus Viennensis, nondum typis excusum.

Vuigandus Happelius Hebraicæ linguæ professor Marpurgi Hessorum, scripsit grammaticam Hebraicam absolutissimam, quam breui lo. Oporinum in publicum editurū speramus. Floret Marpurgi, 1555. Eiusdem methodus legum omnium iuris ciuilibus distincta titulis LXXX.

* *Vuigandi* Orthij Theologiæ ac linguæ sanctæ professoris in Academia Marpurgensi, Oratio de vita & obitu clarissimi viri, grauissimiq; theologi Andreæ Hyperij, impressa Marpurgi, 1564. in quarto.

* *Vuigmorus* Anglus, concionator eruditus, scripsit sermones de tempore lib. 1. Atque alia quædam. Londini bibliotheca.

* *Vuilbertus* Alemanus, scripsit ad Talayrandū Petragoricensem, Romane ecclesiæ Cardinalem, historiam partium terræ sanctæ lib. 1. Claruit anno Domini 1336. Arnoldus Boscius.

Vuilbertus episcopus Carnotensis, scripsit insigne opusculū de hac prophetia, Non auferetur sceptrum de Iuda, contra Iudæos lib. 1. de Natiuitate sanctæ Mariæ ser. 1. sermones varios li. 1. Claruit circa annum 1100. teste Tritemio.

Vuilfridus Holme Anglus, scripsit de Lyncolnensium & Eboracensium rusticorum tumultu per Angliā, & de vtraq; Borealiū cōmōtione lib. 1. ad Merlini prædictiones lib. 1. Claruit an. 1548.

Vuilfridus Ripanensis, scripsit aduersus Colmannum de ratione Paschæ lib. 1. de clericorum tonsura lib. 1. Vixit anno 710.

* *Vuilkinus* de Spoletio, Italus, officio iudex sub Friderico Cæsare, metricè composuit historiā Alexandri Macedonum regis li. 3. De prouidentia diuina lib. 1. Gesta Friderici quoq; lib. 1. Et alia. Claruit anno Do. 1236. Ex hibernia.

Vuilhelmus. Vide Guilhelmus.

Vuilhelmus Orem, scripsit opusculū de moneta, quod Gersonis operibus appendicis vice adiectum est.

Vuilhelmi Vuidefordi ordinis Minorum liber contra 18. articulos Io. Vuiclephi Angli, ad Tho-

mā Cantuariensem archiepiscopū, sub quo damnatus est Vuiclephus, anno D. 1396. impressus cum Aenea Syluio de concilio Basiliensi, &c.

Vuilibaldus Episcopus, scripsit vitam Bonifacij Vuenefridi, vitam *Vualburgæ* sororis, &c. Vixit anno 760.

Vuilleramus abbas Mersburgensis, ordinis S. Benedicti, natione Germanus, scripsit de nuptijs Christi & ecclesiæ, in Cantica canticorum lib. 3. Claruit anno 1070.

Vuilibaldus primus episcopus Eistetenensis, natione Scotus, scripsit vitam sancti Bonifacij episcopi lib. 1. Vixit anno 760.

Vuilibrotus Clemens, Frisonum, Sclauonum & Barauorū archiepiscopus, scripsit de sua peregrinatione lib. 1. Homilias & epistolas plures doctissimas. Ecclesiasticos canones lib. 1. Caruit 736.

Vuinandus de Stega Bacherensis ecclesiæ pastor, scripsit volumē in Hebræorum libros veteris testamenti, distinctum in lib. 4. & in quinq; lib. Mosi. Claruit 1440.

Vuindichinus monachus Corbeiensis cœnobij in Saxonia, ordinis sancti Benedicti, natione Germanus, ab exordio Saxonū vsq; ad mortē Ottonis Imperatoris primi, scripsit ad Mechtildam eius filiam, historiam Saxonum lib. 3. gesta Ottonis I. lib. 1. Passionem Teclæ virginis metricè lib. 1. vitam Pauli primi eremitæ lib. 1. Claruit anno 950. Eius de rebus gestis Saxonū, & Heinrici primi, & Orthonis primi aliorumq; succedentium imperatorū lib. 3. impressi Basileæ apud Heruagium anno 1532. cum annotationibus Martini Frechij, & alijs diuersorum historicis opusculis.

Vulcatius. Vide Volcatius.

* *Vuolfgangi* abbatis Fuldensis Originū & Germanicarum antiquitatum libri, in folio.

* *Vuolfgangus* Aitinger Augustanus Commentarijs illustrauit prophetias Methodij. Vixit circa annum Domini 1500.

Vuolfgangus Anemæcius, M. T. Ciceronis officia plus centum locis castigauit & restituit. Brylingerus impressit Basileæ, anno 1544. Idem scripsit scholia in Bucolica Vergilij, ex Græcis & Latinis authoribus, cū ipsis eclogis impressa Vienna à Io. Singrenio anno D. 1535. in 8. chart. 4.

* *Vuolfgangus* Cunzel Euangelicam parabolā de rege cum seruis rationem subducente, in Comœdiæ forma Germanicis rythmis descripsit.

Vuolfgangus Fabricius Capito, Germanus, ecclesiæ Argentoratensis minister, scripsit multa, inter quæ, institutionum Hebr. lib. 2. excusi Argentorati apud Cephaleum 1525. Epistola ad Albertum archiepiscopum Moguntinum, &c. Parænesis prior ad Theodorum lapsum, ex Chrysofostomo translata cum præfatione ad eundē Albertum: simul excusa Basileæ. Eadem parænesis, & homilia in dictum Apostoli, Vtinam tollerassetis paululum quiddam insipientiæ meæ: ab ipso translata, cum cæteris operibus Chrysofostomi, per diuersos translatis, impressæ. De formādo à puero theologo, epistola excusa in fronte Physicorum Iacobi Summerhart. Vita Ioannis Oecolampadij per eundem descripta, eiusdē Oecolampadij & Zuinglij epistolarum volumini præponitur. Responsio de Missa, matrimonio, Erasmi. l. 1. Ep. 4. p. 9. l. 2. Ep. 10. p. 79. & iure

& iure magistratus in religionem, ab ipso recognita: Rihelius excudit Argentorati, 1540. Explicatio doctissima in Hexameron opus Dei, ab eodem excusa, anno Domini 1539. Enarrationes in Habacuk prophetam: Argentorati apud Cephalæum, anno 1525. Commentarij in Hoseam prophetam, excusi ibidem. Precationes Psalmorum ex eius translatione: Rihelius ibidem excudit, 1536. * Extant eiusdem scripta Germanica, Apologia qua causas exponit cur cuius factus sit, prædicarit, & disputationem publicam petierit, 1523. Sacerdotes teneri saluo suo honore, ciuili iure iurando, se magistratui obstringere, 1524. Quid sentiendum & respondendum sit de contouersia Lutheri & Carolostadij, 1524. Responso ad Conradi Tregarij Augustinianorum provincialis exhortationem, 1524. Nouæ & arcana reuelationes à Ioanne Fabri excogitatae, 1526. Catechismus 1534. Disputatio de doctoratu, 1535. Admiranda historia & seria Dei admonitio ad Nicolaum Fry, ab Anabaptismo reuocandū, 1534. Defensio contra quorundam fontiu confessionē Tabernis editam. De disputatione Badensi epistolæ duæ. Precationes Psalmorum, 1536. Scripsit etiam commentaria in complures sacros libros, quos in schola interpretatus est, quæ tamen nondum sunt edita. In Genesim dictata priora, anno 1526, & in eandem dictata posteriora 1536. In Exodum 1529. In Deuteronomium 1533. In Isaiam prophetam quedam inabsoluta, 1538. In Cantica Cantorum 1526. In Euangelium Matthæi dictata anno 1532, & rursus 1540. In utramque Pauli epistolam ad Thimotheum. Epistolas ad Titum & Philemonem 1531. Propositiones de peccato Originali & epistolas. Quæ omnia Argentinae seruantur. Meminit etiam Bucerus in responsione ad Pomeranum Explicationum Capitulum in Ionam & Malachiam. Claruit Argentinae anno 1536.

Vuolfgangus Drechslerus scripsit Chronicon de Sarracenis & Turcis, excusum Argentinae apud Iacobum Iucundum anno 1550.

* *Vuolfgangus Finkelhaus*, Ieremiæ prophetæ Threnos Græco heroico carmine exposuit, Tubingæ 1571. quartō.

* *Vuolfgangi de Frange* panibus, Comitum oratio ad Carolum V. Imperatorem 1535. Augustæ Vindelicorum Alexander Vuiffenhorn.

Vuolfgangus Hallerus, Tigurinus, libros sex Iacobi Rueff De conceptu & generatione hominis, & ijs quæ circa hæc potissimum considerantur, ex Germanica lingua in Latinam transtulit. Froshouerus impressit anno 1554. Carmen in obitum D. Petri Martyris scripsit, editum cum eius vita. Floruit anno 1573.

Vuolfgangus Hauerus rhythmis Germanicis vertit emblemata Alciati, Vuechelus impressit anno 1542.

Vuolfgangus Hungerus I. C. institutionum ordinarius lector, Ingolstadij Bartholomæum Bologninum super Authen. habita. C. ne filius pro patre, emendauit & in lucem restituit.

* *Vuolfgangi Iusti* Francofurdiani liber de Academicis & scholis in Europa, à quibus fundatae, & quos professores insignes habuerint. Ex-

sus Francofordie, anno Domini 1554. per Ioannem Eichorn. Genealogia ducum Pomeraniæ Stettini, Cassuborum, &c. Francofurti ad Oderam, anno 1573. in quarto, Germanice. Omnium chronicorum epitome in octauo.

* *Vuolfgangus Kaufmannus*, scripsit contra versuras librum, lingua Germanica, in quarto editum.

* *Vuolfgangi Kyriandri Oeringensis* liber de persecutionibus ecclesiæ, quas à tyrannis, hæreticis & schismaticis, ab Apostolorum ætate ad nostra usque tempora sustinuit. Ingolstadij anno Domini 1541.

Vuolfgangus Lazius philosophus, & medicus Viennensis, ac regius historicus, scripsit rerum Viennensium commentarios in libros quatuor distinctos, excusos Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno Domini 1546. Commentariorum Reipublicæ Romanæ illius, in exteris prouincijs bello acquisitis constitutæ, libros duodecim, impressos Basileæ à Ioanne Oporino in folio chartis 330. Traduntur in hoc opere limitum omnium restitutiones. Prætoriam magistratus, munia tam militaria quam ciuilia à summis ad infima, exercitus militumque genera vniuersa, legiones quotquot Romanis unquam fuerunt, cohortes, equitatus, classes, naualia, statiuæ, coloniae, municipia, ornamenta signaque pace & bello expressa, vestimenta omnis generis & arma, ritus denique cuncti, ludi & sacra, &c. Opus quod totius veteris historiæ fundamenta, nodos, admirandumque ac ingens quoddam velut alueare complectitur. Idem edidit chorographiam Pannoniæ, impressam Viennæ ab Aegydio Aquila. Præterea conscripsit, Decades duas de variarum gentium immigrationibus in Illyrici occidentalis tractum, in quo hodie Austriacæ inferiores prouinciæ sitæ sunt. Idem libros aliquot de rebus fortiter simul ac feliciter gestis à Ferdinando Romanorum rege, in Vngaria, Bohemia, & Saxonia, in quo opere simul etiam maiorum eius successiones continentur. Audio etiam eundem nunc vna cum Domino Lucretio conscribere explanatione in Aluearium antiquitatis, id est imagines & nomismata antiqua, studio Ferdinandi Romanorum regis collecta. Quæ omnia cum alijs pluribus breui in lucem edenda speramus. Habet adhuc authores vetustissimos, quos ex vetustioribus cœnobijs Austriæ vtriusque, Carinthiæ, Styriæ, Cilijs, Sueuiæ, Heluëtiæ, Brisgaudiæ, Alsatia, Suntgauig, & Nigræ syluæ, inter tineas non sine sui & literarum iactura hæctenus delitescentes, collegit manuscriptos, eosque in vsum reipublicæ literariæ typis excudendos amicis (cum ad propaganda studia literarum natus sit) libenter communicabit. Viuit magna cum laude Viennæ Austriæ, anno Domini 1555. * De aliquot gentium migrationibus, sedibus fixis, reliquijs, linguarumque initijs & immutationibus ac dialectis libri duodecim Basileæ in officina Oporiniana. Commentariorum in Genealogiam Austriacam libri duo, Basileæ apud Ioannem Oporinum anno Domini 1564 in folio.

* *Vuolfgangus* Martius quædam contra Papatum scripsit, ad quæ respondit, Hanardus Gæmerius.

Vuolfgangi Meureri Altenbergensis, viri doctissimi disputatio de catarrhis, Lipsiæ habita & impressa. Idem suis auditoribus utilissimum dictavit librum de ratione studiorum, qui nondum impressus est. Claruit anno 1554.

Vuolfgangi Molleriani Panegyricus ad Carol. V. imperatorē, & Mauritiū Saxonix electorem, Lipsiæ 1547. Eiusdem libri de dialectica impressi. Claruit 1548.

Vuolfgāgus Musculus Dufanus, Germanus Io. Chrysoft. in D. Pauli epistolas. cōmentarios Latinitate donauit. Heruag. impres. Basil. 1536. cum cæteris per alios conuersis in reliquas Pauli epistolas eiusdem Chrysoft. cōmentarijs. Eiusdem sermones duo contra Missam Ratisbonæ habiti, Vuitenb. excusi, in Euangelistā Matthæū cōmentarij tribus tomis digesti: impres. Basileæ 1544. apud Heruag. Antiochlaus primus, aduersus libellum Ioan. Cochlæi, pro sacerdotij ac sacrificij nouæ legis defensione editū: impressus Augustæ Vindelhorū, apud Philip. Vhardum, 1544. Proferus, Liceatne homini Christiano, Euangelicæ doctrinæ gnaro, papisticis superstitionibus ac falsis cultibus externa societate cōmunicare, dialogi 4. excusi anno 1549. Sub nomine Eutychie Myonis. Cōmentaria in totū Euang. Ioānis, excusa Basileæ apud Heruagium, 1547. in Nazianzeno ab alijs non versa, ipse transtulit, & Basileæ excudit Heruagius 1550. Enarrationes in totum Psalterium Davidis regis, impressas apud eundē tomis 2. in fol. anno 1551. Idem ex Græca lingua in Latinam varia diuersorū authorū scripta transtulit, veluti Ex Basilio, Librum epistolarū Basilij & Nazaneni ac aliquot aliorum patrum, Ethica & Ascetica Basilij. De vita solitaria. Regulas quas vocant contractiores. Homilias aliquot, utpote, De opificio hominis duas, De S. Trinitate, De spiritu sancto, Contra Sabellianos, Arium & Anomæos, De martyre Mamante, De Barlaam martyre, De penitencia, De humilitate, Non esse adhærendum rebus secularibus, De instructione venientiu ad baptisma, Quomodo baptizetur in euangelio, Sermo in 13. capita diuisus, De paradiso. Scholia Basilij in totum Psalterium. Sunt hæc Basileæ, demptis scholijs in Psalterium, ab Heruagio impressa, anno D. 1540. Ex Cyrillo, Epistolas numero 39. Homilias aliquot, De incarnatione verbi Dei, Exegesis dictam in die S. Ioannis Baptistæ, Contra Ioan. Antiochenum episcopū, Contra Nestoriū, Contra Apollinariū, Contra Nestoriū aliā, Pauli Emiseni de incarnatione Christi, Eiusdem alteram homiliam, Cyrilli de incarnatione domini. Apologiam ad Theodosium imperatorē. Declarationem 12. anathematismorū quos posuit Ephesinū Conciliū, Epistolas synodales 32. Dogmata Nestorij quæ Cyrillus impugnavit. Impressa Basileæ ab eodē anno 1546. Ex Athanasio Synopsis sacræ scripturæ noui ac veteris instrumenti. Quæstiones veteris ac noui Testamēti numero 140. Libellū de finibus. Synopsis Theodori episcopi Tyri. Ex historijs ecclesiasticis. Eusebij decem libros

de rebus ecclesiasticis. Quinque libros eiusdem de vita Constantini. Socratis ecclesiastici historiographi libr. 7. Sozomeni libr. 9. Theodori lectoris libr. 2. Euagrii monachi libr. 6. Impressa Basileæ in officina Frobeniana, anno Do. 1540. Ex historijs prophanis, quinque libris Polybij, qui iam antea extant duodecim epitomas adiecit. Præterea scripsit Commentaria in Genesim, impressa Basileæ ab Heruagio anno 1554. in folio. Cōmentarios in epistolas Pauli ad Romanos & Corinthios. Ad Philippens. ad Colossens. ad Thessalonicenses 2. & in 1. ad Timotheum Basil apud Heruag. in fol. Explanationem in de calogum præceptorum Dei, anno 1553. in octavo. Locos communes theologicos, an. 1554. Germanice vero scripsit De concilio Tridentino dialogos tres excusos in quarto. De diuisione decalogi. Quatenus iniuria sit ferenda homini Christiano. Contra impurū catechismū. De iuramento contra errorem Anabaptistarū dialogū. Contra Missam Papisticam aliquot conciones. Dialogos sex de bello in Germana, an. 1546. exorto.

* *Vuolfgangi* Prisbach Cracouiensis, Responsio ad orationem habitam nuper in concilio Heluetiorum, pro defensione cædium & latrociniorum, quæ in Gallia commissa sunt: editam & promulgatam Germanice. Rupellæ anno 1573. Promittit etiam historiam de rebus gestis Admiralij. Videtur esse nomen fictum, sed ut multi iudicant, a magno aliquo viro & qui omnibus his rebus gestis interfuit, scripta est.

Vuolfgangi Sædelij concionatoris ducalis Monacensis, De templo Salomonis mystico tractatus, excusus Moguntix à Francisco Behem, anno Domini 1548. in octavo. * Idem scripsit Homilias suas quas habuit ad populum Monacensem, ab anno 1532. vsq; ad annū 1546. Nempe in Psalmum primum. Et in epistolam ad Ephesios, De peregrino cœlesti. In Ionam prophetā. In Ecclesiasten per modum Dialogi. In regulas omnium statuum. In Euangelium de transfiguratione domini. In Psalmū, Noli emulari in malis gnantibus. De exitu filiorū Israel. De filio prodigo. In Euang. de diuite & Lazaro. De Adam & Eva. In Euang. tria, De Maria Magdalena, De fuculnea cui maledixit Dominus, De Abrahamā patriarcha, Deo Noe & arca. In Amos prophetam. In primum Machabæorum. Quodlibetum quæstionum moralium. In symbolum Apostolorū. In orationem dominicam. De charitate Dei. De sacramento Eucharistiæ. In Euangelia dominicalia cum epistolis diei festi. De Samaritana muliere cum Christo loquente. In lectiones epistolares quæ in officio Missæ habentur. In epistolam Iacobi. De Achab & Naboth. In Euang. de probatica piscina Ioan. 5. In Psalmum, Quomodo dum desiderat ceruus. Et 2. ad Corinth. cap. 5. De Naaman Syro & Heliseo. In Psal. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū. De ciuitate sancta Hierusalem ex Apocalypsi. In Euang. Marcii 6. ca. In cap. 18. Ecclesiast. In visionē primā Dan. In catechismum ecclesiæ. In Psal. 14. 124. & 136. In Euang. Matth. 18. cap. In 6. cap. Ioan. Additus est homiliarum istarū catalogus libello de templo Solom. cæterū nullas ex his editas arbitror.

Vuolfgangus

* *Vuolfgangus* Talhuser vna cum alijs Augustinae reipublicae medicis libellum de peste edidit.

Vuolfgangus Vogelmannus, scripsit vrbis Nordlingensis historias, Cosmographico operi per Monasterum insertas.

Vuolfgangus Vveissenburgius mathematicus & theologus, ecclesiae Basiliensis minister, edidit Terrae sanctae descriptionem iuxta ordinem alphabeti, quae ad scripturam proximè directæ est. Rihelius excudit Argentorati, cum Iacobi Ziegleri eiusdem argumenti libro & tabulis, &c. ut supra dictum est. Descriptio Terrae sanctae per eundem in tabulas septem chartarum digesta, ita ut in parietem affigi possit, cum libello eandem declarante, ibidem excusa est, anno 1538. Excusa etiam est eius de autoritate synodorum oratio, quam pronunciauit in synodo Basiliensi, anno 1545. Item De cœna Domini liber Germanicus, Antilogiae Papæ, hoc est de corrupto statu ecclesiae in octavo.

